b ¶ Sibi vendicẽt.] Cũ ergo eccl'a possit vẽdicare decimas patet ꝙ dñiũ decimarũ ẽ penes ecclesiã: 1 licet decima nondum sit tradita ei decimę enĩ sunt Dei, vt ĩ. ea. reuertimini. Vnde ẽt quẽlibet possessorẽ ecclesia cõuenit sup decimis, vt ĩ. e. decimæ. hoc. n. ẽ priuilegiũ ecclesię, ꝙ re nõdũ tradita facta est dña rei, vt extra de cõsue. c. 2. ĩ fi. & C. de sacros. eccle. vt iter diuinũ. Quidam tñ dicũt, ꝙ ecclesia nõ possit vendicare decimã, nisi segregata sit: quia qui rem vendicat, specificare eam debet, vt extra de appel. significantibus. sed hoc nihil est: quia ĩ certã partem bene possũ vẽdicare, vt ff. de rei vẽd. quæ de tota, & l. ex diuerso, & l. vl. Sed adhuc alia ratione videtur, ꝙ ecclesia non potest decimam vendicare: quia nisi decima sit segregata ab alijs bonis, non desinit esse prioris dñi, ff. de polli. l. 2. §. vlt. Sed illud est quãdo decima debetur ex voto, aliud quando ex iure. Dicas ergo, ꝙ licet decima nõdum sit segregata: quod tñ est ecclesię. Vel dicas, ꝙ totum illud frumentum est cõe: quia cum frumentum voluntate dñorum commiscetur, fit cõe, & quodlibet granum fit cõe, tunc detur actio cõi diuidundo, vt diuidatur. Sed si sine voluntate dominorũ est commixtum, tunc nõ fit cõmune, sed vindicare potest vterque partẽ suam. ff. de rei vend. si frumẽtum, & inst. de rerũ diuis. §. si duorum. sed nec illud uidetur posse stare: qa cum semen non fuit commune, ergo nec frumentum. Vel dicatur, ꝙ decimę petantur per actionem confessoriam: quia ius præstandi decimam est seruitus quædã. Vel uerius dicas, quod petũtur cõdictione 2 ex canone, uel iudicis officio, ut ff. de condic. ex lege, l. unica.

Decimarum dominiũ est penes ecclesiam.

1 Aliàs uẽdicare non posset. ff. de rei uẽd. l. in rẽ, in princ. & l. solũ, §. 1. Arch.

Decimę qua actione peti possunt.

2 Quælibet condictio ex

lis licuit: & sicut cæteris sacerdotibus licet.

c ¶ Apostolorum.] Scilicet septuaginta duorum discipulorum, 21. dist. nisi nouo. episcopi enim tenent locũ ipsorum. 68. dist. quorũ uices. Vel proprie, scilicet quo ad propriorum renunciationem.

S Vnt nonnulli.] CASVS. Bonifacius in hoc c. redarguit quosdã zelo amaritudinis inflãmatos, qui nitebantur monachos presbyteros ab executione sacerdotalis officij remouere; & ꝙ hoc facere non debeãt, probat exemplo B. Benedicti, & aliorũ patrum, qui hoc monachis non interdixerunt. Præcipit ergo ut ab huiusmodi ausibus in posterum reprimantur. nam quãto quis melior est, tanto in illis officijs, erit aptior, & habilior.

d ¶ Benedictus.] Argum. ꝙ omnia quę non prohibuit S. Benedictus sunt concessa monachis. sic 28. q. 1. tam nunc. 30. q. 3. illud.

e ¶ Canonicis.] Regularibus, immo omnib. ut uidetur ar.

ar.88.dist.c.1.& etiam per totum.11.re quidem.14.q.4.c.2.& 15.q.2.ca.1.23.q.vlt.his a quibus. extra de postu. clerici, & ext.ne cle.vel mona. multa.

HIS

HIS OMNIBVS. CASVS. Concludit Grat.ex supradictis, ꝙ monachi sacerdotalia officia possunt administrare, si ad hoc eliguntur a populo de consensu abbatis,, epo eos instituẽte, quod probat per sequentia ca. & primũ c. per te uidere potes: qa planũ est.

Deo implicat se negotijs sæcularibus] Nos vero tantorũ patrum instituti exẽplis (quibus periculosissimum est refragari) credimus a sacerdotibus monachis ligandi soluẽdique officium Deo operãte digne administrari; si eos digne cõtigerit hoc ministerio sublimari. *& infra.* ¶Decertantes igitur monasticæ professionis presbyteros sacerdotalis potentiæ arcere officio, omni modo pręcipimus, vt ab huiuscemodi nefandis ausibus reprimantur in posterum, quia quanto quisque est celsior; tanto est & in his potentior.

2.Tim.2.

¶Caput hoc cum nonnullis alijs missum est ex Hispania descriptum ex vetusto codice Monasterij Populeti: cuius hic est titulus: Ex concilio Bonifacij Papæ, qui quartus a B. Gregorio quomodo Monachis liceat cum sacerdotali officio vbi, & vbi ministrare.

a [Nemo enim.] *Hæc scriptura sententia abest a codice Populeti, Polycarpo, & Iuone.*

His omnibus auctoritatibus perspicue monstratur, monachos posse pœnitentiam dare, baptizare, & cætera sacerdotalia officia licite administrare. Quod vero populi electione, episcoporum institutione & abbatis consensu potestatem suam exequi valeant; Hieronymi, Gelasij, & Gregorij auctoritate probatur.

Ait enim Hieronymus ad Rusticum in monachum, epistola 4.

¶Digne in monasterio viuens, per populi electionem ad clericatum poterit promoueri.

C. XXVI.

SIc viue in monasterio, vt clericus esse merearis, *& infra.* ¶Multo tempore β [2] disce, quæ postmodum doceas, & inter bonos semper sectare meliores. Quod si populus, vel episcopus te in clericum elegerit; age ea, quæ clerici sunt.

β ¶Multo tempore.] *Alia est verborum series, & clarior apud B. Hieronymum.* Cum ad perfectam inquit, ætatem veneris, si tamen vita comes fuerit, & te vel populus, uel pontifex ciuitatis in clerum elegerit; agito quæ clerici sunt, & inter ipsos sectare meliores, *& inf.* Multo tempore disce quod doceas.

Idem ad eundem eadem epistola superius.

¶Ad ordinem clericatus promoueri monachi possunt. C. XXVII.

Iuo p.7.c.4.

SI clericatus te titillat [b] desiderium, discas quod possis docere: & rationabilem Christo hostiã offeras: ne miles ante quàm tyro, ne prius magister sis, quã discipulus. ¶Non est humilitatis [c] meę, neque mensurę iudicare de clericis, & de ministris ecclesiarum sinistrũ quidpiam dicere. Habeãt illi ordinem, & gradum suum, quem si tenueris, quomodo tibi in eo viuẽdum sit, editus ad Nepotianum liber docere te poterit. ¶Nunc monachi incunabula, moresq; discutimus, & eius monachi, qui liberali-

a SIc viue.] ¶Multo tempore.]i. vsq; ad decrepitam ætatem, vt 38.dist. nullus, vel multo, id est per quinquenniũ, ut in procemio digestorũ, ff. de separa.l.1 §.quod factũ. Vel per trienniũ.C. de fideicom. l.1. vel per biennium; [1] ut inst.de lit.ob.§.multum argum. hic contra momentaneos magistros. 59. dist. si officia, qa nõ mediocriter errat, qui minus bonum præfert, & c. ut infra de consecr. dist.5. non mediocriter, & arg. quod potius seniores magistri sunt audiendi, ut 20.dist.de quibus [2] arg. contra ff.de ædil. edict. præcipiunt.

1 Subau. vel per decẽniũ, ff. qui & c. l.ficũ, §.An.

2 Vide quod leg.& no.24 q.1.cum beatissimus.

SI clericatus.] CASVS. Rusticus rogauit Hier. ut scriberet sibi qualiter aliquis debeat ascendere ad militiam clericalem, & vtrum sit melius esse in heremo, q̃ in monasterio cũ fratrib. Scribit ergo Hieron. sibi dicens, siue docens ꝙ si dignitatẽ ecclesiasticam desiderat, multa ipse prius discat vnde possit alios edocere, & hoc ĩ prima parte. In secunda parte dicit, ꝙ nõ spectat ad suã paruitatẽ, uel p̃lationem reprehẽdere, uel cæteros monachos, id est, clericos hñt.n. illi ordinem suũ, quẽ qualiter debeant seruare, liber ad Nepotianum factus plene docebit. In tertia parte dicit, ꝙ tutius est esse in monasterio cũ fratribus, quã sol⁹ ĩ heremo. Scda pars incipit ibi, ¶Nõ est. Tertia ibi, ¶Nũc monachi.

b Titillat.]i. delectat

c ¶Humilitatis.]i. paruitatis.

a ¶Con-

bus studijs eruditus in adolescentia iugum Christi collo suo imposuit. Primumq; tractandum est, utrū solus, an cum aliis in monasterio viuere debeas. Mihi quidem placet, ut habeas sanctorum contubernium [a]: nec ipse te doceas, & absque doctore [b] ingrediaris viam, quam nūquam ingressus es.

Item Gelasius Papa.

¶In loco, in quo abbas iudicauerit, monachus eligatur, & ab episcopo sacerdos ordinetur. C. XXVIII.

j SI quis monachus fuerit, qui venerabilis vitę merito, sacerdotio dignus videatur, & abbas, sub cuius imperio regi Christo militat, illum fieri presbyterum petierit [c]; ab episcopo [α] debet eligi, & in loco, quo iudicauerit, ordinari; omnia, quæ ad sacerdotis officium pertinent, uel populi [d], vel episcopi electione, prouide, ac iuste acturus.

α ¶Episcopo.] *In duobus vetustis codicibus legitur,* ipso.

Item Syricius Papa ad Himerium, epist. 1. c. 13.

¶Tempore maturitatis, ecclesiasticis monachi promoueantur ordinibus. C. XXIX.

MOnachos quoque, quos tamen morum grauitas, & vitę, ac fidei institutio sancta commendat, clericorū officijs aggregari, & optamus, & volumus; ita vt qui intra tricesimum ætatis annum sunt digni in minoribus per gradus singulos crescente tempore promoueantur ordinibus, & sic ad diaconatus, vel presbyterij insignia maturæ ętatis consecratione perueniant: nec statim saltu [e] ad episcopatus [f] culmen ascendant; nisi in his eadē, quæ singulis dignitatibus superius [g] pręfiximus, tempora fuerint custodita.

Poly. l. 2. tit. 3 1. Ansl. l. 7. c. 101. Iuo p. 6. c. 53.

Item Augustinus ad Eudoxium, epist. 81.

¶Ecclesiastica officia, nec auida electione monachi suscipiant, nec blandiente desidia respuant. C. XXX.

VOs autem fratres exhortamur in Domino, vt propositum vestrum custodiatis, & vsque ad finē perseueretis: ac si quam operā [h] vestram mater ecclesia desidera

Pann. l. 3. c. 179.

a ¶Contubernium.] Arg. ext. de sta. mo. monachi, & 20. q. vlt. c. vlt.

b ¶Contubernium.] Argu. ꝙ plus valet vita communis ꝗ vita heremitica, unde ab heremitica uita licite transitur ad monachatum, ut dixi sup. ead. qui uere. sed a monachali ad heremiticam non potest nisi de abbatis licētia fiat ratione debilitatis, ur 20. q. 4. monachum.

Heremita licitè trāsit ad monachatū.

b ¶Et absq; doctore.] si. 37. d. relatū. 1

1 Et 1. q. 1. quibusdam.

SI qs monachus.] CASVS. Querebatur a Gelasio qualiter aliqs monachus debeat præfici ecclesię sęculari. Et rñdet ꝙ si dignus videat sacerdotio, dēt eligi ab eo ad quē electio spectat, & demum præsentante abbate debet ordinari ab episcopo, & institui. Beneuenta. vero sic ponit casum. Quæsitum est a Pelagio vtrum monachus curam populi possit exercere? Et respō. ꝙ sic, si a populo eligatur: ab episcopo inuestiatur, abbate nihilominus offerēte ipsum.

c ¶Petierit.] Alias non posset, vt 58. d. c. 1. & 2. & inf. ead. monachi.

d ¶Vel populi.] Populi nō est eligere, 2 sed testimoniū dare electo, ut 23. d. c. 1. sed episcopus, uel archidiaconus; vel archipresbyter eligit ꝺm consuetudinē loci, ut ex. de off. deleg. super eo. Io.

2 Sed noīare ꝺm H. ut dixi ꝺm eū. su. ead. sic viue. Vnde Goffr. dicebat hic ꝙ illud, vel, qđ ponitur in textu, nō disiungit, sed cōiungit, ut dicatur uel, pro &. Arch.

MOnachos.] CASVS. Quæsitū fuit a Syricio Papa, vtrum monachi bonæ uitæ possint clericorum officijs aggregari; & respō. ꝙ sic ita ut ītra annos xxx. a minoribus incipientes ordinibꝰ, in tēpore a canonibus præfixo gradatim ascendant, nec saltu ad episcopatum promoueantur, nisi legitima temporis interstitia fuerint custodita. Tempore a canonibus præfixo, quare secundum tempus determinatum a iure. [Dignitatib.] idest ordinibus alijs.

e ¶Nec statim saltu.] i. prætermissis ordinibus, ut 52. d. solicitudo, vel idest, nō seruatis debitis īterstitijs, vt 77. d. in singulis, sed est contra 77. dist. ca. ult. ubi dicitur, ꝙ monachus omnes ordines intra annum potest recipere, sed illud ex dispensatione, quod hic dicit, est ius commune.

f ¶Ad episcopatus.] Vt sit presbyter, post decem annos potest episcopus fieri, vt 77. d. quicunque.

g ¶Superius.] Sup. 77. d. c. 1. 2. & 3. Io.

VOs autem.] CASVS. Quidam erant monachi, uel canonici regulares, qui quando eligebantur ad dignitates, respuebant omnino: quod dicit Augu. non esse faciendum, sed auide dignitates appetere non debent, nec eas respuere, cum necesse est: sed miti corde obtemperare quoniam si otium necessitatibus ecclesiæ semper præponeretur, nullus inueniretur per quem renasceretur ecclesia.

h ¶Operam.] Arg. ꝙ si clericus scit operas aliquas: illas tenetur præstare ecclesiæ. extra de postul. c. fin. sed cuius expensis præstabit eas? videtur, ꝙ expensis ecclesiæ, ut arg. 12. q. 2. charitatem. maxime si non habet proprium de quo hic loquitur. Secus tamen est, in liberto, qui præstabit operas proprijs sumptibus patrono suo, nisi pauper sit, ut ff. de oper. lib. suo hic tamen non loquitur de talibus operibus, sed tm̄ de postulatione, uel prelatione recipienda. Item argu. ꝙ si alicui de ecclesia iniungitur aliqua

Libertus p[...] prijs sump[...] bus præsta[...] dēt oper[...] patrono.

aliqua legatio, tenetur eam recipere, vt 3.q.1.c.nulli.
a ¶ Suscipiatis.] Si.8.q.1.in scripturis. 1
b ¶ Necessitatibus.] Supra 8.q.1.scias.
IN parochia.] CASVS. Casum istum sic pone. Theodorus consiliarius Papæ petijt a Papa Ruffinum monachum in presbyterum ordinari in basilica S. Laurentij: quem quondam in sua possessione fundauerat, & in parochia Boni episcopi Sauinati: vnde Papa præcipit Bono episcopo, vt in proximo sabbato faciat eum diaconum, & in media hebdomada Papa eum in presbyterum ordinabit, vt in præfata basilica sacra ministeria in paschali festiuitate valeat adimpleri.

c ¶ In possessione.] Idest, quæ fuit eius. sim. 18.q.2. abbatem. cum enim fundata est ecclesia, nullam habet ibi potestatem, vt no. 10.q.1. nouerint.
d ¶ Quod subito.] Tempore enim indigemus, vt aliquid maturius agamus. 50.dist. ponderet, in princ.

uerit, nec elatione auida suscipiatis, [a] nec blandiente desidia respuatis: sed miti corde obtemperetis Deo, cum mansuetudine portantes eum, qui vos regit, qui dirigit mites in iudicio, qui docet mansuetos vias suas; nec vestrum otium necessitatibus [b] ecclesiæ præponatis: † cui parturienti si nulli boni ministrare vellent; quomodo nasceremini, non inueniretis.

Psal. 24.

Item Pelagius Papa Bono episcopo Sauinati.

† *Pelagius.*

¶ Gelasius † quendam Ruffinum monachum iubet sacerdotem fieri, & in quadam basilica ordinari.

C. XXXI.

Pol. l.2. tit.32. Ansi. l.7.c.96. ex Gelasio.

IN parochia tua, basilica S. Laurentij, quæ in possessione [c] filij, & consiliarij nostri viri magnifici Theodori fundata est, officium presbyteris deesse cognouimus. Et quia præfatus filius noster nobis retulit, se inuenisse Ruffinum quendam monachum olim sibi vita, religione, & moribus comprobatum, & hunc postulat ibi presbyterum consecrari (quod subito [d] fieri nos prorogata † [e] obseruantia non acquieuimus) ideo dilectio tua his literis acceptis, sabbato veniente faciat eum diaconum; [f] &, si Deus voluerit, & vixerimus, mediana [g] hebdomada presbyterum faciemus; [h] quatenus superueniente Paschali festiuitate sacra ministeria in memorata basilica a persona competenti valeant adimpleri.

† *al. prerogata.*

Item Gregorius lib. 1. regesti, epist. 40.

¶ Qui de clerico monachus efficitur, proprio episcopo ordinante poterit eligi, & consecrari.

C. XXXII.

SI quem a clericatu in monasticam [i] contigerit venire conuersationē; si talis vitæ monachus fuerit, vt eps, cui antea militauerat, eum dignum sacerdotio præuideat; in loco, quo iudicauerit, eligi poterit, & ordinari. ¶ *Verba ipsa B. Greg. hæc sunt:* Si quos autē a clericatu in monachicam conuersationem venire contigerit: non liceat eis ad eandem, vel aliam ecclesiam, quarum pridē milites fuerant, sua voluntate denuo remeare: nisi talis vitæ monachus fuerit, vt episcopus, cui ante militauerat, sacerdotio dignum præuiderit, vt ab eo debeat eligi, & in loco, quo iudicauerit, ordinare.

Item ex concilio Agathensi, c. 27.

¶ Sine testimonio abbatis ad clericatus officium monachi non eligantur. C. XXXIII.

Iuo p.3.c.157.

MOnachi vagantes ad offi-

e ¶ Prorogata.] Idest, dilatata.
f ¶ Eum diaconū.] Ergo subdiaconus erat iste, q. fuit electus ad regimen parochialis ecclesiæ. Subdiaconus. n. ad hoc licitè eligit, ut ext. de æta. & qual. præterea. in ō ēt ad epatum, vt ext. eod. tit. a multis. Item aliud nota hic, φ si patronus pñtat epo monachum aliquem, φ tenetur episcopus eum instituere, & dicunt quidam φ tūc tenetur episcopus eū recipere, cum subest necessitas, vel vtilitas. vt ī. ea. cum pro vtilitate, & 55. dis. priscis. & id quod legit extra de sta. monac. & c. quod Dei intelligunt, φ non debent præfici parochialib. ecclesijs, nisi subsit necessitas, vel utilitas. Io. Sed certè idē est de quolibet alio clerico. B.
g ¶ Mediana.] Cum cantatur, Sitientes.
g ¶ Mediana.] Sup. 75. dist. in singulis. contra. 2
h ¶ Faciemus.] Per alium. quem. n. Papa in diaconum ordinat, modo nō potest recedere ab ipsa curia Romana, vt 1. q.1. filium.
SI quē.] CASVS. Quidā clerici facti sunt monachi. q̄situm est a Gregorio, vtrum de monachali proposito possint eligi ad ecclesiā sæcularem? Et rndet. quōd sic: si episcopus cui ante militauerant, eos dignos iudicauerit.
i ¶ In monasticam.] ī. 7. q. 1. hoc nequaquam. cōtra sed ille ad pœnitentiam descendit, hic meritum augere proposuit. quod vbi non exprimitur ex varietate præsumatur administrationum relictarum: & hoc bene distinguitur extra de renunc. post translationem.

Monachū a pſono pñtatum debet episcopus instituere.

2 Dic clarius: media. i. in sabbato quo procedit Dñi ā de passione, cum cantatur, Sitiētes. tūc. n. celebrat generalis ordinatio clericorū. 63. d. principali. 75. dist. ordinationes. H.

MOnachi.] CASVS. Statutum fuit in conc. Agathensi, ut monachi exeuntes de monasterijs causa uagandi, nec in ciuitate, nec extra ad clericatus officiū ordinen-

dinentur, nisi abbas dederit ei testimoniū. Sed si expedierit, cum consensu, & uoluntate abbatis ab ipso fiat.

a ¶ Ad officium.] Officiando ecclesiam: sed priuatim possunt celebrare, extra de cler. peregr. cap. tuæ.

b ¶ Nec in ciuitatibus.] Non est dubium quin a clericatu transeatur ad monachalē vitam: quia districtior est vita monachorum, q̃ clericorum. Sed mirū est quō ad clericalē vitam permittitur transire a monachali vita, ut hic, & in præcedēti c. & 58. d. c. 1. & 2. cum de magis districta uita ad minus districtā uitā transire nō licet, ut 93. dist. legimus, in fi. Respon. ad prælaturā, ideo transit ex dispensatione, ut prosit, & tunc uotū nō frāgit, quia istud in melius commutatur. melior est enī publica utilitas, q̃ priuata. s̄. ea. uos autem. qui autem sic trāsit, ut præsit, peccat mortaliter. uotum enim frangit.

Monachus ad clericalē vitā transire permittitur.

c ¶ Consensu.] Hoc est sup. 58. dist. c. 1. & 2. Ioan.

i ¶ Abbate.] Potest ergo monachus esse procurator ecclesiæ suæ de licentia sui abbatis, & etiam aliorum, 1 s̄. ea. qui verè & 86. dist. peruenit. & dixi sup. ead. de præsentium. videtur etiam ꝙ sine mandato, vt C. de procur. exigendi. sicut miles procurat causam sui numeri: qui aliàs non potest esse procurator, vt ff. de procu. filiusfamiliàs. Sed hæc ratio non habet hic locum: quia monachus, nec cauere potest de rato, nec præstare cautionem iudicatū solui, ad quæ tenetur procurator, qui sine mandato interuenit: si tamen gessit vtiliter, & ecclesia habet ratum, non propter hoc potest irritari, quod factū est, vt C. de procu. non eo minus arg. contra 96. dist. bene, in fi.

cium [a] clericatus (nisi eis testimonium abbas suus dederit) nec in ciuitatibus [b], nec in parochijs ordinentur *&c. & infra* ¶Si enim necesse fuerit clericum de monachis ordinari; cum consensu [c] & voluntate abbatis presumat episcopus.

a ¶Ordinentur.] *In concilio ipso sequitur cap. fi. infra 20. quæst. 4.*

Item ex concilio Ilerdensi, c. 3.

¶Cum abbatis voluntate monachi ordinentur, quos pro vtilitate ecclesiæ episcopus ordinare voluerit. C. XXXIIII.

CVm pro vtilitate [d] ecclesiæ aliquos monachorum episcopus probauerit in clericatus officio promouendos, cum abbatis [e] voluntate debent ordinari. Ea vero, quæ in iure monasterij de facultatibus offeruntur, in nullo diœcesana [f] lege ab episcopis contingantur.

Item ex concilio Tarraconensi, c. 11.

Sine abbatis imperio ecclesiastica ministeria monachi celebrare non præsumant. Cap. XXXV.

¶*Talis est rubrica in plerisque vetustis. Nam in vulgatis erat:* Sine abbatis imperio ad clericatus officium monachi non eligantur.

MOnachi a monasterio foras egredientes, ne aliquod ministerium ecclesiasticum [g] præsumant agere, prohibemus: nisi fortè cum abbatis imperio. Similiter, vt nullus eorum, idest monachorum, forensis negocij susceptor, vel executor existat; nisi quod monasterij exposcit vtilitas [h], abbate [i] sibi nihilominus imperante.

Item Augustinus ad Aurelium, epist. 76.

¶Ad clericatus militiam non eligantur desertores monasteriorum. C. XXXVI.

LEgi epistolam benignitatis tuæ de Donato, & fratre eius; & quid responderem, diu fluctuaui. Sed tamen Ivo p. 7. c. 7.

CVm ꝓ vtilitate.] CASVS. Duo episcopi contra iustitiā faciebant. nam sine cōsensu abbatū monachos ordinabāt, et à monasterijs tertiā, vel quartam decimarū, & cathedraticū exigebāt: & ideo reprehendunt in concilio Ilerden. & prohibet conciliū ne de cætero talia fiant.

d ¶ Pro vtilitate.] Vel ꝓ necessitate, supra cap. proxi. & 55. dis. priscis, sed sup. ead. c. in parochia. indistincte loquitur.

e ¶ Cum abbatis.] Videtur ergo ꝙ episcopus inuito abbate non possit monachum præficere ecclesiæ alicui, vel facere ipsum clericum suum, vt hic, & s̄. cap. proxi. & 58. dist in. cap. 1. & 2. sed contra s̄. ea. qui verè, & 2. quæst. 7. cum pastoris.

f ¶ Diœcesana.] Id est, nec tertiam, nec quartam dabunt episcopo, sed de hoc notatum est. 10. q. 1. in summa.

MOnachi.] CASVS. Duo prohibentur in hoc c. primum est, ne monachi sine abbatis imperio ecclesiasticum assumant officium. Secundum est, vt non sint aduocati, vel iudices, vel procuratores, nisi pro vtilitate monasterij, & abbate imperante.

g ¶ Ecclesiasticum.] Officiando ecclesiam, sed priuatim possunt celebrare.

h ¶ Vtilitas.] Ergo licet aliquid bonum & vtile sit, non tamen est agendum, nisi eo modo quo fieri debet, vt 11. q. 3. quod ergo. 12. q. 2. quatuor. & j. de consecrat. dist. 5. non oportet, & ff. de re mil. l. 3. §. in bello.

LEgi.] CASVS. Donatus, & frater eius monachi erāt in parochia Augustini, qui contra voluntatem eius egressi de monasterio, reuersi sunt in regionem suam, ubi præsidebat Aurelianus episcopus, a quo petierunt ad clericale officium promoueri; asserentes se de uoluntate Augustini uenisse: ut potius essent vtiles suis quàm alienis. sed Aurelianus de hoc dubitans consulit Augustinum, si de voluntate eius recesserunt, & an velit vt promoueantur ad ordinem, ut prælationem clericalem. Nunc Augustinus rescribit ei dicens, ꝙ eo renuente recesserunt,

cesserunt,& dicit ꝙ promoueri non debent. Et hoc probatur quatuor rationibus. Prima est propter malum exemplum;quia si isti fugitiui ordinarentur, putabunt alij facilius se promoueri, si eodem modo fugiant. Secunda est,quia iniuria fit ordini clericorum, si tales eligantur, cum de monasterijs nō soleant eligi vel assumi ad clerū, nisi meliores, & probatiores. Tertia ratio est, quia laici nos deridebunt dicentes, ꝙ malus monachus bonus clericus est. Quarta est,quia bon⁹ monachus vix bonum clericum facit. Vbi autem rationes incipiunt, facile per te uidebis.

etiam atque etiam cogitanti quid sit vtile saluti eorum, quibus in Christo nutriendis seruimus;nihil mihi aliud occurrere potuit, nisi non esse istam viam dādam seruis Dei, vt se facilius putēt eligi ad aliquid melius, si facti fuerint deteriores. [a] Et ipsis.n.facilis † lapsus,& ordini clericorum fit indignissima iniuria si desertores monasteriorum ad militiam clericatus eligantur: cum ex eis, qui in monasterio permanent, non tamen nisi probatiores,atq; meliores in clerum assumere soleamus: nisi forte(sicut vulgares dicunt)malus choraula, [b] bonus symphoniacus est,ita ijdem ipsi vulgares de nobis iocabuntur dicētes;malus monachus,bonus clericus est. Nimis dolendum,si ad tam ruinosam superbiam monachos surrigamus,& tam graui contumelia clericos dignos putemus,in quorum numero sumus;cum aliquando etiā bonus monachus vix bonum [c] clericum faciat, si adsit ei sufficiens continentia,& tamen desit instructio [d] necessaria,aut personæ regularis integritas.Sed de istis credo arbitrata sit beatitudo tua,nostra voluntate (vt suis potius corregionalibus vtiles essent) de monasterio recessisse:sed falsum est:sponte abierunt, sponte deseruerūt, nobis,quātum potuimus, pro eorum salute renitentib.

† al. facilior.

Pan.l.3.c.180.

3 *His omnibus auctoritatibus monstratur, quòd monachi,qui sunt a populo electi,& ab episcopo cum consensu sui abbatis sunt ordinati, legitime potestatem suam exequi valent.Illud vero Gregorij:* [e] [*Nemo potest obsequijs ecclesiasticis deseruire, &c.*] *de illis intelligendū est, qui in numero Cardinalium, vel episcoporum ordinati, monasterij sui dispensationem sibi reseruare contendunt.*

sup.ead.c.nemo.

Vnde idem Gregorius scribit Mariniano episcopo Rauennati,lib.6.epist.40.seu c.204.

¶Pro abbatis, vel monachi promotione nullo modo grauentur monasteria. C. XXXVII.

NE pro † cuiuslibet monachi, aut abbatis promotione onus fortasse aliqđ monasteria subsitineant, studendum vobis est,ut si quispiam abbatum,aut monachorum ex quocumque monasterio ad clericatus officium,vel ordinem sacrum [f] accesserit, [g] non illic aliquā habeat vlterius,vt diximus,potestatem.

† al. per promotionē.

Idem Maximiano Syracusano episcopo, libro 3. epistola 11.

a ¶ Deteriores.] Nam nemo ex delicto suo facit conditionem suam meliorem sic 12.d. nos cōsuetudinem, ff. de don.inter ui.& uxor.l.3.§.1.& ff.ꝙ ui aut clam.Seruius.sic extra de simo.sicut,in fine, & extra de senten. excom.si uere. Et econuerso ex merito non debet quis consequi pœnam. extra de fideiuss. peruenit. extra de don. inter ui. & ux. & si necesse.

b ¶ Malus choraula] qui incipit cantum in choro, vel qui choreas ducit.

c ¶ Bonum.] i. perfectum 1 sunt tā monachi meliores, idest, perfectiores clericis, & sic nō ob stat contra 47. dist. quantumlibet.

1 Scilicet quo ad instructionem & integritatem regularis personæ, vt mox dicit: aliàs sū t monachi,&c. ut sequitur L.

d ¶ Instructio.] Sufficit monacho, ꝙ tā tum bonus sit, licet sit illiteratus, vel irregularis, quæ duo nocent clerico promouendo.55.d.c.1. & 36. d. illiteratos.

HIS AVTEM OMNIBVS. Hæc est tertia pars quæst.in qua probat quod dicitur, ꝙ nullus dēt tenere locum ī monasterijs,& in ecclesijs sæcularibus. Io. de Fant.

CASVS. Concludit Grat. ex supradictis c.dicens, ꝙ si monachi a populo eligantur, ab episcopis cū cōsensu abbatis possunt ad militiam ecclesiasticam ordinari.Sed quia Gregor. videtur dicere contrarium,ut sup.ead. q. nemo. ideo dicit illud c. intelligi de illis,qui ordinati in numero episcoporū vel Cardinalium in simul ecclesiasticam militiā,& monasteriorum dispensationem sibi reseruare contendant:qđ fieri non debet, vt probatur per duo seq. c.

e ¶ Illud vero Gregorij.] Vt s.ea. c.2.

NE pro cuiuslibet.] CASVS. In archiepatu Rauēnæ cū monachi, vel abbates ad ecclesiasticū officiū promouerētur,in monasterijs potestatem sibi reseruare volebant præcepit ergo Greg. Mariniano episcopo Rauennati, ne hoc de cætero fieri patiatur.

f ¶ Sacrum.] Idest,episcopatum 2.

2 De hoc 1°. q.1.in sūma.

g ¶ Accesserit.] Bñ dicit accesserit.s.cū effectu.nō.n.definit esse prioris ecclesiæ prælatus, nisi hēat corporalē possessionē secundæ,ut 21.q.si quis iam,& extr. de elec. cum in cunctis,sed de hoc dr.93. d. si quis episcopi. Io.

Presby-

PResbyteros.] CASVS. In epiſcopatu Syracuſano quidam volebant dignitatem eccleſiaſticam gubernare, in monaſterijs eſſe abbates, vel econuerſo quare præcipit Grego. Maximiano epiſcopo, ut hoc fieri non permittat, nam cùm vnum officium propter ſui magnitudinem aliq̄s diligénter nō poſſit ad implere, incōgruū eſt vt videatur ad vtrumque idoneus, & bonus.

a ¶ Abbates.] Sed quomodo poterant clerici ſęculares eligi in abbates, cum hoc ſit prohibitū, ut extra de elect. cū cauſam, & melius. eo. tit. cum in magiſtrum, & eo. tit. cū ad noſtram? Reſpō. non eliguntur, ſed poſtulantur. ſic 56. diſt. Oſius. ſed forte cum prius erāt monachi, fuerūt aſſumpti ad parochiales eccleſias, & poſtmodum cum electi eſſent ī abbates, volebāt retinere eccleſias priores [1] & ex hoc uidet̃ eſſe melior cōditio monachorum quàm clericorū, ſi monachi licite eligūtur ad ſæculares p̄laturas, & clerici non poſſunt eligi ad monachorū prælaturas, cum ſit argum. 2. quæſt. 7. ſicut. inf. 28. queſt. 1. oēs. Sed quæro rationē illius diuerſitatis. Si dicas ideo quia clericus nō eſt peritus ī regula monachali. eadē ratione nec monach⁹ poteſt eligi in ep̄m, ſi nō eſt peritus in regula clericali, vt ſupra. c. ſic viue. & ca. ſeq. quod concedo. Sed quid ſi clericus ſit peritus ī regula monachali, nūquid poteſt eligi in abbatem, cū rō cōſtitutionis ceſſet in eo vt 61. d. §. his omnibus ver. ſed ſciendum? Dic ꝙ non: quia licet ſciat regulam. non tamen probatus eſt in ea, & graue eſt inexpertos, &c. vt 19. q. 3. monaſterijs, quia nec ipſe eſt probatus in habitu, nec ipſe probauit habitum, in quo maxima uis ordinis conſiſtit.

b ¶ Admiſſa.] ergo deliquenti dat̃ electio. ſic ext. de iu. patr. [2] eam te, arg. cōtra. ff. de pet. hær. ſi rem & pretiū.

c ¶ Ad utrumque.] Simi. 70. d. ſanctorū, & C. de acceſſ. l. ult. ſup. 89. diſt. ſingula.

HOC VEL GENERALITER. CASVS. Dictum eſt ſup. quod abbas electus in ſæcularem prelatum non debet ipſe abbas remanere, uel etiam aliquis electus ſæcularis prælatus in abbatem non permittitur habere militiam clericalem. Nunc uero dicit, quòd hoc poteſt intelligi generaliter de omnibus, uel ſpecialiter de quibuſdam, quod probat per ſeq. cap. Sed prædictum proximū, c. Intelligit̃, qñ ſimul volebant habere vtrumque ſed ad alterum poterit eligi, vñ vr̃ mihi ſine præiudicio melioris intellectus, ꝙ Gratian. male cōtinuauerit. B.

HInc eſt ēt.] CASVS. Bñ. ſic ponit hūc caſū. De quodā monaſterio Franciæ, abbates in ep̄os eligi cōſueuerāt de quorū electione monaſterium grauabat̃, & poſtea per ſeditiones, & ambitiones abbates nō canonice ſubſtituebantur. Dedit ergo Greg. ſpeciale priuilegiū & Regi Francorum, & ipſi monaſterio Regi, ut deberet electioni abbatis intereſſe, ne aliqua ſeditio oriret̃. Monaſterio ne de cætero abbas inde ad ep̄atū eligeret̃. Qđ priuilegium ita eſt ſpāle illius Regis, & illius monaſterij, ut ad conſequentiam aliorum trahi non debeat.

d ¶ Nunquam.] Sed nonne potius eſt opprobriū quā priuilegium, ꝙ abbas in ep̄m eligi prohibeatur? Reſpōdeo, in hoc eſt priuilegium, ꝙ eccleſia non cogitur [3] dare abbatem, ſi eligitur in epiſcopum.

e ¶ Detrimenti.] Solent enim abbates electi in epiſcopos diſpergeret res eccleſiæ ſitæ, cum ſe receſſuros ſperant, quia non parcit populis regimen breue, argu. ff. de exer. l. 1. circa prin. de pę. d. 3. inter hæc hircum.

f ¶ Sigillatim.] Arg. ꝙ priuilegium conceſſum uni, nō exten-

¶ Qui eccleſijs quoquomodo militant, abbates monaſteriorum eſſe non poſſunt. C. XXXVIII.

PResbyteros, diaconos, cæteroſque cuiuslibet ordinis clericos, qui eccleſijs quoquomō α militāt, abbates [a] per monaſteria eſſe † non permittas: ſed aut admiſſa β [b] clericatus militia, monaſticis non prouehātur ordinib. aut ſi in abbatis loco permanere decreuerint; clericatus nullatenus permittantur habere militiam. Satis. n. incongruum eſt, ſi cum vnum ex his præ ſui magnitudine diligenter quis non poſſit explere, ad vtrumq; [c] iudicetur idoneus.

α ¶ Quoquomodo.] *Hæ voces abſunt ab originali impreſſo, & manuſcripto.*

β ¶ Admiſſa.] *Sic in vetuſtis quoque codicibus Gratiani, & epiſtolarum B. Gregorij, & cæteris earundem editionibus, præter antiquam Pariſienſem, in qua & apud Anſel. legitur,* aut omiſſa clericatus militia monachicis promoueantur ordinibus.

Hoc vel generaliter, vel ſpeciali priuilegio dictum poteſt intelligi: ſicut & de quodam monaſterio in regeſto Gregorij legitur, hoc modo.

¶ De quodam xenodochio, cuius abbas ad epiſcopatum eligi prohibetur. C. XXXIX.

HInc eſt etiam, quòd xenodochiū, atque † monaſterium, quod in eodem Francorum regno cōſtitutū eſt, quia per ambitiones, & contentiones quorundā nō canonice tractabatur, a peruerſitate malorū liberare cupiens, præcepit; vt ſine regali prouiſione, † & monachorum electione nullus ibi abbas aliqua vnquā ſubreptione introduceretur. Præcepit etiam, vt eiuſdē monaſterij abbas nūquam [d] ad epiſcopatum eligeretur, ne forte occaſione epiſcopatus abbatia aliquid detrimenti [e] pateretur. Quod priuilegium ita eſt illius eccleſiæ, vt communem legem regibus, vel abbatibus omnino dare nō poſſit. Non enim quod vni ſigillatim [f] conceditur, ſtatim omnibus conuenit.

Clerici ſæculares non eliguntur ad p̄laturas regulares.

1 Scilicet parochiales ī quibus erāt intitulati. & hāc lecturam habes inf. ea. §. ſuperiori ſm Laur.

2 Alias, de ęta. & quali.

Anſ. l. 7. c. 163. Poly. l. 3. tit. 15.

† fieri] orig.

† al. ſeu.

† al. prouidentia.

Abbas … ep̄m, qñ … nō eligat…

3 Ideſt, … pōt cogi aliquē … a Papa.

ilegium us ad al- m non nditur.

extenditur ad alios sup.100. distin. contra morem.7.q. prima, petisti: tamen ius vni concessum extenditur ad alios, sup.distinct.5. eius vero. Item quod primatib. cōceditur, videtur concessum & illis, qui subsunt eis, vt C.de aduoc.diuer.iud.l.restituendæ. Item licet persona-lia

tur illud.c.presbyteros quam in superiori. §.& melius. Diuiditur ergo iste, §. in tres partes. in prima parte dicitur, quòd per istud cap. presbyteros, & diaconos, non prohibentur abbates fieri sacerdotes: cum beatus Benedictus præceperit abbates dare benedictionem suis fratribus, quod officiū nō est nisi sacerdotum: & Euangelium legere, quod est sacerdotū officiū: sed prohibētur tales fieri sacerdotes, & diaconi, qui in clericali militia cogūtur iugiter permanere retinēdo abbatias, vel econuerso. In secunda parte respondet quibusdā obiectionibus supradictis, in quibus dicitur, ꝙ officium monachi nō est docere, sed plangere, & quòd sine concilio presbyterorum eis nil agere licet, & similia: & dicit nō esse ita intelligendum, vt monachis nō liceat docere, quia ſm hoc negaremus Gregoriū, & beatum Martinū. & alios multos non habuisse officium prædicandi: sed sic sunt supradictę obiectiones intelligēdę, vt ex eo, ꝙ quis monachus est, non doceat: sed sua & aliorum peccata plangat & ex eo ꝙ ad clericatū eligitur, officium habeat docendi. In tertia parte ponit aliam solutionē, dicens ꝙ omnia supradicta c. quę prohibent monachis officia clericorum exercere, loquuntur de quibusdā monachis laicis: & ad hóc probādū inducit auctoritatem Hiero. & legē sequentē. Secunda pars incipit ibi, [Item illud.] Tertia ibi. [Monacos vero]

¶ Auctor huius capitis refert constitutionem B. Gregorij de abbate xenodochij in ciuitate Augustodunēsi, quæ habetur lib.21.regesti, epist.10.

Superiori auctoritate [a] nō prohibētur abbates [b] sacerdotes fieri: cum beatus Benedictus iubeat abbatē fratribus egredientibus, & regredientib. benedictionem dare: quod nō nisi sacerdotum [c] est. Lectionem [d] quoque Euāgelij similiter abbati ad legēdū tribuit: quam subsequenti oratione legere similiter sacerdotis officij est. Sed tales sacerdotes, vel diaconos fieri [e] prohibet, qui in ecclesiastica militia cogantur iugiter permanere. su.e.monachus. *¶ Item illud Hieronymi ad Riparium presbyterum: [Monachus nō docentis, sed plangentis habet officiū.] & ad Heliodorū:* su.e.alia causa. *[Alia causa est monachi, alia clerici.] & ad Rusticum:* sup.ca.ecclesia. *[Sine cōsilio presbyterorum monachis nihil agere licet.] non ita generaliter intelligendum est, vt nulli monachorum liceat docendi officium assumere: ne beatum Gregorium, aut Augustinum Anglorum episcopum, beatum quoq; Martinum, innumeros etiam quos de monachica cōuersatione ad summū sacerdotij gradum scriptura testatur [f] esse promotos, cogamur negare officiū docēdi habuisse: aut in die cōsecrationis suæ asseramus eos à priori proposito discessisse: quod (vt Innocētius testatur) nulli facere licet. Voluit ergo Hieronymus distinguere inter ꝑsonā monachi, & clerici: ostendēs, q̄d cuiq; ex proprio officio conueniat. ¶ Aliud enim conuenit cuique ex eo quod monachus est aliud ex eo, quod clericus est. Ex eo, quod monachus est; sua, & aliorum peccata deflēdi habet officium: ex eo, quod clericus; docendi, & pascendi populum. ¶ Monachos [h] vero usque ad tēpus Eusebij, Zozimi, & Syricij monachos simpliciter, & nō clericos fuisse ecclesiastica testatur historia. Idē etiā Hieronymus [α] refert monachos Scythiæ † conuenisse in vnum, vt sacerdotem sibi inuenirent, qui eis Missarum solennia celebraret.* † al. Scetia.

α ¶ Hieronymus. *] Io. Andreæ ait esse in epist. de opèr. & humil. monachorū. In tomo autem secundo operum ipsius B. Hieronymi in epist.60. quæ est Epiphanij ad Ioannem Hierosolymitanum, ab eo latine reddita, legitur Epiphanium ordinasse presbyterum monachis poscentibus, qui eis Domini sacramenta conficeret. Erat autem monasterium in diœcesi Ioannis.*

Item Leo Augustus lib.1. codicis de episcopis & clericis, le.40.

¶ In codice Iustiniani hæc lex ipsi Iustiniano tribuitur, non Leoni.

a ¶ Superiori auctoritate.] s. ꝑsbyteros.
b ¶ Abbates.] i. Sacerdotes non prohibētur fieri abbates.
c ¶ Nisi sacerdotū.] vt 25.d. perlectis.
d ¶ Lectionē.] Hoc melius intelligūt illi, qui nouerunt regulam beati Benedicti.
e ¶ Fieri.] Supple abbates.
f ¶ Testatur.] Sup. ead. de monachis.
g ¶ Ex eo.] Sic aliud facit quis in eo ꝙ homo, & aliud in eo quod peccator, ut 13.q.4. duo ista.
h ¶ Monachos.] Alia solutio.

lia iura non extendantur ad alios, tamen quandoque possunt concedi alijs. nam minor cedit alijs beneficium restitutionis, ut ff. eo. l. quod si minor. in princ. licet sit. arg. cōtra, ut ff. de admi. tut. licet ex plurib. & ff. de reg. iur. l. in omnibus.

SVPERIORI. CASVS. Gratia. hic aliter interpreta-

GEneraliter.] CASVS. In hac lege ponuntur quinq; genera perſonarũ, ſcilicet epiſcopi, presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi & monachi, licet non ſint clerici: quibus omnibus Leo Imperator cōcedit priuilegium, vt donec ſacroſanctis eccleſijs & omnipotenti Deo ſeruiũt ſint immunes ab oī tutela & cura cuiuſcumque generis & cuiuſcũq; perſonę. Si vero diuagãtes officijs nō interſint, iſtã non hẽant immunitatẽ. quod præcipit obſeruari nō ſolum in Romana ciuitate, ſed etiã in Cōſtantinopolitana & in omni terra, in qua nomen Christi colitur.

Epi & monachi non pñt eſſe tutores.

a ¶ Monachos.] Epis & monachis ĩterdr̃ cura & tutela, vt 88.di.epſ.& ſup. c.de præſentiũ. &c. monachi à monaſterio. niſi forte miſerabiliũ perſonarũ, vt 86.diſt.c.vlt. alij vero clerici ſpōte poſſunt ſuſcipere, vt 86.diſt.peruenit. Eſt ergo priuilegium clerici, qđ nō tenetur recipere tutelam alicuius, cũ tamẽ velit, & poſſit ſuccedere ab inteſtato quod eſt cōtra legem illam. īſtit. de leg.pat.tute.§.quia plerũ q; & ſup. 86. d.peruenit, vbi habes de hac materia.

b ¶ Nō diuagãtes.] Arg.ꝙ 1 ſcholares ĩ ſcholis non debent percipere ſtipẽdia, vt 12.q.2.conceſſo.

1 Hoc ar. nō colligitur ex hac litera, cũ hic loquatur de abſentib. ex inhoneſta cauſa, & hic no. uerbũ, diuagãtes. ar. ſe. ea, monachi vagãtes. Ar. Priuilegium datum religioſis ceſſante religione ceſſat.

b ¶ Nō diuagãtes.] Arg. cauſſa ceſſante ceſſat priuilegium. 84.d.quiſquis ext.de cler.nō reſid.quia nōnulli.ext.de deci.ſuggeſtũ.C.de reſt.mil.l.vlt. inſtit.de excu.tut.§. item hi qui reipublicæ enim cauſa abſẽs excuſatur à tutela. ſed ſi ante fuit tutor, ſimiliter refutat onus tutelæ ff.de iud.l.2.§.eleganter in fi.ff.pro ſoc.l.actione.§. item. vnde ſi aliquid priuilegium datum eſt religioſis, ceſſante religione ceſſat priuilegium, vt 25. q.2.c.ult. & extra de uerb. ſig.abbate. in fi.

¶ Omnes clerici, vel monachi tutelæ immunitatem habere debent. C. XL.

GEneraliter ſancimus, omnes viros reuerendiſſimos epiſcopos, nec nō presbyteros, ſiue diaconos, & ſubdiaconos, & præcipue monachos, a licet nō ſint clerici, immunitatẽ ipſo iure omnes habere tutelę, ſiue teſtamẽtariæ, ſiue datiuæ, ſiue legitimæ: & non ſolum tutelæ eſſe eos expertes, ſed etiam curæ, non ſolum pupillorum, & adultorum; ſed & furioſi, & ſurdi, & muti, & aliarũ pſonarũ; quibus tutores, vel curatores à veteribus legibus dãtur. Eos tamẽ clericos; & monachos huiuſmodi habere beneficium ſancimus, q apud ſacroſanctas eccleſias, vel monaſteria permanent; nō diuagantes, b neque circa diuina miniſteria deſides: cũ propter hoc ipſum, beneficium eis indulgemus; † vt alijs omnibus derelictis, Dei omnipotentis miniſterijs inhæreãt. Et hoc nō ſolũ in vetere Roma, vel in hac regia ciuitate, ſed in omni terra, vbicumque Chriſtianorũ nomẽ excolitur, obtinere ſancimus. ¶ *Nouarum etiam collationum, & ſordidorum* c *munerum immunitatem acceperũt. Vnde Conſtantinus cunctis ſcribit clericis tit. eodem, lege prima.* ¶ Iuxta ſanctionẽ, quam dudũ meruiſſe a phibemini, fundos, & mãcipia veſtra d nullus nouis e collationib⁹ f obligabit: ſed vacatione gaudebitis. *Itẽ Imperator Honorius, & Theodoſius eodẽ libro, titulo de ſacroſanctis eccleſiis, & l. quinta.* ¶ Placet rationabilis cōcilijs tenore perpẽſo, diſtrictã moderatione præſcribere; à quibus ſpecialiter neceſſitatibus ſingularũ vrbiũ eccleſiæ habeãtur immunes. Prima quippe illius vſurpationis cōtumelia depellenda eſt; ne prædia vſibus cęleſtiũ g ſecretorum dedicato, ſordidorũ munerũ fęce vexẽtur; nil extraordinariũ h ab hinc, ſuper inductumve flagitetur; nulla tranſlationis † i ſolicitudo

† al. indulgeamus.

Et in cod. Theodoſ. lib.16.tit.11.c.8.ex Conſtantio Aug.

& in Theod. ibidem, c.4.

† al. translatione.] al. translationum.

NOVARVM. CASVS. In ſuperiori lege datum eſt priuilegiũ clericis, ut à tutela & à cura ſint immunes: nunc oſtendit Grat. ꝙ & aliud priuilegium habẽt, ſcilicet ne collationes & ſordida munera præſtare cogantur: & ad hoc probandum inducit Conſtantini legem, cuius caſus patet, & etiam legem Honorij.

c ¶ Sordidorum.] Vt calcis coquendæ, arenæ fodiendę, & ſimilium.

d ¶ Mancipia ueſtra.] Similiter uxores, ut C.de epiſc. & cler.l.2, & eorum coloni, ut 89. d.indicatum. & eorum familia, ut [illegible] q.2.eccleſiarum.

e ¶ Nouis.] Sic 10.q.3.unio. & c.quia cognouimus.ex. de cen. [illegible] Apoſtolus.

f ¶ Collationibus.] Extraordinarijs, uel ſuper indictis, ut inf.l.px.ſoluãt tñ tributũ, ut 11.q.1.ſit tributũ.33.q.8.tributum.& C.de epiſ.& cler.de his ſed nouas collationes non poſſunt laici ab eis petere propter aliquas neceſſitates, vt hic dicitur, & extra de immun.eccl.non minus. ſed epiſcopus tempore neceſſitatis cum charitate aliquid moderate põt ab eis petere, vt ex.de cen.cum Apoſtolus. 2 non ergo tenet lex, quæ dicit, ꝙ clerici tenentur ad inſtructionem murorum: aliàs itinerum, ut C.de ſacroſan.eccl.ad inſtructionem.

2 Ad idẽ e[t] de immu. ecle. quia pl[e]riſq. ar. op[.] ff.de li.exh[.] ſi quis ex l[i]bers.

PLACET. CASVS. Præfectus prætorio quæſiuit ab Imperatore Honorio à quibus muneribus eccleſiæ eſſent immunes & rñdet, ꝙ à ſordidis munerib⁹ ſunt immunes omnino & ſi honeſta ſint, nil extraordinariũ uel de nouo eis imponatur: ſed tantum conſueta ſoluant eis tributa, & debitas penſiones. & niſi cum Imperator cauſa neceſſitatis per prouinciam trãſitum fecerit. & ſi quis contra hoc fecerit, poſt debitę ultionis acrimoniã, quæ contra ſacrilegos depromitur, deportetur. Præſcribere,] .i. ſtatuere, & ĩ ſcriptis redigere, [Trãslationis.] ideſt transferendorum agrorum, ideſt, ut transferatur dominium in rebus eccleſiarum. [Signetur.] .i. aſſignetur. [Poſt acrimoniam.] .i. pœnam extraordinariam, uel excommunicationem. [Erga,] Ideſt, contra.

g ¶ Cæleſtium.] Ideſt, eccleſiarum. Vel intellige ſecũdum quod eſt extra de cen.c. 1.

h ¶ Extraordinarium.] Ideſt, quod repentino caſu ſuperuenit. Extraordinarium & ſuperindictum idem eſt. C.de exact.trib.l.ſi diuina.lib.10.

i ¶ Trãslationis.] Ideſt, nō eſt transferẽda poſſeſſio ab

eis

† *al. gignatur.*

signetur †: postremo nihil præter canonicam illationē [ß] nisi quam aduentitiæ necessitatis [a] sarcina repentina poposcerit, eius functionibus adscribatur. Si quis contrauenerit; post debitæ vltionis acrimoniam [b], quę erga sacrilegos promouenda est, exilio deportationis perpetuo † subdatur.

† *al. perpetuè mulctetur.*

a ¶Meruisse.] *In codice Iustiniani legitur*, meruistis & vos, & mancipia, &c. *In Theodosiano*, meruisse perhibemini & vos, & mancipia, &c.

ß ¶Illationem,] *In vulgatis codicibus sequebatur*, nisi quam si aduentitię. *In codice Iustiniani vulgato legitur*, & quam aduentitię, *In manuscripto, & Haloandri non est copula. In codice Theodosiano*, quod aduentitiæ. *In plerisque vetustis Gratiani*, prętenquam aduentitiæ. *Dictio vere, si, abest ab omnibus, & ideo inducta.*

dist. 93. A subdiacono.

Hoc idem datur intelligi [c] *de verbis B. Siluestri, qui obedientiā minorum erga maiores assignans ait* [d]; [*Abbas ostiario, monachus abbati sit subditus.*] *supra in tractatu ordinandorum. Ostendit ergo Hieronymus quod simpliciter monachis nihil liceat agere sine consilio presbyterorum. Nec officium docendi sibi assumere liceat sine auctoritate clericorum; nisi forte sint diuina gratia intus commoniti: sicut beatus Gregorius refert in dialogo de beato Benedicto: qui homines mōtis Cassini ad fidem adduxit, & Arā Apollinis, quæ erat ibi erecta, subuertit: & de quodam Equitio, cui Angelus in somnis apparuit & eum ad prædicandum misit: qui cum de vitio linguæ conquereretur; Angelus phlebotomo linguam eius tetigit, & totum illud vitium curauit. Quod vero Hieronymus seipsum talibus connumerat* [e]; *tale est, quale illud Apostoli ad Philippenses:* [*Quicunq; imperfecti † sumus, hoc sentiamus*] *seipsum imperfectis connumerans. Hinc idem Hieronymus alibi ait:* [f] [*Natus in paupere domo, & tugurio rusticano.*] *& infra:* [*Nos suffarcinati auro.*] *se famelicum fastidientibus mella, pauperem diuitibus connumerans; supra vbi agitur de clericis, qui propria relinquere nolunt c. Gloria episcopi.* ¶ *Ecce sufficienter monstratum est, quod monachis presbyterij honore decoratis, a populo electis ab episcopo institutis eadem liceant, quæ & alijs sacerdotibus. Probatur hoc etiam ex similitudine consecrationis. Non enim in consecratione eorum aliud dicitur, & aliud in consecratione aliorum. Vtrisque enim in commune a Domino benedictionem infundi episcopus obnixe deposcit. Et dum consecrat, cunctis sacerdotibus sigillatim dicit: Consecrentur, & sanctificentur Domine manus istæ, vt quicquid consecrauerint, consecratum sit; & quæcumque benedixerint, benedicta sint; Ecce communis est benedictio: unde igitur diuortium? Sicut ergo in benedictione, utrique communem nanciscuntur potestatem; ita in institutione communiter assequuntur potestatis executionem. Cæterum absque episcoporum licentia non solum monachis, sed etiam omnibus generaliter clericis potestatis executio interdicitur.*

lib. 2. dial. c. 8. lib. 1. c. 4.

Philip. 3.
† apud Apostolum legitur, *perfecti.*
In epistola ad Nepotianum.
In epistola ad Paulinum.
12. q. 2. gloria.

Vnde Clemens epist. 3.

eis, licet non soluāt tributum, sicut fit in alijs, vt 10. q. 2. §. quirem.

a ¶ Necessitatis.] Nec tunc per laicos, sed per episcopū petetur collatio a clericis. vt extra de immunit. eccl. non minus. 1

b ¶ Acrimoniam.] i. pœnam, quæ traditur. ff. ad leg. Iul. pecu. sacrilegij. & 17. q. 4. per totum.

HOC IDEM. CASVS. Supra in §. illo, superiori auctoritate, & in illa l. gñaliter ostendit Grat. quod monachi quondam nō erāt clerici: nunc idē vult probare per auctoritatē B. Siluestri, quæ hr sup. 93. d. a subdiacono. quibus monachis secūdum Hieron. prædicare non licet sine clericorum auctoritate, nisi sancto spiritu reuelante quod probat exemplo B. Benedicti, & exemplo Equitij. Sed quia hæc solutio videbat falsa, cum Hieronymus sacerdos se talibus connumerasset, vt s. eo. alia ideo rñdet Grat. & dicit Hiero. hoc fecisse, vt alios monachos licentius redargueret. Et ad hoc probandū inducit duas auctoritates, scilicet Pauli, & Hieronymi.

1 Intellige, vt habetur eo. tit. aduersus, & eod. tit. li. 6. quoniam nonnulli & c. clericos de hoc etiā no. 23. q 8. tribatū. in glo. 1. ibi. videas. Arc.

c ¶ Datur intelligi.] quod monachi laici erant.

d ¶ Ait.] Sup. d. 93. a subdiacono.

e ¶ Connumerat.] s. ead. alia licet ipse esset presbyter Cardinalis.

f ¶ Alibi ait.] su. 12. q. 2. gloria.

ECCE. CASVS. Cōcludit Gra. ex supradict. c. quod monachis electis a populo & ab epo institutis, si presbyteri fuerint eadē liceant quæ & alijs sacerdotibus. Nūc vero hoc idem probat rōne consecrationis: quia sic benedicunt monachi cū ordinātur sicut & alij presbyteri sæculares, & eisdē verbis: Igitur cum communis

Yuu 3 nis

nis sit benedictio, ita videntur habere potestatem prædicandi isti sicut alij: & sicut alijs sacerdotibus sine licentia episcoporum non licet suum officium exercere, ita etiam nec monachis: & hoc probat seq. cap.

dare decimas, nec etiam de alijs prædijs, quæ proprijs manibus & sumptibus excolebant, ut ext. eod. ex parte & c. ad audiētiam. & c. statuimus. De clericis sæcularib. dicunt quidam quod teneantur, siue sint prædia ecclesiæ suæ, siue propria. Alij fauorabilius dicebant eos nō teneri

¶Sacerdotalia officia sine permissu episcoporum non agant presbyteri. C. XLI.

Burc. l. 2. c. 91. Iuo p. 2. c. 123. & p. 6. c. 90.

CVnctis fidelibus, & summopere omnibus presbyteris, & diaconis, & reliquis clericis attendendū est, vt nihil absque episcopi proprij [a] licentia [b] agant: non vtique Missas [c] sine eius iussu quispiam presbyterorum in sua parochia agat: non baptizet; nec quidquam absq; eius permissu faciat.

4 *De his* [d] *vero qui intra monasterij claustra consistūt, quibus populus ad regendum non committitur, quæritur, vtrum dare vel accipere decimas debeant. In quibus hæc discretio seruanda est, vt de agris, & vineis, quæ ad proprium stipendium coluntur, decimas sibi retineant. Si enim decimæ a populo filijs Leui reddebantur pro ministerio, quo Domino deseruiebant in tabernaculo, offerendo sacrificia & holocausta pro populo; patet, quod monachi de proprijs prædijs non magis, quàm alij sacerdotes decimas soluere coguntur. Sed dicitur, quòd prædia monachorum siue pretio sint empta, siue pro salute animarum oblata, antequam in ius eorum venirent, baptismalibus ecclesijs, siue quibuslibet alijs primitias, & decimas persoluebant: illæ autem ecclesiæ suo iure priuari non possunt.*

Vnde in Moguntinensi concilio statutum inuenitur.

¶Qui res suas alicui delegauerit, decimationum prouentum priori ecclesiæ auferre non poterit. C. XLII.

13. q. 1. c. vlt. Burc. l. 3. c. 241. Iuo p. 3. c. vlt.

ij SI quis laicus, vel clericus [e], vel vtriusq; sexus persona proprietatis suæ loca, vel res alicui dare delegauerit; decimationem prouentum priori ecclesię legitime assignatum inde abstrahere [f] nullam habeat potestatem. Quod si facere tentauerit, talis traditio irrita [g] prorsus ducatur, & ipse ad emendationem ecclesiastica coerceatur censura.

Item ex concilio Cabilonensi.

Arelat. 3. c. 20.

Cavit. l. 2. 36. Mogu[...] 3. sub. [...] nulpho. c. [...] & sub Ca[...] lo c. 41. & Rhemensi Trosteia [...]

CVnctis.] CASVS. Statuitur in hoc ca. ut nullus fidelis, & præcipue presbyter, vel alius clericus absque proprij episcopi licentia aliquid agat. nullus p̄sbyter absque eius licētia Missas celebret uel baptizet. Licentia.] Generali. Iussu.] Generali.

a ¶ Proprij.] Nisi inuitetur ab alio presbytero, tunc enim pōt sine licentia episcopi, ut 7. q. j. episcopi. & 11. q. 2. nullus primas [1] priuatim etiam possunt celebrare, ut ext. de cle. peregri. c. 3.

[1] Iste canon nullus. &c. p̄cedens hic all. s. epi nō vidētur probare propositum allegantis. quoniam in episcopis loquuntur. noster autem canō, s. cunctis loquitur in simplici sacerdote parochiali, ut patet ex tex. dicebat Ioā. de Fāt. quod casus huius c. cunctis est quod clerici nihil debent facere sine licentia episcopi. Arch.

b ¶ Licentia.] Generali.

c Missas.] Publice.

DE HIS VERO. Hæc est 4. pars q. in qua probatur per 6. ca. quod monachi tenentur ad solutionē decimarum. Ioan. de Fant.

CASVS. Facit hic Grat. incidentē quęstionem vtrum, scilicet monachi quibus cura aīarum non cōmittitur, debeant decimas dare, vel accipere. Et de hoc ita distinguit Gra. vt de p̄dijs, quæ proprijs sumptibus colūt monachi, decimas, sibi retineant. quod probat exemplo filiorū Leui, qui decimas a populo percipiebāt pro ministerio, q̄ faciebant. Et ita patet, q̄ monachi non magis quàm alij sacerdotes decimas soluere coguntur. Sed postea probat contrarium, dicens, q̄ si prædia cum onere decimarum & primitiarum ad monachos transiuerint; inde antiquis ecclesijs illas denegare non possunt, cum suo iure priuari non debeant. & hoc probat p̄ sequētia c. Quid iuris de hoc sit, notatur in Decretalibus in titu. de decimis.

Monachi an teneātur ad decimas de agris suis.

d ¶ De his.] Hic incidenter quæritur, an monachi debeant dare decimas de agris suis? Pro regula ergo teneas, q̄ quilibet tenetur dare decimas, nisi ostendat se exemptum esse, vt extra de deci. à nobis. & secundum hodierna iura etiam Cistercienses & alij regulares tenentur dare decimas de omnibus prædiis suis, quæ de nouo acquirunt, siue ea manibus proprijs colant, siue non: extra de deci. nuper. sed secundum vetera iura ita tenebatur, quod omnibus religiosis concessum erat non dare decimas de nutrimentis animalium suorum, & de hortis, & de noualibus, quæ proprijs manibus & sumptibus excolebant. monachis vero Cisterciensis ordinis & templarijs & hospitalarijs concessum erat non teneri dare decimas de prædijs ecclesiæ suæ, sed proprijs bene tenentur dare, vt inf. ea. q. c. decimas & extra eo. nouum. in fin. leprosi autem non sunt exempti a decimis, nisi tantummodo in hortis, & in animalibus suis vt extra de ecclesi. ædific. cap. 2.

SI quis laicus.] CASVS. Quidam laici vel clerici vēdebant prædia sua vel donabāt. & decimas prioribus ecclesijs subtrahebant, quare statutum est in concilio Moguntinensi, ut nullo modo faciant, & si quis contra fecerit, irrita erit talis traditio: & vsque ad emendationē excommunicabitur.

Clericus [...] decimas [...] proprijs [...] dijs.

e ¶ Vel clericus.] Clericus ergo dat decimam, quod verum est de proprijs prædijs.

f ¶ Inde abstrahere.] Res enim transit cum onere suo, vt extra de deci. cū non sit in homine. [2] & ff. de contrahen. emp. alienatio. ff. de dona. ad eum. §. 1. & ff. de reg. iur. nemo. ff. de distract. pig. si creditor.

[2] Et ext[...] pig. ex [...] ris in fi. de hoc.

g ¶ Irrita.] Pactum illud non obstat quin ab ecclesia vel alio possessore possit peti decima, vt extra eo. pastoralis.

ralis.ff.de pac.inter.& si possessor partem fructuum,& ille a quo causam habuit, etiam partem fructuũ percepit.vterque conueniendus est, vt extra eod.tit.a nobis. & c.tua nobis. Sed nũquid pactum istud tenet quantũ ad cõtrahentes? Videtur ꝙ sic, vt ff.de pa.epistola.§.pactum.

so.infra ead. multis. sed contra eum est extra de eccles. ædifi. ad audientiam. melius extra eod.tit.tua.vbi non obstat ei iuramentum quod fecit de rebus eccles. non alie.vnde hoc non videtur esse alienatio,vt ibi perpendetur. Item auferendo vni,& dãdo alij ecclesiæ sibi subiectæ, non videtur alienare:sicut frater dãdo sorori non videtur alienare.C.de fidei.voluntas.& est simile. C. de ædific. priua.si quis post & ff.de le. 2. vnum ex fa milia.& l.peto.§. fratre. simile ext.de his quæ fi.a prælat. sine consensu capit. cum Apostolica. Io. de Fant.

¶ Antiquiores ecclesiæ nec decimis, nec vlla possessione priuentur. C. XLIII.

Deusdedit p.3. Burc.l.3.c.9. Iuo p.3.c.12.

ECclesiæ antiquitus constitutæ nec decimis,nec vlla possessione priuentur;ita vt nouis [a] oratorijs tribuantur.

Item ex concilio Vuormaciensi.

¶ Antiquiores ecclesiæ propter nouas iustitiam suam non perdant. C. XLIIII.

Burc.l.3.c.7. Iuo p.3.c.9.

QVicumq; voluerit in sua proprietate ecclesiã ædificare,& cõsensum, [b] & volũtarem episcopi habuerit,in cuius parochia est;licitũ sit. Veruntamen omnino prouidendum est episcopo;vt aliæ ecclesiæ antiquiores propter nouas suam iustitiam, aut decimam nõ perdãt: sed semper ad antiquiores [c] ecclesias persoluatur.

¶ *Burchardus etiam,& Iuo citant ex concilio Vuormaciensi, c. 6. quo loco in eo, quod extat habetur aliquid ad hanc rem faciens.*

Decimas autem baptismalibus ecclesiis persoluendas Leo Papa iiij.affirmat dicens.

¶ Baptismalibus ecclesijs decimæ dari debent. C. XLV.

13.q.1.ecclesias §. item Leo. Poly.l.3.tit.11. Deusdedit p.3. Ansl.l.5.c.53. Iuo p.3.c.151.

DE decimis iusto ordine non tantum nobis, sed etiã maioribus nostris visum est plebibus tantum, vbi sacrosancta baptismata dantur,debere dari.

¶ *Iuo fere eadem citat ex Gelasio:sed Anselmus & Polycarpus ex Leone,vt Gratianus.*

Si ergo nulli licet decimationũ prouentum a priori ecclesia,cui assignatus fuerat,abstrahere,si ius antiquioris ecclesiæ nouis tribuendũ non est, si decimæ tantummodo baptismalibus ecclesijs dandæ sunt: patet, quod monachi ex proprijs prædijs decimas dare cogũtur. Sed & illa auctoritas Moguntinẽsis concilij de venditore,vel donatore loquitur,definiens, quod ille,qui vendit,aut donat, nõ põt prouentum decimationum illi ecclesiæ detrahere, cui prius legitime fuerat assignatus. Monachi aũt decimas, & primitias non auctoritate vendentis, uel donãtis:sed

sup.c.si quis laicus.

QVicumq;.] CASVS.Quæsitum fuit in cõcilio Vuormaciensi, vtrum quilibet in suo prædio possit ecclesiam ædificare? Et respondetur ꝙ sic,dummodo hoc faciat de licẽtia epi, in cuius parochia est: ita tñ,vt antiquiores ecclesiæ suam iustitiam uel decimas non amittant. Quæ autem sequuntur,plana sunt vsq; ad §.Si ergo.

b ¶ Cõsensum.] ꝭ. de cõsec. d.1.nemo. & c.si quis etiam.

c ¶ Ad antiquiores] Ar. ꝙ vbi contendit pro iure duarum ecclesiarũ,semper stãdum est antiquiori, vt ext.de relig.do.c.1.Item ar.ꝙ semper baptismalib. ecclesijs soluẽdę sunt decimæ, non capellis, vt inf. c.proxi. & c. qsti.& c.statuimus. & in c.sacris.& ext. eo.ti.nũcios. & fin hoc eps nõ dẽt hĩe decimas baptismalis plebis, i. ruralis ecclesiæ,sed tantum

Decimæ sũt soluẽdæ ecclesijs baptismalib. & non capellis.

ctum.sed contra ext.de pact.plerique.

ECclesiæ.] CASVS.Statutum fuit in concilio Cabilo. ut antiquæ ecclesię decimis & possessionib.suis nõ priuentur ad hoc ut nouis ecclesijs tribuantur.

a ¶ Vt nouis.] Quidam hoc intelligunt in eo casu cum prior ecclesia enormiter læditur. aliàs episcopus bene aufert de iure unius,& dat alijs, ut 12.q.2.bonæ rei.& 1.q.1.nulli episcoporum.& extra de exces.prælat. sicut vnire.in fra de consecr.dist.1.c.2. Hug.tamen scribit, ꝙ episcopus non potest auferre uni ecclesiæ, & dare alij inuito sacerdote,nam quod semel est consecratum,alienari non potest.11.q.2.nulli & c.sine exceptione.Item quia sacerdos iste non cogitur de suo facere beneficium, ut 10.q.2.precariæ. Item quia priuilegium solius Papæ est uni auferre, & alij dare,ut 9.qõ.3. conquestus, & c. nunc uero.& c.per principalem.Item quia nulli consulendũ est cum alterius iactura,11.quæst.3.si quis uero. 14.q.5.denique.& 22.q.2. primũ. Item arg.est pro ip-

...san possit ...i auferri, alteri da-

episcopalis plebis, de illis enim loquitur.c.12.q.2.nobis.& ca. Vulteranæ.& c.cõcesso & c.quatuor: 1 Tñ dico quòd quælibet ruralis ecclesia ẽt debet suas decimas in quatuor partes diuidere,ut una sit baptismalis ecclesiæ,alia pauperum, tertia fabricæ,quarta capellanorũ: licet hodie episcopi omnia occupent aliter not.sup.10. q.1.nouerint.& contra. Io.est ext.de deci,quoniam,& c.cum contingat.B.

1 Ad idẽ dũt Vin. & B.ex. de test.requisisti.in prin.

DE decimis.] SI ERGO CASVS. Concludit Grat. ex supradictis cap. si quis.& c.quicumque & c.de decimis,quod monachi de proprijs prędijs decimas dare non tenentur.Postea respondet illi c.si quis laicus dicẽs,quod venditor uel donator auctoritate sua decimas non potest subtrahere priori ecclesiæ : sed monachi nõ retinent decimas auctoritate sua, sed auctoritate Moguntin.concilij, & Paschalis secundi, à quibus dicitur, quod monachi non soluant decimas de proprijs prædijs, & ad hoc inducit sic.c.

a ¶ Paschalis.] Sed quō Paschalis potuit dare hoc priuilegium monachis, cum sit contra præceptum diuinę legis, ut inf. ea. decima, & c. reuertimini. contra quod non potest dispensari, 25. q. 1. sunt quidam & sup. dist. 5. c. 1. sup. dist. 8. quæ contra? Sed forte non est absurdum, quod priuilegium concedatur, quamuis sit contra ius diuinum, sed si contraria constitutione illud tolleret, non posset fieri. Sed nunquid laico posset dare tale priuilegiū? Dic quod sic. Io.

Priuilegium cōtra ius diuinum concedi potest.

munitur viuentib. nullus de prędijs, quæ suis sumptib. colunt, & nutrimentis proprijs decimas audeat extorquere. Et ad hoc probandum inducit auctoritatem Gre. f ¶ A monachis.] Duplici ratione: tum quia non habent populum: tum quia non ministrant eis spiritualia.

a ¶ Com-

auctoritate eiusdem concilij, & Paschalis [a] *Papæ detinent: a quibus definitum est, ut monachi de proprijs prædijs decimas non soluant.*

Sic enim in Moguntinensi concilio statutum est.

In Cabilonensi sub Carolo magno, c. 19

¶ Non persoluant de proprijs prædijs abbates, & episcopi decimas. C. XLVI.

Questi.] CASVS. Quidam clerici conquesti sunt de episcopis & abbatibus, qui decimas dari non permittebant ecclesijs, vbi coloni eorum episcoporum vel abbatum Missas audiebant, & baptizabātur eorum filij. & ideo statuit concilium Mogūtinen. vt epi & abbates de prędijs, quę proprijs colunt stipendijs, decimas sibi retineāt. coloni vero ibi dent decimas, vbi filij eorum baptizantur, & vbi per totū circulū anni audiūt diuina.

QVesti sunt pręterea quidam fratres, quòd essent aliqui episcopi, & abbates, qui decimas non finerent dari ad † ecclesiam, vbi illorum coloni [b] Missas audiūt. Proinde decreuit sacer iste conuentus, vt episcopi [c], & abbates de agris, & vineis, quæ ad suum, uel fratrum stipendium habent, decimas ad ecclesias suas [α] deferri [d] faciant: familię † uero eorum ibi dent decimas [e] suas, ubi infantes eorum baptizantur, & vbi per totum anni circulum Missas audiunt.

Ansel. li. 5. c. 57. Burch. l. 3. c. 132. Iuo p. 3. c. 198. Pann. l. 2. c. 59.

† al. ecclesiam vbi illi coloni

† al. familia det.

¶ *Caput hoc in nullo concilio Moguntino, quod extet, habetur, sed in Cabilonēsi, vnde citant Burchardus, & Iuo. In libro Vaticanæ bibliothecæ, in quo sunt duo concilia Vrbani secundi, Placentinum, & Melphiense, hæc etiam leguntur.* Perlatum est ad sanctam synodum, quod sint quidam episcopi, & abbates, qui colonos ad se pertinentes non finant decimas dare ad ecclesias, vbi Missas audiunt, & infantes eorum baptizantur. Proinde decreuit sacer iste cōuentus, vt episcopi, & abbates de vineis, vel agris, ac frugibus, quę ad suum, vel fratrum vsum laborant, decimas sibi pro benedictione, vel hospitum susceptione habeant: familiæ vero ibi dent decimas suas, vbi per totum anni circulum Missas audiunt, & infantes eorum baptizantur.

b ¶ Coloni.] Partiarij, q parte fructuū percipiūt tales. n. pro ea portione quā ipsi percipiūt, tenent eis decimas. & dñi eorū pro ea quā ipsi percipiūt, ut ext. eo. qm. & cap. a nobis, & c. tua nobis. imò & in pensionario colono idē iuris est, sine ipse pro pēsione seruiat: siue dño det certam pensionem: quia ante quam aliqua pēsio detur, ris est decimanda, vt extra eo. tit. cum homines.

Partiarij coloni, q sunt. Decimæ sūt a colonis partiarijs dādæ.

α ¶ Suas.] *Vox ista abest ab ipso concilio, & cæteris collectoribus, sunt etiam nonnullæ aliæ varietates, quæ indicatæ sunt in margine.*

Item Paschalis secundus.

¶ De proprijs laboribus monachi, & canonici decimas minime soluere cogantur. C. XLVII.

c ¶ Vt episcopi.] Patet hic, quod clerici nō dabūt decimas de bonis ecclesiæ, ut extra eo. fraternitatem, & roo. nouit. & inf. c. prox. licet H. contradixerit, qui dixit hoc speciale in epo. sed obitat, ext. eo. quoniam §. vlt.

DEcimas a populo sacerdotibus, ac Leuitis esse reddendas diuinę legis sanxit auctoritas. Cęterū a monachis [f], siue clericis communiter viuentibus [g] nulla ratio sinit, ut milites [h], aut episcopi, aut personę quælibet decimas de laboribus, seu nutrimētis suis proprijs extorquere debeant. Vnde beatus Gregorius sic ait: Cōmuni vita viuentib. iam de faciēdis portionibus, vel exhiben-

Deusdedit p. 3. Num. 18. † Cōmuniter autem viuentibus.] in orig. Gregorij cū alijs etiam verborū varietatibus.

In responsione 2. ad Augustinum. Clerici cōter viuentes & monachi habēt idem priuilegium.

d ¶ Ad ecclesias suas deferri.] Proprijs sumptibus.
e ¶ Decimas.] Si prædia sint in episcoporum parochia. Vel loquitur de decimis personalibus, 1 quæ dandæ sunt ubi sacramenta percipiuntur, ut extra eod. ad apostolicæ.

1 Iste intellectus apparet in fi. c. statuimus in gl. 2. & 13. q. 1. in fin. vbi vide.

DEcimas.] CASVS. Quæsitum fuit a Paschali, utrum monachi vel clerici communiter viuētes decimas debeāt dare. Et ist. dec. sacerdotes, & Leuitæ a populo decimas percipere debent Sed a monachis & clericis com-

g ¶ Communiter viuentibus.] Ecce quod aliud habēt priuilegium clerici communiter viuentes, scilicet quàm qui separatim: & quod idem habent quod monachi, similiter in absolutione petenda habent idem priuilegium cum monachis, ut extra de vi. & hon. cler. quoniam. in fi. & ext. qui cler. uel uouen. c. 1. & ext. de sent. excom. monachi. & ex tenore. in fi. contra. ext. de sent. excom. cum non ab homine.
h ¶ Milites.] An milites possint habere decimas, dicetur. inf. q. 7. c. 1.

QVOD

QVOD AVTEM. Hæc est quinta pars quæstionis. in qua probat Grat. quòd Papa potest episcopatus diuidere & vnire, & quosdam eximere archiepiscopis suis incōsultis. Ioan.

CASVS. Dictum est s. in c. ecclesiæ, c. quicumque. quod anti-

da hospitalitate, & adimplēda misericordia nobis quid erit loquēdum cum omne, quod superest, in causis pijs, ac religiosis erogandū sit, dicēte Domino: [Quòd super est, date eleemosynā: & ecce omnia munda sunt vobis.]

Luc. 11.

5 *Quod autem dicitur, quod antiquiores ecclesiæ propter nouas, nec decimis, nec vlla possessione priuentur; non ita intelligendum est, vt nullo modo credatur licere episcopo aliquā partem possessionum, vel decimationum vnius ecclesiæ alteri pro tempore tribuere: Sicut .n. Papa duos episcopatus in vnum potest redigere; ita & vnus proprio consentiente episcopo in duos potest diuidi, vel etiam metropolitano inuito quælibet ecclesia ab eius iurisdictione Apostolica eximi auctoritate.*

Vnde Gregorius Papa scribit Benenato episcopo, lib. 2. epistola 31.

¶ Duos episcopatus in vnum redigere Apostolica potest auctoritas. C. XLVIII.

Ansf. l. 6. c. 108. Poly. l. 3. tit. 30.

ET temporis qualitas, & vicinitas [a] nos locorū inuitat, vt Cúmanam, atq; Misenatem & vnire [b] debeamus ecclesias: quoniā nec longo itineris spatio a se seiūctæ sunt, nec (peccatis facientibus) tanta populi multitudo est, vt singulos, sicut olim fuit, habere debeāt sacerdotes. Quia igitur Cumani castri sacerdos cursum vitæ huius expleuit [c] vtrasque nos ecclesias præsentis auctoritatis pagina vnisse, tibique commisisse cognosce: propriumque vtrarumq; [d] ecclesiarum scitote esse pontificem. Et ideo te, quæcunque tibi de earum patrimonio, vel cleri ordinatione, siue promotione, iuxta canonū statuta visa fuerint ordinare, atque disponere; habebis ut proprius reuera sacerdos liberam ex nostrę auctoritatis

antiquiores ecclesiæ propter nouas ecclesias suo iure priuari non debent: Nunc vero dicit Grat. quòd hoc non ita strictè est intelligendum, ꝙ episcopo nō liceat unius ecclesiæ possessionem vel decimas alij tribuere: quia sicut Papa pōt duos episcopatus redigere in vnū, ita vnum in duos diuidere. maxime episcopo consentiente, & quælibet ecclesia ab Apostolico eximi potest, etiam inuito metropolitano. ita supple episcopus potest unius ecclesiæ possessionem, &c. Sed certe male, argumentatur G. de Apostolico ad episcopum cum Apostolicus habeat plenitudinem potestatis, quam nullus alius habet. & quod auctoritate Papæ duo episcopatus in unum redigi possint, probatur per duo sequentia capit.

ET tempore.] CASVS. Cumana ciuitas pastore carebat, quæ vicina erat ciuitati Misenatæ: sed quia pauci erant ibi homines, ideo Papa Benenato episcopo Misenati utramque ecclesiam gubernandam commisit, ita ut habitet ubi utilius & commodius habitare prospexerit dum tamen in illa ecclesia in qua corporaliter non erit, ministeria diuina solenniter peragrātur, [Cumani castri.] Idest, modicæ urbis. [Sacerdos,] idest episcopus.

a ¶ Et uicinitas.] Arg. ꝙ propter remotionem uel incommoditatem multa fiunt licite, quæ aliàs non licerent, vt infra ead. q. 7. si quis vult. 63. dist. in. [illegible] 13. q. 2. vbicunque. extra de eccle. ædifi. ad audientiam. supra 7. q. 1. temporis.

b ¶ Vnire.] Sicut Papa potest vnire plures episcopatus sic episcopus plures ecclesias, vt [illegible] sicut venire. Si q̄ras [illegible] tineant dignitatem priorē? Dico quod varijs [illegible] vniri ecclesiæ: vel hoc modo, vt vna [illegible] cundū [illegible] episcopa[illegible] vna tm̄. Vel hoc modo possunt vniri, [illegible] ex duobus dignitatib. vna fiat dignitas & secūdum hoc non dicentur esse duæ ecclesiæ, sed una tm̄. & secundum hoc illi qui sunt canonici in vna erunt canonici in altera. & tā isti quam alij canonici intererunt electioni epī, & alijs cōmunibus negocijs. In tali vnione distinguendū credo, quod aut ecclesiæ simul vniūtur, aut vna earum vnitur reliquæ: quę duo sunt penitus diuersa. Si vna vnitur alteri secundū hoc illius naturā & cōsue[illegible] [illegible] priuilegium [illegible] cui vnitur & peribunt iura illius ecclesiæ quæ vnitur vt extra de [illegible] recolē tes. circa fi. Si autem neutra alteri [illegible], sed illæ simul vniuntur tunc dico quod [illegible] uel priuilegia quæ meliora sunt & humaniora, retinēt illud unitum. nam cum malum & bonum associantur, malum recipit naturam boni. 32. q. 1. nō est [illegible], & ar. C. de rei uxo. actio. in prin. & C. com. [illegible] de leg. l. 2. circa finem. Tertio modo possunt uniri ecclesiæ: puta quod utraque remaneat episcopalis. & secundum hoc remanent duo episcopatus, [illegible] idem [illegible] episcopus utriusque ecclesiæ. secundum hoc si primo subessent istæ ecclesiæ diuersis metropolitanis propter illam unionem, neuter metropolitanus perdit ius suum, ut extra de relig. domi. cap. quia: & episcopus iste erit sub duobus metropolitanis. In primo casu erit sub illo cui Papæ placuerit, uel erit sub metropolitano illius ecclesiæ cui unita est altera: illius enim naturam assumpsit. Et sic Imperator quandoque unit duas dignitates in unam, ut in authen. ut iudi. sine quoque suffra. §. illud. colla. 1.

2 Varijs] gl. c. uni. ext. ne [illegible] benef. [illegible] ne dimi. cōf. [illegible] & [illegible] [illegible] de [illegible]

Ecclesiæ varijs modis uniuntur.

c ¶ Expleuit.] Ergo si esset unus, non uniretur. ut infra ead. multis. & extra de eccl. ædifi. ad audientiam, immo potius eo mortuo non debent uniri. ut extra nę sede uacan. c. 1.

d ¶ Vtrarumque.] In utraq; ergo erit sedes episcopalis, ut 21. q. relato. Vel forte ubi ipse elegerit habitare & alia erit sibi subiecta.

consensu, atque permissione licētiam. Vbi vero commodius, atq; vtilius esse perspexeris, ibi habitato: ita sanè, vt alteram ecclesiā, cui corporaliter pręsens non es solicita, prouidentiq; cura disponas: quatenus diuina illic mysteria † solennitet auxiliante Domino peragantur. † *al. ministeria.*

α ¶ Misenatem.] *Sic emendatum est ex vetusto codice B. Gregorij: quamuis in vulgatis sicut etiam apud Gratianum, esset,* Musitanam.

Idem Ioanni episcopo Veliterno, lib. 2. epist 35. Ioannes diaconus l. 3. c. 15.

¶ Duos episcopatus in vnum redigere Apostolica valet auctoritas. C. XLIX.

POstquam hostilis impietas diuersarum ciuitatū ita (peccatis facientibus) desolauit ecclesias, vt reparandi eas, spes nulla, populo deficiente, remanserit; maiori valde cura constringimur, ne defunctis earum sacerdotibus reliquiæ plebis nullo pastoris moderamine gubernatæ, per inuia fidei hostis callidi rapiantur (quod absit) insidijs. Huius ergo rei solicitudine sæpè commoti, hoc nostro sedit cordi consilium, vt vicinis eas mādaremus pōtificibus gubernandas. Ideoq; fraternitati tuæ curam gubernationemq; Triumtabernēsium β ecclesiæ prouidimus committendam: quam tuæ ecclesiæ aggregari, vtrique necesse est: quatenus vtrarumq; ecclesiarum sacerdos rectè, Christo adiutore, possis existere: quæque tibi de eius patrimonio, vel cleri ordinatione, seu promotione vigilanti ac canonica visa fuerint cura disponere. Quippe vt Pontifex proprius liberam habeas † ex præsenti nostra permissione licentiam. † *al. habebis.*

7. q. 1. temporis qualitas. Ans. l. 5. c. 24. Poly. l. 1. tit. 9.

β ¶ Triumtabernensium.] *In vulgatis legebatur.* Treuerensium. *Emendatum est ex aliquot vetustis, & originali, & Ioanne diacono. Nam, ut is testatur, hæc epistola scripta est Ioanni episcopo Veliterno. Oppidum autem Triumtabernarum Velitris uicinum est.* Et in Toletano 12. c. 4.

Item ex concilio Carthaginensi 2. c. 5.

¶ Non habeant episcopum diœceses, quæ nunquam habuerunt. C. L.

FOelix episcopus Selemselitanus dixit. Etiam si hoc placet, sanctitati vestræ insinuo, vt diœceses, [a] quæ nunquam episcopos habuerunt † non habeant; [b] & illa diœcesis, quæ aliquando habuit, habeat proprium. γ [c] Secundum autem hanc prosecutionem sanctitas vestra æstimet, quid fieri debeat. Ac vniuersis dictum est, Placet. Burc. l. 1. c. 33. † *al. acceperunt.*

POstquam.] CASVS. Multæ ciuitates, inter quas erat Triumtabernarū ciuitas, intantū erāt populis desolatę, quod proprios pręlatos habere non poterant, nec erat spes illas ecclesias reparādi, imò timebatur ne illarū ecclesiarū reliquæ asportarentur. & ideo Ioanni episcopo Veliternē. ciuitatē committit eam suæ ecclesiæ uniendo: & dat sibi liberam potestatem, quatenus prout melius uisum fuerit sibi, uigilanti cura cūcta disponat.

FOelix.] CASVS. In concilio Carthaginēsi Fęlix eps Selemselitanus dixit, ut in illis plebibus ponantur epi, ubi quondam fuerunt: in alijs uero nō cuius dictū concilium approbauit.

a ¶ Vt diœceses.] Sup. dist. 80. episcopi. & c. illud.

b ¶ Non habeant.] Nisi in casu, ut inf. ea. præcipimus. 99. dist. nulli.

c ¶ Proprium.] Nisi in duobus casib. s. ead. & temporis. 25. q. 2. ita nos. licet ergo ciuitas per mille annos sine epō fuerit, dum tamen episcopalis limes possit probari, non obstat præscriptio. infra q. 3. licet.

MVltis.] CASVS. Questū fuit ī cōc. Africano an plebes,

γ ¶ Proprium.] *In concilio ipso sequuntur hæc.* Et si accedente tempore, crescente fide Dei populus multiplicatus desiderauerit proprium habere rectorem; eius videlicet voluntate, in cuius potestate est diœcesis constituta, habeat episcopum.

δ ¶ Prosecutionem.] *Emendatus est hic locus ex originali impresso, & manuscripto. Nam antea legebatur;* Secundum hanc persecutionem sanctitatis vestra est æstimare. Et in Carthaginen. 3. c. 42.

Item ex Africano concilio, c. 20.

¶ Nisi cum voluntate episcopi diœceses, quæ ab eo retinentur, non recipiant proprios episcopos. C. LI.

MVltis concilijs hoc statutum est a cętu sacerdotali, vt plebes, quæ in Burch. ibidem.

bes, quæ sunt in epatu alicuius, possint habere proprios episcopos, quæ scilicet nunquam epos habuerũt. Et respondet ꝙ non, sine voluntate illius episcopi à quo retinentur. Et scias ꝙ hæc duo cap. inducuntur ad probandum, ꝙ vnus epatus potest in duos diuidi epo consentiente: aliter non licet, quod non est verum quantum ad Papam: sed potest dici, ꝙ quædam concilia impetrauerant priuilegium à Papa diuidendi vnum episcopatum in duos, de consensu tamen epi cuius erat episcopatus.

a ¶ Rectores.] Id est, episcopos. Videtur ergo ꝙ Papa non possit inuito episcopo nouum facere episcopatum in diœcesi sua, vt s. ea. & temporis. Hug. dicit hunc esse tenorem huius cap. ꝙ nullus sacerdos potest institui sine voluntate diœcesani episcopi.

b ¶ Ioanni episcopo.] Supple & Ioanni patriarchę: quia archiepiscopo Larissæo scribit pro Hedriano.

FRater noster.] CASVS. Antecessor Greg. exemerat Hadrianum epm Thebanæ ciuitatis à iurisdictione Larissæi archiepi, & Ioannis patriarchæ primæ Iustinianæ postquam exemptionem præfati archiepiscopus, & & patriarcha eũ grauiter & iniustè in quibusdã causis condemnauerunt. Nam archiepiscopus in causis pecuniarijs eũ iniuste spoliauit, patriarcha verò in causa criminali ipsum iniquè deposuit. Super quo cum querelam apud Greg. deposuit, honori suo & loco est restitutus, & pcipit Larissęo archiepiscopo, vt de cætero nihil iuris super eo vel eius ecclesia præsumeret usurpare: sed si qua causa fidei vel criminalis vel pecuniaria inter eos vertitur, p delegatos domini Papę, si mediocris est; vel per sedẽ Apostolicã, si ardua est decidatur: contra quod si fecerit, sciat se communione priuatum. Itẽ præcipit ei, vt sine dilatione omnes res sacras uel aliàs mobiles vel immobiles ei restituat. de quibus si quæstio vertitur inter eos, in regia vrbe coram responsali ventiletur. Quę autem sequuntur plana sunt vsque ad §. [Sicut.] c ¶ Necnon à Ioanne.] Sub quo erat Larissæus metropolitanus. de cuius dięcesi fuit exemptus.

d ¶ Eius.] Scilicet Ioannis.

e ¶ Depositus.] Etiã de facto. sic 24. q. 1. audiuimus.

f ¶ Aliquid.] Arg. ex eo ꝙ quis eximitur, vt exemptus vniuersaliter etiã cum suis ecclesijs. in Auth. vt eccl. Ro. cen. an. gau. pscrip. ĩ prin. col. 2. quia beneficia principũ largę sunt interpretanda, vt ff. de consti. princ. beneficium, extra de dona. cũ dilectus. 12. q. 2. qui manumittit. & 24. q. 1. rogamus. & in Auth. vt li. de cet. §. si quis, coll. 7. 1. e. q. 2. visis. arg. cõtra, ext. de relig. do. constitutus, in fi. ext. de do. pastoralis, extra de priuil. ex ore, in fi. & c. cum capella, ff. de fun. instru. l. quæsitum. §. vlt. Ioan. Quid iuris sit de hoc, in quęstionibus not. diligenter. B.

g ¶ Nostri.] Videtur quòd per legatum uel etiam delegatum quæstio fidei sit tractanda: cum tantum ad Petrum sit referenda quæstio fidei, 24. q. 1. quoties. Sed dic quod mediocres causas possunt episcopi tractare, ut extra de hæret. ad abolendam. sed magnas non, ut extra de hæret. cum Christus.

h ¶ Si mediocris.] Videtur ergo ꝙ delegatus criminales causas possit audire, ut 2. q. 6. decreto. C. de off. procon. l. 1. Arg. contra. ff. de off. procon. solet, extra de off. leg. quod translationem. Sed dic quod mediocres causas appellat, cum tale est crimẽ quod nõ inducit depositionem: in quo potest interuenire procurator, ut ff. eo. per alium causæ appel. re. poss. l. 1. & ubi nõ est opus inscriptione; ut ff. de accusat. leuia. Vel dic ꝙ cognoscere potest

diœcesibus ab episcopis retinentur, quę episcopos nunquam habuerunt, non nisi cum voluntate eius episcopi, à quo tenentur, proprios accipiant rectores. [a] α

α ¶ Rectores.] *In concilio Africano & Carthaginensi sequitur,* id est episcopos: *quod additur etiam in glossa.* *Item Gregorius Ioanni episcopo* [b] *Larissæo, lib. 2. indict. 11. epist. 7. seu c. 46.*

¶ Apostolica auctoritas à iurisdictione archiepiscopi episcopos valet eximere. C. LII.

Ansel. l. 6. c. 125. Poly. l. 1. tit. 7.

FRater noster Hadrianus Thebanæ ciuitatis eps ad Romanam vrbem veniẽs lacrymabiliter est conquestus de quibusdam capitulis se à fraternitate tua, nec nõ à Ioanne [c] primę Iustinianę † episcopo nõ legitimè, neque canonicè cõdemnatum. *& infra.* ¶ De nequissimo autem, damnandoque eius [d] iudicio alias sumus, iuuante Domino, tractaturi. Hadrianum vero episcopum reperimus, & tuo contra sacerdotales mores odio laborasse, & nullo iure pecuniarijs in causis eum fraternitatis tuę cõdemnatum fuisse sententia. Quia igitur & ab antefato Ioanne primæ Iustinianæ episcopo contra ius, canonesque depositus, [e] honoris sui gradu carere non potuit; in sua eum reformari ecclesia, atque in propriæ dignitatis ordinẽ decreuimus reuocari. Et cum oportuisset te ex eo Dominici corporis communione priuari, quòd admonitione † sanctæ memoriæ decessoris nostri contempta (per quam eum ecclesiamque eius de tuę iurisdictione potestatis exemit) rursus in eis aliquid [f] tibi iurisdictionis seruare præsumpseris; tamen nos humanius decernentes, communionisque tibi sacramentum interim conseruantes, decernimus ut fraternitas tua ab eo, ecclesiaque eius omnem ante habitæ suæ potestatem iurisdictionis abstineat: & secundum scripta decessoris nostri, [g] si qua causa vel fidei, vel criminis, vel pecuniaria aduersus præfatum Hadrianum consacerdotem nostrum potuerit euenire; uel per eos, qui nostri sunt, uel fuerint in vrbe regia respõsales, si mediocris [h]

† *al. Iustinianæ vrbis.*

† *al. post admonitionem contemptam.*

Exemptio simpliciter facta an eximat vniuersaliter.

Causas mediocres tractant epi.

Delegatus vtrũ criminales causas audire possit.

Mediocres causæ quæ sunt.

...o inuito ... possit in diœcesi ... eius epa... hoc no. xi. i gl. & s. 99. in. c. 2. in fin.

test legatus de crimine episcopi: sed non deponere. Vel dic, quòd potest pronunciare aliquem deponēdum: sed eum condemnare non potest, sic 2.q.6.biduum.versi.si quem in insulam.

a ¶ Vel huc.] Hic arg.delegatum non posse omnia quæ delegans, quod uerum est, nisi ei specialiter aliquid fuerit ꝑmissum, vt 25.q.2. in Galliarum.

nei, ut extra qui matr. accusa.poss.videtur, inf.& extra de testi.veniens, in fi.C.de repud.consensu. 1

g ¶ Discernant.] Vel per arbitrium, vel per amicabilem compositionem: superioris tñ auctoritas est necessaria, extra de transa. de cætero, & c.statuimus, & extra de arbit.

1 Hoc no... q.5. in su... ma. & ca... & 14. q.2... per prude... tia.

est quæstio, cognoscatur: vel huc [a] ad Apostolicam sedem si ardua est deducatur: quatenus nostræ audientiæ sententia decidatur. Quòd si contra hæc quæ statuimus, quolibet tempore, seu qualibet occasione, vel surreptione venire tentaueris, sacra scias te communione priuatum: nec eam te, excepto vltimo vitæ tuæ tempore, nisi concessa Romani Pontificis decernimus iussione percipere. *α & paulo post.* ¶ Res autem siue sacras, siue alias mobiles, immobilesq; eius ecclesię, quas hactenus diceris retinere (quarum notitiam nobis oblatam præsentibus annectimus literis) sine aliqua ei dilatione fraternitas tua restituat. De quibus si qua inter vos quęstio vertitur; volumus, vt apud responsalem nostrum in vrbe regia ventiletur.

Iuo p.4.c.205.

α ¶ Percipere.] *Hic in epistola interijcitur, c. hac † consona. infra 25.q.1.*

† al.hac.

Si autem nec dum in diœcesi alicuius episcopi illa loca signata fuerint, ex vigore Apostolicæ sedis proprium episcopum accipiant.

Vnde Gregorius iunior scribit Bonifacio episcopo, epist.ult.

¶ Vbi multitudo fidelium excreuit, ibi episcopi sunt ordinandi. C. LIII.

PRæcipimus, [b] vt iuxta sacrorum canonum statuta, vbi multitudo excreuit fideliū, ex uigore Apostolicæ sedis debeas [c] ordinare episcopos: pia tamen cōtemplatione, vt non vilescat dignitas episcopatus.

Sicut duo episcopatus suprascripto modo in vnum possunt redigi, & vnus in duos ualet diuidi; sic etiā episcopus de baptismalibus, & parochianis ecclesiis facere potest cum consensu suorum clericorum. Quod cum factum fuerit; illa pars populi, quæ nouis ecclesiis supponitur, à iure prioris ecclesiæ absoluitur. Hoc nisi fieri posset, multitudo ecclesiarum ad paucitatem redigeretur. Plures autem baptismales ecclesias in vna terminatione facere non potest.

Vnde in Toletano concilio legitur.

¶ In vna terminatione plures baptismales ecclesiæ esse non possunt. C. LIIII.

PLures baptismales ecclesię in vna [d] terminatione esse non possunt: [e] sed vna tantummodo cum suis † capellis. Et si cōtentio fuerit de terminatione duarum matricum; plebes vtrarumque [f] discernant: [g] & si non cōuenerint, lis Dei iudicio [h] discernatur.

Burc.l.3.c.22.
Iuo p.3.c.27.
† al.subdit.

b PRæcipimus.] Arg.ꝙ sine auctoritate Papę episcopat⁹ ñ fiūt. & ar. 7.q.1.mutationes.

c ¶ Debeas.] Vt tamen habeat consensus episcopi, si regio illa esset intra diœcesim alicuius episcopi: quia quidq̄d excrescit, spectat ad episcopum, vt extra de deci.quoniam.Ioan.

SICVT DVO EPISCOPATVS. CASVS. Supradictū est ĩ ca. & tēporis qualitas, & c.postquam. & c.Felix. quod duo episcopatus in vnū redigi pñt: & unus in duos pōt diuidi. Nūc dicit Gratia. ꝙ eps potest similiter vnam ecclesiam sibi subiectā in duas diuidere, & econuerso cum consensu suorū clericorū: & facta diuisione, noua ecclesia soluta erit à iure prioris eccl'ę: & nisi hoc fieret, multitudo ecclesiarū ad paucitatē reduceretur: plures tñ baptismales ecclesias in vna terminatione facere non pōt episcopus.

PLures. CASVS. Statutū est ĩ cōcilio Toletano, ut intra vnā terminationem nō sint plures ecclesiæ babtismales, & si cōtentio fuerit determinatione duarum matricū ecclesiarum, populi vtrumque amicabiliter cōponant, sin autem, lis Dei iudicio discernatur.

d ¶ In vna.] Et intra eosdem limites.

e ¶ Nō possunt.] Ita quod habeant eosdē limites: ex quo eñ sunt baptismales, debent habere limites distinctos, ut 13.q.1.c.1. vnus enim tantum debet esse princeps. 7.q.1.in apibus.

f ¶ Plebes vtrarumque.] Arg.ꝙ qui rem melius nouerunt, siue sint domestici, siue extranei, potius debent esse testes quàm alij, licet sint domestici uel consanguibit.per tuas. aliàs laicus nō posset esse iudex in spiritualibus, vt extra de iud.decernimus, & c.seq.& in constit. Inno.contingit.quæ est de arbit. Et est hic arg. ꝙ spiritualis causa laico potest committi, 32. dist.§.verum.

h ¶ Iudicio.] Id est, iuramēto. vel etiā sortibus, 2 quibus Dei voluntas ostēditur. 26.q.2.§.1.& cap.sors. Vel

2 Scilicet h... nestis, &... hoc tenet. Hug.

Dei

Dei iudicio, id est, ecclesiastico. 3.q.5. quia suspecti. ver. veniat. 12.q.1. futuram.

IVS ERGO. Hæc est sexta pars quæstionis, in qua probare intendit, ꝙ omnes ecclesiæ cum rebus suis sint in episcopi potestate, nec decimæ sine eius licentia alibi

modi officia sunt commissa, decimas dare noluerit: pœna pecuniaria, & excõmunicatione puniatur. [Oblationes.] In testamento relictas. Vel potest dici, ꝙ oblationes debitæ sunt, & homines ad hoc compelluntur, ut ĩ. ea.q. in canonibus.

¶Caput hoc in nullo Toletano est inuentum. Burchardus, & Iuo citant ex concilio Aquisgranensi.

Ius ergo ecclesiarum ita interpretandum est, vt nisi episcopo disponente alijs ecclesijs fuerit assignatum, in nullo priorum redditum diminutionem patiatur.

Vnde Anastasius Papa.

Cap. l.6. c.285. & l.7. c.7.

¶Communione priuetur, qui decimas, vel oblationes extra episcopi conscientiam tenere voluerit. C. LV.

Ans. l.5. c.45.

STatuimus, vt si quis oblationes [a] ecclesiæ, vel decimas, quas populus dare debet tenere contenderit, vel extra baptismalem [b] ecclesiam dare voluerit, præter conscientiam episcopi, vel eius, cui huiuscemodi officia cõmissa sunt, nec cum eorum voluerit agere consilio; bannum [c] nostrum componat, & communione priuetur.

Cum addit: [*Extra conscientiam episcopi, intelligendum relinquit, quòd episcopo consentiente alijs ecclesijs dari possunt. Item.*

In concil. Ticinensi. c.11.

¶Iuxta dispositionem episcopi decimæ distribuantur. C. LVI.

Ans. l.5. c.46.

IN sacris canonibus præfixum est, vt decimę iuxta episcopi dispositionem distribuãtur. Quidam autem laici, q. vel in proprijs, vel in beneficijs [d] suas habent basilicas contempta episcopi dispositione, non ad ecclesias, vbi baptismum, & prædicationem, & manus impositionem, & alia Christi sacramenta percipiunt, decimas suas dant: sed vel proprijs basilicis, vel alijs ecclesijs α pro suo libito tribuunt: quod omnimodis diuinæ legi, & sacris canonibus constat esse contrarium. Vnde vestram β potestatem, vt eos corrigatis, expetimus.

α ¶Alijs ecclesijs.] *In concilio Ticinensi, vnde hoc capitulum videtur acceptum, legitur*, suis clericis, *Apud Anselmum vero*, suis ecclesijs.

β ¶Vnde vestram.] *Verba hæc referuntur ad Imperatorem Ludouicum II. qui illi synodo interfuit. Quare in ea sequitur*, sacra docet, &c.

Cum aũt reprehenduntur, quia contempta episcopi di-

a ¶Oblationes.] Ar. ꝙ excõicari possunt laici, qui nõ dant sacerdotibus oblationes (scilicet debitas) vt ĩ. de consecr. d.1. omnis Christianus. quod Hu. intelligit etiã de gratuitis oblationib. si clericus non habet vnde sustentetur arg. ex de simo. cum sit. argu. cõtra 91. d. clericus. 12.q.2. charitatem.

b ¶Baptismalem.] decimæ ergo soluendæ sũt baptismalib. ecclesijs. arg. s̃. ea. de decimis. & ĩ. ea. in sacris, quod uerum est de pdialibus, sed personales debẽtur parochialibus ecclesijs. vt su. e. q. & dixi sup. ea. quicumque. Item patet, ꝙ episcopus potest auferre decimas uni ecclesię, & dare alteri, vt dixi sup. ea. ecclesię.

Decimæ cui ecclesiæ sũt soluendæ.

c ¶Bannũ.] 60. solidorũ, vt in Lombarda continetur, & sic semper intelligitur vbi nõ determinat, & est hic. arg. pęnã pecuniariã ab ecclesia posse infligi. 18. d. qm̃ ext. de rap. in archiepiscopatu. ar. 23. q. 5. quid ergo. ar. contra ext. de pę. licet. 1 Item arg. quòd iudex potest aliquem contumacem excommunicare, & aliter punire, quod non est verum, vt extra vt lit. non cont. quoniam in fin.

Ecclesia põt pœnam pecuniariã infligere.

1 Vbi de hoc & 18. d. quoniam. in fi. & 23. q.5. si vos & 94. d. c. vlt.

CVM ADDIT. CASVS. Dictum est sup. ꝙ præter conscientiam episcopi decimæ alijs dari non debent. Nunc uero a sensu cõtrario (vt dicit Grat.) datur intelligi, quòd episcopo consentiente alijs dari possunt.

bi possint dari, & quod episcopus debet illas dispensare secundum Deum, prout sibi videbitur melius expedire. Io. de Fant.

CASVS. In cap. sup. quicunque dictum est, ut antiquiores ecclesiæ ius suum non perdant propter nouas, quod est (sicut Grat. hic interpretatur, nisi auctoritate episcopi alijs ecclesijs fuerit assignatum, & ad hoc inducit sequen. c. Et hoc intelligit Hug. de ecclesijs, quæ tantum ad episcopum spectant. de alijs non potest sine consensu clericorum.

STatuimus.] CASVS. Statuitur in hoc c. ꝙ si quis sua auctoritate decimas, uel oblationes, quas debet populus dare, contenderit retinere, ut extra baptismalem ecclesiam præter conscientiam epi, uel eius cui huiuſ-

IN sacris.] CASVS. Conquesti sunt quidam archipresbyteri de quibusdam laicis, qui decimas ecclesijs baptismalibus subtrahentes episcopi dispositione cõtempta dabant eas illis ecclesijs, quas ędificauerant in proprijs prædijs, uel in feudis, uel alijs ecclesijs, & ideo prohibet Anastasius ne hoc de cætero fiat.

d ¶In beneficijs.] Idest, feudo. Et est arg. ius patronatus cum feudo transire, nisi fuerit exceptum, ut extra de iure patro. ex literis. arg. contra inf. ea. q.7. nemini. 2

2 Et illud uerũ est singulariter, sed cum vniuersitate bene ff. de cõtra. emp. in [illegible] dicis [illegible]

CVM AVTEM. CASVS. Dictũ est s̃. in proxi. c. ꝙ reprehenduntur, qui contempta episcopi dispositione

deci-

deci nas alijs ecclesijs tribuunt. Nunc vero a sensu contra o colligit Grat. quod si eo disponente hoc faciunt, irreprehensibiles inueniuntur.

IN canonibus. CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte anathematizantur quicumque oblationes alterius ecclesię, quas vel accipere, vel alteri dare volūt, præter conscientiā episcopi, vel alterius ad quē huiusmodi spectāt officia: cum iniquū sit ab aliquib. usurpari quod relictū est pro remedio animarū. & maximè a Christianis, & principibus, a quibus res ecclesiasticas cōuenit custodiri. In secūda parte dicitur, quod quicumq; res ecclesiæ sua auctoritate, vel auctoritate principis inuaserit: nisi commonitus resipiscat, dēt excommunicari. In tertia parte ostendit hominē inobedientē excommunicandū, & hoc probat auctoritate Domini. Secunda pars incipit ibi, [Generaliter.] Tertia ibi. [Similiter, & illi.] Et nota ꝙ ī principio sūt uerba Symmachi. ibi, [Si quis oblationes.] Sunt verba cōcilij, & caute considera, ꝙ sunt uerba concilij legēdo, & loquitur istud cap. de immunitate rerum ecclesiæ; sequens uero c. de immunitate rerum clericorum.

a ¶ Maxime. Quemqs tenet defendere ꝯ alios, multo fortius contra se. ff. si ser. vēd. altius. 19. d. nulli fas. ꝟ. ea. nulli eporum. ext. de nat. ex. lib. ven. c vnico.

b ¶ A principibus.] quibus Christus ecclesiam commisit. 23. q. 5. principes.

c ¶ Confiscare.] Secundū leges veteres bona damnatorū cō fiscabantur hodie secus, vt C. de bo. dam. aucto. bona. Res autem ecclesię nō possunt cōfiscari, vt su. ea. placet, argu. contra extra de prescri. si diligenti.

d ¶ Potentum.] Nota auctoritatem maioris in illicitis non excusare, 12. q. 2. quicumque, & c. de rebus. 11. q. 3. si dominos, & infra ea. q. 7. decimas 25. q. 1. omne quod. 36. q. 2. nullus. argum. contra 63. dist. Salonitanæ. 14. q. 5. dixit.

e ¶ Nisi cito. [Primo tamen videtur citandus princeps cuius auctoritate res ecclesiastica tenetur, ut 12. q. 2. de reb. sed illud ob scandalum principis. sed non est ita.

f ¶ Chartarum.] Idest, librorum, quia episcopus non debet semper libris insistere, ut 86. d. fratrem.

spositione hoc faciunt; intelligitur, quòd si episcopo disponente hoc fecerint, irreprehensibiles inueniantur.

Item Symmachus episcopus ecclesiæ catholicæ vrbis Romæ dixit in synodo sexta Romana. & in Aquisgra. sub Pipino. c. 26.

¶Anathema sit, qui præter episcopi conscientiam decimas, & oblationes dispensare voluerit. C. LVII.

IN canonibus in Gangrensi ecclesia Apostolica auctoritate conditis de fructuum oblationibus, quæ ministris ecclesiæ debentur, & de his, quę in vsus pauperum conferuntur, scriptum habetur: [Si quis oblationes α ecclesiæ accipere, vel dare voluerit præter episcopi cōscientiam, vel eius, cui huiuscemodi sunt officia commissa, nec cum eius voluerit agere consilio; anathema sit.] Et iterum in eodem concilio Gangrensi: [Si quis oblata Deo dederit, vel acceperit præter episcopum, vel, eū, qui constitutus est ab eo ad dispensandam misericordiam pauperibus; & qui dat, & qui accipit, anathema sit. [Valde iniquum† ergo, & ingens sacrilegium est, vt quæcumq; vel pro remedio peccatorum, vel salute, vel requie animarum suarum vnusquisque venerabili ecclesię contulerit, aut certe reliquerit; ab his, a quibus hæc maxime [a] seruari conuenit, idest Christianis, & Deum timentibus hominibus, & super omnia a principibus [b], & primis regionum in aliud transferri, vel conuerti. *& infra.* ¶Generaliter vero, quicumque res ecclesiæ confiscare [c], aut competere, aut peruadere periculosa sua infestatione præsumpserit; nisi se β citissime per ecclesiæ, de qua agitur, satisfactionem correxerit; ꝑpetuo anathemate feriatur. Similiter & hi, qui res ecclesię, iussu, vel largitione principum, vel quorundam potētum [d], aut quadam inuasione, aut tyrannica potestate retinuerint, & filijs, vel hæredibus suis (vt a quibusdam iam factum audiuimus) quasi hęreditarias reliquerint; nisi cito [e] res Dei admoniti a pontifice agnita veritate reddiderint, perpetuo anathemate feriātur. Iniquum enim esse censemus, ut custodes potius chartarum [f], quàm defensores rerū creditarum (vt præceptum est) iudicemur. *& infra.* ¶Ferro enim abscindenda sunt vulnera, quæ fomenta non sentiunt.] Similiter & illi extorres debent fieri ab ecclesia, qui sacerdotali admonitione non corriguntur, dicente Domino: [Auferte malum ex vobis.] Vniuersa synodus surgens acclamauit. Vt ita fiat, rogamus, Dictum est octies Ista seruētur precamur, Dictum est decies. Vt in perpetuum maneant, & vestra auctoritate firmentur, Dictū est duodecies. Exaudi Christe; Symmacho Papæ vita, Dictum est duodecies.

Deusdedit. q. 4. Ans. l. 5. c. 44.

Cap. 7. Gangren. Cap. l. 7. c. 7.

In Gan. c. 8. Burc. l. 3. cap. 144. & 145. Iuo p. 3. cap. 209. & 210. 12. q. 2. indigne.

Iuo p. 3. c. 148.

Deut. 13. & 1. Cor. 5.

Ecclesia... confisca... possunt

† Hoc ē... bes sup. dist. c. 1.

Similiter.] CASVS. In hoc c. dr̄, ꝙ res episcoporum patrimoniales esse ecclesiæ non dubitantur: & ideo simili debent priuilegio gaudere: vnde si quis eas inuaserit, nisi admonitus resipiscat, sicuti propter res ecclesiæ, ita propter res episcoporum excommunicari debet. & nota, quòd dicitur de rebus episcoporum, est intelligendum de rebus omnium clericorum.

a ¶ Ecclesiæ.] Quia episcopus est in ipsa ecclesia, ut 7. q. 1. scire. Ex hoc c. consueuit dici, quod res clericorum eodem gaudent priuilegio quo res ecclesiæ. 12. q. 2. ecclesiarū. & 87. dist. eos. vnde vid[illegible] ꝙ equè cō[illegible]tatur sacrilegium in rebus clericorum, sicut in rebus ecclesiæ. Vel dic ꝙ sunt res ecclesiæ quo ad defensionē: quia ecclesia debet eas defendere [1] sicut suas. 12. q. 2. de laicis, & 87. dis. eos. Vel dicūtur ecclesiæ quo ad hoc: quia si damnificat ecclesiā eps̄: ecclesia hēt recursum ad res suas, vt 12. q. 4. quicumq. vnde dico, ꝙ oēs res clerici sunt obligatæ suæ ecclesiæ: sicut res mariti uxori, ut ext. de pig. ex literis. & C. qui pot. in pig. l. ult. sicut. & res tutoris pupillo. vnde qui minor est xxv. annis, non dēt esse prælatus, cū res ipsius non possint obligari ecclesiæ, ut C. de leg. tut. l. ult. Nec obstant contraria hic signata supra 12. q. 3. episcopus, & q. 2. sint manifestæ. vbi dicitur, quod aliæ sunt res ecclesiæ, aliæ episcopi: & hoc fateor: sed dicūtur esse ecclesię quo ad ea quę dixi 12. q. 5. si episcopus.

b ¶ Simili.] Quam præmisimus circa res ecclesiasticas.

Ecclesiæ & clericorū bona eodē potiuntur priuilegio.

[1] Hoc intellige, vt ext. de vi. & honest. cle. c. si. Archid.

Minor xxv. ann. cur non debeat esse prælatus.

α ¶ Oblationes ecclesiæ.] *In concilio ipso Gangrensi legitur*: si quis oblationes ecclesiæ extra ecclesiam accipere, &c.

β ¶ Nisi se.] *Hæc vsque ad vers.* Similiter, *sunt addita ex Symmachi synodo.*

γ ¶ Ista seruentur.] *Item hæc vsque ad vers.* Exaudi. *Idem in eadem synodo.*

¶ Eadem plectuntur pœna, qui ecclesiæ res, & bona episcoporum inuadunt. C. LVIII.

Iuo p. 3. c. 148.

Similiter & hoc ad omnium ecclesiarum notitiam vestra cūctorum exhortatione, & iudicio cēsemus peruenire, & ab omnibus firmiter teneri; quia episcoporum res ecclesiæ [a] non dubitantur esse; si in eorum facultatibus simili [b] fuerit crudelitate grassatum; peruasores rerum memoratarum, prædictæ canonum districtionis feriantur vindicta: vt qui moribus proprijs, ac nulla conscientiæ castigatione corriguntur; saltem ecclesiasticæ, & canonicæ vindictæ perfodiantur aculeis.

Item ex libro primo capitulorum Caroli, & Ludouici Imperatorum, c. 83.

¶ Res ecclesiæ, principum auctoritate distribui non possunt. C. LIX.

Deusdedit p. 5. Ans. l. 4. c. 43.

Quia iuxta sanctorum patrum traditionem nouimus res ecclesiæ vota esse fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum; cuique non solum habita conseruare; verum etiam multa, Deo opitulante, conferre optamus. Vt † autē ab ecclesiasticis α de diuidendis β [c] rebus ecclesiæ suspicionem dudum conceptam amoueremus; statuimus, vt neque nostris, neque filiorum, [d] & Deo dispensante successorum nostrorum temporibus, qui nostram vel progenitorum nostrorum voluntatem, vel exemplum imitari voluerint, vllam penitus diuisionem, aut iacturam patiatur.

† al. tamen vt.

α ¶ Ecclesiasticis.] *Sequebatur,* officij, *quæ vox neque in vetustis, neque in ipso capitulari est. Refertur enim ad homines, non ad officia.*

β ¶ Diuidendis.] *In capitulari impresso legitur,* non diuidendis. *In capitulis autem manuscriptis quæ ab episcopis prouinciarum Rhemensis, ac Rothomagensis Ludouico regi missa fuerunt, hæc habētur ad hunc locum pertinētia.* Quia vero Carolus princeps Pipini regis pater, qui primus inter omnes Francorum reges ac principes, res ecclesiarū ab eis separauit, atq; diuisit, pro hoc solo maximè est æternaliter perditus. Nam S. Eucherius Aurelianēsis eps̄, qui in monasterio S. Trudonis requiescit, in oratione positus, ad alterum sæculum raptus, & inter cętera, quæ Domino sibi ostendente conspexit, vidit illum in inferno inferiori torqueri. Cui interroganti ab Angelo eius ductore respōsum est, quia sanctorū iudicatione, qui in futuro iudicio cum Dn̄o iudicabunt, quorumque res abstulit, & diuisit, ante illud iudicium ani-

Quia iuxta.] CASVS. Ludouicus & Carolus legē sanxerunt in perpetuū valiturā, ut quia res ecclesiæ sunt uota fideliū: & pretia peccatorū, a patrimonia pauperū, nulli liceat ea ab ecclesia remouere sub pœna excōmunicationis.

c ¶ Diuidendis. Id est separandis ab ecclesia. consueuit tamen hoc cap. induci ad probādum, ꝙ res ecclesiarum non possunt diuidi per præbendas, ut dixi 12. q. 1. c. vlt.

d ¶ Neque filiorū.] Arg. aliquē suo successori legem posse indi-

¶ Abbates absque episcopi consilio in parochialib. ecclesijs presbyteros non ordinent. C. VI.

SAne quia monachorum quidam episcopi[illegible] auferre contendunt, statuimus, ne in parochialib. ecclesijs, quas tenent, absq; episcoporum [a] cōsilio presbyteros collocēt: sed episcopi parochiæ curam cu[m] abbatū consensu sacerdoti committant: vt eiusmodi sacerdotes de populi quidem cura episcopis rōnē reddant abbati vero pro rebus temporalib. [b] ad monasteriū pertinentibus debitam subiectionem exhibeāt: & sic sua cuiq; [c] iura seruentur. *Idem.* ¶ In parochialibus ecclesijs presbyteri per episcopos instituantur, † qui eis respondeant de animarum cura, & his, quæ ad episcopum pertinent.

† al. constituantur.

Item ex concilio apud Fauentiam habito.

¶ Quorumcunque monachorum ecclesiæ episcoporum subdantur regimini. C. VII.

STatuendum nobis est, quatenus ecclesiæ quorumcūque monachorum in singulis parochijs sitæ, episcoporum, vt decet diuinitus subdantur regimini, [d] eiusq; debita obsequia [e] exhibeant.

Ecce Vrbanus Papa prohibet inuestituras parochialiū ecclesiarum per monachos fieri, quas Ioannes Papa eis concessit. Sed illud [f] *Ioannis Papæ intelligendum est de illis capellis, quæ cum omni iure suo ab episcopis, monachis conceduntur. Istud autē Vrbani intelligitur de illis, quas abbates in proprijs prædijs ædificant* [g] *in villis, vel in castellis suis.*

c ¶ [illegible]

S Tatuendum.] d ¶ Regimini Abbates [illegible] contingūter ab episcopis, vt in[illegible] q.2. abbates. e ¶ Obsequia.] Sic 1. q. 3. quæsitū, & 18. q.2. c. vii. & pen. Io. e ¶ Obsequia.] i. vt in cathedratico, & synodatico, & in annuo censu. si qua solita sunt præstare, vel si qua alia seruitia consueuerūt eis exhibere, ut in concor. hic alleg. secundum Hug.

ECCE VRBANVS. CASVS. Soluit nunc Gratian. supra dictā contrarietatē, dicēs quòd illud c. visis. intelligitur de illis capellis monachorū, quæ plene iure: temporali. s. & spirituali sunt eis cōcessæ. Capitula vero cōtraria loquuntur de illis in quibus abbates habent temporalia tantum.

f ¶ Sed illud.] Sup. ead. visis.

g ¶ Ædificant.] Et ita pinguius ius habent monachi in ecclesijs fundatis in solo suo, quam laici in ecclesijs fundatis in suo.

Pinguius ius habent monachi in ecclesijs fundatis in solo suo, quam laici.

QVAESTIO V.

¶ *Videtur contra ordinis rationem, vt inter secūdam & tertiam quæstionem quinta sit posita. Et in omnibus antiquis exemplaribus, exceptis duobus peruetustis, in secūda quæstione sunt omnes hi canones, quibus constat quinta quæstio: deinceps sequitur tertia, & quarta cum suis capitulis, vt in vulgatis codicibus: tum verba Gratiani, quæ in vulgatis habentur initio sextæ quæstionis, & c. cōsuetudo faciūt quintā quæstionem: reliqua vero sextam. Verum hanc, quæ nunc tractatur, esse quintam quæstionem ex propositione initio causæ facta perspicuū est. Eo potuit Grat. ideo ordinē nūc mutare, licet quia argumētū quintæ quæstionis valde coniunctū est iis, quæ in fine secundæ allata erant. Quam ob causam, ac præterea ob auctoritatem illorum duorum codicum, & receptum vsum citandi hos canones sub quinta quæstione, visum est nihil esse mutandum.*



Ales, et si ius territorij habeant; tamen potestatem gubernandi populum, & spiritualia ministrandi non habent. Quod etiam de episcopo [a] *intelligendum est. Vnde Nicolaus Papa ait.*

¶ *Anselmus citat ex Arausico, in cuius 10. capite fere idem legitur.*

¶ Episcopus, qui in alterius diœcesi ecclesiam ædificat, eius consecrationem sibi vendicare non valet.

C. I.

Anf.l.5. c.9.

SI quis episcoporum in alienæ ciuitatis territorio pro quacunq; suorum opportunitate ecclesiā ædificare [a] disponit; non præsumat dedicationem facere, quæ illius est, in cuius territorio [b] ecclesia assurgit. Aedificatori vero episcopo hæc gratia reseruetur, vt quos desiderat [c] clericos [d] in re sua ordinari; ipsos ordinet [e] is, cuius territorium est; vel si ordinati iam sunt, ipsos habere acquiescat: & omnis ecclesiæ ipsius gubernatio ad eum, in cuius ciuitatis territorio ecclesia surrexit, pertinebit.

Item ex concilio Toletano 4. c. 34.

TAles.] CASVS. Hic intitulatur quinta quæstio, qua quæritur, an abbates ecclesias in suo territorio ædificatas iure territorij sibi valeant vendicare; Et respondetur quòd non quoad spiritualia, vt infra eadem possessio. Idem est intelligendum de episcopo, qui in aliena diœcesi ecclesiam ædificat, sed in fundo suo.

a ¶ De episcopo.] Scilicet qui ædificat ecclesias in alienis diœcesibus, & in proprijs prędijs. Et q̄a continuatur hęc materia cum præcedenti. Ideo tractatur hic quæstio quinta. Sed quare non ita fecit magister ī themate? quia forte nō ita cōpetēter posset poni thema. Nota ergo ꝙ si episcopus fundat ecclesiam in suo ꝓprio solo, i. in patrimoniali loco, & in alterius diœcesi: nō hēt ibi potestatem, nec quo ad temporalia, nec quo ad spiritualia. Si vero in solo ecclesiæ cui præest, & ī alterius dięcesi, hēt potestatem ibi quo ad temporalia, non autem quo ad spiritualia, sicut & monachi: licet q̄dam hoc negent, dicentes episcopum, vel clericos non habere nisi ius patronatus in ecclesia, q̄ fundant in prædio propriæ ecclesiæ, & in aliena diœcesi. Si ergo legatur hoc capitu. de ecclesia fundata in proprio prędio: verbum illud circa finem, s. omnis gubernatio: intelligitur quo ad temporalia, & spiritualia. Si vero de ecclesia fundata ī fundo ecclesiæ, & in alio episcopatu: dic, omnis gubernatio quo ad spiritualia tantum. nam qua ratione concederetur hoc monachis in prædijs monasterij, ea ratione, & episcopis, & clericis in prædijs ecclesiæ suæ: & hoc modo intelligitur extra de iure patron. significasti.

Eps quod iuris hēt in ecclesia, quam fundauit.

SI quis episcoporum.] CASVS. Episcopus Bonon. villam habebat in diœcesi Muti. in qua ecclesiam volebat ædificare. quærebatur vtrum dedicatio illius ecclesiæ, & alia iura ad ipsum debeant spectare? & respondet ꝙ non: sed hoc de gratia sibi tanquam patrono reseruatur, vt possit ibidem clericos vndecunque voluerit repræsentare. Inuestitura autem, & dedicatio, & omnia iura spiritualia ad epm̄ pertinebunt, in cuius diœcesi est ecclesia illa. [Territorij,] i. diœcesis episcopalis, uel iurisdictio: & ita sumas semper in hoc ca.

b ¶ Territorio.] Idest, diœcesi. Quandoque accipitur pro ipsa terra, & possessione, & proprietate, vt s̄. prox. §. 1. inf. q. 3. licet. Quid autem sit territorium, habes, ff. de verb. signif. pupillus. §. territorium. Territorium enim est vniuersitas agrorum intra fines cuiusque ciuitatis, vt ibi dicitur.

Territorium quid sit.

c ¶ Desiderat.] Et dicit Hug. quòd priuilegium est episcopi. vt vndecunque velit possit clericum præsentare, contra illud. 71. distinct. hortamur. Hic tamen non dicitur hoc

d ¶ Clericos.] Arg. ꝙ plures potest præsentare patronus ad vnam ecclesiam, arg. 73. dist. c. de principali.

Patron⁹ plures p̄sentare pōt ad unam ecclesiam.

e ¶ Ordinet.] idest, instituat. Si autem sunt ordinati. quid iuris sit, sequitur in litera.

e ¶ Ordinet.] Etiam sine examinatione: quia sufficit testimonium episcopi præsentantis. 7. q. 1. eps de loco. sic & in monacho abbat. s. sup. ca. q. 1. monachi. si tamē sit de suo episcopatu cui testimonium fert. Ioan.

Possessio.]

Possessio.] CASVS. Statuitur in hoc c. per concilium Toletan. ꝙ si quis episcopus habeat villam in episcopatu alterius, in qua ecclesiam de nouo ædificauerit, licet populus illius loci illuc ad officium uadat, propter hoc nec populum, nec ecclesiam quo ad spiritualia ædi- emendare, nec ulterius quid tale fieri permittat.

d ¶ Lator præsentium.] Infra de consecr. dist. 1. præcepta, §. 7. q. 1. episcopus in diœcesi.

e ¶ Dedicare.] Sed nunquid fecit locum religiosum dedicando ecclesiã sine consensu proprij episcopi? Videtur ꝙ non. arg. Inst. de re. diu. §. sac. e, de consec. dist. 1. nemo. Credo tamen cõtrariũ, ut 7. q. 1. episcopus in diœcesi.

f ¶ Emendare.] Nõ dicit qualiter. Sed nũquid destruet faciet ecclesiam? Non: arg. 17. q. 4. questi. 14. q. 6. cõperimus, §. 7. q. 1. eps i diœcesi. ar. cõtra extra de no. ope. nunc. cum ex iniuncto. Dico, ꝙ si denũciatio pcessit, destrui debet illud quod factũ est: aliter no, vt in cap. prædicto. 1

1 Sub. sed erit trãseundũ ad interdictũ ꝙ ui, aut clam, ut ff. de noui oper. nunc. l. 1. §. 1. Ioan. de Fant.

¶ Basilicæ nouiter conditæ ad episcopum pertinent, cuius conuentus esse constiterit.

C. II.

infra ead. q. 3. sicut diœcesim. Burc. l. 3. c. 147. Iuo p. 3. c. 212.

Possessio [a] territorij conuentũ [b] non adimit: ideoque basilicæ, quæ nouæ conditæ fuerint, ad eum procul dubio pertinebunt [c] episcopum, cuius conuentus esse constiterit.

¶ *Canon 34. concilij quarti Toletani sic habet:* Sicut diœcesim alienam tricennalis possessio tollit: ita territorij conuentũ non adimit, &c. vt inf. ead. q. 3. sicut diœcesim.

Item Gregorius lib. 11. epist. 19. ad Ioannem subdiaconum.

¶ Aedificatori episcopo in diœcesi alterius ecclesiam cõsecrare non licet. C. III.

Ansel. l. 5. c. 27. Poly. l. 1. tit. 13.

Lator præsentium [d] Ioannes frater, & coepiscopus noster [a] indicauit nobis, quòd quidam Exuperãtius episcopus ausu temerario in diœcesi ipsius oratoriũ construxerit; idque sine præcepti auctoritate contra morem præsumpserit dedicare: [e] Missasque illic publicas; celebrare non metuit. Quam rem cum summa te † celeritate, ac districtione conuenit emendare: [f] nec vlterius tale aliquid attentare permittas.

† *celebritate.*] orig.

a ¶ Noster.] *Hoc loco ĩ epistola ipsa interijciũtur multa.*

Quod de iure [g] ordinandi, non possidendi, intelligendum est. His auctoritatibus facile perpendi potest, quòd siue abbates, siue episcopi in suis castellis, vel villis ecclesias ædificauerint; non ideo episcopo, in cuius diœcesi fuerint, conuentus adimitur: & ideo sacerdotes iuxta illud Vrbani, & Nicolai in eis non nisi per episcopos, cum consensu tamen & electione ædificantium ordinari possunt.

QVOD DE IVRE. CASVS. Dictum est §. 1 trib. proximis c. ꝙ ecclesia ædificata subesse debet epo, in cuius diœcesi est ædificata. Nunc uero dicit Grat. hoc esse intelligendum quo ad spiritualia tãtum: & ideo siue abbas, siue episcopus in suo castello, vel villa ecclesiã ædificauerit, non poterit eã subtrahere epo, in cuius diœcesi est. Vnde sacerdotes iuxta Vrbanum, & Nicolaum, nõ poterunt ibi ordinari, & inuestiri, nisi per epm cuius est diœcesis, cum consensu tamen ædificatoris.

g ¶ Qd de iure.] Respicit c. possessio su.

QVAESTIO III.

Quod autem præscriptione [h] temporis

Quod aũt.] Hæc qõ diuidit ĩ x. partes. in prima quarũ probat per quatuor auctoritates, ꝙ præscriptio tricennalis currit aduersus ecclesias, quod hodie correctum est infra ead. quas actiones. Secunda ibi.] Ecce his.] Tertia ibi, [Potest etiam aliter.] Quarta ibi, [Item si de rebus. [Quinta ibi, [Item ea quæ.] Sexta ibi, [Prima actione.] Septima ibi, [Tollũtur.] Octaua ibi, [Præscriptionum.] Nona ibi, [De præscriptionibus.] Decima ibi, [Sed sola.] Ioan. de Fant.

ædificator episcopus sibi poterit uẽdicare: quia proprietas territorij non adimit populum à iurisdictione episcopi, in cuius diœcesi est ecclesia. Hunc tamen casum Hugo sic breuiter ponit. Episcopus Bonon. ædificauit ecclesiam in episcopatu Mutinen. populus illius loci illuc ad officium vadit. episcopus Bonon. vult sibi uendicare populum illum, dicitur, quòd non potest.

a ¶ Possessio.] Id est, prædij proprietas. ar. ff. de verbo. sign. interdum.

b ¶ Conuentum.] Id est, populum, uel iurisdictionẽ: & ita populus facit conuentum.

c ¶ Pertinebunt.] Infra ead. q. 7. omnes.

Lator præsentium.] CASVS. Exuperantius episcopus temere cõstruxit oratorium in episcopatu Ioãnis episcopi: & ipsum cum Missæ celebratione dedicauit. super quo cum Ioannes episcopus conquereretur, præcipit Gregorius cuidam vt faceret illum pleniter

CASVS. Hic intitulatur 3. q. qua quæritur, an omnia iura ecclesiastica temporis præscriptione tollantur? Et respondetur quòd sic quadragenaria, vt infra eadem, quas actiones, nisi in his, quæ sunt in limite, vel limiti cohærent, vt infra eadem, inter memoratos. antiquitus tamẽ currebat præscriptio tricennalis, vt ĩ. ead. c. 1. 2. 3. & 4. quæ capitula sunt abrogata.

h ¶ Quod autem præscriptione.] Hic describitur tertia q. an omnia iura præscriptione tollantur. Ad euidẽtiam ergo dicendorum, uidendum est prius de usucapionibus,

omnia iura [a] *tollantur, probatur auctoritate Chalcedonensis concilij, & Gelasij Papæ, & Toletani concilij. Prima est hæc.*

¶ Rusticanæ parochię apud episcopos, qui eas possidēt, triginta annis sine violentia permaneant immobiles. C. I.

In Chal.c.17. & in sexta syn.ca.25. Poly.l.3.tit.12. Ans.l.5.c.26. Bur.l.3.c.148. Iuo p.3.c.106. Pann.l.2.c.64. † al.altercatio.

PEr singulas ecclesias α parochias rusticanas, siue in possessionibus, β manere immobiles apud eos, q eas retinent, episcopos decernimus, & maxime [b] si sine violentia eas iam per triginta [c] annos tenentes gubernauerunt. Si vero intra triginta annos facta fuerit, aut fiat de his dubitatio; † [d] liceat eis, qui se dixerint læsos propter eas, mouere apud synodum prouinciæ certamen.

¶ *Caput hoc ex prisca versione, q̄ in collectione Isidori: atque ex ea cum duobus Vaticanis eiusdem collectionis codicibus collata est emendatum.*

α ¶ Ecclesias.] *Apud Balsamonem in codicibus manuscriptis legitur,* καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν, *id est,* in vnaquaq; prouincia. *sed in Græco canone vulgato,* ἢ τὰς ἐγχωρίους.

β ¶ Siue ī possessionibus.] *Græcè ē.* ἀγροικικὰς παροικίας, καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν, *id est,* parochias, quæ in ruribus, aut quæ in vicis, & pagis sunt.

Item Gelasius epist.2.ad Siculos,c.1.

Vsucapio quod sit, & quot in ea exigantur.

pionibus, post de præscriptione. Videndum ergo quid sit vsucapio, & qd in ea exigatur, & quæ res possit usucapi. Vsucapio est acquisitio dominij per continuam possessionem temporis lege diffiniti. argu. ff. de vsuca. l. 3. Exiguntur autem in ea quinque, bona fides ab utraque parte. argu. ff. p emp. l. 2. §. si eam. C. de p̄scip. lōg. temp. Auth. malę fidei possessor. Item iustus titulus, & cōtinua possessio, & quòd res sit mobilis, & q nō sit vitiosa: & qd dixi, ab vtraq; parte, verū est quo ad initiū cōtractus; non quo ad cōtractum medij tēporis, infra ead. §. potest. secūdum canones: tamen exigitur bona fides cōtinua. extra de præscr. uigilāti & c. vlt. Titulus autē est iusta causa possidēdi quod nostrum nō est, & exigit titulus, vt C. de uscap. pro empt. l. vlt. & extra de præscrip. si diligēti. qñque tamen vsucapio procedit sine titulo iusto errore interueniente. 1 C. de vsuc. p do. l. 1. ff. p emp. quod vulgo. ff. p legato, l. 4. & vlt. Iuris tñ error nō prodest in usucapionibus ff. de iuris & fac. igno. l. iuris. ff. de vsuc. nūquam. 1. responsō. Exigitur etiam continua possessio hoc planum est. Et q res sit mobilis, quia in immobilibus non habet locum usucapio. Quæ autem res uitiosa dicatur, habes inst. de usuc. §. 1. & 2. ff. de acqui. rer. do. bonæ fidei. Item usucapio non interrumpitur lit. conte. ff. de rei ven. si quis post acceptum. & ff. pro emp. l. 2. §. rem alienam. ar. C. de an. exce. vt perfectius. inf. ead. §. tolluntur. Illi tamen quatuor casus sunt speciales. vnde versus:

Titulus qd sit.

1 Secus si nō esset iustus error, C. de usu. l. fi. ff. de usu. p emp. l. 2. §. si a pupillo.

Non vsucapies nisi sint tibi talia quinque,
Recta fides, iustus, res non uitiosa
Quod res tradatur, possessio continuetur.

Præsciptio q̄ & quotuplex est.

Sequitur de præscriptione quid sit, quæ eius species, & quæ ad eam exigantur, & quæ præscriptio currat contra ecclesiam, & qualiter interrumpatur, & quis sit eius effectus. Præscriptio est exceptio ex tempore substantiā capiens, & quę actioni personali, vel in rem opponitur: est autem quædam longi temporis prę scriptio, de qua nihil ad præsens: cum contra ecclesiam nō currat. 2 q̄ contra præsentes, spatio x. ann. contra absentes, spatio xx. an. completur. C. de præsc. x. vel xx. an. l. vlt. nec currit nisi cum bona fide. Alia est longissimi temporis, id est xxx. vel xl. ann. in qua, secundum leges non exigitur bona fides, vel titulus. C. de an. exce. l. 1. sm canones. hæc rō pcedit nisi quis bonam fidē habuit, ext. de p̄sc. vigi. ann. & in cōsti. Inn. qm̄ omne. & 34. q. 2. si virgo. nec etiam illa, quæ est xxx. ann. currit contra ecclesiam, sed tantum. xl. inf. ea. quas actiones. Item secundum canones titulus requiritur in longissima prę scriptione, vt extra de præscrip. si diligenti. Io. quod T. negat, nisi ratione præsumptionis B. quandoque tamen minus iustus titulus parit cām præscribendi, vt extra de emp. & non peruenit. & ext. de iu. pat. cura interrumpitur autē

2 Dñt qdā, q nec ēt p ecclesia. inf. c. c. placuit. ibi de hoc in gloss. argu. quod, &c.

naturalliter, & ciuiliter. Si naturaliter interrumpitur, pdest omnibus ius habentius in re. ff. de vsuca. l. naturaliter. Si ciuiliter, prodest interrumpenti tantum, & eius hæredi, vt ff. de diuer. & tem. præscrip. inter quatuor. Est autem effectus eius, vt acquiratur tantum exceptio secundum Io. non dominium nisi utile. ut infra ea. quicunq; secundum B. & alios etiam, directum dominium acquiritur, ut est expressum. C. de bon. mater. Auth. nisi. & infra ead. inter memoratos. ibi, [Si æternum dominium.]

Præscri[ptio] duplici[ter] iterrum[pitur]

Præscript[io]nis effect[us]

a ¶ Iura.] Hoc nō est uerū: quia nec oīa iura, nec à quocunq; præscribi possunt. q nō omnia, habes īf. e. licet. & C. de præscrip. xxx. an. competit: Quod non à quocūque, extra de pręsc. cum ex officij. & c. causam Io.

PEr singulas.] CASVS. Quidam epī tenuerunt parochias aliorum epōrum per xxx. ann. quiete, & sine violentia quæsitum est in Toletano. concil. vtrum sint tuti, & respondet q sic. Si uero intra xxx. an. quæstio super hoc fuerit mota, liceat super his parochijs mouere certamen, uel litigium.

b ¶ Maximè.] id est, tantum. sic 11. q. 3. si quis episcopus. nam uiolentus detentor, non præscribit. extra de præscri. c. ult.

c ¶ Triginta.] Hodie non statur huic numero. extra de præscri. de quarta, infra ca. quas actiones.

d ¶ Dubitatio.] Per lit. contest. sic enim res efficitur dubia, arg. extra de offic. deleg. relatum. C. quib. ad li. procla. l. 3. uel per libellum oblatum principi secuta conuētione, ut C. de præscip. xxx. ann. l. 3. uel per synodalem proclamationem extra de pręscript. sanctorum. nam simplex denunciatio habetur pro lit. contest. ut extra ut lit. non contest. quoniam, in fi. Et dico quod ex quo semel facta est lit. cōtest. post secundū canones nō currit præscriptio, quia præsumitur possidens iam habere malam fidem, & de iure suo iam titubare. C. de acqu. poss. nemo. unde nō præscribit usq; ad mille annos, ut ext. de p̄scr. qm̄. sed leges, q̄ non curant de mala fide dñt quadraginta annos exigendos. 3 C. de an. excep. l. 1. Io.

3 Vt C. dē an[n.] exce. l. 1. C[.] de præscrip[.] 30. an. l. ul[t.]

Præ-

PRæsulum.] CASVS. Hoc cap. diuidit in duas partes. In prima parte dicitur, quod episcopi habēt potestatem regendi ecclesiæ facultates, ita vt de duab. partibus prouideant clericis, & pauperibus: reliquas uero duas partes pro se, & captiuis, & peregrinis. In secunda parte dicitur, φ episcopi iure sibi vendicēt possessiones vel parochias, quas triginta an. pacifice possederūt, quia sic placuit legibus Imperatorum. Secunda pars incipit ibi, [Illud etiam.]

a ¶ Ad regendum.] Arg. ff. pro empt. qui fundum. §. si tutor.

b ¶ Decretum est.] Ab eodem Gelasio 12. q. 2. quatuor.

c ¶ Facultates.] Hoc habes. 13. q. 2. facultates.

SIcut diœcesim., CASVS. Ego Barthol. Brix. hunc casum sic intelligo. Dicitur enim, φ licet episcopus præscribat alterius episcopi ecclesiam, vel populum per triginta annos, non tamen acquirit populum, uel iurisdictionem in eo, quo ad spiritualia, & si præscribat terram aliquam. Tu tamen prudens lector, si melius intellexeris, me de sufficientia excusabis. H. tamē, & glossę hanc literam sic intelligunt: licet aliquis præscribat ecclesiam quo ad temporalia; & parochialia iura, non tamen præscribit ius episcopale.

d ¶ Sicut diœcesim.] Idest, ecclesiam diœcesis. Et dic sicut, idest, quamuis.

e ¶ Conuentum.] Idest, ius episcopale.

f ¶ Non adimit.] idest, non ideo adimit.

¶Triginta annis ab episcopis possessæ, immobiles permaneant diœceses. C. II.

Poly. l. 3. tit. 12.
Iuo p. 3. c. 147.

PRæsulum nostrorum auctoritas emanauit, vt facultates ecclesię episcopi ad regendum [a] habeant potestatem; ita tamen, vt viduarum, pupillorum, atq; pauperū, necnon, & clericorum stipēdia distribuere debeant. Hoc eis etiam statuimus dari, quod hactenus decretū est [b]: reliquum sibi episcopi vendicent, vt, sicut antea diximus, peregrinorum, atq; captiuorum largitores esse possint. *Idem ibidem. c. 2.* ¶Illud etiam annecti placuit, vt si, qđ absit, facultates [c] ecclesię, nec non diœceses ab aliquib. possidentur episcopis; iure sibi vendicent, quod tricennalis lex conclusit; quia & filiorum nostrorum principum ita emanauit auctoritas.

13. q. 2. c. 1.
Iuo p. 3. c. 144.
Burc. l. 3. c. 149.
Pann. l. 2. c. 65.

Item ex concilio Toletano 4. c. 34:

¶Territorij possessio conuentum non adimit. C. III.

SIcut diœcesim [d] alienam tricennalis possessio tollit; ita territorij *α* conuentum [e] non adimit [f] *β*.

Su. ea. q. 5. possessio.
Poly. l. 3. tit. 12.
Ans. l. 5. c. 27.
Burc. l. 3. c. 147.
Iuo p. 3. c. 212.

α ¶Territorij.] *In vulgatis sequebatur,* possessio, *quæ abest a vetustis a Burchardo, & Pannormia, & codicibus conciliorum impressis, & manuscriptis.*

β ¶Non adimit.] *Sic in editionibus conciliorum Coloniensibus, & codice regio, & uetustis Gratiani exemplaribus, & in Pannormia. Verum in duabus editionibus conciliorum Parisiensibus, & apud Iuonem habetur,* nō amittit. *& in duobus codicibus Vaticanis, & apud Burchardum,* non admittit.

Item ex eodem, c. 33.

¶Tricennalis possessio intra vnam prouinciam seruari debet. C. IIII.

QVicumq; episcopus alterius episcopi diœcesim per triginta annos sine aliqua interpellatione possederit; quamuis γ secundum ius legis [g], eius non videatur esse diœcesis; admittenda non est contra eum actio reposcendi. Sed hoc intra vnam prouinciam [h] δ: extra

Poly. l. 3. tit. 12.
Ans. l. 5. c. 28.
Burc. l. 1. c. 67.
Iuo p. 3. c. 131. & p. 5. c. 175.
Pann. l. 2. c. 67.

QVicunq;.] CASVS. Quidam episcopus possedit diœcesim alterius episcopi sine interpellatione per triginta annos: quæsitū fuit in concilio Tolet. vtrum sit tutus aduersus alium episcopū? & respondit, si est intra eandem prouinciam vel episcopatū, idest, in īferiori parte prouincię, vel episcopatus, licet secundum ius legis naturalis eius nō uideatur diœcesis esse, tamen contra eum actio nō est admittenda: si uero est extra prouinciā, uel epātū. i. in exteriori parte prouinciæ, vel episcopatus, idest, in limite vel iuxta, non est tutus præscriptione ne prouinciarū, vel episcopatuū termini confundātur. Ita intelligo ca. & si aliquis melius intellexerit, gaudiū erit mihi.

g ¶ Legis.] naturalis: nā de iure naturali nō sunt pręscriptiones inductæ: nam de iure naturali iniquū est aliquē ditari cū aliena iactura, ut ex tra de pœn. suam, & ff. de condi. inde. nā hoc. Sed ideo inuēta est pręscriptio, ne dominia rerū semper sint in incerto. ff. de vsu. l. 1. uel dic secundum ius legis ciuilis & hoc secūdum opinionem dicentiū [1] præscriptione dominium non acquiri, sed tātum exceptione, sed contra eos est. inf. ea. q. clerici, in fi. C. de bo. mat. auth. niu. & res præscriptione temporis mutant dominium. ff. de vsucap. eum qui ædes. ver. & vniuersitas.

h ¶ Prouinciam.] Idest diœcesim quandoq; enim prouincia sumitur pro diœcesi, ut 50. dist. studeat. quandoque econuerso, ut 9. q. 2. episcopi. Quidam tamen in loco isto dixerunt, quod intra aliam prouinciam non posset præscribi licet intra aliam diœcesim possit. Quid autem præscribi possit in dięcesi alterius, varie a varijs est notatum, & celebris fuit hæc sententia, φ quidquid est intra terminos alterius diœcesis præscribi potest, dummodo non sit in limite, uel coniunctum limiti, ut extra de parochijs. super eod. non tamen quoad episcopalem iurisdictionem, sed tantum quo ad proprietatem, vt dicunt. & hoc dum constat de limitibus. Sed si de limitib. nō constat, tūc quo ad ꝓprietatē, & quo ad epālia

Præscriptio ad quod est inuenta.

[1] Qui sunt no. su. ea. in sum. de hoc etiā no. ĩ. c. §. pōt. 2. in gl. ar. ꝓ &c. Præscribi qđ pōt in alterius diœcesi.

lia iura res alterius episcopi præscribitur, vt inf. ea. licet. extra de deci. cum sint homines. Sed illis vehementer obst. extra de præscr. ad aures, & c. auditis, & c. cum ex officij, & de relig. do. ca. 1. in quibus non solum res, sed iura episcopalia præscribuntur. Similiter hic distingui pōt inter iura parochialia, & iura episcopalia, ut iura parochialia possint p̄scribi, siue diœceses sint limitatæ, siue non, ut ius decimarū, ut baptismata, oblationes, & procurationes dummodo res illæ non sint cōiunctæ limiti: sed iura episcopalia non, ut consecratio: imò ulterius procedi p̄t, ꝙ similiter iura epalia, quæ consistunt in lege iurisdōnis episcopalis præscribi possunt ab alio episcopo, quia taliter præscribitur exemptio, non tñ unus intrabit terminos alterius: sed intra terminos proprios utetur iure illo, nisi in casu ut inf. e. placuit. Sed tñ dicunt quidam, ꝙ quodlibet ius episcopale potest præscribi, dūmodo non sit uicinum limiti. Sed quantū ad proprietatē, satis vr̄, ꝙ siue sit in limite, siue aliàs, ꝙ res alterius præscribi possit, ut ext. de prob. ex literis. Si quæras, quare limes nō possit prescribi, dico iō, ne confundātur termini prouinciarum, vel ideo, quia limes communis est, vt p̄bat, ff. de acq. rer. do. adeo, §. vlt. & l. seq. sed si rem, quæ mihi est communis cum alio, ille possederit: ergo per ipsum retineo possessionē, ut ff. quemad. ser. amit. si communem Vel ideo non præscribitur, quia non præsumitur, ꝙ aliquis communi re uitiose utatur, ut ff. pro soc. merito. & sic presumitur, ꝙ quantocumque tempore alter possideat, quòd non tantum nomine suo, sed nomine meo possederit. Sed certe hæc ratio nō uidetur sufficiens, quia eadem ratione, nec fines prædiorum possent præscribi, quod falsum est, ut inf. ead. q. 4. uolumus, ut extra de præscript. quia, & C. fin. regun. l. ult. Alij dicūt, ꝙ limes bene potest præscribi: sed nō manēs limes, quia quàm cito est præscriptus, desinit esse limes.

Limes diœcesis est impræscriptibilis.

vero [a], nullo modo; ne dum diœcesis defenditur, prouinciarum termini confundantur.

γ ¶Quamuis.] *In concilio impresso cum manuscriptis collato legitur*, quia secūdum ius legis, eius videtur esse diœcesis, admittenda non est, &c. *Iuo autem in tertia parte etiam clarius post ver.* possederit *sic habet*, eam teneat: quia secūdum ius legis; eius videtur esse diœcesis, & admittenda non est, &c. *Burchardus autem*, quamuis secundum ius legis, eius videtur esse diœcesis: *In Pannormia vero quemadmodum apud Gratianum.*

δ ¶Prouinciam.] *Auctor glossæ interpretatur*, idest, diœcesim: *& in varijs conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis legitur*, parochiam, *qua voce sæpe diœcesis significatur, vt in Canone Apostolor.* 14. episcopo non liceat alienam parochiam propria relicta, peruadere: *et in concilio Antiocheno, c.* 21. *vocem* παροικίας, *alij verterunt parochiam, alij diœcesim omninoq; in Toletanis hæ voces confunduntur, vt Toletano 3. c. 20. & Toletano 4. c. 32. & 35. & Bracharensi 2. c. 2. Et in huius capitis initio vox*, diœcesis, *partem quandam, idest, parochiam significat. Verū in codice conciliorū Lucensi regio, & vetustis exemplarib. Gratiani, & Pannormia, & apud Iuonem par. 5. in margine est.* prouinciam.

2 *Ecce his auctoritatibus probatur, quòd possessionis, & gubernationis iura præscriptione tolluntur.*

Sed idem Gelasius contra testatur scribens Maximo, & Eusebio episcopis.

¶Status parochiarum nec præsumptione, nec temporis prescriptione mutari potest. C. V.

Licet in regulis contineatur antiquis, parochias [b] vnicuique ecclesię pristina dispositione [c] deputatas nulla posse ratione conuelli, ne per consuetudinē pessimā, exempli [d] mali temeritate crescente, vniuersalis cōfusio nasceretur; tamen etiā decretis nostris ante nō multum

Iuo p. 3. c. 7.

a ¶Extra uero.] Nullo modo, quantum ad omnia episcopalia iura.

ECCE HIS. Hæc est secunda pars quæst. in qua probat per tria c. ꝙ limites, & ei adhærentia, non præscribuntur. Io. de Fant.

CASVS. Concludit Grat. ex supradictis cap. ꝙ ecclesiastica iura præscriptione tolluntur: postea probat contrarium per c. sequentia.

Licet in regulis.] CASVS. Beneuen. sic ponit casum istum. Anconitanus episcopus habebat quasdam villas intra terminos episcopatus Anuscani episcopi, occasione possessionum, & villarum, inuasit ibi spiritualia. Super hoc cum episcopus Anuscanus conquereretur, decreuit Gelasius inuasa restitui Anuscano episcopo, & præcepit Maximo, & Eusebio episcopis, ut ipsum mitterent in possessionem. H. uero hunc casum sic ponit, cuius positionem magis approbo. Inter Anconitanum episcopum, & Constantinum Anuscanæ ciuitatis episcopum, controuersia erat de quadam ecclesia posita in limite alterius, puta Constantini: alter, scilicet Anconitanus episcopus diu possederat eam de qua conuentus coram Gelasio per nuncios respondebat, quam controuersiam sic decidit Gelasius, ut ecclesia restitueretur petenti episcopo, quia limites nulla ratione possunt præscribi, sicut & in antiquis regulis, & in suis asserit contineri decretis, quapropter scribit Maximo, & Eusebio episcopis, ut hanc sententiam mandent executioni. Et similem formam in omnibus similibus casibus dicit fore seruandam.

b ¶Parochias.] .i. intra limitem unius diœcesis.

c ¶Dispositione.] .i. terminatione. sup. 13. q. 1. c. 1.

d ¶Exempli.] Supra d. 96. bene quidem. sup. 1. q. 1. principatus.

a ¶Inua-

temporis destinatis omnia iussimus, quæ taliter fuerant inuasa, [a] restitui. Sed quia temeritas peruadentium legē sibi posse putat [b] generari, si sceleri suo pertinaciam retentionis adiungat; ea, quæ inter fratrem, & coepiscopum nostrum Constantinum Anuscanæ α ecclesiæ sacerdotem, † & inter nuncios directos ab Anconitano Pontifice decreuimus, per uos impleri cupimus; tunc formam [c] in cæteris cognitionibus, quæ sit sequenda, præscripsimus. Nulla igitur præsumptione statim parochiarum, qui perpetuæ ętatis firmitate durauit, patimur immutari: quia nec negligentia pontificis, nec temporalis obiectio (quę per incuriam fortè generatur) neq; ignauia faciente consensus adhibitus, nec subrepente † supplicatione pręceptio diuellere potest semel diœcesim constitutam: ex qua semper ad regenerationem, atque consignationem plebs deuota conuenit. [d] Territoriū β etiam non facere dięcesim olim noscitur ordinatum.

† *al. & directos.*

Ansl.l.5.c.15.

† *al. subripiente.*

α ¶ Anuscanę.] *In uetustis codicibus uariè legitur, idest,* Canuscanæ, Camuscanæ, Tamiscanæ.

β ¶ Territorium.] *Hæc referuntur etiam ab Anselmo, licet non ab Iuone.*

Hoc multipliciter distinguitur. Sunt quædam diœceses, quæ certis limitibus distinctæ sunt: hæ nullo modo præscribi possunt. Aliæ uero, quæ non sunt certis limitibus distinctæ, & de quibus certa definitio non olim præcessit, præscriptione tolluntur.

Vnde Innocentius Papa.

¶ Limitis possessio pręscribi non potest. C. VI.

In conci. Hispalensi 2.c.2.
Poly.l.6.tit.10.
Burc.l.1.c.69.
Iuo p.3.c.99.

INter memoratos fratres nostros Fulgētium Astigitanum, & Honorium Cordubēsem epos discussio [e] agitata est propter parochiā basilicę cuiusdā, quam horum alter Cellanensem, † [f] alter Rhegiensem asseruit. Et quia inter vtrasq; partes hactenus limitis actio vētilata † est, cuius q̄uis vetusta retentio, nullum [g] iuris pręiudicium affert: † ideo ne in dubium vltra inter eos nostra deuocaretur sententia, [h] prolatis canonibus synodalia decreta perlecta sunt. Quorum auctoritas prçmonet ita oportere inhiberi cupiditatem, ut ne quis terminos alienos vsurpet, ob hoc placuit inter alternas partes † ĩspectores viros mittendos, [i] ita vt dięcesis β [k] possidentis (si ta-

† *al. vendicata.*

† *al. afferret: ideoq;.*

† *al. inspectionis.*

a ¶ Inuasa.] Nam inuasores non præscribunt, C. de præscrip. xxx. ann. si quis emptionis, & 93. dist. illud.

b ¶ Putat.] Nam diuturnitas temporis, &c. extra de simo. non satis.

c ¶ Formam.] Arg. quod certis personis mandatur, ad alios extendi: & quod in vno negocio statuitur, ad omnia similia extendi. 5.2.q.1. multi 14.q.2. super 32.q.7. Apostolus. arg. dist. 61. miramur. dist. 38. ignorantia, extra de re iud. in causis.

d ¶ Conuenit.] Pone quod aliquis episcopus possideat ecclesiam intra diœcesim alterius episcopi remotam à limite, & fluuius quidam erat limes: sed fluuius paulatim accedit ad illam ecclesiam, ita ꝙ efficitur vicina limiti. Dic quod interrumpitur præscriptio naturaliter, nec præscribitur. Vel dic ꝙ nihilominus procedit præscriptio, nec termini episcopales variantur propter hoc, vt ff. de contrah. empt. Rutilia Pola. Quid dices de ecclesia sita in limite, & in vtraque diœcesi, habet parochianos? Dic quid erit communis [1] quo ad parochialia: sicut & arbor in confinio posita. ff. communi diuid. arbor. & insula in confinio posita, Institu. de rerum diuis. §. insula. insolidum autem habebunt episcopalia, si discordant in ecclesiæ dispositione, superioris erit officium in hac parte, extra de iure patro. nullus. vel alternis annis disponant. ff. de vsufr. quoties.

HOC MVLTIPLICITER. CASVS. Exponit Gratian. supra dictum capit. dicens illud loqui de diœcesibus, quæ certis limitib. sunt distinctæ, quæ nullo modo in limite, uel circa limitē pręscribi pñt: aliæ vero, q̄ certos limites non habent, pręscriptione tolluntur.

INter memoratos] CASVS. In extremis finib⁹ episcopatus Astigitanē. erat Cellanen. ecclesia. in finibus uero episcopatus Cordubæ, erat ecclesia Rheginen. q̄ plebes erant: inter quas est quædam basilica. super Cellanen. ecclesia, & Rheginen. contēdebant: occasione quarū ecclesiarum, inter episcopos prędictarum ciuitatum erat contētio. quare Innoc. delegat causam iudicibus, mandās eis ut terminos videant, & ostendit eis sub qua forma ꝓcedent, ut. s. si inuenerint ecclesiam illam intra terminos possidentis, adiudicent eam sibi perpetuo: si vero extra terminos, & ꝑscripserit, similiter adiudicēt eam sibi: si vero nōdū præscripserit, restituant eā episcopo, q appellauit & repetijt. & iste casus verus est: & si bene inspexeris de litera elicitur.

e ¶ Discussio.] Id est, quæstio discutiendi.

f ¶ Alter Cellanensem.] Quæ ecclesia erat subiecta sibi.

g ¶ Nullum.] Arg. ꝙ limitis manifestatio rem iudicatam reuocet. [2] Arg. s. ead. q. 1. Fœlix.

h ¶ Sententia.] Quam super hoc sentimus.

i ¶ Mittendos.] Vbi enim agitur de finibus agriculis sunt ipsa loca consideranda, extra de præscr. quia. ff. fin. reg. l. si irruptione & vtriusque partis testes audiuntur, ut extra de prob. ex literis.

k ¶ Ita vt diœcesis.] Sic constitue, idest ut æternum dominium

Ecclesia in limite diœcesis posita cuius est.

1 Pōt dici, ꝙ ecclesia erit illius solius, in cuius limite cāpus positus est. argu. de acq. rerum dom. adeo. §. vlt. ẜm Lau.

2 Nam vr̄ ꝙ alterā iā dederat sñiam. cū dicat ultra q̄ reuocata erat ꝑ ꝑmanifestationē limitis ẜm H. dic ultra, i. de cætero.

minium diœcesis, scilicet de qua est controuersia, sit possidentis ecclesiæ, cuius est ius retentionis.
a ¶Ius retentionis.] Idest, quæ est in possessione.
b ¶Quòd si limes.] Potest esse sensus, i. si limes ipsius possidentis eam non concludit: 1 & tamen ipse præscripsit, habeat ecclesiã.

1 Vt quia est in epatu alterius longè tñ a limite, secundũ H.

quem probare non potest; sed dicat, præscripsi. 2
POTEST. Hæc est tertia pars quęst. in qua dicitur, quod res vi possessa non præscribitur. Ioan. de Fant.
CASVS. Secundo modo exponit illud c. licet, ut non intelligatur de limitibus: sed de rebus inuasis, quæ nullo titulo

2 D... not. ... quia c... uimus.

men basilicam veris signis limes prefixus monstrauerit) ecclesię, cuius est ius † retentionis [a], sit in æternum dominium. Quòd si limes [b] legitimus eandem basilicam non concludit †, & tam longi temporis probatur obiecta præscriptio; appellatio [c] pręsentis † [d] episcopi non valebit: quia illi tricennalis obiectio silentium imponit. Hoc enim & sæcularium principum edicta pręcipiũt, & præsulum Romanorum decreuit auctoritas. Sin vero intra metas tricennalis temporis extra alienos [e] terminos basilicæ iniusta retentio reperitur, repetentis episcopi iuri sine mora restituetur.

† al. perhibetur.
† al. iusta retentio.
† al. conclusit.

¶Caput hoc extat in concilio Hispalensi 2. c. 2. & ex eo Burchardus citat.

α ¶Cellanensem.] *In concilio impresso, ac manuscripto legitur Celticensem: & Plinius lib. 3. cap. 1. inter oppida conuentus Hispalensis numerat Celticam.*

β Ita vt diœcesis.] *In conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis legitur,* ita vt si in diœcesi possidentis sitam basilicam veteribus signis limes præuisus (al. peruisus) monstrauerit, ecclesiæ, &c. *itemque in codice Lucensi regio, nisi quod loco dictionis,* præuisus, *habetur,* prefixus.

Item Gelasius Papa Iusto episcopo.

¶Spatia, quæ definita fuerint, tempore præscribi non possunt. C. VII.

Dilectio tua studeat, quæsita omnium fideliter rerum veritate, vt si de spatijs [f] de quibus memoratur orta contentio, definitio dudũ certa processerit, intemerata [g] seruetur: alioqui si nihil vnquam constiterit terminatũ, tunc de præscriptione tporum, si qua pars confidit, præbeat sacramentum [h]: vt tamen, de ijs, quæ hactenus possedisse probatur †, iusiurandum finatur offerre [i].

Iuo p. 3. c. 135. & p. 6. c. 105.
Pann. l. 2. c. 69.

† al. repetenti.

3 Potest etiam aliter distingui. Quæ quisque sua auctoritate vsurpat; quia nullo titulo possidere incipit, præscribere non potest: & in hoc casu intelligenda est illa auctoritas Gelasij: [*Temporalis obiectio, quæ per incuriam fortè generatur, non potest diuellere diœcesim semel constitutam.*] *Intelligendum est, si nullo titulo, sed sola vsurpatione eam possidere cœpit. Si vero iudicis auctoritate, & priuilegiorum longa consuetudine possidere cœperit; tunc temporalis obiectio actori silentium imponit.*

Vnde Gelasius Papa ait.

¶Debent priuilegia triginta annis possessa immobiliter obseruari. C. VIII.

Placuit huic sanctę, magnęque synodo, vt res, & pri-

In synodo 8. sub Hadriano II. c. 18.

Poly. l. 3. tit. 12.
Ansel. l. 4. c. 20.

Vel aliter, si diœcesis non est limitata, & eam præscribit, habeat eam.
c ¶Appellatio.] Id est, ...
d ¶Pręsentis.] idest, petentis.
e ¶Extra alienos.] i. ... ius præscribitur. Ioan.
DIlectio tuæ. CASVS. Inter quosdam episcopos erat contentio de limitibus episcopatuũ: delegat ergo Gelasius Iusto episcopo casũ sub hac forma, ut si aliqua certa diuisio de limitib. quondã inter eos pcesserit, intemerata seruet. Si uero nihil fuerit terminatũ, recipiat testes, & sacramẽtũ partis, quæ de præscriptione confidit; & etiã alterius partis, si vult exceptionem suam probare.
[Si qua pars ↄfidit] scilicet quæ agit.
f ¶De spatijs.] Prædiorũ, nõ limitum, ĩ. q. 4. c. 2. Vel intellige de limitibus.
g ¶Intemerata.] s̃. 6. q. 4. quod bene ĩ. q. 2. Eleutherius.
h ¶Sacramentum.] Scilicet testium, per quos probat pręscriptionem. sic 31. q. 2. si uerum.
i ¶Offerre.] Alteri parti. Vel dic, ꝙ illi parti quæ probauit præscriptionẽ, si nõ potest probare titulum, & bonã fidem, permittẽdum est ei iurare, ꝙ bona fide possiderit rẽ illam, & ꝙ iusto titulo habuerit eam, non tñ dico ꝙ cogitur probare titulum, sed si probat cursum tp̃is, & allegat titulum, presumo rõne tp̃is ipsum habere titulum, ut 12. dist. illa. ff. de vsur. cum de in rem verso. Nec obstat, ꝙ dicitur extra de præscrip. si diligenti. & extra de prob. licet ubi uidetur dici, quod debeat constare de titulo. Intelligo. n. tunc quãdo est præsumptio contra eum, vt ibi fuit, & sic intelligo quod est extra de deci. dudum. sed fatuus est, qui allegat titulum.

titulo possidentur, & hæc præscribi non possunt: si verò possidentur iudicis auctoritate, vel longa consuetudine priuilegiorum, tunc præscriptione tolluntur.

PLacuit.] CASVS. Quidam laici per potentiã sæcularem conabantur auferre res, uel priuilegia, quę ad ec-

ecclesiam ex longa consuetudine pertinebant, vel quæ donata fuerant ecclesiæ ab Imperatoribus, vel alijs, & ab ecclesia per triginta annos, possessa, & ideo præcipit Gelasius, vt omnia sint in potestate episcoporum, nec ab eius subtrahantur potestate, & quicumque laicus, vel

Sed nonne contrarium est .C. de quadru. præscrip. l. bene a Zenone? nam ibi dicitur, quod si Imperator rem priuati conferat alij, tutus est donatarius, & hic dicitur necessariam esse præscriptionem. Sed dic maxime, vel dic, & pro vel .C. de verb. sign. l. pen. Vel dic quod sicut ecclesia noluit hoc recipere cōtra se, vt 12.q.2. quicumque militū. ita nec pro se. 1 Vel ibi loquitur cum dedit Imperator rem alienam tanquam alienam, hic tanq̃ suā. Vel hoc quod dicit de triginta annis, refertur ad proximū, scilicet ad alios, & nō ad Imperatorē, vt ex. de sen. & re. iu. cum inter. in fi.

uilegia,[a] quæ Dei ecclesijs ex lōga consuetudine[b] pertinēt, & siue a diuæ recordationis Imperatoribus,[c] siue ab alijs Dei cultoribus in scriptis donata, & ab eis per annos triginta[d] possessa sunt; nequaquam a potestate præsulum [eorum †] quæcūque persona sæcularis per potestatem subtrahat, aut per argumenta quælibet auferat: sed sint omnia in potestate, ac iussu † præsulis ecclesiæ; quęcumque intra triginta annorum spatiū ab ecclesijs possessa fuisse noscuntur. Quisquis ergo sæculariū α contra præsentem definitionem egerit; tāquam sacrilegus iudicetur, & donec se correxerit, & ecclesiæ propria priuilegia, seu res restituerit; anathema sit.

† abest ab orig. ‖ al. vsu.

¶ *Quod hic tribuitur Gelasio habetur in synodo octaua habita ab Hadriano II. c. 18. & ex ea citatur apud Anselmum, & Polycarpū. Sed manuscripti codices Gratiani concordant cum vulgatis.*

α ¶ Secularium.] *In vulgatis legebatur.* Quisquis ergo clericorum, vel sæcularium. *Sed absunt illæ duæ voces,* clericorum, vel *ab aliquot uetustis, & ab ipso concilio manuscripto. In concilio impresso legitur.* Qui contra fecerit, vt sacrilegus iudicetur, & donec talia priuilegia, &c.

Idem episcopis Dardaniæ inter cætera[e] *inquit.*

¶ Reperi non possunt, quæ triginta annis quiete possidentur. C. IX.

Ans. l.4.c.27. Deusdedit p. 1.

POst quingentos annos constituta Christi[f] quosdam audio velle subuertere: cum triginta annorum lex[g] hominum non possit abrumpi.

¶ *Caput hoc non legitur in epistola Gelasii, quæ extat, ad episcopos per Dardaniam. Nicolaus primus in epistola ad episcopos Galliæ, cuius initium est.* Quamuis singularum. *nuper, vt dictum est impressa in appendice bibliothecæ, citat ex epistola Gelasii ad orientales. Deusdedit Cardinalis, & Anselmus absolute Gelasium citant.*

4 *Item si de rebus ecclesiæ cōtrouersia mota est, & definitio subsecuta; etsi iniusta sit, tamen quia non sua, sed definientis auctoritate*[h] *possidere cœpit, tricennalis*[i] *præscriptio petitori silentium imponit: ita tamen, vt supputatio præscriptionis non a tempore definitionis, sed a decessu † definientis exordium sumat.*

Vnde in Toletano concilio. 9. c. 8. statutum est.

e ¶ Inter cetera.] verba sunt Gratiani.
f POst quingentos.] ¶ Cōstituta Christi.] idest, ecclesiæ alicuius.
g ¶ Lex.] idest, p̄scriptio a lege introducta lex enim processu temporis non potest confirmari: quia si est iusta, statī ualet, & cōfirmatur 2 si est iniusta nunq̃ valet, su. d. 4. erit autem lex. uidetur tamen quod cōtra legem potest p̄scribi spatio xx. annorū, ut ff. de orig. iur. l. 2. §. exactis.

ITEM SI DE REBVS. Hęc est quarta pars qō. in qua dicitur, quod tēpore prælati male alienantis nō currit p̄scriptio, sed post eius mortē incipit currere: & hoc p̄bat per c. sequens. Io. de Fant.

CASVS. Ostēdit Gr. ī hoc §. quod si sup rebus ecclesiæ mota sit cōtrouersia, & iniusta sit diffinitio subsecuta: ille q cœperit possidere auctoritate definiētis, poterit p̄scribere xxx. annis. sed hæc p̄scriptio nō incipit, nisi à decessu male definientis. Et nota quod definitio tripliciter pōt hic sumi, vel pro alienatione, vel transactione, vel definitiua sentētia, unde iuxta hāc triplicem significationem, tripliciter potest poni casus sequentis cap.

1 Vide sup. q.2. c. Quicumque
2 Sed cōtra 3. d. in istis. §. sequen.

uel clericus cōtrafecerit, debet anathematizari donec resipiscat. Seq. cap. patet.

a ¶ Priuilegia.] inf. 25. q. 2. c. 1. & 2.

a ¶ Priuilegia.] idest, chartas ecclesiæ, 12. q. 2. si quis de clericis.

b ¶ Consuetudine.] Ergo consuetudo dat priuilegium. 9. q. 3. conquestus.

c ¶ Imperatoribus.] Hic canon emendat legem, quæ loquitur de quadriennij præscriptione in rebus donatis ab Imperatore.

d ¶ Annos triginta.] Arg. quod præscriptio decennij, uel uicennij, nō habet locū in ecclesia, vt ipsam rem priuati tali præscriptione possit retinere. Alij dicunt contra.

h ¶ Auctoritate.] Nam iuste possidet qui auctore prætore possidet. 14. q. 5. dixit. extra qui filij sint legi. cum inter. ff. de acquir. poss. argu. contra, de pœn. dist. 2. si quis semel.

i ¶ Tricennalis.] Immo præscriptio decem dierum tūc sufficeret: nam plus facit sententia, licet iniusta, quam aliquod priuilegium, ut extra de sent. & re iud. cum inter. in fi. Io. Sed non loquitur de tali sentētia, sed de cōcordia, quæ definitio uocatur. B.

Si

¶ Vita irrite disponentis nõ poterit pertinere ad tricennium temporis. C. X.

SI sacerdotes, † [a] vel ministri, dum gubernacula ecclesiarum administrare videntur, cõtra patrum sanctissimas sanctiones de rebus ecclesiæ definisse aliqua dignoscũtur; nõ ex die, [b] quo talia scribendo decreuerũt, sed ex quo talia moriẽdo [c] definita reliquerũt, supputationis [d] ordo substabit. [e] Nũquam.n. α poterit ad tricẽniũ † tpis pertinere vita irrite hoc iudicantis: quia status contractuum [f] initia nõ sumpsit ab origine [g] æquitatis.

sacerdos, vel minister] ori. & sic cõsequenter.

† *al. triennium.*] orig.

α ¶ Nunquam enim.] *Sic in vetustis etiam codicibus Gratiani, & in codice conciliorum Lucẽsi regio. In duobus Vaticanis est quidẽ dictio,* tricennium, *sed in cæteris uerbis aliqua uarietas. In concilijs uero impressis legitur.* Nunquam enim ad trienniũ temporis pertinebit potestas irritum (al. irrite) hoc iudicantis. *& ab aliquibus editionibus abest uox;* potestas.

§ *Item ea, quæ beneficijs possidentur, siue quæ metu hostilitatis interueniente diutius possessa fuerint, præscribi non possunt.*

Vnde in Agathensi concilio, c. 59. definitum est.

Est in Epaunensi, c. 18.

¶ Quæ in beneficijs possidentur, præscribi non possunt. C. XI.

CLerici quilibet quãtacunq; diuturnitate temporis de ecclesiæ remuneratione aliqua possederint, ĩ ius

Iuo p. 3. c. 166.

SI sacerdotes.] CASVS. Quidam prælati iniuste alienauerunt possessiones ecclesiarum in vita prælatorum: receptores retinuerunt possessiones illarũ per triginta annos: quæsitum fuit in cõcilio Toletano utrum detentores tuti sint præscriptione illa? Et respondetur ꝙ nõ, quia præscriptio nõ currit ĩ uita prelati male alienãtis, sed post mortem, quia cõtractus nõ sumpsit initium ab origine æqtatis.

Csus tripliater ponit.

a ¶ Si sacerdotes.] Triplex casus solet hic poni. Prius sic: ecce episcopus alienauit res ecclesiæ ĩ casu illicito: dicitur hic ꝙ uiuẽte episcopo, nulla p̃scriptio currit contra ecclesiam in rebus illis; sed eo mortuo incipit currere, & secũdum hoc expone definisse, idest sua definitione, & auctoritate alienasse. ar. 20. q. 2. episcopus q̃ mãcipia, & dic scribendo decreuerunt, idest, decreto scripturæ interposito alienauerunt. Vel, ſm aliũ casum expone, scripto decreuerũt, .i. scripto transfegerũt, & in fraudem: cum enim nõ poterat dare nepotibus suis, fingebat se hĩe litem cũ eis de illo, & trãsigebat cũ eis. Terti⁹ casus est, episcopus tulit definitiuam sentẽtiam cõtra aliquã ecclesiã super aliqua possessione ecclesiæ, & cõtra ius scriptũ 1 dicitur hic, ꝙ ipso uiuẽte nõ currit cõtra eam præscriptio. Sed cum ista sententia lata fuerit cõtra leges scriptas, ut hic innuit, & ita nulla actio, uel exceptio ex ea competit, ut arg. 2. q. 6. §. diffinitiua. uer. Itẽ si sentẽtia qualiter etiam iste poterit præscribere post mortẽ? Dico ꝙ iste nõ, sed eius successor, & sic intelligitur extra de iure pat. cura pastoralis. Vel dic, ꝙ iste bona fide possedit, quia ignorauit illam sentẽtiam nõ tenere, & sic sentẽtia, quæ nulla est, dat alicui causam præscribendi, sicut titulus, qui nõ ualet, dat causam præscribendi, ut ext. de emp. peruenit, ff. pro empto. ꝙ uulgo. & ff. pro leg. l. 3. & 4. nec contradicit ext. de ijs. quæ fi. a præl. c. 2. quia ibi sciente capitulo, alienatio fuit facta possessionũ, unde ibi possessor statim tutus est, sed hic capitulo contradicente, uel forte iste nõ erat malæ fidei possessor, quia ignorabat sentẽtiam iniquum: uidetur tamen, ꝙ de illicite alienatis non possit currere præscriptio. C. de bo. mater. l. 1. & in hoc est deterioris conditionis ecclesia, quam minor, siue filiusfamilias, q̃a nõ potius contra eum præscribitur, quam suæ potestatis esse incipiat, ut C. de bonis quæ lib. quæcunq.

1 Patet exẽplum ex. de re iu. cũ cã & hic intellectus ex eo perpenditur quia dicit cõtra patrum sanctiones, secũdum H.

b ¶ Non ex die.] Si. extra de transa. de cætero. extra de censi. præterea si. 12. q. 2. si quos. si. ff. de diuer, temp. præscri. cum hæres. in si.

c ¶ Moriendo.] idest, quia licet q̃libet possit male alienata reuocare, ut 12. q. 2. non liceat. non tamẽ ita de facili admitteretur, cum episcopus semper cõtradiceret, & ei literas de rato denegaret. Arg. C. de anna. except. l. 2. §. ult. & C. de bo. quæ l. b. l. 3. extra de iud. causam.

d ¶ Supputationis.] idest, reputationis.

e ¶ Substabit.] idest, incipiet numerari.

f ¶ Cõtractuum.] .i. contractus, quem fecit episcopus, non habet iustum initium. hoc ideo dico, quia præscriptio non est contractus.

g ¶ Ab origine.] Arg. initium spectãdum, ut 61. d. miramur. q. 1. principatus. extra de elec. dudum. ff. pro emp. qui fundum, & ff. de diuer. & tẽp. præscrip. cum hæres. in fine.

ITEM EA. Hæc est 5. pars q. in qua dicitur. ꝙ si episcopus concedit alicui clerico uineas uel terras ecclesiæ, tamen non præscribit eas possessor, & hoc probat per duo c. Io. de Fart.

CASVS. Supra ostẽsum est, ꝙ res inuasæ, & quæ sunt in limitibus præscribi non possunt. Idem dicit nunc Grat. de beneficijs, & de rebus per metum possessis, quæ præscribi non possunt. [Beneficijs.] .i. de reb quarũ vsus conceditur, vel quæ gratis conceduntur. De beneficijs probat per duo prima c. De metu hostilitatis. probat per c. prima actione, & per c. porro.

CLerici.] CASVS. Quidam clerici possidebant quædam beneficia ab ecclesijs sibi concessa per xxx. ann. quæsitum fuit in Concilio Agathen. vtrum ratione præscriptionis clerici proprietatem illorum beneficiorum possint sibi vendicare. Et respond. quod non, dummodo res constet fuisse ecclesiæ, & hoc probatur duabus rationibus. Prima est, quia si præscribi possent: nec episcopi, nec alij prælati precarias facere deberent: & quia prælati secundum hoc in rebus ecclesiæ diu retentis, proprietatem sibi possunt vendicare.

a. ¶ In

æscribere n possunt quæ per- æ. ad idem od leg. & .12.q.2. e fit. ibi e.

a ¶ In ius proprium.] Hic patet, & in seq. c. ꝙ coloni & precario possidentes nullo tẽpore præscribunt, 1 ut 10.q.3.quia cognouimus, ext.de postu.bonæ.2.Ita nec aliquis, qui alieno nomine possidet, ut ext.de præscrip. si diligenti. Item nec usufructuarius, ut instit. per quas per- præscribi, non ab ipso, cum malam fidem habeat. sed a suo successore. Nũc habes quæ personæ non possunt ꝑscribere. Sunt ẽt quædam res impręscriptibiles, ut cõtra iura libertatis nõ præscribitur, ut ĩf.ea.§.põt. Itẽ nec in tributis præscribitur, ut inf.ea.§.porro, C.de pręsc.xxx.

† al. vocentur.

proprium [a] præscriptione temporis nõ reuocentur; † [b] dummodo pateat ecclesiæ rem fuisse: ne videātur [α] etiã episcopi tẽpore administrationis prolixæ aut precarias, cum ordinati sint, facere non debuisse, [c] aut diu retẽtas facultates in ius suæ proprietatis posse transcribere.

† al. non debuisse.

α Ne videantur.] *In concilio impresso, & apud Iuonem legitur,* ne videātur episcopi administrationes prolixas, aut precatorias, cum ordinati sunt facere debuisse. † *In Epaunensi autem locus manifesto corruptus est.*

Item ex concilio Aurelianensi primo, c.25.

¶ Quæ humanitatis intuitu aliquibus pręstātur, præscribi non possunt. C. XII.

Ans.l.5.c.87.

SI episcopus humanitatis intuitu mãcipiola, vineolas vel terrulas clericis, aut monachis, vel q̃buslibet [β] ꝑstiterit excolendas, [d] uel pro tempore tenendas; etiam si longa transisse annorum spatia comprobentur, nullũ ecclesia præiudicium patiatur: nec sæcularis legis præscriptio, quæ ecclesię aliquid impediat, opponatur.

β ¶ Vel quibuslibet.] *Hæ voces sunt etiã apud Anselmum; sed absunt a concilio impresso, & manuscripto.*

Itẽ ex cõcilio Hispalẽsi 2. cui interfuit Isidorus, c. 1.

¶ Temporalis pręscriptio non obijcitur: vbi hostilitatis metus interuenerit. C. XIII.

† al. quodam.

6 PRima actione [e] Theodulphi Malacitanę ecclesię antistitis ad nos oblata precatio est; asserẽtis antiquã eiusdem urbis parochiã militaris quondã † hostilitatis discrimine fuisse decisam, & ex parte aliqua ab ecclesijs Astigitanę, Eliberitanę, atque Aegabrensis urbium esse retẽtam. Pro qua re placuit, ut omnis parochia, quã antiqua ditione ante militarem hostilitatẽ retinuisse ecclesiam suam quisque comprobaret; eius priuilegio restitueretur. Sicut enim ꝑ legem mũdialem ijs, quos barbarica feritas † captiua necessitate trãsuexit, postliminio [f]

† al. seueritas.

ann. cõpetit. Itẽ nec matrimonio. 33. q. 5. quod Deo. Itẽ nec decimæ à laico, ext. de pręsc. causam. Itẽ vr̃ quod nõ præscribitur in repetitione rerum peculij, vt C. ne de sta. defun. l. repetitio. Item & in seruitutib. quæ continuam causam non habẽt, vt ff. de seru. seruitutes. Itẽ in limitib. su. ea. c. licet. Item in procurationib. debitis ratione visitationis. extr. de præs. cum ex officij. Itẽ & inobedientia, vt ex. e. cũ nõ liceat.

b ¶ Nõ reuocẽtur.] Arg. ꝙ quæ de libertate ab aliquo facta sunt, ei pręiudicium non faciunt. sup. 1. qõ. 1. nullus episcopus 2.

c ¶ Non debuisse.] Si em̃ pręscriberent clerici, retardarẽtur epi ad cõferẽda beneficia, ut C. de bo. quæ lib. l. 1.

SI eps.] CASVS. Aliquis episcop⁹ pietatis intuitu cõcessit possessiones, vel mancipia toto tẽpore uitę suæ, uel ad certum tempus q̃busdam clericis uel laicis, vt ex eis vsum fructum haberent: quæ post lõga tempora dicebant ad se pertinere. quare statutum fuit ĩ cõcilio Aurelianẽ, vt etiam post multa tempora præscriptio legis sæcularis nõ possit opponi.

perso.no.acqui. §. fructuarius. Item nec creditor ff. de vsucap. non solum §. qui pignori. & hoc ideo, quia omnes isti alieno nomine possident, vnde illi tantum dicuntur possidere, quorum nomine possidetur, ut extra de resti. spo. cum venissent. Si ergo vsq; ad centũ annos posses probare initium possessionis, id est, ꝙ tuo nomine possessum est, non obstat tibi aliqua præscriptio. ut hic patet, & C. de pig. act. nec creditores. & C. de præsc. xxx. an. male. & hoc verum est, nisi uelis dicere, ꝙ per longam obliuionem aliquis perdet possessionem, per id quod est ff. de usuc. furtum. vel si tantũ tempus efflu xit, ꝙ ignorat dominus vbi sit possessio illa sita, ut ff. de acq. pos. si id quod. in princ. Vel nisi illa persona, quæ possedit nomine alieno, alij postea tradat possessionẽ, ut ff. de acqui r. poss. possideri. §. quod si seruus. aliter nunquam præscribũt tales, nisi forte domino repetenti non reddiderint possessionem: tunc possunt res tales

æscriptio habet lo in multis us.

d ¶ Excolendas.] Supra ead. q. 1. possessiones.

PRima.] Hæc est 6. pars quæst. in qua probatur, ꝙ tẽpore hostilitatis non currit præscriptio. & hoc probat per duo c. Io. de Fant.

CASVS. Theodulphus Malacitanæ ecclesiæ episcopus de suo episcopatu per Sarracenos est expulsus uel captiuatus: cuius episcopatu parochiam Astigitanus, & Eliber tanus, & Egabrensis episcopi inter se diuiserunt, cum uero rediisset hostilitate repulsa, iura sua sibi reddere cõ tradicebant statuit ergo conc. Hispalen. ut omnia sibi reddantur iure postliminij, sicut per legem ciuilem restituuntur vniuersa de captiuitate reuersis. Nam nõ est obijciẽda ꝑscriptio, vbi necessitas interfuit hostilitatis.

e ¶ Prima actione.] Id est, in tractatu primi diei ipsius concilij sup. dist. 1. ius gentium. & 34. q. 1. c. 1.

f ¶ Postliminio.] Postliminiũ est ius amissę rei recuperandæ ab extraneo, & in statum pristinum restituendæ. ff. de

Postliminij diffinitio.

reuertentibus [a] redditur antiqua possessio; non aliter & ecclesia receptura [b] est parochiam, quam ante tenuit cũ rebus suis siue ab alijs ecclesijs possideatur, siue in cuius libet possessionem transfusa sit. Non enim erit obijcienda præscriptio temporis, vbi necessitas [c] interest hostilitatis.

Item Ioannes Papa VIII. Paulo episcopo fungenti legatione in Germania, & Pannonia.

¶ Temporis non currit præscriptio, vbi furor hostilitatis incumbit. C. XIIII.

Poly.l.1.ti.11. Deusdedit p.1. Ans.l.2.c.73.

POrro, si de annorum numero forte quis causaт, sciat quia inter Christianos, & eos, q̃ vnius fidei sunt; numerus certus affixus est. Cæterum vbi paganorum, & incredulorum furor in causa [d] est; quantalibet prætereant tempora, iuri non præiudicant ecclesiarum: quę corporalia nescientes arma [e] solum Dominum, & propugnatorē suum quando ei placuerit misereri, patienter expectant. Verum si annorum prolixitas in talibus impediat; Deus ipse reprehendendus est, qui post quadringentos, & triginta annos filios Israel de durissima seruitute [f] Pharaonis, & fornace ferrea liberauit: sed ipse per se noster redemptor fuit, qui humanum genus post tot annorum millia de inferni claustris eripuit. Deut. 4.

7 *Tolluntur etiam præscriptione illæ diœceses, quas proprijs episcopis negligentibus alij ab hæresi ad fidei integritatem reuocauerunt.*

Vnde in Africano concilio, c.88. legitur.

Et in Mileuit.c.24. & in Carth. Græco ρκ϶.

¶ Si qui episcopi diœceses suas lucrari Deo negligunt, post triennium eis constabunt episcopis quorum studio fidei sunt reconciliatæ. C. XV.

Burc.l. 1.c.68. Iuo p.8.c.176.

PLacuit, vt quicumque episcopi

---

ff.de cap. & postli.reuer.postliminium.datur autem secundum leges postliminio reuertentibus rescissoria intra quadriennium insti. de ac. §.rursus.C.de integ. resti.l.vl.si tamen nõ potuerit agere in hoc quadriennio per aliquod dies, restituitur ad eos. ff.ex quib. cau.ma. sed & si p pretorē. §.si feriæ: secũdũ canones, cũ non currat in hoc casu præscriptio: nõ dabitur rescissoria. Hic ē ergo vnus casus.s.hostilitas, in quo non currit præscriptio. Alius dũ viuit iniquus alienator. su. ea.s.sacerdotes. Tertius cũ vacat eccl'a. ex.de p̄scrip.de quarta. Vel cũ quasi vacat ecclesia, p̄lato.s. lapso ī hæresim.ex. de p̄scrip.c.1. Alius est in pupillari ætate. C. quib.ex cau.ī integ.r.s.nõ est ne. l.ult. Alius est cum quis est in potestate patris, vt C.de bo.q̃ lib.quicumq;. Alius est cũ mulier est in matrimonio quoad dotē. C. de iure do. in rebus. quia non præscribitur contra mulierē in dote repetenda nisi soluto matrimonio, vt ibi dicitur. Septimus cũ q̃d debetur ad diē, vel sub conditione: tunc enim nõ currit præscriptio, nisi a tempore diei, uel extantis cõditionis. C.de præsc.xxx. an. cum notissimi, §. illud. Item & tempore excommnicationis non currit præscriptio. extr.de cõc.s.præb. & cap. nõ va.quia diuersitatem. Item & in tempore illo, quo quis impeditus est iusto impedimento, non potest agere, ut extra de elect.ne pro defectu, & ext.de app. ex ratione, & C.de inoff.test.cõtra maiores.& ff.ex quib. cau. ma. l.quod quidem, & l non enim.

Præscriptio non currit in aliquibus casibus.

a ¶ Reuertentibus.] Sup.3.q.1.redintegranda, sup.7.q.1.pastoralis, C.de postli.re.l.ab hostibus.

b ¶ Receptura.] Nam ius redit vt pridem, cum reddatur status idem, vt extra de elect. quia diligentia, ff. si ser.vend.& si forte, 1.respon.ff.de seru.rust.prædio.l.& Attilicinus.

c ¶ Necessitas.] Arg. ꝙ non præiudicat patrono inuestitura tempore hostilitatis facta, 34.q.1.cum per bellicã, sup.7.q.1.pontifices.

POrro.] CASVS. In Germania & Pannonia hostilitate Sarracenorum interueniente, per centum, uel forte per plures annos, aliqui possessiones ecclesiarũ d tinuerunt: quas cum prælati reddita tranquillitate r peterẽt, tutos se præscriptione dicebãt. mittit ergo Ioannes Papa Paulinum, qui legatus erat in partibus illis, ut de causis istis cognoscat, instruẽs eum, quòd inter Christianos, certus annorum numerus est præfixus ad præscribendum, si uero furor interuenit paganorum nul-

la tempora currunt. vnde omnia præfatis ecclesijs sunt restituẽda: & hoc probat duobus exemplis domini, qui post cccc.& xxx.an. Iudæos de seruitute Pharaonis liberauit & genus humanum, de inferni claustris post annorum millia redemit.

d ¶ In causa.] Secus si manifesti sunt Iudæi vel Sarraceni: tales bene præscriberent, arg.23.q.vlt.dispar Quidã tamen dicunt esse ecclesiæ priuilegium, ꝙ etiam domini non possunt præscribere: cum nec in lege ecclesiastica regãtur, 1 licet possint rem priuati præscribere dummodo legibus Romanis regantur.

1 Nam non ligãtur canonib.19.q. 1. §.1.ver. porro.vbi d̄ hoc & ext.de diuor. gaudemus.

e ¶ Arma.] Ar. clericos non debere mouere arma corporalia, etiam contra hostes, argu.23.q.8.quicumque. nam lachrymæ & orationes sunt arma clericorum, ut 23.q.8.conuenior.

f ¶ Seruitute.] Ar. contra libertatem non præscribi. inf. ead.§.potest.

TOLLVNTVR. Hæc est 7.pars q. in qua probatur, ꝙ si aliquis negligit loca sua, & alius episcopus ea liberat ab hæretica fœditate, post triennium præscribit: & hoc probat c.seq.Io.de Fan.

CASVS. Ponit adhuc Gra. alium casum, in quo res ecclesiæ præscriptione tolluntur.s.cum aliquis episcopus negligit populum suum ab hæresi reuocare, & alius episcopus eum reuocat, præscriptione contra alium tutus erit.

PLacuit.] CASVS. Quidam episcopi intra suas diœceses parochias hæreticorum conuertere negligebant,

vn-

vnde quæsitum fuit in concilio Africano quid esset de hoc faciendum. & responsum fuit, vt a vicinis episcopis commoneantur: & si intra sex menses a die conuentionis non effecerint. perueniant ad ipsum qui eas lucrari poterit: ita tamen vt si episcopus, in cuius erant diœcesi,

nem? Potest dici quòd sic. nisi fuerint negligentes clerici & episcopus argumen. ff. de mino. verum. §. item quæritur. uel si vult ipsum negligentem conueniat. 12. q. 2. monemus. & consequitur ab eo indemnitatem. C. de arbi. tut quidquid alienauit enim qui vsucapere permisit. ff. de verb. sig. alienationis.

negligunt [a] loca ad suam cathedram pertinentia in catholicam vnitatem lucrari, conueniantur [b] a diligentibus vicinis episcopis, vt id agere non morentur. Quod si intra sex menses [c] a die conuentionis non effecerint: qui potuerit ea lucrari, ad ipsum pertineant [d]: ita sane [α], vt si ille, ad quem pertinuisse videbantur, probare potuerit [e], magis illiús electam negligentiam, ab hæreticis, ut impune ibi sint, & tuam diligentiam [f] fuisse præuetam, vt eo modo eius cura solicitior † vitaretur †, cum hoc iudices episcopi cognouerint, suæ cathedræ loca restituantur †.

† al. solertior.
† al. vetaretur.
† al. restituant.

α ¶Ita sane.] *Græcus canon in emendatis codicibus hoc loco sic habet.*

Οὕτως μέντοι, ἵνα ἐὰν ἐκεῖνος πρὸς ὃν δεικνύονται ἀνήκειν οἱ τοῦτοι ἐξεπίτηδες διὰ τὴν [illegible] ἔδοξεν ἀμελεῖν, τοιοῦτο τῶν αἱρετικῶν [illegible] τοῖς παραδέξασθαι, καὶ ἐν τοσ[illegible] ἐπιμέλεια [illegible] ἑτέρου προελήφθη. ἤ τινι [illegible] αὐτοῖς αἱρετικοῖς πλέον ἐκάκιζεν, τούτου μεταξὺ ἐπισκόπων κρινόντων διαγινωσκομένου.

id est, Ita sane, vt si ille, ad quem hi pertinere ostenduntur, de industria ad rem commodius tractandam negligenter agere visus fuerit, id probantibus hæreticis, vt sine tumultu reciperentur, atque interea suam diligentiā alius occuparit: qua quidem si vsus esset, ipsis hæreticis maius damnum attullisset, cum hoc iudicantes episcopi cognouerint, &c.

Potest etiam alter intelligi præscriptio illa longi tempo-

e ¶Potuerit.] Intra 30. annos a sententia.

f ¶Diligentiā.] s. domini. ff. ad senatusc. Tert. l. 2. §. si mater. & ex. de app. oblatę.

POTEST ETIAM ALITER. CASVS. Iste §. diuidit in tres partes. In prima parte exponit G. tertio modo illud c. licet i regulis: dicēs ipsum posse intelligi de p̄scriptione lōgi temporis: scilicet decem vel viginti annorū, quę ecclesijs obijci nō potest postea ponit distinctionē de pręscriptione, dicēs: quod pręscriptio decennij uel vicennij introducta est odio parentis, & fauore possidentis. vnde si quis rem pręsentis bona fide & iusto titulo per decennium, absentis uero per uicenniū tenuerit, tutus est aduersus omnes si in aliquo casu rem amiserit, potest eam ab omnib. uendicare. Idem erit si per xxx. annos rē alterius sine titulo, bona tñ fide possederit: quam bonam fidem in initio sufficit habuisse. Præscriptio uero triginta annorum, cum quis mala fide possidet, introducta est tantum in odium negligentium. Vnde si quis mala fide rem alterius 30. annis possederit, tutus erit aduersus eum: & si aliquo casu malæ fidei possessor rem illam amiserit, repetere non potest: nisi per uiolentiam inde expellatur & si ad dñm, vel creditorem sine violentia peruenerit, tuti sunt aduersus malæ fidei possessorē. si uero peruenerit ad alios, dominus uel creditor aduersus eum habet actionem. In secunda parte dicitur, quod ea quæ dicta sunt de præscriptione decē vel uiginti annorū uera sunt, si sine interruptione possideantur: sed si possessio naturaliter interrumpatur, noui 30. anni in omnib. pręscriptionibus numerātur a die recuperatæ possessionis. si vero possessio per li. cont. interrūpat, ab ultimo die litis xl. anni cōputabuntur. si vero ille, cuius res præscribit, non pōt litē contestari propter absentiam uel furorem, uel infantiā, uel potestatē aduersarij intra tempora præscriptionis adeat præsidē, quem si adire non potest, uadat ad episcopum loci, uel consulem ciuitatis, uel potestatem: qui si defuerint, adeat domum aduersarij, & in præsentia tabellionis, uel cum subscriptione trium testium, si tabellione habere non potest, suum ius protestetur: & hoc modo interrumpet omnem præscriptionem. In tertia parte dicitur. quòd supradicta uera sunt inter laicos: sed aduersus ecclesias non currit præscriptio, nisi quadragenaria & ad hoc probandum inducit duas authenticas. inf. ea. quas

diœcesi, probare potuerit suam diligentiam fuisse præuentam, & alterius negligentiam electā, ut apud alium impune remanerent: suæ cathedræ loca restituantur.

a ¶Negligunt.] Arg. quod delictum personæ, quod est in omittendo, redundat in damnum ecclesiæ. Illud autem quod consistit in faciendo, non nocet ecclesiæ, ut inf. q. 6. si episcopum. 1 arg. contra. sup. ea. licet sup. dist. 35. ecclesiæ. Sed ibi nocet delictum quod consistit in omittendo. Arg. contra. C. de acq. poss. l. ult. ibi. n. non nocet delictum etiam quod consistit in faciendo.

b ¶Conueniantur.] Auctoritate huius canonis. si. 65. dist. cap. ult.

c ¶Sex menses.] Deputatos ad admonitionē faciendā. 2

d ¶Pertineant.] Expleto triennio, vt hic in hac rubrica & extra de præscrip. cap. 1. vnde illud triennium est hic intelligendum, sicut ibi intelligēdi sunt isti sex menses, qui dantur ad admonitionem faciendam dicit tñ H. quod perueniant statim. tamen usque ad triennium potest episcopus suus locum illū repetere, ut extra de præscrip. cap. 1. & est hic speciale fauore fidei, vt per triennium cont. ecclesiam pręscribatur ius episcopale. & etiā limes & excusatur præscribens hic auctoritate canonis, licet habeat conscientiam rei alienæ. argumen. ff. de noxa. & generaliter. & si rem pro derelicto habitam mihi uendas: licet sciam eam in bonis tuis non fuisse: ipsam vsucapio. ff. pro derelic. l. vltima argum. ff. de fundo dot. l. prima. Sed nunquid ecclesia læsa in hoc casu potest petere in integrum restitutio-

Ad idem
a de do.
2. ubi de
.& extra
ręscri. c.
n gl. ult.
æc est ex
tio. H. &
.
cribitur
doq; ex
nnio iu-
piscopa-

quas actiones. & in nouellis, auth. neq; vicennij. Sed fi laicus decimas, uel primitias, fiue cum titulo, fiue fine titulo poffederit: nunquam præfcriptione tutus erit, ꝙ enim ab initio de iure non habet effectum, tractu temporis non conualefcit. & hoc probatur ad inftar liberi hominis, qui fi pro feruo detinetur, ẽt xl. annis, fibi nõ obeft: nam primitię & decimationes præfcribi non poffunt, ficut nec ciuiles fanctiones, quarũ iftar obtinẽt: ficut ecclefia obtineat ad iftar Reipublicę. Secũda pars icipit ibi, Hęc de pręfcriptionib.] Tertia pars ibi, Hęc de pręfcriptionibus inter priuatos. [Libellum.] conuentionalem. [Quod dicitur, in canonib. antiqs: qa fec⁹ hodie.

a ¶ Decenniũ.] C. de pfcr. decẽ vel viginti annorum. l. vl. Io.

b ¶ Nõ poteft.] Poft hoc ftatum lege illũ §. fed fola. cũ c. feq. nemo ad hoc poftea reuerfurus dr̃. n. ꝙ dñs Iacobus interpofuit iftas leges qđ ẽt cõuincitur ex eo, ꝙ illæ concordantiæ bis ponuntur.

PRÆSCRIPTIONVM. Hęc eft octaua pars qõ. in qua ponit mẽtes legum de pręfcriptionibus: quas tamen ecclefia non recipit contra fe. Io. de Fant.

Præfens & abfens qui dicuntur.

c ¶ Præfentis.] Præfens dicitur, qui in eadẽ prouincia eft. Abfens, qui in alia. C. de pręfcript. decẽ uel uiginti anno. l. ult. tamen abfens dicitur quandoq;, qui in iure nõ apparet. ff. de dam. infect. l. 4. §. abeffe. præfens etiam dicitur quandoque qui in hortis eft. ff. de procura. præfens.

ẽtè poteft uendicare: quia fecundum eum dominium acquiritur præfcriptione. vnde illud aduerbium, utiliter, non eft de textu, uel fi eft de textu, expone, utiliter idest, indubitanter, uel efficaciter.

h ¶ Initio.] Hoc non tenet fecundum canones: qa oportet.

ris, qua Gelafius negat ftatum parochiarũ poffe mutari. Longum enim tempus, ficut ex legibus habetur, decennium [a], vel vicennium intelligitur. Huius ergo longi temporis præfcriptio auctoritate Gelafij, & fæcularium legum ecclefijs obijci non poteft [b].

8 *Præfcriptionum aliæ funt introductæ odio petentis, & fauore poffidentis: aliæ tantum odio petentis. Qui enim bona fide, & iufto titulo rem præfentis per decennium [d], abfentis vero per vicennium tenuerit; perpetua [e] exceptione tutus erit non folum aduerfus alios, fed etiam aduerfus creditores [f], quibus res ipfa obligata fuerat, etiam aduerfus verum dominum. Si vero aliquo cafu a poffeffione ceciderit; etiam aduerfus verum dominum vtiliter [g] rem uendicare poterit. Si autem nullo titulo, bona tamen fide per tricẽnium rem alicuius poffederit; fimili gaudebit præfidio. Bona vero fides non ad tractum medij temporis, fed ad initium poffeffionis refertur. Sufficit enim in initio [h] cuiq; bona fide poffidere cœpiffe, etiam fi medio tempore fcientiam † rei alienæ habuerit. ¶ Iſtæ præfcriptiones introductæ funt fauore poffidentis, et odio petentis: quia lex fauet his, qui bona fide, & iufto titulo, vel bona fide tantum poffident: odit autem & punit circa rem fuam negligentes [i], & defides. ¶ Quod fi mala fide rem alienam quis pofsidere cœperit; poft triginta annos aduerfus omnem petentem exceptione tutus erit. Si uero aliquo cafu a poffeffione ceciderit; actionem non habebit: quia hæc præfcriptio non fauore malæ fidei poffefforis, fed odio tantum rem fuam profequi negligentis introducta eft. Si autem res ad creditorẽ fuũ, uel ad dominum peruenerit: detentionis commodum [k] habebit: Si uero ad aliũ; creditor, uel alius dominus aduerfus eũ experiri poterit: nec fibi proderit exceptio medij temporis poffefforis: quia non ab eo habuit caufam poffidendi. Quod fi uiolenter poffeffio ad eo peruenerit; malæ fidei poffeffor indiftinctæ poffeffionis [l] commodum recipiet. ¶ Hæc de præfcriptionibus decennij, uel uicennij, uel tricennij intelligenda funt, fi fine interruptione poffeffa probentur. Quod fi per naturalem detentionem poffeffio interrupta [m] fuerit;*

† al. confcientiam.

d ¶ Per decennium.] Fit etiam alio modo interruptio, ut ff. de vfucap. ei a quo. ff. de dona. qui pro donato. & C. ubi in rem act. l. ult. & C. de præfcrip. xxx. ann. cum notiffimi.

e ¶ Perpetua exceptione.] Hoc habes. C. de præfcr. xxx. ann. fi quis emptionis.

f ¶ Creditores.] Hoc fi fuerit alius a debitore, aut eius hærede: uel de fecundo uiuente debitore; debitor enim uel eius hæredes non poffunt fe defendere contra creditorẽ. nifi xl. an. ut C. fi aduerf. credi. l. 1. & C. de præfcript. xxx. an. cum notiffimi. Vfucapio autẽ nunquam currit contra creditores, quia caufa dominij femota eft a quæftione pignoris. C. de pigno. vfucapio.

Vfucapio nõ currit cõtra creditores.

g ¶ Vtiliter.] Arg. pro Io. & alijs, qui dicunt, ꝙ per præfcriptionem acquiritur dominium fecundum M. dire-

tet ex omni parte pręfcriptionis habere bonam fidem, ut extra de præfcr. quoniam.

i ¶ Negligentes.] Vigilantibus enim, non dormientibus fubueniunt iura. ut ff. ex quib. cau. ma. l. non enim. ff. de ijs quæ in fr. cred. l. pupillus.

K ¶ Commodum.] Quia ab eo rem illam non poterit euocare, qui male fide eam poffidit.

K ¶ Commodum.] Not. ꝙ violento detentori uel malæ fidei poffeffori, res uiolenter auferẽda nõ eft: nifi incõtinenti. arg. 3. q. 1. §. vlt. nec ei tunc dicitur interrumpi præfcriptio. ff. de vi, & vi arm. qui poffeffionem.

l ¶ Poffeffionis.] Arg. aliqua ex quo cõiungunt ualida eſſe quorũ quodlibet per fe feparatim inualidum eft. 1 ut fama & teftimonium vnius teftis. arg. cõt. 23. d. quorũdã.

m ¶ Interrupta.] Fit aũt interruptio dupliciter, naturaliter, & ciuiliter. 2 Naturaliter fit occupatione aquæ, & alijs

1 Ad hoc n… q. 1. nihil… ubi de ho… in glo. pre… byter. ergo… in fi. Interruptio fit duplici… ter.

2 Concor… naturaliter… & ib. Bar. ff… de p… gl… eft f… ver. interru… ptio, in c. il… lud. de pr…

a die recuperatæ possessionis noui triginta [a] anni in oîb. γ præscriptionib. numerabuntur. Si per litis cõtestationẽ; ab vltimo die litigij, xl. anni computabuntur. Quòd si ab eo, qui in causa præscribẽdi erat, possessionẽ aliquis nanciscatur; tempus præcedens cum suæ possessionis tẽpore continuare [b] poterit.] Is aũt, cuius rei præscribitur, si litẽ contestari [c] non poterit, vel propter aduersarij [d] absentiã, † vel infantiã, vel furoris laborẽ, cum neminẽ tutorẽ, uel curatorẽ hẽat, vel quia [e] in magna ptãte cõstitutus est, intra constituta tempora præsidem adeat, libellum ei porrigat, & hoc in querimoniã deducat; & sic tpis interruptionem faciat. Si aũt præsidem adire non poterit; saltẽ ad episcopum locorum, vel defensorum ciuitatis eat, & suã manifestare voluntatẽ in scriptis deproperet. Quod si præses, vel eps, vel defensor absuerit; liceat ei publice proponere vbi domicilium [f] habet possessor, seu cum tabulariorũ subscriptione: vel si ciuitas tabularios nõ habeat, cum trium testiũ subscriptione: [g] & hoc sufficiat ad omnem temporalem interruptionem siue triennij, siue longi temporis, siue triginta, vel quadraginta annorum sit.

l. vit. C. de episcopali audien.

l. ut perfectius, C. de an. excep.

¶ Hæc de præscriptionibus inter priuatos. Cæterũ aduersus loca religiosa non nisi quadraginta annorum præscriptio currit. Vnde in authenticis. ¶ [Quas actiones tricennalis præscriptio excludit, si loco religioso competãt, quadraginta annis excluduntur.] Et in nouellis. Neque decennij, [h] vel vicennij, &c.] In canonibus uero ecclesia aduersus ecclesiam triginta annis: [i] monasterium aduersus ecclesiam non nisi quadraginta annis præscribere pmittitur. [k] Quod si priuatus [l] primitias, & decimas siue cũ titulo, siue sine titulo possederit; nulla tẽporis præscriptione tutus esse poterit. Quæ enim ab initio de iure sortiri effectum non possunt, tractu temporis non cõualescunt. [m] Vnde si liber homo longo tẽpore pro seruo detineatur: ẽt si quadraginta [n] annorũ curicula excesserint, sola tempo

C. de sacros. eccl. authen. quas actiones. Nouella 131. §. pro temporalib. & ead. apud Iulianum, c. 6. inf. ead. q. 4. c. fi.

Dig. de reg. iur. qđ initio.

& alijs modis, vt ff. de acquir. possess. qui vniuersas. §. 1. & 2. Item si longo tempore omittitur possessio. ff. de vsucap. furtum. Item per corporalem compulsionem: & hoc nocet, vel prodest omnibus. ff. de vsucap. naturaliter. Ciuiliter fit libelli oblatione, & hoc habet locum in annalibus actionibus tãtũ: quæ interruptione tali ppetuantur. C. quãdo libellus princ. l. 2. Itẽ fit per lit. cõte. quæ locum habet in perpetuis actionibus. C. de præscriptio, triginta an. sicut in rem. & hoc prodest tantum ei, qui eam facit. & obest illi tãtum, contra quem fit, ut ff. de diuer. & temp. præscript. inter quatuor ei tamẽ tantum prodest; qui eo animo contestatur litem, ut ducat causam ad finẽ, sed impeditur propter fortuitos casus: aliàs, nõ. 1 prodest. argum. à sensu contratio. C. dè præscript triginta ann. l. ultima, & in authent. de litigio. §. omnem, circa finem, collatio. 8. Item litis contestatio tunc tantum interrumpit cum fit coram iudice suo. 2 alias nõ, ut C. ne de stat. defun. l. penul. Interrumpitur etiam præscriptio synodali proclamatione, ut extra de præscriptione sanctorum. Item cum exponitur secunda cautio, ut C. de præscriptio. triginta anno. cum notissimi. §. sed & si quis. Item cum quis soluit usuras. C. de præscriptio. triginta ann. l. pen. Item alium habes infr. eadem quæstio. uersic. is autem cuius res. & extra de offic. ord. pastoralis. Item alium casum habes extra, ut lite non contesta. quoniam. in fine. Quandoque autem non interponitur præscriptio: sed dormitat, vacante, s. ecclesia: & in pupillari ætate, & in alijs casib. quos dixi: supra ead. prima actione.

a ¶ Triginta.] Ergo naturalis interruptio non valet tãtum, quantum litis contestatio: quia litis contestatione perpetuatur actio vsque ad quadraginta ann. ut C. de præscr. triginta an. l. ult. sed in naturali interruptione non, ut hic. Similiter dico, ꝙ nec illa conuentio, quæ fit per excusationẽ. perpetuatur ad quadraginta ann. cũ generaliter dicatur, ꝙ omne ius, & omnis actio tollitur spatio triginta an. nisi ubi speciale aliquid reperitur, ut C. de pręscript. triginta ann. cum notissimi.

Actio perpetuat̄ litis cõtestatione.

b ¶ Continuare.] Licet reuera aliquo tẽpore intermedio uacet possessio, ius tamen fingit eam coniunctim peruenire ad alium locum, ut ff. ex quib. cau. ma. cum miles. & est si. ff. de acq. hæred. placet, & sic tẽpus præcedẽs dr̄ continuari tempori sequenti, quo alter īcipit possidere. 3 sed contra est quod legitur. ff. de acq. poss. l. Pomponius. §. vlti. ubi dicitur, quòd uitiosa possessio non continuatur non uitiosæ. sed illud uerum est in longa pręscriptione. secus in longissima.

3 Et sic hẽs ꝙ quis pōt uti accessiõe tpis ex auctoris sui persona, cũ causa sua s[illegible] usq; uitijs. ff. d acq. poss. l. Pomponius, §. cũ quis. ẽm La.

c ¶ Litẽ contestari.] C. de anna. excep. ut perfectius.

d ¶ Vel ꝓpter aduersarij.] Hoc bene traditur, extra de off. ord. c. pastoralis.

e ¶ Vel quia.] Sup. 2. q. 1. prohibentur, C. de episcopali aud. l. ult.

f ¶ Domicilium.] Domicilium largè dicitur quandoq; habitatio. ff. de damno infec. l. 4. §. prætor. arg. ff. de lib. agnos. l. 1. in prin. & est si. ext. de cler. non resi. ex tue.

g ¶ Subscriptione.] Argumentum, ꝙ instrumẽto habẽti subscriptionem trium testium, standum est, etiam si per tabellionem confectum nõ sit, arg. C. qui po. in pig. ha. l. pen. Hodie autem duo testes æquipollent tabellioni, ut ext. de probationib. quoniam contra. De hac materia nota 11. q. 3. curæ.

Testes duo ęquipollent tabellioni.

h ¶ Neque decennij.] Inf. ea. q. 4. neque.

i ¶ Triginta annis.] Hoc hodie non tenet, ut extra de præscrip. de quarta.

K ¶ Permittitur.] inf. ea. q. 4. possessiones.

l ¶ Priuatus.] Vt ext. de pręscr. causam.

m ¶ Non conualescunt.] Sic 1. q. 1. principatus. Ar. contra ext. de ma. contrac. contra interd. eccl. c. ult. & ext. de conuer. coniu. placet.

n ¶ Etiam si quadraginta.] C. de long. temp. pręscript. l. ult.

l.ult.C.de præscrip.30.uel 40.ann.competit.

a ¶Mutilabuntur.] Nec confessio ei præiudicaret, si confiteretur se seruum, nisi instrumento hoc fecerit, ut C. de agri.& cens.cum scimus.

b ¶Functiones.] Idest, pensiones 1 agrorum.

tuale: nec ratione illius iuris posset præscribere: quia alieno nomine possidet. si uero uellet interuertere possessionē, iam inciperet esse malæ fidei: ext. de præscript. si diligenti: & ita non posset præscribere eas: quia licet laicus sit, tñ super decimis in foro ecclesiæ conueniretur

1 Scilicet q̄ debentur rei publ.H.

IVbemus. CASVS. Quidā rustici possederūt quasdā possessiones sine legitima interpellatione p 40.ann. de quibus possessionibus neq; functiones, neq; ciuilem canonem neque publicam collationem persoluunt. quæsitum est utrum sint tuti præscriptione, & respondetur q sic quantum ad dominium, uel possessionem prædiorum: sed quo ad functiones, uel ciuilem canonē uel publicam collationē, non sunt tuti.

c ¶Possederint.] C. de præscript.30. uel 40.ann.competit.

d ¶Parti.] C. de fu. parti, l.vi. contra sed ibi priuilegium habuit ab Imperatore, & præterea p xl.an. nō soluit, inde tutus est p illa duo, sup.e. ver.quod si ab eo.

SIC ETIAM. PRÆDIA. CASVS. Sup. fuit assumptio ibi, ubi dixit porro, hic est mō conclusio. Dictū est sup. in illa l. iubemus. q prædia tollunt in præscriptione 40.anno. sed functiones non. Nūc dicit Grat. q eodem modo prædia ecclesiarum, uel priuatorum p̄scriptione tolluntur. sed decimæ, uel primitiæ nō præscribuntur etiam si a summo Pontifice rescriptum sup hoc impetretur. Et hoc pbatur duab. rōnib. Prima est qa rescripta contra ius nō ualent, nisi talia sint, q̄ alicui prosint, & nulli obsint. Secunda ratio est, quia contra Domini mandatum esset, qui non laicis, sed leuitis decimas dari præcepit: & ita laicis nullo priuilegio concedi possunt: ne præceptis Dei præiudicium fiat.

ris lōginquitate libertatis iura minime mutilabantur [a]. *Ad hæc ecclesia reipublicæ primitiæ, decimationes ciuilium functionum instar obtinent.* ¶ *Porro publicæ functiones* [b] *præscribi non possunt.*

Vnde in 7.lib. Codicis tit. de triginta, vel quadraginta annorum præscriptione, Imp. Anastasius. tit.39.l.6.

a. ¶Vel alius dominus.] *In duobus uetustis exemplaribus non est dictio,* alius, *in uno autem legitur,* vel alius, scilicet dominus.

β ¶Medij temporis possessoris.] *A uetustis codicibus partim abest dictio,* temporis, *partim dictio,* possessoris.

γ ¶In omnibus præscriptionibus.] *Hæ uoces in aliquot manuscriptis non sunt.*

δ ¶Ecclesia, reip.] *Emendatum est ex manuscriptis. Nam antea legebatur,* ecclesia respublica. *Omittit autem interdum, & mutat nonnulla verba Gratianus earum legum, quas refert.*

Cap. XVI.

IVbemus eos, qui rem aliquam per continuū annorum quadraginta curriculum sine quadā legitima interpellatione possederint [c]; de possessione quidē rei, seu dominio nequaquam remoueri: functiones autem, seu ciuilē canonem, vel aliam quampiam publicam collationē impositam eis dependere compelli, nec huic parti [d] cuiuscumque temporis præscriptionem oppositam admitti.

¶ *In plerisque uetustis exemplaribus caput hoc coniunctū est superiori.*

Sic etiam prædia, siue sint priuati, siue ecclesiæ, possunt præscribi. Prouentus primitiarum, & decimationū præscriptione tolli nō possunt: etiam si inscriptum [f] *a Romano Pontifice quilibet laicus super his rescriptum impetrauerit.* ¶ *Rescripta enim quæ contra ius scriptū* [g] *impetrata † fuerint, nisi talia sint, quæ illis, quibus data fuerint, prosint, & nulli obsint; nullius momenti esse censentur.* 25.q.2. rescripta ex l.rescripta.C.de precib. Imp. offerendis sup.ea.q.2.decimas. ¶ *Item. Decimæ Deo mandante sacerdotibus, & leuitis separatæ sunt, ut de sorte Domini viuerent, qui in eius sorte connumerantur. Non ergo cuiusquam priuilegio laicis* [h] *concedi possunt: ne diuinis mandatis auctoritas humana præiudicium inferat.* Num.18.

† Conc.te... C. de iuris... om.iu.l.pr... uatorum... l.nec ex pr... toris.& l.n... que pignu... 6.priuatori... ff.de re. iu...

Vnde Impp. Valentinianus, & Theodosius.

Decimæ an possint p̄scribi per laicos

e ¶Decimationi.] Videtur quod laicus possit decimas præscribere, nam ius habet percipiendi & petendi eas: ex quo ei conceduntur ab episcopo: puta in feudum, uel beneficium ad tempus. 2 Ad hoc dicunt quidam, quod laicus nullum ius habet in eis: nec habere potest. 1.q.3.c. peruenit & secundum istos planum est. Alij dicunt, quod cum sic conceduntur laico ab episcopo, laicus habet ius possidendi: sed illud ius non est spiri-tur. Sed nonne ius spirituale percipiendi decimas habent leprosi, ut extra de eccl.ædif.c.2.& templarij, qui sunt laici? Dic, q non, sed tantum a præstatione sunt liberi. quod ex eo patet: quia si prædium, de quo ipsi nō præstant decimas, deuoluitur ad ecclesiam vel ad priuatum, statim ecclesia utitur iure suo: & soluet priuatus decimas.

2 Quod dicunt no. s̄. ea. q.1.c.ult.de deci.i.quāuis. sup. 1 q.2. peruenit.

f ¶Etiam si inscriptum a Romano.] Quia in talibus Papa non vult dispensare, inf.25.q.1. sunt quidam.

g ¶Ius scriptum.] 25.q.2.rescripta.

h ¶Laicis.] inf.ea.q.7.decimas.& cap. peruenit. nisi forte leprosis, si huiusmodi causa paupertatis, & intuitu

clee-

eleemosynæ remittantur.25.q.1. §.his ita.versic.quæcumque.

VNIVERSAS. CASVS. Hanc legem inducit Gratianus ad probandum. quod præter supradicta sunt quædam, quæ pręscribi non possunt, ne fiat ecclesiæ præiudicium.

c ¶ Partium.] Sup.12.q.2.quisquis.sup.12.q.2.Vulterranæ contra. sed hic fuit male fidei possessor. hoc not. supra 10.q.2.§.qui vero.

d ¶ Quidem.] Hoc notatur sup.10.q.2.hoc ius in fin.

DE PRAESCRIPTIONIBVS. Hæc est 9.par.q.in qua dicitur ꝙ præscriptio contra ecclesiã non currit nisi xl. ann.Io.de Fan.

Cod.l.7. tit.38. l.2. Ans. l.4.c.38.

¶ Vniuersas terras, quæ a colonis, seu emphyteuticarijs dominici iuris reip.vel iuris sacrorum templorum [a] *in qualibet prouincia venditæ, vel vllo alio pacto alienatæ sunt ab his qui perperam, atque cõtra leges eas detinent, nulla longi temporis* [b] *præscriptione officiente iubemus restitui: ita vt nec pretium* [c] *quidem* [d] *iniquis comparatoribus reposcere liceat.*

Cod. de sacros. eccl. l.fin. Nouella 131. vt sup.

9 *De præscriptionibus vero longi temporis in authenticis inuenitur collatione octaua, cõstitutione sexta.¶ Quas actiones aliàs tricennalis, decennalis, vicennalis præscriptio secludit, si loco religioso competunt, quadraginta annis clauduntur, vsucapione,* [e] *& quadriennij* [f] *præscriptione suum locum habentibus.* α

10 *Sed sola præscriptio triginta annorum, & deinceps: a qua tamen præscriptione* [c] *priuilegia Romanæ ecclesiæ sunt exclusa: quæ non nisi centum annorum spatio præscribi possunt.*

α ¶ Habentibus.] *In plerisque vetustis exemplaribus sequitur*, sed sola præscriptione triginta annorum, &c. *In vna autem hæc sequuntur*.. Huius ergo longi temporis pręscriptio auctoritate Gelasij, & sęcularium legum, ecclesijs obijci non potest, sed sola præscriptio triginta annorum, &c. *Cod. autem de sacrosan. eccle. l. fin. locus authen. ita habet*. Quas actiones aliàs decennalis, aliàs vicennalis, aliàs tricennalis præscriptio excludit; hæ si loco religioso competant, quadraginta annis excludũtur, vsucapione triennij, vel quadriennij præscriptione in suo robore durantibus, sola Romana ecclesia gaudente centum annorum spatio, vel priuilegio.

QVAS ACTIONES. CASVS. Antiquitus p̄scriptio 10. vel 20. vel 30. annorum ita opponebatur ecclesiæ sicut in priuato. Iustinianus vero statuit, quòd tũ præscriptio quadragenaria loco religioso obijciatur, vsucapione triennij, & p̄scriptione quadriennij in suo robore duraturis. Postea dicit Gratianus quod aduersus ecclesiam tãtũ pręscriptio triennalis secundum antiqua tẽpora, vel quadragenaria secundũ moderna opponuntur ecclesijs: a qua p̄scriptione res Romanę ecclesiæ excludãtur, quæ nõ pręscribunt, nisi spatio cẽtum annorum & ad hoc inducit sequẽs cap.

e ¶ Vsucapione.] Vi detur ꝙ res ecclesiæ non possunt vsucapi, nec res fisci. inst. de vsuca. §. res fisci. C. de vsuc. l.1. Item res ecclesię cẽsentur iure reipublicę. C. d̄ sac. sanc. eccl. vt inter. præterea cũ ecclesia restituat iure minoris. [2] melius est intacta iura eius seruari, ꝗ post causã vulneratã remediũ quærere. C. in quibus cau. ĩ integ. rest. nõ est ne. l. vlt. quidam tñ dicunt contra.

Vsucapi nequeunt res aliquæ.

[2] Vt no. ext. de in integ. rest. c. 1. & au

f ¶ Quadriennij.] Hoc no approbo, ut patet per contraria.

Vnde Ioannes Octauus scribit Ludouico Regi.

¶ Priuilegia Romanæ ecclesiæ non nisi centum annorum præscriptione tolluntur. C. XVII.

Ansl.l.4.c.45.

NEmo de annorum numero resultandi sumat fomentum: quia sancta Romana (cui Deo auctore seruimus) ecclesia priuilegia, quę ĩ firma Petri stabilitatis petra suscepit, nullis temporib. angustãtur, [g] nullis regnorũ partitionib. præiudicantur. [h] Sed venerandæ Romanæ leges diuinitus per ora priorum principũ [i] promul-

locis in superiore c.allatis.

diciũ, est ergo casus. Coloni vel Emphyteuticarij Imperatoris, vel reipublicæ, vel ecclesiarum, vendiderunt res Dominicas, vel reipublicæ, vel ecclesiarum: quæsitũ est vtrum emptor longi temporis præscriptione possit se tueri? & respondet ꝙ non: nec iniquis comparationibus pretium repetere licet contra leges: quia contra leges facta fuit alienatio.

a ¶ Templorum.] idest, ecclesiarum.

b ¶ Longi temporis.] Non dicit longissimi, vndę bene præscriberet, qui a colonis emeret & longissimo tempore: licet sit argu. contra 96. dist. bene quidem. nã malæ fidei possessor, ex quo emit rem illam ecclesiæ contra legum interdicti, vt C. de agricol. & censi. quemadmodum. 1

s̄.12.q.2.quicumque militum. s̄.ea.q.1. in canonibus. vt dixi supra ea. placuit.

SED SOLA. Hæc est decima pars quæstionis. in qua p̄bat quòd contra Romanam ecclesiam non currit præscriptio nisi centenaria. Io. de Fant.

NEmo.] CASVS. Rex Ludouicus dicebat se tutum esse contra Romanam ecclesiam, quia eius possessiones per longa tempora possederat. Sed Ioannes Papa scribens aduersus ipsum, ostendit quod nulla præscriptio Romanæ ecclesię obijci potest, nisi centum annorum.

g ¶ Angũstantur.] in suis priuilegijs.

h ¶ Præiudicantur.] Sup. 40. dist. c. 1.

i ¶ Principum.] Sup. 11. q. 3. Imperator.

Vsusfructus ecclesiæ relictus durat cētum annis.

a ¶ Per centum annos.] Similiter vsufructus ciuitati relictus spatio centum annorum perditur. ff. de vsufruct. an vsusfructus. Hæc præscriptio centum annorum olim locū hēbat in qualibet ecclesia. C. de sac. san. eccl. vt inter. sed hodie tm̄ Romanæ ecclesiæ appropriata est in authen. hæc constitutio innouat constitutionē. col. 8. extra de præscri. cum nobis Io.

Vel arbitris electis si iudicem habent suspectum: vel arbitris, idest, iudicibus delegatis, qui de interruptione cognoscant; & ita continentia causæ diuiditur; quia sic placuit Papæ.

e ¶ Dominio.] Idest, possessione, sicut aliàs possessio pro dominio ponitur. sup. ea. q. 2. uisis. ff. de uerb. sign. interdum Ioan.

gatæ rerum eius præscriptionem non nisi per centum annos [a] admittunt.

QVAESTIO IV.



Stensum est [b] quando ecclesia aduersus ecclesiam præscribere possit. Nunc videndum est, si monasterium aduersus ecclesiam præscribere valeat. Quod Vrbanus Papa II. prohibuit dicens.

¶ Tricennio temporis aliquid præscribere abbates, vel monachi non valent. C. I.

POssessiones ecclesiarum, & episcoporum [c] tricennales, abbates, [d] vel monachos habere omnimodis ꝓhibemus.

Sed si eis tollitur tricennalis possessio, a B. Gregorio cōceditur eis quadragenalis præscriptio.

Ait enim Petro subdiacono, lib. 1. epist. 9.

¶ Quadraginta annorum præscriptio religiosis domibus conceditur. C. II.

VOlumus accedētem te ad Panormitanam ciuitatē, quæstionē ipsam tali ratione discutere (dominio [e] rei apud possessorem, sicut hactenus possessum † [f] est, videlicet permanente,) vt si monasterium prefatum sancti Theodori fines, [g] de quibus causatio mota est, incōcussos † Quadraginta annis possedisse repereris; nullā deinceps (etiam si cui sanctæ Romanæ ecclesiæ [h] competere potuit) patiaris sustinere calumniam: sed quie-

Ans. l. 6. c. 78.

† al. possessa. Iuo p. 3. c. 146. Pann. l. 2. c. 66.

† inconcussis.] orig.

Ostensum est. CASVS. Hic ꝓponit 4. quæstionē, vbi quæritur, an monasterium præscribat aduersus ecclesiā spatio 30. ann. Et resp. quod non, ut infra ea. c. 1. sed spatio xl. annorum, sic, ut inf. ead. uolumus. nam monasterium & ecclesia ſm noua iura non ad imparia iudicantur. Quod sequitur, patet usque ad c. uolumus.

b ¶ Ostensum est.] Hæc quæstio quarta patet per ea quæ dicta sunt de præscriptione. dictum est .n. ꝙ & monasteriū contra ecclesiam, & ecclesia cōtra monasteriū 30. annis non ꝑscribit. quo ad hoc .n. nō ad imparia iudicantur: sed secundum antiquos canones monasteriū & ecclesia ad imparia iudicātur in præscriptione contra alios, uel ab alijs: nam ecclesia contra ecclesiam, uel contra laicum xxx. annis præscribebat, & eandem præscriptionē ab eis patiebatur, sed monasterium non, ut infra e. c. 1. innuitur.

Pręscribi pōt res episcopi. 1 Laici, & bene quia patrimonialia clericorum non gaudent priuilegio rerū ecclesiæ nisi in casib. a iure expressis. Pan. c. ecclesia S. Mariæ. de const.

c POssessiones.] Episcoporum.] Res ergo episcopi gaudent eodem priuilegio quo & res ecclesię. ar. sup. ea. q. 1. similiter. quod non credo. rem .n. clerici uel episcopi præscribunt laici 1 xxx. ann. ut extra eo. sanctorum. Sed res ecclesiæ. non inf. e. neque hoc ego intelligo de rebus ecclesiæ, quæ episcopi sunt.

d ¶ Abbates.] .i. eos esse præscriptione triennij tutos, scilicet, quia possederunt rem alicuius ecclesiæ uel episcopi xxx. annis: hoc enim expeditum est hodie ꝙ non. Item in ecclesijs locum non habet præscriptio nisi xl. annis, ut extra de præscriptio. de quarta. Ioan.

VOlumus. CASVS. Quoddam monasterium Siciliæ sancti Theodori possederat quasdam possessiones spatio xl. ann. quas Papa prius dederat cuidam ecclesiæ, quę erat in partibus illis, super quibus cum inter monasterium & ecclesiam quæstio moueretur, præcepit Greg. Petro subdiacono, ut iret ad Panormitanam ciuitatem, & possessionibus remanentibus ad monasterium si posset probare illas xl. annis inconcusse possedisse, monasterio adiudicaret. Si uero syndici ecclesiæ probauerint intra xl. ann. super illis quæstionē motam fuisse electis arbitris legaliter quæstio sopiatur.

[Arbitris.] Idest, inspectoribus, qui debēt locū uidere,

f ¶ Possessum.] Sic patet ꝙ ille, qui est in possessione, usq; ad finem causæ manebit in possessione, 2 ut. 8. q. 4. nonne. sup. 2. q. 6. quoties 2. contra. sed ibi erat persona suspecta, arg. ff. qui satisd. cog. si fideiussor. §. ult. unde tunc fructus sequestrari debēt, ut ff. de app. Imperator. in fi. sup. 2. q. 6. appellatione. aliàs res ante sententiam non est auferenda possessori, ut 11. q. 1. quia res.

g ¶ Fines.] Prædiorum, non parochiarum. Illi .n. non præscribuntur. sup. ea. q. 3. licet. & c. inter memoratos.

h ¶ Ecclesiæ.] Supra ead. q. 3. nemo contra. sed hic monachi possederunt tantum ius emphyteuticarium, & præscripserunt ius quod clericis competebat: quia erant emphyteutæ Romanæ ecclesiæ. Vel dic, quòd licet ius Romanæ ecclesiæ non possit per se præscribi: præscribitur tamen cum uniuersitate, argum. extra de iure natu. ex literis. ff. de contrahend. empt. in modicis. Vel licet confirmetur hæc sententia quo ad ipsos litigantes, non ideo præiudicabitur Romanæ ecclesiæ, cum uoluerit ius suum prosequi, extra de cap. mo. dilectus. argumen. extra de sentent. & re iudic. cum super controuersiam, & capit. suborta. unde non est inconueniens. quod contra ecclesias subiectas soli Papæ præscribatur in rebus aliquibus: quia hoc non fit in præiudicium Romanæ ecclesiæ: quia eodem

iure

2 Hoc intell[...] ge ſm deter[...] minationem [...] cius, qđ hab[...] tur extra lib. 6. de priuile[...] cū personæ [...] §. ult. nā ubi qs fūdat su[...] intentionē, [...] de iure cōi [...] secus uidet[...] ut ibi.

Præscripti[...] utrum possi[...] currere con[...] tra Roman[...] ecclesiam.

iure tenetur nũc illa Romanæ ecclesiæ, quo prior tenebatur. Et si verè velimus loqui: nec Romana ecclesia aliquid præscribit, nec aliquis contra eam præscribit: quia Romana ecclesia cum aliquid contra aliam præscribit, non plus iuris propter hoc habet, quàm prius ha-

NEque decennij.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ xl.ann. præscriptio currit aduersus ecclesias, non solum in possessionibus proprijs & diu habitis, sed etiam in lega tis & hæreditatibus sibi relictis; sed præs... tio dec a-nij, vel vicennij, uel xxx. ann. non opp... tur ecclesijs. Q... a sequitur plana est vsq; ad quæstionem.

tem eorum inconcussam [a] omnibus modis procurare. Sin vero actores † ecclesiæ non eos possedisse quadraginta annis inconcusso iure monstrauerint, sed aliquam intra tempora hæc motam aliquando fuisse quæstionem eorundem finium; electis arbitris [b] tranquille, & legaliter sopiatur.

† *al. auctores sanctæ ecclesiæ.*

Item ex nouellis Iustiniani, nouel. 131.

Apud Iulianum ea. nouel. cap. 6. & 5. cap.c.236.

¶ De eodem. C. III.

NEque decennij, neque vicennij, uel triginta annorum præscriptio, sed sola quadraginta [c] annorum curricula religiosis domibus opponãtur, non solum in cęteris rebus, sed etiam in legatis, & hęreditatibus.

¶ *Hic neque nouella, neque Iuliani antecessoris, neque capitularis propria omnino verba referuntur.*

Sicut ergo religiosis domibus ex lege non nisi quadragenaria est obijcienda præscriptio, ita & auctoritate Gregorij aduersus alias ecclesias præscribere possunt eodem spatio temporis.


c ¶ Quadraginta.] Sic extra de præscr. de quarta. Sed nonne cõtra Cisterciensium ecclesiam, quę valde est priuilegiata præscribitᷣ spatio triginta annorũ, ut extra de priuileg. si de terra? Sol. in actionibus, vel exceptionibus, quę communi iure cõpetunt tenet quod hic dicitᷣ: sed in actionibus vel exceptionibus, quæ contra ius indulgẽtur, citius pręscribitur, ut patet extra de cõstit. cum accessissent, in fi. & hæc est ratio: quia nõ vidẽtur deterioris cõditionis esse si reuertũtur ad suum pristinum statum, vt 35. dist. ab exordio, sicut vides, quod licet cõditio dotis per pactum non possit fieri deterior, tamen si primo fecit mulier pactum, quòd hodie redderet ei dos, deinde facit pactũ, quòd usque ad annum. ex quo modo conditio dotis reuersa est ad suam naturam, non dicitur deterior facta, ut ff. de pact. si vnus, §. quod & in specie. & est si. C. de test. hac consultissima, §. si quis autem. Vel dic quòd ibi non ratione præscriptionis præiudicatur eis, sed ratione taciti consensus. 1 Vel dic quòd licet exceptio perpetua sit, & actio temporalis, ut ff. de except. doli, purè. §. vlt. tamen facilius perditur, exceptio, quàm actio. nam actio non perditur, nisi vsque ad quadraginta ann. sed exceptio uno actu perditur, ut ext. de constitu. cum accessissent. & extra de præben. pro illorum, in fi. C. de iure do. impe. l. 2. & ff. de procu. Põponius, §. rari.

Præscriptio an currat cõtra Cistercien.

1 Hic uideas quod not. 1. q. 1. nullus episcopus 3. & 16. q. 2. cap. 1.

QVAESTIO VI.

† *al. actores.*] *al. auctores.*



Vòd autem [d] *ea, quæ ecclesiæ debentur, rectores* † *eiusdem sua auctoritate iudicijs prætermissis repetere non valeant; beatus Gregorius testatur lib.* 4. *cap.* 88. *dicens.*

¶ *Capitulum hoc sumptum est ex concilio à B. Gregorio habito, quòd in regesto ipsius bis habetur, semen lib.* 4. *post epist.* 43. *iterum post librum* 12. *eiusdem regesti.*

habuit: quia illa prius fuit ei subiecta: cum ipsa in omnibus ecclesijs habeat plenitudinẽ potestatis, ut 2. quæstio. 6. decreto.

3 Idest, sine alijs epis, sed sine suo capitulo, ſm H. sic ēt dēt intelligi qđ le[...] & no. s. e. q. 7. ca. epi. ibi dixi. A. Regularis pro culpa leui remouetur.

SICVT ERGO. CASVS. Iste §. respicit illud, cap. quod est. sup. ea. q.1. quoniam quidquid, & concludit Grat. ex eo, dicens ꝙ sicut monachis licet decimas de manu laicorum cum episcopi consensu recipere, ita & ecclesias. Sequens c. planum est.

d ¶ Hieronymi.] Vt sup. ea. q.1. c. vlt.

Nemi-

NEmini.] CASVS. Dr in hoc c. q nulli principi, vel laico alij, licet tradere ecclesiã alicui in proprium vsum : sed alij ecclesiæ potest eam trad..., vel com m.tare cum alia ecclesia : vendere verò nullo modo licet. & si contrafactum fuerit, irritetur. [In proprium ius.] id

patro...atus. & non de ipsa ecclesia.

a ¶ Nemini.] Quidam sic ponunt casum: Nulli licet dare iuspatronatus priuatæ p...sonæ, vel etiam cõmutare cum priuata persona: sed dari potest ꝑ monasterio, vel commutari cum monasterio: vendi aute m nulli potest.

¶ Sine voluntate episcoporũ decimas, vel ecclesias a laicis monachi non suscipiant. C. XXXIX.

4 DEcimas, & ecclesias a laicis monachi non suscipiant absque consensu & voluntate episcoporum. Quòd si aliter præsumptum fuerit, canonicæ vltioni subiaceant.

† al. Syluerij. In capitul. lib. 5. c. 233.

Item ex decreto Syluestri † Papæ.

¶ Nulli liceat in ius suum monasterium conuertere, alij tamen ad ordinandum tradere illud valet. C. XL.

† al. proprium liceat. Poly. l. 3. tit. 12. Burch. l. 3. c. 23. Iuo p. 3. c. 28. Ansel. l. 5. c. 90. † al commento. al. commodo.

NEmini [a] regum, aut cuiquam hominum in proprium † [b] ius liceat monasterium [c] tradere, nisi ad aliud monasterium, vel commutare nisi cum alio monasterio, vel quocunque commercio † vendere. *a* Quod si factum fuerit, non valebit: sed ipsum monasterium in pristinum reformetur statum.

¶ *In capitularibus sic habetur*: Nemini regum aut cuiquam hominum liceat monasterium tradere, vel cõmutare, vel quocunque comite vendere.

a ¶ Vendere.] *In locis indicatis hæc sequuntur:* Hoc etiã diuina, & Apostolica, atque canonica sub anathematis pœna sanxit auctoritas.

† al. ex eodem.

Item ex † decreto Bonifacij.

¶ Episcopi, & fratrum consilio monasterium ad meliorandum alij supponere nullus prohibeatur. C. XLI.

Poly. l. 3. tit. 12. Burch. l. 3. c. 26. Iuo p. 3. c. 31.

5 SI quis vult monasterium suum ad meliorandũ [d] in alium locum ponere, fiat cum consilio episcopi, & fratrum suorum, & dimittat presbyterum in priori loco ad ministeria ecclesiæ.

In Cabilon. 2. c. 7. 20. q. 3. constituit.

Item ex concilio Moguntinensi.

¶ Publicæ pœnitentiæ subijciantur, qui circumueniendo aliquos tondere præsumunt. C. XLII.

Burch. l. 8. c. 93. Iuo p. 7. c. 111.

6 COnstituit [e] sanè sacer iste conuentus, vt episcopi siue abbates, qui non in fructũ animarum, sed in auaritiam, & turpe lucrum inhiantes, quoslibet hoĩes circumueniendo totonderunt, & res eorum tali persuasione surripuerunt; pœnitentiæ canonicæ, vtpote turpis lucri sectatores, subiaceant. Hi vero, qui illecti comam deposuerunt, in eo, quod cęperunt, perseuerare cogantur: res vero eorum hæredibus reddantur.

¶ *Caput hoc a Burchardo etiam & Iuone recitatur ex Moguntino, & multo plenius, eodemque planè modo, quo nunc legitur in Cabilon. 2. cap. 7.*

† al. ex eodem. idest Moguntino.

Item ex concilio † Toletano.

pro istorum casu facit quod legitur extra eo. ti. de iure. Sed eis obstat ext. eo. ex insinuatione, ĩ prin. Sed põt dici, q ibi vnus alij cessit administrationẽ solidã. non. n. dedit iuspatronatus, cum prius fuisset patronus. H. aũt intelligit de ipsa ecclesia, quod nullus potest dare ecclesiã priuato, vt inde faciat habitaculum, vt 19. qõ. 3. q̃ semel. De permutatione ecclesiæ planũ est, qa non põt ecclesia ꝑmutari, nisi cũ alia ecclesia, vt extra de re. permut. ad q̃stiones. Satis credo, q siue sit ecclesia, siue iuspatronatus, bene põt concedi monasterio: dũ tñ habeatur consensus epi, vt extra eo. consulationibus, in fi. & c. nullus. similiter & ecclesiæ sæculari, ut ext. de restit. spol. cũ venisset. Io. Ego credo, quod iuspatronatus possit concedi sine epo. 1 ut ext. ea. illud. B. Facit c. 1. de iure patr. lib. 6.

Ecclesiã cũ ecclesia permutari põt.

1 Idẽ not. s̃. ea. q. 3. in s̃. & idẽ tenet hic Io. de Fã.

b ¶ In proprium.] Idest, priuatum.

c ¶ Monasterium.] idest, ecclesiam.

d SI quis.] ¶ Ad meliorandũ.] Hæc est una de trib. causis, propter quas transferunt ecclesiæ de loco ad locum, ut de consec. dist. 1. tribus. s̃. 7. q. 1. temporis. & est cõtra regulam illam. 19. qõ. 3. quę semel. & perdit prior ecclesia priuilegium suũ, ut s̃. ea. & hoc diximus.

COnstituit.] CASVS. Quidam epi, uel abbates res, vel hæreditatẽ quorundã cupiẽtes, eos allexerũt in tãtum, vt habitum monasticum induerent. Vnde quæsitũ fuit in concilio Mogunt. quid esset de hoc faciendum. Et rñdet vt epi, uel abbates sicut turpis lucri sectatores, canonicæ pœnitentię subiaceant: illecti vero in monasterio perseuerantes: res vero ipsorum hæredibus reddantur.

e ¶ Constituit.] Hoc cap. legitur 20. q. 3. constituit.

idest, in proprium usum, idest, ut eo utatur tanquam de re propria, vel ut ibi fiat commune habitaculum. Et dicit Beneuen. quod hoc cap. loquitur de laicis, qui priuilegio Papæ ecclesias possidebant: sed postea propter mala, quæ inde oriebantur, est immutatum, ut supra ca. quoniam quidam tamen intelligunt cap. de iure

Congregatio.] CASVS. Tria dicuntur in hoc c. Primũ est, congregatio monachorum eligat sibi abbatem defuncto antecessore, uel deposito propter delictum, uel causa aliqua recedente. Secundum est, ut abbatem in prælatura nõ retineat eps violenter, si recedere voluerit iusta de causa. Tertiũ est, vt eps vel abbas nõ faciat aliquẽ abbatem uel monachũ de ꝓpinquis vel amicis, nisi de fratrum pro cesserit voluntate. Sed mirum vĩ, cum hoc sit peccatũ quoad Deum, quare ecclesia illud tolerat: cum hoc sit laqueum iniicere talibus, & decipere animas eorũ: quod non est faciendum, ut 27. q. 1. de viduis. cum dñs ipse noluit facere differentiam inter iuĩm, & simplicem loquelã, ut 22. q. 5. iu-

a ¶ Congregatio.] Infra 18. q. 2. abbas. & abbatem.

b ¶ Retinere.] Si vult propter humilitatẽ renunciare, ut 18. q. 2. abbas. Nã admonere põt eũ, ut non renũciet, sed non in uitum tenere licet, vt extra de renunc. cap. literas.

c ¶ Propinquis. [Supra distin. 89. decenter. Ioan.

¶Sine voluntate fratrum aliquem de suis propinquis abbas sibi substituere non valet. C. XLIII.

Congregatio [a] debet sibi eligere abbatẽ post abbatis sui mortẽ, vel eo viuente, si ipse discesserit, vel peccauerit. Eps enim non debet abbatem violenter retinere [b] in loco suo. Ipse autem non potest aliquẽ ordinare de suis propinquis [c] vel amicis sine voluntate fratrum. Burch. l. 8. c. 86. Iuo p. 7. c. 104.

CAVSA XVII.



Qvidam presbyter infirmitate grauatus se fieri velle monachum dixit: ecclesiã, & beneficium in manu aduocati † renunciauit. Postquam conualuit, mox se futurum monachum negauit, & ecclesiam, & beneficium reposcit.

† Adde ꝙ aduocat⁹ sumiẽ hic pro patrono ecclesiæ si. in l. nec quidquã. §. obser uare. ff. de off. ꝓcon. & lega. glo. & Bar. in l. 1. §. aduocatos, ff. de var. & extranr. cog.

1 Hic primũ quæritur, vtrũ reus voti teneatur, an liceat ei a proposito sui cordis discedere.

2 Secundo, an ecclesia, & beneficium ei reddenda sint, quæ prius liber a voluntate refutauit.

3 Tertio, si contigisset eum se, & sua monasterio tradidisse, an licentia abbatis liceret ei ad † propria redire. † al. priora.

4 Quarto, si sine licentia abbatis retro abierit, an sua sibi ab abbate reddenda sint.

Qvidã presbyteri.] CASVS. Supra in decimasexta causa tractatum est de ijs, qui in voto perseuerant. Nunc de his agit Gratianus, qui a voto recedere volũt: sed vt hoc competentius agat, proponit thema: & inde quatuor elicit qões.

Qvòd a voto.] Hæc qstio diuidiẽ in duas partes: in prima quarum probat per quatuor c. ꝙ talis est voti reus, qđ tamẽ falsum est. In V. dat solutionem. Secũda ibi, [Gonsaldus.] Io. de Fant.

QVAESTIO I.



Qvòd a voto [d] discedere non liceat, multis auctoritatibus probatur. Ait enim propheta: [Vouete, & reddite Domino Deo vestro.] Psal. 75.

Item Augustinus.

¶Quæ Deo vouentur, necessario reddantur. C. I.

Svnt quædam, quæ etiam non vouentes

CASVS. Hic intitulatur prima qstio, qua queriẽ, an liceat ei pœnitere, qui infirmitate grauat⁹ se velle fieri monachũ dixit. Et respondetur, si professionẽ non fecit, sed quod corde conceperit, simpliciter ore pronunciauit, non cogitur quoad ecclesiam in uoto permanere, ut ĩ. ead. §. si ergo, in fi. quoad Deum tamen peccat: vnde tenetur facere pœnitentiam de fide mentita; ut 27. q. 1. uiduas, ante medium. Et procedit Grat. hoc ordine. Primo probat, quod a uoto ei recedere non licet. Postea respondet allegatis distinguendo, ĩ. ea. §. si ergo.

Votum deserere vtrũ sit permissum.

d ¶ A voto.] Hic quæritur an liceat alicui discedere a voto. Et in hac quæstione magister distinguit, ꝙ aliud est votum conceptum corde, ore simpliciter pronunciare. & aliud est obligatione aliqua se obnoxium facere. sed tñ quocunque istorum modorum quis voueat, non liceat ei recedere a uoto quoad Deum: sed quoad ecclesiam licet a primo voto ei recedere, sed non a secundo. iuramenti. Potest melius distingui inter deliberationẽ & voluntatẽ & uotũ. Si quis recedit a deliberatione, 1 non peccat mortaliter. Si quis autẽ recedat a proposito quod firmè fixerat in animo suo, peccat: sed venialiter secundum quosdam, ut extra de uoto & vo. redemp. literaturam. secundũ Hug. uero peccat talis mortaliter, ac si uerbis uouisset, ut ĩ. ea. qui bona. Sed a uoto quod uerbis exprimitur siue cum solemnitate, siue sine ea, non licet recedere sine mortali peccato ẽm omnes, ut extra qui clerici, uel uouen. rursus. licet Alexander videatur dicere, ꝙ post uotum simplex potest contrahi matrimonium, ut extra qui cler. uel vo. ueniens. Sed illud intelligas de comparatiua permissione. Ioan.

1 Hęc versantur in aĩo, cum. s. quis secũ reuoluit, & fluctuat. Laur. Vnde delibe rare est præmeditari, cogitare, secundum Pa.

Svnt quidam.] CASVS. Dicit August. in hoc cap. quòd quædam sunt, quæ etiã sine uoto facere debemus,

mus,ut facere eleemosynam,& diligere Deum, & ꝓximum. Alia sunt ad quæ non tenemur,ut seruare continētiam,& ire vltra mare,quæ postquam vouerimus,ne cessario ad ea constringimur. Seq.c.patet.
a ¶ Debemus.] Vt ad fidem seruandā,& generaliter ad omni

debemus: [a] quædam etiam, [b] quæ nisi vouerimus, non dēmus: sed postquā ea Deo promittimus, [c] necessario [d] reddere constringimur. [e]

¶ *Huius capituli ipsa omnino verba non sunt inuenta apud B. Augustinum, sed fere eadem habetur apud Cassiodorum in psalm.75.ad vers.vouete quem citat glossa ordinaria ad eum locum.*

† Aug. de bono viduitatis, c.9.& glo. ord. ad c. 5. 1. Tim. sup.d.27. vouentib. & inf. 27. q. 1.nuptiarū Sent. 4.d.38.

Item Hieronymus. †

¶ De eodem. C. II.

VOuentibus virginitatem non solum nubere, sed etiam velle,damnabile est.

Idem Greg.in regesto,lib.1.epist.33.ad Venantium.

¶ Dignus est supplicio, qui seipsum Deo subtrahit a voto resiliens. C. III.

Act.5.

ANanias [f] pecunias Deo vouerat,quas post diabolica victus persuasione subtraxit.Sed qua morte mulctatus est, scis. Si ergo ille mortis periculo dignus fuit, qui eos,quos dederat, nummos Deo abstulit;considera, quanto periculo in diuino iudicio dignus eris, qui non nummos,sed temetipsum [g] Deo omnipotēti (cui te sub monachali habitu deuoueras) subtraxisti.

Idem super Ezechielem,lib.1.homil.3.

¶ Ante Dei oculos cadunt,qui bona,quæ concipiunt, agere recusant.

Sensus summatim redditus.

C. IIII.

QVi bona agunt, [h] si meliora [i] agere deliberant, [k] & post deliberata non faciunt; licet in bonis prioribus perseuerent, in conspectu tamen Dei ceciderunt [l] ex deliberatione. *Item paulo superius.* ¶ Sunt qui cuncta relinquere,& Dei seruitio se subdere, & fræno castitatis se restringere deliberant: sed cum post castitatem alios cecidisse conspiciunt, se retrahendo, meritum perdunt.

Si ergo post uotum quisque necessario cogitur soluere quod vouit; si vouentibus nō solum nubere,sed etiam velle, damnabile est: patet, quod sacerdos iste ad executionē sui voti cogendus est,& non solū non fieri; sed etiam uelle monachum non fieri sibi dānabile est. Quod uero inter vouentes iste computandus sit,patet ex uerbis Augustini dicētis;[Dixi cōfitebor, &c.] Magna pietas Dei est,ut ad solam promissionē peccata dimittat. Nondum.n.pronunciat [m] *ore,& tamē Deus iam audit in corde.Votum enim pro opere reputatur.] Sicut ergo prophata inter*

Sent.4.d.17. Augu. Cassiodorus,& glo. ord.in ps.31.inf. de pæ.d.1.c.5.

omnia illa,sine quibus homo saluari nō potest, de quibus habetur,de pę.d.2.charitas.
b ¶ Quædam ēt.] Vt cōtinētiam,vt 32.q.1.integritas.
c ¶ Promittimus.] Arg.ꝙ ex nuda promissione quis tenetur,ut 12.q.2.scimus, & q.2.quicūque suffragio.27.q.1.c.2.
d ¶ Necessario.] Nisi tale sit illud qđ pendeat de alieno arbitrio, vt si unus coniugatus promittat continentiam, non tenet,vt 27.quæstio.2.si tu. Item uotum ali-

quod abstinentiæ nō potest facere vxor sine uiro. 33.q.4.manifestum nec monachus sine abbate.20.q.4.monacho. Item nec filius impubes sine voluntate patris [1] 20.q.2.c.1.& 2.nec seruus sine volūtate domini, vt 54.d.ex anti quis.

1 De hoc uide qđ leg.& no. 32. q.2. mulier.

e ¶ Cōstringimur.] Nisi fortius vinculū superueniat. 27. di. si vir.

ANanias.] CASVS. Gre. ī hoc c.reprehendit quendam monachum, q̄ dimiserat habitum monachalē, & ostēdit,ꝙ reus erit in diuino iudicio,& hoc ꝓbat exemplo Ananię qui ad pedes Petri extinctus est,qa nūmos quos Deo dederat,postea subtraxerit: Multo magis puniri dēt, qui nō nūmos, sed seipsum abstulit Deo.
f ¶ Ananias.] De hoc habes 12.q.1.dilectissimis.
g ¶ Temetipsum.] Arg.ꝙ maior ē alienatio personæ, quā rei.s.12.q.1.pręcipimus.

QVi bona.] CASVS. Quidā bona facientes proposuerāt ꝓprijs renūciare & Deo seruire sed cū videbāt alios cecidisse,se a proposito retrahebant: q. & si in priorib. bonis perseuerent, in conspectu tamē Dei ceciderunt.
h ¶ Agūt.] Scilicet matrimonium.
i ¶ Si meliora.].i.cōtinentiam.
k ¶ Deliberāt.] firmiter ꝓponēdo, & tunc s̄m Hu. peccāt mortaliter [2] s̄m alios venialiter.
l ¶ Ceciderūt.] Improprie.s.ab eo ꝙ nō habent, ut ibi, Cadent a latere tuo mille,&c.

2 Hæc sñīa Hu.approbatur per Lau. Gof.& B.ex. de vo.literaturam.

SI ERGO. CASVS. Cōcludit Gra.ex supradictis,ꝙ sacerdos iste,qui in ęgritudine se futurū monachum vouit,pęnitere non potest,& ad hoc probandum inducit auctoritatē August.Postea respondet allegatis,dicens,quòd propter tale uotum non cogitur habitum suscipere, quia nec abbati se tradidit, nec professionem fecit, quod corde conceperat,ore simpliciter enunciauit: si autem professionem fecisset, reus uoti haberetur. Et ad hoc inducit cap.seq.
m ¶ Pronūciat.] Ergo obligatur quis ex solo proposito cordis [3] quod Hug.concedit.

3 Idē tenet Ale.de Imo. in l. bonorū C.qui admi. ad bon.poss. possunt.

Con-



Onsaldus.] Hæc est 2. pars primæ quæstio. in qua probat contra. s. ꝙ nisi sæculo renũciet, potest iterum redire ad statum pristinum moribus emendatus, Io. de Fant. CASVS. In hoc c. terminatur prima qō, & intitulatur secũda, scilicet an iste possit repetere beneficiũ cui renunciauit, & dicendum est, ꝙ sic; qa non renunciauit vt debuit, & in passione corporis & alienatione mẽtis renũciauit. Est ergo casus huius ca. Gõsaldus presbyter feruore passionis oppressus se futurũ monachũ promisit, nõ tñ monasterio, uel abbati se tradidit, nec professionem fecit: sed ecclesiam in manu patroni renũciauit: sed postquã cõualuit, nolebat monachus esse, & ecclesiã repetebat: quęsitũ fuit ab Alexãdro vtrũ audiri debeat? Et rñdetur, ꝙ sic. vnde ecclesiam suam recipere debet, cum iuxta Benedictũ & Greg. anteq̃ monachus fiat, dẽat esse ĩ ꝓbatione ꝑ annũ.

a ¶ Gonsaldus.] In hoc c. terminat̃ prima q̃stio, & intitulatur secunda: an possit q̃s repetere beneficium cui renũciauit, & dicendũ est, ꝙ sic, qa nõ renunciauit prout debuit, & in passione corporis renunciauit. arg. 22. q. 2. ne quis.

b ¶ Aduocati.] Arg. ẽ hic, ꝙ illicita renũciatio non præiudicat alicui, vt 6. q. 3. deniq;, & ff. de off. ꝑsi. legatus, & C. de defen. ciui. l. vl. arg. cõtra. extra de renũ. quod in dubijs.

probare renunciationem, vel teneatur probare spontaneam, quæritur? Videtur ꝙ ad duo teneatur. s. ad renunciationem, & spõtaneam. argu. prædictorum iurium in quibus satis hoc innuitur. Ber.

d ¶ Vnius anni.] Alibi datur biennium, ut 19. q. 3. mona-

uouentes reputatur, quia dixit, Ego confitebor: sic iste inter eosdem computandus est, quia dixit, fiam monachus. His ita respondetur. Aliud est propositum corde cõcipere, & etiam ore enunciare, aliud est subsequenti obligatione se reum uoti facere. Quia ergo α iste propositũ sui cordis ore simpliciter enunciauit, non autem monasterio, aut abbati se tradidit, nec promissionem scripsit, nequaquam reus uoti habetur.

Vnde Alexander Papa secundus ait.

α ¶ Quia ergo.] *In plerisque uetustis exemplaribus hic est initium quæstionis secundæ.*

QVAESTIO II.

¶ Nõ cogitur aliquis in monasterio manere, nisi professionem fecerit in manu abbatis. C. I. Iuo p. 9. cap. 428. & copiosius.

Onsaldus [a] presbyter quondam in infirmitate feruore passionis pressus, monachum se fieri promisit: non tamen monasterio, aut abbati se tradidit, nec ꝓmissionẽ scripsit: sed beneficiũ ecclesiæ in manu aduocati [b] refutauit. [c] At postquam cõualuit, mox se monachum negauit fieri. Quapropter quia, & beati Benedicti regula, & præcipue patris, & prædecessoris nostri sancti Gregorij Papæ canonica institutio interdicit monachũ ante vnius anni [d] probationẽ effici; iudicamus, & auctoritate Apostolica præcipimus, ut præfatus presbyter beneficia, α [e] & altaria recipiat, habeat, & quiete retineat. Pann. l. 3. c. 183.

α ¶ Beneficia.] *In uetustis exemplaribus, & apud Iuonem (apud quem caput hoc copiosius habetur) legitur,* beneficium: *sed ob glossam non est mutatum.*

Item Augustinus ad Bonifacium comitem, epist. 70.

¶ Vxor post propositum continentiæ ducta dimitti non debet. C. II.

Nos nouimus, nos testes sumus, quòd omnes actus Iuo p. 7. ca. 9. & 10. & p. 8. c. 16.

c ¶ Refutauit. De hoc dixi 6. q. 3. denique sed si renũciasset in manu prælati sui, teneret renunciatio, nisi tũc temporis non fuisset compos suí, ut extra de success. ab intest. cap. 3. 1 sed cui istorum incumbit probatio? Vel illi qui dicit quòd fuerat compos, uel qui dicit, quòd non erat compos? 2 arg. quòd illi qui dicit, ꝙ compos erat, vt 3. q. 9. indicas. Item quia non est præsumendum de spontanea renunciatione, vt extra de renuncia. super hoc. ff. de probat. cum de indebito argu. contra extra de success. ab intesta. cum dilectus. C. de codici. l. nec codicillos? Respond. ei, qui dicit, incumbit probatio, ut ff. de probat. ei qui dicit, & probatur stultitia per uerba proferentis, vt extra de success. ab intest. cap. cum dilectus. in parte decisa. si enim stulta uerba dixit, præsumo quod non erat sui compos, vt dicta decre. cum dilectus, & 93. distinctio. legimus. in princep. Ioã. sed an sufficiat nasterijs. alibi triẽnium, vt inf. ea. si quis incognitus, & ext. de reg. c. 1. Sed põt breuiter dici, ꝙ ideo diuersa tempora statuuntur, ad ostendendũ, ꝙ sunt arbitraria. Vel dic, ꝙ clericus ignotus, & laicus notus per biennium probantur: sed clericus notus per annum si tamẽ clericus notus per annum statim uoluerit conuerti, admittitur, vt ext. de reg. ad Apostolicam. 3

e ¶ Beneficia.] Nuquid clericus, qui fuit in ꝓbatione per annum, debet repetere beneficia sua, cũ clericus nõ nisi per tres septimanas possit abesse ab ecclesia, ut 7. q. 1. si quis ĩclero uel vsq; ad sex mẽses, ut ext. de cler. nõ resi. ex tuæ? Sed dic vt notaui 27. q. 2. desponsatam. Ioã. Sed de hoc quid iuris sit in quæstionibus notaui. Ber.

Nos nouimus.] CASVS. Bonifacius comes ꝓmisit se monachum fieri, postea duxit uxorẽ, unde quæsiuit ab Augustino utrũ ratione prioris uoti uxore non obstan-

1 Ad idẽ ex. de reg. sicut tenor, sed hæc rõ non est sufficiẽs; nam ẽt inuito epõ intrare posset religionẽ. 19. q. 2. duę sũt. est ergo rõ. quia nõ erat compos. ẽm Io. de Fant.

2 Adde de suo proban-

obstante possit continere. Et respondet Aug. quod non: quia vxor innocens, quę sine fraude nup sit, est impedimēto. a ¶ Nauigasti.] Sicut nauigās subijcit se varijs periculis nec proprio motu regit, sed ventis, sic habēs vxorē. b ¶ Sciens.] Ergo si sciuisset, quod uotū simplex fecerat, pec-

corde cōcepit. Postea dicit, quod iuxta beatū Greg. & Benedictū annus indulgetur notis ad probationem, ignotis vero triennium & ad hoc inducit sequens cap. & respicit hoc finem illius c. Gonsaldas.

S I quis incognitus.] CASVS. Quęsitum fuit in concilio Toletano, si aliquis incognitus velit ingredi monasterium, per quot annos debeat esse in probatione. Et respondet, per tres, sed si seruus, vel liber curię addrictus, vel a scriptis a dño suo intra triennium quęratur, red datur ei tal... cu omnibus quę attulit in monasterio, accepto prius iuramento de impunitate plenæ: si uero intra triennium non requiratur à dño, postea nō audietur dominus, nisi sit tam longe, quòd inueniri non possit.

publicos, qbus occupatus eras, relinquere cupiebas, & te in otium sanctum conferre, atque in ea uita uiuere, in qua serui Dei monachi uiuunt. Cum ergo te esse in hoc proposito gauderemus; nauigasti, [a] vxoremque duxisti. Si coniugem nō haberes; diceremus tibi, quod & Tubunis diximus, vt sanctitate cōtinētiæ viueres: sed, vt te ad istā vitam non exhorter; impedimento cōiux est: sine cuius consensione continenter tibi non licet viuere: quia & si tu post illa tua uerba Tubunensia ducere non debebas; illa tamen nihil eorum sciens [b] innocēter tibi, & simpliciter nupsit.

¶ *Confectum est hoc caput ex verbis B. Augustini in epi. 70. sed in epitomen redactis. Iuo autem integre refert.*

Ecce iste corde cōcepit se monachum fieri, & ore pronunciauit se velle in otium sanctum conferre; & non tamen postea coactus est suscipere quod corde concepit, & ore pronunciauit. Auctoritas illa Alexādri secuta institutionem beati Gregorij, & beati Benedicti probādis annum indulget, sed notis: ignotis vero trienniū cōceditur.

Vnde ex decreto Bonifacij.

Nouel. 5. c. 2. & apud Iulianum antecess. nouel. 123. c. 52. Cap. l. 5. c. 227. Burc. l. 8. c. 20. Iuo p. 7. c. 41. Pann. l. 3. c. 184. † *al. vel colonus.*

¶ Ante probationem triennij nullus in monasterio suscipiatur. C. III.

S I quis incognitus monasteriū ingredi voluerit; ante triēnium monachi habitus [c] ei non pręstetur. Etsi intra tres annos aut seruus, aut libertus [β] [d] colonus † quęratur à domino suo; reddatur ei cum omnibus, quæ attulit: fide tamen accepta de impunitate. Si autem intra triēniū [e] non fuerit requisitus, postea quæri non potest, nisi sit tam longe, [f] quòd inueniri non possit. Sed tantū [γ] ea, quæ in monasterium adduxit, dominus serui accipiat.

¶ *Caput hoc etiam in Panormia citatur ex Bonifacio. A Burchardo autem & Iuone, & in plerisque vetustis exemplaribus Gratiani tribuitur concilio Toletano. Sed in nullo eorū, qua impressa aut manuscripta habentur, inuentum est eadem tamen fere sunt in capitularibus, & apud Iulianum antecessorem nouella 123. c. 52.*

β ¶ Libertus.] *Sic emendatum est ex aliquot manuscriptis, & ex locis indicatis: quam lectionem habuit etiam auctor glossæ. Antea legebatur,* liber.

γ ¶ Sed tantum.] *Hac addita sunt ex locis indicatis.*

c ¶ Habitus.] Ergo tpe probationis erit in habitu priori, ut 53. d. legem. & 54. d. multos. & extra qui cler. vel vo. super eo. probabilius tamen videtur quod in habitu monachali debeat esse, cū nō aliter possit experiri asperitatem ordinis, nisi induat habitum & quod dicitur hic, nō pstetur, intellige cum effectu & ut eum nō possit reijcere.

Religio in quo habitu probari dēt.

d ¶ Aut libertus.] Per istud ea. uidetur soluta quæstio, si vxorat[9] se & sua tradidit religioni sine licētia vxoris, & postea repetit ab vxore, an postea sint ei res suæ restituendę, hic dicitur quod sic: Vel intelligit de tali liberto, qui est adstrictus alicui curiæ.

e ¶ Intra trienniū.] Sed cum iste seruus fecerit furtū sui corporis, quō rem furtiuam vsucapit triēnio cū nec spatio lōgi tp.s possit seruus fugitiuus præscribi, vt C. de ser. fug. l. 1. Rñ. In hoc est fauor ecclesię posset tamē dici quod ecclesia debet recōpensare damnū dño. 14. q. 6. comperimus. consimilis fauor est infra, ea. q. 1. quest.

1 Ista fuit opin. H. quod dixit hoc esse in fauorem religionis. vide sup illū §. 1 aut. de mona. §. de singulis.

Q VAESTIO III.

Q *Vōd au-*

peccasset ipsa mortaliter: quod verum est, sicut & alter qui impediuisset votum illius. ut 32. q. 2. hoc sanctū. & est simile extra de eo qui dux. in matri. propositum.

ECCE. CASVS. Concludit Gratia. ex supradicto ca. dicens quod licet iste comes ore pronunciasset se velle monachum fieri, non tamē est coactus postea suscipere quod

f ¶ Lōge.] Ex hoc vr, quod tñ currat istud triēnium à tpe scientiæ. Alij dñt, quod currit à tpe reprobationis, 1 ut dixi 54. dist. si seruus.

Q Vōd autem.] CASVS. Hic ponitur tertia

quæstio, qua quæritur an liceat monacho redire ad ꝓpria cum abbatis licentia? Et rñdetur ꝙ non: quia ipse mortaliter peccaret ei licentiam dãdo: quare abbati nõ licet licentiam dare: nec ei licet retrosum abire, quia ex quo se abbati subiecit, sine eius permissu nihil agere potest si mẽte sana hoc fecit.

alie. si quis presbyterorum. & 12. q.2. non liceat. §. vlt.
c ¶ Vel exiguũ.] Ergo pro alienatione rei modicæ deponitur aliquis. & sic est arg. contra 12. q.2. terrulas. & extra de dona. c.3. Sed intelligas hoc tale exiguũ, quod tamen vtile est ecclesiæ. Item in huiusmodi alienationi-

tem [a] *quæritur, an post traditionẽ sit ei fas cum licentia abbatis ad propria* † *redire, facile mõstratur nõ posse fieri. Ipsum enim redire criminosum est. Qui autem manifesto facinori desinit obuiare cum potest; consentit. Hic autem non solum non obuiat, sed etiam permittendo fautor existit. Non ergo licet abbati dare licentiam alicui retro abeundi: nec illi licet vtique retrorsum abire: quia ex quo semel se abbati subiecit, absque eius permissione nihil agere potest.*

† *al. priora.*

QVAESTIO IIII.



I autem sine licẽtia abbatis de monasterio discesserit, quæritur, utrũ sua sint ei reddenda, an non. Sed possessiones & res ecclesiæ traditas quolibet modo alienare nec abbati, nec alicui licet.

Vnde Symmachus Papa [*Possessiones quas vnusquisque, &c.*] *& iterum in synodo Romana 3. c.6.*

sup. 16. q. 1. possessiones.

¶ Honore priuetur, qui de iure ecclesiæ aliquid alienare præsumpsit. C. I.

QVicunque episcoporum, presbyterorum, diaconorum oblitus Dei, & decreti huius immemor [α] in cõstitutum [b] præsens, committens prædium [β] ecclesiæ magnum, uel exigum, [c] vel quidam de iure ecclesiæ alienare tentauerit: & donator, & alienator, & venditor honoris [d] sui amissione mulctetur.

Ans. l.4. c.50. Poly. l.6. tit.15.

α ¶ Immemor.] *In concilio ipso sequitur,* cuius Romanæ ciuitatis sacerdotes volumus religiosis nexibus deuinciri. *Nam, vt supra, 12. q.2. non liceat dictũ est, in ea synodo Romana tantũ ecclesiæ, legum Symmachus pscripsit.*
β ¶ Prædium.] *Hoc loco omissis verbis sexti capitis eorũ loco referuntur hæc ex titulis eiusdẽ cõcilij, omninoq. caput hoc ex verbis illius synodi suo modo collector aptauit.*

[*Item Gregorius Anthemio subdiacono, lib. 11. epistola 31.*

extr. de præbendis c. ratio.

PALEA. C. II.

RAtio nulla permittit, ut proprijs cuiusquam vsibus applicetur † quod pro cõmuni utilitate datum esse cognoscitur.

Ans. l.5. c.38. Poly. l.3. tit.12.

† Cõc. ... in l. ... j. ff. de ... & in l. ... tus. ff. d... ar. leg. ...

Item Ambrosius lib.2. de pœnitentia, c.9.

¶ Qui reuocandum putat, quod ecclesiæ contulit, sacrilegij crimen incurrit. C. III.

SVnt qui opes suas tumultuario mentis impulsu, non

a ¶ Quod autem.] Hic quęritur, an monacho recedẽti reddenda sunt quæ sua fuerunt & dicendũ est ꝙ nõ. 19. q.3. qa ingredientib. & sup. prox. q.6. de lapsis. & in Authẽ. de monach. §. si vero relinquẽs. coll.1. Si tamẽ timetur de eius sęuitia, posśũt monachi pmittere, vt sua tollat, ut inf. eadẽ. q.4. §. vlt.



I aũt sine.] Hęc qõ diuiditur ĩ 7. par. ĩ qua ... probat per quatuor cap. ꝙ illi qui recedunt a monasterio suo, nõ sunt eis sua reddenda. Secunda ibi; [Sicut antiquitus.] Tertia ibi, Qui autem,] Quarta ibi, Verum ne.] Quinta ibi, [Occasione.] Sexibi, [Etiam si episcopo.] Septima ibi, [Sed notãdum.] Io. de Fant.

CASVS. Hęc est 4. quæstio, qua quęrit an abbas reddere debeat alicui monacho recedẽti ea quæ monasterio dedit. Et rñdet ꝙ non ... 3. qa ingred. ... & su. px. q.6. de lapsis & ĩ auth. de mona. §. si vero relinquẽs, qa abbati non licet alienare possessiones, & res ecclesię traditas, nec etiã alicui alteri licet. si tñ de eius sęuitia timeatur possunt abbas & monachi permittere ut sua tollat, vt inf. ea. §. vlt.

QVicunq;. CASVS. Quidam episcopi vel alij prælati iniuste alienabãt res mobiles & immobiles ecclesiæ suę: & ideo statutum fuit, ut qui talia faciunt deponantur.

b ¶ In cõstitutũ.] i. cõtra cõstitutionẽ talia prohibẽtẽ.
b ¶ In constitutũ.] Idest cõtra hoc statutum, vel ponitur prępũ: 1 incidit enim in pęnã: sed si statim restitueret ecclesiæ, pœnam effugeret. extra de reb. ecc. non

1 Idest, incidit in aliud constitutum quodcunq; qđ similia ꝓhibet sm L. & Hu.

nibus valde attendenda est consuetudo, & lex municipalis, extra de donat. c.3. & ff. quod ui aut clam. l. prohibere. §. non tantum.
d ¶ Honoris.] Ecce pœna alienantis, 12. q.2. quisquis.

SVnt qui opes.] CASVS. Quidam res, quas cum quodam mentis impulsu ecclesię contulerunt, reuocare vole-

volebant. Alij erant, qui dolebant res suas pauperibus diuisisse. De primis dicitur, quod donatio non fuit eis fructuosa, quia iudicium non habuerunt; & postea sacrilegium in auferendo committunt: De secundis dicitur, quod pœnitere non debent, nec oportet eos agere pœnitentiam:

[illegible] publicum, largius tamen quãque [illegible] committere sacrilegium qui disputat de iudicio principis, uel cum dies solennis violatur, uel cum legibus sine canonibus reuerentia non impendit. Con[illegible] tribus modis sacrilegiũ, uel cũ sacrum de sacro, uel sacrum de non sacro, uel nõ sacrũ de sacro aufertur, ut j.e. quisquis. Imponitur autẽ pro sacrilegio quandoq; spiritualis pœna, ut si cõmittatur in persona ecclesiastica, quia tunc est excõicatus ipso iure, j.eo. si quis [illegible] si in re ecclesiæ fit sacrilegiũ; tũc post trinam admonitionem excõicandus est ut infra eod. quisquis. §. item. [illegible] donũ. Itẽ imponitur pœna pecuniaria quandoque maior, quandoque minor, ut j.ea. [illegible] quis & c. si quis contumax secundũ leges durior pœna imponitur pro sacrilegio. ff. ad le. Iul. pecu. [illegible] sacrilegij. Sed si quæras cui danda sit pœna, quæ debetur pro sacrilegio: dicas quod si personæ facta est iniuria, ipsi personæ præstanda est, ut ex. de sen. exc. parochianos & c. graue. si rei facta est iniuria, tũc ipsi rei præstãda est, ut j. ea. c. si quis in atrio. ext. de simon. de hoc autem.

Sacrilegium tripliciter cõmittitur.

Sacrilegij pœna.

iudicio perpetuo [a], vbi ecclesiæ contulerunt, postea reuocandas putauerunt. Quibus nec prima [b] merces rata est, nec secunda [c]: quia nec prima iudicia habuit, & secunda habuit sacrilegiũ. Sunt quos pœnituerit opes suas diuisisse pauperibus. Sic eos α. qui pœnitentiam agunt [d], hoc solum timere oportet, ne ipsius pœnitentiæ agant pœnitentiam [e].

α ¶ Sic eos.] *In orginali legitur*. Sed eos qui pœnitentiam agũt, hoc solum pœnitere [illegible] ipsius, &c. *Sed ob glossam non est emendatum*.

Item Gregorius Sabino subdiacono, lib. 8. epist. 6.

Ans. l. 12. c. 4. Poly. l. 5. tit. 12.

¶ Qui sacris locis derelicta retinere contenderit, sacrilegium committit. C. IIII.

SAcrilegium [f], & contra leges est, si quis, quod venerabilibus locis relinquitur, prauæ voluntatis studijs, suis tentauerit compendijs retinere.

Item Lucius episcopus ad Galliæ & Hispaniæ episcopos epist. 1. c. 6.

Ans. l. 12. c. 5. Burc. l. 11. c. 19. Iuo p. 3. c. 140. & p. 14. c. 89.

¶ Sacrilegi iudicantur, qui ecclesiæ facultates alienant. C. V.

OMnes ecclesię raptores, atq; suarum facultatum alienatores a liminibus sanctę matris ecclesię anathematizamus [g], Apostolica auctoritate pellimus, & damnamus, atque sacrilegos esse iudicamus: & non solũ eos, sed omnes consentientes eis: quia non solũ qui faciunt, rei iudicantur; sed etiam qui consentiunt [h] facientibus. Par enim pœna & agentes & consentientes comprehendit.

Rom. 1.

Inter decreta Nic. in codice Ormanetti

Item Nicolaus Papa omnibus episcopis.

OMnes ecclesię.] CASVS. Lucius Papa statuit & decreuit, ut raptores rerum ecclesiasticarum tanquam sacrilegi sint anathematizandi cum omnibus sibi consentientibus, qui pari pœna sunt puniendi. [Consentientes,] Scilicet defensione uel cooperatione.

nitentiam: quod esset eis periculosum. Sequens cap. planum est.

a ¶ Non iudicio perpetuo.] quasi dicat, non iudicio discretionis: quia illud esset perpetuum. nam nisi sit perpetuum, nullum dicitur. de pœni. dist. 1. diuortium. & ff. de reg. iur. quidquid & 23. q. 1. paratus. Et est hic arg. quod si aliquis emittat votum proprio quodam impulsu animi, quod teneatur illud obseruare. Sed si aliquis propter aliorum impulsum vel clamorem aliquod emisit, tunc secus est, vt 22. q. vnusquisque. nam electio facta ad aliorum impulsum non ualet. [illegible] & c. si ergo. similiter nec libertas. ff. qui & a quib. manu. libe. non [illegible] si priuatus.

b ¶ Nec prima.] Id est, primum factum est quo debuit mereri mercedem.

c ¶ Nec secunda.] Scilicet reuocatio.

d ¶ Agunt.] Id est, pœnitent quod dederunt.

e ¶ Pęnitẽtiã.] Quia pęnitẽt & dolẽt quod dederũt pauperibus, & de illo dolore siue pœnitentia agant pęnitẽtiã.

f SAcrilegium.] Quia hic fit mentio de sacrilegio, quid sit sacrilegium uideamus. Sacrilegium magistraliter uarijs modis describitur. Vno modo sic: Sacrilegium est sacrę rei violatio, siue in se, siue in alio, & hoc appellatur sacra res: [illegible] sit res ipsa sacra. [illegible] persona ecclesiastica. 2 Alio modo describitur sic. Sacrilegium est publicis iuris transgressio, quod autẽ [illegible]

g ¶ Anathematizamus.] Videtur hic, quod omnes sacrilegi & dilapidatores ecclesiarum sũt ipso iure excommunicati. 11. q. 3. canonica. extra de sent. exc. conquæstus. ar. contra inf. ea. quisquis. & [illegible] dicitur, quod sunt excõmunicandi nisi resipiscant. Respon. violatores ecclesiarum sunt ipso iure excommunicati: sed nõ alij. Vel dic quod si in consecratione, uel cum datur res ecclesiæ fert episcopus sententiam excommunicationis, quod quicumque uiolentiam fecerit in re tali, sit excommunicatus: tunc dicerem quod statim excommunicatus sacrilegus non ratione sacrilegij sed ratione sententiæ dudum latæ 24. q. 1. c. 1. & 2. extra de sent. excõ. a nobis. Vel dic quod refert an Papa hæc uerba proferat constituendo, uel sententiando: si proferat ea constituendo, tunc non est excommunicatus qui rapit res ecclesiæ. si autem sententiando profert talia uerba, tũc est excommunicatus. Vel dic quod si consuetudo loci habet, quod tales sint excommunicati. tunc ita seruanda est, quia consuetudo est optima iuris interpres. extra de uerb. sign. abbate.

h ¶ Consentiunt.] Cooperando, ut extra de sent. excõ. [illegible]. Sed pone quod aliquis percussit clericum, & ego ratum habeo, nunquid sum excommunicatus? videtur quod sic

Sacrilegi an sint ipso iure excommunicati.

Clerici percussionẽ ratificans, an sit excommunicatus.

¶Excommunicetur, qui confinia ecclesiæ frangere tentauerit. C. VI.

2 SIcut antiquitus a sanctis patribus statutum est, statuimus, vt maior ecclesia per circuitum xl. † passus [a] habeat; capellæ vero, vel minores ecclesiæ triginta. Qui autem confinia earum † con.ringere tentauerit, aut personam hominis, vel bona eius inde subtraxerit; nisi publicus [b] latro fuerit, quousque emendet, & quod rapuerit reddat, excommunicetur.

Ansl.l.5.c.74. Iuo p.3.c.164. Pann.l.2.c.81. † al. eorum. † al.

Item ex concilio Triburiensi.

¶Soluatur altario, quod pro emunitate emendatur ecclesiæ. C. VII.

j SI quis in atrio ecclesiæ pugnam committit, aut homicidium facit: quidquid pro emunitate α violata emendandum est, altario [c] soluatur, cuiuscunque fuerit ecclesia illa.

Burc.l.3.c.399. Iuo p.3.c.113.

α ¶Emunitate.] *Sic etiam apud Burchardum. Iuo habet*, pro immunitate violata. *In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus legitur.* pro emunitate ecclesiæ violatæ. *Summa autem huius capitis fere habetur in Triburiensi, quod extat, c.4. & 6.*

Item Augustinus ad Bonifacium epist. 187.

¶Non licet alicui hominem de ecclesia rapere. Cap. VIII.

MIror, quomodo tam subito fidei murum aries [d] ruperit inimici. Noui enim qua religione semper sis ecclesiam Dei veneratus. Quo instigāte facere ausus es? hominem de ecclesia rapuisti? Tuus si de tuo amico forte psęsumeret fugitiuus: posset proculdubio intercessioris causa veniam promereri. Ergo si amicus intenditur [e]: cur Deus offenditur? Sed si de potestate pręsumitur: Nabuchodonosor regē intende, qui cā superbiæ in bouē [f] est ex homine commutatus α. Non vt cōfundam te, hęc scribo; sed vt filiū charissimū moneo. Ecclesiæ igitur illęsum reuoca, quē vt irreligiosissimus rapuisti. Oblatio [g]

Iuo p.3.c.122. 1.Cor.4.

sic: quia non solum in contractibus, sed etiam in maleficijs ratihabitio mandato comparatur, ut extra de rest. spol. cum ad sedem. in fi. ff. de vi, & vi arm. l.1.§. sed & si cū quis. nā non solum de consilio, sed ēt de uoluntate aliquis tenet. 1.q.4. quia psulatus. imò qui pōt resistere & non resistit, excōmunicatus est ut ext. de sent. excom. quantæ. Resp. si nomine meo quis pcutiat aliū, ibi ratihabitio mandato compatur, alias nō. ff. de neg. gest. si pupilli. §. item quæritur. extra de senten. exc. mulieres.

Ratihabitio quando comparetur mandato.

SIcut antiquitus.] Hæc est 2. pars q. in qua probat magister per xx. ca. ꝙ sacrilegium committitur pluribus modis. Ioan. de Fant.

CASVS. In hoc c. statuit Nicolaus Papa (sicut antiquitus a sanctis patribus fuerat cōstitutum) ut maior ecclesia in circuitu habeat xl. passus, aliæ uero minores ecclesiæ xxx. intra ꝙ spatiū si quis violentiam fecerit, aut personam hominis uel bona eius inde extraxerit, excōicetur donec satisfaciat nisi fuerit publicus latro: cuius persona uel res inde subtrahitur sine pœna canonis. Seq. cap. planum est.

Passus quid sit.

a ¶Passus.] Passus (ut ait Isidor.) est mēsura quinq; pedū. Pes est spatium 15. digitorū [1] istud tā nō tenet in capellis q̄ sunt intra ambitū castelli. n, ubi pp loci angustiam non potest istud obseruari, ut inf. e. q. si quis. & e. quæsti.

1 Idem Bar. in l. 3. ff. de verb. sign. & Alexan. de Imol. in l. 1. ff. si quis cau.

b ¶Nisi publicus.] Et nocturnus depopulator agrorum, hi soli excipiūtur secundum ius canonicum: licet leges plures personas excipiant, ut extra de imm. eccl. inter alia leges enim excipiunt homicidas, adulteros, raptores virginum, sed secundum canones raptores virginum tuti sunt in ecclesia, vt 36. q. 1. de rapt.

Ecclesiæ immunitate multi priuantur.

c SI quis in atrio.] ¶Altario.] Hic habes, ꝙ pecunia restituitur illi loco, in cuius ignominiam data est [2] 27. q. 1. si quis rapuerit, & extra de simon. de hoc. & Innoc. dicit ꝙ cum pęna duplici reddetur, ut extra de simo. audiuimus. & in auth. de sanct. epis. §. sed neque ꝙ ff. de calum. l. & generaliter §. illud arg. contra. de simo. veniens. Sed illud est dispensatio.

2 De hoc no. s. ca. sacrilegium. & s. 1. q. 3. si quis cator.

MIror. CASVS. Quidam nomine Bonifacius hominem quendam forte seruum fugitiuum violenter de ecclesia extraxit. de quo August. cum grauiter reprehendit, & ostendit quod hoc facere non debuit, quia si terrenus amicus pro illo fugitiuo intercessisset, pro eo veniā meruisset, multo magis Deo debuit obedire, & si de potestate sua præsumit, respiciat Nabuchodonosor regē, qui propter superbiam in bouē est ex homine cōmutatus, & a suo regno expulsus. Præcipit ergo sibi, vt hominem quem uiolenter de eccl. rapuit, ad eandem ecclesiā reuocet, & donec ecclesiæ satisfaciat, & pœniteat prohibet Aug. ne oblationes suæ domus suscipiant a clericis, & Bonifacio communionem interdixit. Et hæc uerba sic expone, [Tuus,] Scilicet seruus tuo amico, idest, apud tuum amicum forte scilicet permanere. ordinato, idest, statuto, & præfixo.

d ¶Aries.] Idest, impetus diabolicæ suggestionis, ad similitudinem arietis instrumenti, quo frangitur murus.

e ¶Intenditur.] Idest, exauditur.

f ¶In bouem.] Idest, in bouinam mentem, ut 23. q. 4. Nabuchodonosor.

g ¶Oblatio.] Hoc est in detestationem criminis ipsius, ꝙ non solum ipse, sed etiam familia eius prohibetur a sacramentis. sic 90. dist. oblationes, & 12. q. 2. de viro. & extra de spon. non est uobis. Io.

Reum,

esia fu- tes ad se tur.

Reum.] CASVS. Statutum est in hoc cap. vt prælatus defendat reum ad ecclesiam fugientem a pœna corporali: tamen quod abstulit, eum pœna pecuniaria reddat.

a ¶ Vel ad mortem.] Sed nunquid poterit postea accusari iste de illo crimine? si non potest, ergo crimina remanebunt impunita: quod esse non debet, ut extra de sent. excom. vt famæ. & sic priuilegiū ecclesiæ erit multis occasio delinquēdi: pp hoc dn̄t quidā, ꝙ a quolibet potest accusari post a 1 præterquam ab illo, qui promisit impunitatē, sed qui sic respōdet, nititur cōtra priuilegiū ecclesiarum: quod est iniustū, vel hæreticum. vt 22. dist. in omnes. ad quid enim impetraret ecclesia ei uitam, si pro eodē crimine postea decapitaretur? Dicas ergo, ꝙ hoc est priuilegiū ecclesię, ꝙ talis amodo nec uitam, nec membrū perdat: sed quod alias pecuniariter satisfaciat. Vel si hoc nō potest, seruiat ei perpetuo quē lęsit, ut 36. q. 1. de raptoribus.

1 Hæc fuit s. in Laur. q. dicit, ꝙ bene pōt accusari post exitū, & p̄terq̄ &c. ut sequitur. secus si semper essent in ecclesia. C. de his, q ad eccl. cō. l. ul. La. sed huic dicto obstat 23. q. 1. de raptorib. unde dic ut sequitur. Arch.

† al. interdixi. † al. condenato.

a ¶ vel vero domus tuæ a clericis ne suscipiatur indixi: † communionemque tibi interdico: donec peracta pro ausib. vel errore a me definita tibimet pœnitentia, & tempore ordinato † pro hoc facto corde contrito & humiliato dignum offeras sacrificium Deo.

α ¶ Commutatus.] *Hoc loco ista erant interiecta*, atq; a regno suo profugus recedens nō ante regnum recepit, quam conuersus Deum prædicauit, *quæ a multis nostris absunt, & originali, & Iuone. Sunt autem inter verba Gratiani infra de pœnitentia d. 1. c. voluissent.*

& in adiectis c. 29. & in cōcil. Mogunt. 1. c. 39. Burc. l. 3. c. 194. Iuo p. 3. c. 123. Pann. l. 2. c. 75.

Item ex libro capitularium 5. c. 90.

¶ Fugientem ad ecclesiam nemo audeat abstrahere. C. IX.

Reum ad ecclesiam confugientem nemo abstrahere audeat, neque inde donare α ad pęnam, vel ad mortem, a vt honor Dei, & sanctorum eius conseruetur: sed rectores ecclesiarū pacē, & vitam, ac mēbra eius obtinere studeant: tamen legitime componat, quod inique fecit.

α ¶ Donare.] *Sic est emendatum (antea enim legebatur,* damnare*) ex cap. Caroli, & concilio Moguntino, & plerisque vetustis Gratiani exemplaribus & cæteris collectoribus: quamquam apud Burchardum ex cōcilio apud Theodonis uillam, & in Pannormia ex libro capitulorū longe copiosius hoc caput referatur.*

Item Gelasius Victori, Constantino, Martyrio, Fælicissimo, Sereno, & Timotheo episcopis.

¶ Ab ecclesiæ arceatur ingressu, qui aliquem de ecclesia violenter rapuerit. C. X.

Poly. l. 7. tit. 1. Iuo p. 3. c. 120.

Frater, & coepiscopus noster Epiphanius sua nobis relatione suggessit, Benenatū, & Maurum Beneuentanæ municipes ciuitatis, in cōtumeliam religionis acerbà nimis, & plectibili cōtumacia prosiluisse: qui confugientem ad ecclesiæ septa curialē suum, ne illic quidem tutū, aut de iniuria sua securum esse siuerunt: ausi irruptione † temerariæ mentis admittere, quod nec potestatib. quidem vel principibus vnquā licuit perpetrare: vt hominē in sanctuarijs constitutum (captata sacerdotis absentia) reluctantem, reclamantemq; violenter abstraherēt. Quos, quantum sua nobis suggestione patefecit, merito indignos esse sacra communione iudicauit. Et si reuera tanti facinoris constat admissum; nostra etiam auctoritas in hac parte cōsentit. Nec enim b iure ad supplicandum debet admitti qui † admittere sacrilegium non dubitauit. Nullus enim intra limina tantæ venerationi deputata vtrumq; sibi licere existimet pro suæ voluntatis arbitrio; vt & humilitatem sibi vendicet, & furorem. Et ideo fratres charissimi supradictos si manifesta reos facit conquestio, ab oībus c parochiarum vestrarū ecclesijs nostræ præceptionis auctoritate d prohibete: vt non

† al. irreptione. † al. vbi.

Frater.] CASVS. Epiphanius episcop9 excōicauit Benenatum, & Maurū ciues Beneuētanæ ciuitatis, quia quendā suum curialē ad ecclesiam fugientē in absentia sacerdotis de ipsa ecclesia violenter extraxerant: qđ cum significatū fuisset Gelasio, excōmunicationem illā confirmauit, & precepit sex epis, ut si illi tres excōi ati puenerint ad suos episcopatus, interdicāt eis introitum ecclesiarum, ut istius ultionis timore alij a tali p̄sumptione reuocent: Seq. c. patet.

b ¶ Nec enim.] Ext. de v'u. quia frustra.

c ¶ Ab oīb.] Arg. ꝙ sacrilegus in nulla ecclesia tutus erit, cum in ecclesiam deliquat, ut inf. c. px. q' quidā concedunt. Vn̄ si aliqs furtū uel sacrilegiū fecerit in ecclesia, illū non dēt tueri ecclesia, cū ī ecclesiā deliquerit, ut ī. c. px. tn̄ decre. ext. de immu. eccle. inter tn̄ duas p̄sonas excipit.

d ¶ Auctoritate.] sed qđ operatur hic auctoritas, uel cōfirmatio

solum hi, qui iniuriam sanctorum locorum prosiluisse probantur †, merito consequantur pro facti sui qualitate vindictam; verum etiam cæteri a tali præsumptione vltionis istius timoris reuocentur.

† *al. probabuntur.*

Idem Epiphanio episcopo.

¶Ecclesiarum non est dignus ingressu, qui eas violat. C. XI.

AD episcopos cæteros direximus iussionem, vt eos, qui ecclesias violasse perhibentur, accessu earum iudicent esse indignos.

Iuo p.3.c.119.

Item Pius Papa epist.2. Italicis.

¶Qui ecclesiam Dei vastat, & eius sacerdotem insequitur, sacrilegus iudicatur. C. XII.

SIcut qui ecclesiam Dei vastat, & eius prædia, & donaria expoliat, & inuadit, fit sacrilegus; sic & ille, qui eius sacerdotes insequitur, sacrilegij reus existit, & sacrilegus iudicatur. *& infra.* Non ergo grauius peccatum est fornicatio, quàm sacrilegium. Et sicut maius [b] est peccatum, quod in Deum committitur, quàm quod in hominem; sic grauius est sacrilegium agere, quàm fornicari.

Poly.l.6.tit.15. Ans.l.5.c.30. Burc.l.11.c.29. Iuo p.5.c.243. & p.13.c.39.

Item Vrbanus epist. ad omnes episcopos, c.2.

¶Qua pœna feriatur, qui ecclesiæ vsibus dedicata prędia vexare tentauerit. C. XIII.

l.cap.6. c.115. & in Moguntino sub Arnulpho.c.11.

ATtendēdum est omnibus, ne prædia vsibus secretorum cęlestium dedicata, a quibusdam irruentibus vexētur. Quod si quis fecerit; post debitæ [c] vltionis acrimoniam (quæ erga sacrilegos iure promenda est) perpetua damnetur infamia, & carceri [d] tradatur, aut ex illo perpetuæ deportationis vratur †.

† *al. feriatur.*

[*Item Iginus Papa.*]

PALEA. C. XIIII.

Poly.l.6.c.15. Ans.l.5.c.18. Burch.l.3.c.204. Iuo p.3.c.127. Pann.l.2.c.70.

ij SI quis ecclesiam igne combusserit; † quindecim annis pœniteat, & eam sedule restituat; & pretium suum *a* pauperibus distribuat.

† *al. cōbur*

¶ *Hæc palea in vno tantum Vaticano codice habetur; in quo sicut in vulgatis, & Pannormia citatur ex Igino, a Burchardo autem & Iuone, ex decretis Iulij.*

a ¶Pretium suum.] *Apud Burchardum, l.19. in c. de sacrilegio sic legitur.* Incendisti ecclesiam, aut consensisti? si fecisti, ecclesiam restitue: & pretium tuum, idest, vuiregeldum tuum pauperibus distribue, & quindecim annis per legitimas ferias pœniteas.

Item Clemens epistola 2. ad Iacobum.

¶Iudæ similis probatur, qui ornamenta surripuit ecclesiæ. C. XV.

Iuo p.2.c.63. & p.6. c.88.

SI forte quispiā presbyter, siue diaconus, sacrarij sindo-

Cōfirmatio Papæ tria operatur.

tio Papæ, cum illud per se facere potuerint? Respon. confirmatio tria operatur: præstat enim ipsi facto maiorem auctoritatem, vt 11. dist. quis nesciat. Item si quid est inualidum supplet eius defectum cōfirmatio, ut extra de transac. c. 1. Item ꝙ sine eius licentia nō potest tractari illud, qđ ipse confirmauit. ext. de cōfir. vti. vel inut. c. 2. Io.

SIcut.] CASVS. Hoc c. diuidit in duas partes. In j. parte dr̄, ꝙ sicut iudicatr̄ sacrilegus, qui bona ecclesiæ rapit, uel inuadit: sic cēsetur sacrilegus, q Dei sacerdotes insequit̄. In secunda parte dr̄, ꝙ sicut Deus est maior hoīe: sic sacrilegium qđ in Deū cōmittitur, maius est fornicatione, quæ cōmittitur in hominem.

a ¶Grauius.] Hic vr̄ ꝙ maius sit peccatū sacrilegiu, q̄ adulteriū: & sic est ꝯ 32. q. 7. quid in omnibus, sed ibi solutū est. Itē nonne homicidium maiꝰ sacrilegio est? Sic; sed intelligas ꝙ hic dicitur, in eadē specie facti. nam homicidium quod fit in clerico, maius est quam illud, quod fit in laico: quia vnum est sacrilegiū, aliud non. similiter quod fit in sanctimoniali est maius, quam aliud quod fit in alia muliere.

b ¶Maius.] Sic 22. q. j. omne. & c. mouet.

ATtendendum.] CASVS. Statuit Vrbanus in hoc c. vt ecclesia nō cogatur soluere tributa, uel collectas de prędijs ecclesiasticis: si quis uero contrafecerit, post debitā pęnā sacrilegij sit infamis, & carceri tradatur, uel exilio perpetuo damnetur.

c ¶Post debitæ. hæc verba sumpta sunt à lege quæ est 16. q. 1. §. ... [illegible]

Ecclesia habet carcerē.

d ¶Et carceri.] Ergo ecclesia habet carcerem, & infligit pęnā relegationis 1 2. q. j. in primis. Item habes hic, quod diuersæ pœnæ infligūtur alicui pro eodē delicto, ut 21. q. 5. c. 3. & 16. quęstio. 1. statuimus, & eadem q. 7.

1 Vide qđ legi. & no. 3. q. 4. hi qui.

constitutiones. contra illud quod est extra de iud. at si clerici. & extra vt lit. non contest. quoniam frequenter. in fi. & quia lex dicit, ꝙ vnum delictum non debet varijs æstimationibus coerceri, ff. de pœn. sancto.

SI forte.] CASVS. Quæsitum fuit a Clemente, quam pœ-

pœnam debeat pati presbyter vel diaconus, si furetur sindonem sacrarij vel velum, & uendat. Et respondetur ꝙ Iudæ Iscariotis similis est : & eius pœnam patietur. Seq. capit. planum est.

a ¶ Subtractum.] Tamen episcopus cum tali potest dispensare. sup. dist. 50. si quis presbyter.

seruum uel discipulum suum ad ecclesiam fugientem inde extrahere vel flagellare præsumpserit, donec pœniteat, excōicetur. In secunda parte dr̄, ꝙ clerici se mutuo verberātes: prout dignitatis rōne vel officiorum iniuria maior fuerit, ab epō puniantur. Secunda pars incipit ibi.]Si qs vero.]

spen- nem, uel uelum subtractum † [a] vendiderit; Iudæ Iscariotis similis æstimabitur. Qui propter cupiditatem fecerit hoc opus; nouerit se supradicti Iudæ suscepturum pœnam. [b]

† al. subtracta.

Isid. mer. li. 4. c. 209. [*Item ex pœnitentiali Theodori.*]

¶ De eodem. PALEA C. XVI.

PEcunia ecclesiastica furata, uel rapta reddatur in quadruplum; populi uero dupliciter. Si quis aliquid de ministerio sanctæ ecclesiæ furatus fuerit, septem annis pęniteat, tres in pane & acqua.

[*Item ex pœnitentiali Romano.*]

¶ De eodem. PALEA C. XVII.

iij SI quis clericus furtum fecerit capitale; id est quadrupedem, uel domum fregerit, aut quamlibet rem melioris pretij furatus fuerit; septem annis pœniteat: laicus quinq;. Si quis autem de minoribus semel, aut bis furtum fecerit, reddat proximo suo; & vno anno pœniteat in pane & aqua: &, si reddere nō potuerit, tribus annis pœniteat.

Similia horum leguntur apud Burchardum, lib. 11. *c.* 58. *& Iuonem par.* 13. *c.* 44.

& ī epist. Lucij, c. 6. *Item Anacletus epist.* 1. *c.* 8.

¶ Sacrilegium facit, qui pecuniam ecclesiæ rapit. C. XVIII.

QVi rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem operatur: qui autem pecuniam, vel res ecclesię abstulerit; sacrilegium [c] facit.

Item ex concilio Ilerdensi, c. 8.

Iuo p. 3. ca. 117. Pann. l. 2. ca. 76.

¶ Segregetur ab ecclesia clericus, qui seruum, aut discipulum suum ad eam fugientem uerberare præsumit. C. XIX.

ibidem ca. 11.

NVllus clericorum seruum, aut discipulum suum fugientem ad ecclesiam extrahere audeat, uel flagellare [d] præsumat. Quod si fecerit, donec digne pęniteat, a loco, cui honorem nō dedit, segregetur. ¶ Si qui clerici in mutuam [e] cædem proruperint; prout dignitas [f] officiorum in tali excessu contumeliam pertulerit, à pontifice districtius vindicetur.

Et lib. 5. capit. c. 185. & in leg. Boiariorum, ti. 7.

Item ex concilio Triburiensi c. 20.

¶ Qui de atrio, uel porticibus ecclesiæ fugiētem abstrahit, excommunicetur. C. XX.

Burc. l. 3. c. 197. Iuo p. 3. c. 114.

iiij SI quis contumax, uel superbus timorem Dei, uel

d ¶ Vel flagellare.] possunt tamē magistri & parētes & epi moderate. 1 castigare, vt 25. q. 5. c. 1. ī fi. similiter uir uxorē vt no. 7. q. 1. sicut alteri⁹. 2 & p̄lat⁹ subditū, vt 23. q. 4. forte. sed dominus hēt in seruū plenissimā coerctionē: vsufructuarius modicam, vt de usufruct. locū & l. sed & sicuti. in fi. patr. nus aūt in libertum habet leuē coerctionē, ut ff. de iniur. p̄tor. §. pręterea. Sed nonne magister uel episcopus intra ecclesiam pōt verberare clericum, cum episcopus iudicet intra ecclesiam, vt 2. q. 2. p̄ceptū. & in iudicijs episcoporū interueniūt uerbera, ut 23. quæst. 3. c. 1. in fi. Sed dic ꝙ causa odij nō debet eū expellere de ecclesia: quia si magister nō percutiat discipulū ex odio, nō incidit in canonē, vt ex. de sen. excommu. super eo.

1 Sed immoderate non. ff. ad leg. Aquil. sed & si. in fi. & l. seq. & ff. loca. Item quæritur.

2 Concor. ter. in l. sed & si §. fi. & ibi gl. ff. ad leg. Aqui. & in auth. de nup. cum ibi no. §. si uero. col. 4.

e ¶ In mutuā.] Hodie tales mittēdi sūt ad curiam: nisi sint impuberes vł regulares, vt extra eo. ti. sup eod. Vel loquit̄ de cōmuniter uiuētibus, qui cū modū nō excedūt, iudicio meo possunt absolui ab epō, vt ext. de vita & honest. cle. qm̄. & extra qui cle. uł uo. c. 1. 3 & extra đ sen. ex. ex tenore. in fi. vel hoc ideo qa cōio materiā discordię generare solet, vt ff. de le. 2. l. cū pater. §. dulcissimis. vnde abūdantius est illis prouidendum: quia vbi periculum maius est, magis est cōsulendum, ut ff. de Carb. edi. l. 1. §. sed si quis. 4

3 Hæc sententia Gof. approbatur per prædi. dec. quoniam.

4 Ad idem nota 42. dis. quiescamus.

b ¶ Pœnam.] Scilicet, æternam.

c QVi rapit.] ¶ Sacrilegium.] Alibi dicitur ꝙ facit homicidium, vt 12. q. 2. qui Christi. & cap. qui abstulerit.

NVllus clericorum. [CASVS. Hoc c. diuidit̄ in duas partes. In prima parte dicitur, quod clericus, qui

f ¶ Dignitas.] Quia secūdum dignitatem punitur aliquis vt 44. dist. cum beatus.

SI quis contumax.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Triburiensi quam pœnam pati debeat, qui seruum fugiētem uel aliam quem persequebatur de atrio, vel de porticib. ecclesiæ cœmiterio deputatis violenter

extraxerit? Et respondetur, quod episcopo debet nongentos solidos soluere pro cœmiterio quod fregit, & pro peccato publicè pœnitebit.
a ¶ Adhærentibus. Eodem gaudet priuilegio cum sacris, ut ff. de rei uend. quæ religiosis. & est simile 44. distin. §. 1. Ioan.

ti noluerit ad clerũ, ut extra de sent. exc. si vero aliqs & ca. in eu ... quia nec clericus potest ... illius canonis, si q ... renunciare, ut extra de sen. exc. cõtingit. Hoc tñ intelligo qñ ex causa leuitatis induit arma, uel abjicit habitum clericalem, ut tunc non

b ¶ Cõponat.] su. e. si quis in atrio ... dicitur quod ecclesiæ dabit. Sed dic, quod satis dicit ecclesiæ ... datur ... ecclesiæ, aliæ pœnæ ... quisquis. Sed dic quod pœnæ sũt arbitrariæ. Vel ... consuetudinem loco rum loquuntur. Vel dic & melius quod si qs violat emunitatem, nullum damnum faciẽdo, soluit solidos nongẽtos sed si dãnũ aliquid ... erit soluet triplum pro emunitate, & damnũ nocuit, vt infra ead. quisquis. ... ũ.

Ecclesiæ emunitatem uiolans quali ter punitur.

reuerentiam sanctorum ecclesiarum non habuerit, & fugientem seruum suũ, vel quem ipse persecutus fuerit, de atrio *a* ecclesiæ, uel de porticibus quolibet modo ecclesiæ adhærentibus [a] per uim abstraxerit; pro emunitate nongentos solidos episcopo componat: [b] & ipse publica penitentia iusto † iudicio episcopi mulctetur.

† al. iuxta iudiciũ.

a ¶ De atrio.] *In duobus vetustis codicibus Gratiani legitur:* de altario: *in capitularibus vero,* de ecclesia.

Sacrilegium ergo est, quoties quis sacrum violat, vel auferendo sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro. Dicitur etiam sacrilegium cõmittere, qui violentas, & impias manus in clericũ iniecerit. Porro ipsum sacrilegiũ duplicem continet pœnam, pecuniariam uidelicet, & excommunicationis. Pecuniaria eis persoluenda est; ad quos querimonia sacrilegij pertinet.

Vnde Ioannes Papa octauus scribit omnibus episcopis.

SACRILEGIVM. CASVS. Quia supra facta est mentio de sacrilegio, ideo nunc ostẽdit G. qđ sacrilegiũ fit cum aliqs rem sacram uiolat. & hoc fit quatuor modis, vel auferẽdo sacrum de sacro, vel sacrum de nõ sacro, vel nõ sacrum de sacro, vel si quis iniecerit violentas manus in clericum. Ostẽdit etiam, quod sacrilegiũ duplicem continet pęnam, scilicet pecuniariam, & excommunicationis pecuniaria persoluenda est illis, apud quos quærimonia deponitur.

¶ De multiplici genere sacrilegij, & pęna eiusdem. C. XXI.

Ans. l. 8. c. 40. Poly. l. 6. tit. 10. Iuo p. 3. c. 98. Pan. l. 2. c. 80. & 79.

QVisquis inuẽtus fuerit reus sacrilegij; episcopis, uel abbatibus, siue personis, ad quas querimonia sacrilegij iustè pertinuerit, triginta libras examinati argenti purissimi componat. ¶ Sacrilegium committitur, si quis infregerit ecclesiam, uel triginta ecclesiasticos passus, qui in circuitu ecclesiæ fuerint, uel domos, [d] quæ intra prædictos passus fuerint, aliquid inde diripiendo, uel auferẽdo: seu qui iniuriam, vel ablationem rerum intulerit clericis arma [e] nõ ferentibus], vel monachis, siue Deo deuotis, omnibusque *a* ecclesiasticis [f] personis, Capellæ, quæ sunt intra ambitum murorum castellorum, non ponũtur in hac triginta passuum obseruatione. Similiter sacrilegium committitur auferendo sacrum de sacro, uel non sacrũ [g] de sacro, siue sacrum de non sacro. *Idem.* ¶ Si quis domum Dei violauerit, & aliqua sine licentia illius

su. 11. q. 3. ad mẽsã. Ans. l. 5. c. 52.

QVisquis.] CASVS. hoc c. diuiditur in duas partes in prima parte dicitur, quod sacrilegus xxx. libras argenti dẽt præstare epis uel abbatibus, uel alijs personis, ad quas quærimonia sacrilegij pertinet. In secunda parte dicitur, qđ ecclesiæ debent habere xxx. passus pro cœmiterio in circuitu, nisi sint capellæ castellorum, intra quos triginta passus si quis iniuriam fecerit in personis, vel inde aliquid auferendo sacrilegium committit, Similiter committitur sacrilegium auferendo sacrũ de sacro, uel non sacrũ de sacro, vel sacrũ de non sacro. Secunda pars incipit ibi,] Sacrilegium committitur.]
c ¶ Ad quas.] Idest, quibus competit querela & loquitur de ipsis iudicibus, & dicit quod iudicibus istius querelæ tantum sint soluendæ xxx. ... aliam pœnam præstabit iniuriam passo. inf. e. proxi.
d ¶ Vel domos.] Scilicet clericorum: nam aliæ domus non dẽnt esse intra aditum ecclesiæ, ut 12. q. 1. nulla.
e ¶ Arma.] Ergo si clericus arma ferens uerberetur, nõ incidit in canonem uerberans extra de sent. exc. cum nõ ab homine. & ... ut famæ 16. q. 1. generaliter: hoc tñ non est uerum nisi post trinam admonitionem reuer-

Clericus arma ferens an perdat priuilegium.

non statim perdat priuilegium. aliud est si penitus apostataret, ut si fiat miles. 1 uel si uxorem ducat, tunc dico eum ipso facto perdere priuilegium: ut 84. distinct. quisquis.
f ¶ Ecclesiasticis.] Vt sunt conuersi & pœnitẽtes, templarij & hospitalarij, qui gaudent priuilegio clericali. 27. q. 1. ut lex. 11. q. 1. aliud. extra de sent. exc. parochianos. & 12. q. 1. duo sunt.
g ¶ Non sacrum.] Lex tamẽ dicit, quod in hoc casu non committitur sacrilegium, sed tantũ furtum, ut ff. ad legem Iuliam pecul. l. diuus. sed illud non tenet.
SI QVIS DOMVM. CASVS. Hic §. duas habet partes. In prima dicitur, quòd si quis sine licentia prælati aliquid de ecclesia extraxerit, uel alicui ecclesiasticæ personæ iniuriam fecerit, sciat se communione domini priuatum donec satisfaciat si uero post tertiam commonitionem coram episcopo satisfacere noluerit: anathematizatus ab omnibus euitetur. In secunda parte dicitur, quod illi, qui ecclesias frangunt inde aliquid extrahentes; pœnitentiam triplicem patientur: quia rem

1 Dicas ... cet ... militã ... pot gaud... re ... gio cler... sm In ... no. ext ... poste ... facit ad ... 52. dist. ... & qđ ... no. 5 ... si quis ... Arch.

rem subtractam restituent ei cuius erat & damnum no[uies] ecclesiæ vero triplū rei subtractæ, & præter a pęna corporali punientur, quam habes §.ead.attendendum. vel excōicabuntur. Secunda pars incipit ibi, Idem.]
a ¶ Nouies.] Quid est ergo quod dicitur Instit. de act. §.om- [nes.vbi dicitur, quod nulla pœna debet excedere pœnam quadrupli? Respon. non debet iudex excedere pœnam quadrupli nisi vbi exprimitur, quod possit excedere: quia quandoque extenditur ad decuplum, ut 12.quæst.2.in legibus, & cap.cum deuotissimā. Vel solue, vt ibi.]
b ¶ Tripliciter.] Ecce triplex pęna, quia punitur sacrilegus, quia iudici dabit xxx.libras, item damnum nouies cōponet, & emunitatem tripliciter: similiter corporalem pœnam sustinebit, vt §.ead.attendendum. Ioan.

Si quis deinceps.] CASVS. Quærit fuit ab Alexandro quam pęnam pati debeant laici maiores, vel minores, qui epm comprehenderint, vel percusserint, vel per violentiam de sua sede expulerint. Et respondet, ꝙ tales & cooperatores eorum debent anathematizari, & res eorum ecclesiæ, cui iniuriam intulerint, perpetuo tradētur, & nisi fuerit eps canonice depositus & hoc in prima parte. In secunda parte dī, ꝙ si in presbyterū vel alium clericum hoc idē fecerint, ab honore depositi, canonicæ pœnitentiæ subiacebūt, & si cōtumaces fuerint, excommunicabuntur. Secūda pars incipit ibi, [Si vero.]
c ¶ Priorum.] Idest, nobilium.
d ¶ Iudicatum.] i. depositum, quod tñ verum est si incorrigibilis est, ut extra de iudi. cum non ab homine. 11.q.1. petimus. & 27.q.1. si homo. quidā tñ ex hoc loco dixerūt, ꝙ si quis iniecerit manus violentas in clericū excommunicatum, ꝙ non esset excōmunicatus, per id quod legitur 23.q.5.excōicatorum, qđ non credo.
e ¶ Tradātur.] Ecce pęna illorū, qui iniiciūt manus in epm. sic 27.q.1. si quis rapuerit. aliam pœnā adiicit Inn. extra de pen. in quibusdam.
f ¶ Atque depositio ni.] Arg. ꝙ ecclesia pōt deponere laicū, vt 11.q.1.nullus episcop⁹. & 32.q.5. præceptum. Ioan.

1 Scilicet ab honore, & cingulo dignitatis, si q̄ habet, sm Ho[stiensem].

cui commissa esse dignoscitur, inde abstulerit, vel ecclesiasticis personis iniuriam fecerit; donec in conuentu admonitus legitimè satisfaciat; sciat se communione priuatum.† Si verò post secundam & tertiam conuentionem coram epo satisfacere detrectauerit, sacrilegij periculo ab omnib. obnoxius teneatur: ita vt secundū Apostolum nemini fidelium misceatur. *Idem.* ¶ Si qui † monasteria, & loca Deo dedicata, & ecclesias infringūt, & deposita, vel alia quælibet exinde abstrahunt; damnum nouies [a] componant, & emunitatem tripliciter, [b] & velut sacrilegi canonicæ sententiæ subigantur.

† al. fore priuatum.

[S]i qui. 1.Cor.5. Ansel.l.5.c.47. Burch.l.11.c.22. Iuo p.3.c.124. & p.14.c.96.

¶ In epistola manuscripta Ioannis octaui, scripta episcopis, & abbatibus per Narbonensem, & Hispanicas prouincias constitutis, præcipitur obseruari lex contra sacrilegos in concilio Trecasensi edita coram Ludouico Imperatore, & quinquaginta trib. episcopis. Diuersa aūt sunt istius epistolæ verba ab his, quæ recitantur & a Gratiano, & a cæteris collectoribus: sed eadem sententia.

a ¶ Omnibusq; ecclesiasticis.] *Apud Iuonem legitur:* deuotis hominibus, ecclesiasticis personis. Non enim capellæ, quæ infra ambitum murorum castellorum sunt, mittuntur, vel ponuntur in hac obseruatione. *Nec multo aliter apud alios collectores.*

Simile in 8. synodo sub Photio, c.3.

Item Alexander Papa II.

¶ Nisi canonicè iudicatum episcopum qui comprehenderit laicus excommunicetur. C. XXII.

SI quis deinceps priorum, [c] aut cuiuscunque dignitatis, vel cuiuscunq; ordinis laicorum episcopum comprehenderit, percusserit, aut aliqua vi à propria sede expulerit, nisi fortè iudicatum [d] canonicè; auctores, & cooperatores tanti sceleris anathematizentur, & bona eorum ecclesiæ ipsius iuri perpetuo tradantur. [e] ¶ Si vero in presbyterum, vel in quemcunque inferiorum graduum clericum hæc eadem præsumpserit; canonicæ pęnitentiæ, atque depositioni [f] subiacebit. Si contumax fuerit, excommunicetur.

In chronico Mediolan.

Item Nicolaus Papa Thadoni archiepiscopo Mediolanensi.

¶ Flagellatores presbyterorum post tertiam admonitionem si non resipuerint, excommunicentur.

C. XXIII.

Iuo p.10.c.20.

DE presbyterorum flagellatoribus, & occisoribus;

De psbyterorū.] CASVS. Hoc c. diuidit in duas partes. In prima parte dī, ꝙ Thadonus archiepiscopus Mediolan. quæsiuit a Nicolao quid fieri deat de his, qui presbyteros flagellant & occidunt, vel deprædantur, nec sæculari brachio possunt coerceri, & respondet quod primo conueniri debent secundo & tertio, qui si delictum nō emendauerint, a corpore sacræ cōmunionis priuentur, tandem debent anathematizari in contumacia permanentes. In secunda parte dicitur, quòd si ipsi resipiscāt, reconciliari debent ecclesiæ, digna tamen satisfactione præmissa. Secundā pars ibi, [Quos etiam.] Casus sequentis cap. per se patet.

a ¶ Qui

& prędonibus, s. qui sæculari [a] brachio minimè coercentur, iuxta præceptum Domini placet; vt fraterno amore conueniantur secundo, ac tertio. Qui si te nō audierint; conueniente ecclesia eos sacra cōmunione priuare, atq; (si in sua obstinatione permanentes sacerdotalia monita fortè contempserint) ab ecclesiæ compage sub anathematis interdictione resecare licentiam tribuimus. ¶ Quos ét resipiscētes tādem digna satisfactione pręmissa [b] in gremium sanctæ matris ecclesiæ reuocari noueris posse.

a ¶ Qui sæculari.] Ergo sæcularis iudex i his enormib. criminib. primo hēt coertionem. 1 & dein de ecclesiasticus iudex. vt 23. q. 5. sunt quidā. Io. ꝙ falsum est, vt extra de iudi. cū non ab hoie. B. Itē hic patet, ꝙ sæcularis potestas & ecclesiastica debēt sibi mutuu præstare auxilium, vt 96. dis. cū ad verum. & 32. d. eos qui. & dist. 17. non licuit.

1 Ad hoc facit ꝙ no. su. 90. dist. placuit.

b ¶ Pręmissa.] Arg. ꝙ excōicatus prius debeat satisfacere q̃ absoluatur. vt hic, & 11. q. 3. excellentissimus. in fin. & 23. q. 8. si quis mēbrorū. & c. pessimam. extr. de iure patr. relatū. arg. contra extra de sent. excō. per tuas. Sol. aut excōicatᷣ qs pro contumacia. aut pro delicto. Si ꝓ cōtumacia, tunc pręstita cautione absoluetur. Si ꝓ delicto, & illud est euidēs, nō prius absoluetᷣ q̃ satisfecerit. sic distinguitᷣ, ext. de ver. sig. ex parte. Ioā. Certè semꝑ excōicatur qs pro contumacia: sed illa qñque prouenit ex delicto, vt innuit illa decre. ex parte. nisi ipso iure incidat in canonem latæ sententiæ, ut infra ea. qō. 4. si quis suadente B.

Excōicatus an possit absolui nō præmissa satisfactione.

[*Item ex concilio Moguntinō sub Rabano, c. 24.*]

PALEA. C. XXIIII.

Qvi presbyterum occidit; duodecim α annorum ei pęnitentia secūdum canones imponatur: aut si negauerit, si liber est, cum septuaginta duob. β iuret: si aūt seruus, super duodecim vomeres feruentes se expurget. Cōuictus vero noxæ vsq; ad vltimum vitæ tempus militiæ cingulo γ careat, & absque spe coniugij maneat.

ext. de pœnit. & remis. c. 2. Burc. l. 6. c. 7. Iuo p. 10. c. 136.

¶ *Hæc Palea ī vno tātū Vaticano Grat. codice habetur.*

α ¶ Duodecim.] *Sic in codice Vaticano & cæteris locis indicatis. In vulgatis Grat. codicib. legebatur,* 20. annorum pęna.

β ¶ Cum septuaginta duobus.] *In concilio ipso legitur* cum duodecim. *Burchardus tamen, & Iuo, & codex Vaticanus concordant cum vulgata lectione.*

γ ¶ Militiæ cingulo.] *Sic etiam in Decretalib. & apud Burchardum, & Iuonem. In concilio autem legitur,* cingulum deponat, *& vxorem amittat.*

[*Item ex concilio Triburiensi.*]

PALEA. C. XXV.

Vt presbyteri non vadant, nisi stola, aut horario induti. Et si in itinere spoliantur, aut vulnerantur, vel occiduntur non stola vestiti, simplici emendatione soluantur: si autem cum stola, triplici.

prima pars habetur cap. 6. l. 1. c. 169. Burc. l. 6. c. 10. Iuo p. 10. c. 139.

[*Item ex eodem, c. 5.*]

PALEA. C. XXVI.

Omnes presbyteri interfectores δ cōpositione episcopi, ad cuius parochiā pertinent, soluātur: ita videlicet, vt medietatē Vuirigeldi, † [ε] eius eps vtilitatib. ecclesiæ, cui præfuit tribuat, & alterā medietatē in eleemosynam illius iustè dispertiat; quia nūllus nobis eius hæres proximior videtur, quam ille, qui ipsum dn̄o sociauit.

capit. 4. c. 15. ext. de pęnis, c. presbyteri. Burc. l. 6. c. 11. Iuo p. 10. c. 140. Pann. l. 8. c. 6.

† *al. Vuirgildi.*

¶ *Hæc quoq; Palea in uno tantū Vaticano codice habetur. Est aūt in capitularib. (vnde citatur in Pānormia) li. 4. c. 15. & in Decretalib. tit. de pœnis. c. presbyteri. In concilio ēt Triburiensi, quod extat, c. 4. habetur quidā simile.*

δ ¶ Interfectores.] *Sic etiam in Pannormia. Vaticanus codex habet,* interfecti, *In capitulari legitur,* presbyteri interfecti episcopo, ad cuius parochiam pertinent, soluantur secundum capitulare gloriosi Caroli genitoris nostri: ita videlicet, &c. *Verum in decretalibus, & apud Burchardum, & Iuonem hoc modo:* Presbyteri interfecti compositio episcopo, ad cuius parochiam pertinebat, soluatur: ita videlicet, &c. *similis locutio habetur in cōcilio Triburiensi, c. 4. Sed quoniam est initium capitis, nihil visum est hic mutandum: reliqua autem sunt emendata ex locis indicatis.*

ε ¶ Vuirigeldi. *Antea legebatur,* Renaldus. *Emendatum est ex cæteris locis indicatis, præterquam ex decretalibus, vnde abest vtraque vox: legitur tamen in prima collectione.*

† Et in conc. Trosleiano ca. 3. & inter leges Longobar. tit. de homicid. li. hominis, l. 27.

Item ex lib. 3. capitul. c. 25. †

a QVi subdiaconum.] ¶Presbyterum.] Quid de hac pœna fieri debeat, habes extra de pœn.capitu.2.

b QVi occiderit.] ¶Publicam.] Sed qd spectat ad Imperatorem imponere alicui publicam pœnitentiam?

cum magister discipulum percutit, ut extra eo.c.1.quia non sunt huius manus violentæ. Item cum claustrales percutiunt se, ut ext.eo.cũ illorum. Item cum ostiarius rõne officij sui aliquem verberat. Vel cum aliquis officialis arcet aliquem a turba. Vel cum aliquis defendendo se percutit clericũ. Vel cum inuenit clericũ cũ vxore sua, matre, sorore, filia. hos casus habes extra eo.si vero. Item mulieres, & debiles psonæ excipiuntur, ut ext.eo. mulieres. Itẽ ipsi plati licite percutiunt clericos suos: uel alij clerici de mandato ipsorũ, ut ex eo. ex tenore. Itẽ quamdiu habes inimicitias, ut extra eo. de cætero. Item excipiuntur illi, qui leuẽ iniuriam fecerint clerico, ut ext. eo.peruenit.

f ¶Manus.] Idem si pedes, uel si spuat, vel perfundat eum aqua alind dico si rumpat uestimenta sua. sed idem credo & tunc, quia uiolentia fit personæ 1 & quia quæ religiosis, &c.ff.de rei uend.l. quæ religiosis.

1 De hoc no. de pœn.d.1. si quis pulsatus, ibi videas.

g ¶Subiaceat.] Iste canon est latæ sententiæ, & ille extra de fal.ad falsariorũ. extra de loca. ex rescripto.& vbicumq; quis ipso facto incidit in sententiam, vt 24. q.1.cap.1. & 2. Ioan.

QVI AVTEM. Hæc est 3. pars q. in qua ponit diuersos modos sacrilegij. Io.de Fant.

CASVS. In hoc §.ostendit G.q̃ sit pœna sacrilegij s̃m legem sæcularem, & dicit. ꝙ si aliquis sacrilegium cõmiserit, ad instar publici crimi

¶Pro graduum varietate mulctentur, qui clericos occidunt. C. XXVII.

Pann.l.8.c.7. Burc.l.6.c.5. Iuo p.10.c.9. & 134 similia quædam

QVi subdiaconum occiderit; CCC.solid.componat: qui diaconum, CCCC.qui presbyterum [a], DC.qui episcopum, DCCCC.qui monachum.CCCC.

Item ex lib.6.cap.c.90.

¶De eodem. C. XXVIII.

Iuo p.10. c.16. Pann.l.8.c.8.

QVi occiderit monachum, aut clericum; arma relinquat, & Deo in monasterio seruiat cũctis diebus vitæ suæ, nunquam ad sæculum reuersurus, & septem annis publicam [b] pœnitentiam agat †.

† al.gerat.

Item Innocentius Papa II. in concilio Lateranensi capit.15.

¶Qui clericum percusserit, excommunicetur, & non nisi a Romano Pontifice absoluatur. C. XXIX.

Pan.l.8.c.149.

vj SI quis [c] suadente diabolo huius sacrilegij reatũ α incurrerit, quod in clericum [d], vel monachum violentas [e] manus [f] iniecerit; anathematis vinculo subiaceat [g]. & nullus episcoporum illum præsumat absoluere, (nisi mortis vrgente periculo) donec Apostolico conspectui præsentetur, & eius mandatum suscipiat.

α ¶Reatum.] *Sic est emendatum ex codicibus huius concilij manuscriptis, & concilio Eugenij tertij, c.16. vbi hoc idem repetitur. antea legebatur*, vitium, vel crimen incurrerit.

3 *Qui autẽ de ecclesia vi aliquem exemerit, vel in ipsa ecclesia, vel loco, vel cultui, sacerdotibus, & ministris aliquid iniuriæ importauerit; ad instar publici criminis, & læsæ maiestatis accusabitur, & conuictus, siue confessus, capitali sñia a rectoribus prouinciæ ferietur: sicut in primo libro Codicis legitur, titulo de episcopis, & clericis, l. [Si qs in hoc genus sacrilegij proruperit.] & in Digestis tit. Ad legem Iuliam repetundarũ]* [h], *l.vlt. Committunt etiam sacrilegium, qui contra diuinæ legis sanctitatem, aut nesciendo* [i] *cõmittunt, aut negligendo violãt, & offendũt: aut qui de principali iudicio disputãt, dubitãtes, an is dignus* [k] *sit, quem princeps elegerit, vel qui intra*

† peculatus l. sacrilegi. vera lectio, ut in glossa.

tiam? Dic ꝙ Imperator instituit quid iudex ecclesiasticus facturus sit: sicut econuerso, ut 5.q.vlt.de latori.

SI quis.] CASVS. Statuit Inno.in hoc c. ꝙ si quis iniecerit uiolentas manus in clericum, vel etiam in monachum, statim sit anathematis vinculo innodatus, & nullus episcopus eum quouis modo præsumat absoluere, donec Apostolico se præsentet, & eius mandatum suscipiat: nisi sit in mortis articulo constitutus.

c ¶Si quis.] Hoc nomine, si quis, etiam fœminæ continentur, ut ff.de verb.sig.l.1. fœmina enim bene incidit in canonem hunc, vt extra de sent.excom. mulieres.

d ¶In clericum.] Etiam psalmistam, qui clericus dicitur 21.d.cleros, & etiam in alias ecclesiasticas personas, ut no.sup.ea.quisquis.

e ¶Violentas.] Ab hac regula multi casus excipiuntur, vt impuberes, & qui iocosa leuitate se percutiunt, &

cũ per-... s non incur... xcõica-... m.

nis accusatus, & conuictus, & confessus capituli sententia ferietur. & ad hoc probandum inducit duas leges, & hoc in 1.par. in 2.par.dicitur, ꝙ sacrilegium committitur tribus modis secundum legem. Primo, quando aliquis, uel nesciendo, uel negligendo legem violat. Secundo, cum aliquis disputat, an dignus, vel indignus, sit quẽ princeps elegerit. Tertio, quando aliquis in prouincia dignitatem gerendæ administrationis acquirit per ambitionem. Idem dicitur si aliquis disputat de iudicio summi Pontificis. Et ad hoc inducit seq. cap. Secunda pars est ibi, [Committunt.]

h ¶Repetundarum.] Magister errauit in nomine huius tit. sed illud inuenitur. ff.ad leg.Iul.pecu.sacrilegij.

i ¶Nesciendo.] Quia iuris ignorantia diuini, uel naturalis non excusat.

K ¶Dignus.] Quem princeps iudicat dignum, & nos iu-

iudicabimus. simile 93.d.c.1.ff.de re iud.quidam C.de aduo.diuer.iud.restituendæ.in fi.argu.contra,quia possum appellare a iudice quem ipse ex certa scientia dedit 1 extra de off.dele.cum olim 1.extra de app.nouit. extra de sent.& re iudi.cum causa.

1 Et hoc iō q a appellationis remedium omnibus est commune. infra auth. de iudi.§.pen. Io. de Fant.

a ¶Qui intra prouin ciam.] Prætor tamē eligendus est vbi larē fouet,vt C.de off. præto.tres.similiter defensor de ipsa ciuitate eligēdus est. in auth.de defen.ciui. §.1.& vlt. & prælatus potius de gremio proprio, q̃ de alieno,ut 61.d. nullus. & sacerdos de propria diœcesi. 71. d.hortamur.

NEmini.] CASVS. Præcipit Nico.in hoc c.omnibus episcopis,vt nullus eorū de iudicio sedis Apostolicæ iudicet,uel eius sentētiam, uel iudicium retractet: eo quod ecclesia illa priuatū habet, & prærogatiuam inter omnes alias ecclesias.

b ¶Retractare.]Sed ipsemet,vel eius successor potest eam reuocare, ut 35. q.9. sententiam.

SACRILEGII. Dictum est s. quòd sacrilegiū sex modis cōmittitur: nunc vero dicit Gra.ꝙ similiter committit quis sacrilegium,cum Iudæis publica officia committit, & adhoc inducit seq.c.

COnstituit.] CASVS. In Hispania publica officia cōmittebant Iudęis: & propter hoc Christiani a Iudæis lædebantur,& ideo statutū fuit in conc. Tol. ne rectores prouinciarum cum epis de cætero hoc permittant, & si quis fieri permiserit,velut sacrilegus anathematizetur,& Iudæus publicis cædib.deputetur. Cum sacerdotibus.] i.epis.[Eorū.] Idest.Iudęorū.[Obreptiones.]idest,administrationes.[Relictas.]idest,concessas per obreptionem.[Suspendant.]idest, remoueāt, & auferant ipsis Iudæis.

c ¶Qui ex Iudæis.]Idest,de familia ipsorum,vel loquitur de Iudæis de nouo ad fidem conuersis.

d ¶Officia.]Sup.d.54.nulla officia.

e ¶Cędib. Not. ꝙ ecclesia iudicat de his,qui foris sūt; contra id quod est 2. q.1.[multi. hoc in pęna tpali,siue in pecuniaria: similiter in spirituali,sed indirecte,vt extra de vsur.post miserabilem,& est simile 28.q.1.sæpe.

Ecclesia de his qui foris sunt qāque iudicat.

VERVM. Hæc est 4.pars quæst.in qua quæritur quid iuris sit de seruis fugientibus ad ecclesiam, Ioan. de Fan.

prouinciam [a], *in qua prouinciales,& ciues habentur,officium gerendæ,ac suscipiendæ administrationis desiderant, vt Codicis lib.9.tit.de crimine sacrilegij. Similiter de iudicio summi Pontificis alicui disputare non licet.*

Vnde Nicolaus Papa omnibus episcopis.

¶Nemini est permissum de eo, quod Papa statuit, iudicare, vel eius sententiam retractare. C. XXX.

NEmini est de sedis Apostolicæ iudicio iudicare,aut illius sententiam retractare [b] permissum; videlicet propter Romanæ ecclesiæ primatum Christi munere in beato Petro Apostolo diuinitus collatum. Ans.l.1.c.21. Pann.l.4.c.10.

¶*Epistola,ex qua hoc caput est sumptum, non extat:aliquid tamē simile habetur in epistola prima ad Michaelem Imperatorem.*

Sacrilegij quoque reatum incurrit, qui Iudæis publica officia committit.

Vnde in Toletano concilio 4.c.64.legitur.

¶Sacrilegium faciunt,qui Iudæis publica officia committunt.

C. XXXI.

COnstituit sanctum concilium, vt Iudæi,aut hi, qui ex Iudæis [c] sunt,officia [d] publica nullatenus appetant,quia sub hac occasione Christianis iniuriā faciunt. Ideoque iudices prouinciarum cum sacerdotibus eorū surreptiones fraudulenter elicitas [α] suspendant, & officia publica eos agere non permittant. Si quis autem iudicum hoc permiserit, velut in sacrilegum excommunicatio proferatur,& is,qui surrepserit,publicis cędibus [e] deputetur. Dist.54.nulla. Iuo p.13. c.97.

α ¶Elicitas.] *Sic est emendatum ex codice Lucensi regio: quamuis in alijs codicibus conciliorum, & Gratiani legatur,* relictas.

4 *Verum ne reuerentia religionis dominos suo iure fraudaret, si famuli ad ecclesia septa confugientes inde nequaquam abstraherentur; sacris canonibus est institutum,vt præstito a Domino sacramento impunitatis,ei etiam reddantur inuiti.*

Vnde Gelasius † Papa scribit Bonifacio episcopo. † *al.Gregorius.*

¶Post pręstitam securitatem serui restituantur dominis, qui ad ecclesiam confugiunt. C. XXXII.

MEtuentes dominos famuli si ad ecclesię septa cōfugerint,intercessiones debent quęrere, nō latebras Iuo p.16.c.68. & p.3.c.115. Pann.l.2.c.77.& 74.

CASVS. Dictum est s.in c.sicut antiquitus, & in c.miror & cap.rerum,ꝙ nullus extrahi debet de ecclesia,sed quia serui sub hac occasione ad ecclesias fugientes dominos suos iure priuabant,ideo statutū fuit, vt recepto sacramento de impunitate, serui etiam inuitis dominis suis reddantur:quod probat per seq.cap.

MEtuentes.] CASVS. Seruus Petri viri spectabilis fugit ad ecclesiam sancti Clementis: cui cum Petrus

CA-

trus per procuratorem suum sacramentum de impunitate personæ præstare vellet, egredi tamen nolebat: Super quo cum præfatus Petrus conquereretur Gelasio, præcepit idem Gelasius Bonifacio episcopo, ut cum illo procuratore illuc suum nuncium debeat destinare: & si rum: quem cum dictus Orthasius de ecclesia extrahere vellet, præcepit Gelasius vt præstaret sacramentū de impunitate: quod cum facere vellet, noluit Fęlix recipere sacramentum dicens se iustam causam habere, vnde ei nolebat reddere rationem. quare Papa præcepit illum sub hac conditione egredi, ut si rationabiliter aliqd allegaret, nihil durum pateretur. Egressus autem se tueri non potuit: & sic missus est in carcerē. Vxor aūt sua & filiæ suæ Romam uenerunt, & supplicauerūt Papæ pro Fęlice, & respōdet Papa, quia Fęlix renūciauit sacramēto impunitatis, qđ pro se fuerat introductū: & vera fuerunt quæ sibi obijciebantur, imputet sibi qđ tenetur incarceratus quod totum significat Papa Ioanni episcopo Viennēn. Et nota ꝙ in hac parte cap. non dicit Papa quid fieri dēat de Fęlice, sed in sequēti. Vel forte per hoc ꝙ dicit, imputet sibi, innuit qđ non vult eum tueri.

ne hæc ipsa præsumptio tarditatis [a] temeritatem augeat renitēdi. Filius etenim noster vir spectabilis Petrus queritur seruum suum in ecclesia S. Clementis diutius commorari, † cui cum deputasset sacramenta præstari, illum egredi nulla ratione voluisse. Et ideo directus supradictus † homo de præsenti [b] cum eo, quem elegeris esse mittendum, cum de impunitate eius sacramenta [c] præbuerit; eum statim facias ad dominum suum modis omnibus remeare: aut si in hac pertinacia † forte perstiterit; post sacramentum sibi præstitum reddatur inuitus.

† al. commoratum.

† al. supradictis.

† al. peruicacia.

Idem Ioanni episcopo Vienensi. †

† al. Viuanensi.

¶ Securitate recepta ad ratiocinia reddenda fugitiui ab ecclesia redire cogantur. C. XXXIII.

Iuo p. 16. c. 77.

VXor Fęlicis & filiæ Romam, quia sic oportuit, peruenerunt. Si quidem hūc ipsum primum se ad Barbarorum [d] basilicam conferentem, seque bonas causas habere iactantem egredi sub hac cōditione pręcipimus, vt si actus suos fideliter, & rationabiliter allegaret, nihil circa eum prorsus asperum fieri, durumque pateremur. Alioqui si contra fidem, & vtilitatem Dominicam venisse probaretur; ipse sibimet [e] imputaret, [f] atq; † domini ordinationi congruè subiaceret. Qui superueniente filio nostro viro spectabili Orthasio sic est ad singula quæque conuictus vt os aperire non posset, & vera esse, quæ huic obijcerentur, voce propria fateretur: ideoque tenetur custodiæ mancipatus.

† al. atque ordinationi.

Idem Syracusano, & Constantino, & Laurentio episcopis.

¶ Eripiatur in libertatem seruus, cui Christiano Iudæus signaculum circuncisionis impressit: alioquin ab ecclesia domino suo reddatur inuitus. C. XXXIIII.

Iuo p. 13. c. 113.

IVdas, qui Iudaicæ professionis existit, mancipium sui iuris, quod ante paucos annos [g] se asserit comparasse

d ¶ Barbarorum.] proprium est nomē, sicut Carbonensiū.
e ¶ Sibimet.] ꝙ nō petijt cautionem de impunitate.
f ¶ Imputaret. Nota ar. ꝙ imputet sibi qui de iure suo confisus noluit vti beneficio canonis. vnde si quis de iure suo cōfisus incōtinenti litem contestet non petitis inducijs, bene præiudicat sibi, .s. quidam hoc negēt: 1 quia lex dicit quod lite contestata contra hoc indultū habita, pro nihilo habenda est, ut 3. q. 3. offeratur. Item habes hic, ꝙ aliquis potest renunciare priuilegio, quod ad honorem cœlestem inductum est, 2 contra illud extra de fo. compet. si diligenti. simile huic dicit lex, imputet sibi qui pro nouo beneficio uetus eligit grauamen. C. de iure delib. l. ult. §. penult.

Beneficium iuris spernēs sibi dēt imputare.

1 Idē Alex. de Imo. ī l. j. ff. de eden. circa princ. in uer. secundo not.

2 Vī ꝙ bene ſm id quod not. 2. q. 1. in summa.

& si post sacramētum præstitum de impunitate seruus ad dominū redire noluerit, sibi reddatur inuitus. [De præsenti. id est, in præsenti.
a ¶ Tarditatis.] id est, retentionis.
b ¶ De præsenti.] id est, in præsenti. dominus iste poterat per aliū iurare, ut hic patet. 100. distinct. optatum. & scias, quod procurator debet iurare in animam domini: ut 63. di. tibi dn̄o in sancto sed syndici siue œconomi in propriam animam, ut extra de iuram. calum. in pertractandis.
c ¶ Sacramenta. Hoc intellige cum non est tanta sęuitia domini, quin suo sacramēto possit credi, ut dixi 32. q. 1. de Benedicto. Io.

VXor Fælicis. CASVS. Quidam nomine Fœlix, seruus erat villicus uel procurator Orthasij, cuius res male & fraudulenter administrauit. Iste Fœlix cum dominus eum impeteret, ad ecclesiam, confugit Barbarorum: quem cum dictus Orthasius…

IVdas.] CASVS. Iudæus quidam nomine Iudas, conquestus est Papæ Ioanni de quodam suo seruo, qui fugerat ad ecclesiam Venafranam: quem ante paucos annos se comparasse dicebat. Seruus replicabat, quòd à pueritia fuerat Christianus, & nuper à præfato domino signaculum circumcisionis recipit. quare Papa committit causam Syracusano & Constantino & Laurentio episcopis, vt veritatem diligenter inuestigent: quatenus nec religio Christiana temerata videatur impunè: nec seruus forte mentitus iura domini declinare contendat.
g ¶ Ante paucos annos.] s. distinc. 54. cap. mancipia & cap.

cap. nulli, & cap. fraternitatem. contra. sed aliud est dicere se nolle fieri Christianum, secundum illud capit. loquitur, aliud est dicere se esse Christianum, & mentiri, ut sic possit recedere a domino suo, secundum quod loquitur hic.

impunitate debet domino reddi: quem si dominus postea offenderit, debet excommunicari: si uero seruus recepto sacramento de impunitate personæ ad dominum redire noluerit, inuitus a domino occupetur. [Ita ut ei cui reus. Idest, conuentus uel liberator. Criminosus.] Idest,

DIffiniuit. CASVS. Statutum fuit in concilio Toletano, ut nullus audeat facere violētiā in rebus uel psonis fugientium ad ecclesiā intra xxx. passus ecclesiæ, nec etiā extra xxx. passus, cum ad requisita naturæ usus necessarios ne compellantur: ita q ad receptacula extranearum domorum, idest, positarum extra supradictum spatiū non progrediantur: si quis uero contrafecerit, excōicatus regia sententia feriatur: si vero dato sacramēto de impunitate personarū sacerdos fugiētes non reddiderit, & postea tales fugerint: aut sacerdos eos quærere debet: aut secundū electionē principis damnum emendet. [Absque,] Exclusiuè ponitur. Qualiter, Idest, ut secundum electionē principis, idest, ut secundum quod uoluerit damnum arbitrari.

a [Defendat.] Sed quis puidebit istis interim in expēsis. Respondeo, ecclesia, ut de his qui ad eccl. confu. l. pstenti. in fi. sicut custodes carceris puidebunt captiuis. C. de episco. audi. ut iudices.

b [Principis.] idest, iudicis 1 ecclesiastici, uel principalis psonæ, scilicet actoris. & sic non obst. 96. d. denique.

1 Papæ, ut no. de cōsec. dist. 1. compo ta. Arch.

ID constituimus.] CASVS. Hoc capitulum diuiditur in duas partes. In prima di, q si debitor confugerit ad ecclesiam. secundū leges & canones non debet petenti restitui, nisi dato sacramento de indemnitate personæ, ita quod postea debitor ille satisfaciat ei cuius est debitor: si uero post datum sacramentum debitorem in persona offenderit, debet anathematizari. Si autem creditor petat & exigat a debitore ultra quàm debeat, & propter hoc debitor ab ecclesia cōfugerit: sibi imputet creditor, qui plus exigebat. In secunda parte dī, q si seruus propter culpam aliquam ad ecclesiam confugerit, dato sacramento de

nunc ad ecclesiam Venafranam confugisse suggessit (sicut petitorij tenor annexus ostendit) eo quod dicat sibi ab infantia Christiano nuper a præfato domino signaculum circuncisionis infixum. Quapropter vestra diligenter inter vtrumque solicita cura rerum fideliter examinet veritatem; quatenus nec religio temerata videatur, nec seruus hac obiectione mentitus competentis iura domini † declinare contendat.

† al. dominij.

Item ex concilio Toletano 12. c. 10.

¶De atrio ecclesiæ (quod triginta passibus clauditur) nisi prius data securitate fugiens non abstrahatur. C. XXXV.

Iuo p. 3. c. 121. Pann. l. 2. c. 78.

DIffiniuit sanctum concilium, vt nullus audeat confugientes ad ecclesiam, vel residentes inde abstrahere, aut quodcunque nocibilitatis, vel damni, seu spolij residentibus in loco sancto inferre: sed esse potius his ipsis, qui ecclesias petunt, per omnia licitum in triginta passus ab ecclesię ianuis progredi: in quibus triginta passibus vniuscuiusque ecclesię in toto circuitu reuerentia defendatur [a]: sic tamen, vt hi, qui ad eam confugiunt, in extraneis, uel longe separatis ab ecclesia domibus nullo modo abscedant: † sed in hoc triginta passuum numero absque domorum extranearum receptaculo progrediendi † aditum obtinebunt: qualiter ad † requisitæ naturæ vsum debitis exeant locis, & nullo teneantur euentu necessitudinis, qui Dominicis se defendēdos commiserint claustris. Si quis autem hoc decretum tētauerit violare; & ecclesiasticæ excommunicationi subiaceat, & seueritatis regiæ feriatur sententia. Ipsos autem, qui ad ecclesiam confugium fecerunt, si iuxta priscorum canonum instituta hi qui eos repetunt sacramenta non dederint, & sacerdos ecclesiæ ipsius ab ecclesiæ non abiecerit foribus: aut fuga talium, si euenerit, sacerdoti quærenda est: aut damnorum sententia secundum electionem principis [b] huiusmodi sacerdotibus irroganda.

† al. obiecientur. † al. progredientes. † al. qualiter requisitæ naturæ usum debitis expleant locis.

Item ex concilio Aurelianensi primo, c. 3. & 5.

¶Ante securitatem acceptam de atrio ecclesiæ fugitiuus non cogatur exire. C. XXXVI.

ID constituimus obseruandum, quod ecclesiastici canones decreuerūt, & lex Romana constituit, vt ab ecclesiæ atrijs, vel domo [c] episcopi reos abstrahere oīno non

Raban. penit. c. 22. Burch. l. 3. c. 190. Iuo p. 3. c. 107.

Idest, obnoxius propter furtum uel rapinam, uel mutuum quod reddere nolebat, uel quod negabat. [Cui reus,] Idest, debitor. [Componi,] Idest, damnum resarciri, uel debitum reddi. [Intentione,] idest, amplificatione uel augmento pœnæ uel pecuniæ faciente: qui non opponeret nisi plus daret.

c [Vel domo.] Quæ domus erat intra quadraginta passus, ut 41. dist. ēps vilem. & de consecrat. d. 1. ēps. idem tamen priuilegium habet, si est extra istos passus. Ioan.

a [Con-

a ¶ Consignare.] Idest tradere.
b ¶ Vt ei.] Idest cum eo.
c ¶ Criminosus.] Idest, obnoxius.
d ¶ Conuiuio.] Idest, consortio.

liceat: sed nec alteri consignare,[a] nisi ad Euangelia datis sacramentis de morte, & debilitate, & omni pœnarum genere sint securi: ita vt ei,[b] cui reus fuerit criminosus,[c] de satisfactione conueniat. Quòd si quis sacramenta sua conuictus fuerit violasse; reus periurij non solum a communione ecclesiæ, vel omnium clericorum, verumetiam, & a catholicorum conuiuio[d] separetur. Quòd si is, cui reus est, noluerit sibi β intentione[e] faciente componi, & ipse reus de ecclesia actus timore discesserit; ab ecclesiæ clericis non quæratur. ¶ Seruus etiam, qui ad ecclesiam confugerit pro qualibet culpa, si a domino pro admissa culpa sacramentum susceperit; statim ad seruitium domini sui redire cogatur, & postquam dato sacramento domino suo fuerit consignatus, si aliquid pœnæ pro eadem culpa, qua excusatur, γ probatus fuerit pertulisse; pro contemptu ecclesiæ, & præuaricatione fidei, a communione, & conuiuio catholicorum extraneus habeatur. Si vero seruus pro culpa sua ab ecclesia defensatus sacramenta domini † clericis exigentibus de impunitate perceperit; exire nolentem a domino liceat occupari.[f]

C.5. Burc.l.5.c.192. Iuo p.3.c.100. Pann.l.2.c.7?.

† al. sui domini.

α ¶ Reos.] *Sic est emendatum ex originali, Rabano, Burchar. & Iuone, cum in Gratiani codicib. etiam manuscriptis legeretur*, eos.

β ¶ Noluerit sibi.] *Antea legebatur*, uoluerit. *Mutatum est ex concilij exemplarib. etiam manuscriptis, & nonnullis ipsius Gratiani, & cæteris collectoribus, quamuis in recentiore Coloniensi editione absit dictio*, sibi.

γ ¶ Excusatur.] *Sic in omnibus Gratiani, & conciliorum codicibus impressis, & manuscriptis. Apud cæteros collectores est*, accusatur.

5 *Occasione namque religionis seruus dominum suum contemnere, & eius ministerium destituere non debet.*

Vnde in Gangrensi concilio, c.3. legitur.

¶ Religione occasionis dominum suum non audeat seruus contemnere.

C. XXXVII.

Iuo p.16.c.102. & p.13.c.48.

In ca. græcarum synod. Mart. Bracha.

vij SI quis seruum alienum occasione religionis docet dominum suum contemnere, & eius ministerium destituere, ac non potius docuerit eum suo domino bona fide, & cum omni honorificentia deseruire, anathema sit.

Item ex concilio Martini Papæ, c.47.

¶ Corripiatur durissime, qui causa religionis docet seruum dominum suum contemnere.

C. XXXVIII.

Bur.l.8.c.25. Iuo p.7.c.43.

Et in Cartha.5. c.4.

viij SI quis seruum alienum causa religionis doceat contemnere dominum suum, & recedere a seruitio eius durissime in omnibus arguatur.

Item ex concilio Carthaginensi, c.26.

¶ Primati insinuetur necessitas, quæ res ecclesiæ distrahere compellit. C. XXXIX.

Ant.l.5.c.45. Iuo p.3.c.153

NVllus res ecclesiæ distrahat. Quòd si

e ¶ Intentione.] i. plus debito requir. f ¶ Occupari.] auctoritate propria, vt videtur ext. de immu. eccl. inter alia & facit argu contra. sup. ea. c. proxi. in fin. & C. de his qui ad eccl. confu. l.3. Ioan.

OCCASIONE. Hæc est 5. pars q. in qua probatur, quod seruus occasione religionis non debet dominum carnalem fugere, & hoc facit per duo c. Io. de Fant.

CASVS. Dictum est supra in §. verum, quod serui occasione religionis dominos fraudabant iure suo: nunc ostendit hoc non esse faciendum.

SI quis seruum.] CASVS. Dicit in hoc c. si quis occasione religionis docet seruum dominum suum contemnere, & ab eius seruitio recedere, anathema sit. Idem dicitur in seq. c. cuius casus patet.

NVllus. CASVS. Facta interpositione de sacrilegio, reddit magister ad principale propositum, s. ad tractatum propositæ quæstionis, s. quod res ecclesiæ non sunt alienandæ. Est ergo casus talis. Statutum fuit in Carth. conc. vt nullus res ecclesiæ subtrahat: si autem necessitas immineat debiti, & ecclesia non habeat redditus vnde soluat: tunc fieri potest alienatio possessionis: sed fiat hoc cum consensu primatis, & cum statuto numero episcoporum. si vero tanta sit necessitas, vt super hoc primas. i. patriarcha consuli non valeat, fiat alienatio coram duobus, vel trib. vicinis episcopis, & postea in concilio patriarchæ significetur. si quis vero contra fecerit, deponatur. Hoc hodie locum non haber, quia episcopus cum de consensu canonicorum potest alienare, vt 12. q.2. fine exceptione.

a ¶ Red-

a ¶ Redditus.] idest, mobilia bona, quæ sufficiunt ad soluendum debitum.
b ¶ Vt cum statuto.] illud hodie non requiritur, quia hodie sufficit consensus episcopi, & capituli. 12. q. 2. sine exceptione, & extra de ijs quæ fi. a præla. quanto, & c. cum Apostolica. 1
c ¶ Non possit.] Arg. est hic, quod si propter periculum moræ non possunt absentes vocari ad electionem, quod eis absentibus, & non vocatis pot fieri electio. 2 vt 96. d. c. 1. ver. Eulalius, & 26. q. 6. Aurelius Io.

let donatio quantum ecclesiæ parietes concludunt, quod probat seq. cap.
f ¶ Episcopo consentiente.] Non dicit bene, quia bene potest auctoritate episcopi 3 abbas alij dare ecclesiam: sed ideo reprobatur donatio facta ab abbate cum consensu

1 De hoc etiam no. 12. q. 1. c. 1. vers. quod si necessitas.
2 Ad idem ext. de elect. quod sicut, & c. cum inter uniuersas.
De hac materia no. 12. q. 1. factus. Arch.
Prædia monasterij inconsulto epo non possunt alienari.
3 Dic, quod sufficit con[sen]sus epi, n[on] conuentus [...] bati conse[n]tiant. ext. [de] reb. eccl. n[on] alie. c. 1. in [...] & ext. de h[is] q fiunt a p[ræ]la. c. 2. & c. [...] noscitur, [...] ext. de reb. ecl. non alie[n]. c. ad nostr[am] sm Host. q[uod] ita not. in [...] di. c. 1. de [reb.] eccl. non al[ie]. Arch.

redditus α a non habet, & aliqua nimia necessitas cogit, hanc insinuandam esse primati ipsius prouinciæ censemus, ut cum statuto b numero eporum, vtrum faciendum sit, arbitretur. Quòd si tanta vrget necessitas ecclesiæ, ut non possit c ante † primatem consulere; saltem uicinos testes β conuocet episcopos, curans ad concilium referre omnem ecclesiæ necessitatem. Quod si non fecerit; reus Deo, & sancto concilio venditor honore amisso γ teneatur.

† *al. ante consulere.*

¶ *Hoc est c. 26. Carthaginensis vnici inserti in codice canonum, itemq; Græci quod sumptum est ex c. 4. concilij quinti Carthaginensis. In neutro tamen sunt hæc omnino verba,* nullus res ecclesiæ distrahat. *sed,* Placuit, vt rem ecclesiæ nemo vendat, *quemadmodum, & apud Iuonem.*
α ¶ Quod si redditus.] *Græcè est,* ὅπερ πρᾶγμα ἐὰν προσόδους μὴ ἔχῃ *i.* Quæ quidem res si redditus non habeat.
β ¶ Vicinos testes.] *Sic in codice canonum, & fore in græco canone, & in margine recentiorum Coloniensium editionum. In contextu autem ipsarum, & vetustiorib. editionib. ac duobus, Vaticanis codicib. & apud Iuonem legitur,* saltem post factum curiositatem habeat, & vicinis epis hoc ante indicare, & ad concilium, &c. *In Soriensi autem regio,* curet hoc statim agere, vel vicinis, &c.
γ ¶ Honore amisso.] *Verba hæc sunt in concilio inserto in codice canonum, in codice Soriensi regio, & canone græco. Absunt autem ab omnib. editionib. concilij quinti Carthaginensis, & duob. Vaticanis exemplarib. & Iuone.*

Item ex concilio Agathensi, c. 56.

¶ Sine licentia episcopi quidquid abbas vendiderit, in irritum deducatur. C. XL.

IN venditionibus, quas abbates facere præsumunt, hæc forma seruetur, vt quidquid sine episcopi d licentia δ venditum fuerit, ad potestatem episcopi reuocetur. ¶ Mancipia vero monachis donata ab abbate non liceat manumitti. e Iniustum enim putamus, vt monachis quotidianum rurale opus facientibus, serui eorum libertatis otio potiantur.

Iuo p. 3. c. 163.
sup. d. 54. abbati.

δ ¶ Licentia.] *Sic est adscriptum in margine in recentioribus Coloniensib. editionibus: sed in antiquioribus, & codicibus manuscriptis, & apud Iuonem est,* notitia.

6 *Etiam si episcopo consentiente f monasterij possessio ab abbate data fuerit, nullius momenti erit donatio: nisi forte in ecclesiæ fabricam erigendam donatio processerit. Quo casu tantum ei donare licet, quantum ecclesiæ parietes concludunt.*

Vnde Gregorius scribit lib. 7. indict. 1. epist. 33. Ioanni episcopo Scyllacano.

IN venditionib.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, quod si abbas aliqd alienauerit sine licentia episcopi, per epm debet reuocari. In 2. par. dicitur, quod abbas mancipia monasterio donata manumittere non debet, ut ipsi otio potiantur libertatis, & monachi rurali opere fatigentur. Secunda pars, est ibi, [Mancipia.]
d ¶ Episcopi.] Quidam dicunt id quod hic dicit, & 12. q. 2. abbatib. hodie non tenere, per id quod est infra prox. q. 2. nullam, ubi dicitur, quod tota dispositio monasterij ad abbatem pertinet: sed eis obuiat quod est ext. de reb. eccl. non alie. c. 1. Hoc scias quod nullum prædium potest alienari inconsulto epo loci in cuius diœcesi situm est prædium, ut C. de præd. mino. l. si prædium, & ext. de foro comp. c. sane.
e ¶ Manumitti.] quia qui manumittit mancipium ecclesiæ, duo dabit ecclesiæ pro illo, ut 12. q. 2. episcopus qui sed cum abbas nihil habeat. ergo nihil pot dare, ut 54. dist. abbati. Io.
ETIAM. Hæc est 6. pars q. in qua dicitur, quod non potest abbas etiam epo consentiente dare loca aliqua in damnum monasterij. Io. de Fant.
CASVS. Nunc ostendit Grat. quod etiam consentiente episcopo abbas sine consensu monachorum, uel etiam cum consensu, si ecclesia lædatur, dederit possessionem, quòd non valet donatio nisi in fabricam ecclesiæ erigendam quo casu ualet

su episcopi in seq. cap. quia episcopo dedit abbas, & ipse eps non potuit confirmare donationem sibi factam, quia nemo potest præstare auctoritatem rei propriæ, ut ext. de insti. cum ad nostram, & ff. de aucto. tuto. l. 1.

Quæ-

Pro huiuscemodi ergo statutum est, ut causa, & utilitatis monasteriorum per episcopo disponantur.

Vnde Gregorius scribit Vitali defensori Sardiniæ, lib. 7. epist. 65.

Ans. l. 7. c. 184. Poly. l. 3. tit. 3.

¶Vtilitates monasterij a proprio episcopo debent disponi. C. XIX.

COgnouimus, quod monasteria seruorum Dei, vel etiam fœminarum pro suo quisque libitu, & diuersarum causarum executione perturbat. Quod omnino non grate suscipimus: tuamque experientiam ex hoc commonemus, ne quemquam hoc vsurpare denuo, accepta nostra auctoritate permittas; sed vt episcopo loci illius sub cuius moderamine degunt, curę sit eorum causas, vtilitatesque disponere. Valde enim est incōgruum, vt omisso [c] eo alius quilibet eorum se causis admisceat: sed ille eorum vitam competenti, regularique debet moderamine disponere; qui pro commissis eorum animabus [d] compellitur reddere rationem.

7 *Pro huiusmodi etiam prohibet B. Gregorius mulieres passim ad monasterium accedere, & monachorum commatres fieri, scribens Valentino abbati, lib. 3. epist. 40.*

Ans. l. 7. c. 183.

¶Neque commatres sibi facere, neque ad fœminas accedere monachis licet.

C. XX.

j PEruenit ad nos, quòd in monasterio tuo passim mulieres ascendant †, & (quod adhuc est grauius) monachos tuos sibi commatres [e] facere, & ex hoc incautam cum eis communionem habere. Ne ergo hac occasione, humani generis inimicus sua eos (quod absit) calliditate decipiat; ideo huius te præcepti serie commonemus, vt neque mulieres in monasterio tuo deinceps qualibet occasione permittas ascendere †; neque monachos tuos commatres sibi facere. Nam si hoc denuo ad aures nostras quocumque modo peruenerit: si te seuerissime noueris vltioni subdendum, vt emendationis tuæ qualitate cæteri sine dubio corrigantur.

† al. accedant.

† al. accedere.

c ¶Vt omisso.] Arg. quod omisso episcopo non potest appellari ad metropolitanum, ut 6. q. 3. scitote. Io.

d ¶Animabus.] Ar. cui maius committitur, & minus, ut 12. q. 1. pręcipimus.

PRO HVIVSMODI. Hęc est septima pars quæstionis, in qua monachi prohibentur habere commatres. Io. de Fant.

CASVS. Dictum est s̄. in c. cognouimus ꝙ quidam abbates, vel monachi, clerici, uel laici monasteria pro solo libitu perturbabāt: nunc vult ostēdere Gratianus, ꝙ propter huiusmodi pturbationes mulieręs indifferenter ad monasteria non accedant nec fiant monachorum commatres, & ad hoc inducit seq. c.

PEruenit.] CASVS. Valentinus abbas pmittebat indistīcte mulieres ad suū monasteriū accedere, & monachos mulieres sibi facere cōmatres, & pp hoc Greg. sibi pręcepit, ut hoc de cętero fieri nō permittat, qđ si fecerit, sic eum puniet, ut eius pęna cęteri terreantur.

a ¶Abbatibus.] sup. 93. dist. nulla ratione.

b ¶Episcopalia.] Licet abbas sit exemptus: tamen primo debet petere iure episcopalia ab episcopo loci, nisi ipse malitiose deneget ea.

PRO HVIVSCEMODI. CASVS. Concludit

c Commatres.] Sed nonne per baptismum contrahitur compaternitas? Sic, vt 20. q. 1. omnes: sed monachi possunt baptizare, ut 16. q. 1. doctos. ergo possunt fieri compatres. Rn̄. possunt fieri compatres baptizando, sed non leuando, quia in illo maior cōtrahitur familiaritas. Io.

Monachi leuando compatres fieri nō possunt, sed bene baptizando,

NON

NON SOLVM. Hæc est octaua pars quæstionis, in qua mandatur, ꝙ manasteria monachorum, & monialium non sint duplicia : & hoc probatur per quatuor cap. Io. de Fant.

CASVS. In superiori cap. prohibiti sunt monachi a communione mulierum sæcularium, nunc ꝓhibentur a communione, & cohabitatione monialium, et ad hoc inducit seq. c. Gratianus.

Diffinimus. CASVS. Hunc casũ sic ponũt Bar. & Bene. Antiquit⁹ duplicia erãt monasteria, in quibus monachi & monachæ simul, vel alternatim cõueniebãt in eodẽ choro ad officiũ faciendũ: sed quia poterat hoc multis esse occasio fornicandi : ideo statutũ est in sexta synodo ut de cetero duplicia monasteria nõ faciant, & q̃ hactenus fuerint duplicia, diuidantur : ita .s. vt monachi a monialibus diuidãtur. Et quando aliqui cũ consanguineis conuiuari voluerint, uiri uadant ad monasteria uirorum : fœminæ uero ad monasteria monacharũ, & quando a parte monachorum ad moniales cibaria deferũtur, suscipiat abbatissa extra portam cum quadam vetula moniali. Et si ꝓpinquæ suæ monachus loqui uoluerit, in p̄sentia abbatissæ loquatur, & hoc cito. [Cum cognatis.] H. hanc literam sic intelligit. Abrenunciare voluerint rebus .s. cognatis, idest, rebus & cognatis, quod facere debet quicumque transit ad religionem, vt 12. q. 1. cui portio. [Intercipit,] idest, arripit, & inuadit. [Cohabitationem.] idest, cohabitantes. Si est in litera cohabitatio, tũc dic intercipit, idest, incurrit adulteriũm. Sequentia duo cap. patent.

8 *Non solum autem incauta familiaritas aliarum mulierum eis inter dicitur, verumetiam a sanctimonialium † habitatione prohibentur.* † *al. monialium.*

Vnde in vij. synodo, c. 20. legitur.

¶Cum sanctimonialibus, monachis habitare non licet. C. XXI.

Iuo p. 7. c. 25.

Diffinimus minime duplex [a] monasterium fieri, quia scandalum id, & offendiculum multis efficitur. Si vero aliqui cum cognatis [b] mundo abrenunciare, & monasticam vitam sectari voluerint; debent quidem viri virorum adire cœnobium; fœminæ vero mulierum ingredi monasteriũ. In hoc enim placatur Deus. Quæ autem hactenus fuerunt † dupla: secundum regulam sancti patris nostri Basilij, & secundum præceptionem eius ita formentur. Non habitent in vno manasterio monachi [c], & monachæ. Adulterium enim intercipit [d] cohabitationem α : si habeat aditũ monachus ad monacham, vel monacha ad monachũ secreto singulariter ad collocutionem. Nõ cubet monachus in muliebri monasterio: neq; singulariter cum monacha conuiuetur : & quãdo necessaria vitę a parte virorum ad regulares deferuntur; extra portam hęc suscipiat abbatissa monasterij fęminarũ cum aliqua vetula monacha. Porro si contigerit, vt aliquam propinquam suam videre voluerit monachus; in præsentia abbatissæ huic confabuletur per modica & compendiosa verba β, & in breui [e] ab ea discedat. † *al. sunt.*

α ¶Cohabitationem.] *Sic est emendatum ex plerisque manuscriptis Gratiani, & duobus codicibus uersionis Anastasij cuius tamen hæc non est ipsa omnino uersio. Ante legebatur,* cohabitatio *Græcè est*, μοιχέια γὰρ μεσολαβεῖ τὴν συνδιαίτησιν.

β ¶Et in breui.] *Hæc non sunt in canonum græcorum vulgata editione, sed apud Balsamonem habentur.*

Item in regesto Gregorij.

Apud Iulianum ante c. nouella 123. ca. 54.

¶Monachi, & monachę in nullo simul cohabitent loco. C. XXII.

Burc. l. 8. c. 65. Iuo p. 7. c. 83. Poly. l. 4. tit. 34.

IN nullo loco monachos, & monachas permittimus vnum [f] monasteriũ habitare; sed nec ea, quę duplicia vocãt. Et si quod tale est, religiosus episcopus mulieres quidem in suo loco manere studeat; monachos aũt aliud monasterium ędificare cogat. Si autem plurima sint talia monasteria; separentur in alijs monasterijs monachæ,

Moniales visitare non licet.

a ¶Duplex.] In quo sunt monachi, & monachæ.

b ¶Cognatis.] Nam qui sæculo vult, & rebus renunciare, renunciabit, & cognatis. 12. q. 1. cui portio.

c ¶Monachi.] Immo nec clericus nec laicus dẽt visitare monasterium monialium, vt extra de vita, & honest. cler. monasterio.

d ¶Intercipit.] Idest, intercipere solet, qa ex cohabitatione præsumitur accessus. 27. q. j. nec aliqua, & 81. d. clericus, & c. in omnibus, & 35. q. 6. ab isto, & est arg. hic, quod cum petitur restitutio consanguineę, quod non solum commistionis, immo nec cohabitationis facienda est restitutio.

e ¶Et in breui.] Hic manifeste perpenditur, quòd præsumitur varijs modis contra aliquem, & pro aliquo ex cohabitatione, ex loco, ex singularitate, ex societate, & breuitate temporis, quæ omnia iudex discretus considerabit, ut 23. q. 8. occidit, & 81. d. in omnibus. j. de pæ. d. 1. aut facta. ext. de test. cum causam.

Præsumpti[...] contra al[...]quem, & [...] aliquo e[...] multis sun[...]tur.

f ¶IN nullo loco.] ¶In vnum.] Ferre eadem verba ponuntur in auth. de sanctissimis episcopis, §. si quis autem ad monasticam vitam. coll. 9.

e ¶Et

a ¶Iu-

& in alijs monachi;res autem, quas habent communes, ſecundum iura [a] eis competentia diſtribuantur.

¶ *Burchardus etiam & Iuo Gregorium citãt: apud quẽ nonnihil habetur ad hanc rem faciens lib.1.regeſt.epiſt. 48.& lib.7.indic.2. epiſt.39. Verba tamen ipſa leguntur apud Iulianum antecess. nouella 123.c.54.*

Item ex concilio Agathenſi, cap.28.

¶ A monaſterio monachorum longius conſtruantur monaſteria puellarum. C. XXIII.

Iuo p.3.ca.158.

MOnaſteria puellarum longius a monaſterijs monachorum, aut propter inſidias diaboli, aut propter oblocutiones hominum collocentur.

Item ex concilio Hiſpalenſi 2. cap.11.

¶ Puellarum monaſteria monachorum præſidio, & miniſterio regantur. C. XXIIII.

† *al. vndecima*] orig.

† *al. prouidemus.*

Burch.l.8.c.53. Iuo p.7.c.71.

† *al. peculiaritate.*

† *al. abbati vel ei.*

IN decima † actione cõmuni conſenſu decreuimus; vt monaſteria virginum in prouincia Bętica monachorũ adminiſtratione, ac præſidio gubernentur. Tunc.n.ſalubria Chriſto dicatis virginibus † præbemus; qñ eis patres ſpirituales eligimus, quorum nõ ſolum gubernaculis tueri; ſed et doctrinis ædificari poſſint: ea tñ circa monachos cautela ſeruata, vt remoti ab earum familiaritate, † nec vſq; ad veſtibulum habeant accedendi familiare permiſſum. Sed neque abbatem, † vel eum, qui præficitur, extra eam, [b] quæ præeſt, loqui virginibus Chriſti aliquid, qđ ad inſtitutionem [α] earum pertineat, licebit: neq; cum ea ſola, quæ præeſt, frequenter eos loqui oportet; ſed ſub teſtimonio duarum [c] vel trium ſororum: ita vt rara ſit acceſſio, & breuis omnino locutio.

α ¶ Inſtitutionem.] *Sic legitur in vetuſtis Gratiani codicibus, & in antiquioribus conciliorum editionibus; & duob. codicibus Vaticanis: in recentiorib. autem Colonienſibus*, quod ad inſtitutionem morum non pertineat.

9 *Prohibentur etiam ſanctimoniales propria receptacula habere.*

Vnde Innocentius ſecundus in concilio Romæ habito, cap.26.& 27.

¶ Sanctimonialibus receptacula, ſeu domicilia priuata habere non licet. C. XXV.

PErnicioſam, & deteſtabilem conſuetudinem quarundã mulierum (quæ licet neq; ſecundũ regulam B.Benedicti, neque Baſilij, aut Auguſtini viuãt; ſanctimoniales tamen vulgo cenſeri deſiderant) aboleri decernimus. Cum.n. iuxta regulam degentes in cęnobijs, tam in eccleſia, quàm in refectorio, atq; dormitorio cõiter [d] eſſe

a ¶ Iura.] Fortè pro numero perſonarum, cum enim collegium ſeparatur, pro numero perſonarum diuiduntur bona, vt ff. de colle. illi. l.1. in fi. Vel fortè ſecundum quòd quilibet dedit monaſterio, arg. 12.q.4.c.1.

IN decima.] CASVS. Statutum fuit in concilio Hiſpalen. vt monaſteria monialium in prouincia Bethilica 1 per monachos gubernentur, hac tamen cautela ſeruata, vt monachi cum monialibus familiaritatem non habeant, nec abbas, vel alius qui in monaſterio præficitur loquatur cũ aliqua earum ſine ſpeciali conſcientia abbatiſſæ, etſi velit dicere aliquid quod ad inſtitutionem earum pertinet: nec etiam cum ſola abbatiſſa frequenter loquatur: ſed ſub teſtimonio duarum, vel trium ſororum. & hoc etiam raro fiat, & ſit talis locutio breuis:

1 ...

b ¶ Extra eã.] Ideſt præter cõſcientiam abbatiſſæ.

c ¶ Duarũ.] Hic patet, ꝙ ſi clericus accuſetur, q deliquerit cum moniali, uel cũ alia põt ſe expurgare cum mulierib. ad quid.n. vocarentur iſtæ, ſi non poſſent eſſe teſtes? Cũ enim clericus repellatur a dignitate obtinẽda propter teſtimonium mulierũ, ut extra de teſtibus, tam ex literis. multo potius per eas expurgare ſe põt. vnde ſatis admitti poteſt, quòd ſi clericus non poteſt habere alios cõpurgatores clericos, ꝙ per honeſtos laicos poteſt ſe purgare, ut 2.q.5. cap. omnibus, in fi. 81. diſtin. clerici. 2 & ſic 12. quæſt. 1.c. 1.& in Auth. de mo nach. §. cogitãdum, collat.1.

Mulieres & pro clerico, & cõtra cleri cum poſſunt teſtificari.

2 Vbi de hoc & ext. de p̃ſumpt. cum in iuuẽtute, in fi. ibi uideas. Arch.

PROHIBENTVR ETIAM. Hæc eſt 9. pars quęſtionis ſecũdum Ioan. de Fant. CASVS. Non ſolum prohibentur moniales eſſe cum monachis, ſed etiã prohibentur propria receptacula habere.

PErnicioſam.] CASVS. Hoc c. diuiditur ĩ duas partes. In prima parte dicitur, quod quędã moniales ꝓpria habent receptacula, & proprias cameras, in quib. ſub ſpecie hoſpitalitatis recipiebãt hoſpites minus honeſtes: quare Innoc. ſecundus eas reprehendit, & prohibet ne hoc de cętero faciãt: ſed in eodem refectorio, & dormitorio cõiter viuant. In ſecunda parte dicitur, quòd moniales ſimul cum monachis, & canonicis in choro nõ ueniãt ad pſallendum. Secunda pars ibi, [Simili modo.]

d ¶ Communiter.] Ideo communiter omnia faciunt, vt ſibi inuicem ſint teſtes & honeſtatis, & caſtitatis, ut in Auth. de mon. §. cogitandum, coll.1. 3

3 Niſi eſſent qdã a cõione ad meliora exẽpti, ut eſſent anachoritæ, & ita excluſa Camaldul. ſed dicit, ꝙ nõ debẽt inter ſæculares, &c. qa ne ſoli, &c. ext. de ſta. monac. monachi, ſecundum I.

ITEM SVNT. Hæc est 10. pars q. in qua probatur, ꝙ clerici sæculares non debent esse abbates in monasterijs, & hoc probatur per duo c. Ioan. de Fant.

CASVS. Hactenus probauit Grat. ꝙ quædam monasteria sunt in potestate episcoporum propter dissolutionem, & malitiã monachorũ. Modo probat contrarium: scilicet, ꝙ quædam sunt exempla p̄p auaritiã ep̄orũ. qui in salutē animarum negligētes, monasteria suis bonis spoliant. & tales erant clerici Rauennatis ecclesię: q monasterijs præfici cupiētes, in ecclesiastica militia remanere uolebant, ut inf. cap. 1. & 2.

PEruenit.] CASVS. Bene. sic ponit casum. Significatum fuit Greg. ꝙ in archiep̄atu Rauen. quidam clerici monasterijs prę ponebãtur quorum occasione monasteria fiebãt habitacula laicorũ. quare p̄cepit Greg. Ioanni archiep̄o Rauenn. ut hoc mēdare festinet. H. uero hunc casũ sic ponit. Erant quidam clerici Rauennates, qui sub obtētu religionis monasterij p̄esse volebãt: sed primas ecclesias non dimittentes, monasteria ultra modũ grauabãt: & ea quasi cõia habitacula habebãt etiam laicorũ propter quod Greg. scribit archiep̄o Rauen. ut talia prohibeat, & de cætero fieri nõ permittat.

a ¶Fingunt.] Tales sunt cogendi, vt vel ueri clerici, uel ueri monachi sint, ut extra de reg. ut clerici.

b ¶Præponit.] De talibus habuisti. 16. q. vlt. cap. 3.

c ¶Destruantur.] Id est, conuertantur in aliam formam, vt infra causa proxi. q. 3. §. quæritur.

DVdũ.] CASVS. Casum istũ sic pone. Grego. præcepit Ioanni Rauēnati archiepiscopo, ut clericos sęculares, qui monasterijs p̄ficiebant, quorũ occasione monastica regula dissoluebatur, & monasteria grauabantur, ab ipsis monasterijs remoueret; quod quia morte præuentus facere non potuit: ideo idem Grego. præcepit Mariniano eius successori, vt hæc adimpleret: qui cum in hoc negligens extitisset, scripsit ei Gregor. secundo mandans ei, ut omni mora, omnique excusatione remota ita studeat monasteria releuare a grauamine clericorum, ut de cætero in eis nullam habeant licentiam accedendi, nisi causa prædicandi, uel nisi

debeant; propria sibi ędificant receptacula, & priuata domicilia, in quibus sub hospitalitatis velamine passim hospites, & minus religiosos contra sacros canones, & bonos mores suscipere nullatenus erubescunt. Quia ergo omnis, qui male agit, odit lucem, ac per hoc ipsæ abscon ditæ in iustorum tabernaculo se opinantur posse latere oculos iudicis cuncta cernentis, hoc tam inhonestum, detestandumque flagitium, ne vlterius fiat omnimodis prohibemus, & sub pœna anathematis interdicimus. Ioan. 3.

¶Simili modo prohibemus, ne sanctimoniales simul cũ canonicis, vel monachis in ecclesia in vno choro conueniant ad psallendum. In conc. c. 27.

α ¶Regulam.] *In vulgatis sequebatnr*, S. Benedicti: *cũ tamē paulo superius aliarum etiam regularum sit facta mentio. Quare inductæ sunt istæ voces auctoritate uetustorum codicum, & ipsius concilij: ex quo etiam alia nõnulla sunt emendata.*

10 *Item sunt alij, quos episcopi prægrauantes, salutē ipsarũ animarũ negligunt, quibuslibet † occasionibus bona monasteriorũ distrahere cupiunt. Tales erant quidã clerici Rauennatis ecclesiæ: qui simulata religione monasterijs cupiebant præfici, non transeuntes ad monasticum habitum, neque renunciantes ecclesiasticæ militiæ.* † *al. quibuslibet vero.*

De quibus Gregorius scribit Ioanni Rauēnati episcopo, lib. 4. epist. 1.

¶Monasteria, clericorum, aut laicorum habitacula fieri non debent. C. XXVI.

ij PEruenit ad me, quòd in ecclesia fraternitatis tuæ, aliqua loca dudum monasterijs consecrata, nunc habitacula aut clericorum, aut etiã laicorum facta sunt: dumque hi, qui sunt in ecclesijs, fingunt [a] se religiosè viuere; monasterijs præponi [b] appetunt: & per eorum vitam monasteria destruunt. Nemo enim potest ecclesiasticis officijs, &c. *& infra.* ¶Proinde fraternitas tua, hoc, quolibet in loco factum sit, emendare festinet: quia ego nullo modo patior, ut sacra loca per clericorũ ambitum destruantur[c]. Ans. l. 5. c. 64. Iuo p. 3. c. 18. Poly. l. 3. tit. 15. sup. 16. q. 1. nemo.

Idem Mariniano episcopo Rauennati, lib. 6. epist. 40. siue cap 204.

¶Qui in sacro ordine sunt constituti, in monasterijs nullam habeant potestatem. C. XXVII. Poly. ibidem. Ans. l. 5. c. 65.

DVdum ad nos multorũ relatione peruenerat, monasteria in Rauennæ partibus constituta omnino clericorum vestrorum dominio prędrauerit: ita vt occasione quasi regiminis ea (quod dici graue est) velut in proprietate possideant. Quibus non modicum condolentes decessori vestro epistolas misimus; vt hoc per omnia emendare debuisset. Sed quoniam vitæ est termino citius occupatus; ne hoc onus monasterij remaneret, frater_

nisi a monachis fuerint inuitati: ne si aliter fiat, compellatur Greg. aliter monasterijs prouidere cū diu hoc pati non velit. Ab illo tamen loco, [Ne si aliter fiat.] sic posuit Bene. casum, idest, ne si aliter fiat, in se patiatur districtionem hortandi, idest admonendi, vel prædican-

morte, ut ext. de off. deleg. quoniam abbas. Alij dicunt aliud esse in præcepto, quam in mandato.
b ¶ Hortandi.] idest, prædicandi.
c ¶ Inuitati.] Sup. ea. luminoso. Io. 2
d ¶ Sed ne.] 16. q. 1. ne pro cuiuslibet.

nitati vestræ hæc eadem nos scripsisse recolimus. Et quia, vt comperimus, in huius rei hactenus correctione cessatum est: hæc ad vos iterum præuidimus scripta dirigere. Hortamur ergo, vt oī mora, omnique excusatione submota, ita monasteria ipsa ab huiusmodi studeatis grauamine releuare: quatenus nullā deinceps in eis clerici, vel ij, qui sunt in sacro ordine constituti ob aliud (nisi hortandi a b tantummodo causa) accedendi habeant licentiam: aut si forte ad peragenda sacra Missarum fuerint inuitati c mysteria. Sed ne d pro cuiuslibet monachi, aut abbatis promotione, &c. *& infra.* ¶ Nec illi vlterius habeāt potestatem aliquā: ne monasteria huius occasionis velamine ea, quæ prohibemus, β sustinere onera cōpellantur. Hæc itaque omnia vigilanti cura emendare iam secūdo commonita sanctitas uestra nō differat: ne si post hęc negligentes vos esse (quod non credimus) senserimus: aliter monasteriorum quieti prospicere compellamur. Nam notum vobis sit, quia tantæ necessitati seruorum Dei congregationem amplius subiacere non patimur.

sup. 16. q. 1. nemo.

a ¶ Hortandi.] *In originali impresso, & manuscripto legitur*, orandi. *Sed ob glossam, & quia in sequenti capite ē vox*, Exhortādi. *nō est mutatū. Alia uero sunt emēdata.*
β ¶ Prohibemus. *In vulgatis sequebatur*, simul cum canonicis, & monachis in ecclesia, *quæ sublata sunt auctoritate originalis, & duorum Gratiani exemplarium.*

Idem eidem lib. 7. ind. 1. epist. 18.

Iuo p. 7. c. 14.

¶ Causa visitādi, & exhortandi monasterium episcopus adire potest. C. XXVIII.

11 Visitandi, exhortandique gratia ad monasterium, quoties e placuerit ab antistite ciuitatis accedatur: sed sic charitatis officium illic episcopus impleat, vt grauamen f aliquod monasterium non incurrat.

Item ex concilio Aurelianensi.

¶ Frequenter episcopi monasteria visitent, & quæ corrigenda sunt corrigant. C. XXIX.

Burc. l. 8. c. 61. Iuo p. 7. c. 85.

Non semel, sed sępius in anno episcopi visitent monasteria monachorum: & si aliquid corrigendum fuerit, corrigatur.

¶ *Hoc caput apud Burchardum, & Iuonem est insertum capiti, abbates, sup. ea. vt ibi notatum est. simile quiddam habetur in Pannormia ex concil. Rothomagensi, lib. 3. c. 215.*

12 *Pro talibus,* g *qui animarum curam non habentes*

Visitandi.] Hæc est 11. pars q. secundum Io. de Fāt. e ¶ Quoties.] Cū vtilitas, vel necessitas exigit; aliās semel tm̄ in anno veniet episcop°, vt no taui 10. q. 1. decreui mus; uidetur tamē. q̄ hodie bis ī anno possit ex officio suo visitare, ut extra de censi. cum uenerabilis. in fi.
f ¶ Vt grauamen.] i. vt nō exigat enormē, & immoderatā procuratione, vt 10. q. 3. illud sed fm q̄ taxatur, ext. de cēsi. cum Apostolus, & hoc intelligas cum eps accedit ad ecclesiam propter vtilitatem ecclesiæ. Sed si causa proprij negotij accedit, nō tenetur ei monasteriū prouidere, vt 10. q. 1. relata, & c. placuit. 12. q. 2. charitatē. ext. de cēs. cū venerabilis ibi, cū causa correctionis, &c.

Non semel.] PRO TALIB. Hęc est 12. pars q. in qua probat, q̄ licet monasteria lege dięcesana non subsint epō si nō habēt populū: tamē in fundatione, siue dedicatione monasterij, ponit aliqd de pensione, quod exigi potest. Io. de Fant. CASVS. Concludit Gra. ex supradictis, dicens, q̄ pro talibus epis, qui curam animarum negligētes monasteria suis bonis spoliabāt, & ea in vsus suos cōuertebāt, statutū fuit, vt a monasteria sint libera a dn̄io, & ptāte eporū, & postea ostendit, & q̄ licet

2 Ad idē 11. q. 1. q̄ peri... Iosū. fm La.

Eps qn̄ visitet monasteria.

Procuratio non semper est debita episcopo.

...decesic vt p ...Dec. ...te de ...to, ...tum ...rte ex ...sicut ...tum.

dicandi. Alia litera habet, [Orandi, & hæc litera plana est. similiter seq. duo c. plana sunt & per te videbis.
a ¶ Fraternitati.] Sed nonne cum aliquid præcipitur alicui, sufficit quod præceptum sit prædecessori ad hoc vt successor teneatur, ut in auth. vt nulli iudi. §. & hoc vero, iubemus, colla. 9. licet aliud sit in mādato. quia illud extinguitur morte, vt extra de off. delegat. gratum. Dicunt quidam siue sit præceptum, siue mandatum: dummodo expressis nominib. scribatur, semper expirat

dicatur s. e. in c. quā sit. vt monasteria nullis canonicis iurib. sint subiecta: non ita tamen intelligendum est, vt monasteria nō debeant aliquid dare epō in signum subiectionis aliqua die statuta. [Eulogia.] Eulogia dr̄ id quod solet assignari episcopo tempore consecrationis, & illud quod ei offertur in synodo, & proprie quod ei gratis datur aliter tamen hic accipitur.
g ¶ Pro talib.] Scilicet epis 3 eis. n. subsunt monasteria quo ad legem diœcesanam. 10. q. 1. in summa. Ioan.

3 Et ita ex cā oīa ista c. fm G. ex audi. fm L.

ELeutherius.] CASVS. Mater Eleutherij epiſcopi fecit Cardellum epiſcopum dedicare quoddam monaſteriū, qđ ipſa ædificauerat in diœceſi ſua in caſa, q̄ dr̄ caſtellum, & tempore dedicationis conuentio facta eſt inter ep̄m, & ipſam, vt de oblationibus, quæ offerūtur in die dedicationis, uel in die natalis martyrū, quorū ibi sūt reliquiæ, medietatem hr̄et monaſterium, & medietatem aliā epiſcopus haberet. contra quā conuentionem Marius presbyter ſciēte ep̄o, uel forſitan neſciente veniebat, & monachis, vel p̄ſbytero, qui ex eis erat, moleſtias, & grauamina ĩferebat & fere presbyterum nomine Gaudentiū verberauit, nec eum ibi Miſſas celebrare permittebat, niſi aliquid vltra cōuētionem prædictā redderet noīe pēſionis ipſi epiſcopo dandum. Sed cum epiſcopus Eleutherius vice matris ſup hoc cōquereretur, Gelaſius Papa commiſit cauſam cuidam, & mandat ei, vt ſi inuenerit, ꝙ ita facta fuerit conuentio tēpore dedicationis, illā faciat obſeruari. Si vero nulla conuentio facta fuerit, eo mediāte ĩter ep̄m, & monachos faciat aliq̄d aſſignari ipſi epiſcopo in ſignum ſubiectionis, eo ſaluo, ut p̄sbyter Gaudentius in monaſterio Miſſas celebrare a nullo prohibeatur. Seq. c. patet.

quam fecit tempore conſecrationis.

d ¶ Debeat.] Conſiderata cōſuetudine aliorum monaſteriorū, ut ext. de cen. ſuper e. 10.q.3. nec numerus. in fine. Ex hoc cap. patet, ꝙ monaſteria non ſunt penitus exempta a lege diœceſana. tenentur enim ei ad eulogias.

Monaſte a lege di ſana nō prorſus e pta.

bona tamen monaſterium in ſuos uſus conuertere cupiebāt; ſtatutum eſt, ut monaſteria cum ſuis rebus penitus ſint libera a poteſtate, & dominio epiſcoporum. Quod autem nullis canonicis iuribus monaſteria dicuntur eſſe ſubiecta, non ita intelligendum eſt, quin ipſi epiſcopo aliquid nomine eulogiæ, uel in die dedicationis, uel in natali † ſanctorum, quorum nomine ipſum monaſterium dedicatum eſt, debeat offerri.

† al. natalitijs.

Vnde Pelagius α *Papa ait.*

α ¶ Pelagius.] *Ante legebatur,* Gelaſius. *Mutatum eſt ex Polycarpo, & quia ſupra diſt. 91. c. Eleutherius, alia pars huiuſmet epiſtolæ citatur ex Pelagio, & Anſelmus, qui hoc & illud caput coniunctè affert, Pelagio tribuit.*

¶ Nō debet epiſcopus aliquid a monaſterio exigere pręter conditiones, quę dedicationis tempore conſtitutę ſunt. C. XXX.

Anſ. l. 7. c. 145. Poly. lib. 4. tit. 27.

ELeutherius frater, & coepiſcopus noſter quęritur; ꝙ mater eius in caſa, quę caſtellum dicitur, oratorium conſtruxerit, ac dedicauerit, & in eodem loco monachos conſtituerit, ex quibus vnus eſt presbyter. Hoc autem tempore dedicationis inter epiſcopum Cardellū (cuius ipſa diœceſis eſt) & matrem ſuam aſſerit cōueniſſe, [a] vt quidq̄d dedicationis, vel natalis martyrū die, quorū in eodem monaſterio reliquiæ ſunt, per fidelium oblationes ĩtrauerit; medietatem quidem habeat ipſum monaſterium, medietas autem epiſcopo offeratur. Cōtra quam conuētionem Marium presbyterum (ſiue ſciēte, ſiue neſciēte epiſcopo) monachis ipſis, uel presbytero, qui ex eis eſt, uim dicit̄ intuliſſe, & frequenter moleſtias generare, ita ut memoratum presbyterum prope cęciderit, & Miſſas eum facere nullo modo permittat; dicēs, ut quaſi pēſionis [b] nomine aliquid ſtatuere debeat. Hęc igitur omnia diligēter te examinare iubemus, & ſi apud te euidenti ratione † cōſtiterit; quia tēpore, quo dedicatum eſt ipſum monaſterium, cōditiones ſuperius poſitę conuenerint; ſeruari eas ex noſtra auctoritate pręcipimus: nec aliq̄d amplius exinde ab aliquo exigatur. † Si vero nil tale conſtiterit; † mediāte te quid epiſcopo ipſi nomine eulogię [c] offerri debeat, [d] ĩter ipſos monachos, & presbyterum volumus definiri. Saluo tamē eo, vt preſbyter Gaudētius, q̄ ēt monachus eſt, Miſſas ĩ monaſterio ſuo, ſicut cōſueuit facere, a nullo vlterius dēat ꝓhiberi.

† al. veritate.

† al. tenetur exigere.
† al. conuenit.

Item Vrbanus ſecundus.

¶ Conſueta ſeruitia epiſcopis monaſteria exhibeant. C. XXXI.

SEruitium [e] quod monaſteria, aut eorum eccleſiæ a

Pactio in ſpiritualib. an interuenire poſſit.

a ¶ Cōueniſſe.] Ar. ꝙ pactio p̄t interuenire in ſpiritualib⁹, vt 10.q.3.c.vlt. & c. nec numerus, & 1.q.3. quæſitū, ut no. 8. q.4. in ſumma. ſed huic c. obſtat. 1.q.2. c.1. & 1.q.1.c. ſtatuimus, & q.4. eccleſia, & inf. de conſ. d.1. ſi q̄s baſilicā. Sed dicas ꝙ hoc non uere dr̄ pactū, quia & ſine pacto tenet̄ eccleſia aliquid dare ep̄o in ſignū ſubiectionis, vt hic dr̄ in fi. Item & auctoritate epiſcopi poteſt ailquid conſtitui patrono 1 ut extra de iure pat. præterea.

1 Etiam hic uideas quod no. 21.q.2.c. ?. in gloſſ. ſi quæras.

b ¶ Penſionis.] Vltra id quod conuenit in principio.

c ¶ Nomine eulogiæ.] ideſt, in ſignum prædicationis,

gias. ſicut hic dr̄. Itē tenent̄ ad ꝓcurationē, q̄ dētur rōne viſitationis, ut ext. de præſcrip. cum ex officij. Itē ſi aliq̄d ex conſuetudine debent, ut inf. c. proximo.

e ¶ SEruitium.] Et tamen vix fuerunt xxv. anni a tempo-

tempore Gregor. vsque ad tempus Vrbani.

a ¶ Vsque ad hoc tempus.] Ergo consuetudo inducit annuas præstationes. nam & dat iurisdictionem, & dat priuilegium, vt no. 9. q. 3. conquestus in fi. & dat ius eligendi. extra de consuetu. cum dilectus. in fi. Item, & inducit

tempore Gregorij septimi vsque ad hoc tempus [a] fecerunt, & nos concedimus.

dist. 18. episc. non debet.

Canonica ergo iura, quibus monasteria subiecta non sunt, synodales exactiones intelliguntur. Non enim cogendus est abbas (sicut in concilio Turonico statuitur) ad synodum ire, nisi aliqua rationabilis causa existat. Sunt etiam quædam seruitutis officia, vt angariæ operũ, crebræ receptiones, annuæ exactiones, mulctationes peccantium, a quibus omnibus monasteria libera sunt.

CAVSA XIX.

† al. canonica.

Dvo clerici ad monasterium transire voluerunt: vterque licentiam ab episcopo suo petijt: vnus relicta ecclesia propria, eo inuito, alter dimissa regulari canonia, † cœnobio se contulit.

1 *Modo quæritur, si episcopus debeat permittere, ut relicta propria ecclesia, clericus monasterium ingrediatur.*

2 *Secundo, quæritur, si episcopus licentiam dare noluerit, an eo inuito, monasterium possit adire.*

3 *Tertio, si contigerit ipsos regulares canonicos fuisse, vtrum concedendus esset eis monasterij ingressus.*

QVÆSTIO I.

Qvod episcopus [b] licentiam clericis adeundi monasterium dare debeat, in Toletano 4. concil. præcipitur, in quo cap. 49. sic statutum legitur.

ducit seruitutem. ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. ulti. & l. 2. ff. cõia pd. venditor. Item consuetudo obligat sicut ius scriptum, ut 11. d. ecclesiasticarũ. Et ꝙ ex tempore aliquid præsumitur debitum. sunt arg. multa. ff. de usu cũ de in rem. & l. qui semisses, & l. cũ quidã §. 1. & C. de fideic. li. l. 1. ar. contra ista, ext. de consue. c. 1. & ext. de cen. sciẽtes, & c. peruenit. & 1. q. 1. nullus. & 10. q. 3. qa cognouimus. & ff. de oper. li. operis. & C. de pac. l. si certis. & extra de causa poss. cum ecclesia. Item quia ex cursu tẽporis nulla oritur obligatio, cum nec tollatur tẽpore, ut ff. de act. & obl. obligationum. §. placet. Sed uarij uarijs modis dixerũt de hac materia. sed omissis illis, dico ꝙ nunquam ex cõsuetudine sola (licet esset præscripta) ius aliquod sit quæsitũ. 1 nisi forte sit tanta, cuius memoria non esset, ut ff. de aqua quoti. & æsti. hoc iure. §. ductus aquæ, & ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. ult. sed solummodo commodum, & ius possessionis quæsitum est ex consuetudine. Possessor enim nihil tenetur probare de iure suo: sed aduersarius probabit esse indebitum. unde quamdiu est quæstio, an talis præstatio sit debita, semper erit possessor in possessione, ut 16. q. 4. uolumus. extra ut lite penden. a memoria. ff. de aqua quotid. & æsti. l. penultima, & hoc est uerum cum allegat aliquam consuetudinis causam: & tunc causa allegata, & consuetudine longissima probata, debitum præsumitur, adeo ut nõ admittatur ꝓbatio in contrariũ, & sm hoc nulla est differentia inter consuetudinẽ ꝑscriptã, & ꝑscriptionẽ. Quidam tamen assignat hanc differentiam inter præscriptam consuetudinem, & præscriptionem: quia contra præscriptionem nõ admittitur ꝓbatio, licet causa ꝑscriptionis appareat iniusta, vt ext. de præscrip. de quarta. sed contra consuetudinẽ præscriptã bene, vt. s. probet indebitum, licet allegetur debitum ꝓcessisse, ut C. de agric. & cẽsitibus, lib. 11. Tutius credo præscriptionem allegãdã, quàm cõsuetudinẽ præscriptam: quia ad probandam consuetudinem multa requiruntur, ut dixi sup. dist. 8. frustra. Et hæc vera sunt, ꝙ consuetudo semper tuetur possessorem, donec probetur contrarium, nisi vi, uel clam, uel precario possederit: tunc. n. ille, q dedit, sua auctoritate potest negare. 10. qõ. 3. quia cognouimus. Ioan. Quidquid dicat, Io. ego credo, quòd ex consuetudine præscripta spatio xl. annorũ, & bona fide ius, & possessio acquiratur, ut ext. de consuet. cap. ult. in fine, & ff. de leg. diuturna. B.

Consuetudo & ꝑscriptio differunt.

Consuetudo prescripta & præscriptio qũo differũt

Ad probandam consuetudinẽ multa requiruntur.

CANONICA. CASVS. Concludit Gratianus ex supradictis, dicens ꝙ canonica iura a quib. monasteria sunt libera, sunt synodales exactiones, angariæ, crebræ receptiones, & annales exactiones, & indictiones pœnarum.

Dvo clerici.] CASVS. Dictum est sup. in causa proxima, quæst. 2. cap. abbates. in fin. ꝙ nullus abbas debet recipere monachum alienum: sed quia forte idem putaretur de clericis sæcularib. & canonicis regularib. ideo supponitur hic decimanona causa, in qua quæritur, an clerici sæculares, & canonici regulares inuitis prælatis suis possint ad regulam artiorem transire: quod ut melius pateat, thema proponit, de quo tres elicit quæstiones.

Qvòd episcopus.] CASVS. Hic ponitur prima quæstio, qua quæritur an episcopus debeat dare licentiam clerico suo uolenti ad religionem transire, & certum est, quòd sic, ut infra cap. 1.

b ¶ Quòd episcopus.] Dubitatio harũ trium questionum ab eodem fonte procedit. unde una solutione terminatur. Hug. dicit quòd clericus sæcularis inuito episcopo possit transire ad monasteriũ, ut ĩ. ea. c. 1. & inf. e. q. 2. duæ. Sed nec monachus, nec regularis canonicus, põt inuito abbate transire ad locum aliũ, ut inf. e. q. 3. c.

1.& c.statuimus.sed eius opinio corrigitur extr.de reg. & transeun.ad relig.licet. vbi habes,ꝙ quilibet pôt trã sire ad arctiorem religionẽ.petita tamen licentia, licet non obtenta: sed ad parem religionem nemo pôt transire, vt extra de reg.sanè. Ioan.

Transitus ad religionẽ arctiorẽ pmissus est, non ad parem.

pars ibi, [Lex uero priuata.] & est interpositio ab illo loco, [Dignior est,] vsque ibi,[Quisquis igitur.]
c ¶ Priuata.] Vt charitas,de qua dicitur. Habe charitatem,& fac quidquid vis,vt de pœn.dist.2.radicata.
d ¶ Sine cõmendatitijs.] Sed quare creditur commendatitijs literis, cum quilibet possit commendare rem etiam vitiosam: Nam quæ commendandi animo dicuntur,neminem obligant,vt ff.de contrah. empt.ca.quæ. Sed dicas quod si quis commendat rem in genere, non obligatur: sed si in specie,obligatur. ff.de ædil.edic.sciẽdum. sed nec in genere licitum est commendare ex certa scientia rem vitiosam, vt ext.de ferur. c. vnico. alioquin de dolo tenetur, vt ff. de dolo, quod venditor.

Obligatur qui rem vitiosam commendat.

e ¶ Propter criminosos. Licet propter criminosos fuerit constitutio data,tamen extenditur etiam ad non criminosos: quia nullus recipitur sine commendatitijs literis sui episcopi. vbi.n.aliquid statuitur propter impulsiuam causam, causa cessante, non ideo cessat constitutio: sed vbi aliquid propter finalem causam est statutũ: ibi si esset causa,cessat constitutio. Sic distinguitur,ff.de don.l.2.§.vlt.
f ¶ In suo. Sup.7.q.1.si quis presbyter.

CLerici. CASVS. Statuitur ĩ hoc c.vt epĩ debeant licẽtiã dare clericis volẽtibus ad monasteria transire,cum ipsi eligant meliorem vitam.

a ¶ Meliorẽ.] Hæc cã est sufficiẽs,ꝙ de minori ad maius trãseundum est. 93. d. legimus. in fin. sed nõ ad parem, & ext. de reg.sane. & tñ dicit c. sic viue in monasterio, vt clericus esse merearis 16. q. 1.sic viue. Io.

¶ Non debet negari ingressus clericis, qui monachorum propositum appetunt. C. I.

Poly.l.3. tit.15. & l.4.tit.34. Burc.l.8.c.21. Iuo p.6.c.371.

CLerici,qui monachorum propositum appetũt (quia meliorem [a] vitam sequi cupiunt)liberos eis ab episcopis in monasterijs largiri oportet ingressus:nec α interdici propositum eorum,qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.

α ¶ Nec interdici.] *Hac vsque ad finem absunt a manuscriptis: sunt tamen in concilio.*

QVAESTIO II.

In conc. Aquisgr. c.58. † Antea legebatur. Rustico Narbon.



INuito vero episcopo clericum eius a nullo esse suscipiendum Leo episcopus testatur, scribens Anastasio † Thessalonicensi episcopo,epist.82.al.84.c.9.



INuito.] CASVS. Hic intitulatũ secũda q̃stio. qua q̃ritur an clericus secularis inuito episc.suo possit ad religionem trãsire? Et respondetur, ꝙ sic, vt ĩ.e.c.duæ. Gratianus tamẽ primo probat qđ non, postea probat cõtrarium. Seq. c.cum §. sequenti patet.

¶ Inuito episcopo eius clericum nemo suscipiat. C. I.

Ans.l.6.c.161. Burc.l.2.c.42. Iuo p.6.c.69.

ALienum clericum, [b] inuito episcopo ipsius, nemo suscipiat.

Sed subaudiendum est, nisi ad propositum melioris vitæ transire voluerit. Tunc enim liberum est illi etiam, episcopo contradicente,monasterium ingredi.

Vnde Vrbanus Papa II.in capitulo S.Ruffini. †

† *al. Ruffi.*

b ALienum clericum.] Immo nec ẽt laicum alienum,vt 71.dist. primatus. si ergo clericus huius episcopatus eligitur ad aliq̃ dignitatem in alio episcopatu, sine licẽtia huius episcopi, non potest eum recipere, vt 76.dist.cap. vlt.& 63. distinct. literas,& 85.distinct. ca. archidiaconum. Ioan.

¶ Qui monachorum propositum appetit, etiam inuito episcopo suscipiendus est. C. II.

Poly.l.4.tit.31.

DVæ sunt inquit,leges; vna publica,altera priuata. [c] Publica lex est, quæ a sanctis patribus, scriptis est confirmata: vt est lex canonũ,quæ quidem propter transgressiones † est tradita:Verbi gratia,Decretũ est in canonib. clericũ non debere de suo episcopatu ad alium transire sine commendatitijs [d] literis sui episcopi:quod propter criminosos [e] constitutũ est:ne videlicet infames ab aliquo episcopo suscipiantur personæ. Solebant.n.officia sua, cum non poterant in suo [f] episcopatu, in alie-

Gal.3. † *al.transgressores.*

DVæ sunt.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes.In prima parte dicitur,ꝙ quidam clerici sæculares inuitis episcopis suis monasterium habitum,vel regularium canonicorum assumere uolebãt, quare quæsitum fuit ab Vrbano Papa in capitulo sancti Ruffini, quid iuris sit de hoc? qui respondet,duas esse leges,distinguendo, publicam scilicet, & priuatam. Publica facta est propter transgressores, qui cum in suis episcopatibus celebrare non possent, ibant ad alios: & ideo ne criminosi & infames reciperentur,statutũ fuit, vt nullus episcopus clericum alienum suscipiat sine literis commendatitijs sui episcopi. In 2. parte dicitur, ꝙ lex priuata est,quæ instinctu spiritus sancti scribitur in corde alicuius, secundum quam clerici sæculares libere etiã suis episcopis inuitis transire possunt ad monasterium, uel canonicam regulam, uel regularem. Et hoc probatur auctoritate Apostoli:& præterea, quia lex nõ est posita iusto ad coercendum eum a bono. Secunda

a ¶Si quis horum.] Maxime quia idem est in alijs.61. dist.c.his omnibus.
b ¶Si afflatus.] Sed qualiter potest aliquis clericus inuito episcopo transire ad religionem, cum ei forte iuratus sit & obediens suus sit, & crimen idolatriæ sit nolle obedire, vt 8. q.1. sciendum. & video quod peregrinari non potest sine licentia episcopi, 1 ut de consecr.dist.5. non oportet, & sæpe bonum omittendum est propter meritum obedientiæ, ut 11.q.3. quid ergo. cum etiam obediendum sit, licet iniuste aliquid præcipiatur, ut 23.q.1.quid culpatur. Item cum clericus non possit alienare res ecclesiæ suæ, ergo multo potius seipsum non potest alienare cum personę digniores sint rebus, ut 12. q.1.præcipimus & maior est alienatio personæ, quàm rei, vt 17.q.1.c.3.sed dic, quod excusatur a delicto instinctu Spiritus sancti, sicut alij, ut extra de diuor.gaudemus. 14.q.5.dixit.
c ¶Dignior.] Tamen in tribus casibus preiudicat priuata lex publicæ, nam mulier, licet ducatur lege Dei, non potest inuito viro intrare religionem.27.q.2.si quis cõiugum. nec impubes inuito patre 20.q.2.puella. nec episcopus inuito Papa, extra de reg.c.licet. non fallit regula intelligentes. Ioan. bus videtur præiudicare publicæ.

no celebrare: quod iure pręceptis, & scriptis detestatum est. ¶Lex vero priuata est, quę instinctu sancti spiritus in corde scribitur: sicut de quibusdã dicit Apostolus. [Qui habent legem Dei scriptam in cordibus suis.] & alibi. [Cum gentes legem non habeãt, si naturaliter ea, quę legis sunt faciunt, ipsi sibi sunt lex.] Si quis horũ [a] in ecclesia sua sub episcopo populum † retinet, & sæculariter viuit, si afflatus [b] Spiritu sancto in aliquo monasterio, vel regulari canonia † saluare se voluerit; quia lege priuata ducitur: nulla ratio exigit; vt a lege publica constringatur. Dignior [c] est enim lex priuata, quam publica. Spiritus quidem Dei lex est: & qui spiritu Dei aguntur, lege Dei ducuntur: & quis est, qui Spiritui sancto possit digne resistere? Quisquis igitur hoc spiritu ducitur: etiam episcopo suo contradicente, eat liber nostra auctoritate. Iusto enim lex non est posita: sed vbi spiritus Dei, ibi libertas: & si spiritu Dei ducimini, non estis sub lege.

n.licet extra de regu lar. — Rom.2. — Ibidem. — † proprium] — Polycarpus. — † al.canonica. — Rom.7.8.9. — 1.Tit.1.2. — Cor.3. — Gal.5.

QVAESTIO III.



Anonicos autem regulares ad monasteriũ transire multis auctoritatibus prohibetur. Vnde in concilio Educensi congregato sub Gregorio VII.legitur.

¶Regulares canonici, monachi fieri non debent.
Cap. I.

NVllus abbas, vel monachus [d] canonicos regulares [e] a proposito professionis canonicæ reuocare, & ad monasticum habitum trahendo suscipere audeat, vt monachi fiant, quamdiu ordinis sui ecclesiam [f] inuenire quierint: in qua canonice viuendo, Deo seruire, & animã suam saluare possint. Quòd si temerario ausu id agere tentauerint; anathematis vinculo obligentur.

Item Vrbanus Papa II.

¶De eodem. C. II.

Poly.l.4.tit.31.

MAndamus & vniuersaliter interdicimus, nę quis canonicus regulariter professus, nisi (quod absit)



Anonicos. hęc q. diuiditur ĩ quatuor partes: in prima quarum probatur, quod canonicus regularis sine licentia non dẽt fieri monachus: & hoc probatur per tres auctoritates. Secunda ibi, [Quæritur si monasteria.] Tertia ibi, [Quæritur de his.] Quarta ibi, [Quæritur si ingressus.] Ioan de Fant.
CASVS. Hic ponitur 3.q. vbi quęritur an canonicus regularis possit ad monasteriũ transire. Et rñdetur quod sic. de lĩcentia prioris. vt j. ead.cap. statuimus. idẽ est in monacho. vt j.20.q.4. monachũ. sed eis inuitis nõ, vt j.c.1. & 2. q lĩbet tamen secundũ iura hodierna põt ad regulã arctiorẽ trãsire, petita licẽtia a suo superiore, & ẽt si non habeat licentiã ab eo, ut ext. de reg.licet. Et procedit hoc ordine Gra. Primo probat, quod canonici regulares ad monasterium trãsire nõ possunt & postea probat contrarium.
NVllus.] CASVS. Quidam abbates vel monachi suis suggestionib. ad monasteria canonicos regulares pertrahebãt: & ideo statuit Greg. septimus, quod qui de cætero talia temere attẽtauerit, excommunicetur.
d ¶Monachus.] Vt priores. qui præsunt monasterijs. extra de statu monacho. monachi.
e ¶Regulares.] Similiter clericus in qua ecclesia est semel intitulatus, in ea perpetuo perseueret, ut 70.dist. sanctorum. & 71.dist. clericos. ut enim ait Apostolus: In ea uocatione, in qua quis uocatus est, in ea permaneat. ut 21.q.1.c.j.
f ¶Ordinis sui ecclesiam.] Si. extra de vi. & hone. cler. Deus. extra de relig.do. inter quatuor. in fi.
MAndamus.] CASVS. Statuit Vrbanus in hoc c. vt canonicus regularis monachus nõ fiat, nisi publice delinquat. si uero contrafecerit ad canoniã redeat: & vltimus memorialem cucullam deferat.

a ¶ Lapsus.] Tunc enim posset, immo cogeretur, vt 20. q.1.sicut. Io.
b ¶ Monachus.] Hoc consueuit intelligi cum causa leuitatis transit ad asperiorem vitam: tamen bene cogitur ibi stare, ut extra de reg. licet. Sed manifeste obstat, extra de statu mona. cum nobis. sed hec est remota. vnde satis credo, quod si non petijt licentiam, cogitur redire 1 nec obstat extr. eadem, sanè: quia ibi dicit: permittas, & sic est dispensatio.
c ¶ Memoriale.] Nō quod sit monachus, sed ratione prioris maleficij, vt sup. 93.d. præcipimus, sed maritus qui trāsiuit ad religionem, reuocatus ab vxore sua, nō fert cucullam, vt 23. q.5. quod Deo. & sic quandoque potest esse dispar habitus in eodem choro.

1 Vide Pan. cons. 95. l.1.

Dispares habitus quãque possunt esse in eodem choro.

SVBAVDIENDVM. CASVS. Est probatum s. quod canonicus regularis ad monasteriū transire non pōt. nunc dicit Gratianus, quòd est intelligendū nisi de sui superioris licentia hoc faciat. Et ad hoc inducitur sequens cap.

STatuimus.] CASVS. Abbas sācti Ruffini quęsiuit ab Vrbano, vtrum monachi possint recipere canonicos regulares sine permissione & licētia prioris, & fratrū? Et rñdetur, quod causā leuitatis, vel causa arctioris religionis nō debet canonicus regularis de canonia sua recedere, nec aliquis debet eum recipere sine literis capituli sui.

tunc possunt monachi remoueri & institui sæculares canonici: tamen cum auctoritate Papæ, ut extra ne cleri. vel mona. relatum. 2 Vel nisi ita sit quod non inueniātur aliqui de ordine illo, per quos possit locus ordinari, ut extra de reli. do. inter. Vel nisi ita sit quod aliter non

2 In hoc c... no. Ala. Tā... & Be. quo... hoc potes... epus aucto... ritate ppria... & idē senti... ibi Goffred... de hoc eti... no. 12. q. 2... si eps, se... Io. de Fant... hic sentit c... Io. & etiam H. idem te... net.

publice lapsus [a] fuerit, monachus [b] efficiatur. Quòd si decreto nostro contraire præsumens id agere tentauerit, ad ordinem canonicum præcipimus vt redeat; & deinceps memorialem † [c] cucullam deferat, & vltimis in choro maneat.

† al. memoriale suæ præsumptionis cucullam.] Poly.

Subaudiendum vero est, nisi cum patris sui licentia religionis propositum induerit.

Vnde Vrbanus Papa II. scribit abbati sancti Ruffini †.

† al. Ruffi.

Iuo p.6.c.411.

¶ Patris sui concessione regulares canonici, monachi fieri possunt. C. III.

STatuimus, ne professione canonicę quispiā, postquā Dei vice supra caput sibi hominē imposuerit, alicuius leuitatis instinctu, vel districtioris [d] religionis obtentu ex eodem claustro audeat sine patris α, & totius congregationis permissione recedere. Discedentem vero nullus abbatum, vel episcoporum, nullus monachorum sine communi literarum cautione suscipiat.

α ¶ Patris, &c.] *In tribus vetustis codicibus legitur,* patris totius congregationis: *apud Iuonem,* sine abbatis, totiusque congregationis.

2 *Quæritur* [e], *si monasteria, quæ semel dedicata sunt, possint transire in clericorum, vel sæcularium habitacula. Quod in Chalcedonensi concilio omnibus modis prohibetur, c.24.*

¶ Quæ semel sunt dedicata monasteria, semper monasteria perseuerent. C. IIII.

QVæ semel dedicata sunt monasteria cum consilio episcoporum; maneant [f] perpetuo monasteria: & res, quæ ad ea pertinent, monasterijs reseruari oportet, nec posse ea vltra fieri sæcularia habitacula. Qui vero permiserint hoc fieri; subiaceant his cōdemnationibus, quæ per canones constitutæ sunt.

Poly.l.3.tit.15. Ans.l.5.c.60. Burc.l.3.c.19. Iuo p.3.c.17. & 22. Pann.l.2.c.15.

¶ *Hæc versio parum discrepat a Dionysiana, quam afferunt Burchardus, & Iuo, c.22.*

Item in synodo septima, c.13.

d ¶ Vel districtioris.] Infr 20.q.4. virgines, contra, ext. de reg.c.1. sed hæc dictio, leuitatis, soluit contrarium, & c.fi.C.de offi.ma.mili.l.penult.

QVÆRITVR. Hæc est secunda pars quæst. in qua quæritur, si monasteria possint redire ad humanos vsus. Dicitur quòd non. & hoc probat per duo capit. Io. de Fant.

CASVS. Hic mouet Gratianus quandam incidentem q. scilicet, vtrum monasteria possint fieri clericorum, vel laicorum habitacula, & respodetur quod non. ad quod inducit sequentia capitula.

e ¶ Quæritur.] Incidentem quæstionem ponit magister: & illa dupliciter potest intelligi. Vno modo si an de monasterio possit fieri sæcularis ecclesia? Vel sic, an monasterijs possint præfici sæculares clerici? Dicas ergo, quod de monasterio nunquam potest fieri sæcularis ecclesia. vt hic dicitur, nisi enormiter viuant.

non possit reformari locus ille, quàm per canonicos, vt extra de statu mona. cum nobis. quæ est remota. Econtra videtur quod episcopus licite possit de sæcular. ecc. le sia facere regularem, ut extra de eccle. ædifi. ad audientiam. & 16.q.7. si quis vult.

QVæ semel sunt dedicata.] CASVS. In concilio Chalcedonen. fuit statutum, ut monasteria semel dedicata, perpetuo sint monasteria, & in suo statu permaneant, & non fiant habitacula sæcularia, ne res eorum inde remoueantur. si quis autem hoc fieri permiserit, canonicè puniatur.

f ¶ Maneant.] Similiter nec hospitale potest conuerti ad alium usum, ut extra de reli. do. ad hæc, sed nec permutari possunt nisi ciptæ eccl. sie. extra de rerū permu. mancipia dari tñ possunt priuato, vt 12. q.2. eccl. siastic. si. do. n. s. In peremtorius non pōt conuerti ad alios vsus. C. de pala. & do. l.1. sed quid si monasteriū destruitur nunquid potest locus ille vel ædificia monasterij ad alium

Quæ ad al... vsum cōu... ti non p... sint.

nasterio ructo licite li- cōburri. alium vsum conuerti? sic. possunt enim de lignis bene construere dormitorium, vel alium honestum locum: vel etiam possunt ea in coquina sua comburere. de consecr. dist. 1. ligna. sed ad priuatos vsus non possunt conuerti: locus autem remanet sacer, licet dirutum sit ædificium vel monasteria: & fecerunt ea communia diuersoria: quare statutū fuit in septima synodo, vt si inuasores voluerint ea restituere, in antiquum statum reformētur: alioquin si clerici sunt, deponantur: si laici, vel monachi, excōicentur: cum ipsi aduersentur Deo dicenti. Nolite facere domū patris mei, s. templum ædificatum nomini eius, domum negotiationis.

¶ Qui loca sacra communia diuersoria fecerit, clericus deponatur, laicus excommunicetur. C. V.

QVoniam a quibusdam viris quædā venerabiles domus surripiuntur [a] tā videlicet episcopia, quā monasteria, & facta sunt cōmunia diuersoria: siquidem voluerint hi, qui hęc retinent, reddere ea, vt secundū antiquitatē restaurentur; bene, & optime est: alioqui si de sacrato catalogo fuerint; hos deponi [b] præcipimus: si vero monachi, vel laici, excōicari; quos nimirum constat condēnatos esse a Patre, & Filio, & Spiritu sancto; & deputentur vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur: quia voci Dñi aduersantur, qui dicit, [Nolite facere domum patris mei domum negotiationis.]

Marci 9. ex Esa. 66. Ioan. 2.

¶ *Initium huius canonis in synodo septima ab Anastasio uersa sic habet.* Quoniam propter calamitatem, quæ pro peccatis nostris ecclesia facta est, subreptæ sunt a q̄busdam viris quædam venerabiles domus, tam videlicet, &c. *Ex eius autem uersionis duobus manuscriptis exemplaribus nonnulla sunt in hoc capite emendata.*

3 *Quæritur de his, qui ad conuersionem ueniunt, quo tēpore debeant tonsurari.*

De his ita scribit Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano, lib. 8. epist. 23.

¶ Antequam biennium in conuersione compleuerit, aliquis tonsurari non debet. C. VI.

Ansl. 7. c. 719. † al. conuertendum. † al. conuersione. † al. compleuerint.

d ¶ Mentitur.] Vt lædat aliquẽ: secus si iocosè mentiatur, ut j. cap. prox. Quid ergo dicis de Abraham; nonne mentitus est, cum aliud gereret in animo, ut inf. ea. §. Abraham? Itẽ quid de Paulo, qui dixit: Nesciui quia princeps esset, cum sciret, ut 23. q. 1. paratus. Itẽ quid de mẽdacio Iehu, qui aliud in animo gerebat, vt infra cap. utilem? Ad hoc dicendum est, quod Abrahã mystico intellectu uerũ dixit, ostẽdens patrem & filium in fine tẽporum reuersurum ad Iudæos, cum omnes reuertent ad ipsum. Paulus per illa uerba prędixit destructionem regni Iudæorũ futurã ueniẽte Christo. Item Iehu non fuit mẽtitus, sed ironice locutus est. Vel dic, quod inspiratione diuina hoc dixerunt, ut extra de diuort. gaudemus.

Abraham, Paulus, & Iehu, an fuerint mendacij expertes.

NE qs.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte loquitur de perfecto, qui firmũ propositum habet de non mentiendo: hic mortaliter delinquit si pro alio mentiat, & ideo si nõ uult uerum dicere, taceàt ne dicẽdo ueritatem proximum lædat. In secũda parte ponit duo genera mẽdaciorũ. unum quod fit causa ioci, & aliud quod fit causa consultationis, in quibus imperfectus mẽtitur, uel forte etiã perfectus uenialiter deliquit. In tertia parte dicitur, quod non debet mẽdax reputari reliqui gladium sibi commẽdatum promisit alicui se redditurum quãdo petierit, & postea nõ reddet ei si petierit, cum factus fuerit furiosus, ne se uel alium interimat. Secunda pars, ibi, [Duo uero.] Tertia ibi, [Illud uero.]

e ¶ Non occiditur.] Videtur ergo, quod perfectus homo 2 mortaliter * peccat mentiendo pro uita alterius: & sic erit deterioris cõditionis perfectus, quàm imperfectus. Ad quod notandum, quod triplex est genus mendacij. Malignitatis, quod fit causa decipiendi, & illud omnibus est mortale peccatum. Iocositatis, ubi nemo læditur, & illud nulli est mortale peccatũ. Benignitatis siue pietatis, quod fit pro salute alicuius, & de illo dicitur, quod fit mor-

2 No. quod multiplex est perfectio, s. perfectio sufficiẽtiæ ordinis, prælationis, religionis, & aliæ quędã sicut distinguũt Theologi secundum Ro.

* *Perfectio hominis non facit peccatũ ex ueniali euadere mortale.*

Mendacium est triplex, nec est semper mortale.

siue sua, siue alterius anima, debere mentiri: Quoniam aliud est mentiri, aliud est verum occultare; si quidem aliud est, falsum dicere, aliud, verum tacere, vt si quis fortè vel ad istam visibilem mortem nõ vult hominem prodere; paratus esse debet verum occultare, non falsum dicere, vt neque prodat, neque mentiatur, ne occidat animam suam pro corpore alterius: *& infra*. ¶Duo sunt omnino genera mendaciorum, in quibus non est magna culpa, sed tamen non sunt sine culpa, cum aut iocamur, aut, vt proximis prosimus, mentimur. Illud primum in iocando ideo non est perniciosissimum, quia non fallit. Nouit enim ille cui dicitur, ioci causa esse dictum. Secundum autem ideo minus † est, quia retinet nonnullam [a] beneuolentiam. Illud vero, quod non habet duplex [b] cor, nec mendacium quidem dicendum est; tanquam, verbi gratia, si cui gladius commendetur, & promittat se redditurum, cum ille, qui commendauit, poposcerit; si fortè gladium suum repetat furens, [c] manifestum est tunc non esse reddendum, ne vel se occidat, vel alios; donec ei sanitas restituatur. Hic ideo non habet duplex cor, quia ille, cui commendatus est gladius, cum promittebat se redditurum poscenti, non cogitabat furentem posse repetere: *& infra*. ¶Manifestum α est nõ esse culpandum aliquando verum tacere: falsum autem dicere non inuenitur concessum esse perfectis.

In concil. Tolet. 8. cap. 2.

† al. mitius.

α ¶Manifestum.] *Apud B. Augustinum hæc antecedũt;* Verum autem occultauit & Dominus, cum discipulis nondum idoneis dixit, multa habeo vobis dicere: sed nunc non potestis portare illa; *& Apostolus Paulus, cũ ait:* Non potui loqui vobis, quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Vnde manifestum est, &c.

Idem in libro contra mendacium, c. 17.

¶Nostro peccato, alterius saluti consulere non debemus. C. XV.

Iuo p. 12. c. 48. Pann. l. 8. c. 125.

FAciat homo etiam pro temporali hominum salute, quod potest. [d] † Cum autem ad hunc articulum vẽtum fuerit, vt tali saluti consulere, nisi peccando, non possit; iam se existimet non habet quid faciat: quando id reliquum esse [e] perspexerit, quòd rectè β faciat.

β ¶Rectè.] *In originali legitur* [non rectè,] *sed non est emendatum propter casum.*

Cap. de mendacio in recen. impress. & simile l. 2. de summo bono c. 30.

Idem Isidorus in synonimis, c. 10.

mortale perfectis, veniale imperfectis. [...] est mortale potius illud peccatum quod fit ioco, & per quod nulli prosunt, quam illud per quod prosunt alicui? Respondeo, ꝙ illud non fit ex animo [...] & per illud intendit decipere, per istud non. Et intelligas hic perfectũ solũ illũ, qui ex toto renunciauit omnib. pompis sęculi: qui si decederit, statim saluaretur. Sed cũ nullus debet peccare venialiter ad hoc vt alter liberetur a morte, vt s. e. primũ, qualiter ergo respondebit ille a quo quęrit ab hoste, est talis in hac domo. si tacet, præsumitur eũ esse in domo, si autem fatetur, reus erit homicidij. Respondeo, tacere potest, & licet alter pręsumat malũ ex taciturnitate, hoc ei nõ imputatur. absit enim ut ea quæ bona & licita facimus, &c. vt 23. q. 5. de occidẽdis. vel per æquiuocationẽ cautè deludat interrogãtem, dicendo nõ est hic, idest, non comedit hic, sicut Abrahã fecit, 1 i. eo quæritur: hostem enim cautè possumus deludere. 43. d. in mandatis. nõ obstat 11. q. 3. quisquis metu. vbi dr, ꝙ ueritatem occultare, idem est quod dicere falsum: sed illud verum est in teste, qui assumpsit officium testificandi. Item non obstat 25. q. 2. præscriptione. quia obtinet circa iudicia.

1 Alia exempla plura habes i. e. §. Abrahã, vsque ad fi. quæstionis secundũ Rayn.

a ¶Nonnulla m[...].] Quia facit vt consulat proximo.

b ¶Duplex.] Supra 11. q. 3. antecessor.

c ¶Furẽs.] Ergo semper subintelligitur hæc cõditio, si res in eodẽ statu mãserit, ut ff. de sol. cum qs in princ. ext. de iure iur. quemadmodũ. Et est hic arg. ꝙ ꝓpter nouũ casum nouum dat auxilium, ut ext. de offi. dele. insinuante. ff. de interrog. act. de ętate. Item arg. est hic, ꝙ verba generalia non extendunt ad ea, de quibus non est dictum uel cogitatum, ut s. e. beatus. 11. q. 3. antecessor. & ff. de transact. cum Aquiliana, extra de decim. ex multiplic. & extra de rest. spol. audita, &c.

FAciat.] CASVS. Dr hic, ꝙ quilibet debet defendere salutem hominum corporalem, dummodo hoc fa[...] cum [...] mendacio, vel peccato; quia tunc id solum re[...] ꝙ rectè faciat, id est sine peccato. [Reliquum.] Idest, relictum sibi restare licitè faciendum.

d ¶Quod potest.] Ex hoc cap. habes, ꝙ solum illud dicimur posse facere, quòd iustè facere possumus. quandoque hæc dictio, posse, simul denotat potentiam iuris vel facti, vt extra de rescript. sciscitatus quandoque potentiam facti tantum, ut 8. q. 1. Moyses quandoque refertur ad honestatem, de pœnit. distinc. 2. charitas, ff. de condi. instit. filius. quandoque ad commoditatem. ff. de verb. sign. nepos Proculo. 2

e ¶Id reliquum esse.] Idest, olim sibi est relictum[...].

Omne

OMne genus.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ nō debet aliquis aliquo genere mendacij mentiri, nec per mēdacium uitam alicuius defendere.
a ¶ Vt præstes.] idest, ut prosis. Ioan. Quod plo Ioseph, qui iocose fratribus suis mentitus est, non vt eos fallat. [per hominem,] idest, dispensatorem suū, qui insecutus fuit eos, & reduxit eos. [Exitus.] idest, finis.

¶ De eodem. C. XVI.

Iuo p. 12. c. 40. Pann. l. 8. c. 126.

OMne genus mendacij summopere fuge; nec casu, nec studio loquaris falsum; nec ut præstes, [a] mētiri studeas; nec qualibet fallacia uitam alicuius defendas. Caue mendacium in omnibus.

Item Augustinus in libro de mendacio, c. 6.

¶ De eodem. C. XVII.

Sap. 1.

SI quis ad te confugiat, qui mēdacio tuo possit a morte liberari: non es mentiturus. Os enim quod mentitur, occidit animam, *& infra.* ¶ Cum ergo mentiēdo vita æterna amittitur; nunquam pro cuiusquam uita temporali mentiendum est.

¶ *Caput hoc abest a plerisque uetustis, & in duobus est cum nomine Paleæ.*

Item Aug. in libro quæstionum Gen. c. 44. q. 145.

¶ Non reputantur mendacia, cum ea, quæ non sunt, ioco dicuntur. C. XVIII.

Iuo p. 12. c. 43. Pan. l. 8. c. 129.

QVòd autem ait fratribus suis Ioseph: [Nesciebatis, quia augurio auguratur homo, qualis ego? [de hoc augurio etiam mādauit eis dicendum per hominem suū, quid sibi velit, quæri solet. An quia nō serio, sed ioco dictum est, ut exitus [b] docuit, non est habendum mendacium? Mendacia enim a mendacibus serio aguntur, non ioco. Cum autem, quæ nō sunt, tanquam ioco dicuntur, non deputantur mendacia.

Sed in ueteri testamento multa permittebantur; quorum exemplis hodie vti non licet.

Vnde Gregorius lib. 18. moral. c. 3.

¶ Veterum exemplo mentiri non licet. C. XIX.

SI quis per uetus testamentum vult suum tueri mēdacium, quia minus illic quibusdā fortasse nocuerit; dicat necesse est rerum alienarum raptum, [c] & retributionem iniuriæ, [d] quæ infirmis illic cōcessa sunt, sibi nocere non posse. Quæ omnia cunctis liquet quanta animaduersione veritas insequitur: quæ nobis iam significationis suæ umbra postposita, in uera carne declaratur.

Idem eodem libro, c. 2.

¶ Obstetrices de pietate remuneratæ de mendacio sunt punitæ. C. XX.

Iuo p. 12. c. 41.

SI quælibet culpa sequēti solet pia operatione purgari quanto magis hęc facillime abstergitur, q̄ mater boni operis pietas ipsa comitatur? Nonnulli uero de obstetricum fallacia conantur asserere hoc mendacij genus non esse peccatum, maxime, quòd illis mentientibus scriptū est, quia ædificauit illis Dominus domos. In qua magis

Exod. 1.

b ¶ Vt exitus.] Ar. ꝙ per cōsequētia probantur præcedētia, ut 34. q. 1. c. 1. & 1. q. 1. cōstat. ff. de ac. & ob. obligationū.
SED IN VETERI TESTAMENTO. CASVS. Sup. in ꝓx. c. dictū est, ꝙ iocosum mēdacium, nō est habendum pro mēdacio. Nunc vero dicit, ꝙ hoc obtinuit in veteri testamēto, ubi multa ꝑmittebant, q̄ hodie facere non licet, & hoc probat seq. cap.
SI quis ꝑ uetus.] CASVS. Quidam dicebant licere sibi mētiri ad instar hominū ueteris testamenti. Aug. uero cōtra eos, ostēdit, ꝙ si eorū exemplis suū volunt tueri mēdaciū, pari ratione debent dicere sibi licere aliena bona rapere, & ꝓprias vlcisci iniurias, sicut tunc tēporis cōstabat esse ꝑmissum, quę si quis hodie faciat, pęnā patietur a Domino, qui ꝓhibuit talia. [Postposita vmbra significationis.] idest, postpositis legalibus, & ceremonialib. Christū, & iustitiā noui testamēti significantibus.
c ¶ Raptū.] Rapinā cōmiserunt filij Israel 14. q. 5. dixit. Et est hic ar. ꝙ uno ꝓhibito ꝓhibita sūt omnia similia, ut ī. d. 4. denique. in fi. & extra de consti. translato.
d ¶ Iniuriæ.] Tunc licuit ꝓpria auctoritate vlcisci iniurias, 1 vt 23. q. 4. cū in lege. & q. 5. si audieris. hodie nō licet, vt 23. q. 4. īter. & q. 5. de occidendis.
e ¶ Insequitur.] Cū dicit, Mihi vīdictā, & ego retribuā, & cum dicit. Si quis ꝑcusserit te ī vna maxilla, præbe ei, & aliam. 23. q. 1. in principio. Io.

1 Hoc dictū sane intellige. nā tunc bene peccabant si hoc faciebant ꝑter auctoritatem iudicis, & s̄m hoc ītellige hoc dictū G. nā eius auctoritate poterāt hoc iure facere, sed si faciebant, nō ideo puniebant a iudice sine lege, vt hic dicitur s̄m H.

QVod autem ait.] CASVS. Quæsitum fuit ab Augustino an mendacium quod iocose dicitur, sit habendum pro mendacio. Et respondet, quòd non, quia non erit, ut alium fallat dicitur, sed ioco, & probat exem-

SI quælibet.] CASVS. Quidā dicebant, ꝙ si quis mentitur pro uita alicuius, non est peccatum, immo bonum est, & meritoriū. Et hoc probat exemplo obstetricum.

cum, quibus mentientibus pro uita Iudæorum, Dn̄s eis domos ædificauit. Sed Augus͠t. contra eos ostendit, ꝙ ꝓ uita alicuius mētiri, peccatum est, tn̄ si alia peccata per pœnitentiam sequentem delentur, hoc multo facilius deletur, nec illæ obstetrices propter mendaciū meruerunt, imo demeruerunt, quia quod potuit ī ęterna uita eis retribui, est in terrenam recompēsationem declinatum.

e ¶ Parabat.] Dominus.

f ¶ Captiose.] idest, caute.

QVANDOQVE. Hæc est quinta pars qo. in qua dī, ꝙ possunt quādoque dissimulari boni uiri, & non peccāt: quædam etiam dicunt prophetando. Io. de Fant.

C A- recōpensatione cognoscitur, quid mendacij culpa mereatur. [a] Nam benignitatis earum merces, [b] quæ eis in æterna [c] potuit [d] uita retribui, præmissa † culpa mendacij in terrenam est recompensationem declinata. † *al. pro admissa.*

Abraham quoque loquens ad pueros suos ait. (Sedete hic cum asino: ego & puer illuc usque pertransibimus, & cum adorauerimus, reuertemur ad uos; (licet aliud se facturum deliberaret; tamen excusatur a mendacio. Vnde Ambrosius in libro de patriarchis. (¶ Prophetauit Abraham, quod ignorabat. Ipse solus disponebat redire immolato filio. Sed Dominus per os eius locutus est, quod parabat. [e] *Captiose* [f] *autem loquebatur cum seruulis; ne cognito negotio, aut impediret aliquis, aut gemitu obstreperet, aut fletu.* Gen.22. — l.i. de Abrahā, c.8.

5 *Quandoque aliquid iubendo significamus uelle fieri, quod tamen fieri nolumus: sed experimentum obedientiæ quærimus: sicut Abraham a Deo tentatus legitur, cum iussus est immolare filium, quem Dominus nolebat ab eo occidi. Vnde in eodem libro idē Ambrosius: (¶ Nō enim uolebat* [g] *Deus immolari a patre filium: nec impleri hoc munus volebat, qui ouem pro filio immolandā obtulit: sed tentabat affectum patris, si Dei præcepta præferret filio,) & infra: (Non inyciás, inquit, manum in puerum: neque facias ei quidquam. [& infra:) Affectū tuum inquisiui, non factum exegi: tentaui mē. em tuam, si etiam filio dilectissimo non parceres propter me. Non aufero quod donaui ipse: nec hæredem inuideo, quem largitus sum non habenti.* Gen.22. Ibidem in principio capitis 8.

Item Hieronymus in epistola ad Galatas, c.2.

¶ Simulatio vtilis est, & in tempore assumenda. C. XXI.

VTilem [h] simulationem, & in tempore assumendam

a ¶ Mereatur.] idest demereretur.

b ¶ Merces.] Ar. aliquem cōsequi pęnā & præmiū ex eodē facto, sicut miles, q̄ mittitur causa ignominiæ, liberaī a sacramento, & est cōtra id, ff. de ne. gest. si uic. & 16. q. prima, legi.

Pœnā, & p̄mium cōsequit quis ex eodē facto.

c ¶ Æterna.] uideas ergo, ꝙ si aliq̄s prosperitatem habet in hac uita, per hoc aufert ei * spes æternæ uitæ, ut de pę. d. 3. quid ergo turbamur. Itē ex isto loco vr̄, ꝙ istæ mulieres, q̄ mētitę fuerūt ꝓ salute alteri⁹, peccauerūt mortaliter, quia ꝓ ueniali peccato nullus priuaī æterna salute. Aug. tn̄ dicit eas uenialiter peccasse. Sed vt patet ī gl. Gregorij sup̲ Exod. vnde sumptū est illud c. istæ mulieres bis fuerūt mētitæ. Primo ꝓmiserūt Pharaoni, ꝙ oēs masculos interficerēt: sed tunc habebāt in ꝓposito, ꝙ nō interficerēt, illud peccatū fuit ueniale, quia fuit pro uita illorum conseruanda, & de illo loquitur Augus͠t. postea uero pueris reseruatis cum redarguerentur a Pharaone, secundo sunt mentitę, cum dicebant Hebræorum mulieres habere scientiam obstetricandi, &c. & tunc non fuerunt mentitæ pro uita puerorum, q̄a illi iam seruati erant: sed pro propria uita, ne interficerētur, & hoc mendacium fuit mortale, *, propter hoc dānatæ fuerunt. Quidam tamen dicunt, quod licet propter ueniale peccatum non damnetur aliquis, tamen impedire potest aliquem ne saluetur. Sed hoc non credo, cum ueniale peccatum non tollat gratiam: nec eam impedit, etiam si omnia uenialia peccata aliquis commisisset.

* *Difficilior redditur.*

Prosperitas in hoc sæculo est periculosa.

Mulieres q̄ Pharaoni ꝓmiserūt oēs mares interficere bis sūt mentitæ.

* *Immo neque illud mortale, quoniā non perniciosum.*

d ¶ Potuit.] Si habuisset charitatem.

ABRAHAM. CASVS. Dī hic, ꝙ non solū Ioseph fuit a mendacio excusatus in ueteri testam. sed ēt Abraham, qui mentitus fuit pueris suis cum aliud diceret, & aliud se facturum deliberaret. Et hoc inducit seq. c.

PROPHETAVIT. CASVS. Ambro. ostendit in hoc c. ꝙ Abraham cum dixisset se cum filio rediturum, & propositum haberet ipsum immolandi Deo, captiose loquebatur, ne aliquis seruorum ipsum impediret: Dominus tamen per os eius prophetauit id, quod ipse cogitauit.

CASVS. Docet Grat. hic, ꝙ quandoque significamus id fieri quod fieri nolumus, sed hoc facimus ad experimētum obedientiæ: sicut Deus tentauit Abraham, ut eius obedientiam experiretur. Hoc probat per seq.

NON ENIM. CASVS. Legitur in Genesi ꝙ Dominus pręcepit Abrahæ, ut filium suum Isaac sibi immolaret, quod cum facere vellet, prohibuit eum Dominus, & ouem pro filio obtulit immolandā, quia Dominus nō ideo præcepit Abrahæ filium suū immolare, eo ꝙ vellet ita fieri: sed ut eius obedientiam tantummodo experiretur.

g ¶ Volebat.] Sed nunquid volūtas Abrahæ fuit cōtraria uoluntati Dei? nō: sed ipsa volita fuerunt cōtraria. Abraham enim uolebat interficere, & Deus hoc ipsum noluit. s. ipsum Abraham uelle interficere, & sic eadē fuit uoluntas.

VTilem.] CASVS. Ostendit Hieron. ꝙ multoties simulatio utilis est, & ꝙ homo dēt simulare id qđ non est, nec fieri cupit. Et Hoc probat tribus exemplis. s. Iehu regis Israel, & Dauid, & Christi, qui simulationem peccatricis carnis assumpsit.

h ¶ Vtilem.] Arg. quod dolus cōtra hostē bonus est, vt 23. q. 2. dominus, & 47. distin. in mādatis, & ff. de cap. &

Dolus in[...] item bon[...] est.

& postli.re.nihil intereſt, C.de cōmer.& merca.l.2.& 14.q.5.dixit.& de confec.diſt.2.dixit dñs.Sicut econuerſo quædã diſſimulare poſſumus. ff.de noua. cōtra doli, in [illegible] cōtra 23.q.1.noli. dolus verò uel ſimulatio ad fallendũ ſemper malus eſt,ut 27.diſ. qđ interrogaſti,& 12.

mendacia ſint venialia, & quæ mortalia: Poſtea facit quandã quæſtionem, quare.ſ.Abraham cum [illegible] in Aegyptum cũ vxore, rogauit eam ut ſororē ſuam ſe eſſe mentiretur: ne ſi diceret ſe uxorem illius, interficeretur propter eam: cũ dictum ſit, ſ.e.[illegible] tur, non eſſe mentiendũ pro temporali vita alicuius. Poſtea ſoluit hanc obiectionem, dicens ꝙ Abrahã noluit mendacium dici, ſed uerum taceri uoluit: quia de eodem ſanguine nata, uerè ſoror dicebatur.

4.Reg.10. 1.Reg.21.

Iehu regis Iſrael nos doceat exemplum,qui cum non potuiſſet interficere ſacerdotes Baal, niſi ſe finxiſſet velle idolũ colere,dixit: [Congregate mihi omnes ſacerdotes Baal.Si.n.rex Achab ſeruiuit Baal in paucis;ego ſeruiam ei in multis.] Et Dauid quando mutauit faciem ſuam coram Abimelech, & dimiſit eum, & abijt. Nec mirum quamuis iuſtos homines, tamen aliqua ſimulare pro tēpore ob ſuam & aliorum ſalutem:cum & ipſe Dominus noſter non habens peccatum,nec carnem peccati, ſimulationem [a] peccatricis carnis aſſumpſerit:vt condemnãs in carne peccatum,nos in ſe faceret iuſtitiam Dei.

Ecce,quæ mendacia ſint venialia, & quæ dãnabilia.

¶ *Sed quæritur quare dicat Aug. non eſſe mentiendum pro temporali vita alicuius: cum Abraham deſcendens in Aegyptum rogauerit Saram, vt ſororem eius ſe eſſe mentiretur, dicens:* [*Noui, quòd pulchra ſis mulier: & quòd cum viderint te Aegyptij, dicturi ſunt, vxor illius eſt,& interficient me, & te reſeruabunt. Dic ergo, obſecro te, quòd ſoror mea ſis, vt bene ſit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui.*] *Sed Abraham non mendacium dici,ſed verum taceri voluit.*

Gen.12.

Vnde idem Auguſt.ait in quæſtio. Geneſ.q.26.

¶Quomodo Abraham excuſetur a mendacio,qui Saram ſororem ſuam eſſe dixit. C. XXII.

QVæritur,cur Patriarcha mentiri [b] voluit,vt diceret Saram ſororem [c] ſuam:& non potius Deo commiſit;qui ſi vellet, eius pudicitiam apud Pharaonem [d] ſeruare poſſet.Sed veritatem voluit celari, nō mendacium dici.Soror enim dicitur, quia filia fratris erat. Et in hoc oſtenditur, ꝙ nemo debet tentare Deum ſuum; dum habet quod rationabili conſilio faciat.[e] Fecit quod potuit: quod non potuit, Deo commiſit,in quem ſperauit: nec eum fides, aut ſpes fefellit. Si autem interrogatus illam fœminam indicaſſet vxorem; duas res tuendas committeret Deo,& vitam ſuam,& vxoris pudicitiam.

lib.22.contra Fauſtum, cap.36. 33.& rurſus 36.

¶ *In quæſtione ipſa vigeſimaſexta non ſunt omnia verba huius capituli:ſed confectum eſt etiam ex lib.22. contra Fauſtum,& contra Secundinum, & ex alijs locis.*

Item opponitur,ꝙ Iacob mentiendo & ſibi profuit,& alij nocuit: nec tamen reprehenditur,ſed commendatur. Sed Iacob dicendo ſe eſſe Eſau primogenitũ, non eſt mentitus. † *Non.n.dixit ſe eſſe primogenitum, naſcendo, ſed ius primogenituræ, illo vendente, ritè adeundo. Sic & Chriſtus Ioannem dixit eſſe Heliam, non perſona, ſed imitatione virtutis. Erat ergo Iacob Eſau,non naſcen-*

Gen.2.& 25. Matth.11.

QVerit.] CASVS. Quęſitũ fuit ab Aug. cur Abrahem Patriarcha mentiri voluit Sarã, ut ſe ſororem ſuã diceret, & non potius commiſit ipſam Deo. Et rñdet,ꝙ noluit mendaciũ dici:ſed veritatē occultari uoluit. ſoror.n.ſua erat, qa filia erat fratris. & ꝙ non commiſit eã Deo tantum, dedit nobis exemplum ut quamdiu poſſumus rõnabiliter pericula euitare,Deum tentare non debemus.

b ¶ Mētiri.] Ecce dicit Aug. ipſum mentitum:& tamen poſtea dicit ipſum nõ mētitum. & hoc eſt notandũ circa reſcripta, uel circa iudicia,an quærendo uel narrando vel diffiniendo aliquid dicatur,vt [illegible] pe. & [illegible] mētum,quod interrogans non confitetur. Arg.contra 30. quæſt.1.de eo.

Abraham an ſit mentitus.

Interrogans non confitetur.

c ¶ Sororem.] Hic patet,ꝙ nõ quilibet [illegible] gradus fuit in lege ꝓhibitus,extra de cõuerſ. infid. interrogaſti, ĩ parte deciſa. Itē patet hic, ꝙ licitè per equiuocationem poſſumus hoſtem deludere,ut not.ſ.ea.ne quis.& infra §.proxi.

d ¶ Apud Pharaonē] cõtra 32.q.4.nemo. vbi dicit de Abimelech. ibi ſol. nã ambo ĩ ipſum Abrahã deliquerunt, de pe.

12.q.1.certè.C.de lat.liber. toll.l j.§.ſed & qui pileati.

a ¶ Simulationem.] Vt falleret diabolum. dicit enim auctoritas: 1. ſi diabolus eum filium Dei ſciuiſſet,nũquam eum a Iudæis crucifigi paſſus fuiſſet.

ECCE. CASVS. Dicit Grat. ex ſupradictis patere quæ

diſt.1.ex his.aliàs eſt §.denique [illegible]

e ¶ Faciat.] Non ob.de conſecr.diſt.1.omnis Chriſtianus.vt ibi [illegible]

ITEM OPPONITVR. CASVS. Hic §. diuiditur ĩ duas partes. In prima probat adhuc quòd homo

do, ut diximus, sed emptione primogenituræ de nō primogenito in primogenitū transeundo, sicut & ipse Esau primogenita vendendo de primogenito nō primogenitus fieri meruit. Sic & Iudæi, cū essent filij Abrahæ carne; quia Ioan. 8.
non fuerūt filij eius imitatione, non deputātur inter filios Abrahæ, sed dicūtur filij diaboli: cuius filij sunt, nō nascēdo, sed imitando. [a] Unde a Domino audire meruerūt: [Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite: nunc aūt quæritis me interficere, hoīem, qui veritatem locutus sum vobis, Hoc Abrahā non fecit. Vos ex patre diabolo estis: & Ioan. 8.
desideria patris vestri facere vultis. ¶ Econtra gentiles; cum secundū originem carnis ab Abrahā essent alieni; tamen imitatione fidei & iustitiæ successerunt in filios Abrahæ. Unde ab Apostolo dicitur eisdem. [Si aūt Christi, ergo Abrahæ semen estis.] ¶ Hinc idem Apostolus 1. Cor. 4.
scribens Romanis ait: [O tu Iudæe si circuncidaris, nec legē obserues, circuncisio tua præputium facta est, [b] quō & præputium, si iustitias legis custodiat, in circuncisionē reputatur; Rom. 2.
Præfertur ergo, ut ex præmissis colligitur, imitatio operis origini carnis. Veraciter ergo, non mēdaciter Iacob se dixit Esau esse: nec mentiendo, sed verum dicendo, sibi profuit alteri vero non nocuit: [d] quia benedictionem sibi debitam accipit, non alienum † subripuit. † alienam.
¶ Episcopus vero iste, de quo agitur, & si falsum iurauit, tamen quia, ut supradictum est, ream linguam non facit nisi rea mens; [e] nequaquam reus periurij habetur. Probatur hoc etiam exemplo Saulis, qui cum esset pugnaturus contra Philistæos, iurauit se interfecturū quicumq; ante Solis occasum comederet. sup. c. homines.
Ionathas autem filius eius non audito [f] regis iuramento, cum pugnando magnam hostium stragem [g] dedisset, & salutem fecisset in Israel; fame laborans, [h] vidit fauum mellis, quē 1. Reg. 21.
regia virga, quam gestabat in manibus, accepit, & comedit: statim que oculi, quos fere fames clauserat, aperti sunt, & facies eius exhilarata est. Quo comperto, Saul voluit eum dare neci, sed precibus, & pia populi supplicatione placatus, mortis reuocauit sententiam, ne interficeretur ille, per quem salus data erat in Israel; & quo pugnante, de manibus hostium populus ille liberatus fuerat. Ecce Saul falsum iurauit: quia quod iureiurando se facturum decreuit, precibus populi † reuocatus non fecit. † al. prouocatus.
Nec tamen periurij reus arguitur: quia, quantum [i] in ipso fuit, quod iurauit, impleuit: dum sententiam mortis in filium dedit: quum non carnali affectu, sed populi supplicatione reuocauit.

potest mentiri vt sibi prosit etiam alteri nocendo. Quod probat exēplo Iacob, qui mentitus est se esse Esau patri benedicenti: & hoc modo sibi abstulit ius primogenituræ. Sed hanc obiectionem soluit Grat. dicens, Iacob non esse mentitum, non enim se dixit esse Esau natiuitate, sed adiectione, vel imitatione: quia ex quo Esau sibi vendiderat ius primogenituræ: ipse imitari poterat; & ius illud adire quod emerat, & hanc solutionem probat quatuor exēplis, s. Ioannis, quem Christus dixit esse Heliam virtutis imitatione: & Iudæorū & gentium & Romanorum. In 2. parte dī, quod quāuis eps de quo agit in themate, iurauerit falsū qd putabat esse verum, nō tā reus periurij iudicatur: qd probat exemplo Saulis, q pugnaturus contra Philisteos, iurauit se interfecturum quicumq; comederet ante solis occasum, contra qd iuram Ionatha filius suus fauū mellis comedit: pp quod pater eū condemnauit ad mortē: sed preces populi hanc sniam reuocauit: nec tamē propter hoc reus piurij iudicatur. Secunda pars incipit ibi, [Eps vero. Primum exēplū primę partis est ibi: [Sic & Christus Ioannem.] Secundum ibi, Sic & Iudæi. Tertium ibi, [Econtra gentiles.] Quartum ibi, [Hinc idem Apostolus.]

a ¶ Sed imitando.] Et ait quūque aliquis sumit potius appellationē ab accidenti quàm a natura, ut ff. de orig. iur. l. 2. in princ. & 1. q. 1. cito.

b ¶ Præputiū facta est.] .i. circuncisus es in præputio, & nō in corde: cum tamē dixerit legislator circuncidite vos, & amputate præputia cordis vestri.

c ¶ Reputat.] .i. gentilis reputabit circūcisus si seruat legē.

d ¶ Non nocuit.] Et sic iniuriam non fecit: quia iure suo vsus est, vt extra de elect. cum ecclesia.

e ¶ Nisi rea mens.] Vt sup. ea. c. homines.

f ¶ Audito.] Quia vox preconia paucis innotescit, vt C. quō & qñ iud. auth. q semel, & qui tardè uenit ad iudiciū, presumitur non audiuisse vocē præconis, ut ff. de in integ. rest. diuus. & edictū tātum ligat eos, ad quos peruenit, vt 82. dist. proposuisti, in fi. ff. de decr. ab ord. fac. l. vlt. tamen hæc non est excusatio sufficiens, dummodo edictū sit publice propositum, vt 16. dist. quod dicitis.

g ¶ Stragem.] Et hoc ei non proficit, si scienter contra edictum fecit, ut ff. de re milit. l. 3. §. in bello. [1]

h ¶ Laborans.] Illud eum potuit excusare. de consecr. d. 5. ... discit ... dos.

i ¶ Quia quantum. Sic dicitur aliquid quantum ad se, non quantum ad alios, ut 26. dist. c. vlt. & de consecrat. dist. 4. ... quis, & 1. q. 1. quod quidam.

Vox præconis paucis innotescit.

Edictum ligat tantum eos ad quos peruenit.

1 Et ff. de re. cor. qui sub tu. l. quāuis 16. q. 1. monachi.

Cum.

QVAESTIO III.



Vm ergo, vt ratione, & exemplo monstratum est, episcopus reus periurij non esset; consueta obedientia [a] *ab archidacono sibi denegari non debuit: cum etiam si criminosum illum esse constaret; ante diffinitiuam tamen sententiam, vt supra monstratum est, nulli clericorum suorum ab eo liceret descedere.*

Constat ergo illicitum esse quod archidiaconus iuramento firmauit.

Vnde merito quæritur, an debeat seruari, vel non.

QVAESTIO IIII.



Vod autem illicita [b] *iuramenta seruari non debeat, in Toletano concilio 8. c. 2. legitur, in quo sic statutum est.*

¶Melius est vota stultæ promissionis non implere, quam crimen committere. C. I.

Iuo p. 12. c. 9. Pann. l. 8. c. 90. † *al. extitisse conditio allegatur.*

SI publicis sacramētorum gestis (quod Deus auertat) a quibuslibet illicita, vel non bona extitisset† conditio allegata, quæ aut iugulare animam patris, aut agere compelleret stuprum sacratissimæ virginis; nunquid nō tolerabilius [c] esset stultę promissionis vota reijcere, quàm per inutilium promissorum custodium, exhorrendam criminum implere mensuram?

Item Ambrosius de officijs, lib 1. c. 50.

¶Aliquando non expedit promissum seruare sacramentum. C. II.

Ibidem in Tole. 8.

ESt etiam contra officium [d] nonnunquā soluere promissum; sacramentum custodire [α]: vt Herodes, qui iurauit, quoniam, quidquid [e] petitum esset, daret filiæ Herodiadis: & necem Ioannis præstitit, ne promissum negaret.

Sent. 3. dist. 39. Iuo p. 12. c. 3. Pann. l. 8. c. 91. *Matth 4.*

α Custodire.] *Addita est vox ista ex originali, & concilio Toletano, in quo refertur.*



Vm ergo.] CASVS. Hæc est 3. q. ubi quæritur, an licuerit archidiacono iuramento firmare quod episcopo suo debitam reuerentiam negaret? Et respondet quòd non, cum episcopus propter tale iuramentum quod fecit, reatum periurij nō contraxerit: cum etiam si periurus fuisset, tamen non liceret archidiacono, vel alicui subiectorū ab eo discedere ante definitiuam sententiam, & ideo illicitum fuit archidiaconi iuramentum.

a ¶ Obedientia.] Hæc quæstio determinatur. s. 15. q. vlt. cap. vlt. sup. 8. q. 4. cap. nonne.



Vod autem.] Hæc quæstio diuiditur in tres partes. In prima probat per xx. capit. quòd in malis promissis rescindendum est iuramentum, scilicet cum seruari non possit sine detrimento salutis æternæ. Secunda ibi, Ecce quòd iuramēta, Tertia ibi, Sed cum his.] Io. de Fant.

CASVS. Hic proponitur quarta quæstio, vbi quæritur vtrum iuramentum illicitum sit seruandum. Et respondet, si iuramentum est illicitum: quia de re illicita, scilicet de faciendo peccato mortali, vel veniali, non est seruandum, ut inf. c. 1. & c. seq. & maxime in illo cap. in malis, si autem iuramentum est illicitum ex modo, quia incaute iurauit aliquis rem licitam, scilicet comedere, vel bibere, seruandum est: cum in deteriorem exitum non vergat, ut inf. ea. c. si aliquid. & §. illicitum.

b ¶ Illicita.] Iuramentum sex modis dicitur illicitum: ex persona, ex re, ex fine, ex causa, ex tempore, ex modo. Ex persona dupliciter, vel ex psona eius q iurat, uel ex persona eius cui iuratur. nā si impubes iurat, nō tenet iuramentū, [1] ut inf. ead. q. 5. paruuli. Item si clericus laico iurat. inf. q. 5. nullus. Ex re ēt illicitum est iurām dupliciter, ut si res sit illicita, quæ iuratur, ut inf. ea. in malis. & si res illa, per quā iuratur, nō sit sacra, ut sup. ea. q. 1. clericum. per creaturas. & sup. q. 1. considera. Ex fine illicitum est, ut si iuretur propter electum. & ante electionem, ut 8. q. 3. Artaldus. Ex cā, ut si ad clamorem populi iuretur, ut j. ead. vnusquisque. Ex modo est illicitum, ut si temere iuretur, uel indiscrete, uel præter necessitatem, ut s. ead. q. 2. c. 2. & inf. ea. c. si aliquid. Item iuramentum ex tempore est illicitum, ut si iuret in quadragesima, nisi de pace componēda, ut 1. q. 5. decreuit. quod hoc uersu perpenditur.

Quis, quid, per, quod, ad quid, cur, quomodo, quando. Breuiter ergo teneas in hac quæstione, φ semper iuramētum est seruandum, si est licitum, licet etiam illicitum sit ex modo iurandi, vt inf. ea. si aliquid. extra de iureiur. c. debitores. Ioan.

Iuramentū sex modis dicitur illicitū.

1 Ad idem ff. de iureiu. peierasse. ni si in ca. ff. de lib. cau. l. ult.

SI publicis.] CASVS. Aliquis iurauit interficere patrem suum, uel corrumpere sanctimonialem. quare quæsitum fuit in concilio Toletano, vtrum tale iuramentum sit seruandum, & respondet quòd non: quia tolerabilius est turpem promissionem reijcere, quàm eam adimplere. Seq. cap. patet. cum. §.

2 Vnde ei pœnitentia inducitur ex eod. tit. cum quidam.

c ¶ Non tolerabilius.] Nec peccat transgrediendo, ut inf. ead. in malis & cap. inter. licet tunc peccauit quando iurauit 2. Ioan.

d EST etiam contra officium.] Id est, pietatem.

e ¶ Quidquid.] In hoc generali iuramento non intelligitur iurasse nisi quod licite facere potuit [3], vt extra de iuriuran. Quintauallis. extra de elect. causam. ff. de ope. liber. si libertus. & ff. de ritu nup. l. generali. & ff. de iure dot. siue generalis. Ioan.

3 Non enim iurām est vinculū iniquitatis. [illegible] inter. extra de iureiur. quāto & circa hoc dic [illegible] le. & not. [illegible] Arch.

QVod Dauid.] CASVS. Dicitur in hoc, q iuramentum illicitum non est seruandum: & hoc probat exemplo Dauid, qui iurauit interficere Nabal, & tamen promissionem suam non adimpleuit. Idem est casus sequentis cap. scilicet quod in duobus malis eligitur minimum. Aliud c. scilicet, in malis promissionem [illegible] est.

a ¶ Temerariũ.] Iuramentum [illegible] & inconsulto calore [illegible] non est seruandũ, ut hic, [illegible] Ioan.

b ¶ Iurauit.] ¶ Peccatis.] idest, quæ videntur peccata, [illegible] non est peccatum. Ioan.

c ¶ In malis.] Aliud in malis promissis, & aliud in male promissis: primũ nõ est seruandũ, secundum [illegible] ut infra ead. cap. [illegible]

SI aliquid.] CASVS. Ostendit hic [illegible] hominẽ, uel aliud peccatum perpetrare: [illegible] uenire contra iuramẽtum, quàm in aliud grauius crimen incidere: quod probat exẽplo Dauid, qui licet iurauerit interficere Nabal virũ [illegible], & impium, tamen ad preces Abigail vxoris eius contra sacramentum veniens ensem reuocauit in vaginam.

d ¶ Peiorem. Simile extra de iureiur. si uero.

d ¶ Peiorem.] Item [illegible] iuramentum non debeo adimplere [illegible] & si temere aliquid iuraui, quod est licitum, adimplẽdũ est. si tamen propter necessitatẽ non possum adimplere, [illegible] ut 23. distinc. §. criminis. in fi. & a licito iuramento (vt dicũt quidam) Papa non potest absoluere, ut [illegible] 15. quæst. 6. autoritatem. sed contra eos est extra de iureiur. uenientes. Io.

NOn solum.] CASVS. Hic dicitur quod si aliquis iurat aliquid illicitum, non debet illud adimplere, sed de duobus malis minus eligere debet, scilicet [illegible] non adimpleat quod promisit.

Idest, q̃ p [illegible] peccatum [illegible] temere iurauit. Lau.

Iuramentum nõ supererit adimplendum.

Papa an possit absoluere a licito iuramento.

Item in sermone S. Augustini episcopi de decollatione S. Ioannis Baptistæ, qui, sic incipit [Cum Sanctum Euangelium legeretur.]

a Con- Serm. 11. de sanctis. cuius principiũ est [Propter hunc.

¶ Pietas fuit, quòd Dauid Nabal, sicut iurauerat, non occiderit. C. III.

QVod Dauid iuramentum per sanguinis effusionem non impleuit, maior pietas fuit. Video &Dauid piũ hominem, & sanctum in temerariam [a] iurationem cecidisse, & maluisse nõ facere quod iurauerat, quàm iurationem suam fuso hominis sanguine implere.

Sent. ibidem. Iuo p. 12. c. 11. Pann. l. 8. c. 92.

α ¶ Video.] Hæc sunt verba B. Augustini in eo sermone. Antecedentia autem videtur summa quadam, nec sunt apud Iuonem, aut in Pannormia.

Idem ibidem.

¶ De eodem. C. IIII.

IVrauit Dauid temere, sed nõ impleuit iurationẽ maiori pietate. *& infra.* ¶ Ecce sanctus Dauid nõ quidem iratus sanguinem hominis fudit; sed eum falsum iurasse negare quis poterit? De duobus peccatis [b] elegit minus: sed minus fuit illud in comparatione maioris. Nam per se ipsum appensum, magnum malum est falsa iuratio.

Sent. ibidem. Iuo ibidem. Pann. l. 8. c. 93.

Item Isidorus in synonimis, libro secundo β.

β ¶ Secundo.] *Etiã B. Braulius in vita Isidori memorat duos synonymorũ libros. Et in synonymis, q̃ nuper cũ alijs Isidori operib. sunt Parisijs impressa facile locũ haberet diuisio in duos lib. Nã ex posteriore parte eorũ sumptus libellus de norma uiuendi, q in codice Parisino codice habetur. Alter aũt libellus de contẽptu mundi qui & ibidẽ, & antea Antuerpiæ, & olim Venetijs sub hoc titulo.* Isidorus de hoĩe, & rõne deflente, & de hoĩe, & ratione consolante, *impressus est, videtur epitome quidem synonymorum.*

Cap. de mendacio in impresso Parisijs.

Turpia vota seruanda non sunt. C. V.

IN malis [c] promissis rescinde fidem. In turpi voto muta decretum: quòd incautè vouisti, ne facias. Impia enim est promissio, quæ scelere adimpletur.

Iuo p. 12. c. 12. In Tolet. 8. c. 2. & in Tribur. c. 21. & glo. cod. in c. 14. Matthæi, in ver. iusũm.

Item Beda in hom. 44. in Natali decollationis S. Ioan.

¶ Non est obseruandum iuramentum, quo malum incaute promittitur. C. VI.

SI aliquid forte nos incautus iurasse contigerit, quod obseruatum peiorem [d] vergat in exitum, libere illud consilio salubriore mutandũ nouerimus, ac magis instante necessitate peierandum nobis, quàm pro vitãdo periurio in aliud crimẽ grauius esse diuertendum. Deniq; iurauit Dauid per Dñm occidere Nabal virum stultum, & impium, atq; omnia, quę ad illum pertinerent, demoliri. Sed ad primam intercessionem Abigail fœminæ prudentis mox remisit minas, reuocauit ensem in vaginam, neque aliquid culpę se tali periurio contraxisse doluit.

inf. eo. si aliquid. c. 16. Pan. l. 12. c. 18. Iuo p. 12. c. 13. & 75. Pan. l. 8. c. 94. & 118

1. Reg. 25.

Idem ibidem.

¶ De duobus malis minus eligi oportet. C. VII.

NOn solum in iurãdo, sed in omni, quod agimus, hęc

Iuo p. 12. c. 1[illegible] Pann. l. 8. c. 9[illegible]

a ¶ Contagio.] Quantum ad perplexionem animi, ut 13.d.nemo.
b ¶ In quo minus.] Quoties enim aliquid sine captione fieri nõ potest, semper id quod minimum est, sequimur, vt ff. de re iud. quoties nihil. Io.

sententiam sæpe mutet, & mutando melioret.
c ¶ Inhonestum.] Non solum ergo iuramentum rei illicitæ non est seruandum, sed nec etiam inhonestæ: imo si tendat ad inhonestatem quandoque non est seruandũ, licet possit seruari sine interitu salutis æternæ, vt extra de iureiur. quemadmodum.

Vnus- est moderatio solertius obseruanda, vt si in talem forte lapsum versuti hostis inciderimus insidijs, ex quo sine aliquo peccati contagio [a] surgere non possimus; illũ potius euadendi aditum petamus, in quo minus [b] periculi nos perpessuros esse cernimus.

In Tolet. 8. c. 2.

Item Ambrosius de officijs, lib. 3. c. 12.

¶ Tolerabilius est iuramentum non implere, quàm quòd turpe est facere. C. VIII.

Iuo p. 12. c. 17.
Pann. l. 8. c. 101.
Matt. 14.

VNusquisque simplicem sermonem proferat: vas suũ in sanctificatione possideat: nec fratrem suũ circumscriptione verborum inducat: nihil promittat inhonestum: [c] aut si promiserit; tolerabilius est promissum nõ facere, quàm facere quod turpe sit. Sæpe plerique constringunt seipsos iurisiurandi sacramento: & cũ ipsi cognouerint promittendum non fuisse; sacramenti tamen contemplatione faciunt, quod spoponderunt: sicut de Herode supra scripsimus: qui saltatrici præmium turpiter promisit, crudeliter soluit. Turpe, quod regnum pro saltatione promittitur: crudele, quod mors prophetæ ꝓ iurisiurandi religione donatur. Quanto tolerabilius tali fuisset periurium sacramento? † Si tamen periurium posſit dici, quod ebrius [d] inter vina iurauerat, quod euiratus *α* inter saltantium [e] choros promiserat. Infertur disco prophetę caput, & hoc ęstimatum est fidei esse, quod amentiæ [f] fuit, *& post pauca de Iepte* [g] *differens.* ¶ Miserabilis, inquit, necessitas, quæ soluitur parricidio. Melius est non vouere, quàm vouere id, quod sibi is, cui promittitur, nolit exolui. *& post paululum.* ¶ Non semper igitur promissa soluenda omnia sunt. Denique ipse Dominus frequenter suam mutat sententiam, sicut scriptura indicat.

† *homicidia*] Iuo
Ibidem.
Iud. 11.
Inf. c. non semper.

α ¶ Euiratus.] *Emendatum est ex B. Ambrosio, & Iuone. Antea enim legebatur,* & iuratus.

Item ex concilio Toletano 8. *c.* 2.

¶ Incommutabilis Deus quandoque sua mutat statuta. C. IX.

INcommutabilis, eademque semper existẽs Dei natura, parcens sua sæpe in sacris literis legitur mutasse ꝓmissa, & pro misericordia temperasse sentẽtiam. [h] Vnde quãlibet sit impassibilis, atq; immutabilis, eiusdemq. deitatis licet sint dicta firmissima; crebro tamen eius, & iuramenta leguntur, & pœnitentia: quæ sacris extant my-

d ¶ Quod ebrius.] Ergo ꝓmissio ebrij nõ tenet. [1] vt 15. q. 1. sane.
e ¶ Saltantiũ.] Arg. ꝙ id quod ad clamorem populi promittitur: non tenet. si. 8. q. 1. licet. & c. si ergo. & extra de elect. Osius. Item alia ratione non debuit tenere hoc iuramentum, quia ob reuerẽtiã hospitum uidetur promisisse: & ea quæ ob reuerẽtiam alicui promittũtur, non ligãt, vt ff. quarum rerũ actio non datur. l. 1. §. quæ honorãdę, sic ergo taciturnitas, quæ fit ob reuerẽtiam aliquorum, nõ præiudicat, ut ff. de fur. l. pen.
f ¶ Quod amẽtiæ.] Alias amicitiæ.
g ¶ de Iepte. [Infra prox. causa, qu. 5. si nõ licet, in fi. contr. vbi dicit, ꝙ votũ illud fuit à spiritu sancto. Sed dicas ꝙ uotum fuit iustũ: sed talis solutio fuit iniusta. Hebræi tamen quidã reprehendũt etiã ipsum iustum: & dicit quidam, ꝙ si equus vel asinus ei obuiasset, nũquid illud obtulisset domino? quasi dicant non.

1 Item tene. cum ista gl. Ful. in cõsi. 80. in fin. vbi dicit ꝙ contract9 eius q̃ potationib9 & ebrietatib9, uel adulationib9 est inductus ad vendendum rem minori pretio q̃ ualeat, est ipso iure nullus: pro hoc bñ facit c. sane. in gl. alias.

INcõmutabilis.] CASVS. Quæsitũ est in conci. Toleta. vtrum quis possit venire contra iuramẽtum suum illicitu; & respondet ꝙ sic, & hoc ꝓbatur exẽplo Domini: q licet sit incommutabilis, legitur tamen suam sentẽtiam mutasse, & contra sua iuramenta venisse. Probat, & hoc auctoritate Hier. prophetę.

VNusquisque.] CASVS. Ostendit hic Ambr. ꝙ aliquis non debet illicitũ promittere: & si ꝓmisit, tolerabilius est promissum non adimplere, quam facere rem illicitam. Et hoc probat exẽplo Herodis, & Iepte, qui sępe in scriptura reprehẽduntur, eo ꝙ per ꝓmissionem suam illicitam impleuerunt: nam bene poterant mutare voluntatẽ prauam, cum ipse Deus suam dicentis. Repente loquar, &c. [Iuramẽta,] idest, dispositiones, secundum quod merita hominum exigebant: Seq. cap. patet.
h ¶ Sententiam.] Idest, communicationem. ea. quæ Dominus dicit communicando, vel commonendo, bene reuocat: sed ea quæ asserendo dicit, non reuocat. vnde Macrobius dicit quod tripliciter contingit Deos loqui.

Deus quæ à se dicta reuocet.
Deus tripliciter loquitur.

sterijs ad operta. Iurare namque Dei, est à seipso nulla re-nus ordinata conuellere: pœnitere vero eadem ordinata, cum voluerit, immutare. Sic enim per Hieremiã dicit: [Repente loquar aduersum gentem, & aduersum regnũ vt eradicem, & destruam, & disperdam illud Si pęnitentiam egerit gens illa super malo suo, quod locutus sum aduersus eam; agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui [a], vt facerem ei.] Hier. 13.

¶ *Initium huius capituli emendatum est ex recentioribus editionibus conciliorum Coloniensibus, & codice Lucẽsi regio. In uetustioribus autẽ editionibus, & duob. codicib. Vaticanis, duobusque monasterij Dominicani post ver.* innectenda. *quod in ipso concilio antecedit huic capitulo, sequitur continenter*. Etenim immutabilis deitatis licet dicta sint firmissima, crebro tñ, &c. *intermedijs omissis.*

Item Augustinus.

¶Sapientis est reuocare, quod male loquitur. C. X.

MAgnæ sapientiæ est, reuocare [b] hominem, quod male locutus est. Burch. l. 12. c. 17. Iuo p. 12. c. 74. Rabanus in pœnit. c. 10.

Item ex concilio Ilerdensi, c. 7.

¶Qua pœna feriatur, qui illicitum iuramentum facit. C. XI.

QVi sacramento se obligauerit, vt litigans cũ quolibet ad pacem nullo modo redeat; pro periurio uno [c] anno a communione corporis & sanguinis Dñi segregatus, reatum suum eleemosynis, fletibus, & quantis potuerit ieiunijs absoluat. Ad charitatem vero, quę operit multitudinem peccatorum celeriter venire festinet. 1. Pet. 4.

Item Ambrosius lib. 3. officiorum; c. 12. †

† In Tole. 8. c. 2. su. e. vnuiquisq. in fin. Iuo p. 12. c. 17. Pann. l. 8. c. 102. Conc. Tol. 8. c. 2. Beda in Scintillis, c. 36. Glo. ordi. in cap. 14. Matth.

¶Non omnia promissa soluenda sunt. C. XII.

NOn semper promissa omnia soluenda sunt. Deniq; ipse dominus frequenter suam mutat sententiam, sicut scriptura indicat. Poly. l. 6. tit. 12. Burch. l. 12. c. 10. Iuo p. 12. c. 36. & 67 Pann. l. 8. c. 118.

Item Isidorus sententiarum lib. 2. c. 31.

¶De eodem. C. XIII.

NOn est obseruandum iuramentum quo malum incaute promittitur: veluti si quispiam adulterę perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius est enim non implere sacramentum, quàm permanere in stupri flagitio. Rabanus lib. pęnit. c. 21. Burch. l. 12. c. 7. & 23 Iuo p. 12. c. 64.

Item ex concilio Toletano, c. 8.

¶Male iurans pœnitentiam agat. C. XIIII.

NEcesse est, ut male [d] iurans dignam pęnitentiam agat: eo quòd nomen Domini contra præceptum illius sumpsit in uanum: quia in Exodo scriptũ est: [Nec enim insontem habebit Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.

¶*Verba propria huius, & sequentis capitis non sunt in canone secundo concilij Toletani octaui: ex quo tamen citant Rabanus in lib. pœnit. cap. 21. & Burchardus lib. 12. capitulo 29 coniunctè enim hoc affert cum ijs, quæ in secundo illo canone leguntur. Idem vero Burchardus capitulo 7. citat ex Toletano capit. 9. Iuo autem absolute ex Toletano. Suntq; apud ipsos hæc duo capita cõiuncta.*

---

a ¶ Cogitaui.] idest, videor cogitasse.

b MAgnæ.] ¶Reuocare.] i. nõ adimplere: i. nec dicit fallax. si ad rei veritatem reuertitur, vt 22. q. 1. apud.

QVi sacramento.] CASVS. Iurauit quidam, quod nunquam per pacẽ cum suo inimico veniret. quæsitũ fuit in concilio Ilerdensi quid sit super hoc faciendum: & respõdetur quod pro periurio. i. illicito sacramẽto dẽt per annum a corpore Domini separari: & reatum suũ eleemosynis, & fletib. diluere, & ad pacẽ celeriter venire festinet. Seq. duo capitula plana sunt.

c ¶ Vno.] Sup. e. q. j. c. vlt. 5 6. q. 1. quicũque. ibi imponitur septennis pœnitentia pro periurio: sed ibi loquitur cũ quis transgreditur licitũ iuramentum: hic loquitur cum quis temere iurat. Sed non ne qui temere iurat rem illicitam, mortaliter peccat: ergo septennis pœnitentia debet ei imponi, ut 22. q. 2. hoc ipsũ? Respon. regulariter imponitur septem annorum pœnitentia. sed ex causa diminuit vel augetur illud tẽpus 26. q. 7. tempora. tamen hic non negat quin per septẽ annos debeat penitere: sed hoc solum dicitur, quod a communione corporis Christi vno anno separatur.

NEcesse est.] CASVS. Quidã iurauit se facturum aliquid inhonestũ. vnde quæsitum fuit in concilio Tolet. quid esset de hoc faciendũ. Et respondetur quod pñiam agere dẽt: quia nomine Domini abusus est illicite iurando. Et hoc probat auctoritate Exodi. Sequentia tria capitula patent. [D. finitio.] idest, assertio.

d ¶ Vt mala.] Distinguitur tñ an solenniter

---

i. Id quod male, &c. reuocare inquam est hoc nec perficere. i. vt cesset, & nõ adimpleat illud malum, quod dixerat se facturum, uel verbo vel iuramento. H. alias euolat emissũ, &c. 43. d. §. ult. & hoc cum iurat quis illicitum ab initio. vel ẽt cum ex post facto tendit ad i. o. xxm. 62. d. §. verum 6. d. licet nõ Lau.

Pñia ex causa minuitur vel augetur.

quemadmodum, & in aliquot vetustis Gratiani exemplaribus, sine voce ista, Item.

Leuit. 19.

[*Item. & in Leuitico.*

C. XV.

NOn peierabis in nomine meo: nec pollues nomen Dei tui: ego Dominus.] Malum tamen, quod factu rum se sacramento deuouerit; omnino non faciat: quia stulta vota frangenda sunt.

Item ex decreto Soteris Papæ, c.3.

¶ *Ita & cæteri collectores. Sed sup ea. cap. si aliqd ijsdē verbis affertur ex Beda, apud quē habetur, ut ibi ē indicatū.*

sup. c. si aliquid. Poly. l. 6. tit. 11. Ansl. l. 11. c. 73. Iuo p. 12. c. 75. Pann. l. 8. c. 118.

¶ Iuramentum, quo malum incaute promittitur, non est seruandum. C. XVI.

SI aliquid forte incautius nos iurasse contigerit, quod obseruatum peiorem vergat in exitum; illud consilio salubriore mutandū nouerimus: & magis instante necessitate peierandum † nobis, quam pro facto α iuramento in aliud crimen maius esse diuertendum.

al. periurandum.

α ¶ Pro facto.] *Apud Iuonē, & in Panormia legitur*, pro vitādo periurio, *vt sup. ead. c. 6. in Polycarpo aūt*, profecto in aliud. *Anselmus habet quemadmodū Gratianus.*

Item ex concilio Eliberitano, † c. 1.

† al. Hibernensi.

¶ Temeritas emendatur, cum incauta diffinitio soluitur.

C. XVII.

Burc. l. 12. c. 25. Iuo p. 12. c. 80.

DIffinitio [a] incauta laudabiliter soluenda est: [b] nec est præuaricatio, sed temeritatis emendatio. [c]

¶ *Iuo citat vt Grat. Burchar. aūt ex concilio Hibernēsi, & sic ē ī manuscripta collectione canonū īcerti auctoris.*

Item.

¶ Illicitum iuramentum non est seruandum.

C. XVIII.

Sent. 3. dist. 39. Iuo p. 12. c. 35. Pann. l. 8. c. 98. 100.

ACtione quarta septimæ synodi β] Ioannes Apocrisarius orientaliū sedium dixit. Significat sermo patris nostri Sophronij, ꝙ melius sit iurantem peierare, [d] quam seruare sacramentum in fractione sacrarum imaginum. Hoc autem dicimus: quia sacramento quidā se excusant. Tharasius patriarcha dixit. Quia pater γ Sophronius noueret bonitatem Dei; propterea trāsgredi voluit impium iuramentū. *Item paulo post.* ¶ Tharasius patriarcha dixit. Herodes seruauit iuramētum & perijt: Petrus vero negauit cum iuramento, & cōuersus fleuit, & saluatus est. Omne [e] enim peccatum bonus Deus indulget, si quis ex toto corde pęniteat. Sācta synodus dixit. Sic nos docet sancta scriptura. Item Leontius † episcopus Phoceæ dixit: Scriptum est: [Iuramentum mendax ne diligatis.] Qua de causa iuramentum nostrum mendax dissoluatur, quasi nullam virtutem habens.

In Liminario c. 17.

† al. Leo.

Zach. 8.

β ¶ Actione quarta septimæ synodi.] *Hæc verba in vno vetusto Gratiani codice sunt titulus (quemadmodum & apud Iuonem) initium vero capitis est*, Ioannes, &c. *& versio hæc non est Anastasij bibliothecarij.*

γ ¶ Quia pater.] *Aliter hēt locus ille synodi. Ibi. n. ex Limonario, seu horto spirituali cuius auctor est Sophronius, refertur consilium abbatis Theodori Aeliotæ datum incluso; vt iuramentum diabolo præstitum de non adorāda imagine Virginis Mariæ Iesum infantē gestantis nullo modo seruaret.*

Item Isidorus.

niter iuret, an incursu verborū. Si cū incursu verborum, tūc venialiter peccaret, ut 25. dist. §. aliàs.

a DIffinitio.] Idest, affirmatio.

b ¶ Soluenda est.] Idest, frāgenda est.

c ¶ Emēdatio.] Nō enim peccat frangēdo tale votū, sed in hoc peccat ꝙ temere iurauit, vt 33. q. 5. vna. Sed nunquid tale iuramentū quod temerarium est, i. de re illicita factū, inducit depositionem vel infamat? Arg. ꝙ sic 6. q. 1. qu. cum q; sciens. & c. infames. & inf. e. q. 5. si quis conuictus & ext. de iureiur. querelā. Sed contra extr. de iureiur. c. sicut. Ego non credo tale iuramentū [illegible] impedire [illegible] factam, uel faciendā. [illegible] 85. d. archidia [illegible] Ioan.

Iuramentū de re illicita factum non infamat.

ACtione CASVS Quidam epi iurauerūt se fracturos imagines saluatoris & sanctorum, q̄ in ecclesijs erāt: quare quæsitū fuit quarta die: septimæ synodi: an illud illicitū iuramētum esset seruandum, & respōdetur ꝙ nō. & ad hoc probandum [illegible] Sophronij, s. si quis vult illicitum iuramentū seruare, peribit sicut Herodes, si qs uero nō seruat. indulget sibi Deus sicut Petro indulsit. Sequēs cap. per se patet.

d ¶ Peierare. Quoad similitudinē facti.

e ¶ Omne.] Nisi quū peccatū in spiritum sanctum, ita quòd sit impœnitens.

a ¶ Si

¶ Non obseruentur iuramenta, quæ fiunt contra diuina mandata. C. XIX.

SI quis præuentus [a] fuerit, vt definiat [b] agere aliquid eorum, quæ non placét Deo; pęnitentiam agat: & qđ contra mandatum Domini statutum est, in irritū reuocetur. *Item Hieronymus in libro de natura rerum.* ¶ Trib. siquidem modis iuramenta contracta soluenda sunt. [c] Primo, cum quis male iurat. [d] Secundo, cum quis incautè iurat, [e] non putans hoc esse peccatum. Tertio, si pueri vel puellæ in domo parentum se iuramento cōstrinxerint patribus,† postquam audierint, contradicentibus. [f] ¶ *In libro de institutis monachorum B. Basilij Rufino interprete hæc leguntur,* Si quis præuentus fuerit, vt diffiniat agere aliquid eorum, quæ nō placent Deo. *In responsione vero subijcitur,* pęnitentiam debet agere, *& postea* oportet irrita reuocare, quæcunque ex præsumptione cōtra mandatum Dei statuuntur.

† al. parentibus.

2 *Ecce, quod iuramenta illicita laudabiliter soluuntur, damnabiliter seruantur. Quod tunc intelligendum est; quando iuramentum illicitum deseritur, vt ad bonum redeatur. Cæterum, si propterea deseritur, vt in aliud malum transeatur, illicitum sacramentum damnabiliter seruatur, sed damnabilius contemnitur.*

Vnde Augustinus de bono coniugali, c.4.

¶ Non est appellanda fides, quæ ad peccatum faciendum adhibetur. C. XX.

Iuo p.12. c.14. Pann.l.8.c.96.

SI ad peccatum faciendū fides adhibetur; mirum, si fides appellanda est. Veruntamen [g] qualiscunque fit, si & contra ipsam fit; peius fit: nisi cum propterea deseritur, vt ad veram fidem, legitimamque redeatur: idest, ut peccatum emendetur voluntatis prauitate correcta, tanquam si quis cum hominem solus expoliare nō possit; inueniat socium iniquitatis, & cū eo paciscatur; vt simul id faciant, spoliumq; partiātur: quo facinore commisso totū solus auferat: dolet quidē ille, & fidē sibi nō esse seruatā cōqueritur. [h] Verū in ipsa sua querela cogitare dēt

a SI quis præuentus.] Idest, deceptus.

b ¶ Vt definiat.] Idest, intendat.

TRIBVS. CASVS. Docet Hier. in hoc c. ꝙ tribus modis potest quis contra suum iuramentum venire. Primo cum quis scienter male iurat. Secundo cum incautè iurat, nō putās esse peccatū quod iurat. Tertio cū pueri, vel puellæ intra pubertatis annos ī domo parētum se obligant iuramento: ꝙ parentibus contradicentibus potest irritari.

c ¶ Soluenda sunt.] Idest, irritanda.

d ¶ Male iurat.] Scienter.

e ¶ Incautè iurat.] Ignoranter.

f ¶ Cōtradicentib.] Intra annum, ut 20. q.2. puella.

ECCE. Hæc est 2. pars q. in qua probatur ꝙ si aliqs venit contra proprium iuramentum malū qđ mutatur ad bonū, iure non peccat: si autem vt conuertatur ad peius, tūc peccat dupliciter. Ioan. de Fant.

CASVS. Concludit Grat. ex supradictis, dicens quod illicita iuramenta nō sunt seruanda: immo laudabiliter dissoluuntur, cū illicita iuramēta deserunt, ideo vt ad bonum redeatur. sed si sacramenta illicita deserūtur, vt in aliud malum transeatur, damnabiliter seruantur: sed damnabilius contēnūtur. quod probat per seq. cap.

SI ad peccatum.] CASVS. Quidam cū non posset solus spoliare viatorem, sociū sibi quæsiuit, cui iurauit se redditurum medietatem de spolijs, quo spoliato totum sibi retinebat confessus. quare super hoc tres quæstiones fiūt. Prima est, an fides appelletur cum iurat partiri spolia viatoris? Et respondet Aug. mirum est, si fides dicatur. Secunda est, si faciat contra fidem sibi retinendo totum. & an sit periurium? Et respondetur ꝙ sic. Tertia est, si nil det socio, sed reddat cui abstulit: vtrū peccat? Et respondetur ꝙ non. Vnde datur intelligi, ꝙ si fidem debet seruare suo complici: multo magis humanæ societati. [Vtrobique,] i. in eo ꝙ iurauit partiri spolia, & in eo ꝙ totum sibi retinuit. Vel vtrobiq; i. quia rapuit, & ipse fidem non seruauit, sed totum sibi retinuit.

g ¶ Veruntamen.] Sed quæro qualiter possit quis fidē frangere in maleficijs socio: cū nec in istis possit contrahi societas, ut ff. pro soc. quod autem, & in l. seq. nec aliqua obligatio contrahatur in turpibus, vt ff. de verb. obli. generaliter. immo magis peccat tradendo socio partem, quàm retinendo sibi: quia aliena non possumus retinere quod alij debetur, vt extra de iureiur. cum te? Sed dicas illud quod hic dicitur, referri ad erroneam alicuius opinionem, vt si quis credat se teneri ex tali iuramento, si non satisfaciat erroneæ conscientiæ, mortaliter peccat, ut extra de simo. per tuas 2. Et ita potius fides appellatur quantum ad errantis opinionem: & ita quandoq; consulitur alicui adimplere tale iuramentū: ad quod tamen non tenetur: & hoc ideo ut satisfaciat conscientiæ suæ: & sic intelligo illud, quod legitur extra de sponsa. commissum.

Obligatio non cōtrahitur in turpibus.

h ¶ Conqueritur.] Nō potest in iudicio conqueri: quia ex improbitate nemo cōsequitur actionē, ut ff. de furt. itaque fullo. nec iudicium communi diuidundo locum habet inter prædonēs, ut ff. communi diuidundo. l. communi diuidūdo. §. inter prędones. nec pro socio. vt ff. pro soc. nec prætermittendam. immo si quis ratione illiciti iure-

Actio nō datur ex improbitate.

iuramenti aliquid petit præstabit alteri 10. libras auri in auth. coll. 5. scenicas non solum, &c.
a ¶ Potius.] i. φ potius debet fides. in bono seruari.
b ¶ In bona uita.] Id est, in bono.
c ¶ Si sentit.] Id est, intelligit.
d ¶ Quam malum transeatur, perniciosum est: quia peccata peccatis accumulantur. si vero deseritur vt ad bonum redeatur, bonum est, & non malum: sed potius flendum est si occasione illiciti iuramenti aliquid mali perpetrauimus, quod probat per seq. cap.

potius [a] in bona vita [b] ipsi humanę societatis fidē fuisse seruandam; ne præda iniqua ex homine fieret; si sentit, [c] quàm iniquè [d] sibi in peccati societate seruata non fuerit. [e] Ille quippe vtrobique perfidus, profectò sceleratior iudicandus est.

Idem ibidem.

¶ Si propterea fides nō seruatur, vt ad bonum redeatur, non ideo violari dicitur. C. XXI.

Ivo ibidem. Pann. l. 8. c. 97.

MVlier, si fide cōiugali violata fidem seruet adultero, vtiq. mala ē; sed si nec adultero, [f] peior est. Porro si eam flagitij pęniteat, & ad castitatem rediens cōiugalem, pacta, ac placita adulterina rescindat; miror si eā fidei violatricem uel ipse adulter putabit.

Ex his itaque apparet, quod si quispiam, vt diximus, illicitum iuramentum nō seruauerit, ut in aliud malum perniciosum declinet; tanto grauius delinquit, quanto damnabilius accumulantur peccata peccatis. Si autem propterea deseritur, vt ad bonum redatur: nihil culpæ pro tali periurio contrahitur, potius deflendum est, si in aliquo illius iuramenti occasione nos deliquisse contigerit. Vnde Augustinus scribit Seuero Mileuitano episcopo consulenti de quodam Hubaldo, qui à consanguineis cuiusdam, pellicis coactus fuerat iurare se illam ducturum in coniugem, nec matri suæ, uel fratribus ulterius necessaria sumbministraturum.

Rescribit ergo B. Augustinus, vt diximus. Seuero Mileuitano episcopo ita dicens.

¶ De quodam Hubaldo, qui iurauit se non ministraturum necessaria matri, & fratribus. C. XXII.

INter cętera, ut rogaueras, a patre nostro Ambrosio q̄siui; quid tibi charissime agendum sit de Hubaldo parochiano tuo, qui captus, & timore nescis impulsus suæ concubinæ iuramento firmauit ipsam in cōiugem suscipere, propriamque matrem cum fratribus de domo expellere, nihilque eis alimoniæ vnquam impendere. Quia vero, quam prius concubinam habuerat, non est peccatum in coniugem suscipere: matrimonium [g] sit in Deo firmum; & stabile. Porro iuramentum non ob hoc

INter cętera.] CASVS. Quidā nomine Hubaldus captus cum concubina sua cōpulsus est iurare consanguineis eius eā suscipere in uxorem: matre vero cū fratrib. de domo expellere: iurauit etiā quòd nihil eis impēderet pro alimonia: quare Mileuitanus episcopus rogauit Aug. vt ab Amb. q̄reret qd de Hubaldo esset faciendum: qđ & factum est. Rescribit ergo Aug. ut Hubaldus habeat illam in coniugem, quam iurauit: matrem uero & fratres nō expellat de domo: sed eis præbeat alimenta, & si occasione illius illiciti iuramēti aliquid eis hactenus defuit, per pęnitētiam emēdet: nec vllam infamiam ex illo iuramēto facto per compulsionem contrahit: quia illi potius infamiam, & reatum periurij cōtraxerunt, qui eum iurare coegerunt.

g ¶ Matrimonium.] Videť ex loco isto, φ coactio cōditionalis nō impediat matrimoniū: sicut nec īpedit alia sacramēta, nec impedit sacramētum baptismi, ut 45. distin. de Iudæ s. nec sacramētū ordinis, ut 74. distin. ubi ista. Itē alia ratione, quia hoc sacramētū seruari pōt sine interitu salutis ęternę, ergo est seruādū, ut extra de iureiu. si vero. Sed cōtra matrimonia debent esse libera; & ibi animus debet gaudere plena libertate, vt extra de spon. requisiuit. & c. cū locum. Ad hoc dicunt quidam, φ talis est cogendus ducere mulierem quam coactus desponsauit. si tamen nullo modo uoluerit. cessare debet ecclesia à coactione. Alij dicunt; quod omnibus modis est cogendus. [i] & quod dicitur in illa decret. requisiuit. quod sit potius monenda, quam cogenda, exponunt, potius. id est. prius. sic exponitur 23. q. 4. non inuenitur, in fin. Vel intelligunt quando tales fuerunt personæ, ut uehementer præsumebatur φ deberet secum non sedere. Sed istis obuiat extra de spon. ueniens. So. probabiliter potest dici, si placet, φ in quatuor casibus non tenet iuramentum per coactionem extortum, ut in noto. ut extra

Matrimonium utrum per coactionem impediatur.

i Ad hoc extra de spon. ex literis.

d ¶ Quam iniquè.] Idest, quam iniquum sit non seruare fidem in illicitis.
e ¶ Non fuerit.] Societas, uel fides.
MVlier si fide.] CASVS. Quædam mulier iurauit se seruaturā fidem adultero. & φ alteri se nō supponeret: postea uolebat alteri adhęrere, uel ad legitimum maritum redire: quæsitum fuit ab Aug. utrum peccet? Et respondet, si seruat fidem adultero male facit: sed si alteri se subijciat, deterius facit, si uero ad maritum redit, nullo modo delinquit.
f ¶ Si nec adultero.] Ita φ cōtrahat cum adultero tertio: & tunc peccatum accumulat peccato.
EX HIS CASVS. Concludit Grat. ex supradictis dicens, quod si iuramentum illicitum deseritur, vt in aliud

extra ꝙ met. ca. perlatum. In traditione rei ecclesiasticæ 15. q. 6. auctoritatem &c. seq. in dote, ut ff. quod met. cau. si mulier. §. dos. In matrimonio, ut ext. ra de spon. cũ locum, &c. requisiuit. Quod autem dicitur, hic matrimonium sit, &c. istud, sit, nõ ponitur, præceptiuè, sed hortatiuè; vel loquit in eo casu quũ post coactionem cõmixtus est ei carnaliter, vt extra de spon. veniens. 2 Vel loqtur quãdo leuis fuit coactio. illa enim non impedit matrimoniũ. ff. de ri. nup. si parte cogente. B.

a ¶ Vinculũ.] Arg. ꝓ opinione illorũ, qui dicũt ꝙ iuramentũ per metum exortũ nõ tenet 31. q. 2. Lothari°. & 15. q. 6. c. j. Sed itelligas hoc ad hũc casum spectare, quem hic ponit. De hac materia notaui 15. q. 6. c. 2.

b ¶ Vel matricidij.] Videt enim necare illum cui nõ prꝑstat alimenta 12. q. 2. q abstulerit. & 86. di. non satis ff. de lib. agno. necare.

c ¶ De grãdinabit.] .i. grandine pœnæ æternæ flagellabit.

d ¶ Foueat.] Argu. ꝙ iuramẽtũ ꝓ parte tenet, & ꝓ parte non, vt 11. q. 3. antecessor. & 12. quę. 2. si quos de seruis. & 17. q. 4. quęsti.

e ¶ Matrẽ.] Ad hoc enim tenetur, vt 30. d. c. 1.

f ¶ Ad opprobriũ.] .i. ad infamiam, non enim dicit ad peccatum quia reuera peccauit quando iurauit: quia potius debuit omnia mala pati, quam malo consentire. 32. quæst. 5. ita ne. & sic nõ obstant contraria. inf. de cõsec. distinct. 4. eos quos. & inf. ea. q. 5. c. 1. & 3. Ioan.

SED CVM HIS. Hęc est 3. pars qõ in qua quæritur, vtrum peccassent filij Israel, qui propter iuramentum pepercerunt Gabaonitis. & dicitur quod non Ioan. de Fan.

CASVS. Supra ostensum est, quod illicita iuramenta non sunt seruanda. Nunc uero probat contrarium exẽplo Iosue: qui licet contra Domini præceptum firmaret pacem cum Gabaonitis, tamen sacramentum suum non violauit; sed seruauit illæsum: & hoc ideo, quia seniores Israel nesciebant iuramentum illud esse illicitum, quia nesciebant illos quibus iurauerant, esse incolas terræ sibi promissæ, & ad hoc inducit sequens capitul.

g ¶ Decepti.] Multiplex ratio uidetur suadere quare non debuerunt seruare tale iuramentum: tum quia erat ibi error personæ, tum quia dolus dedit causam iuramento: tum quia non poterant se obligare aliquo iuramento contra præceptum Dñi. Ad hoc dicunt plerique ꝙ diuinitus fuit eis inspiratũ, 1 ꝙ deberent eis parcere: sed tñ iuim fuit illicitum, vt extra de elec. venerabilem. in fi. Vel dic ꝙ satis impleuerũt præceptum Dñi: quia satis vñr fuisse interfecti, cum redegerint eos in seruitutem. Nam seruitus morti comparatur. ff. de reg. iur. seruitutem. non obstat dolus illorum, quia iste dolus fuit pro vita conseruanda: licitum * est. n. reo corrumpere aliquem pro vita conseruanda, vt 2. q. 3. c. si quem pœnituerit, §. notandum in fin.

INnocens.] CASVS. Ostendit Ambr. in hoc c. quod non est vituperandum si alicui creditur ignoto, etiã si ab eo decipiatur: & hoc probat exemplo Iosue, qui Ga-

---

fuisse institutum inuenitur, vt esset vinculum [a] iniquitatis, vel matricidij [b] vel fratricidij, seu cuiuscunq; criminis. Nec credo sacramentum ad hoc debere fieri, vt in iusta iuratio suorum bonorũ sit iniustè iurantibus expoliatio, & accipiẽti æterna damnatio. Periurij namq; percutitur pena, & velut homicida in extremo examine a iusto iudice degrandinabitur, † [c] per quem sacrosanctũ Euangelium ad iniustum, & illicitum, & Deo minimè amabile, quasi testimonium iustæ, & humanæ petitionis adducitur. Foueat [d] itaq; Hubaldus matrem, † [e] & fratres: & lugeat, si coactione & timore iuramenti aliquid defuit matri. Qui vero eum iurare coegerunt quod non debuit reatu periurij impliciti teneantur. Iniuria quippe iniustè irrogata, eius est infamia, qui facit. Nec. n. vllo modo ad opprobrium [f] coactæ volũtatis trahitur, quod illicita conditio necessitatis extorsit.

Necat qui non alit.

† al. degradabitur al. condemnabitur.

3 *Sed cum his omnibus illicita iuramenta non seruanda probentur, opponitur, quod Iosue Gabaonitas contra præceptum Domini non deleuerit, quia seniores Israel iuramento cum eis pacem firmauerant. Sed notandum est, quòd seniores Israel, et si scirent à Domino esse imperatum, ut delerent gentes terræ promissionis, decepti tamen à Gabaonitis nesciebant eos esse incolas terræ sibi promissæ. Venerũt enim (ut historia refert) attritis calceamentis, & cum aridis panibus dicentes. Viri pacifici, venimus de terra longinqua: calceamenta sunt attrita in pedibus nostris: panis defecit in sitarcijs nostris: audiuimus Dominum esse uobiscum, & venimus componere pacem. Quod verbum placuit senioribus Israel: & fecerunt pacem cum eis. Post diem uero tertium cum filij Israel approquinquarẽt Gabaonitis occurrerunt eis, quibus iurauerant seniores Israel. Illi autem videntes se esse deceptos, uoluerunt delere eos: sed pepercit eis Iosue propter iuramentum seniorum Israel.*

Iosue 9.

Vnde Ambrosius in libro officiorum tertio, c. 10.

¶ Quædam licet a Deo prohibeantur, tamen iuramento firmata non sunt euitanda. † C. XXIII.

INno-

† Sic in vetustis, nã vulgatis erat] *seruanda.*

| Adde a ... hĉt ... fi. tum ... C. in l. & 3. C. li. & Ba pen. ... agno.

1 Hoc est ... rum ... vt dicã ... prox. & ... not. hic ... * *Reo licit est si. und iura ... ita non nonica ... rumpere ... quem pro ... ta conserua da. ... gl. in eo. c. quem ... iures ... verb. in ... nibus.*

cens[a], credit omni verbo.] Non vituperanda facilitas: sed laudanda bonitas. Hoc est innocentem[b] esse, ignorare[c], quod noceat, & si circumscribitur ab aliquo; de omnibus tamē bene iudicat[d], qui[e] fidem[f] esse in omnibus arbitratur. Hac igitur mentis suæ deuotione inclinatus Iosue, vt crederet Gabaonitis; testamentum disposuit, pacem dedit; cōfirmauit[g] societatem. Sed vbi in terras eorum ventum est; deprehensa fraude, quod cum essent finitimi, aduenas se esse simulauerant, circumscriptum se populus patrum indignari cœpit; Iosue tamen pacem quam dederat, reuocandā non censuit, quia firmata erat sacramenti religione: ne dum alienam perfidiam redargueret †, suam fidem solueret. Mulctauit tamen eos vilioris obsequio ministerij. Clementior[h] sententia, sed diuturnior.

†al. Arguit.] orig.

Illicitum ergo iuramentum, quod seruari prohibetur, intelligendum est, quod scitur esse illicitum, dum iuratur. Si aūt nescitur illicitum esse; ipsa ignorantia excusat: si putetur licitum esse, non ex ignorantia iuris[k], sed facti. Aliud n. est, si alicuius copula credatur esse licita, quia nescitur esse consanguinea, uel quia creditur esse vidua: aliud, si ideo putatur licita, quia consanguinearum coniunctio, uel relictarum copula nullo iure credatur esse ꝓhibita. Hic.n.est ignorantia iuris, quæ neminē excusat;

Gabaonitis fingentibus se de longa terra venire credidit, & cum eis pacem firmauit, & societatem. post tertium vero diem cum populus Israel ad Gabaon. ciuitatem uenisset, & se circumscriptū esse indignaretur, non permisit Iosue pacem reuocari, quia firmata erat religione

gione iuramenti.

a ¶Innocens.] Idest, simplex & iustus Salomon tamen sumit hoc verbum, innocens, pro stulto, vnde hoc sumptum est, & sic sancti viri idem verbū retorquent, quandoque ad contrarios intellectus. Sed nonne æque reus est ille qui de facili credit, sicut ille qui mentitur, vt 11. q. 3. non solum, & nimia facilitas credendi vituperatur, 86. d. si quid uero? Sed illud intelligas de iudice qui in præiudicium partis alterius non debet de facili credere secundum verba alterius partis 3. q. 9. c. 1. 2. & 3.

b ¶Innocentem.] .i. talem qui non noceat, nec nocere uelit. 6. q. 1. oues, & c. sapiens.

c ¶Ignorare.] Per experientiam facti, nam scriptum est, Scientia malorum bonus obesse non debet.

d ¶Iudicat.] Diceret aliquis, quomodo potest esse bonus, qui non habet discretionem, & iudicium, ex quo decipitur: cum Apostolus dicit, Spiritualis iudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur? ideo dicit, iudicat de omnibus etiam de ignotis, in his, scilicet quæ spectant ad salutem, quia si quis deciperet in talibus, ibi non esset minus periculum falli quam fallere, ut 16. q. 1. si cupis. Tunc enim de ignotis nō debemus aliquid præsumere, nec de bonis malum, nec de malis bonum, ut 46. d. sunt nonnulli. in fin. Vel dic iudicat, idest, præsumit bene de quolibet.

e ¶Qui.] idest, quia ipsi.

f ¶Fidem.] idest, uerborum ueritatem.

g ¶Confirmauit.] Argu. est hic, ꝙ qui iurat rem illicitam, propria auctoritate non potest uenire contra iuramentum illud, ut extra de elect. uenerabilem, in fi. Nam illicitum est renuere curam pastoralem, & tamen iurans teneretur illud seruare, ut 85. distinct. Florentinum archidiaconum. simile extra quod metus causa, ad aures. sic extra de iureiur. debitores.

h ¶Clementior.] Arg. quòd si iudex facit aliquid, quod non multum differt a mandato, ꝙ non dicitur excessisse fines mandati. si enim mandat aliquibus, ut eligant, possunt postulare, ut extra de elect. in causis, & de post. post trāslationem. in princ. Et de hoc notaui plura. arg. 8. q. 1. licet. Itē habes hic ꝙ licite cōmutatur vna pœna in aliā, 2 vt s̄. 5. q. 6. qa iuxta & 82. d. presbyter. & 36. q. 1. de rap. Ioan.

Pena una in alia commutatur.

2 Etiam vbi dētur pœna mortis, vt hic & 23. q. 5. c. 1. & hoc verius est ante sn̄iam latā a iudice post sn̄iam autē non pōt hoc iudex nisi sit Papa vel Imperator s̄m H. de hoc le. & no. 2. q. 3. §. notandum in gl. ut inf. &c. Arch.

ILLICITVM. CASVS. Iste §. diuiditur in tres partes. In prima parte concludit Grat. ex supradictis, ꝙ illud iuramētū illicitum seruari non debet, quod scitur esse illicitū cum iuratur. si autem nescitur esse illicitum, ꝓpter ignorantiam excusatur, quod ꝓbat Gratia. duobus exēplis, scilicet consanguineę, & repudiatę quas si quis in coniuges ducit, ignorrātia facti excusatur, quia nesciebat eam consanguineam, vel repudiatam esse, sed si sciret consanguineam, vel repudiatā esse, & crederet coniunctionem talium licitam esse tunc nō excusaret. Iudæi ergo non ignorabant ius, scilicet Gabaonitas esse delendos, sed ignorabant factum, scilicet Gabaonitas esse incolas terræ promissionis, & ideo quod iurauerant, seruare debuerant. In secunda parte ostendit, ꝙ illud iuramentum illicitum, quod seruari prohibetur, non est intelligendum de omni illicito iuramento. nam cum sacramentum tres habeant comites, veritatem, iudicium, & iustitiā, ubi hæc tria defuerint, iuramentum reputatur illicitum: non tamen vbicunque defuerit aliquod istorum, seruari prohibetur, quod probat duobus exemplis, scilicet exemplo eius, qui post uotum simplex iurauit aliquam in vxorem ducere, & exemplo eius, qui temeritate iurauit se manducaturum. In tertia parte ostendit, quod iuramentum tripliciter dicitur illicitum. Primo sc licet ex eo quod iuratur, quod est malum. Secundo ex causa extra uenienti.] Tertio ex modo iuramenti, & hoc probatur per exēpla, quæ satis patent in litera. Secunda pars incipit ibi, [Iuramento namque.] Tertia ibi, [iuramentum itaque.]

Iuramentū illicitum tripliciter.

i ¶Illicitum.] In prima parte, §. dicit magister, ꝙ tunc iuramentum illicitum non sit seruandum, cum iurans tempore quo iurat scit illud esse illicitū: sed si ignorat illud esse illicitum, dummodo non sit ibi ignorantia iuris, non peccat, & hoc durat vsq; ad illum locum, quod autem illicitum. Secundo ostendit quòd non est hoc generaliter verum, quia si in aliquo iuramento deest aliquod istorum trium, vel iustitia, uel veritas, vel iudiciū, ꝙ illud non sit seruandum. Tertio dicendum, quòd iuramentum quandoque est illicitum ratione rei de qua quis iurat, quandoque ex causa superueniente, quandoque ex modo iurandi. Io.

K ¶Iuris supra.] 1. q. 4. in fi.

a ¶Cui

Ius ignorare quibus permittitur.

a ¶ Cui permittit.] &c. ut militib. mulieribus, rusticis, & minor. b. ff. de prob. cum de indebito. §. si autem is. 1. q. 4. §. notandum.

b ¶ Seruari.] Hęc nō est ratio sufficiens.

c ¶ Nunquam.] Non bene dicit, quia si ille qui vouit simpliciter postquā duxit vxorem, iurat qđ nō dimittet eam, illud iuramentum licitū est: sed si prius vouit quàm ducat vxorē, tunc potius seruabit votum quàm iuramētum, sequens, vt extra qui cle. vel vo. rursus.

d ¶ Ob solam religionem.] Non est hoc verum. Io.

nisi cui permittitur [a] *ius ignorare: ibi vero ignorantia facti. qua quisque vere † excusatur. Seniores autem Israel non ignorabant gentes terræ promissionis ex præcepto Domini esse delendas: sed ignorabant Gabaonitas esse incolas terræ promissionis. Ignorabant si quidem factum: sed non ignorabant ius facti: atque ideo etsi illicitum esset quod iurauerunt; tamen licite seruari* [b] *debuit quod iuramento firmauerunt. Quòd autem illicitum iuramentum seruari prohibetur; non est generaliter intelligendum. Iuramentum namque (vt Hieronymus testatur super Hieremiam) debet habere tres comites, ueritatem, iudicium, & iustitiam: ubi autem ista defuerint; non est iuramentum, sed periurium. Vnde datur intelligi illicitum esse iuramentum, cui aliquod istorum defuerint: non tamen cuicumque contigerit aliquod istorum deesse, prohibetur seruari. Aliquando namque iuramento deest iustitia: ueluti cum quispiam post uotum castitatis ducit uxorem, iuramento firmans nunquam* [c] *se ab ea discessurum, quod quamuis illicitum sit, quia iustitia sibi probatur deesse; tamen auctoritate Augustini seruari præcipitur. Hoc autem si quis contendat prærogatiua coniugij, non propter religionem iurisiurandi seruari; animaduertat Gabaonitas ob solam religionem* [d]*, contra Domini imperium reseruatos. Cum ergo omne Domini præceptum iustum sit; patet ei iustitiam deesse, quod eius præcepto contrarium inuenitur: Iudicium quoque aliquando iuramento constat deesse: ueluti cum propria temeritate aliquis ductus iurat se manducaturum, & biturum. Hoc quamuis leuitate indiscreta illicitum probetur; non tamen ideo uiolari iubetur. Iuramentum itaque multipliciter illicitum intelligitur. Est enim illicitum aliquando ex eo quod iuratur: aliquando ex causa extra uenienti: aliquando ex modo iurandi. Ex eo quod iuratur, tunc est illicitum iuramentum, quando id, quod iuratur, in sui natura uitiosum est, vel vitam adimens, ut adulterium, homicidium, & his similia; vel reparari non permittens, ueluti cū inimico ad pacem non redire, indigenti misericorditer non subuenire. Ista, quia perspicuā in se habent iniustitiam & si iuramento firmentur: tamen seruari non dēnt. Circa hæc utique † iuramenta, intelligenda sunt quæ de illicitis iuramentis non obseruandis supra statuta legūtur. Quisquis ergo se iuramento firmauerit aliqd facturum, quo uel corporalis, uel spiritualis salus adimatur, uel sine quo utraq; salus reparari, uel confirmari non possit; fidē promissā seruare prohibetur: quorū exēpla præmissæ auctoritates subijciunt, dū eum, qui homicidiū facere, uel alimenta matri, & fratrib. non subministrare, in adulterio perseuerare, uel ad pacem cum aduersario non redire, iuramentū præstādo promiserit; salubriori consilio illicita uota obseruare non permittunt. Est etiam id, quod iuratur aliquando uitiosum: non natura sui, sed ex causis, extra uenientibus: ueluti cum aliquis post uotum castitatis iurat alicui se habiturum eam in coniugem, ¶ Coniugem namque habere, in seipso malum non est; tamen huic ex uoto perniciosum est. Hoc autem iuramentum, etiam si illicium sit, non tamen seruari prohibetur; sed de uiolatione voti pœnitentia sibi iubetur indici. Ex modo iurandi tunc est illicitum iuramentum; quando inconsiderate, & incircumspecte aliquid iuratur, quo nec corporalis, nec spiritualis salus adimitur, & sine quo utraque salus reparari, & vita conseruari ualet, ueluti dum aliquis a parentibus coactus, vt clericatus tonsuram, vel religionis uestem suscipiat, se neutrum facturum iuramento firmauerit. Hoc quamuis aliquibus uideatur reprehensibile, quia opus charitatis iuramento se non facturum promisit, nullla*

† al. fere.

sup. q. 2. animaduertendum.

† al. itaque.

tamen

QVòd autem.] Hæc q. diuiditur in 7. partes. In prima ponit quæ pœna imponatur periuris compulsis vel voluntarijs; & qualiter puniuntur qui alios iurare faciunt falsum. & hoc probat per 7. cap. Secunda ibi, [Item qui audit.] Tertia ibi, [Quæritur de eo.] Quarta ibi, [De ætate.] Quinta ibi, [De forma.] Sexta ibi, [Vt itaque.] Septima ibi, [Iuramentum.] Io. de Fant.

CASVS. Hæc intitulatur 5. q. qua quæritur, si licitum esset quod archidiaconus iurauit, si episcopo non obediret, an episcopus, qui compulit eum ad peierandũ, reus sit periurij. & rñdet φ sic: & hoc probatur arg. a minori, qa si consentiens pari pœna cũ faciente punitur, multo magis cõpellens est puniendus, & ad hoc probandũ inducit sequentia c. Quid autem iuris sit de iuro per metum extorto, notari consueuit 15. q. 6. auctoritatem.

a ¶ Quòd autem.] Istud non habet dubitationem, an periurus sit qui alium cogit peierare: nam etsi ipse non propriè dicatur periurus, tamen mortaliter peccat, quia quòd alter mãdato nostro facit, nos reputamur fecisse, ut ext. de sẽ. exc. mulieres. Vtrũ aut iudex licitè possit recipere iuramentum illius, quem scit uelle peierare, dic ut dixi sup. 15. q. 5. presbyter. [1]

Peccat mortaliter qui alium cogit peierare.

Reputamur nos fecisse, quod alter mandato nostro facit.

Te-

tamen auctoritate seruari prohibetur: quia etsi nunquã clericatus tonsuram, vel religionis vestem suscipiat; non tamen ideo minus salutem promereri valet; cum nonnulli in laicali habitu sanctissimi, & Deo dilecti inueniantur. Quo exemplo euidenter datur intelligi, quoties aliquis iurat se non facturum aliquid, quo expeditior sibi uia præparetur ab beatitudinem, dummodo sine eo ualeat salutem inuenire: quod iuramentum non prohibetur seruare. Vnde cum iuramus nos non daturos aliquid alicui sine quo utraque solus eius potest esse incolumis, etsi aliqua ex eo sibi commoditas præstaretur; nulla tamen auctoritate iuramẽtum seruare prohibemur, dũmodo sit nobis alia uia necessitatibus eius subueniendi.

QVAESTIO V.



Vòd autem [a] quinto loco quæritur, si licitũ esset, quod archidiaconus iurauerat, an episcopus esset reus periurij, qui ad peierandum archidiaconum cogebat, facile potest discerni. Si enim consentiens pari pœna cum faciente puniendus est, multo magis ille, qui cogit, reus admissi criminis probatur.

Vnde Pius Papa ait.

¶ Qui peierare compellit, & qui compellitur, periurus vterque probatur. C. I.

Anf. l. 11. c. 63. Burc. l. 12. c. 4. Iuo p. 12. c. 61.

QVi compulsus a domino sciens † periurat; vtrique sunt periuri, & dominus & miles: [b] dominus, quia præcepit: miles quia plus dominum, [c] quàm animam dilexit. Si liber est, [d] quadraginta dies [e] in pane, & aqua pœniteat, & septem sequentes annos: [f] si seruus eiusdẽ, tres quadragesimas, [g] & legitimas [h] ferias pœniteat.

† *al. sciens*

¶ *Anselmus hoc citat ex pœnitentiali Theodori, quemadmodum Burchardus, & Iuo seq. c.*

Item.

¶ Pœnitentia eius, qui in manu episcopi, aut in cruce consecrata peierat. † C. II.

† *al. periu-*

Poly. l. 6. tit. 11. Ans. l. 11. c. 64. Burc. l. 12. c. 5. Iuo p. 12. c. 62.

QVi peierat seu in manu episcopi, aut in cruce cõsecrata; [i] tres annos pœniteat: si vero in cruce non consecrata, annum vnum pęniteat. Qui autem coactus fuerit, & ignorans [k] peierauerit, † postea cognoscit; tres quadragesimas pœniteat.

† *al. periurauerit.*

† *al. Romano.*

Item ex pœnitentiali Theodori.

QVi compulsus.] CASVS. Quidã miles cõpulsus a domino suo sciẽs peierauit, quæsitũ fuit a Pio Papa vtrum uterque sit periurus & respondet φ sic, & ideo miles si liber est, per 40. dies pęniteat ĩ pane, & aqua, & 7. sequẽtes annos. si uero seru⁹ est eiusdẽ tres quadragesimas, & legitimas ferias pœniteat. Casus tamen sequẽtium c. planus est: quia ferè idem dĩt cũ primo.

1 No. Hu. & La. φ iudex põt recipere iura ab infamato licet sciat eũ falsum iuraturum. Arch.

b ¶ Et miles.] In atrocibus. n. non debet aliqs parere domino suo, vt 11. q. 3. non semper &c. si dominus. & cap. qui resistit. & ff. de re. iu. ad ea.

c ¶ Quia plus dñm] Quod esse non dẽt, ut 11. q. 3. nolite 2.

d ¶ Si liber est.] Alibi magis punit seruus quàm liber, ut inf. 23. q. 1. qui contra. sed hic excusatur [2]. propter pceptum domini. Io.

2 Nõ à toto sed quo ad minorẽ pęnam ut dixi sup. §. prox.

e ¶ Quadraginta dies. Vel continuè, vel interpolatim.

f ¶ Sequentes annos.] Non tamen in pane, & aqua.

g ¶ Tres quadragesimas.] vnã ante festũ natalis, aliã ante pascha, tertia ante festum S. Ioannis [3].

3 Idẽ Arc. hic, sed vide An. Cord. in fingit. uers. quadragesima.

h ¶ Legitimas ferias.] i. secũdam & quartã, & sextam ferias. ut de cõs. d. 3. omnia. & 50. d. presbyter. Io. de Fan.

Feriæ legitimę sũt tres.

i QVi peierat.] ¶ Consecrata.] Quia quanto sanctius est per quod iuratur, tanto maius est periurium. vt sup. ea. q. 1. mouet. Sed quid ergo maius sacrilegium committunt qui verberant clericum in maioribus ordinibus constitutum, quàm qui in minoribus? credo quod sic. ut 17. q. 4. si quis deinceps. & cap. qui subdiaconus &c. qui occiderit.

k ¶ Et ignorans.] Esse peccatum φ iurauit. nam si fuisset

fuisset ignorantia facti, nullũ esset peccatum, nisi ignorantia fuisset iuris, quæ neminem excusat. C. de rescindenda vendit. quisquis. 1

g ¶ Infamia.] An iuramentum infamet, vel non no. 2 6. q. 1. quicunque. sed coacti si iurassent, nõn infamarentur, ut S. proxi. inter cætera.

ITEM

¶Qua pœna sit feriendus, qui necessitate coactus periurat. C. III.

j SI quis coactus pro vita redimenda,[a] vel pro qualibet causa, vel necessitate periurat; quia plus corpus, quàm animã dilexit, tres quadragesimas pęniteat. Alij[b] verò iudicant tres annos, vnum ex his in pane, & aqua. — Poly. ibidem. Burch. l. 12. c. 6. Iuo p. 12. c. 65.

Item Gelasius Papa.

¶Qui peierat, & alios peierare facit, qua pœna sit feriendus. C. IIII.

ij SI quis peierauerit, † & alios sciens in periuriũ duxerit; quadraginta dies pœniteat in pane & aqua, & septem sequentes annos, & nunquã sit sine pęnitentia;[c] & alij, si conscij fuerint, similiter pœniteant. — Poly. l. 6. tit. 17. Ansel. l. 11. c. 67. Burch. l. 12. c. 9. Iuo p. 12. c. 66. — † al. periurium traxerit.

¶Polycarpus tribuit hoc Pio: cæteri vero indicati collectores Pelagio.

Item August. in sermone de decollatione S. Ioannis, [idest serm. 11. de Sanctis.

¶Homicidam vincit, qui sciens ad periurium hominem compellit. C. V.

ILle, qui hominem prouocat † ad iurationẽ, & scit eum falsum esse iuraturum; vincit[d] homicidam: quia homicida corpus occisurus est, ille animam, immo duas animas, & eius, quem iurare prouocauit, & suam. Scis verum esse quod dicis, & falsum esse quod ille dicit; & iurare compellis? Ecce iurat, ecce peierat, ecce perit. Tu quid inuenisti? immo & tu peristi, qui de illius morte te satiare voluisti. — Sent. 3. dist. 39. Iuo p. 12. c. 28. Pann. l. 8. c. 108. — † prouocauit orig.

Idem in serm. de periurijs, [idest, in sermone de verbis Apostoli 30. al. 28.

¶Non peccat, qui iuramentum exigit ab eo, quem nescit falsum iurare. C. VI.

QVi exigit iurationem, multũ interest, si nescit illum falsum iuraturum, an scit. Si enim nescit, & ideo dicit, iura mihi, vt fides ei fiat; non est peccatum: α tamen humana[e] tentatio † est. Si autem scit eum fecisse, nouit fecisse, videt fecisse, & cogit iurare; homicida est. Ille enim suo se periurio perimit: sed iste manum interficientis, & impressit, †[f] & pressit. — Sent. ibidem. Iuo p. 12. c. 30. Pann. l. 8. c. 110. — † al. contentio. — † al. expressit.

α ¶Non est peccatum.] *In originali est,* non audeo dicere non esse peccatum. *Sed ob casum non est mutatum.*

Item ex concilio Matisconensi primo, c. 17.

¶Vsque ad exitum vitæ non communicet, qui alios ad periuria trahit. C. VII.

iij SI quis conuictus fuerit alios ad falsa β testimonia, vel periuria attraxisse, vel quacunq; corruptione solicitasse; ipse quidem vsque ad exitum vitæ non communicet: ij verò, qui ei in periurio consensisse probantur; postea ab omni testimonio sunt remouendi: † & secundum legem infamia[g] notabuntur. — Burch. l. 16. c. 8. Iuo p. 12. c. 16. — † al. prohibendi.

β ¶Falsa.] *In concilio ipso Matisconensi (restituta enim est citatio ex manuscriptis, cũ antea citaretur Moguntinense) legitur,* falsum testimonium, vel periurium.

a SI quis.] ¶ Redimenda.] Licet enim timore mortis iurauerit, tñ peccauit, vt 32. q. 5. ita ne. sed ratione coactionis mitigatur penitẽtia, vt ex. qđ met. cau. sacris. non est cõtra 15. q. 6. c. 1. ibi enim non absoluuntur a peccato, sed a iuramento. Io. de Fant.

b ¶ Alij.] Ergo illa quæ minor est, imponenda, ut 50. distin. cap. eos vero.

c SI quis.] ¶ Sine pęnitentia.] Interiori, ut 6. q. 1. quicunque. Ioan.

ILle qui.] CASVS. Dr̃ in hoc ca. φ si qs cõpellit aliquẽ, vel prouocat ad iuramentum, quem scit falsum iurare, magis peccat quàm homicida. quia iste corpus interficit: ille vero animã suam, & alienã.

d ¶ Vincit.] Non intelligas, φ plus peccat piurus, quàm homicida: immo ille plus peccat, vt 13. dis. c. 1. sed dr̃ eum vincere: quia maius damnũ facit, quia maius damnũ est, in amissione unius animæ, quàm mille corporum, ut 24. q. 3. si habes. Ioan.

QVi exigit.] CASVS. Dr̃ in hoc c. φ si aliquis cõpellit aliquẽ ad iurm̃, quem scit falsum iurare, peccat: si autem nescit, non peccat.

e ¶ Humana.] Idest, de humana infirmitate procedit, ut sup. ead. q. 1. non est.

f ¶ Impressit.[1] Multipliciter cogendo. Io.

SI quis cõuictus.] CASVS. Quidam traxit aliũ ad falsum testimonium dicendum, uel ad aliud periurium. Quæsitum fuit quam pœnam uterq; pati debeat? Et respõ. quòd qui fieri fecit, donec vixerit debet cõmunione priuari: qui vero fecit, ab omni testimonio repellatur, & sit infamis.

1 De hoc no. 38. d. in sum. quod dicit de ignorãtia facti, nõ vr̃ bene dctũ: quia factum suum nemo det ignorare. arg. ff. lo. ca. sed addes, §. 1.

Aĩæ unius perditio est grauior quàm mille corporum.

2 De hoc no. ext. ... reiur... iam. & ... 5. ... deb...

ITEM QVI AVDIT. Hæc est secunda pars quæstio. in qua quæritur. cui debet dicere si uidet quis quod aliquis vult falsum iurare, & quid iuris probatur inf. cap. prox. Io. de Fant.

a ¶ Falsum.] Supple nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam. Ioan.

Gloss. ord. initio ca. quinti Leuit.

2 *Item, qui audit aliquem falsum* [a] *iurare, & tacet; delinquit. Vnde Augustinus ait in quæstionibus Leuitici. q. 1. ad c. 5. [Anima, quæ audierit vocem iurantis falsum &c.]*

¶ Cui sit indicandum falsum, quod ab aliquo iuratur. C. VIII.

Iuo p. 12. c. 29. Pann. l. 8. c. 109.

HOc videtur dicere peccare hominem, quo audiēte iurat aliquis falsum, & scit eũ falsum iurare, & tacet. Tũc aũt scit; si ei rei, de qua iuratur; testis fuit, [b] aut vidit, aut conscius fuit, idest aliquo modo cognouit, aut oculis suis conspexit, aut ipse, qui iurat, illi indicauit. Ita .n. potuit esse conscius. Sed inter timorem huius peccati, & timorem proditionis hominum nõ parua existit † plerumq; tentatio. Possumus .n. paratum ad periuriũ admonendo, uel prohibendo à tam graui peccato reuocare: sed si nõ audierit, & coram nobis de re, quam nouimus, falsum iurauerit, [d] utrũ prodēdus sit, si proditus ēt periculum mortis [e] incurrat; difficillima quęstio est. Sed quia non expressit, cui hoc indicandum sit, utrum illi, cui iuratur, an sacerdoti cuipiam, † qui nõ solum eum persequi non potest irrogando supplicium, sed etiam orare pro illo potest; uidet mihi, ꝙ se homo saluat a peccati vinculo; si † indicet talib. qui magis possunt prodesse, [f] quàm obesse periuro, siue ad corrigendum eum, siue ad Deum ꝓ illo placādũ; si & ipse cõfessionis adhibeat disciplinā.

† al. existit.

† uel cupiam.] orig. & Iuo.

† al. etiam si.

Si ergo iste, ut supradictum est, qui audit falsum iurare, & tacet, delinquit: multo magis ille reus est, qui ad peierandum aliquem compellit.

3 *Quæritur de eo qui verborum calliditate se circumuenire putat illum, cui iuramentum defert, an sit reus periurij nisi seruauerit, quod iurasse creditur.*

De hoc ita scribit Isidorus sententiarum, lib. 2. c. 31.

HOc videtur.] CASVS. Legitur in Leuitico. Omnis qui audierit vocem iurantis falsum, testisque fuerit nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam. Propter hanc literam dubitauerunt quidam quid esset in hoc casu faciendum, quia si sciebant aliquem peierare, & nõ indicabant, incurrebant peccatum ex silētio, si uero indicabant, incurrebat peierans periculum mortis, quæsitum fuit ab Augustin. quid de hoc esset faciendum? Et respondet quod ille qui falsum iurat, debet admoneri, si uero non audierit, talibus personis est dicendum quæ potius possunt prodesse, quam obesse, idest sacerdotibus, qui non solum illum corrigere possunt, sed etiam orare pro illo, & ita se expediunt a uinculo peccati. [Hic,] idest ĩ Leuitico. [Expssit,] scilicet Moyses.

b ¶ Fuit.] idest, talem habuit inde notitiam, quòd huius rei potuit esse testis, & quod sequitur, est expositio.

d ¶ Indicauit.] Videtur ergo ꝙ ualeat testimonium de auditu, ut hic 1. & 15. q. 5. presbyter. & 26. q. 6. qui recedunt. & 2. q. 1. in ulti. nam & testes intelliguntur scire quæ acta sunt a testatore, si priores testes eis hoc dixerunt, vt C. de testa. cum antiquitas. [illegible] in fi. [illegible] respõ. arg. cõtra. 3. quæst. 9. testes. 5. q. 2. relatum est. Ad hoc dicas. ꝙ hic loquitur in causa denunciationis, ubi modica sciētia aliquam fidem facit, argum. extra de sponsal. præterea 2. immo, & in iudicijs facit fidem testimonium de auditu, ut extra de success. ab intest. cum dilectus. extra de test. cum causam. Io. Sed certe testimoniũ de auditu est proprie cum aliquis audit aliqd dici esse factũ. Sed si audit cõtrahentes, non est testimoniũ de auditu. Et hoc innuit ex. de test. licet [illegible]. tamen hoc ca. nõ loquit de vera denũciatione; sed potius de indicatione, scilicet cũ quis indicat alij, ꝙ aliquis vult peccare, & spectat ad delicta cõmittēda, sed denũciatio spectat & ad delicta commissa, & ad illa nõ tenētur, nisi qui habent magistratũ sup aliquos, & illa denunciatio dicitur Euangelica, ista dicitur canonica, & hæc probatur semp; alia uero nõ. Et sic patet, ꝙ crimina nondũ commissa possumus denũciare, vt hic, & 93. d. diaconi 1. ibi, uicinũ pcipitio, &c. ext. de desp. imp. c. pe. ex. de cog. spi. tua. Io.

casu fit verũ [illegible] vt ar. 35. [illegible] 6. de pa[illegible] la. [illegible] tũ ex hoc loco h[illegible] [illegible]. Testimoniũ de auditu quã proprie fit.

Denũciatio alia Euāgelica, alia canonica.

d ¶ Iurauerit.] .i. iurare uoluerit.

e ¶ Mortis.] De facto, quia de iure pp vnius dictũ nõ posset iudicari. & ē si. de pen. d. 1. c. pen.

f ¶ Prodesse.] vt sũt sacerdotes, ut 14. q. 5. deniq;. Qui ergo dicit talib. qui pñt prodesse, non obesse, non dicitur prodere, ut 2. q. 1. si peccauerit.

SI ERGO. CASVS. Concludit Gra. ex supradictis dicens. si quis audit aliquem iurare falsum, & tacet, delinquit: multo magis ille reus est, qui compellit aliquem ad periurium.

QVÆRITVR. Hæc est 3. pars q. in qua quæritur qualiter Deus intelligit iuramētum, si aliquis iurat in fraude, uel decipit in fraudem, ꝙ sicut ille qui sane intelligit, siue sit da[n]s iuramentum, siue accipiens, & hoc probat per 5. c. [illegible] Fant.

CASVS. Quærit hic Gra. incidenter, an ille, qui sub calliditate uerborum iurat, sit reus periurij, nisi seruauerit quod creditur iurasse. Et respōdetur, quod sic, & adhoc inducit seq. c.

g ¶ Quæritur.] incidentem ponit hic quæstionem, qualiter iuramenta sunt intelligenda, & distinguitur: aut vterque habet rectum intellectum, aut uterque dolosum, aut alter tantum habet rectum. si ab vtr[o]que interponitur dolus, tunc est intelligendum secundum cõmunē significationē uerborum, ut ext. de spon. ex literis. si a neutro interuenit dolus, tunc interpretādum est ſm intellectum utriusq; si uerba possint utriq; intellectui adaptari. ext. de test. cum tu. si ab altero tantũ, tunc intelligendum est ſm eum, qui recte intelligit: sic uidetur.

Iuramenta qualia sunt intelligēda.

tur distingui inf.ea.§.ex his. In stipulationibus. & alijs cõtractibus contra stipulantem, & nõ tentem interpretãdum est: sed in iudicijs pro actore, 1 vt ff.de uer.obl. inter stipulantem. §.1. ff.de contrah.emp.l. Labeo.lo.

1 Quod dicit: no.ext.de re.spol.cum ad sedem.in gl. hic ergo.

Qvuacumq;.] CASVS. Dicit Isid.in hoc c. ꝙ quacũque arte uerborum quis alicui iuret, ita Deus intelligit sicut ille cui iuratur, & talis dupliciter peccat. s. quia nomen Dei sumit in vanum, & quia proximum dolo capit.

a ¶ Intelligit.] i.intelligere dẽt, & est simi. inf.de consecr. d.4. non illud.

ADDITIO. Not. tamẽ, ꝙ nemo per iuramẽtum vel pactũ propriũ obligatur, nisi ille consentiat cui fit pactũ, vel iuramentum argu. opti. extra de iureiurand. sicut.

Ecce.] CASVS. Reprehẽdit hic Augu. parochianos suos, qui cum super librum iurare debebãt, lapidem aliquẽ supponebãt eos decipiendo quib. iurabant, nec putabãt se teneri cum super lapidem iurarent, sed Augu. dicit quod tenentur, & si nõ seruant quod iurauerint, periuriũ incurrent: quia nõ lapidi, sed homini iurant ante Deum.

b ¶ Super lapidem.] forte copertum ab aduersario, vt credatur esse Euangelia.

SED OBICITVR. CASVS. Supradictũ est, ꝙ Deus sic accipit iuramentũ sicut ille cui iuratur intelligit. Nunc vero probat contrarium, & ad hoc inducit seq. cap.

Hvmanę aures.] CASVS. Dr in hoc c. ꝙ homines, & maxime simplices, & idesereti talia verba iudicãt, qualia foris proferunt: Deus vero talia foris audit, qualia ex intimis proferuntur, vnde discretus homo, uel iudex qui interpretatur intẽtionem iurantis alteri, considerare debet, ꝙ verba debent deseruire intentioni, non intentio verbis. Et qualitercũque casus iste positus fuerit a Bene. & ab alijs, ego tamen hunc casum per literam intelligere sic potui: licet de hoc c. sæpe dubitauerim. Bar.

Verba bona quãque mala intẽtione proferuntur.

c ¶ Verbis.] Quæ ille protulit, & vult ea aliter interpretari, prout uerba sonare videntur, quod semper non est faciendum, cum sæpe bona uerba mala intentione proferantur, & econuerso, ut 5.q. 5. non omnis, & c. nõ osculatur, ut 23.q.1.paratus.

d ¶ Verba.] Arg. potius esse cõsiderandam mentem alicuius, quam ipsa uerba, ut 1.q.1.Marchion. & de conse. dist.

Mẽs potius ꝙ uerba attẽdi debet.

¶ De eo, qui calliditate uerborum iurat.

C. VIIII.

Qvacumque arte uerborum quisque iuret; Deus tamen, qui conscientiæ testis est, ita hoc accipit, sicut ille, cui iuratur, intelligit. a Dupliciter autem reus fit, quia † & Dei nomen in uanum assumit, & proximum dolo capit.

Sent.3.d.39. Ans.l. 11. c.76. Poly.l.6.tit.12. Bur.l.12.c.10. Iuo p.12.c.36.& 67. Pann.l.8.c.112.

Item ex sermone sancti Augustini trigesimo de uerbis Apostoli.

¶ Periurus est, qui super lapidem falsum iurat.

C. X.

Ecce dico charitati uestræ, & qui super † lapidem b falsum iurat, periurus est. Vnde hoc dico? quia multi, & in hoc falluntur, & putant, quia nihil est, per quod iurant, non se crimine teneri periurij. Prorsus periurus es, quia per id, quod sanctum nõ putas, α falsum iuras. Si tu β illud sanctum non putas: sanctum puta γ cui iuras. Non enim quando iuras, tibi iuras, aut lapidi iuras: sed proximo iuras. Homini iuras ante lapidem: sed numquid non ante Deum? Non te audit lapis loquentem: sed punit te Deus fallentem.

Iuo p. 12.c.54. Pann.l.8.c. 116.

† per] uel lectio.

α ¶ Non putas.] *Sic etiam Iuo in originali est sine negatione, & forte legendum*, putat.

β ¶ Si tu illud.] *In codicibus Augustini impressis, & uno Vaticano legitur*, sed ego illum sanctum non puto. *In altero vero etiam Vaticano, & apud Iuonem*. sed ego illum sanctum non puto.

γ ¶ Puta.] *Sic in codicibus impressis B. Augustini: sed in vno Vaticano, & apud Iuonem, & Pannormiam, & in aliquot vetustis Gratiani exemplaribus*, putat.

Sed obycitur illud Gregorij.26.lib.moralium, c.7.

¶ Apud Deum uerba nostra non ex ore, sed ex corde procedant. C. XI.

Hvmanæ aures uerba nostra talia iudicant, qualia foris sonant: Diuina uera iudicia, talia ea audiũt, qualia ex intimis proferuntur. ¶ Certe nouerit ille, qui intentionem, & uoluntatem alterius uarijs explicat uerbis, c quia non debet aliquis uerba d considerare, sed uoluntatem, & intentionem, quia non debet intentio uerbis deseruire, sed uerba intentioni:

Hucusq; B.Greg. eo loco.

Si ergo diuina iudicia uerba nostra talia foris audiũt, qualia ex intimis proferuntur, si intentio non dẽt seruire verbis, sed uerba intentioni; patet, ꝙ Deus non accipit

dist.4. retulerunt. extra de uerb.sig. præterea, &c. Intelligẽtia, 23.q.1.imperatus. in prin. ff.de ui.as uo.l.quãuis. 2. Sed hoc verũ est cum cõstat de intellectu. aliàs in dubijs a uerbis non est recedendum. ff.de lega.3. nõ aliter, ff.de exerc.l.1.§.si is qui nouem.ext.de spons. ex literis.

2 Ad i de 38.d.sed ... 92.d.c.i... ca. q.2.si ... tem.

SI ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex supradictis dicens, ꝙ si Deus ita accipit uerba foris, qualia ex intimis proferuntur, etsi uerba debent deseruire intentioni,

tioni, & non econuerso, apparet quòd Deus non sic accipit iuramentum, sicut ille, cui iuratur intelligit: sed potius sicut ille, qui iurat.

ITEM OBIICITVR. CASVS. Adhuc obijcit Grat. & probat in hoc §. seq. quòd iuramentum debet intelligi secundum intentionem iurantis, & non eius, cui iuratur. & hoc probat per duo exempla in illis posita.

ITEM SI INNOCENS. CASVS. Adhuc probat in hoc 3. §. quod secundum intentionem iurantis debet intelligi iuramentum. Ego accusatus de crimine scripsi super aliquam chartulam, qualiter iurare uolebam me esse immunem à delicto, sed aduersarius meus uolens me peierare, surripuit illud breue, quod scripsi, & supposuit aliud in quo continebatur me crimen cõmisisse. cum ego iurassem sicut in illo breui continebatur, arguebat me periurij: & dr hic, quod ego non sum periurus.

sic iuramentum, sicut ille cui iuratur; sed potius, sicut qui iurat, intelligit: cũ recipienti non ex intimis, sed ex his, quæ proferuntur foris uerba nostra sonent. ¶ Item obijcitur, qui iurat super lapidem putans se iurare super sacrosancta Euangelia, perinde tenetur, ac si super Euangelia iurauerit; licet ille cui iurat, ideo super lapidem illum iurare fecerit, ne non seruando quod promittit, reatu periurij teneatur. ¶ Item obijcitur de ciuibus, qui credunt se iurare obedituros consulibus suis in omnibus, quæ sibi imperata fuerint pro honore suæ ciuitatis: ne uero obedientiam recusantes, reatu periurij illaqueentur; supponitur breue iuraturis, in quo aliud continetur, quam se iuraturos arbitrentur; videlicet ne Padum in Nilum conuertant, vel aliquid huiusmodi faciant: Si ergo contra hoc, quod iurasse crediderant, consulibus suis obedientiam denegarent; nunquid secundum intentionem recipientis, an potius secundum intentionem iurantis iuramentum Deus illud acciperet? ¶ Item, si innocens de adulterio, uel furto impetitus innocentiam suam uellet asserere. iuraret autẽ se ab obiectis sic esse immunem, sicut in breui illo continẽtur quod manibus suis se scripsisse arbitratur, continetur autem in illo, hunc reum esse obiectorum; nunquid à Domino periurus reputabitur? aut nunquid poterit argui se iurasse, adulterij, aut furti reatum incurrisse? Non.

Hinc etiam Chromatius a *in c.5. Matthæi.*

a ¶ Chromatius.] *Antea citabatur,* Chrysost. *cui errori occasionem dederat similitudo primarum literarum.*

¶ Inter iuramẽtum, & locutionem fidelium nulla debet esse differentia. C. XII.

IVramenti hæc causa est: quia omnis, qui iurat, ad hoc iurat, ut quod verum est, eloquatur. Et ideo Dominus inter iuramentum, & loquelam nostram, nullam vult esse distantiam: b quia sicut in iuramento nullam conuenit esse perfidiam; ita quoque in uerbis nostris nullum debet esse mendacium: quia utrumque & periurium & mendacium diuini iudicij pœna damnauit, dicente scriptura, [Os quod mentitur, occidit animam.] Quisquis ergo uerum loquitur, iurat; quia scriptum est, [Testis fidelis non mentitur.]

Sap. 1. *Prouerb. 14.*

Idem †. *† al. Item.*

¶ Antequam aliquis iuret, peierat, si contra conscientiam iurare parat. C. XIII.

QVi peierare paratus est, antequam iurat, iam periurus esse uidetur: quia Deus non ex operibus c iudicat, sed ex cogitationibus, & ex corde.

Ex his omnibus colligitur, quod iuramenta secundum

IVramẽti. CASVS. Adhuc probat Gratia. per hoc capit. quod iuramẽtũ debet intelligi secũdum intẽtionem proferentis. Dicit ergo Chromatius, quod quicũque iurat, ideo iurare debet, vt verum loquatur. vnde Deus inter iuramentum: & cõmunẽ loquelã differentiam nõ facit: quia sicut in iuramento non debet esse perfidia, ita nec in loquela nostra. & si quis contrafecerit, pœna diuini iudicij damnabitur. & hoc probat auctoritate Domini dicẽtis: Os quod mentitur, &c. Seq. c. per se patet.

a ¶ Ad hoc iurat.] id est, iurare debet.

b ¶ Distãtiã.] Quãtum ad hoc, cũ mortaliter peccat qui simpliciter dicit falsum sicut qui sub iuramẽto dicit falsum, magis tamẽ peccat peierando quàm mentiẽdo 1 solidius subsistit vbi iuramentũ interponit, ut sup. ea. q. 1. c. 1. sed tamẽ plus operatur sacramẽtum, quam simplex promissio, vt extra de iureiu. debitores. Itẽ hic est arg. quod ex nudo pacto orit actio, ut 12. q. 2. quicunque suffragio. & q. 5. quia Ioãnes. Io.

QVi peierare.]

c ¶ Nõ ex operibus.] Deus potius cõsiderat animũ quàm factum, ut 15. q. 6. c. 1. & Deus ĩterrogat cor & non manum. 14. q. 5. quod se. 32. quæst. 5. proposito.

Iuramẽtum plus operat, quàm simplex promissio. 1 Dic ergo quod licet Deus nõ faciat differentiam inter loquelã & iurm, ecclia tñ facit, quia mendax simplex non patit pœnam, quo ad ĩfamiam & repulsionẽ testimonij, vel quin possit promoueri: sed secus in mendace iurio. & hoc ĩtelligas, ex quo simpliciter mendax est de crimine emẽdatus, secundum Doc. ext. de test. testimonium, secundum H.

EX HIS OMNIBVS. CASVS. Concludit Gratia. ab illo §. [Sed obijcitur.] quod iuramẽta iudicãtur à Deo

à Deo ſm intentionem facientis, & non recipientis, & poſtea ſoluit prędictam ɔ̃rietatem, dicens ꝙ ſimplicitas q̃n que eſt ex parte faciẽtis, q̃nque ex parte recipientis, & ſimiliter dolus q̃nque eſt ex parte faciẽtis, q̃nque ex parte recipientis, ex quacumque ergo parte eſt, Deus vidẽs cordis ſimplicitatẽ ſic accipit ſicut illa pars intelligit, quę ſimpliciter ĩtelligit: artẽ enim verborum Deus ſemper aſpernatur & odit.

DE ÆTATE. Hęc eſt quarta pars q. in qua probat, quando & in qua ętate ſit iurandum, & quando non: & hęc eſt q. incidens. Io. de Fant.

CASVS. Quia ſupra facta eſt mẽtio de iuramento: ideo nunc oſtẽdit Grat. in qua ætate poſſit quis ad iuramẽtum cogi, & quod intra pubertatis annos nullus cõpelli debet, ĩ. cap. 1. & 2. poſtea vero cõpelli poteſt.

PArvuli. CASVS. Quæſitum fuit ĩ qua ętate paruuli cogantur iurare. Et reſpondetur, cum ſunt in ætate rationabili, & ſi quis, cũ iurare poteſt, ſemel peierauit, de cætero teſtis eſſe non poteſt: nec ĩ ſua vel alteri⁹ cauſa erit iurator. Quæ autẽ ſequuntur, planã ſunt uſque ad §. de forma.

Impuberes an poſſint iurare.

a ¶ Iurare.] Nec teſtis eſſe põt, vt 4. q. 3. c. 1. Et iõ hoc eſt, quia iuramento dẽt adeſſe iudicium: ſed hæc ætas neſcit quid agat, vt C. d̃ fal. mo. l. 1. Itẽ qui impubes non poteſt peierare, vt ff. de iureiuran. l. qui iuraſſe. unde ſacramentum calumniæ prętare nõ poteſt. poſſet tamen dici, ꝙ ſi eſt doli capax, 1 ꝙ tunc calumnioſe petere poteſt, vt extra de delic. puer. cap. 1. & ſi nouerit ueritatem, ꝙ bene præſtabit ſacramentum calumnię: arg. C. de iureiur. propter calumniam l. 2. §. 1. Sed de ueritate dicendi bene poteſt iurare. Nam ab impuberibus & timidis ſumitur initium quæſtionis, ut ff. de q̃õ. unius in prin. Item impubes ferula percutitur pro ueritate dicenda, ut ff. ad Sylla. l. 1. §. impubes, & tenet confeſſio quam facit, licet contra eam poſſet reſtitui, ut ff. de confeſ. l. certum. §. penul. Ioan. quod falſum eſt, niſi ſit doli capax cum hoc c. contradicat B. hoc autem certum eſt, quod ſi aliquis ſponte receperit iuramentum minoris, bene ualet, & tenet tale iuramentũ, ut ff. de iureiur. l. qui iuraſſe. Item in hoc caſu poteſt q̃s conueniri ratione iuramenti quod præſtitit dum eſſet impubes, ut ſi impubes iurauit ſe præſtiturum operas, 2 ipſe pubes factus bene conuenitur de hoc iuramento, ut ff. de lib. cauſa, l. ult. in fine.

b ¶ Cauſa.] Sed 2. nõne ſi agere vult periurus ĩ propria cauſa audiretur, quia nulli prohibetur agere in propria cauſa. vt 4. q. 1. omnibus ſed agere nõ poteſt niſi prętet *ſacramentum. Item nonne iudex vel altera pars poteſt ei deferre ſacramentum? Ad hoc dicas, ꝙ hæc lex ſumpta eſt de Lombarda, ſecundum quam non iuratur de calumnia. patet ergo ꝙ loquitur hic de alio iuramento: & poteſt dici ꝙ loquitur hic de iuramẽto purgationis, id eſt, ut nec ſe nec alios poſſit expurgare. ex hoc ſequitur ꝙ ſi ſuſpicio aliqua eſt contra periurium, ſtatim habetur pro conuicto, cum ſe expurgare non poſſit, & imputet ſibi, qui in talem caſum incidit: quia culpa ſua illud ſuſtinet, ut 15. q. 1. ſi quis inſaniens. ex quo enim ſemel peierauit, pręſumitur ꝙ ſemper debeat peierare, ut 2. q. 7. non poteſt. unde amodo non eſt ſacramento ſuo credendum, ut extra de præſump. literas. ea tamen iuramenta quæ oneris ſunt potius quam honoris, bene p̃ſtabit, ut iuramentum calumniæ, ſimiliter dominis ſuis iurabit in cauſa feudi, contra 47. diſt. quantumlibet, extra de re iudic. in cauſis.

1 Dicit Azo. ꝙ hoc nõ eſt uerum, q̃uis ſit doli capax. C. de iura. cal. l. 2. §. 1. ſed de veritate dicẽda bñ. ff. de cõfeſ. l. certũ, §. minore, arg. ff. de ad min. tut. l. 1. in fi. & L. & hoc ẽ qd ſequitur.

2 Ad hæc ꝙ quamuis, &c.

intentionem præſtantis, non recipientis a Deo iudicantur. Quomodo ergo ſecundum Iſidorum quacumque arte uerborum quis iurat; Deus ſic accipit, ſicut ille, cui iuratur, intelligit? Sed ſicut aliud eſt callida arte uerborum iurare, aliud ſimpliciter intentionem ſuam iurando enunciare: ſic aliud eſt ſimplici intentione iuramentum factum recipere: aliud in recipiendo calliditate uti: quia ſicut quiſquam apud Deum non ualet aliquem lædere, ſic nec præter eius intentionem ualet quis alicui ſubuenire. Deus autem duplicitatis aſpernator ſimplicem intentionem utriuſque conſiderat, & tam ex parte recipientis, quam ex parte præſtantis uerborum artem aſpernatur & odit.

4 *De ætate uero iurantium quæritur: qua ætate quiſque ad iurandum debeat cogi.*

De quo in primo libro capitularium, c. 63. ſic inuenitur definitum.

¶ Ante rationabiles annos, aliqui non cogantur iurare. C. XIIII.

Iuo p. 12. c. 23. Pann. l. 8. c. 103.

PAruuli, qui ſine rationabili ætate ſunt, non cogantur iurare, a ſicut Gunebodigni faciunt. α Et qui ſemel periuratus fuerit; nec teſtis ſit poſt hoc, nec ad ſacramentũ accedat, nec in ſua cauſa b uel alterius iurator exiſtat.

α ¶ Sicut Gunebodigni faciunt.] *Addita iſtæc ſunt ex originali.*

Item ex concilio Elberitano.

¶ Ante quatordecim annos nullus iurare cogat̃. C. XV.

Burch. l. 12. c. 26. Iuo p. 12. c. 81. Pann. l. 8. c. 104. & 105.

PVeri ante annos quatuordecim non cogantur iurare. Puella c quoque, ſi in puerili ætate ſita in domo patris, illo neſciente, iuramento ſe conſtrinxerit, & pater eius, ut audierit, ſtatim d contradixerit; uota eius, & iuramenta irrita erunt, & facilius emendabitur.

¶ *Burchardus hoc citat ex concilio Hibernenſi: ut alia, quæ concilio Eliberitano tribuuntur.*

Capit. l. 1. c. 63.

Item Cornelius Papa.

c PVeri.] ¶ Puella.] Idem eſt in puero, ut s̃. ead. q. 4. tribus.

d ¶ Statim.] Filij iuramentum debet pater reuocare, quam cito ſcit. 3. vt hic dicitur: ſed uotũ religionis nõ tenetur ſtatim reuocare cum ſcit, ſed uſque ad annum & diem contradicere poteſt, ut 20. queſt. 2. puella. aliter ta-

3 Ad idẽ cõcord. H. qui exponit ſtatim, id eſt ex quo ſciuit & potuit.

tamen est sup. distinctum, scilicet 20.q.2.in princ.

a Honestum. Hoc ieiunus. Similiter testimonium debet dicere ieiunus, ut extra de testib. placuit, Quæ a ieiunis fieri debeant, no. de consecr. dist. in. 1. sacramenta. tamen quod hic dicitur, magis est honestũ, quàm

Burc.l.12.c.12.
Iuo p.12.c.67.& 33.
Pan.l.8.c.120.

¶De eodem, & vt a ieiunis iuramenta præstentur. C. XVI.

Honestum etiam videtur, vt qui in sanctis audet † iurare, & hoc ieiunus [a] faciat cum omni honestate, & timore Dei: & vt pueri ante annos quatuordecim non cogantur iurare.

¶Cæteri etiam collectores citant ex decretis Cornelij Papæ. Extat autem lib. primo capitularium, c.63. nonnulli præterea verbis interiectis. Et inde refert primam huius capitis partem Iuo c.33.

Simile quiddam in scholis capitulariũ e Calia missis.

Præterea sunt quædam tempora, quibus iurare prohibemur.

Vnde in concilio apud sanctum Medardum habito.

¶Quibus temporibus iurare prohibemur. C. XVII.

Decreuit sancta synodus, vt a Septuagesima [b] vsque in octauam Paschæ, & ab aduentu Domini vsque in octauam Epiphaniæ, nec non & in ieiunijs Quatuor temporum, & in Litanijs maioribus [c], & in diebus Dominicis, & in diebus Rogationum (nisi de concordia & pacificatione) nullus super sacra Euangelia iurare præsumat.

Iuo vsib. feudorum, lib.2.tit.6.

5 *De forma vero fidelitatis, & quid quisque debeat domino, vel econuerso; sic inuenitur in epistola Fulberti episcopi.*

¶Quę in fidelitate sunt obseruanda. C. XVIII.

Iuo p.12.c.75.
Pan.l.8.c.122.

De forma fidelitatis aliquid scribere monitus, hæc vobis, quæ sequuntur breuiter ex librorum auctoritate notaui. Qui domino suo fidelitatem iurat; ista sex semper in memoria debet habere; incolume, tutũ, honestum [d], vtile, facile, possibile †. Incolume, videlicet; ne sit in damnum domino suo de corpore suo. Tutũ; ne sit ei in damnũ de secreto [e] suo vel de munitionibus [f], per quas tutus esse potest. Honestum; ne sit ei in damnũ de sua iustitia, vel de alijs causis, q̃ ad honestatẽ [g] eius pertinere videnť. Vtile; ne sit ei in damnum de suis possessionibus, Facile, vel possibile; ne id bonũ qď dominus suus facere leuiter poterat, faciat ei difficile, neve id ꝙ possibile erat

Adde, ꝙ ...ile obse ...um de- ... clericus ...esiæ.l.2. ...bi Alber. ...Ro. de ad ...c. diuers. ...l.

quàm iniustum. Ioan.

b Decreuit.] ¶ Vt a septuagesima.] In his etiam diebus causæ exerceri non debent. 15.q.4.c.1.& 2. huic tamen cap. & præcedenti obuiat consuetudo præscripta. Ioan.

c ¶ In litanijs maioribus.] Vt in festo sancti Marci.

DE FORMA. Hæc est 5. pars q. in qua dicitur quod in sequenti c. continetur. Io. de Fant.

CASVS. Supra facta est mentio de iuramento: sed quia fidelitas fit iureiurando: ideo nunc ostendit Grat. quod fidelis domino. & econuerso debeat facere.

De forma.] CASVS. Quidam rogauit Fulbertum episcopum vt scriberet sibi quot debeant contineri in iuramento fidelitatis, quam facit vasallus domino: qui rescripsit sex debere ibi contineri, scilicet incolume, tutum, honestum, utile, facile, possibile: quæ vasallus semper debet in memoria habere. Et ponit exemplum de illis sex, in quibus omnibus debet vasallus domino consilium & auxilium præstare, si vult beneficio dignus videri, & salus esse de fidelitate, & dominus in his omnibus vasallo vicem reddere debet.

d ¶ Honestũ. Sic ergo honestas & possibilitas in omni iuramento sunt intelligenda, ut sup. 22.q. 4. vnusquisque. & extra de iureiur. quẽadmodum, sed illud sacramentum præstant archiepiscopi Romano Pontifici, vt extra de iureiur. ego. & subditi suis episcopis, vt 23.dist. quamquã. & Imperator Papæ 62. dist. tibi domino, & licet generaliter iuret uasallus domino, scilicet ꝙ in omnibus causis iuuabit ipsum & contra quemlibet tamen ꝯ propriam patriam nõ iuuabit ipsum, vt ff. de reli. minime. nec contra Papã, ut extra de iureiur. venientes. Sed qd si dominus vult filiũ vasalli impetere. nunquid iuuabit ipsum contra filium videtur ꝙ non: quia nec contra filiũ excõmunicatum iuuabit. 11.q.3. quoniam multos. & argu. ad hoc ff. de reli. minime. Contrarium tamen dicit lex feudi in titu. quemadmo. feu. amit. dicitur. n. ibi, quod vasallus obligatus est filio suo tantum vinculo naturę: sed domino suo obligatus est vinculo iuramenti. Itẽ nõ tenetur ipsum iuuare si iniuste impetit aliũ: nec enim opem fert qui ad peccadũ nos adiuuat. vt 14.q. 6. si res. Item nunqd vasallus põt accusare dñm: Non, ut hic põt colligi; nisi prosequatur suam iniuriam. alioquin si accusat perdit ius feudi: sicut patronus, qui accusat libertum perdit bonorum possessionẽ, ut ff. de bo. lib. qui cũ maior nec ẽt testimoniũ põt cõtra ipsum ferre, nec in criminali causa, nec etiam pro ipso, ut extra de offi. deleg. causam.

Imperator iurat Papæ.

Vasallus dominum non accusat.

e ¶ De secreto.] Ille qui prodit secreta alicuius, capite punit, ut ff. de re mili. omne §.3. & C. de cõmer. & mer. l.2. & sic potest quis iurare ne prodat secreta alterius. arg. tamen est contra 12. dist. nerui.

f ¶ Munitionibus.] Qui munitiones cedit hostibus, vel literas, uel nuncium uel aliqď signũ eis mittit, incidit in crimẽ læsæ maiestatis, ut ff. ad le. Iul. maie. l.2. & 3.

Secretorum proditor capite punit.

g ¶ Ad honestatem.] Vt nec cum vxore, nec cum filia commisceatur; nec aliquid in honesti faciat in domo domini, ut de pœn. dist. 5. consideret.

reddat ei impossibile. Vt fidelis hæc nocumēta caueat iustum est. Sed quia nō sufficit α abstinere a malo, nisi fiat id, quod bonum est †; restat, vt in eisdem sex supradictis cōsilium [a], & auxiliū dño suo fideliter prestet: si beneficio dignus [b] videri vult, & saluus esse de fidelitate, quā iurauit: dominus quoq; fideli suo in his omnibus vicem reddere debet [c]. Quod si non fecerit; merito censebitur malefidus; sicut ille qui in eorum β præuaricatione; vel faciendo, vel consentiendo deprehensus fuerit perfidus, & periurus.

¶ *Epistola hæc Fulberti missa est è Gallia, descripta ex uetusto codice ecclesiæ Balluacensis: cuius hic est titulus;* Glorioso duci Aquitanorum VV. Fulbertus Carnotensis episcopus orationis suffragium.

α ¶ Sed quia non sufficit.] *In ipsa epistola legitur*: Sed nō ideo casamentum meretur: nō ei sufficit. *Apud Iuonem uero*, Sed ideo cassamentum † meretur. Non enim sufficit, &c.

β ¶ Qui in eorum.] *In epistola legitur*, si mox prævaricatione, *apud Iuonem*, si in eorum præuaricatione, *In Pannormia uero ut apud Gratianum*.

Augustinus.

¶ De eodem. C. XIX.

SI quis laicus iuramentum violando profanat, quod regi, & domino suo iurat, & postea peruersè, & dolosè eius regnum tractauerit, & in mortem ipsius aliquo machinamēto insidiatur; quia sacrilegium peragit, in Christum Domini manū mittens; anathema sit, nisi per dignā pœnitentiæ satisfactionē emendauerit, sicut cōstitutum a sancta synodo est; idest, sæculum relinquat, arma deponat, in monasterium eat, & pœniteat omnib. dieb. vitæ suæ: verumtamen cōmunionem in exitu vitæ suæ cum Eucharistia percipiat. Episcopus vero, presbyter, diaconus, si hoc crimen commiserit, degradetur.

¶ *Caput hoc in melioribus Gratiani codicibus non habetur. Bruchardus & Iuo citant ex dictis Aug. Simile autē habetur in concilio Toletano 16. c. 8. ex Hispania misso.*

6 *Vt itaque ex præmissis apparet, mendacium nec simplici sermone debet proferri, nec iuramento firmari. Mendacium autem non solum in uerbis, sed etiam in simulatis operibus esse probatur.*

Unde Ambrosius ait in sermone habito in Dominica de Abraam.

¶ *Initium huius sermonis est*. Scitote fratres.

¶ Mentitur qui professionem suam operibus non ostendit. C. XX.

CAuete fratres mendacium, quia oēs qui amant mendacium, filij sunt diaboli α *& inf.* ¶ Non solum in falsis verbis, sed etiam in simulatis operib. [d] mēdacium est. Mendacium namq; est, Christianum se dicere, & opera Christi non facere. Mēdacium est, episcopum, sacerdotē, vel clericum se pfiteri, & cōtraria huic ordini opari.

Glossa:

a ¶ Consilium.] Vide quomodo interpretatur hoc iuramentum. Ego iuro q nullum faciā tibi damnū. i. ego iuro q nec ego faciam, & etiam q alios facientes prohibebo. sic interpretatē lex tale pactum, ut si aliqs fecit pactū, quod sibi aliam non cederet, vel vteret, etiā custodire tenetē ne alius utat, uel cedat. ut ff. loc. l. in lege. idem vr̄ in omnib. negatiuis promissionibus, ut cū dicitur; pmitto quod nō faciam: nō solum teneor non facere, sed etiam curare debeo ne fiat, vt ff. de verb. sig. facere & de ver. obl. in illa stipl'one.

b ¶ Dignus.] Ergo si clericus præstat patrocinium cōtra ecclesiam suam, uel episcopum suū, potest priuari bñficio suo 96. dist. si Imperator. & ext. de postu. c. si. Ioan.

c ¶ Vicem.] Et sic eadem fide tenetē quis subdito suo sicut subditus dño, ut 95. dis. esto subiectus. & ext. de iureiur. peruenit & 32. q. 6. nihil iniquius. & si non fecerit, priuatur illo, vel dñio, quod habet in uasallo, & trāsit feudū ad superiorem, ut in li. de feu. quēadmodū feu. amit.

VT ITAQVE. Hec est sexta pars q. in qua dicitur, q non solum uerbis mētimur, sed etiā factis. Ioan. de Fant.

CASVS. Concludit Gratia. ex supradictis dictis q mendaciū nec simplici loquela, nec iuramento est assumendum. Postea ostendit q mēdaciū & uerbis & factis fieri pōt: qđ per seq. c. probat.

CAuete fratres.] CASVS. Ambrosius monet fratres suos ut mendaciū vitēt: ostēdēs q mēdaciū fit duob. modis, s. verbis & factis. Nam si quis dicit se Christianū & clericū, & non facit opera Christiani, uel clerici, mendax est in operibus suis.

d ¶ Operib.] Arg. q factis mentimur, sicut verbis, & factis negamus Christū, sicut verbis. 11. q. 3. æstimant. & factis appellamus. ext. de appell. ducti & factis prædicamus 43. dist. sit rector.

Margin notes:

pmissiones [illegible] ad [illegible] obligāt.

† Adde pro hoc tex. in l. alia cum nota. C. de his qbus indig. Bal. & glo. in ver. non euitabit. in cap. 1. versic. sed & qui delator. quæ fu. pri. cau. benef. ami.

Facti s mentimur, sic verbis.

† Concor. iustitia [illegible] ris pr[illegible] cū gl. [illegible] tribuere [illegible] de iustit. iu. & insti[illegible] eo. tit. & in glo. sup. verbo ius suum.

† al. causamentum.

Ans. l. 11. c. 74. Poly. l. 6. tit. 11. Burch. l. 12. c. 21. Iuo p. 12. c. 78.

Pann. l. 8. c. 127.

QVoties vero.] CASVS. Docet Hierony. in hoc cap. ꝙ si quis non congruo tempore, & loco, & quod non conuenit audientibus loquatur: potius destruit audientes quàm ædificet. Vnusquisque enim considerare debet quod vel quando loquatur: quia pro quolibet verbo otioso reddituri sumus rationem. sequen. §. per se patet.

a ¶ Audientibus.] Forte instituit rudes magna, & subtilia, quod esse non debet. simi. 8. q. 1. oportet. & 43. dist. cap. 1. Ioan.

α ¶ Diaboli.] *In codice Vaticano, vbi hic sermo habetur, sequuntur hæc*, quia non solũ mendax est, sed ẽt, & pater, & inuentor ipsius mendacij est. Omnis. n. simulatio, & omnis duplicitas mendacium est. Ergo non solum, &c.

Item Hieronymus in c. 4. epist. ad Ephesios.

¶ Quoties sermo malus de ore nostro procedit.

C. XXI.

QVoties uero loquimur, aut nõ in tempore, aut importuno loco, aut non vt conuenit audientibus, [a] toties sermo malus procedit de ore nostro ad destructionem eorum qui audiunt. Cõsideremus itaq; quid loquamur: quia pro omni otioso verbo reddituri sumus rationem in die iudicij.

7 *Iuramentum vero clericus laico præstare non debet. Vnde in Rhemensi concilio legitur.*

¶ Cuiquam laico clericus nihil iurare præsumat.

C. XXII.

Burc. l. 2. c. 118. Iuo p. 6. c. 233. Pann. l. 5. c. 11.

NVllus ex ecclesiastico ordine cuiquã laico, [b] quidquam super sacrosancta Euãgelia iurare præsumat: sed simpliciter cum veritate, & puritate dicat, est, est, non, non. Sed si est aliquid, quod sibi obijciatur, β prout iudicauerint, qui eiusdem ordinis sunt, aut corrigatur, aut expurgetur.

β ¶ Obijciatur.] *Apud Burchardum, & Iuonem sequitur*, ad episcopũ in cuius territorio est, deferatur, & iuxta id, quod illi, qui eiusdem sunt ordinis, dijudicauerint, aut corrigatur, aut expurgetur.

Episcopo similiter clericus iuramentum præstare nõ debet, nisi forte is, cui ecclesiæ procurationem cõmittit. Vnde Vrbanus II. ait.

Ext. de iureiur. c. nullus.

¶ *In aliquot vetustis exemplarib. finis huius causæ est in ver.* expurgetur. *absunt aũt hæc verba, & sequens caput,* nullus. *In vno autem non modo ista habentur, sed ẽt cap. primũ de iuramento calũnia, & cõstitutio noua Hẽrici.*

¶ De eodem. C. XXIII.

NVllus episcopus clericos suos, nisi forte, quibus ecclesiasticarum rerum dispensatio commissa fuerit, sibi iurare compellat.

IVRAMENTVM. Hæc est 7. pars q. in qua dicitur, ꝙ clericus non debet iurare laico, nec episcopo sine causa. Io. de Fant.

NVllus.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Rhemẽ. vtrum clericus accusatus coram laico iudice, possit præstare iuramẽtum calumniæ, vel innocentiæ ad se purgãdum. Et respondetur ꝙ non: sed corã ecclesiastico iudice corrigatur vel expurgetur: sed corã laico iudice dicat, est, est, non, nõ. Quæ autem postea sequuntur patent.

b ¶ Laico.] Hoc c. ĩtelligas de iuramẽto expurgationis [1] ꝙ clericus nõ dẽt facere corã laico, sed tm̃ coram episcopo vel eius delegato. nisi hoc fiat auctoritate Papę, ut 2. q. 5. Mẽnã. si. n. clericus peteret aliquid coram laico, bene tenẽt ibi præstare iuramentũ calumnię. Vel dic ꝙ sine licentia epĩ nullum dẽt facere iuramentum laico. Imperatori tñ iurãt episcopi fidelitatem.

Iurm expurgationis non dẽt clericus præstare coram laico.

1 Ista fuit sẽtentia. & B. sm L. & ꝙ hoc casu intelligatur c. patet ex fin. sm H. sed uiget illa Ifa. quidquam.

CAVSA XXIII.



QVidam episcopi cum plebe sibi commissa in hæresim lapsi sũt circũadiacentes catholicos minis, & cruciatibus ad hæresim compellere cæperunt: quo comperto Apostolicus catholicis episcopis circumadiacentium regionum, qui ab Imperat. ciuilem iurisdictionem acceperant, imperauit, vt ca-

QVidã epi] CASVS. Supra tractatũ est de catholicis, & dictũ est, ꝙ non sunt cogendi ad malum. Nũc uero subnectit Grat. 23. cãm in qua de hereticis tractat, quęrens an episcopi sint cogendi ad bonum. Item quæritur an militare sit peccatum, & quod bellum debeat dici iustum, & quod iniustum, & an vindicta sit inferenda, & an peccatum sit iudici malos occidere, condemnando scilicet. Sed ut hæc, & alia competentius faciat thema proponit, de quo octo elicit quęstiones.

Vòd militare.] CASVS. Hic ponit prima q. in qua quaerit an militare sit peccatū. Rñdet q nō, vt inf.e. militare, & hoc verū est, si bellū à principe indicat, vt ĩ.e. q.2. iustū. similiter p defēsione sua, vel patriae [illegible] paternarum vt [illegible] militare [illegible] autē arma [illegible] mouere nō p̃nt, ut ĩ.ca. q.8. clerici &c. Quinq; Et [illegible] Grat. hoc ordine in hac quōne. primo probat, q militare sit peccatum. postea in §. his ita. rñdet allegatis, & p bat p̃rium. in ult. §. concludit, uerā ponens solutionem, scilicet: q praecepta patientiae in praeparatione cordis sūt seruanda, nō in ostētatione corporis. Est ergo cas⁹, §. breuis. P bat Gra. ex a. ctoritate militare esse peccatum, quas per te facile videbis si diligenter inspexeris.

l.4. & 5. si tamen [illegible] aliquis [illegible] repellat. potius prae sumi debet q defendēdi, quàm ulciscēdi causa fecerit [illegible] ff. ad l. Aquil. si ex plagis. §. tabernarius. & [illegible] primus percussor uolebat percutere denuo: alioquin si nolebat denuo percutere, & alter repercussit, potius

[ca]tholicos, ab haereticis defenderent, & quibus modis possent eos ad fidei veritatem redire compellerent. Episcopi haec **mandata Apostolici † recipientes, conuocatis militibus,** *aperte, & per insidias cōtra haereticos pugnare coeperūt. Tandē nonnullis eorum neci traditis, alijs, rebus suis, uel* **ecclesiasticis** *expoliatis alijs, carcere, & ergastulo reclusis ad vnitatem catholicae fidei coacti redierunt.*

† al. apostolica.

1 *Hic primum quaeritur, an militare peccatum sit.*

2 *Secundo, quod bellum sit iustum, & quomodo a filijs Israel iusta bella gerebantur.*

3 *Tertio, an iniuria sociorum, armis sit propulsanda.*

4 *Quarto, an vindicta sit inferenda.*

5 *Quīto, an sit peccatū iudici, uel ministro reos occidere.*

6 *Sexto, an mali sint cogendi ad bonum.*

7 *Septimo, an haeretici suis, & ecclesiae rebus sint expoliandi, & qui possidet ab haereticis ablata, an dicatur possidere aliena.*

8 *Octauo, an episcopis, vel quibuslibet clericis sua liceat auctoritate, uel Apostolici, uel † Imperatoris praecepto arma mouere.*

† al. sine Imperatoris.

Bella an sint permissa, & quibus.

a ¶ Quod militare.] Hic q̃rit an militare, seu bellare sit peccatū. & dicendū est, q no, vt ĩ.e. militare. & hoc verū est si à principe indicatur bellū, ut ĩ.e.q.2. iustū. Similiter, p defensione sua, uel patriae, vel legi. paternarū, ut ĩ.e.q.8. si nulla. clerici autē in sacris ordinib. constituti nō p̃nt mouere arma vt ĩ.e.q.8. clerici. Similiter vr, q nec in minoribus ordinibus cōstituti et vxorati possunt mouere arma: quia sub regula ecclesiastica debent uiuere, ut 32.d. si qui & 20. q. 3. eos, q cōcedo si volunt gaudere priuilegio ecclesiastico, ar. [illegible] Io. de Fant.

QVAESTIO I.

Vod militare [a] alienum uideatur ab Euangelica disciplina, hinc uidetur posse probari: quia omnis militia uel ob iniuriam propulsandam [b], vel propter uindictam inferendam est instituta: Iniuria autem uel a propria persona, uel a socio repellitur: quod utrumque Euangelica lege prohibetur cum enim dicitur: [Si quis te percusserit in vnam maxillam, praebe [c] ei & alteram.] & iterum: [Qui angariauerit te mille passus, vade cum eo duo millia [d].] Item cum Apostolus dicat: [Non uos defendentes [e] charissimi, sed date locū irae, quid aliud p hibetur, quàm propriae personae iniuriā repellere? ¶ Itē, cum Petro gladio magistrū defendente, Christus dixerit; [Conuerte gladium tuum in uaginam, an putas, quia nō

Matth.5.

Rom.12.

Iniuria an possit repelli, & a quib.

1 Adde pro hoc gl. 2. & ibi Bart. in l. ut uim. ff. de iust. & iur. & eundem Bart. in l. si quis 1. seruitute. ff. de iur.

2 Et incontinenti repelli debet [illegible] ex interuallo re-

b ¶ Propulsandam.] Qui repellere possunt iniuriam, & qualiter possit repelli, & an tantum personę iniuria [illegible] & rerum possit repelli [illegible] quod non solum laici, sed etiam clerici [illegible] repellere iniurias, & rerum, & personae, ut extra de rest. spol. olim. & extra de sent. excom. si uero. c. ex tenore, & sup. d. 1 ius naturale. & ff. de iustit. & iu. [illegible] Extra uidetur q clerici non possint, ut extra de homicid. suscepimus. 46. d. [illegible] Ad hoc [illegible] nulli licet uim repellere repercutiendo [illegible] Alij dicunt [illegible] licet laicis repercutere: clericis nō. Ego credo quòd & clericis & laicis licet repercutere: distinguitur tñ, quia aut uis infertur personae, aut rebus, si personae, tunc est uis repellenda [illegible] nullus uim repellere debet [illegible] licitū est occidere, & eum qui vult occidere, ut ff. ad l. Aquil. tius est uindicta, quàm repulsio iniuriae: & sic intelligo quod dicitur iniuriā incontinenti posse repelli. Requiritur ergo quod defendendo repercutiat. non ulciscēdo, ut infra eadem, quod culpatur. & ff. ad l. Aquil. scientiam. & cum moderamine se defendat, ut ext. de restit. spoli. & cu olim causam. in fi. si quis tamen modẽ ramen excedit; & non ex proposito. non tenetur, ut ff. ad l. Aquil. si ex plagis. §. tabernarius. licet illa decret. olim causam. uideatur contradicere. Item incontinenti debet uim ui repellere, ut ff. de ui. & ui ar. l. 3. §. cum igitur. Si autem uis infertur rebus, & illatam, & inferendam licitum est repellere: sed potius illatā, quam inferendam.

c ¶ Praebe.] Illud intelligatur de cordis praeparatione, ut inf. ea. paratus, uel cum agitur de fide.

d ¶ Duo millia.] Vbi est quaestio fidei.

e ¶ Defendentes.] Ex odio, uel dic ex interuallo: uel non seruato moderamine.

a ¶ Non

Matth. 26. In martyrio ipsius 6.

possum ᵃ rogare patrẽ meum, & exhibebit mihi plus quã duodecim legiones Angelorũ?] deniq. sicut de B. Andrea legitur, cũ fieret concursus populorum, ut de manib. ini qui iudicis eum eriperẽt, & ab iniuria mortis illum defenderẽt; ipse econtra & exẽplo & verbo patiẽtiam docens, rogabat eos, ne suum martyrium impedirent quid aliud monemur: quam sicut proprias, ita & sociorum iniurias patiẽter tolerare, nec ad arma concurrere, sed eorum exẽplo ad similia ferẽda animum præparare?

Deute. 32. Rom. 12. Matth. 7.

¶ Itẽ cum ĩ prouerbijs ᵅ dicatur, [Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus.] ¶ Itẽ, cum in Euangelio dicatur, [Nolite iudicare, ᵇ & non iudicabimini,] Item, cũ paterfamilias dicat seruis volẽtibus colligere zizania, ᶜ Sinite vtraq; crescere vsq; ad messem: & tunc dicã messoribus, colligite zizania, & alligate in fasciculos ad cõburendum.

Matth. 22.

¶ Item cum rex ille, qui nuptias fecerat filio suo, missis exercitibus suis angelorum videlicet, dicatur perditurus homicidas prophetarum, & Apostolorum, q vocati ad nuptias venire contẽpserunt credendo. Itẽ cum Paulus apostolus dicat in epistola ad Romanos,] Nolite iudicare inuicem,] Item [Tu quis es, qui iudicas alienũ seruum? Suo domino stat, aut cadit: Siue ergo uiuimus siue morimur Dñi sumus. In hoc.n. Christus mortuus est, & resurrexit, vt & viuorum, & mortuorum dominetur;] In his oĩbus quid aliud præcipitur, quàm vt uindicta delinquentium diuino reseruetur examini? Cum ergo, ut supra dictum est militia uideatur instituta uel ob iniuriam propulsandam, vel ad vindictam inferendam, vtrumque autem lege Euangelica prohibeatur, apparet, quòd militare peccatum est.

Rom. 14.

ᵅ ¶ In prouerbijs.] *Snĩa ista solet quidem prouerbij loco vsurpari: sed nõ habetur in lib. Prouerbiorum. Affertur a B. Paulo ad Rom. c. 12. (coniuncte cum alia sententia ex c. 25. Prou.) & ad Hebr. 10. Deuter. c. 32. In cantico sic subscriptum est,* Mea est vltio, & ego retribuam.

Hinc etiam Gregorius ait.

¶ Bella carnalia bellorum spiritalium figuram gerunt.

C. I.

Origenes homil. 15. super Iosue.

NIsi bella ista carnalia figuram bellorum spiritaliũ gererent; nunquam, vt opinor, Iudaicarum historiarum libri discipulis Christi, qui venit pacem docere, legendi in ecclesijs fuissent ab Apostolis ᵈ traditi. Quo enim eis bellorum proficeret ista descriptio, quibus dicitur ab Iesu: [Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis?] & quibus per Apostolum iubetur, & dicitur [Non vosmetipsos vendicantes, ᵉ sed magis iniuriã accipite, & magis fraudem patimini?] Vnde denique sciens Apostolus nulla nobis iã ultra bella esse carnaliter peragenda; sed animæ certamina contra spiritales aduersarios desudanda, velut magister militiæ, præceptũ dat militibus Christi, dicens: (Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus astutias diaboli.

Ioan. 14. 1. Cor. 6.

His ita respondetur. Præcepta patientiæ non tam ostentatione corporis, quam præparatione cordis sunt retinenda.

Vnde Augustinus ait in sermone de puero Centurionis.

a ¶ Nõ possum.] Et tñ noluit rogare vt præberet exemplũ humilitatis alibi tñ dicit, si fieri potest transeat a me calix iste. 6 d. in b[illegible].

b ¶ Iudicare.] Iniuste. Vel loquitur de ijs, qui non habent iurisdictionem.

c ¶ Zizania.] 11. q. 3. nolite. Ioan.

NIsi bella. CASVS. Quæsitum fuit a Grego. quare bella Iudæorum legãtur in ecclesia. Et respondet q non ob aliud, nisi ut per ipsa doceamur spiritualiter pugnare cõtra vitia & dęmones. Et ad hoc probãdũ inducit 4. auctorita. quarum vna est Christi. reliquæ sũt Apostoli Pauli.

d ¶ Ab Apostolis.] Ergo non tñ ex pręcepto vel cõstitutione ecclesiæ legimus libros Iudæorũ: sed ẽt ex præcepto Apostoli. Sed quæro ubi hoc pręcepit Apostolus? Dic q loquitur præsumendo. quod enim vniuersalis ecclesia tenet, credẽdũ est hoc ab Apostolis esse institutũ. 11. d. ecclesiasticarum.

e ¶ Vindicantes.] Ideo enim iudiciorũ vigor in medio positus est, ne qs sibi ultionẽ sumere præsumat C. de Iudæ. nul[li]. 16. q. [illegible] ad hoc [illegible]

HIS ITA. CASVS. Dictum est in §. 1. q militare est peccatum quia patientiã habere debemus. Et ad hoc inducit [illegible] capitula. Nũc vero dicit Gratia. q illa patientię præcepta non tãtum sunt in corporis ostẽsione retinẽda quantũ in cordis pręparatione: quasi dicat, interius dẽt esse homo patiẽs. sed extra debet corrigere delinquẽtes. quod probat per sequens cap.

Libri Iudæorum sunt legẽdi ex præcepto Apostoli.

Ecclesia aliàs quòd tenuit, hoc credendũ est ab Apostolis ẽt institutum.

Para-

PAratus.] CASVS. Ostendit Grat. in hoc c. ꝙ præcepta patientiæ magis inducenda sunt ad præparationem cordis, & animi beneuolentiam, quàm ad opera exteriora: quibus delinquentes inuitos possumus corrigere, & castigare, patientia, uel beneuolentia animi interius obseruata. Et hoc ꝓbat quinque exẽplis: scilicet Christi, Pauli, & Petri, & Reipublicæ, Ioannis Baptistę. Primum exemplum habes ibi. [Hinc liquido.] Secundum ibi, [Nec Paul⁹.] Tertiũ ibi. [Agenda sunt.] Quartũ ibi, [Ac per hoc.] Quintum ibi, [Item paulo post.]

a ¶ In aperto.] Arg. ꝙ nõ semp per exteriora comprehenduntur interiora. 15. q. 5. non omnis & c. non osculatur.

b ¶ Prodesse.] Sic ergo prodesse dicimur illis, quẽ verberam⁹, vt 45. di. & qui emẽdat. Ioan.

c ¶ Si uerba.] Argu. quod non debemus inhærere uerbis, sed potius mẽti. ut dixi 22. q. 5. humanę. 26. q. 5. nec mirum. uerba. n. in rescriptis posita, vel in lege, conformare dẽmus ęquitati: & licet uerba hoc nõ patiant, ext. de rescrip. causam & extra de cõsue. cũ dilectus. & ff. de ĩ ius vo. l. quãuis, & ff. q̃ ꝑ tut. l. ult. Arg. contra 19. distin. in memoriam. & ff. qui & a qui. manumis. l. prospexit. ubi dicitur, sufficit ita scriptũ, esse. & si illud durum est.

d ¶ Quia nesciunt.] Pro illis, qui ex ignorantia hoc fecerunt rogauit. 1. q. 1. §. cũ ergo.

e ¶ Secundũ legem.] Iudex ſm leges iudicabit: & nõ ſm motum animi sui. ut extra de constit. cap. 1. & 11. q. 3. summope re alioquin punit vt falsarius, ut ff. ad le. Corne. de fal. l. 1. §. 1.

f ¶ Et cõtra legem.] Lex. n. dicit, quod liber homo nó debet uerberibus cædi, ut C. de repud. cõsensu, ultra medium, nisi in casu, ut no. 5. q. 5. illi, qui & no. 15. q. 6. in summa.

g ¶ Destruendum.] Dixit eum nõ esse principem: quia non erat apud eũ duraturus principatus ut extra de uer. signi. nam & ego. & infra de pœn. dist. 1. diuortium.

h ¶ Nescire.] Arg. quod non possit quis se excusare, prætextu ignorãtiæ de re, q̃ facta est inter uicinos suos ut extra de præsumpt. quosdam, & c. quanto. 54. distinct. nulli & 12. q. 2. qui. & humanis. similis presumptio est. C. de in integ. restit. minor. de tutela.

i ¶ Quam uoluntati.] Infra. ea. q. 4. displicet, supra 45. dist. & qui emendat.

k ¶ Qui etiam.] Vel quinetiam.

¶ Arg. cõtra 31. q. 2. c. 1.

Homo liber verberari nõ debet.

¶ Sic etiam citat Anselmus; Poly. non affert auctorem. Habetur autem in epist. 5. Aug. ad Marcellinum.

¶ Præcepta patientiæ uirtute animi, non ostentatione corporis seruanda sunt. C. II.

Poly. l. 7. tit. 7. Ans. l. 13. c. 13.

PAratus debet esse homo iustus, & pius patiẽter eorũ malitiam sustinere, quos fieri bonos quęrit, ut numerus potius crescat bonorum, non ut pari malitia se quoque numero addat malorum. Denique ista pręcepta magis ad præparationem cordis, quæ intus est, pertinere q̃ ad opus, quod in aperto [a] fit (ut teneat in secreto animi patientia cum beneuolentia; in manifesto autem id fiat, quod eis uidetur prodesse [b] posse, quibus bene uelle debemus;) ¶ Hinc liquido ostẽditur: quod ipse Dominus Iesus exemplum, singulare patientiæ, cum percuteretur in faciem, respõdit, Si malè dixi, exprobra de malo: si autem bene, quid me cedis?] Nequaquam igitur præceptum suum, si uerba [c] intueamur, impleuit. Neque. n. præbuit, percutienti alteram partem; sed potius prohibuit, ne, qui fecerat iniuriam, augeret. Et tamẽ paratus uenerat nõ solum percuti in faciem, uerũ etiam pro his quoque, à quibus hæc patiebatur, crucifixus occidi; pro quibus ait in cruce pendens, [Pater ignosce illis quia nesciunt [d] quid faciunt.] ¶ Nec Paulus apostolus præceptum Domini, & magistri sui videtur implesse, ubi etiã ipse percussus in faciẽ, dixit principi sacerdotum:] Percutiet te Deus paries dealbate: sedes iudicare me secundum legem: [e] & contra legem [f] iubes me percuti? Et cũ à circunstantibus diceretur: [Iniuriã facis principi sacerdotum;] irridens † eos admonere uoluit, quid dixerit ut qui saperent, intelligerent iam destruendum [g] esse aduẽtu Christi parietem dealbatum, hoc est, hypocrisim sacerdotij Iudęorum Ait quippe. [Nesciui fratres, quia princeps est: Scriptum est enim principi populi tui, nõ male dices:] cum proculdubio, q. in eodem populo creuerat, atque † in lege fuerat eruditus; illum principem sacerdotum nescire [h] non posset, nec eos, quibus ita notus erat, vllo modo falleret, quod nesciret. Sunt ergo ista præcepta patientiæ semper in cordis præparatione retinenda, ipsaque beneuolentia, ne reddatur malum pro malo, semper in uoluntate complenda est. ¶ Agenda sunt autem multa etiam cum inuitis benigna quadam asperitate plectendis: quorum potius utilitati consulendum est, quàm uoluntati. [i] *& infra.* ¶ Nam in corripiendo filio quãlibet asperè, nunquam profecto amor paternus amittitur. Fit tamen, quod nolit, & doleat, qui etiam [k] inuitus uidetur dolore sanãdus. ¶ Ac per hoc, si terrena

Non erat hic faciẽdum initium noui paragraphi cohærẽt . n. hæc cum antecẽdentibus.

Ioan. 18.

Luc. 23.

Act. 23.

† al. incidenter] al. irridenter.

Exo. 22.

† al. ibi.

a ¶ Re-

a ¶ Respublica.] Id est, aliquis gerens Rempublicam.
b ¶ In Euangelio.] Ioannis.
c ¶ Concusseritis.] Concutere est aliquid petere vltra debitum ratione alicuius officij, ut 7. e. q. quid culpatur. dici-

N Oli existimare.] CASVS. Hoc cap. diuiditur i tres partes. In prima parte dr. q Bonifacius q̃siuit ab August. an aliquis possit Deo placere in armis militaribus. Et respõdet q sic, si uirtut in corporalē putat esse donum Dei, & hoc probatur exemplo Dauid, & aliorũ patrũ veteris testa. & exẽplo Centurionis. In scda parte q̃siuit virũ fides sit amico seruanda pro quo pugnat. rñdet q nõ solũ amico, sed etiã hosti est seruãda. Tertio q̃siuit ex qua causa bellũ quis sumere debet. Et rñdet q causa necessitatis tantũ, ad hoc scilicet vt pax & salus acquiratur, uel conseruetur. unde cũ aliquis uincit hostes, non interficiat eos: sed ad uitã reseruet, & ad pacẽ perducat. Secunda pars incipit ibi, [Fides enim. Tertia ibi, [Pacẽ habere.]

ista Respublica, [a] præcepta Christiana custodiat; & ipsa bella sine beneuolentia non gerẽtur: ut † ad pietatis, iustitiæque pacatam societatem uictis facilius cõsulatur. Nam cui licentia iniquitatis eripitur, utiliter vincitur: quoniam nihil est infœlicius fęlicitate peccãtium, qua pęnalis nutritur impunitas, & mala uoluntas, uelut hostis ĩterior roboratur. *& paulo post.* ¶ Nam si Christiana disciplina omnia bella culparet; hoc potius militibus cõsilium salutis petentibus in Euangelio [b] diceretur, ut abijcerent arma, seque militiæ omnino subtraherent, Dictum est autem eis: [Neminem cõcusseritis: [c] nulli α calumniã feceritis; sufficiãt vobis stipendia uestra.] Quibus proprium stipendium sufficere debere præcepit, militare utique non prohibuit.

† *al. sed vt.*
Pann. l. 8. c. 42.
Luca 3.

α ¶ Nulli.] *Repositus est integer locus Euangelij, ut est ĩ ipsa epistola, & libro 22. contra Faustum, cap. 74. Antea erat,* Contenti estote stipendijs uestris.

Item eiusdem ad Bonifacium, epist. 207.

¶ In bellicis armis milites Deo placere possunt.
C. III.

N Oli existimare neminem Deo placere posse, qui in armis bellicis militat. In his erat sanctus Dauid, [d] cui Dominus tam magnũ peribuit testimonium. In his etiã plurimi illius tẽporis iusti. In his erat, & ille Centurio, qui Domino dixit: [Nõ sum dignus, vt intres sub tectum meum.] *& infra.* ¶ Hoc ergo primum cogita, quãdo armaris ad pugnam, quia virtus tua etiam ipsa corporalis donũ Dei est. Sic enim cogitabis β de dono Dei nõ facere contra Deum. Fides enim quando promittitur, etiam hosti [e] seruanda est, contra quem bellum geritur; quanto magis amico, pro quo pugnatur? Pacem habere debet uoluntas, bellum necessitas, vt liberet Deus à necessitate, & conseruet in pace. Nõ enim pax quæritur, ut bellum excitetur; sed bellum geritur, ut pax acquiratur. Esto ergo etiam bellando pacificus: ut eos quos expugnas, ad pacis vtilitatem vincẽdo perducas. [Beati enim pacifici (ait Dominus) quia filij Dei uocabũtur.] Si autem pax humana tam dulcis est pro tẽporali salute mortalium: quanto est dulcior pax diuina pro æterna salute Angelorum? Itaque hostem pugnantem necessitas perimat, non voluntas. Sicut rebellanti, & resistẽti uiolẽtia redditur; ita uicto, uel capto misericordia iam debetur, [f] maxime in quo pacis perturbatio non timetur.

Poly. l. 7. tit. 13.
Ansel. l. 7. c. 4.
Iuo p. 10. c. 126.
Matth. 8.
† *al. humanitatem.*

β ¶ Sic enim cogitabis.] *Antea legebatur,* Si enim cogitabis de dono Dei, non facies cõtra Dominum. *Emendatum est & hoc, & multa alia ex originali.*

Item eiusdem contra Manichæos; [id est lib. 22. contra Faustum, cap. 74. & 75.]

d ¶ Sanctus Dauid.] Si aliqs existẽs sanctus potest vti armis in bello: quare ergo prohibetur pęnitẽtib⁹ uti armis, vt 33. q. 2. admonere? Respondeo: ideo, quia pęnitẽtes uiuũt sub regula ecclesiastica, ut 11. quęst. 1. aliud. Vel ideo quia arma possunt dare occasionem peccandi.
e ¶ Hosti.] Hosti ergo fides seruanda est ut hic. 22. q. 4. innocens. Argum. contra 22. q. 2. utilem quod uerum est si ipse nobis seruat fidem, 2 alias nõ tenemur ei seruare. 95. dist. esto subiectus, extra de iureiuran. peruenit. 28. q. 1. si infidelis. ff. loc. quæro. §. iter. C. de transact. l. cum proponas, in fi. arg. contra. 11. quæst. 3. inter uerba, in fi. & 33. q. 5. quod Deo.
f ¶ Iam debetur.] Arg. misericordiam esse dbitã. & ita hic argum. q dispẽsatio potest peti tãquam debita, ut 50. dist. domino sancto in fi. & 86. dis. nõ satis, in fi. Item habes hic, q aliqs tenetur parcere hosti suo, ut 2. q̃stio. 5. quanto, in fi. dum tamen nõ timeatur periculum incurrere ex hoc, 3 vt inf. ead. q. 4. est iniusta. Ioan.

Pęnitẽtes armis uti non possunt.
Fides hosti seruãda est.
2 Adde de hac q. latè p Legistas l. cũ proponas, & ibi Cy. C. de pactis, & ibi gl. Bal. in l. vt responsũ. C. de trãsact.
3 Nã si timeretur & desperaret de eius correctione, non est eius misẽrendã, ut in hoc cap. hic alleg. est iniusta, secundum Hug.

dicitur autem concutere, qui per oppressionem & minas extorquet pecuniam, ut ff. de concu. l. 1. & 2. 1 Ioã.

Quid

QVid culpatur.] CASVS. Hoc c. diuidit in tres partes. In prima dicitur, ꝙ Manichæi reprehendebant bella quia homines [illegible] moriebātur. Sed Aug. dicit quod hoc timidorum est, & non religiosorum [illegible] reprehendere bella propter morituros. sed hæc sunt in bellis reprehendenda, scilicet, [illegible] cupiditas, ulciscēdi crudelitas, & libido dominādi, & his similia. In secunda parte dicitur ꝙ propter ista vitia punienda siue Deo iubēte, siue aliquo principe sæculari, iustè pugnāt milites Christiani. qđ probat auctoritate Ioannis, qui milites à bello non prohibuit: & auctoritate Christi qui tributa Cæsari reddi præcepit, ex quibus stipēdia militibus erogabātur. In tertia parte dicitur, quod auctoritas suscipiendi belli penes prīcipes consistit, quibus obediēdum est nisi præcipiant contra Deum. Si autem incertum est vtrum sit contra Deum, debēt ipsi milites obedire nec propter hoc puniētur: princeps autē propter humanā cupiditatem quā habent, à Domino punient. Secunda pars īcipit ibi. [Quæ plerūque.] Tertia ibi, [Ordo autē.] Quæ plerumque] s. vitia.

d.ß. contra morem, in prin. sic. 33.q.5. manifestum extra de [illegible] [illegible]. Item habes hic, quod in dubiis [illegible] est obediendum. 16. di. [illegible] memoriam. Arg. cōtra 50. dist. si qs præpostera. 11. q. [illegible] qđ ergo. Itē est hic arg. ꝙ in dubiis humanior & tutior via est eligenda extra de sponsal.

Obediendum est etiam [illegible] dubiis.

¶ Quæ sint in bello iure reprehendenda. C. IIII.

QVid culpatur in bello? An, quia moriuntur quādoque [a] morituri, ut dominentur † [b] in pace uicturi? Hoc reprehendere timidorum est, non religiosorū. Nocendi cupiditas, ulciscēdi crudelitas, impacatus, atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & si qua similia hæc sunt, quæ in bellis iure culpātur. Quæ plerumque ita culpātur, vt etiam iure puniantur, aduersus uiolentiam resistentiū. (siue Deo, [c] siue aliquo legitimo imperio iubente (gerenda ipsa bella suscipiuntur à bonis: cum in eo humanarum rerum ordine [d] inueniūtur, vbi eos uel iubere tale aliquid, vel in talibus obedire iustè ordo ipse constringit. Vnde neque [α] Ioannes ab armis iubet discedere milites: & Christus tributa [e] Cæsari monet reddi: quia propter bella necessario militi stipendium præbetur. Ordo tamen ille naturalis mortalium paci accōmodatus hoc poscit; vt suscipiendi belli auctoritas, atque cōsiliū apud principes [f] sit. *& infra.* ¶ Sed si humana cupiditate bellū geritur; nō nocet sanctis, in quos non habet quisquam potestatem nisi desuper datam. Non enim est potestas, nisi à Deo, siue iubēte, siue sinente. [g] Ergo uir iustus; si forte sub rege homine etiam sacrilego [h] militet, recte potest illo iubente bellare, si uice † pacis ordinem seruans, quod † sibi iubetur, vel non esse contra Dei præceptum, certum est, vel, vtrum sit, certum non est: ita ut fortasse reum faciat regem iniquitas [i] imperandi: innocētem autem militem ostendat ordo seruiendi.

† al. domentur.
Pann. l. 8. c. 45.
Luc. 3.
Matt. 22.
Io 19.
Ro. 13.
† al. ciuica] orig.
† al. cui quod iubetur.

α ¶ Vnde neque.] *Hinc usque ad uers.* ordo, *Gratianus summatim retulit sententiam B. Augustini, quæ ab eo copiosius, & clarius exponitur: sicut etiam a uer.* Sed si humanę. *usque ad uersi.* Non enim.

Beda. & gl. ord.
Luc. 3.

Item eiusdem in libro de uerbis Domini tractatu, siue sermone 19.

¶ Militare non est peccatum. C. V.

MIlitare non est delictū; sed propter prædam militare peccatum est; nec rem publicam gerere criminosum est: Sed ideo gerere † rē publicā, ut rē familiarē potius augeas, [k] videtur esse damnabile. Propterea enim ꝓuidentia quadam militantibus sunt stipendia cōstituta;

Iuo p. 10. c. 125.
Pann. l. 8. c. 60.
† agere.] orig.

a ¶ Quandoque.] Certe hæc ratio non est sufficiens nam si quis hominē interficiat etiā mortifere vulneratū, nihilominus tenetur, vt ff. ad leg. Aquil. ita vulneratus. in princ. & est similis ratio inf. 24. q. 3. si hēs ff. ad leg. Rhod. de iac. q leuā dę & l. nauis §. sed si nauis. & ff. ꝙ ui aut clā si alius. §. est & alia.

b ¶ Dominentur.] Scilicet uictores.

c ¶ Siue Deo.]. i. diuina reuelatione. inf. ead. q. 2. Dñs.

d ¶ Ordine.] Id est potestate.

e ¶ Tributa.] Vt infra ea. q. 8. tributum.

f ¶ Principes.] Vt infra ead. q. 2. iustum. Nullus ergo bellare pōt sine auctoritate principis, ut hic, & C. ut armo. usus l. 1. libro 11. similiter princeps ecclesiasticus potest indicere bellum, ut infra ead. q. 8. igitur. &c. omni. & c. s. q.

g ¶ Sinente.] ut 8. q. 1. audacter.

h ¶ Sacrilego. 1] 11. q. 3. Iulianus Imperator.

i ¶ Iniquitas.] Hic habes ꝙ licet dominus peccet præcipiendo, tñ subditus non peccat obediendo, ut 100. sponsal. iuuenis & 14. dist. c. ultimo.

1 Nō tñ excōicato. & sic non ob. 25. q. 6. nos sanctorum.

MIlitare.] CASVS. Beneuenta. hunc casum sic ponit Ostendit Aug. quod militare non est peccatum nisi propter prædam militetur. & ut milites ꝑdam non faciant stipendia sunt eis cōstituta, ultra quæ si aliquid extorserint, tanquam columniatores & concussores dānabuntur & ad hoc probandum inducit duas auctoritates, Christi, & Ioānis: quod non est tantum intelligēdum de militibus sæculi; sed etiam de militib. ecclesiæ. Sequens cap. planum est [interrogauerunt.] in Euāgelio. Lucæ.

k ¶ Augeas.] Scilicet iniuste, licitum est etenim augere diuitias. 30. dist. 1. §. hæc scripsimus.

a ¶ Præ-

a ¶Præcipit.] Licet sit iniustum, ut 100.d. contra morem in princip.
b ¶Mi-

ne dum sumptus queritur, predo † grassetur. *Item infra.* ¶Dicit ipse Dominus: [Reddite quæ Dei sunt, Deo, & quæ Cæsaris, Cæsari.] Igitur, quod Cæsar precipit [a] ferendum est, quod Imperator indicit, tolerandum est; sed fit intolerabile, dum predã exactores accumulant. *Item infra* ¶Interrogauerunt Ioãnem, & milites, quid faciemus & nos? Ait illis Ioannes, neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: sed cõtenti estote stipendijs vestris.] Hic iam cognoscere se debet omnis homo qui militat. Non enim tantum de his militantibus scriptura loquitur, qui armata militia detinentur: sed quisquis militiæ [b] suæ cingulo vtitur, dignitatis suæ miles adscribit atque ideo hæc sententia potest dici (verbi gratia) militibus, protectoribus, cunctisq; rectoribus. Quicumque sibi stipendia publice decreta consequitur, si amplius quærit, tanquam calumniator, & concussor Ioannis sententia condemnatur [c].

† *preda* orig.
Matth.22.
Luc.3.

Item eiusdem de diuersis ecclesiæ obseruationibus.

¶*Sic etiam citat Iuo: quod tamen apud B. Augustinum nõ est inuentum, quamuis epistola ad Ianuarium, talem fere habeat titulum. Simile habetur supra ead noli. §. esto ergo, & de ciuita. Dei, lib. 19. c. 12.*

¶Pacata sunt bella, quæ geruntur, vt mali coerceantur, bonique subleuentur. C. VI.

Iuo p.10.c.105.

APud veros Dei cultores etiam ipsa bella pacata sunt; quæ non cupiditate, aut credulitate, sed pacis studio geruntur, vt mali coerceantur, & boni subleuentur.

Item Gregorius vniuersis militibus † Neapolitanis, lib.12. epist.24.

† *episcopis.*] orig. impressum.

¶Summa est laus militiæ, reip. vtilitatibus obedientiam exhibere. C. VII.

b ¶ Non possunt.] .i. non debent. nā bene debemus de quolibet credere, ut 22.q.4. innocēs, 11.q.3. in cūctis. Et ita est hic arg. ꝙ nō statim ꝑꝑ simplicē denunciationē dēt hr̄e aliquis læsam cōsciē tiam [1]. de eo q. sibi denunciatur, ut ext. de cle. exc. min. illud imò imputatur alicui, ꝙ nimis credulus, vt 11.q.3. in cūctis. &c. nō solū. 86. dist. si quid. art. 5. ff. de eo per quem fac. erit, l. 1. §. 1. ff. ꝙ cū fal. tut. l. 2. extra de coniu. ser. proposuit. ext. de secund. nup. dominus. & extra de elect. venerabilem. vltra mediū. in parte decisa. ff. de pet. hær. itē veniunt §. a quo autem.

1 Nam titubans, ꝓ ignorante habendus est. C. de cōd. Id. l. vlt. ff de lib. ho. exhib. l. 3. §. his qui. arg. 34. q. 2. cū ꝑ bellicā extra de secū. nup. dñs, s̄m Tā. Goffr. B.

c Mali.] Arg. malū tolerari ratione connexi boni, ut 81. dis. cum omnib⁹. & 11. q. 3. nolite. ibi, finite vtraque.

FOrte.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In 1. parte dicitur, ꝙ quidam nolebant communicare in sacramentis Christi cum auaris, & raptorib⁹, quia putabāt se peccare Aug. uero probat tales nō benè facere, sed potius peccare. Nā cum talib⁹ cōmunicare non est peccatum, nec ulla contrahitur macula si corrigi non pōt & hoc probat duabus auctoritatib. Apost. In 2. parte dr̄, ꝙ iudex apud quem peccator accusatur, & instrumentis, uel testib. conuincitur, debet illū coercere, excōicare, & degradare [Corripere] .s. verbis coercere,] factis, scilicet aliqua pœna suspensionis uel interdicti.

d ¶ Vocatur.] Ar. ꝙ nominatio sola nō sufficit. 2. q. 1. multi C. de proba. non epistolis. arg. cōtra, 32. q. 4. dicat.

e ¶ Pellere.] Sine scandalo.

a ¶ Aditum.] Idest, potestatem.
b ¶ Non tibi.] Arg. quod de vno dicitur, de alio negatur, vt 45. d. disciplina, 25. dist. qualis.
c ¶ Accusatur. [illegible] denunciatur. nam si accusatus esset, [illegible] esset [illegible] ponendus, ut extra de accusat. super his.

per ordinem ab eo quem scit simoniacum, ut dixi 1. q. 1. si quis a simoniacis.

ECCE. CASVS. Concludit Gratianus ex su prædictis dicens, quod [illegible] sunt tolerādi, & non puniendi pena corporali: quod probat duabus auctoritatibus Christi. &

d ¶ Coerce.] Admonendo.
e ¶ Corripe.] Suspendendo.
f ¶ Excommunica.] Propter contumaciam.
g ¶ Degrada.] Propter incorrigibilitatem. Alius ordo traditur ext. de iud. cum non ab homine, sed ibi loquitur cū pena incipit a crimine 1 & cum directe est contra [illegible] hic pœnam [illegible] propter contumaciam.

1 De hac no. [illegible] d. nouoratus. in fi. ibi uideas 19. q. 3. qm.

non habes aliquem aditum [a] castigando, & corripiendo corrigere, accessurus est tecum ad altare. Noli timere; vnusquisq; proprium onus portabit. *Item inf.* ¶ Quomodo (inquis) ferrem, quem noui malum? nonne melius ipsum ferres, quàm te foras efferres? Ecce, quomodo ferres †: attende Apostolum dicentem: [Vnusquisq; proprium onus portabit.] Liberet te ista sententia. Non enim cum illo communicares auaritiam; sed communicares cum illo Christi mensam. Et quid ibi obesset, si cum illo communicares Christi mensam? Apostolus dicit; [Qui enim manducat, & bibit indigne iudicium sibi manducat, & bibit.] sibi, non tibi [b]. Sane, si iudex es, si iudicandi potestatem accepisti, ecclesiastica regula, si apud te accusatur [c] si veris † documentis, testibusq; cōuincitur; coerce [d], corripe [e], excommunica [f], degrada [g].

Gal. 6.
† al. ferre si attenderes, orig.
1. Corint. 11.
† al. innumeris.

Est & alia distinctio tolerandorum, & cauendorum quam ex verbis Augustini licet colligere, dicentis, serm. 49. de verbis Domini.

¶ Pastor est diligendus, mercenarius tolerandus, latro cauendus. C. XII.

TRes psonas dixit Dominus (& debemus illas inuestigare) in Euangelio, pastoris, mercenarij, & furis. *& paulo post.* ¶ Pastorem dixit animam suam ponere pro ouibus suis, & intrare [h] per ianuam [i]. Furem dixit: & latronem *a* [k] ascendere per aliam partem [l]. Mercenariū [m] dixit, lupum vel furem si videat, fugere; quia non est illi cura de ouibus: mercenarius est enim, non pastor. Ille intrat per ianuam, quia pastor est: ille ascendit per aliam partem, quia fur est: ille videns eos, qui volunt tollere oues, timet, & fugit; quia mercenarius est: quia non est illi cura de ouibus: mercenarius est enim. Si inuenerimus tres istas personas; inuenit sanctitas vestra, & quos diligatis, & quos toleratis, & quos caueatis. Diligendus est pastor, tolerandus est mercenarius, cauendus [n] est latro.

Ansel. l. 6. c. 148. [illegible]

T Res personas.] CASVS. Ostendit Aug. in hoc c. auctoritate Euangelij, q tria sunt genera prælatorum, scilicet pastor, fur, & mercenarius, inter quos differentiā assignat. Nam pastor est, qui per ianuā intrat & ponit animam suam pro ouibus suis. Fur uero non intrat per ianuam, idest, non canonice eligitur, & rapit, & dispergit oues. Mercenarius ingreditur per ianuā idest, canonice eligitur: sed si videt lupum uel furem uenientē, timet, & fugit quia non est illi cura de ouib. Pastor [illegible] diligendus, mercenarius tolerādus, fur autem est cauendus.
h ¶ Et intrare.] Secūdum canones hoc ipso est aliquis fur, q non intrat per ostium, vt [illegible] de pen. d. 1. si propterea, & c. seq. secundum leges nō est statim fur, licet etiam intrauerit furandi causa. 2 ut ff. de fur. [illegible] §. qui furti.
i ¶ Per ianuam.] Id est, per canonicam electionem.
k ¶ Latronem.] i. tyrannum.
l Partem.] Per simoniam.
m ¶ Mercenarium.] qui causa lucri recipit dignitates, ad hoc facit 8. q. 1. sunt [illegible] ecclesia.
n ¶ Cauendus.] Argum. quod aliquis non debet reci-

2 Adde Bal. in l. [illegible] nō [illegible] rapere. C. de epi. & cler.

a ¶ Et latronem.] *Hæ duæ voces non sunt in originali: Anselmus tamen illas habet.*

Ecce quia mali toleraudi sunt: nec corporali, sed spirituali vindicta sunt puniendi. Vnde cum discipuli non recepti a Samaritanis ignem cœlitus super eos deducere voluerunt, dicentes magistro; [Vis dicamus, descendat ignis de Cœlo, & consumat eos?] audierunt: [Nescitis cuius spiritus estis?] Item: [Omnis, qui gladium acceperit, gladio peribit.

Luc. 9.
Matth. 26.

Hinc etiam Hieronymus ait in comment. epistolæ ad Gal. cap. 4.

& quod dicitur ibi, gladio peribit [illegible] pro gladio sic accepto, quasi pro abusione gladij [illegible]tur æternaliter.

Qui

QVi secundum carnē.] CASVS. Docet hic Hieronymus, quòd malos euitare non debemus, licet nos persequantur. Et hoc probat exemplo Isaac, qui fratrē suum Ismaelem non expellebat, nec corporaliter persequebatur, licet Ismael ipsum infestaret. ita & boni tolerant

f ¶ Culices.] Id est, malos.
g ¶ Domo.] Id est, ecclesia.
h ¶ Vasa aurea.] Id est, bonos.
i ¶ Lignea.] Id est, malos.

QVantus.] CASVS. Ostendit August. in hoc ca. esse impossibile ut genera [illegible] in hac uita [illegible] mali discernantur a bonis. hoc enim Apostolis nō cōcessit Dominus. ita posuit H. casum. Quantus, ad [illegible] dicit: quasi ualde magnus est. [Zizania.] Id est occultos peccatores.
k ¶ Dominus.] Cū dixit: Sinite utraq; [illegible] ere, ut 11. q. 3. nolite.
l ¶ Vt zizania.] Id est occultos peccatores. Ioan.

¶ Spiritualis numquam carnalem persequitur, sed econuerso. C. XIII.

Gal. 4.

QVi secūdum carnē natus erat, [a] persequebatur spiritalem; [b] nunquam enim spiritalis carnem persequitur; sed ignoscit ei, quasi rusticano [c] fratri. Scit eum posse proficere per tempus: & si quādo Aegyptiæ [d] filiū uiderit irascentē; recordatur unius patris, qui boues [α] [e] creauit, & culices: [f] & in magna domo [g] non solum esse uasa aurea [h] & argentea, sed & lignea [i] & fictilia.

2. Tim. 2.

α ¶ Boues.] *In codicibus B. Hieronymi impressis legitur,* qui lucem boues, *verum in codice Vaticano horum commentariorum habetur,* qui lucam bouem: *Significat autem elephantem.*

Item Augustinus in libro quarto de baptismo, c. 12.

¶ Boni à malis nunquam in hac uita penitus possunt separari. C. XIIII.

QVātus arrogantiæ tumor est; quanta humilitatis, & lenitatis obliuio: arrogātiæ quanta iactatio; ut quis aut audeat, aut facere se posse credat; quod nec Apostolis concessit Dominus, [k] vt zizania [l] a frumēto putet se posse discernere.

Matt. 13.

¶ *Verba sunt Cypriani libro 4. epist. 2. ad Antonianū citata ab Augu. lib. 4. c. 12. de baptismo contra Donatistas.*

Item Gregorius homilia 38. Euangel.

¶ Præsens ecclesia simul recipit bonos & malos. C. XV.

HAec autem uita, quæ inter cęlum [m] & infernū sita est, sicut in medio subsistit; ita utrarumq; partiū ciues communiter recipit: quos tamen sancta ecclesia, & nūc indiscrete [n] suscipit, & postmodum in egressione discernet. Si ergo boni estis; quamdiu in hac vita subsistitis, æquanimiter tolerare malos debetis. Nā quisquis malos non tolerat; ipse sibi [o] per intolerantiam suam testis est; quia bonus non est. Abel enim [p] esse renuit, quem Cain militia non exercet.

Matth. 5.
Exo. 21.

2 *Ex his omnibus colligitur, quod malorū uindicta Deo reseruanda est; nec sunt corporaliter puniendi; sed crebra admonitione, & charitatis beneficio ad correctionē inuitandi. Vnde Christus in Euāgelio ait* [*Audistis, quia di-*

HAec autem uita.] CASVS. Beneu. [illegible] sic ponit [illegible] tria sunt loca, paradisus, mūdus, [illegible]. In paradiso [illegible] tū boni. in inferno tātum mali. in mūdo uero qui medius est inter infernū & paradisum, boni permanent simul cum malis, qui æquanimiter sunt tolerandi, quod qui non fecerit, ipse sibi testis est quod bonitate caret.
m ¶ Quæ īter cęlū.] Hic uidet quod infernus sit sub terra in eo loco, ubi nullus splendor solis peruenire pōt, 2 & paradisus in cœlo sit: tamen. August. dicit se dubitare ubi animæ defunctorū requiescāt. 13. quæ. 2. tempus. Vel nō appellatur hic mediū ratione loci: sed idō dicitur mediū, quia partim cōformat se cœlo, scilicet ex eo, quod habet bonos, partim inferno. s. ex eo, quod hēt malos. 2. q. 1. multi.

Infernus & Paradisus vbi sunt.

2 Ad hoc 35. d. ecce.

rant malos, credentes quod possint quandoque redire ad Deum. [Aegyptię, id est, Agar, cuius filius Ismael fuit, per quem mali designantur. [Recordabitur.] scilicet Isaac.] Boues, id est, bonos. [Culices.] Id est, malos.
a ¶ Qui secundum carnem natus erat.] scilicet Ismael, tangit id quod legitur in epistolis Pauli ad Galatas, c. 4.
b ¶ Spiritalem.] Isaac. 1
c ¶ Rusticano.] Argu. rusticitati parcendum, ut 2. q. 7. sancta.
d ¶ Aegyptiæ.] scilicet Agar.
e ¶ Boues.] Id est, bonos.

[illegible]to Ge[illegible] & 32. [illegible]recur-

n ¶ Indiscrete.] Id est, indistincte.
o ¶ Sibi.] Id est, contra se.
p ¶ Abel enim.] Hoc expositum est supra 8. q. 1. §. cum autem.

EX HIS OMNIBVS. Hæc est secunda pars q. in qua probat, quòd multi in ueteri lege puniebantur, sed hodie tolerandi sunt, nisi a iudicibus, qui eos punire possunt, & hoc probat per 4. cap. Io. de F[illegible].
CASVS. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte concludit G. ex supradictis dicens, quod uindicta malorū Deo est reseruanda, nec sunt à nobis corporaliter puniendi; sed benigne ad correctionem inuitandi:

ctum est in lege, (quem modum ultionis lex statuit (Oculũ pro oculo, [a] dentem pro dente.) Ego autem hanc vicissitudinem tollens, & ad mansuetudinẽ, & charitatis perfectionẽ vos inuitãs, dico uobis; (Nolite resistere malo; sed diligite [b] inimicos uestros; benefacite ijs qui oderũt vos. vt sitis filij patris uestri, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos & iniustos.) Hinc Paulus ait:(Si esurierit inimicus tuus, ciba [c] illum: si sitit, potum da illi.) Omnis enim iniquus, bonorũ est inimicus: Omnis autem amicus huius sæculi, etiam inimicus est Dei. Inimicus autẽ Dei bonitatis & iustitiæ est inimicus, ac per hoc amatorem iustitiæ & bonitatis diligere non potest. Cum ergo inimicos diligere, uel illis benefacere, cibum & potũ subministrare iubemur, inimicos persequi, & punire prohibemur. ¶ *In lege enim ueteris testamenti corporalis pœna statuta est: in lege uero Euangelij omni peccanti per pœnitentiam promittitur uenia. Vnde illa à terrore incœpit dicẽs:(Ego sum Dominus Deus zelotes visitans peccata patrum in filios [d] vsque in tertiam & quartam generationem.) Hæc uero à lenitate mãsuetudinis, & misericordiæ, ita inquiẽs: (Beati pauperes spiritu, beati mites, beati misericordes; quoniam ipsi misericordiam consequentur.) In illa dicebatur: (Qui fecerit hoc, vel illud, morte moriatur.) In ista: (Gaudeo super vno peccatore pænitentiam agente quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia) Itẽ:[Non veni uocare iustos: sed peccatores ad pœnitentiam. Estote misericordes sicut & pater uester misericors est.) Initium quoq; prædicationis Saluatoris nostri, & præconis eiusdem ad pœnitentiã peccatores inuitauit. Sic enim vterq; exorsus est, dicẽs: Pœnitẽtiã agite, appropinquabit † enim regnũ cœlorũ.] Sic & in actibus Apostolorũ, cũ Iudæi cõpuncti de scelere mortis Christi, dicerẽt Petro:) Quid faciemus uiri fratres? legitur Petrus respondisse:[Pœnitentiã agite, & baptizetur vnusquisque vestrum.] Et, ut uniuersaliter dicatur, in lege populus ille rudis seruili timore pœnarum cogebatur, unde & legem in pædagogum [e] accepit. In Euangelio autẽ populus gratiæ liber, & adultus filiali amore, & hæreditatis certitudine ad cultum diuinæ seruitutis inuitatur. Vnde, cum quidã legẽ, quasi coercentem, prædicarẽt esset tenendam simul cum gratia, ait Apostolus: (Non enim accepistis spiritum [f] seruitutis iterum in timore; sed accepistis spiritum adoptionis [g] filiorum, in quo clamamus, abba pater.)* ¶ *Hinc etiam Gregorius ait in expositione Euangelij: (Simile factum est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.)*

Matt. 5. — Rom. 12. — Prouer. 25. — Iac. 4. — Exo. 20. — Matt. 5. — Exo. 19. & alibi. — Luc. 15 — Matth. 9. — Luc. 6. — Matt. 3. — † al. appropinquauit. — Act. 2. — Exo. 1. — Gal. 3. — Rom. 8. — Matth. 22. — Est hom 38.

¶ In legẽ cuique permittebatur diligere amicum, & odire inimicum. C. XVI.

Leuit. 19.

CVm in lege scriptum sit: (Diliges amicum tuum, & odio [h] habebis inimicum tuum) accepta tunc licẽ-

quod probat duabus auctoritatibus, scilicet Euangelij, & Pauli apostoli. In secunda parte assignat differentiã inter vetus testamentum & nouum. Nam in veteri testamento terror fuit & timor, & pœna corporalis statuta fuit: in nouo vero testamento mansuetudo & misericordia: quod multis auctoritatibus probat. Et ad hoc ĩducit sequẽs capitulum. Secunda pars incipit ibi, [In lege enim veteris testamenti. [Abba.] Hebraicè, Latinè dicitur pater.

a ¶ Pro oculo.] Hoc enim modo nõ licet, nisi auctoritate iudicis, vt inf. ead. cum in lege.

b ¶ Diligite.] Hoc tenemur facere quantũ est in nobis, ut 11. q. 3. inter uerba.

c ¶ Ciba.] Dũ tamen ratione cibi nõ negligat iustitiam, ut 5. q. 5. non omnis. Item si potest laborare, & se ĩmisceat eleemosynis redigendus est in seruitutẽ. C. de mẽd. valid. l. vna lib. 11.

d ¶ In filios.] Imitatione, non sanguine. vel intelligas de consensu, de locatione, & opere. sup. d. 6. sed pensandum.

e ¶ In pædagogum.] Id est, in magistrum. sicut. n. per magistrũ aliquis coercetur, ita ipsi per legem.

f ¶ Spiritum.] Id est, seruilem timorem.

g ¶ Adoptionis.] Id est, filialem timorẽ, id est, amorem Io. de utroque inf. ea. q. 6. §. ex his.

CVm in lege.] CASVS. Gregorius exponẽdo illud Euãgelij: Simile factum est regnum cœlorum homini regi, q fecit nuptias filio suo, ubi facit mentionem de tauris, & altilibus, ostẽdit differentiam inter patres veteris, & noui testamẽti. nam patres veteris testamẽti p tauros significãtur: quia sicut tauri se defendendo alios cornibus percutiunt: ita & patrib. uet. test. per nisum fuit, ut aduersarios suos uirtute comprimerent, & iure † gladij ferirent. Per altilia uero patres noui test. figurantur: quia sicut aues penna contẽplationis terrena contemnendo ad cælestia sublimantur.

† al. ore.

h ¶ Et odio.] Sed nonne odium habere est mortale peccatũ, vt 25. dist. §. criminis. quare ergo hic dicit, q hoc per-

Permittebatur iustis? potes dicere iustis aliàs. Vel dic, qui vlciscebatur se sine odio, non peccabat. qui autem cum odio, licet contra legem non fecerit, tamen peccauit, sicut dando libellum repudij peccauerunt, licet a lege hoc eis permittebatur, extra de diuort. gaudemus,

a ¶ Per altilia.] De quibus in Euangelio fit mentio. HIS ITAQVE. CASVS. Nunc Grat. respondet cap. supradictis. dicens quod quædam sunt delicta, quorum pœna est Deo reseruanda, nec sunt a nobis corporaliter punienda, scilicet cum delinquentes nõ sunt nostræ iurisdictioni subiecti, uel cum delicta illorum probari non possunt, etsi nobis nota sint. De his enim, qui non sunt nostræ iurisdictionis, teste Apostolo, iudicare non possumus, nec uitare debem⁹ eos. Et ad hoc inducit sequens ca. cuius casus patet.

b ¶ His.] Scilicet auctoritatibus, quibus probauit malos esse tolerandos.

c ¶ Nota sunt.] sup. 11. q. 3. eorũ. & 30. q. 5. nullum 2.

d ¶ Infideles.] ¶ Et conuiuium.] s. 11. q. 3. ad mensam. argu. contra 28. q. 1. omnes, & c. nullus. Sol. hic loquitur de paganis, ibi specialiter de Iudæis. 1

1 Sub. nomẽ Christi abhorrentib.

e ¶ Qui intus sunt.] Quandoque ẽt Iudæos punit ecclesia, ext. de vsur. post miserabilem. & 27. q. 4. constituit.

HINC ETIAM. CASVS. Gratianus adhuc ꝓbat auctoritate Aug. exponẽtis uerba prophetæ, quod in ijs, quæ non sunt nostri iuris, nequit disciplina exerceri. Postea ponit alium casum, in quo mali sunt potius tolerandi, quã puniendi, scilicet quando multitudo est in scelere, & schisma timetur si corrigant. & ad hoc inducit sequens capitulum.

QVidam.] CASVS. Stulti quidam dicebant, quod si prelati vident publicè delinquẽtes, q per zizania significantur, nil aliud facere debẽt, nisi indicare illis quid sit faciẽdũ, uel uitandũ, etsi sunt incorrigibiles, debent recedere ab eis. August. uero cõtrarium dicit: quia cum canes sũt in ecclesia, debemus eos ꝓpter scandalum

a ¶ Per-

tia iustis fuerat, ut Dei inimicos, suosque aduersarios, quanta possent uirtute comprimerent, eosque in ore α gladij ferirent. Quod in nouo proculdubio testamento compescitur, cum per semetipsam ueritas prædicat dicens: (Diligite inimicos vestros: benefacite his, qui oderunt uos.) Qui ergo per tauros, nisi ueteris testamenti patres signantur? † Nam dum ex permissione legis acceperant, quatenus aduersarios suos odij retributione percuterent; (ut ita dicã) quid aliud, quam tauri erant, qui inimicos suos corporeæ uirtutis cornu feriebant? Quid vero per altilia, [a] nisi patres noui testamẽti figurantur? qui dum gratiam internæ pinguedinis percipiunt, æternis desiderijs innitentes, ad sublimia contemplationis suæ pennis subleuantur.

Luc. 6.

† *significantur*] orig.

α ¶ In ore.] *In orignali, & quatuor Gratiani uetustis est,* iure gladij.

His [b] *ita respondetur: Sunt quædam, quæ salubri duntaxat admonitione sunt corripienda, non corporalibus flagellis animaduertenda: sed eorum uindicta diuino examini tantum est reseruanda, quando in delinquentes uidelicet disciplinam exercere non possumus, vel quia non sunt nostri iuris, uel quia illorum crimina, etsi nobis nota sunt,* [c] *tamen manifestis indicijs probari non possunt. ¶ De his qui non sunt nostri iuris, ait Apostolus in prima epistola ad Corinthios: [Quid enim mihi attinet de his, qui foris sunt iudicare: de his enim Dominus iudicabit.] Quod Augustinus exponens, ait.*

1. Cor. 5.

¶ *Sensus huius capitis habetur apud B. Augu. de pœnitẽtia medicina, cap. 3. uerba uero ferè omnia sunt in gl. ord. 1. Cor. 5. ad uers. alioquin, & interlineari ad uer.* intus.

¶ Infidelium colloquia, & conuiuia non sunt euitanda.

C. XVII.

Luc. 5.

INfideles non possumus Christo lucrari, si eorum colloquium vitamus, & cõuiuium. [d] Vnde & Dominus cum publicanis, & peccatoribus manducauit & bibit. In his vero, qui intus sunt, [e] id est, infidelibus putredo resecanda est.

Psal. 145.

Hinc ẽt cum propheta dicit: [Facit Dominus iudiciũ oĩbus iniuriam patientibus;] exponendo addidit Aug. (ab his, qui non sunt sui iuris, in quos nequit disciplina exerceri.) Item, quando multitudo est in scelere, nec salua pace ecclesiæ mali puniri possunt: tolerandi sunt potius, quam violata pace ecclesiæ puniendi.

Vnde Aug. ait in lib. de fide & operib. c. 4. & 5.

¶ Quædam mala punienda sunt, & quædam toleranda.

C. XVIII.

[illegible]

QVidam verò econtrario periclitantes, cum bonorum, malorumq; permixtionem in ecclesia demonstratam, seu prædictam esse perspexerint, & patientiæ

d[illegible] tolerare vsq; in finē, neq; recedere ab eis [illegible] non debemus, vbi pax ecclesiæ [illegible]. vero [illegible] potestas corrigendi sine scandalo; tunc prælati [illegible] nō debēt, sed ad bonū malos debent coercere, ita vt nec sint negligentes, nec ob [illegible] [illegible] in peccatores, & est ordinanda sic constructio. Quidam putāt destituendā ecclesię disciplinam, &c. Vel legas suspensiuè a principio vsq; ibi, [Destituēdā putāt.

a ¶ Nisi dicere. Nō ergo sufficit q prelatus statuat quid sit faciendū, nisi etiam puniat nō faciētes, ut inf. ead. q. 5. non est innocētiæ. & 47. dist. quod ad nos. sicut non sufficit: domino prohibere ne cum seruo contrahatur, quin teneat ipse de peculio, ut ff. de pecu. l. si qs seruū. & ff. de uer. obl. qui seruum. & ibidem. l. seruus ueran te. Argu. tamen contra est 43. dist. in c. Ephesijs.

b ¶ Nō possumus.] Sine scandalo: uel quia est occultum. 6. q. 1. si omnia.

c ¶ Nec patiētiæ.] Qnq;. n. remissio se mentitur pietatem, ut 41. dist. sæpè.

Ordo literæ.

Prælatus qd facere dēt.

disciplinæ: quæ potest quandoq; deseri pro scandalo, ibi de veritate iudicij, quæ semper præualet scandalo.

EST

Veritas [illegible] piitur qū po: deleri.

præcepta didicerint, (quæ ita nos firmissimos reddūt, ut etiam si videntur in ecclesia esse zizania, nō tamen impediatur aut fides, aut charitas nostra; aut quoniā zizania in ecclesia esse cernimus, ipsi de ecclesia recedamus) destituendā *α* putent ecclesiæ disciplinam, quandam peruersissimam securitatem præpositis tribuentes, vt ad eos non pertineat, nisi dicere, [a] quid cauendum, quidve faciendum sit: quodlibet autem quisque faciat, non curare. Nos vero ad sanam doctrinam pertinere arbitramur ex vtrisq; testimonijs tutam sententiam moderari: vt & canes in ecclesia propter pacem ecclesiæ toleremus; & canibus sanctum, vbi pax ecclesiæ tuta est, non demus. Cum ergo seu per negligentiam præpositorum, siue per aliquam excusabilem necessitatem, siue per occultas per obreptiones inuenimus in ecclesia malos, quos ecclesiastica disciplina corrigere, aut coercere non possumus, [b] tunc, ne † ascendat in cor nostrum impia, & perniciosa præsumptio; qua existimemus nos ab his esse separatos, vt peccatis eorū non inquinemur; atq; ita post nos trahere conemur, veluti mundos sanctosque discipulos ab vnitatis compage, quasi a malorum cōsortio segregatos; veniant in mentem illæ de scripturis similitudines, & diuina oracula, vel certissima exempla, quibus demonstratum, & prænunciatum est, malos in ecclesia permixtos bonis vsque in finem sæculi, tempusq; iudicij futuros, & nihil bonis in vnitate, ac participatione sacramētorum, qui eorū factis non consenserint, obfuturos. Cū vero eis, per quos ecclesia regitur, adest salua pace potestas disciplinæ aduersus improbos, aut nefarios exercendæ; tūc rursus, ne socordia, segnitiaq; dormiamus; alijs aculeis præceptorum, quæ ad seueritatem coercitionis † pertinent, excitandi sumus, vt gressus nostros in via Domini ex vtrisque testimonijs illo duce, atque adiutore dirigentes, nec patientiæ [c] nomine torpescamus, nec obtentu diligentiæ sæuiamus.

† nec] orig.

† al. coercitionis] orig.

α ¶ Destituendam.] *Apud B. August. legitur,* instituendam putant ecclesiam, & disciplinam: *sed cæteri collectores cum Gratiano concordant. Multa vero alia ex illis, & originali in toto hoc capite sunt restituta.*

Item contra epistolam Parmeniani, lib. 3. c. 2.

¶ Leuius occulta, seuerius autem punienda sunt ab ecclesia delicta manifesta. C. XIX.

CVm quisq; fratrum, i. Christianorum intus in ecclesiæ societate constitutorum in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, ut anathemate dignus habeatur; fiat hoc, vbi periculum [d] schismatis nullum est. *& infra.*

¶ Quando ita cuiusque crimen notum est omnibus, & omnibus execrabile apparet, vt vel nullos prorsus, uel non tales habeat defensores, per quos possit schisma cōtingere; non dormiat seueritas disciplinæ.

Poly. ibidem. Iuo p. 2. c. 97. Pann. in proi. c. 17. & 14.

CVm quisq;. CASVS. Parmenianus dicebat q nullus peccator est anathemate feriendus. August. uero contra ipsum scribens ostendit quod si quis peccator deprehēditur in crimine mortali. quod sit notum, & apparet omnib. execrabile, anathemate feriatur, si periculū schismatis non timetur.

d ¶ Vbi periculū.] Cum ergo periculū schismatis timetur, mali nō sunt excōicandi, ut 50. d. ut cōstitueretur.]. e. ipsa pietas. & ca. non potest. Sed contrarium est, 24. q. 3. ecce. sed ibi cum nō timeret scādalū. Itē cōtra extra de reg. iu. qui scādalizauerit. Sed hic loquitur de veritate

EST ET ALIA. Hæc est tertia pars q. in qua loquitur de præscitis, & prædestinatis. Io. de Fant.

¶ CASVS. ostendit Grat. aliam causam quare mali non sunt flagellandi. Nam si peccatores sunt saluandi ad vitam, sine correctione conuertentur, ut Petrus. Si vero damnandi sunt, inter flagella fiunt deteriores, ut Pharao. Bonis ergo flagella sunt superflua: malis uero inutilia. Postea respondet huic allegationi per capit. sequens.

3 *Est & alia causa qua correptio uerberum, uel uerborum, videtur esse inutilis, vel superflua. Prædestinati enim ad vitam sine correptione mutantur: sicut Petrus, quem Dominus respiciens nemine corripiente, commouit ad lachrymas.* Luc. 22. *Præsciti ad mortem inter flagella deteriores fiunt: sicut Pharao. Bonis ergo superflua, damnandis hæc inueniuntur esse inutilia. His ita respondetur auctoritate Gregorij, & Augustini. Augustinus enim in libro de correptione, & gratia, c. 5. sic ait.*

Sicut ab oratione cessandum non est, sic nec a correptione. C. XX.

SIcut non est ab oratione [a] cessandum pro eis, quos corrigi volumus, etiam si nullo hominum orante pro Petro Dominus respexit eum, & fecit eum suum peccatum flere; (Luc. 22.) ita non est negligenda [b] correptio, quamuis Deus, quos voluerit, etiam non correptos faciat esse correctos. Tunc autem correptione proficit homo, cum miseretur, atque adiuuat, qui facit, quos voluerit, etiam sine correptione proficere.

Gregorius vero in dialogo, lib. 1. c. 8.

¶Soli prædestinati saluantur, qui in postulando suo labore meruerunt.

C. XXI.

OBtineri nequaquam possunt, quę prædestinata non fuerunt. (Burc. l. 20. c. 39. Iuo p. 17. c. 31.) Sed ea, quæ sancti viri orando efficiunt, ita prædestinata sunt, ut precibus obtineantur. Nam ipsa quoque perennis regni prædestinatio ita est ab omnipotenti Deo disposita, vt ad hoc electi ex † labore perueniant: quatenus postulando [c] mereātur accipere, quod eis omnipotens Deus ante sæcula disposuit donare.

† al. pro.

Item Augustinus in libro de prædestinatione, & gratia, c. 15.

¶Occulto Dei iudicio mali obdurantur flagellis, boni emendantur. C. XXII.

NAbuchodonosor pęnitentiam meruit fructuosam, Nōne post: innumeras impietates flagellatus pęnituit, & regnum quod perdiderat, rursus accepit (Dan. 4.) [d] Pharao (Exo. 5. vsque ad 15.)

SIcut non est. CASVS. Quidam dicebant ꝙ superflua est correctio circa peccatores: cum Deus ipse corrigat quos voluerit, & hoc probant exemplo Petri, quem nullo homine corrigente correxit ut voluit; sed Grego. & Aug. dicunt ꝙ licet Deus corrigat quos uelit, tamen sicut nō est cessandum ab oratione pro eis, quos corrigi volumus; ita non est cessandum a correctione, quia per exteriorem correctionem proficit homo interius.

a ¶Ab oratione.] Multiplex est causa quare non debemus cessare ab oratione malorū, uel eorū correctione. Nam quædam sunt ita prædestinata, ut precibus obtineantur, vt infra cap. proxi. Item quia nescitur quis sit de numero prædestinatorum, & quis non, & de nemine est desperandum, quamdiu est in hac vita, ut de pęn. dist. 7. nemo. & quia Deus sæpe aliquid promittit, qđ postea mutat, si videt homines negligentes, ut de pæ. dist. 1. prædixerat, & tamen si non prosunt illi pro quo oratur, prosunt saltem oranti, iuxta illud: Oratio mea in sinu meo conuertetur. Io. an.

b ¶Negligēda.] De pœ. d. 7. nemo.

OBtineri.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ quæ prædestinata nō sunt, precibus obtineri non possunt. Sed ēt quæ prædestinata non sunt sæpe precibus obtinentur, si ea ita prædestinata sunt, ut p̄cibus obtineantur. Et quod aliqua ita sint prædestinata, ostendit a maiori, qa ipsum regnum cęleste sic est multis prædestinatum, ut precibus obtineatur & labore.

c ¶Postulādo.] Nec ideo voluit Dñs suscitare quartū mortuum, quia nō fuit pro eo petitum, ut inf. de pœn. d. 1. §. ex his. itaque. vers. Christus quoque.

NAbuchodonosor.] CASVS. H. hūc casum sic ponit, & sic mihi vr̄ melius quam Bene. Dicitur in hoc c. ꝙ quidam per flagella Dei emendantur, quidam vero deteriores fiunt. Et hoc ostēdit per Nabuchodonosor, qui flagellatus a Deo pęnituit, & restitui sibi regnū promeruit. & p Pharaonem, q flagellatus a Deo non pęnituit, sed magis induratus fuit, & tādem perijt submersus vñ Aug. quærit quare hæc diuersitas fuit inter eos. s. ꝙ ex eodem medicamento, & ab eodem confecto & dato, unus eorum saluatus est, & alter perijt, & supponit hoc ideo esse, quia vnus illorum pœnituit inter flagella, alius vero induruit libero arbitrio. Bene. vero sic casum illum ponit. Quidam disputans cum Aug. quærit ab eo cām, cū Deus sit vnus creator bonorum, & malorum hoīum, cur saluet unum, & non alium: cum oēs saluare possit? Et respondet Aug. nullam aliam causam esse, nisi quia sic Deo placet, & hoc ostendit per exempla duorum regum, scilicet. Nabuchodonosor & Pharaonis, quia licet æqualis conditionis fuerint, vnum tamen saluauit, aliū non.

d [illegible]cepit.] Arg. ꝙ depositus pōt restitui, vt de pœnit. d. [illegible] [illegible] & [illegible]. Item est hic argu. ad qōnem illam, ꝙ depositus restituendus [illegible] rendus

rendus sit substituto, vt 8.q.ult.c.ult. Arg. contra 7.q.j. eos qui. licet determinata uidetur, extra de simon. ex insinuatione. Ioan. De hoc quid iuris sit, in quęstionib. notauit. B.

Deum facit: mala quæ facit, non facit per Deum, quia Deus non est auctor mali. Sed ne crederet aliquis, quod Deus operetur etiam malum, quia legitur, q̄ Deus tradidit Romanos in desideria carnis, & quod obdurauit cor Pharanonis, & q̄ reliquit Tyrios, & Sydonios in peccatis suis, ideo ostendit qualiter hoc intelligatur.

Deus nō est auctor mali.

a ¶ Rationem.] Arg. q̄ de singulis non est ratio reddenda, ut infra ea. quæ. de Thyrijs, & de pęnit. d.4. si ex bono. Arg. 5.68.d. chorepiscopi. & 24. q. 3. si habes.

b ¶ Odor.] Bonus odor Christi est prædicatio bonorum.

† Sic ext. de sac. vnc. & §. 2. ver. de odore. ubi ista auctoritas exponitur.

autem ipsis flagellis est durior effectus, & perijt? Hic mihi rationem [a] reddat qui diuinum consilium nimium alto † sapientiq; corde dijudicat; cur medicamentū vnius medici manu confectum alij ad interitū, alij valuerit ad salutem: nisi quia Christi bonus odor [b] alijs est odor vitæ in vitam, alijs odor mortis in mortē. Quantum ad naturam, ambo homines erant. Quantum ad dignitatem, ambo reges. Quantum ad causam, ambo captiuū populum Dei possidebant. Quantum ad pęnam, ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit esse diuersos, nisi quod vnus manum Dei sentiens, in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit: alter libero contra Dei misericordissimam veritatem pugnauit arbitrio.

† al. altum sapienti corde] orig. 1. Cor. 2.

Idem †.

Cap. XXIII.

† al. Item.

VAsis iræ nunquā Dei redderet interitū: si nō spontaneum [c] inueniretur homo habere peccatū, quia nec Deus peccanti homini iuste inferret irā, si homo ex prædestinatione [d] Dei cecidisset in culpam. *Idem.* ¶ Prædestinationem Dei siue ad bonum, siue ad malū in hominibus operari ineptissime dicitur, vt ad vtrumque homines quędam necessitas videatur impellere: cum in bonis voluntas sit intelligenda non sine gratia; in malis autem voluntas sit intelligenda sine gratia. Cū uero [e] aliquos [f] a Deo aut traditos [g] desiderijs suis, aut obduratos legimus [h] aut relictos, magnis peccatis suis hoc ipsos meruisse profitemur, quia talia eorum crimina pręcesserunt, vt ipsi sibi pęnas debuerint, quæ eis ēt suppliciū uerterent in reatum. Atq; ita nec de iudicio Dei q̄rimur, quo deserit meritos deseri; & misericordiæ, eius gratias agimus, qua liberat nō meritos [i] liberari. Vires itaq; obediētiæ non ideo cuiquam subtraxit, quia eū non prędestinauit: sed [ideo † eum non prædestinauit,] quia recessurum ab ipsa obedientia esse præuidit. ¶ Prædestinatio igitur Dei semper in bono est, quæ peccatum sola hoīs uoluntate commissum, aut remittendū nouit cum laude misericordiæ, aut plectendū cum laude iustitiæ. In malis aūt operib, nostris sola præscientia Dei intelligenda est, quia sicut præsciuit, & prædestinauit quæ ipse fecit [k], & vt faceremus, dedit; ita præsciuit tm̄, nō etiam prædestinauit

Fulgentius. l. 1. ad Monymum. Burc. l. 20. c. 35. Iuo p. 17. c. 46. Prosper. in resp. ad capitula Gallorū, c. 6.

Ibidem, c. 11.

Ibidem, c. 12.

† absunt ab orig. Idem Prosper. c. 12. & sententia 6. ad c. Gallorum. Idem sent. 15.

VAsis iræ.] CASVS. Quidam dicunt, q̄ prædestinatio Dei, vel præscientia est causa quare q̄s necessario faciat bonū, vel malum: & ideo facit homo malum, quia est præscitus, & bonū quia est prædestinatus, & bonarū, & malarum rerū Deus est causa. Sed Aug. respondet dicēs hoc esse falsū, quia si ex præsciētia necessario quis peccaret, iniuste Deus puniret delinquentem: sed dicit bonos uoluntatē sua facere bonum: non tamen sine gratia Dei: malos autem dicit sua auctoritate peccare, cum sint sine gratia Dei. Et hoc probat auctoritate Ioannis Euāgelistæ in epist. sua unde potius debēt suis peccatis imputare, quàm de iudicio Dei conqueri, quo deserit meritos deseri, cui gratias agimus, q̄a liberat non meritos liberari: nec īponit alicui necessitatē, nec subtrahit cuiquam potestatem obediendi, eo, q̄ nō esset prædestinatus, sed ideo nō fuit p̄destinatus, q̄a Deus eum recessurū ab obediētia præuidit. Postea assignat d̄riam inter prædestinationem, & præscientiam, quia prædestinatio est tantum de bonis præscientia tantum de malis, & not. q̄ vnum quandoq; ponitur pro alio. Itē not. quod auctoritas Ioan. Euangelistæ incipit ibi, [Ex nobis exierunt] & durat vsque ibi [vtique nobiscum.] & est circa finem.

c ¶ Non spontaneum.] De hac materia notaui 15. q. 1. §. 1. & 2. & c. merito.

d ¶ Ex prædestinatione.] Arg. q̄ non potest quis arguere factum, cuius auctor ipse fuit, vt 28. d. diaconi extra de cler. coniug. diuersis. Io.

e ¶ Cum vero.] *Sic ergo bona, quæ facit homo, per*

f ¶ Aliquos.] Scilicet Romanos.

g ¶ Aut traditos.] Tradere dicitur hominem peccato quando permittit ipsum peccare, vel quia subtrahit ipsi gratiam.

Deus q̄n dicat occidere hoīem peccatorem.

h ¶ Legimus.] In epistola ad Romanos 1. & in Exodo 2. & in Euangelio Matthæi de Tyrijs, & Sydonijs.

11. q. 2. ca. 7. & 8.

i ¶ Non meritos.] Ex hoc patet, quod primam gratiam nemo meretur, ut inf. de consec. d. 4. gratia, & c. placuit, vt quicumque.

k ¶ Fecit.] Scilicet bona.

a ¶ Fe-

a ¶ Fecit.] Scilicet mala.
b ¶ Dicitur.] In epistola Ioannis.
c ¶ Ex nobis.] Quantum ad prædestinationem.
d ¶ Standi.] Sed non ... iam dixit, quod prædestinatio nō est causa quare homo faciat bonum, sed potius bonum quod

Idem ad obiect. Vincentianas, c. 12. & Aug. ad articulos sibi falso impositos, art. 12.

quæ nec ipse fecit, [a] nec ut faceremus, exegit. Hi autem de quibus dicitur: [b] [Ex nobis exierunt, sed non fuerūt ex nobis. [c] Si enim fuissent ex nobis, mānsissent utique nobiscum.] uoluntate exierunt, uoluntate ceciderunt: & quia præsciti sunt casuri, non sunt prædestinati, essent autem prædestinati, si essent reuersuri, & in sanctitate, ac ueritate mansuri. Ac per hoc prædestinatio Dei multis est causa standi, [d] nemini est causa labendi.

¶ *In plerisque uetustis caput hoc coniunctum est superiori, & in titulo est,* Item, *non* Idem : *est autem confectum ex locis indicatis, Fulgentij, Prosperi, B. Augustini.*

Non ergo necessitatē facit correctionis, uel obdurationis diuina prædestinatio, seu præscientia, cū boni per gratiam corrigantur, & libero arbitrio mali pereāt. Neque enim quia prædestinatio, seu præscientia Dei falli [e] non potest, necessario eueniunt, quæ prædestinantur, uel præsciuntur, sicut nec necessario prædestinantur, uel præsciuntur quæ futura sunt, sed quia bona absque eius gratia, mala præter eius scientiam euenire non possunt. ¶ *Quamuis [f] ergo conuenienter dicatur, si hæc prædestinata sunt, uel præscita; necessario euenient: non tamen ideo absolutè uerum est necessario euenient, quæ prædestinata sunt, uel præscita; quia hic necessitas refertur ad rerum euentum, ibi ad intuitum diuinæ præscientiæ. Vnde Augustinus:] Duæ sunt, inquit, necessitates, simplex una, ueluti, qua necesse est omnes homines esse mortales; altera conditionis, ut si aliquē ambulare quis scit, eum ambulare necesse est. Quod enim quisque esse nouit, id esse aliter, quam notum est, nequit. [g] Sed hoc minime secum illam simplicem trahit. Hanc enim necessitatem non propria facit natura, sed conditionis adiectio. Nullam necessitas cogit incedere volūtate gradientem: quāuis eum tunc, cum graditur, incedere necessarium sit.*

Sententia in lib. de prædestinat. Dei. Boeth. l. 5. c. 21. Ivo p. 17. c. 32.

prædestinatio, uel præscientia non est causa; qua quis necessario faciat bonum uel malum, cum ex uoluntate vtrumque procedat. Nam licet præscientia uel prædestinatio Dei falli non possit, non tamen necessario eueniunt ea, quæ prædestinantur, uel præsciuntur; sicut nec necessario præsciuntur, uel prędestinātur, & ideo p̄sciuntur, uel prędestinātur, quia bona absque gratia eius, mala vero p̄ter eius cōscientiam euenire non possunt. Postea ponit quādam argumentationem, dicēs, quod quāuis hęc ꝓpositio sit necessaria, si hęc p̄destinata sunt, uel p̄scita, necessario euenient, nec tamē idō rectè, & simpliciter concludit, ergo necessario eueniūt q̄ p̄destinata sunt vel p̄scita: quia in ꝓpositione necessitas refert ad diuinę p̄sciētiæ intuitū, in cōclusione vero refertur ad rerū euētum, & ad hāc conclusionē probādā inducit auctoritatē Augustini, ī qua ponit duas necessitates, unam simpliciter, siue simplicē, & aliam cōditionalē. unde ponit duo exempla, de ambulante scilicet, & de uidente. [Prouidētia.] potest hoc intelligi de hoīe vidēte, uel de prouidentia diuina uidēte p̄sentionaliter, sed intelligaī cōiunctim, vel sic: necesse notat modū consequēdi, & non cōsequētis.

quod facit, est causa prædestinationis? Sed dicas hic prędestinationem appellari Deum prædestinantem. Nam nemo potest uenire ad me, nisi ei fuerit datum à patre meo. Vel dic, quod prædestinatio non est causa efficiens, sed est causa sine qua non fit. Item si uerè uolumus loqui, non est concedendum quod futura bona sint causa prædestinationis. quia ex hoc sequeretur, quod causa esset posterior suo causato. Item quidquid Deus prædestinauit, ab æterno prædestinauit. si ergo prædestinatio est æterna, ergo non habet causam suæ generationis. non ergo futura sunt causa eius. Item si quid esset causa generationis eius, ergo eius oppositum esset causa corruptionis eius. sed impossibile est eam corrumpi, uel desinere esse: quia si corrumperetur, uel desineret esse, ergo post hoc instans non esset, ergo si modo non est, nunquam fuit. Nam bene sequitur, si fuit prædestinatum, ergo prędestinatum est, & semper erit prædestinatum. Ioan.

Prædestina- ... Deus ... nans.

NON ERGO NECESSITATEM. CASVS. Dictum est supra in cap. it. vals, quod de sola uoluntate bonum cum gratia procedit, & sola uoluntate sine gratia málum perpetratur. Vnde ex hoc concludit Gratian. quod

e ¶ Falli.] Hæc argumentatio non ualet; Deus prçuidet aliquid, & aliter potest euenire: ergo prçuidentia Dei est fallibilis.

f ¶ Quamuis.] Ad huius §. intelligentiam, nota, quod omnes tales locutioens sunt duplices, si Deus præuidit aliquid, necessario illud eueniet: quia si hæc dictio, necessario, determinat totalem consequentiam, locutio est uera: & tunc talis est sensus in consequentia, si Deus præuidit aliquid, illud euenire est necessarium. Si autē hęc dictio, necessario, determinat ipsum consequens, est falsa. Similiter hęc est duplex, necessarium est Socratem ambulare cum ambulat: quia si intelligatur composita & de dicto, uera est: si de re, est falsa. Similiter hæc est duplex, necessarium est hoc euenire quod Deus præuidit, de dicto est uera, de re, est falsa. Illud enim quod Deus præuidit, non est necessarium euenire. Et nota quòd talis argumentatio non ualet, si Deus præuidit aliquid, necessario illud eueniet: ergo si Deus præuidit aliquid, necessarium est illud euenire, quia modo hæc dictio, necessarium non potest determinare ipsum consequentiam, sed tantum consequens. 1

g ¶ Nequit.] Vera est si intelligatur de dicto. 2

Si Deus p̄uidit aliq̄d necessario illud euenit, habet duplicē sensum.

1 Sub. nō facta relatione ad antecedens, sed p̄ se considerata.

2 Sub. quia idest, s. de dicto sic cōposito, s. facta s. relatione consequentis ad antecedens.

HIS OMNIBVS. CASVS. Dictum est supra, quod mala nostræ uoluntati adscribuntur. Nunc uero dicit Gratianus, quòd indignationi diuinæ adscribuntur, quod probat per duo cap. seq.

CVM SVPERNA. CASVS. Ostendit hic Greg. quod ex quo semel Deus alicui ab intimis irasci[illegible]tur, eius indignationē pœnitentia, uel oratione nō remouebit. Et hoc probat exemplo Moysi: qui licet in deserto reatū populi apud Deū terserit, tñ pp hoc, quia ad petrā Oreb veniēs de aquæ exhibitione diffidit, Domino sibi irascente, terram promissionis ingredi non potuit.

a ¶ Plebis.] Historiā habes 45. dist. disciplina.

b ¶ Oreb.] Historiā habes de pœn. dis. 2. §. opponitur.

c ¶ Irascēte.] Intelligas tñ quod quantū ad tpalem pœnā potest ira Dei esse commutabilis: sed quātum ad ęternam non 22. q. 4. incōmutabilis.

DE TYRIIS. CASVS. Quidā assignabāt rationem quare Deus nō saluauit Tyrios, & Sydonios, cū credidissent, si talia signa virtutū vidissent, qualia apud Iudeos nō credentes facta fuerunt, vel simpliciter quærebant ab Augustino rationē diuersitatis. Augus. vero deridet eos, dicens, quod non est alia ratio, nisi quia non fuit eis datū desuper ut crederent; tamen quidquid dixit De⁹ uel fecit, totū uerū fuit & iustū, qui nō solū Tyrios, & Sydonios potuit saluare, sed etiā Corozain, & Bethsaida: & ille Deus, qui dixit per prophetā Oseam Iudaicæ plebi: Ego sepiā vias tuas spinis, & adimā tibi facultatem peccandi, ille idem Deus ēt dixit damnandis per Psalmistā: Fiant viæ illorū tenebræ, & lubricum, & Angelus Dñi persequēs eos.

Eodem igitur modo, si quid prouidentia præsens videt, id
necesse est esse, tametsi nullā naturæ habeat necessitatē.
Atqui Deus ea futura, quæ ex libertate arbitrij proue-
niunt, præsentia contuetur. Hæc igitur ad intuitum re-
lata diuinum necessaria fiunt per dispositionē diuinæ no
tionis. Per se vero considerata absolutam à naturæ suæ li
bertatem non deserunt. Fient igitur proculdubio cuncta,
quæ futura Deus esse prænoscit: sed eorum quædā de li-
bero proficiscuntur arbitrio, quæ quamuis eueniant, exi-
stendo tamen naturam propriā non amittunt, qua prius
q̄ fierent, etiam nō euenire potuissent. ¶ *His omnib. mala*
nostra libero adscribuntur arbitrio, cū alibi diuina ad-
scribantur indignationi. Vnde Gregorius [*Cum superna*
indignatio sese, vt ita dixerim, medullitus mouet; hanc lib. 9. Moral. c. 11.
opinio, vel oppositio humana non remouet: nec se cuilibet
vtiliter deprecatio obijcit, cū semel Deus aliquid ab in-
timis irascendo disponit. Hinc est enim, quod Moyses, qui Exod. 32.
reatū totius plebis [a] *apud Dominum suis precibus tersit,*
dumq́; se obicem obtulit, diuinæ iracundiæ vim placauit;
ad petrā Oreb [b] *veniens, & pro aquæ exhibitione diffi-* Num. 14.
dens, repromissionis terram ingredi Domino irascente [c]
non potuit.] ¶ *Item Augustinus:* [*De Tyrijs vero, &* Matth. 11.
Sydonijs quid aliud possumus dicere, quàm non esse eis
datum vt crederent, [d] *quos etiā credituros fuisse ipsa ve*
ritas dicit † *si talia qualia apud nō credentes facta sunt,* † al. etiam.
virtutum signa vidissent? Quare autē hoc eis negatum
fuerit, dicant, si possunt, qui calumniantur, & ostendant,
cur apud eos Dominus mirabilia, quibus pro futura non
erant, fecerit: & apud eos, quibus profutura erant, non
fecerit. Nos etenim, † *si rationem* [e] *facti, & profundi-* † al. docet.
tatem iudicij eius penetrare non possumus; manifestissi-
me tamen scimus, & verum esse quod dixit, & iustum
esse quod fecit: & non solum Tyrios, & Sydonios, sed
etiam Corozain, & Bethsaida potuisse conuerti & fi de-
les ex infidelibus fieri si hoc in eis uoluisset Dominus ope-
rari. Neque enim vlli falsum uideri potest, quod Veritas
ait: [Nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datum a Matth. 11.
Patre meo.] *Item, qui per prophetam* [f] *Iudaicæ plebi pro-*
misit: (Ecce ego sepiam vias [g] *tuas spinis,* [h] *& muniam* Oseæ 2.
eas lapidibus quadris. [i] *) idest, adimam tibi faculta-* Psal. 34.
tem peccandi: Idem per Psalmistam de damnandis di-
xit: [Fiant uiæ illorum tenebræ, & lubricum, & An-
gelus Domini persequens eos.] *Sed in his omnibus uitia*
nostra humanæ adscribuntur mentis arbitrio, quod di-
uina clemētia in electis misericorditer uertit ad bonum;
in damnandis iustè relinquit ad malum. Sicut ergo,
quamuis certissime sciamus neminem ultra terminum a

d ¶ Vt crederent.] Præsente Domino, sed post crediderunt ad prædicationem Apostolorum.

e ¶ Si rationem.] Eodem modo uidetur dicendum, quod si Papa aliquid fecit quod uidetur iniustum, ubi nos rationem non possumus assignare, quod tñ tenemus illud iustum sit. 17. q. 4. [illegible] qui autem.

f ¶ Prophetam.] Oseæ.

g ¶ Vias.] Idest, actiones.

h ¶ Spinis.] Idest, compunctionibus.

i ¶ Lapidibus quadris.] Idest, uirtutibus quatuor, uel doctrina quatuor Euangeliorum.

SED IN HIS. CASVS. Dicit Grat. hic, quòd in omnibus malis arbitrium nostrum est in culpa, quod arbi-

bitrium Deus uertit in electis ad bonum, in damnandis uero relinquit ad malū: sed quia nescimus qui peccatores, sint damnandi, uel qui sunt saluandi, omnes indifferenter debemus corrigere, ad instar medici, qui licet sciat hominem ultra terminum a Deo præfixum nō victurum,

trem, & φ bonum sit eis corrigi: & φ non sit desistēdū a correctione, & disciplina malorum, probat quinque exemplis, scilicet medici, patris, domini; Imperatoris Theodosij, & eripientis homines de domo ruitura. In secunda parte respondet cuidam quæstioni Donatistarum, dicentium. Vos vultis, ut redeamus, sed nō possumus retinere dignitates nostras. Et respondet Aug. hoc uerū esse de iure, aliquādo tamen secus fit dispēsatiue, & præcipue vbi scandalū timet, quia sicut sunt duo genera inserēdi arbores, sic sunt duo genera recipiēdi hæreticos. Secūda pars incipit ibi, [Item si inquiunt.

Deo sibi præfixum esse uicturum; omnibus tamen languentibus non incongrue medemur; sic quamuis nemo saluetur, nisi prædestinatus ad uitam, omni tamē delinquenti est adhibenda correptio: nec malorum est negligenda disciplina.

α ¶ Duæ sunt.] *Hæc an Burchardo, & Iuone citātur ex B. Augustino in lib. de prædestinatione. Et sentētia habetur copiose explicata in libello de prædestinatione Dei inter opera B. Augustini, tomo. 7.*

β ¶ Absolutam.] *Apud Burchardum, & Iuonem legitur,* ab absoluta libertate non desinunt.

γ ¶ De Tyrijs.] *Simillima his leguntur apud B. Augustin. in lib. de bono perseuerantiæ, c. 14. Eadem uero fere sunt apud Prosperum ad excepta Ianuensium responsa ad dubium 8. siue 9.*

Vnde idem Augustinus ait epist. 50. Bonifacio.

Poly. l. 7. tit. 5. Ansel. l. 12. c. 61.

¶ Non semper in eos, qui peccant uindicta est exercenda. C. XXIIII.

IPsa pietas, ueritas, charitas nos non permittit contra Cęcilianum eorum hominum accipere testimoniū, quos ī ecclesia nō uidemus, cui Deus perhibet testimonium. [a] Qui enim diuina testimonia nō sequūtur, pondus humani testimonij perdiderūt: [b] *Item infra.* ¶ Molestus est medicus furēti phrenetico, & pater indisciplinato filio, ille ligando, iste cędendo: sed ambo diligēdo. Si autē illos negligant, & perire permittant, ista potius falsa māsuetudo crudelitas est. *Item infra.* ¶ Si ꝑ † potestatem, [c] quā per religionem, ac fidem [d] regum tpe, quo debuit, diuino munere accepit ecclesia: hi, q̄ inueniūtur in vijs, & ī sepibus, idest in hæresibus, & schismatib. cogunt intrare: [e] nō q̄a cogūtur, reprehēdāt sed quare † [f] cogant, attēdāt. Conuiuiū Dn̄i unitas est corporis Christi, nō solū in sacramēto altaris, sed ēt in vinculo pacis. *In eadem infra.* ¶ Theodosius α Imperator legē [g] generaliter in oēs hæreticos ꝓmulgauit, ut quisq̄ eorū eps, vel clericus ubilibet esset inuentus, decem libris auri mulctaretur. *Item infra.* ¶ Si duo [h] aliqui in una domo habitarent, quā certissime sciremus esse ruiturā, nobisq̄; id prænūciantibus nollent credere, atq; in ea manere ꝑsisterēt, si eos inde possemus eruere, uel inuitos, q̄bus imminētē illā ruinā postea demōstrarem⁹, vt redire ulteri⁹ sub ei⁹ periculū nō auderēt; puto, nisi facerem⁹, nō ime-

† *potestate*] orig. in 1. q. 6. schismatis.

† *quos.*] orig.

Cod. Theod. l. 16. tit. 5. c. 21. & 65.

a ¶ Testimonium.] In hoc qd̄ est mortuus in unitate ecclesiæ sed quidā hæretici volebāt eum post mortem accusare de hęresi, vt 24. q. 2. sane ꝓfert. uer. Itē si uera sunt: sed non erāt recipiendi etiam ī crimine hęresis, cum ille bonę opinionis fuit. vt 2. qō. 1 ī primis hęreticus autē bene recipetur cōtra hæreticū, ut 2. q. 7. si hæreticus. Io.

1 Et sm̄ hoc expone phi- bet testimoniū ex hoc. s. φ fidē traditam a Deo habuit & seruauit, & dic cui. s. Cęciliano.

b ¶ Perdiderunt.] 1. q. 7. non potest. Io.

c ¶ Potestatē.] Quā non hēbat ecclesia, cum & nouella adhuc esset, sed postea quādo cœpit dominari principibus, ut ī s. ea. displicet, &c. non inuenitur.

d ¶ Ac fidē.] Ecclesiæ conseruandam.

e ¶ Intrare.] i. redire ad ecclesiam.

a ¶ Non omnis.] Supra 5.q.5.non oĩs.

b ¶ Tollitur.] Supra ead.duo contra.

c ¶ Cogi.] Supr.45. dist.c.2.contra. Sol. ab initio nemo cogendus est ad bonũ, sed aliqs cogitur perseuerare in eo quod incepit, vt ĩ.eo.q.5. ad fidem. nec obuiat q̃ dicitur de Paulo, qui ab initio fuit coactus. 1 nã hic arg. a minori, i. ex quo Paulus ab initio fuit coactus, ergo alij possunt ex postfacto cogi.

d ¶ Et mali.] Vt Ismael Isaac, & Saul David.

e ¶ Boni malos.] Vt Helias quinquagenarios.

f ¶ Et prophetę.] Vt Moyses Aegyptũ, ut s. ea. q.3.non in inferenda.

g ¶ Nocẽdi causa.] Q.d.plus causam facti quam factũ considerabimus, ut ĩ.c. quæst.8.occidit.

h ¶ Cõstituit.] C.de hære. Arriani. 2 Io. de Fant.

i ¶ Certè.] Sup. ea. quàm magnum.

1 Vt ĩ.ea.displicet.ver.si uero. & e. q. nos, uer.mirum.nã Dñs cum s.si Paulus.

2 Tu dic, q̃ legẽ Cõstantini hoc expresse dicentẽ non habemus: Christiano tñ quẽ fit Iudæus hanc pœnam imponit, ut C.de apo.l. 1. Archid.

Displi-

culat nescientem. *Item infra.* ¶ Facta nocētium, quæ innocentibus demonstrari, uel ab innocentibus credi non possunt, non inquinant quenquam, si propter innocentium consortium etiam cognita sustinentur. Non enim propter malos boni deserendi: sed propter bonos mali tolerandi sunt; sicut tolerauerunt prophetæ eos, contra quos tanta dicebant; nec communionem sacramentorum illius populi relinquebant.

1.q.4.nullius. su. c. quam magnum.

α ¶ Donatistæ.] *Apud Anselmū titulus est,* Augustinus Vincentio. *Initium vero capituli est,* Donatistæ nimium *& apud B. Augustinum,* Sed Donatistæ nimium *propterea reposita est hoc loco dictio,* Donatistæ, *inducta autem in titulo. Ibi enim antea legebatur,* Augustinus ait Vincentio Donatistæ.

β ¶ Potestates.] *Sequebatur in vulgatis,* Seculares. *q̄ vox abest à plerisq; uetustis, & Anselmo, & originali. Multa uero alia ex ipso præsertim originali sunt emendata.*

Item Donato presbytero epist. 204.

¶ Hæretici ad salutem etiam inuiti sunt trahendi.

C. XXXVIII.

Poly. ibidem. Ans. l. 12. c. 57. Deusdedit p. 2.

DIsplicet tibi, quia traheris ad salutem; cum tam multos nostros ad perniciem traxeris? Quid enim uolumus, nisi te comprehendi, & præsentari, & seruari, ne pereas? Quod autem in corpore læsus es, ipse tibi fecisti, qui iuramento tibi mox admoto vti noluisti, & te ad terram grauiter collisisti. Nam utique alius, [a] qui adductus est tecum collega tuus, illęsus uenit, qui talia sibi ipse nō fecit. Sed neque hoc putas tibi fieri debuisse, quia neminem existimas cogendum esse ad bonum. Attende quid dixerit Apostolus: [Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. [Et tamen tam multi vt episcopatum suscipiant, tenentur inuiti, [b] perducuntur, includuntur, custodiuntur, patiuntur quæ nolunt; donec eis adsit voluntas suscipiendi operis boni. Quanto magis vos ab errore pernicioso, in quo vobis inimici estis, trahendi estis & perducendi ad veritatem uel cognoscendam, uel eligendam, non solum ut honorem salubriter habeatis, sed etiam ne pessime pereatis? ¶ Dicis Deum dedisse liberum arbitrium; ideo non debere cogi hominem nec ad bonum. Quare ergo illi, de quibus supra dixi, coguntur, ad bonum? Attende α ergo, quod considerare non uis. Ideo uoluntas bona misericorditer impenditur, ut mala uoluntas hominis dirigatur. Nam quis nesciat nec damnari hominem nisi merito malæ uoluntatis; nec liberari, nisi bonam habuerit uoluntatem? Non tamen ideo, qui diligun-

1. Tim. 3.

Pann. l. 8. c. 17.

DIsplicet.] CASVS. Donatus cū esset captus a Christianis cum quodam suo socio, & duceretur super equum, se proiecit in terram. unde in corpore suo grauiter læsus fuit: socius vero istud non fecit, sed se seruauit illæsum qua re Donatus super hoc conquerebatur, quatuor modis abijciēdo Augustino. Primo obijciebat dicēs quod hoc fieri sibi nō debuit: quia nemo cogi debet ad bonū. Aug. uero huic obiectioni respondet, dicens, hoc non esse uerū, cum multi cogantur ad episcopatum donec de nolentibus fiāt uolentes. Secūdo obijciebat, quod Deus dedit homini liberum arbitrium, & ideo nullus dēt cogi ad bonum sed respondet Augustin. contra, quod licet homo liberum, habeat arbitrium, non tamen suę malæ volūtati est relinquēdus. quod probat quatuor exemplis, scilicet Israelitarum, & Pauli, & patris, & negligentia prælatorum. Tertio obijciebat: non debes me inuitū saluare, quia sic volo errare sic volo perire. Respondet August. dicēs, quod sicut alij commēdādi sunt, & bene fecerāt, qui te de puteo leuauerūt, in quem te proieceras, ut ibi montereris. sic nos bene facimus si te inuitum de erroris puteo eleuem⁹: ne moriaris in æternum. Quarto obijciebat, q̄ nō debet recedēs ab eo inuitus teneri: qa Dominus lxx. discipulos, q̄ schisma fecerunt, abire pmisit. & respondet August. dicens q̄ tēpora sunt distinguēda. Nam tūc ecclesia nouo germine pullulabat nec fortis erat ad puniēdū delīquētes. hodie autem cū sit fortis & potēs in uirum ad bonum cogere debet. & hoc pbat auctoritate Euāgelij. Prima obiectio Donati est ibi, [Sed neque hoc putas.] Secunda ibi, [Dicis Deū.] Tertia ibi, [Noli ergo iam dicere.] Quarta ibi, [Repetis sicut audio.]

a ¶ Alius.] Arg. optimū, q̄ ex quo unus secure potest venire ad iudicium: ergo & aliter sic extra de elec. c. bonæ in fi. similiter dicit lex: ex quo tutor suam pecuniā bene collocauit, ergo & pecuniam pupilli potuit bene collocasse ff. de adm. tut. l. tutor. §. Similiter ex quo res tuas conseruasti. & res etiam commodatas conseruare debuisti ff. commoda. si ut certo. §. commodatum. in fi. tū hoc arg. fallit, nam & licet aduersarius meus ēt qui uenire non poterat, uenit non ideo sequitur q̄ ego tenebar uenire. ut ff. de arbi. l. si cum dies. §. pen.

b ¶ Inuiti.] Quid ergo est q̄ dicitur, q̄ nemo cogitur crescere inuitus, ut 74. distinc. gesta. &c. ubi, sed ibi loquitur

Diligens in suis, dēt in alienis similiter facere.

tur [illegible] suæ voluntati impune, & crudeliter permitte[illegible]
di sunt; sed, vbi potestas datur, & a malo prohibendi, &
ad bonum cogendi. Nam, si voluntas mala semper suæ
permittenda est libertati; quare Israelitæ recusantes, &
murmurantes tam duris flagellis a malo prohibebãtur,
& ad terram promissionis compellebantur? Si voluntas
mala semper suæ permittenda est libertati; quare Paulus
Act. 9. non est permissus vti pessima voluntate, qua persequebatur
ecclesiam; sed prostratus est, vti excæcaretur: ex-
cæcatus, vt mutaretur: mutatus, vt mitteretur: missus,
vt qualia fecerat in errore, talia pro veritate pateretur?
Si voluntas mala semper suæ permittenda est libertati;
quare monetur pater in scripturis sanctis, filium durum
Prouer. 13. non solum verbis corripere, sed etiam latera [a] eius tun-
dere, vt ad bonam disciplinam coactus, ac domitus diri-
Prouerb. 23. gatur? Vnde idem dicit: [Tu percutis eum virga, ani-
mam autẽ eius liberas a morte.] Si mala voluntas semp
Ezech. 34. suæ permittenda est libertati; quare corripiuntur negli-
Hier. 23. gentes [b] pastores, & dicitur eis: [Errantem ouem non
reuocastis, perditam non inquisistis.] Et vos oues Chri-
sti estis: characterem Dominicum portatis in sacramen-
to, quod accepistis; sed erratis, & peritis: Non ideo vo-
bis displiceamus; quia reuocamus errãtes, & quærimus
perditos. Melius enim facimus voluntatem Domini mo-
nentis, vt vos ad ei⁹ ouile redire cogamus; quàm consen-
tiamus voluntati ouium errantiũ, vt perire vos permit-
tamus. ¶ Noli ergo iã dicere quod te assidue audio dice-
re; Sic volo errare: sic volo perire. Melius enim nos hoc
omnino non permittimus, quantũ possumus. Modo, ꝙ
te in puteum vt morereris, [c] misisti; vtique libera volũta
te fecisti. Sed quam crudeles essent serui Dei, si huic malæ voluntati tuę te
permitterent, & non te de illa morte liberarent? Quis eos nõ merito culpa-
ret? Quis nõ impios recte iudicaret? Et tamẽ tu te volens in aquam misisti,
vt morereris: illi te nolentem de aqua leuauerunt, ne morereris. Tu fecisti
secundum voluntatem tuam, sed in perniciem tuam: illi contra voluntatẽ
tuam, sed propter salutem tuam. Si ergo salus ista corporalis sic custodiẽda
est, vt etiam in nolentibus ab eis, qui eos diligunt, seruetũ; quãto magis illa
spiritalis, in cuius desertione mors æterna metuitur: quãquã, & in ista mor-
te, quam tibi tu ipse inferre voluisti, non solum ad tẽpus, sed ẽt in æternũ
morereris, quia etsi non ad salutẽ, non ad ecclesiæ pacem, non ad Christi
corporis vnitatem, non ad sanctam & indiuiduam charitatem, sed ad mala
aliqua cogereris: nec sic tibi ipse mortẽ inferre debuisti [d]. Cõsidera scriptu-
ras diuinas, & discute quantũ potes, & vide vtrum hoc fecerit aliquis ali-
quando iustorum, atq. fidelium; cum ab eis tanta mala perpessi sunt, q eos
ad æternum interitum, non ad vitã æternam, quo tu compelleris, adigebãt.
Ioan. 6. *& post pauca.* ¶ Repetis sicut audio, quod in Euangelio scriptũ est, recessis-
† lxxij. se a Domino lxx. † discipulos, & arbitrio suæ malæ, atq; impiæ discessionis
suisse permissos: cæterisq; duodecim, qui remanserant, fuisse rñsum. [Nun-
quid & vos vultis ire?] Et non attendis, quia tunc primũ ecclesia nouello
Psal. 71. germine pullulabat, nondumque in ea fuerat completa illa prophetia: [Et
adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient illi.] Qđ utique
quanto magis impletur, tanto maiore vtitur ecclesia potestate, ut non solũ
inuitet, sed etiam cogat ad bonum. Hoc tũc Dominus significare volebat:
qui quamuis haberet magnam potestatem; prius tamen elegit cõmendare
humilitatẽ. Hoc & in illa conuiuij similitudine satis euidenter ostẽdit, vbi

quitur, cũ [illegible] lo quis cogitur tñ [illegible] est veritas, qđ si [illegible] ret cogi. De hoc no. 8. quæst. 1. in scripturis.
ADDITIO. De hoc etiam not. 40. dist. ante omnia. & 61. d. Catinensis. & [illegible] lius 2. q. 6. biduum in princip. ver. appellare ibi uideas. Archid.
a ¶ Sed etiã latera.] Sap. 45. dist. §. Salomon.
b ¶ Negligẽtes.] Vt 86. d. c. 1. & vlt.
c ¶ Vt morereris.] Bona illorũ, qui seipsos interimunt, fisco applicantur, si pp conscientiam delicti. hoc faciant: si secus propter impatientiã alicuius doloris, ut ff. de bonis eorum, qui ante sententiam sibi mor. consci. l. pen.
d ¶ Debuisti.] infra ca. quæst. 5. c. si nõ licet & cap. non est nostrum, & de consec. dist. 2. prima.

Bona seipsos intermentã qñ fisco applicentur.

a ¶ In

miſit ad inuitatos,& venire noluerunt,& ait ſeruo:[Exi in plateas β,& vicos ciuitatis:& pauperes ac debiles,cę cos & claudos introduc huc. Et ait ſeruus domino: Factum eſt vt imperaſti, & adhuc locus eſt, & ait dñs ſeruo;Exi in vias [a],& ſepes,& compelle intrare,vt impleãt domus mea:]Vide nunc,quemadmodũ de his, qui prius venerunt, dictum eſt introduc eos: nunc † dictum eſt compelle. Ita ſignificata ſunt eccleſiæ primordia adhuc creſcentis,vt eſſent vires etiam compellendi. Luc.14. † *al. non.*

α ¶Attende ergo.] *Locus hic(quemadmodum,& multa alia in hoc capite) emendatus eſt ex B. Auguſt. Antea legebatur*, Attende ergo, & conſidera, quòd non ideo voluntas bona miſericorditer impenditur, vt mala voluntas hominis diligatur.

β ¶In plateas.] *Sic emendatum eſt ex Euangelio B.Lucæ, expunctus duabus vocibus. Antea enim legebatur*, exi cito in vias,& plateas.

Idem ſuper Ioannem,tractatu 11.ad c.3.

¶Hæretici vtiliter patiuntur, quæ catholici vtiliter inferunt. C. XXXIX.

QVando vult Deus concitare poteſtates aduerſus hęreticos,aduerſus ſchiſmaticos, aduerſus diſſipatores eccleſię,aduerſus exſufflatores Chriſti,aduerſus blaſphematores baptiſmi;non mirentur, quia Deus concitat,vt a Sara [b] verberetur Agar:cognoſcat ſe Agar [c], & ponat † ceruicem; quia cum humiliata diſcederet a dña ſua,occurrit ei Angelus,& dixit; (Quid eſt Agar ancilla Saræ?) Cumqueſta eſſet de domina;quid audiuit ab Angelo?(Reuertere ad dominã † tuã.) Ad hoc ergo affligit, vt reuertatur: atque vtinã reuertatur,quia proles eius, ſicut filij Iacob, cum fratribus hæreditatem [d] tenebit. Mirantur autem, quia commouentur poteſtates Chriſtianæ aduerſus deteſtandos diſſipatores eccleſiæ. Si nõ ergo mouerentur: quomodo redderent rationem de imperio ſuo Deo;Intẽdat charitas veſtra, quid dicam,quia hoc pertinet ad reges ſeculi Chriſtianos, vt temporibus ſuis pacatam [e] velint matrem [f] ſuam eccleſiam habere, vnde ſpiritaliter nati ſunt.& *paulo poſt*. ¶Nabuchodonoſor rex decreuit dicens: (Quicumq; dixerint blaſphemiam in Deum Sidrach,Miſach, & Abdenago,in interitum erunt, & domus eorum in perditione.) Ecce quomodo ſęuit rex alienigena, ne blaſphemaretur Deus Iſrael,qui potuit tres pueros de igne liberare. Et nolunt, vt ſęuiant reges Chriſtiani,quia Chriſtus exſufflatur, a quo non tres pueri,ſed orbis terrarum cum ipſis regibus a gehennarũ igne liberatur. *& infra*. ¶Quomodo ergo iſti reges non moueantur, qui non tres pueros attendunt liberatos de flamma,ſed ſeipſos liberatos de gehenna? quando vident Chriſtum a quo liberati ſunt, exſufflari in Chriſtianis? quando audiunt dici Chriſtianos,dic te non eſſe Chriſtianum?Talia facere uolunt,& ſaltem tali pati nolunt.Nam videte qualia faciunt, & qualia patiuntur;occidunt animas,affliguntur in corpore; ſempiternas mortes faciunt,& temporales [g] ſe perpeti conqueruntur.

Poly.l.7.tit.6. Ant.l.12.c.54. Iuo p.10.c.99.

† *al. ſupponat.*

Gen.21.

† *al. domum.*

Dan.3.

Idem contra literas Petiliani,lib.2.c.79.

a ¶In vias.]ideſt,hęreſes & ſchiſmata.

QVã to vult. CASVS. Hæretici mirabantur ſi eccleſia eos corrigebat, uel ſi ſæculares iudices, uel prĩcipes mouebantur ꝯ eos. Sed dicit Aug.ꝙ ipſi mirari non debent, ſi eccleſia, uel principes ſæculares eos corrigant,& hoc probatur exemplo Saræ, quæ correxit Agar ancillam ſuam: ſic, & eccleſia debet corrigere hæreticos. & exẽplo Nabuchodonoſor, qui fecit edictum, ut quicunque dixerit blaſphemiã in Deum Sidrac,Miſac,& Abdenago, in interitum iret,& domus eius in diſperſionem.

b ¶A Sara.] ideſt,ab eccleſia.

c ¶Agar.].i.conuenticula hæreticorum.

d ¶Hæreditatẽ.] ĩ.32.q.4.recurrat: ſed ĩ.32.q.4. dicat. cõt. Sed hic de cęleſti,ibi de hæreditate terrena,vt 1.q.4. Iudæi.

e ¶Pacatã.] Ad hoc enim cõſtituti ſunt principes, ut tueant eccleſias,ut inf. ead. quæſt. 5. principes. & ſi noluerint tueri, poſſunt excommunicari, ut infra ead. quæſtio. 5. adminiſtratores.

Principes eccleſias tueri debent.

f ¶Matrem. ſup.12. q.2. qui abſtulerit, & 22.q.4.recurrat.

g ¶Temporales.] Vides ergo ꝙ hæretici ſunt occidendi. primo tamen ſunt admonendi.ĩ. ca. non inuenitur.in fi.& ĩ. q.5.ſi audieris.Qualiter ſit cogendus, dixi 24.q.1.quæ domus in fi.

Qui

QVi peccat.] CASVS. Petilianus conquerebatur dicens ꝙ Christiani ipsum & alios hæreticos iniustè persequebantur, & ipsi se iustè defendebant a Christianis. sed ostendit August. ꝙ ecclesia Christianorum iustè persequitur ipsum,& alios hæreticos. Et hoc probat nouem exemplis, s. exemplo prophetæ dicentis: Detrahentem proximo suo, &c. & exéplo Pauli, qui tradidit hominem satanæ in interitum carnis: & exemplo Christi, qui ementes & vendentes de templo flagellatos eiecit: & exemplo patris, & mariti, domini, & possessoris, iudicis, & regis. Et probat, ꝙ non debet se defendere auctoritate Domini dicentis; Ego autem dico uobis nō resistere malo. vltima sex exempla sunt circa finem capituli, & incipiunt ibi, [Nā quotidie videmus.] Alia uero tria præcedunt cum auctoritate Domini.

a ¶ Legis.] Si. 14. q. 5. dixit. arg. contra 33. q. 5. noluit.

b ¶ Detrahentem.] Q.d. manifestè vos possumus persequi, non latenter.

¶ Ecclesia hæreticos ratione persequitur. C. XL.

Iuo p. 10. c. 75.

QVi peccat, non peccat legis [a] auctoritate, sed cōtra legis auctoritatem. Quia vero interrogas me, quæ sit ratio persequendi; vicissim te interrogo, cuius sit uox in psalmo dicētis: [Detrahentem [b] secreto proximo suo, hunc persequebar.] Quære itaque persecutionis vel causam vel modum: & noli tanta imperitia generaliter malorum persecutiones † reprehendere, *& infra cap.* 82. ¶ Non enim persequimur vos, nisi quemadmodum veritas persequitur falsitatem. *Item supra cap.* 10. ¶ Petilianus dixit, si [c] Apostoli persecuti sunt aliquem, aut aliquem tradidit Christus? Augustinus respondit, possem quidem dicere ipsum satanam omnibus malis hominib. esse peiorem, cui tamen tradidit [d] Apostolus hominem in interitum carnis; vt spiritus sit saluus in die Domini Iesu: item que alios de quibus dicit, [Quos tradidi satanæ, vt discant non blasphemare.] Et Dominus Christus flagellatos expulit de templo improbos mercatores, vbi etiam connexum est testimoniū scripturæ dicētis, [Zelus [e] domus tuæ comedit me.] Ecce inuenimus Apostolum traditorem, [f] Christum persecutore. *& infra c.* 19. ¶ Postremo, quare per violentissimas turbas etiam vltro improbi estis ecclesijs catholicis, vbi poteritis aduertere, quod innumerabilibus exemplis [g] res ipsa indicat? Sed dicitis vos, loca vestra defendere: & resistitis fustibus, & cædibus, quibuscumque potueritis. Quare ibi non audistis vocem Domini dicentis; [Ego autem [h] dico vobis, [i] non resistere malo? [k] Aut si fieri potest, ut aliquando rectè per vim corporalē resistatur uiolentis, nec ideo præceptum violetur, quod audiuimus [l] a Domino: [Ego autem dico vobis, non resistere malo:] cur non etiam hoc fieri potest, ut per ordinarias, † & legitimas potestates [m] de sedibus, quæ illicitè vsurpantur, vel ad iniuriam Dei retinentur, pius expellat impium, & iustus iniustum? Neque enim eo modo [n] persecutionem passi sunt pseudoprophetę ab † Helia, quomodo ipse Helias à rege [o] nequissimo: aut quia flagellatus est Dominus a persecutorib. propterea passionibus eius comparandi sunt, quos ipse de templo flagellatos eiecit. Restat ergo, ut nihil aliud requirendum esse fateamini; nisi vtrum iustè, an impiè vos separaueritis a communione orbis terrarum. Nam si hoc inuentum fuerit, quòd impiè feceritis; non miremini, si non desunt ministri Deo, per quos flagellemini, quia persecutionem patimini non

[Left margin: Psal. 100. | † al. persecutores. | 1 Cor. 5. | 1. Timot. 1. | Ioan. 2. | Psal. 68. | Math. 5. | † al. ordinatas. | 3. Reg. 18. & 19. | Adde ꝙ ... ec præpos... o, ab poni... r hic pro, ... st, sicut ... o. l. nemi... e, C. de de... . lib. 10.]

c ¶ Si.] Idest, an.

d ¶ Tradidit.] Sicut nos tradimus hæreticos principibus.

e ¶ Zelus.] Zelus hic potest poni ī bona vel mala significatione.

e ¶ Zelus.] Idest indignatio, quam habui erga eos pro domo tua: & quia dehonestabāt templū tuum. 1. q. 3. saluator. ver. pēsandum. Vel zelus, i. amor, quem habui ad templum, comedit me, i. fuit mihi causa in uidię propter quem occiderunt me.

f ¶ Traditorem.] i. tradentem. Ioan.

g ¶ Exemplis.] Multa habes exēpla ubi Christus fuit persecutus aliquos, ut supra ead. c. nimium, & cap. displicet.

h ¶ Ego autē.] Talis ē sensus huius litterę, heretici obijciebant Augustino, ꝙ ecclesia eos ꝑsequeretur contra præceptum Domini, q dixit: Nolite resistere malo, aut si fieri potest, &c. eandem auctoritatē retorquet Augustinus in eos: quia ipsi contra hoc faciebant, cum ipsi cædib. & fustibus resistebāt. Sed ad hoc ipsi respondebant: quia hoc faciebant sine offensione huius præcepti, defendendo se & sua. dicit ergo Augustinus, ꝙ multo magis ꝑ legitimas potestates possumus eos repellere de suis sedibus.

i ¶ Dico uobis.] Idest, in uos idem retorqueo.

k ¶ Malo.] Id est, ꝑ malum.

l ¶ Qđ audiuimus.] Vt ipsi dicunt.

m ¶ Potestates.] Vult ergo Augus. quod quia auctoritate iudicis expellit aliquem a possessione sua, quod iustè possideat, sic ff. de acqui. posses. iustè. ff. quod metus causa, l. 3.

n ¶ Eo modo.] Quia Helias iniustè, & illi iustè, s. ead. §. sed obijcitur.

o ¶ A rege.] Scilicet Achab.

[Right margin: Zelus dom⁹ tuæ comedit me qualiter exponitur. | Hæreticis resistendū est.]

a ¶ Sicut

à nobis: sed sicut scriptum est, [a] ab ipsis factis vestris. *Et in libro de unitate ecclesiæ, cap.* 17. De persecutione vestra querela sedabitur; si cogitetis, & intelligatis prius non omnem persecutionem esse culpabilem. Alioqui non laudabiliter diceretur: [Detrahentem secreto [b] proximo suo, hunc persequebar.] Nam quotidie videmus & filium de patre tanquam de persecutore suo conqueri, [c] & coniugem de marito, & seruum de domino, & colonum de possessore, & reum de iudice, & militem, vel prouincialem de duce, vel rege: cum illi plerumque ordinatissima potestate homines sibi subditos per terrores leuiorum † pœnarum a grauioribus malis prohibeant, atque compescant: plerumque autem a bona vita, & a bonis factis minando, & sæuiendo deterreant. Sed cum a malo, & illicito prohibent; correctores, & consultores sunt: cum autem a bono, & licito; persecutores, & oppressores sunt. Culpantur etiam, qui prohibent a malo: si modum peccati modus [d] coercitionis excedat.

Psal. 100.

† *al. lenium.*

Idem in epist. 48. *ad Vincentium.*

¶A regibus terræ contra inimicos suos auxilium petat ecclesia. C. XLI.

NOn inuenitur [e] exemplum in Euangelicis, & Apostolicis literis, aliquid petitum a regibus terræ pro ecclesia [f], & contra inimicos ecclesiæ. Quis negat non inueniri? Sed nondum implebatur illa prophetia; [Et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram: seruite Domino in timore.] Adhuc enim implebatur illud, quod in eodem psalmo paulo superius dicitur: [Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.] Verumtamen si facta præterita in propheticis libris figuræ fuerunt futurorũ; in rege illo, qui appellabatur Nabuchodonosor, [g] vtrumque tempus figuratum est, & quod sub Apostolis habuit; & quod nunc habet ecclesia. Temporibus itaque Apostolorum, & Martyrum illud implebatur, quod figuratum est quando rex memoratus pios, & iustos cogebat adorare simulachrum, & recusantes in flammas mittebat. Nunc autem illud impletur, quod paulo post in eodem rege figuratum est, cum conuersus ad honorandum Deum verum, decreuit in regno suo, vt quicumque blasphemaret Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, pœnis debitis subiaceret. Prius ergo tempus illius regis significabat priora tempora regum infidelium, quos patiebantur [h] Christiani pro impijs. Posterius vero tempus † eiusdem significabat tempora posteriorum regum iam fidelium, quos patiuntur impij pro Christianis. Sed planè in eis, qui sub nomine Christi erant seducti a peruersis; ne forte oues Christi sint errantes, & ad gregem aliter reuocandæ sint, temperata seueritas, & magis mansuetudo seruatur: vt coercitione exiliorum, atque damnorum tribulatione admoneantur cõsiderare, quid, & quare patiantur: & discant præponere rumoribus [i], & calumnijs hominum scripturas, quas legunt. Quis enim nostrum, quis vestrum non

Psal. 2.

Dan. 3.

† *al. illius.*

a ¶ Sicut scriptũ est.] In libro sapientiæ. 1
b ¶ Secreto.] Idest, in absentia.
c ¶ Cõqueri.] Secundum canones ergo filius potest cõqueri de patre, ut no. 2. q. 7. quæritur. 2
d ¶ Modus. Si enim prelatus excedit modum in corrigendo, deponi potest, vt 45. dist. cũ beatus. non tamen propter hoc dẽt petere veniam a subditis, quos correxit, ut 86. dist. quando. Io. de Fant.

NOn inuenitur.] CASVS. Vincentius quæsiuit ab August. ubi inueniatur exemplum, quod ecclesia petierit auxiliũ a Regibus terræ contra inimicos. Et rñdet August. quod nõ inuenit in Euangelio, nec ĩ Apostolo illud exẽplum. Inueniuntur tamẽ duo exempla Nabuchodonosor regis, in quibus vtrumque significatur, scilicet primitiuæ ecclesiæ, in qua iusti ab impijs cogebant ad malũ: & ecclesiæ, quæ nunc est, in qua hæretici coguntur à Christianis non ad mortem, sed ad exiliũ uel damnũ rerum tẽporalium.
e ¶ Non inuenitur.] Hæc sunt uerba hæreticorum.
f ¶ Pro ecclesia. Paulus tamen in sua psona 3 petijt, ut sup. quæstione 3. Maximianus.
g ¶ Nabuchodonosor.] Supra distin. 9. cap. 1.
h ¶ Patiebantur.] Tunc tẽporis persequebant impij Christianos, modo econuerso fit.
i ¶ Rumoribus.] Ar. quod propter rumores non

1 3. c. in fi.

2 Et not. s. si ecclesia. ibi uideas. Prelatus excedens modum in corrigendo deponi potest.

3 Al. persecutione.

non sit aliquis cogendus ad expurgationem, ut 11. qō. tertia, in cunctis. extra de eo qui cog. consang. uxo. suæ, super eo.
a ¶ Sacrificia.] C. de sacrifi. paga. l. 1.
b ¶ Potius.] idest, prius, & sic ponitur hæc dictio, potius.

uellet hæretici duo sibi obijciebant. Primo quia uera ecclesia, uel tractus h[illegible] no nullum persequi debet, sed potius pati persecutionem. Sed August. duob. exemplis ostendit, uno scilicet Saræ, per quam significatur ecclesia, & Prophetæ dicentis. Persequar inimicos meos, &c. quod ecclesia iuste persequitur hæreticos: hæretici uero iniuste persequunt ecclesiã. Secundo obijciebãt, quod Apostoli a regib. terræ contra inimicos nunquam auxiliũ petierant. Et respondet Aug. aliud tẽpus fuisse tunc, & aliud modo tunc. n. reges erãt infideles, hodie uero Christiani reperiãtur. Et ad hoc probandũ duas auctoritates Prophetæ inducit.

Sara persequebatur ancillam.

laudat leges ab Imperatorib. datas aduersus sacrificia [a] paganorum? Et certe longe ibi pœna seuerior constituta est. Illius quippe impietatis capitale supplicium est. De vobis autem corripiendis, atque coercendis habita ratio est, qua potius [b] admoneremini ab errore discedere, quam pro scelere puniremini.

Item eiusdem ad Bonifacium comitem, epist. 50.

¶ Malos ecclesia iustè persequitur. C. XLII.

Poly. l. 7. tit. 11. Ans. l. 13. c. 14. Gal. 4.

SI ecclesia [c] vera ipsa est, quæ persecutionem patitur, non quæ facit; quærãt ab Apostolo, quam ecclesiam significabat Sara, quando persecutionem faciebat ancillæ. Liberam quippe matrem nostram cęlestem Hierusalem, idest veram Dei ecclesiam, in illa muliere dicit fuisse figuratam, quæ affligebat ancillam. Si autem melius [d] discutiamus; magis illa persequebatur Sarã superbiẽdo, quàm illa Sara coercendo. Illa enim dominæ faciebat iniuriam; ista imponebat superbiæ disciplinam. Deinde quæro, si boni, & sancti nemini faciunt persecutionem, sed tantummodo patiuntur; cuius putant esse in psalmo vocem, vbi legitur: (Persequar inimicos meos, & comprehendam illos; & non conuertar, donec deficiant.) Ergo si verum dicere, vel agnoscere volumus: est persecutio iniusta, quam faciunt [e] impij ecclesiæ Christi, & est iusta persecutio, quam faciunt impijs ecclesiæ Christi. Ista itaque beata est, quæ persecutionem patitur propter iustitiam; illi vero miseri, qui persecutionem patiuntur pp iniustitiam. Proinde ista persequitur diligendo; illi sæuiendo: ista ut corrigat; illi vt euertant: ista vt reuocet ab errore; illi vt præcipitent in errorem. *& infra.* ¶ Quod autem dicunt, qui contra suas impietates leges iustas institui nolunt, non petijsse a regibus terræ Apostolos talia; non considerant aliud fuisse tunc tempus, & omnia suis temporibus [f] agi. Quis enim tunc in Christum crediderat Imperator? qui ei pro pietate contra impietatem leges ferendo seruiret? quando adhuc illud propheticum implebatur: (Quare fremuerũt gẽtes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerũt in unum aduersus Dñm & aduersus Christum eius.) Nondum autem agebatur quod paulo post in eodem psalmo dicitur: (Et nũc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terrã. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.) Quomodo ergo reges Domino seruiunt in timore; nisi ea, quæ contra iussa Domini fiunt, religiosa seueritate prohibẽdo, atque plectẽdo? Aliter enim seruit quia homo est, aliter quia etiã

Psal. 17.

Psal. 2.

c ¶ Si ecclesia.] Dicebant hæretici, quod ecclesia poti⁹ deberet pati persecutionẽ, q̃ facere? quod improbat Aug. exẽplo Saræ, quæ significat ecclesiam, quę persequebatur ancillam. Item probat auctoritate ista. Persequar inimicos, & cõprehendam illos, & ca. 2. dicit quandã persecutionem iustam, quandã iniustam.
d ¶ Melius.] Propriè dicitur persequi, q ad malum persequitur, ut inf. e. qō. 5. non uos, & ideo dicit. melius, idest, subtilius, uidetur tamẽ ex loco isto, quod dominus nõ possit facere iniuriam seruo suo: arg. um. sup. ead. qui peccat. in fi. æque enim punitur dominus interficiẽdo seruum suum, sicut liberũ hominem, ut 50. d. si qua fœmina. Et sic dico secundum canones, quod filius potest agere contra patrẽ, & econuerso, ut 2. q. 7. quæritur sic potest dici, quod seru⁹ potest agere contra dominum de iniuria sibi facta, si sine causa sæuiat in ipsũ dominus, uel si immoderate sæuiat, licet aliud sit secundum leges, C. de emend. seruo. l. unica. Nam & pater agit contra filium contumacem, ut C. de pat. potest. l. 2.

Filius cõtra patrẽ, & ecõuerso, agere potest.

Seruus põt agere contra dominum.

tius. extra de spon. requisiuit. bene enim puniuntur hæretici si non resipiscant, ut sup. ea. q. quando uult, in fi.

SI ecclesia.] CASVS. August. suadebat Bonifacio comiti, ut hæreticos persequeretur, quod cũ facere

e ¶ Faciunt.] Idest, facere debent.
f ¶ Temporibus.] Concordat tempora, & concordabis

scri-

Scripturas concordabis si tēpora cōcordes.

scripturas, vt 2.q.1.si peccauerit, & ex tempore, loco & psona debemus cōcordare canones, vt 29. d.c.1.2.& 3. q.1.cum per bellicam, 43. d.si rector. ff.de leg.1.si seruus plurium, in fi. Quæsi- si 35.q.3.ꝙ scripsi.

a ¶ Quia homo.] Et no. ꝙ aliud facit qs in eo ꝙ rex, & aliud facit in eo ꝙ homo. sic s. ea. duo ista sic extra de elect. quod sicut. in fi. 1 ff. qđ cuiusc. vniuers. l. item ff. qñ. app. sit. l. 1. Io.

1 §. præterea & c. cũ inter vniuersas in fi. vbi de hoc & est si. 16. q.1. superiori. iuxta fin.

QVis nō potest.] CASVS. Hæretici dicebāt, ꝙ ecclesia nō debet cogere eos ad fidem, quia liberum est eis credere, nec Christus alicui vim intulit, nec aliquē ad fidem coegit. Aug. vero docet, ꝙ ecclesia eos recte, & licite potest ad fidem cogere, exēplo Christi, qui Paulum cæcatum, & inuitũ ad fidem perduxit.

b ¶ Si pęna.] Q.d. si non præcessisset pęna, non esset opus liberatione.

c ¶ Cogētem.] istud quod de Paulo dicit, sola diuina voluntate factum fuit. nam nullus cogitur recipere fidem, sed receptam cogitur retinere, ut 45. dist. de Iudæis. 32.q.1. integritas H.

QVid crudele.] CASVS. Faustus hæreticus dicebat, quòd Moyses crudelis fuit occidendo eos, qui vitulum cōflatilem adorauerũt in deserto. Sed Aug. ostendit, quòd hoc non fecit ex crudelitate, sed potius ex magna dilectione ĩ paucis vindicauit, & disciplinam in posterum sanxit, quòd patet per verba eiusdem Moysi, si dimittis illis, &c. Similiter, & Paulus non crudeliter, sed amicabiliter Corinthiũ tradidit satanæ, ut spiritus eius saluus fieret.

d ¶ Quid crudele.] ꝓbat exēplo Moysi ecclesiā nō esse crudelē, si hæreticos ad se venire cōpellat.

e ¶ In verbis.] Arg. ex antecedentib. probari sequentia. sic s. 28. dist. peruenit 34.

& rex est. Quia homo [a] est; ei seruit viuendo fideliter. Quia vero etiam rex est; seruit leges iusta præcipientes, & contraria prohibentes conuenienti vigore sanciendo.

α ¶ Et est iusta.] *Addita sunt hæc vsque ad ver.* Ista itaque. *& multa alia ex ipso originali emendata.*

Idem in eadem epistola.

¶ Exemplo Christi, mali cogendi sunt ad bonum. C. XLIII.

QVis nos potest amplius amare, quàm Christus, qui animam suam posuit pro ouibus suis? Et tamen, cũ Petrum, & alios Apostolos solo verbo vocasset; Paulum, prius Saulum, ecclesiæ suę postea magnum ędificatorē, sed horrendum antea vastatorem, non solum voce compescuit, verumetiam potestate prostrauit, atq; in infidelitatis tenebris sæuientem, ad desiderandum lumen cordis, vt surgeret, prius corporis cæcitate percussit. Si pœna [b] illa non esset; non ab ea postmodum sanaretur, & qñ apertis oculis nihil videbat, si eos saluos haberet, nō ad impositionem manus Ananiæ, vt eorum aperiretur obtutus, tanquam squamas, quibus clausus fuerat, inde cecidisse scriptura narraret. Vbi est, quod isti clamare cōsueuerunt, liberum est credere, vel non credere: cui vim Christus intulit? quem cogit? Ecce habent Paulum Apostolum: agnoscant in eo prius cogentem [c] Christum, & postea docentem: prius ferientem, & postea consolantem. Mirum est autem, quomodo ille, qui pęna corporis ad Euangelium coactus intrauit, plus illis oĩbus, qui solo verbo vocati sunt, in Euangelio laborauit, & quē maior timor compulit ad charitatem, eius perfecta charitas foras misit timorem. Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios, vt redirent; si perditi β filij coegerunt alios, vt perirent?

Poly. ibidem. Ansf. l. 13. c. 16. Ioan. 10. Matth. 4. Act. 9.

inf. ea. q. 6. schismatici.

1. Cor. 15.

1. Ioan. 4.

β ¶ Si perditi.] *Hæc vsque in finem sunt addita ex originali, & alia emendata.*

Item contra Faustum, lib. 22. c. 79.

¶ Non crudelitate, sed dilectione Moyses populum flagellauit. C. XLIIII.

Beda 1. Cor. 5.

QVid crudele [d] Moyses aut mandauit, aut fecit; cum commissum sibi populum sancte zelans, & uni uero Deo subditum cupiens, posteaquam cognouit ad fabricandum, & colendum idolum defluxisse, mentemq; impudicam prostituisse dęmonib. in paucos eorum vindicās gladio, quos Deus ipse, quē offenderant, alto, & secreto iudicio feriēdos voluisset, mox feriri, & in pręsenti salubriter terruit, & disciplinā in posterum sanxit? Nam eum nulla crudelitate, sed magna dilectione fecisse ꝙ fecit, quis nō in verbis [e] eius agnoscat orātis pro peccato eorũ & dicentis, (Si dimittis illis peccatum, dimitte: sin aũt, dele me de libro tuo:) *& infra.* ¶ Sic plane, & Apostolus non crudeliter, sed amabiliter tradidit hoīem satanæ in interitum carnis, ut spiritus eius saluus fit in die Dñi Iesu: tradidit, & alios, ut discerent nō blasphemare.

Poly. ibidem. Ansf. l. 13. c. 1. Exo. 32.

1. Cor. 5. 1. Timoth. 1.

Quæsitum.] CASVS. Quæsitum fuit ab Innocentio, vtrum illi, qui post baptismum sæua officia exercuerunt, vel decapitando latrones, uel capitalem sententiã proferendo peccauerunt hoc faciendo. Et respondet q nõ: quia a Deo huiusmodi potestates sunt concessæ: & non peccant, si amore iustitiæ faciunt, ut sup. ead. q. 5. si homicidium.
f ¶ Vindicem.] Idest, iudicem.
g ¶ Auctore.] Sic 26. d. deinde si. 14. q. 5. dixit.
h ¶ Aut disciplinam.] Quod faceremus, si eos diceremus peccare.

Item Innocentius Papa, epist. 3. ad Exuperium episcopum Tholosanum, cap. 3.

¶ Non imputatur fidelibus, qui ex officio aut tormenta exercent, aut capitalem sententiam ferunt.

C. XLV.

Rabanus pœni. c. 6. Burch. l. 6. c. 44. Iuo p. 10. c. 94. — al. sæua.

QVæsitum est [a] etiam super his, qui post baptismum administrauerunt, & aut torméta [b] sola † exercuerunt, [c] aut etiam capitalẽ protulere [d] sententiã. Nihil [e] de his legimus a maioribus diffinitum. Meminerant. n. a Deo potestates has fuisse concessas, & propter vindictã noxiorum, gladium fuisse permissum, & Dei esse ministrum [α] vindicem [f] in huiusmodi datum. (Rom. 13.) Quomodo igitur reprehenderent factum, quod auctore [g] Deo viderẽt esse concessum? De his ergo, vt hactenus seruatũ est, sic habeamus; ne aut disciplinã [h] euertere, aut contra auctoritatem Domini venire videamur. Ipsis autem in reddenda ratione, gesta sua omnia seruabuntur.

α ¶ Ministrum.] *Sic emendatũ est ex originali, & Iuone. Antea legebatur,* & Dei ministerio esse datum in huiusmodi uindices. *Glossa autem optime etiam conuenit voci,* uindicem.

Idem in eadem epistola, c. 5.

¶ Immunis est dictator a culpa, cum legum auctoritas in improbos exercetur.

C. XLVI.

Iuo p. 10. c. 94.

ILlud etiam sciscitari voluisti, an preces dictantib. [i] liberũ concedatur vtiq; post baptismi regeneratioẽ a principibus poscere [k] mortẽ alicuius, vel sanguinem de reatu. Quam rem principes nunquam sine cognitione concedunt: sed ad iudices [l] commissa ipsa, vel crimina semper remittunt, vt causa cognita vindicentur: [β] quæ cum quæsitori fuerint delegata, aut absolutio, aut damnatio pro negotij qualitate profertur. Et dum legũ auctoritas in improbos exercetur, erit dictator immunis.

β ¶ Vindicẽtur.] *Emendatũ est ex originali. Antea legebatur,* vindicẽt, qui cũ quæsituri fuerint delegata, &c.

Item Gregorius Brunichildæ reginæ Francorum, lib 7. indict. 1. epist. 5.

¶ In correctione malorum Deus omnipotens placatur.

C. XLVII.

Ans. l. 13. c. 24.

SI quos igit violentos, si quos adulteros, si quos fures, vel alijs prauis actib. studere cognoscitis: Deum de eorũ [α] correctione placare festinate: ut per vos [β] flagel-

ILlud etiam.] CASVS. Archiepiscopus Toletanus quæsiuit ab Innocentio utrum peccent officiales, q post baptisma decapitant criminosos. Et respondet, q principes sine causa mortẽ non infligunt: imò consueuerunt committere iudicib. criminosos iudicando: quos si iudices condẽnauerint, erit officialis immunis ipsos iterficiẽdo. [Vel dictãtes preces.] intelligas tabellionis qui sententiam dictant: vel porrigunt preces accusatorum principi de morte alicuius.
i ¶ Dictantib.] Extra ne cle. uel mon. sententiam.
i ¶ Dictantibus.] .i. assessoribus: quorũ officium cõsistit in libellis dictãdis, ut ff. de off. assess. l. 1. de hoc. n. dubitabatur, an assessor eẽt reus, qui daret cõsilia de morte alicuius uel loquatur de executoribus: uel de notarijs. (Assessoris officium.)
k ¶ Poscere.] .i. de morte postulata cõsilium dare 1.
l ¶ Sed ad iudices.] Hic habes, q gladij potestas delegatur: quod est cõtra id ff. de off. procõ. solẽt. secundum leges nõ potest iudex delegare causam criminalẽ, ff. nõ possit adesse, ut ff. de offi. eius cui man. est iuri. l. 1. secundũ canones secus, ut hic, & 2. q. 6. 7. sicut 2 & extra de offic deleg. venerabili princeps tamen passim potest delegare causam criminalem, ut ff. de test. l. 3. §. idem diuus.

1 Vel dic posscere. i. a pricipib postulatam infligere, sic itelligas hoc c. de iudicibus fin. Laur. Vel dic, poscere. i. deferre, uel denũciare aliquẽ uerũ criminis capitalis quia eis licitũ est, C. de accus. l. ead. quidem. Sed hic non quæritur an licitu, sed an irregularitatis & dr q non, ut in præced. cap.

& propter uindictam malorum gladius est permissus a Deo. Super his. Idest de his. Disciplinam. Idest, exilium, vel correctionem.
a ¶ Quæsitum est.] Vtrum peccent, &c.
b ¶ Aut tormenta.] De talibus autem an possint promoueri, habes 51. d. in summa.
c ¶ Exercuerunt.] Executores.
d ¶ Protulere.] Vt iudices.
e ¶ Nihil.] Idest, non hoc quòd peccent, quia reuera

SI quos.] CASVS. In Francia erant multi fures, adulteri, & raptores: quare Grego. mandat Brunichildæ reginæ Francorum, ut eorum uiolentiam, & malitiam refrænet ne Deus inducat flagellum gentium perfidarum, quod ad uindictam multarum nationum est excitatum: ut quos præcepta Dei non reuocant, nec se emẽdant, interimat pestis belli.

lum [a] perfidarum gentium (quod quantum videmus, ad multarum nationum vindictam excitatum est) non inducat: ne si quod non credimus, diuinæ vltionis iracundia sceleratorum fuerit actione commota; belli pestis interimat, quos delinquentes ad rectitudinis viam Dei præcepta non reuocant.

α ¶ De eorum.] *Sic restitutum est ex varijs codicibus epistolarum B. Gregorij. Antea erat*, Deorum.

β ¶ Per vos.] *In originali est*, super vos, *sed ob glossam in uer. flagellum non est mutatum.*

Idem Gennadio patritio, & Exarcho Africæ, lib. 1. epistol. 72.

¶ Ecclesiasticæ religionis inimici etiam bellis sunt coercendi. C. XLVIII.

SIcut excellentiam vestram hostilib. bellis in hac vita Dominus victoriarum fecit luce fulgere, ita oportet etiam inimicis ecclesiæ eius omni viuacitate mentis, & corporis obuiare: quatenus eius ex vtroque triumpho magis ac magis enitescat opinio: & cum forensibus bellis, aduersarijs catholicę ecclesiæ pro Christiano populo vehementer obsistitis, & ecclesiastica prælia sicut bellatores Domini fortiter dimicatis. Notum est. n. hæreticæ religionis viros, si eis, quod absit suppetit, nocendi licentia, contra catholicam fidem vehementer insurgere: quatenus hæreseos sua venena ad tabefacienda, si valuerint, Christiani corporis membra trãsfundant. Cognouimus enim eos cõtra Catholicam Ecclesiam, Domino eis aduersante, colla subrigere, & fidem velle Christiani nominis inclinare: sed eminentia vestra conatus eorum comprimat, & superbas eorum ceruices iugo rectitudinis pręmat. Concilium vero catholicorum episcoporũ admoneri pręcipite, vt Primatem non ex ordine [b] loci, postpositis vitę meritis faciat: quoniam apud Deũ non gradus elegantior, sed vitę melioris actio comprobatur. Ipse vero Primas nõ passim (sicut moris est) p villas, sed in vna, iuxta eorum electionem, ciuitate resideat: quatenus adeptę dignitatis meliori ingenio resistendi Donatistis possibilitas disponatur. Ex concilio uero Numidię si qui desiderauerint ad Apostolicam sedem venire, permittite; & si, quilibet eorum vię contradicere uoluerit; † obuiate. Magis profecto excellẽtię uestrę apud creatorem gloria proficit, si per eam dispersarum ecclesiarum potuerit societas restaurari. Cum enim largita munera ad nominis sui gloriam conspicit reuocari; tanto largiora [c] tribuit, quanto per eum religionis suę dignitatem viderit ampliari. Persoluentes pręterea paternę charitatis affectum, Dominum petimus, quòd † brachium vestrum ad comprimendos hostes forte efficiat, & mentem vestram fidei [zelo † velut mucrone gladij vibrantis exacuat.

Ansl. l. 13. c. 29.

1. Re. 18.

† al. putauerit.

† al. Magna.

† al. quo.

† Abest ab ori.

Idem ad eundem, lib. 1. epist. 73.

¶ Merito fidei, bellorum paratur victoria. C. XLIX.

SI nõ ex fidei merito, & Christianę religionis gratia, tãta excellentię vestrę bellicorum actuum prosperi-

Burc. l. 15. c. 18. Ansl. l. 13. c. 30. Iuo p. 16. c. 19.

a. ¶ Flagellũ.] Arg. q propter [illegible] tiam pastoris vel ẽt propter pecca aliquorũ mittit Deus flagellũ, ut 7. q. 1. sci [illegible].

SIcut excellẽtiã.] CASVS. Hoc diuidit in tres partes. In prima par. rogat Greg. Gennadium Patritiũ, vt sicut hactenus pugnauit cõtra hostes, ita & nũc pugnet contra hæreticos, qui contra catholicam ecclesiam colla subrigere uolunt. In secunda parte rogat, vt concilium episcoporum faciat cõgregari, quatenus primatem eligant: qui non dẽt eligi ex loci dignitate, eo qđ in maiori dignitate cõstit: sed qui maiorib. meritis adiuuatur, qui non per uillas, sicut moris est, sed ĩ una ciuitate resideat, ut Donatistis fortius resistere ualeat. In 3. par. rogat, vt si aliq epi de Numidia velĩt Romã venire, pmittat eos venire, & obuiet uolentib. contradicere ipsis. Secunda pars incipit ibi, [Conciliũ.] Tertia ibi, [Ex cõcilio uero. Quatenus eius.] scilicet excellentiæ.

b ¶ Nõ ex ordine.] Nec est considerandum, quis maior sit in loco uel ordine: sed quis sit iustior, ut 40. d. non loca & c. multi. in fi. arg. cõtra 40. d. c. vlt. & penult. Ioan. 1.

γ Et sup. 2. q. 7. iudices. & 56. dist. si gens Arch.

c ¶ Largiora.] Sic 16. q. 1. reuertimini. Io.

SI nõ ex. CASVS. Greg. de ducib. in hoc ca. commendat Gennadiũ Patritiũ. Primo cõmendat eũ ex eo q victorias suas faciebat non p corporalẽ prouidentiã, sed magis orationib. præuenientib⁹: qđ in alijs ducibus non contingit. & q facit non causa fundẽdi sanguinis, sed potius causa reipublicæ dilatandæ. i. ecclesiæ. Secũdo cõmendat eum, eo q quæ-

quædam patrimonia beati Petri nudata cultoribus, Dacorum habitatoribus restauraflet. [Opinio.] Ideſt, fama: quæ opinio loquitur: [Bella nos,] &c. & litera ſic ordinata non errabis.

a ¶ Non ſummopere miranda.] q. d. hoc eſt mirandum, quòd victoriam ſolis orationibus obtineatis.

ADDITIO. Ad idem 61. diſt. miramur. ſed quod hic dicit poſtpoſitis meritis, ſoluit cõtrariũ [illegible] ad fidem, &c. ff. de tu. & cu. [illegible] is. l. fore, §. vn. Vel ibi dicit de dignitate ordinum: hic de celſitudine ſedium, ſeu locorũ, ſecundum Ioan.

b ¶ Largitis.] Ideſt, ibi poſitis.

c ¶ Suſtinetis.] Ideſt, expectatis Ioa.

BREVITER. Hæc eſt 8. pars q. in qua probatur p quatuor auctoritates, q vindicta debet fieri: q magis diligitur qui punitur, quàm qui peccat, & non punitur & eſt hic incidens q. Ioan. de Fan.

CASVS. Concludit G. ex ſupradictis, q boni iuſte malos perſequuntur: & non e conuerſo. Poſtea reſpondet auctoritate Pauli, quam habuimus ſup. ead. quæſt. j. §. dicens eam eſſe intelligendam de occultis delictis, & dicit monſtratum eſſe ſu. q vindicta poſſit inferri. Nunc uero oſtendit, q uindicta debet inferri: & ad vtrumq; probandum inducit capitula ſequentia.

a ¶ Non . . . tas eueniret, nõ ſummopere miranda [a] fuerat: cum ſciamus, hæc etiam antiquis bellorum ducibus fuiſſe cõceſſa. Sed cum futuras, Deo largiente, victorias non carnali prouidentia; ſed magis orationibus præuenitis, fit, ut hoc in ſtuporem veniat, quod gloria veſtra non terrenõ conſilio, ſed Deo deſuper largiente deſcendat. Vbi enim meritorum veſtrorum loquax non diſcurrit opinio? quę & bella vos frequenter appetere non deſiderio fundẽdi ſanguinis, ſed dilatandæ cauſa reip. in qua Deum coli conſpicimus, loquitur: quatenus Chriſti nomen per ſubditas gentes fidei prædicatione circumquaq; diſcurrat. Sicut enim exteriora vos virtutum opera eminentes in hac vita conſtituunt: ita & interna morum ornamenta ex corde mundo procedentia in futuram α vitam cœleſtium gaudiorum participatione glorificant. Plurima enim pro paſcendis ouibus beati Petri Apoſtolorum principis excellentiam veſtram pręſtitiſſe dicimus: ita vt non parua loca patrimonij eius proprijs nudata cultoribus, largitis [b] Dacorum β habitationibus reſtaurauerit. Quicumque igitur hic illi Chriſtianiſſima † mente confertis; horum retributionem per ſpem in futuro iudicio ſuſtinetis [c].

† al. Chriſtiana.

α ¶ Futuram.] *In duobus codicibus epiſtolarum legitur,* in futurorum gaudiorũ participatione. *in vno vere manuſcripto,* in futura cæleſtium gaudiorum participatione. *In codice tamen Vaticano legitur quemadmodum apud Gratianum.*

β Dacorum.] *In libris epiſtolarum impreſſis, & duobus manuſcr. legitur.* datitiorũ. *In aliquot vero antiqs Gratiani exemplaribus eſt.* Dacorũ vel aliorũ habitationib.

Rom. 14.

8 *Breuiter monſtratum eſt, quòd boni laudabiliter perſequuntur malos, & mali damnabiliter perſequuntur bonos. Illud autem Apoſtoli: [Tu autem quis es, qui iudicas alienum ſeruum?] de alieni cordis occultis intelligendum eſt. Quòd vindicta inferri poſſit, monſtratũ eſt. Nunc reſtat oſtendere, quòd debet inferri: & quod magis diliguntur illi, qui puniuntur, quam qui impuniti relinquũtur: qđ vtrumq; multorũ auctoritate probatur. Ait enim Auguſtinus.*

¶ Ad iram Deus prouocatur, cum mala puniri differuntur. C. I.

Ioſue 22.
† al. Achan.

SI ea γ, de quibus vehementer Deus offenditur, inſequi, vel vlciſci differimus [d], ad iraſcendum vtique diuinitatis patientiam prouocamus. [Nonne Achor † [e] filius [f] Zaræ præterijt mandatum Domini, & ſuper omnẽ populum Iſrael ira eius incubuit? Et ille erat vnus homo, atque vtinam ſolus [g] perijſſet in ſcelere ſuo.

γ ¶ Si ea.] *Vſque ad ver.* prouocamus *ſunt in regeſto B. Gregorij lib. 2. indictione 11. epiſt. 27. ſcripta. Martino † abbati, & Benenato Notario. Reliqua vero non ibi leguntur, ſed ſunt verba ſacræ ſcripturæ 22. Ioſue.*

† al. Mariniano.

SI ea de quibus.] CASVS. Oſtendit hic Augſt. quod non debemus eſſe negligentes ad vindicandum: quia occaſione & peccato unius iraſcitur Deus uniuerſo populo, quod probat exemplo Achor.

d ¶ Differimus.] ſu. e. ſi is qui ſ. 27. d. q ſunt culpæ.

e ¶ Nonne Achor.] ſupra 1. q. 4. §. item peccato Achor.

f ¶ Filius.] ideſt, nepos.

g ¶ Solus.] Negatiue exponitur, ideſt, vtinam non perijſſent plures [illegible] iudices 1 arg. tamen contra. quia videtur, q potius [illegible] nocen[illegible] punire [illegible]

1 Et 26. q. 5. epiſcopi.

Item Augustinus de sermone Domini in monte, lib.1. c.37.& 38.

¶Vindicta, quæ ad correctionem valet, non est prohibenda. C. LI.

EA vindicta α, quæ valet ad correctionem, non prohibetur. Quę etiam ad misericordiã pertinet, nec impedit illud propositũ, quo quisq; paratus est ab eo, quẽ correctum esse vult, plura perferre: sed huic vindictę referendæ non est idoneus [a], nisi qui odiũ, quo flagrare solent, qui se vindicare desiderãt, dilectionis magnitudine superauerit. Non enim metuẽdum est, ne odisse paruulũ filium parentes videantur, cum ab eis vapulat [b] peccãs, ne peccet vlterius. Et certè perfectio dilectionis, ipsius Dei patris imitatione nobis proponitur, cum in sequẽtibus dicitur: [Diligite inimicos vestros, bene facite his, q̃ oderunt vos, & orate pro eis, qui vos persequuntur.] Et tñ de ipso dr̃ per Prophetam: [Quem enim diligit Dominus, corripit: flagellat aũt omnem filium, quem recipit.] Dicit etiam Dñs: [Seruus β, qui nescit voluntatem domini sui, & facit digna plagis, vapulabit paucis [c]; seruus autem, qui scit voluntatem dñi sui, & facit digna plagis, vapulabit multis.] Nõ ergo q̃rĩ, nisi ut & ille uindicet, cui rerum ordine potestas data est, & ea voluntate vindicet, qua pater γ paruulũ filiũ flagellat, quem per ætatem odisse [d] nondũ põt. Hinc enim aptissimum † exemplum datr̃, quo satis apparet posse peccatũ amore potius vindicari, quàm impunitũ relinqui, vt illum, in quem † vindicat, non pœna miserum, sed correctione beatum velit: paratus [e] tñ, si opus est, æquo animo plura tolerare ab eo illata, quem vult esse correctum, siue in eum habeat potestatem coercendi, siue non habeat. ¶Magni aũt, & sancti viri, quamquam † optimè scirent, mortem istã, quæ animam dissoluit a corpore, formidandã non esse, ẽm eorũ tamen animum, qui illam timerent [f]; nonnulla peccata morte punierunt: quo & viuentibus vtilis metus incuteretur: & illis, qui morte puniebantur, non ipsa mors noceret, sed peccatum, quod augeri posset, si viuerẽt, [diminueretur † [g]. Nõ temere illi iudicabant, quibus tale iudicium donauerat Deus. Inde est, ꝙ Helias morte multos affecit & propria manu, & igne diuinitus impetrato: cum † & alij multi, & magni viri eodem spiritu cõsulendo rebus humanis nõ temere fecerint †. De quo Helia cũ exemplum dedissent discipuli Domino cõmemorantes, quid ab eo factum sit, vt etiam ipsis daret ptãtem petendi de cœlo ignem ad consumendos eos, qui sibi hospitium non præbuerant †; reprehendit in eis Dominus nõ exemplum prophetæ sancti, sed ignorantiam vindicãdi, quæ adhuc erat in rudibus: animaduertens eos, nõ amore correctionem, sed odio [h] desiderare vindictam. Itaque postquam eos docuit, quid esset diligere proximum tanquam seipsum, infuso etiam Spiritu sancto, quem decem diebus completis post ascensionem [i] suã desuper, vt promiserat, misit, non defuerunt tales vindictæ; quam

Ans.l.13.c.2. Iuo p.10.c.60. — Matt.5. — Prouer.3. — Luc.12. — † al. apertissimum. — † al. quem. — c.38. — † al. qui iam. — † abest ab or. — 3.Reg.18.& 4.8. — † al. quod. — † al. fecerunt. — Luc.9. — † al. præberent. — Matth.22. Act.2.

EA vindicta.] CASVS. Ostendit August. in hoc c. ꝙ prælati, vel iudices malos punire debent animo corrigendi, & ex dilectione: & hoc probat quinq; exemplis, scilicet patris & Christi, & quorundã sanctorum vet. test. & Helię, & Petri: sed non debẽt vlciscẽdi animo punire: sicut volebant facere discipuli Christi, cũ desiderabant ignem cęlestẽ mittere super Samaritanos: sed propter hoc fuerunt a dño reprehensi. Exẽplum est de Petro in fine capituli. Vbi autem alia exempla incipiant, p te videbis.

a ¶Idoneus.] Arg. ꝙ nullus potest esse iudex nisi habeat charitatem, & mansuetudinem. 45. dist. disciplina.

b ¶Vapulat.] sup. 5. q. 5. non omnis.

c ¶Paucis.] Quædã enim ignorantia ꝑ parte excusat, ꝑ parte non, vt 30. q. 1. de his. supra dist. 8. consuetudo.

d ¶Odisse.] Cũ puer non potest odio haberi, non potest ut ingratus exhæredari, ut C. de inoff. testa. si quis in suo.

e ¶Paratus.] sup. ea. q. 1. paratus.

f ¶Timerent.] Ergo quæ pœna magis timetur, illa est magis infligẽda. siue sit pecuniaria, siue corporalis, ut 16. q. 6. cognouimus. & c. de lapsis. & inf. ea. q. 5. prodest. & expresse dicitur ext. vt lit. nõ cõtest. quoniam frequenter, in fi.

g ¶Diminueretur.] Quosdam. n. Deus rapit de medio, ne malitia mutet ĩtellectũ eorum, vt ĩ. de pœ. dist. 2. §. verum hoc.

h ¶Sed odio.] ſ. e. q. c. qđ Christus cõtra.

i ¶Post ascensionẽ.] Illud, post, potius includit diem ascẽsionis, quàm excludit. nam alias nõ essent decem dies, nisi dies ascensionis computetur. 76. dist. scire.

Quis

nis multo rarius, quàm in veteri testamento: Ibi enim ex maiori parte seruientes timore premebantur: hic autem maxima dilectione liberi nutriebantur. Nã, & verbis Apostoli Petri Ananias, & vxor eius (sicut in actib. Apostolorum legimus) exanimes ceciderunt, nec resuscitati sunt, sed sepulti.

Act. 5.

α ¶ Ea vindicta.] *Apud B. Augustinum, & Anselmũ sic legitur.* Neque hic ea vindicta prohibetur, quæ ad correctionem valeat etiam. Ipsa enim pertinet misericordiam, nec impedit; &c.

¶ Seruus.] *Totus hic locus restitutus est ex Euangelio, & B. Augustino, multaque alia emendata.*

γ ¶ Qua pater.] *In originali legitur*, qua pater in paruulum filium, quem &c

Item Augustinus contra Cresconium Grammaticum, lib. 3. c. 51.

¶ Quæ veritati contraria sunt, Christiani persequi debent. C. LII.

Iuo p. 10. c. 61. Pann. l. 8. c. 15.

QVisquis [a] Christianũ α (inquis) persequitur; Christi est inimicus. [b] Verum dicis, si non β hoc in illo persequitur, quod Christo est inimicum. Neq; enim Dominus in seruo, pater in filio, maritus in coniuge; cum sint vtrique Christiani non debent persequi vitia Christianę contraria veritati. An vero, si non persequantur, non rei negligentię merito tenebuntur?

α ¶ Christianum.] *Antea legebatur.* Quisquis Christianus iniquum non persequitur. *Emendatum est ex originali. Sunt enim uerba Cresconij, quod etiam auctor glossæ animaduertit.*

β ¶ Si non.] *Apud B. Augustinum est,* sed hoc in illo. *Verum Iuo, & Pannormia cum Gratiano concordat.*

Item Augustinus ad Macedonium, epist. 52.

¶ Quemadmodum homo debet diligere proximum sicut seipsum. C. LIII.

Iuo p. 10. c. 62. Pann. l. 8. c. 16.

DEbet homo diligere proximum tanquam seipsum: vt quem potuerit hominem, [c] vel beneficẽtiæ cõsolatione, vel informatione doctrinę, uel disciplinę, coercitione adducat ad colendum Deum.

Item Augustinus ad Donatum presbyterum, epistola 204.

¶ De eodem. C. LIIII.

MAli sunt prohibendi a malo, & cogendi ad bonum.

¶ *De hac re copiosa disputat B. Augustinus in c. displicet. sup. eadem. Hic vero summa illius disputationis paucis verbis collecta est.*

Ex his omnibus colligitur, quod uindicta est inferenda non amore ipsius uindictæ, sed zelo iustitiæ; non ut odium exerceatur, sed ut prauitas corrigatur. Sed cum uindicta aliquando inferatur damnis rerum, aliquando flagellis, aliquando etiam morte; quæritur, an sit peccatum iudici, uel ministro reos morti tradere.

QVisquis.] CASVS. Cresconius Grammaticus dicebat, quod inimicus Dei erat, qui Christianũ persequebatur. Sed Aug. respondet, hoc est: uerum si ex odio persequebat: sed si persequebatur ex charitate vitia quæ sunt in Christiano, Dei est amicus, quod probat tribus exemplis, s. domini & patris, & mariti. Et not. quod a principio c. vsque ibi, Verũ] sunt uerba Cresconij: postea uero sequunt uerba August. quæ interrogatiue leguntur. Seq. c. patet.

a ¶ Quisquis.] verba Cresconij.

b ¶ Inimicus.] Sup. 86. d. odio. sup. ead. q. d. 10 ista.

c DEbet.] ¶ Hominẽ.] Arg. quod cum pecunia possumus aliquos allicere ad fidem, ut s. ea. q. 7. quod autem. & s. 45. dist. qui sincera. sub tali enim cõditione possum⁹ aliquã ducere in uxorem, ut fiat Christiana, 28. quæst. 1. caue, & c. nõ oportet. & possum⁹ eos grauioribus pensionibus onerare ut conuertantur, inf. ead. quæst. 6. iam uero. quod satis admitti potest. & sic in talibus spiritualibus licite fit pactio, ubi agitur de cõuersione alicuius ad fidẽ. & sic non obstat. 1. quæst. 2. quam pio. Ioan.

Pactio quãq. licite sit in spiritualib.

MAli.] EX HIS OMNIBVS. CASVS. Concludit Grat. ex supradictis quod vindicta est inferenda zelo iustitiæ, & non amore vindictæ, scilicet nõ ut odium exerceatur, sed ut prauitas corrigatur. Cũ uindicta quandoque inferatur damnis rerum, quandoque flagellis, & quandoq; ipsa morte, quæritur, an peccet iudex, uel minister reos occidendo.



Vod autem.] Hæc q. diuiditur in 7. partes. In prima intendit probare p 6. auctoritates, q ecclesia debet pro eis intercedere. Secunda ibi, [Hinc apparet.] Tertia ibi, [Seipsi m. Quarta ibi, M.l.s. Quinta ibi, ipsis autem. Sexta ibi [Præterea. Septima ibi. Non solū. Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur quinta qō. qua quæritur an peccet iudex, uel minister occidendo reos? Et respondet, q non, vt i. e. miles. & cap. cū magister. dummodo faciat hoc amore iustitiæ, ut sup. q. pro. ea uindicta. & quandoq; qui non est iudex, sine peccato potest aliū occidere. s. si se defendendo occidat, ut i. ea. c. cum homo. & sup. 50. d. quia te obnoxium. Similiter publicum latronē, uel nocturnum depopulatorē agrorum potest occidere, ut C. quādo liceat unicuique sine iudice seu uindicare, lege vna. Et procedit hic ordine Gratian. Primo probat q mali nō sunt interficiendi, usque ad §. [Hic apparet. Exinde probat, quod possunt interfici usq; ad §. [Si ergo.] & tādem dat solutionem.

a ¶ Quòd autem.] Nulli licet occidere nisi habeat potestatem gladij, nec tunc licet, nisi cū hoc faciat amore iustitiæ, ut su. q. prox. ea uindicta. & inf. ea. c. miles. Itē si spes est correctionis, non debet occidere. sed si non est spes correctionis, potest occidere, vel reddere eum inutilem ad male faciendum, vt inf. q. proxim. est iniuste. inf. eo. ca. rex debet. si autem paratus sit corrigi: nec occidi debet, nec debilitari in membris, vt hic, & inf. ea. c. 1. 2. & 3. & hæc vera sunt, quòd iudex solus potest occidere, nisi sint aliqui nocturni depopulatores agrorum, vel sint latrones in publicis stratis quos quilibet potest occidere, vt C. quando liceat vnicuiq; sine iud. seipsum vind. l. 1. & supra ead. q. 3. fortitudo. vel nisi defendendo se occidat aliquem. extra de homic. c. 1. circa fin. inf. ea. c. cum homo. Hug.

Occidere an sit alicui permissum.

Circumcelliones.] CASVS: Quidam hæretici Donatistæ interfecerunt quendam presbyterum catholicum nomine Restitutum. quendam vero alium presbyterum. s. Innocentium verberantes eius effoderunt oculum, & digitum preciderunt, propter quæ scelera cum ducti fuissent ad comitē Marcellianum, verberib. fustigati, rei veritatē sunt cōfessi. Sed quia Aug. timebat ne propter talia scelera interficerentur, ideo rogat prefatū comitē, ut eos non interficiat, licet posset hoc sub dissimulatione transire: cum non fuerunt a clericis accusati, sed a notarijs quorum interest, præsentati. unde rogat rem, ut in monasterium detrudantur, uel alicui tali deputentur operi, ut eorum audacia refrænetur, & mala quæ fecerunt, salutifere valeant emendare.

b ¶ Restitutum.] Proprium nomen.

c ¶ Confessos.] Coram laico. & sic est contra, extra de iud. at si clerici. in fi. sed isti propter hæresim sunt facti de foro eius.

d ¶ Solicitudo.] Qui eos accusauerat [1]. licet non ex nomine, vnde timuit, quod esset reus mortis ipsorum, ut inf. ea. c. vnum in fi.

e ¶ Nec facias. Argum. quòd in criminalibus potest iudex pœnam temperare, argum. contra. 2. quæst. 3. §. notandum.

f ¶ Interitu.] Argu. quòd iudex sæcularis potest corrigere clericos incorrigibiles, ut i. c. si audierit. ext. de senten. excom. perpendimus.

g ¶ Sed illorum.] Iudicum.

h ¶ Notarijs.] .i. officiarijs, qui deferunt crimina iudicib. ut 4. q. 4. §. aliquando. sicut testes synodales deferūt crimina episcopis. 35. q. 6. episcopus.

i ¶ Seruorum.] Idest, quas patiuntur serui Dei.

ADDITIO. Vel dic, quòd seruos Dei eos vocat. quia iam egerant pœnitentiam, ut infra cap. proximi. secundum L.

K ¶ Parte corporis. Sup. quæst. prox. est iniusta. contra. sed hic de corrigibilibus. ibi non.

1 Hoc nō h... bet ex te... vñ dicebat Goffr. q i... accusati sū... a notarijs ... riæ, & ho... dēnotat ver... ideoq; ibi... qa nō accu... santib. nisi &c. Clerici incorrigibiles pñt à iudice sæculari corrigi.

QVAESTIO V.



Vod autem [a] nulli liceat aliquem occidere illo præcepto probatur, quo Dominus in lege homicidium prohibuit dicens: [Non occides.] Item in Euangelio: [Omnis, qui acceperit gladium, gladio peribit.] Exod. 20. Matth. 26.

Item Augustinus ad Marcellinum comitem de Donatistis captis, epist. 159.

¶ Mali non sunt interficiendi, sed flagellis emendandi. C. I.

Circumcelliones illos, & clericos partis Donati, quos de Hypponensi ciuitate † ad iudicium pro factis eorum, publicæ disciplinæ cura deduxerat, a tua nobilitate comperi auditos, & plurimos eorum de homicidio, quod in Restitutum [b] catholicum presbyterum commiserunt, & de cæde Innocentij alterius catholici presbyteri, atque de oculo eius effosio, & de digito præciso fuisse cōfessos [c]. Vnde mihi solicitudo [d] maxima incussa est, ne forte sublimitas tua cēseat eos tanta legum seueritate plectendos, vt qualia fecerunt, talia patiātur. Ideoque his literis obtestor fidem tuam, quam habes in Christo, per ipsius Domini nostri misericordiam, vt hoc nec facias [e], nec omnino fieri permittas. Quamuis enim ab illorum interitu [f] dissimulare possemus, qui nō accusantibus nostris, sed illorum [g] notarijs a [h], ad quos tuendæ publicæ pacis vigilantia pertinebat, præsentati videantur examini; nolumus tamen passiones seruorum [i] Dei, quasi vice talionis, paribus supplicijs vindicari: non quo scelestis hominibus licentiam facinorum prohibeamus auferri: sed hoc magis sufficere volumus, vt viui, & nulla corporis [k] parte truncati, uel ab inquietudine insana ad sanitatis otium legum coercitione dirigantur, vel a malignis operibus alicui vtili operi deputentur. Vocatur quidem, & ista.

Ans. l. 13. c. Poly. l. 7. tit. 11. † al. ecclesia.

a ¶ Dam-

a ¶ Damnatio.] Not. iudices posse remittere pœnam. sic 23.q.4. innocens.
b ¶ Succense.] Idest, irasci.
c ¶ Inquisitione.] Idest, per inquisitionem criminum.
d ¶ Et a magistris.] Magistri non incidunt in canonē verberando clericos causa disciplinæ. ext. de sent. exc. 5. super eo. dum tñ non nimiū sæuiant in eos, ut ff. ad l. Aquil. præceptoris. quib. aūt liceat alios castigare h. bes 5. ea. q. 4. duo ista 7. q. 1. sicut datur aūt ista potestas patri in filium clericū quousque sacrū ordinē rec pcrit: licet tamen ordo n. n liberet a patria pote state, ut 54. dist. si ser uus 2. unde maiorē potestatē hēt magister in discipulū, q pater in filiū: cū magister adhuc post ordinē hēt eum in potestate, per illam decret. super eo. extra e. cum uoluntate.
e ¶ Ab epis.] Nō tñ manib. proprijs hoc facere potest, ut 86. d. non liceat. nec p laici potest hoc facere, sed per clericū, ut extr. de s nt. exc. uniuersitat. s. Est ergo hic arg. q iudex ecclesiasticus uirgis pōt punire, 1 & q clerici virgis pūt puniri, not. 5. q. 5. illi qui & 45. dist. cum beat 18. Ioan.

Eps nec per se, nec per laicum uerberet clericos.

1 De hoc ēt no. inf. c. q. 7. his a quibus, in glo. virgis tamē, &c.

damnatio: [a] Sed quis nō intelligat magis beneficium, q̃ supplicium nuncupandum; vbi nec sæuiendi relaxatur audacia, nec pœnitendi medicina subtrahit? Imple Christiane iudex pij patris officiū: sic succense [β] [b] iniquitati, vt consulere humanitati memineris: nec in peccatorū atrocitatibus exerceas vlciscendi libidinē: sed peccatorū vulnerib. curandi adhibeas voluntatē. Noli perdere paternam diligentiā, quā in ipsa inquisitione [c] seruasti: qñ tantorum scelerum confessionem non extendente equuleo, non sulcantib. vngulis, non vrentib. flāmis, sed virgarum verberib. eruisti; qui modus coercitionis & a magistris [d] artiū liberalium, & ab ipsis parentib. & sæpe etiam in iudicijs solet ab episcopis [e] adhiberi. † Noli ergo atrocius vindicare, q lenius inuenisti: inquirendi, q̃ puniendi necessitas maior est. Ad hoc enim, & mitissimi homines facinus occultatum diligenter, atque instanter examinant, vt inueniant, quibus parcant.

† *haberi*] orig.

α ¶ Notarijs.] *In libris B. Aug. excusis partim est*, notaria: *partim*, notoria. *In codice Vaticano epistolarum vbique legitur*, notaria: *& epist.* 160. *in qua de eadem re agitur, in codicib. impressis, ac manuscriptis legitur*, notaria: *itemque in Breuiculo in collatione primi diei semel, & secundi bis. De notorijs vero mentio est in lege ab accusatione. §. nūciatores. ff. ad S.C. Turpil. & C. de accus. l. ea quidem. Apuleius ēt lib. 7. de asino aureo hēt*, notoriam: *Et in glossario legitur* notoria, ἀναφορά
β ¶ Succense.] *Sic est emendatum, additis etiam nonnullis ex originali, Anselmo, & Polycarpo: Antea erat*, Sic succensere iniquitati memineris, ut non in peccatorum, &c.

Item Marcellino, epistola 158.

¶ Præter supplicium mortis, rei sunt puniendi. C. II.

Poly. l. 7. tit. 12. Ans. l. 13. c. 11.

Poena [f] illorum, quamuis de tantis sceleribus confessorum, rogo te, ut præter supplicium mortis sit, & ꝓpter conscientiam nostram, & propter catholicam mansuetudinem cōmendandam. Ipse. n. fructus ad nos peruenit confessionis illorum: quia inuenit catholica ecclesia, vbi suam erga atrocissimos inimicos seruet, atq; exhibeat lenitatem. In tanta quippe crudelitate, quæcumq; præter sanguinem vindicta processerit, magna lenitas apparebit. Quod etsi modo quibusdam nostris illa atrocitate commotis videtur indignum, & quasi dissolutionis, & negligentię simile; transactis [g] tamen motib. animorum (qui recētioribus factis solent turbulentius excitari) egregiè luculenta bonitas apparebit.

Poena. CASVS. Quidam catholici scelerum atrocitate commoti iudicābāt Donatistas interficiendos, qui homicidium, & cædē cōmiserunt in restitutum & innocētium catholicos sacerdotes. Sed Aug. scribit comiti Marcelliano, rogans eum, ut non interficiat eos, tum propter conscientiā suam, tum pp mansuetudinem ecclesię commendandā: sed imponat eis aliam pœnam: quæ quantumcunq. fuerit, mitissima reputabitur, dummodo pęna sanguinis non irroget.
f ¶ Pœna.] Hic dr̄ q propter tria parcendum sit istis: tū quia uident ecclesiā læsam habere conscientiam, si ad denūciationem suam isti occidantur: tum pp spem correctionis. tum propter māsuetudinem ecclesiæ.
g ¶ Trāsactis.] Ar q executio snīæ ī causa ciuili, vel criminali differenda est 11. q. 3. cum apud. Arg. contra 2. q. 1. sicut.

Idem Donato, epistola 127.

¶ Mali prohibendi sunt a malo, & cogendi ad bonum. C. III.

Poly. ibidem. Ans. l. 13. c. 12.

Vnum solū est, quod in tua iustitia pertimescimus, ne forte, quoniā quidquid mali contra Christianā

Vnum solum.] CASVS. Aug. rogat

societatem ab hominibus impijs, ingratisq; cõmittitur, profecto grauius est; & atrocius, quàm si in alios talia committantur; tu quoq; pro immanitate facinorum, ac non potius pro lenitatis Christianæ consideratione censeas coercendum. Quod te per Iesum Christũ, ne facias, obsecramus. *& paulo post.* ¶ Ex occasione terribilium iudicum, ac legum, ne æterni iudicij pœnas luant, † corrigi eos cupimus, non necari: nec disciplinam circa eos negligi volumus, nec supplicijs quibus digni sunt, coerceri. † Sic igitur eorum peccata compesce, vt sint, quos pęniteat peccasse. *& paulo post.* ¶ Proinde, si occidendos in his sceleribus homines putaueritis; deterrebitis nos, ne per operam nostrã [a] ad vestrum iudicium aliquid tale perueniat. Quo comperto illi in nostram perniciem licentiori audacia grassabũtur, necessitate nobis impacta, vt etiam occidi [b] ab eis eligamus potius, † quàm eos occidendos vestris iudicijs ingeramus.

† *al. incidant.*

† *al. exerceri.*

† abest ab or.

Idem Macedon[io], epist. 54.

¶ Quies ecclesiæ, principum sæueritate iuuatur.

C. IIII.

Polyc. li. [illegible]

PRodest, & seueritas vestra, cuius ministerio quies adiuuatur & nostra. [c] Prodest & intercessio nostra, cuius ministerio seueritas tẽperatur & vestra. Nõ uobis displiceat, ꝙ rogamini a bonis: quia nec bonis displicet, quod timemini a malis. ¶ Nam hominum iniquitatem etiam Apostolus Paulus non tantum de iudicio futuro, verum etiam de præsentib. vestris sæcularibus [α] potestatib. terruit, asserens & ipsas ad dispensationem diuinæ prouidentiæ pertinere. (Omnis, inquit, anima potestatibus sublimioribus subdita sit, &c.] Hęc verba Apostoli vtilitatem vestræ seueritatis ostendunt. Proinde sicut dilectionem iussi sunt terrentib. debere, qui timent; ita dilectionem iussi sunt timentib. debere, qui terrent. Nihil nocendi cupiditate fiat; sed omnia cõsulendi charitate: & nihil fiat immaniter, nihil inhumaniter. Ita formidetur vltio cognitoris, ut nec intercessoris religio cõtemnatur; qui & plectẽdo, & ignoscendo hoc solum bene agitur, ut uita hominum corrigatur. [d] Quod si tanta est peruersitas, & impietas, ut ei corrigendæ [β] nec disciplina possit prodesse, nec venia; a bonis tñ intentione, atque conscientia, quam Deus cernit, siue seueritate, siue lenitate, non nisi officium dilectionis impleatur.

Rom. 13.

α ¶ Sæcularibus.] *Antiquioribus editionibus epistolarum B. Aug. in margine est adscriptum*, de præsentibus vestris sæcularib. terruit. *In Antuerpiana vero est in textu hæc eadem lectio, sed sine dictione*, præsentibus.

β ¶ Ei corrigendæ.] *Sic est emendatum ex originali. Antea legebatur*, vt corrigendis reis nec disciplinæ, nec veniæ remedia suffragẽtur, ab oĩ tamen intentione, &c.

PALEA. C. V.

HOc tamen intelligẽdum est de illis, quos pręsentia supplicia in melius cõmutant, non de illis, qui obstinati sunt in malo: qui si semper viuerẽt, semper peccarent: quorum pœna hic incipit, & in æternum durabit.

De pœn. dist. 3. cap. sunt plures in fine.

gat Donatũ supplicio [illegible], [illegible] quosdam hæreticos captos occidat, quos occidi timebat, eo ꝙ grauius ẽ Christianos cõmittitur q̃ contra alios: sed alijs dignis supplicijs coerceant, ut de suis peccatis valeãt pœnitere: alioquin ecclesia operam nõ exhibebit vt tales hæretici capiantur: quo comperto licentius contra ecclesiã [illegible].

a ¶ Per operam nostram.] [illegible] querelis nostris & est hic [illegible] ꝙ [illegible] ex su[illegible] aliquem ad [illegible] clerici, ꝙ clericus non possit [illegible] ut [illegible] d. [illegible] d. 1. periculose. & ext. de excel. præla. ex literis, arg. contra [illegible] qõ. 2. Maximianus. & [illegible] ea. non vos. & ff. de bo. lib. q cũ maior. §. 1. & est expressũ extra de homi. postulasti. & c. tua.

b ¶ Occidi.] Arg. est hic pro Hug. qui dicit, ꝙ clericus dẽat potius permittere se occidi, quam ꝙ ipse occidat, ut dixi sup. eo. q. 1. in princ. 1.

PRodest.] CASVS Hoc c. diuidit in duas partes. In 1. par. cõmendat Aug. Imperatorem eo ꝙ [illegible] ecclesia [illegible]. In 2. par. rogat eũ ne males morte puniat, sed [illegible] vt deflere possint peccata, q̃ cõmiserant. si vero autẽ eũ sint incorrigibiles, eos punire [illegible] [illegible] eos exerceat, & non cupiditate nocendi, & ad hoc eũ multipliciter hortatur. Secũ[illegible] inquit ibi, [N[illegible], Sec. c. non facit ad principale propositũ [illegible] continuatur [illegible] ubi dicitur, quia & plectendo.

c ¶ Et nra.] Mutuũ [illegible]

d ¶ Corrigat.] Q. d. siue

3 Intellige ergo cũ Ber. hoc cap. q̃n [illegible] capere possumus, non [illegible] & hoc no. il[illegible] [illegible] vestris iudicijs ingeramus. [illegible]

siue per uerba, siue per pecuniam, siue alio modo, non referunt. 3.ca.q.1.ea uir dicta.Ioan.

QVid ergo. CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte redarguit Hieronym. quosdam, qui dicebant Deum fuisse crudelem, rigidum & cruentum, quia in diluuio genus deleuit humanum: Sodomam & Gomorrham subuertit, Aegyptios in fluctibus submersit, Israelitas in deserto prostrauit. Et ostendit, quod ideo Deus hæc fecit in uita præsenti, ne in æternum punirentur, quod probat uno argumento cornuto dicens: ea quæ prophetæ dixerunt, aut uera sunt, aut falsa. Si uera sunt, ergo in alia uita iterum non punientur. quia propheta dicit: Nõ iudicabit Deus bis in idipsum. Si uero falsa sunt, ergo & falsum est, quod dicitur, Non consurget duplex tribulatio. & Deus quæ sunt in lege scripta, non fecit: & quod falsa sunt dicere, nefas est: ergo qui puniti sunt, iterum non punientur. In secunda parte quærebatur à Hieronymo, si Christianus deprehensus in adulterio decolletur, aut postea puniet, aut nõ? si punietur, ergo falsum est quod dicitur: Non iudicabit Deus bis in idipsum. Si nõ puniet, optare debet adulter ut breui pœna capitis euitet æternos cruciatus. Ad quod Hiero. respondet dicens, quod Deus scit mẽsuras suppliciorum: & si quis in vita præsenti nõ est sufficienter punitus iterũ punietur: alioquin nõ debet iterũ puniri, ut ille qui maledixerat Israelitæ: quia leuis culpa eius præsenti supplicio est compẽsata. Ipsi dixerũt, scilicet prophetæ. Sequens c. patet.

¶ Abest hæc palea à vetustis exemplaribus, quæ collata sunt, vno excepto, in quo est coniuncta capiti superiori.

Item Hieronymus in Naum prophetam ad c.1.

¶ In præsentiarum nonnulli puniuntur, ne in æternum flagellentur. C. VI.

Poly.l.7.tit.12.

QVid ergo, ait, contra Dominum cogitatis? ipse qui creauit mundum; & consummationem eius faciet. Quod si uobis videtur crudelis, rigidus, & cruentus, quod in diluuio genus deleuit humanum, super Sodomam, & Gomorrham ignẽ & sulphur † fuit, Aegyptios submersit fluctibus, Israelitarum cadauera prostrauit in heremo; scitote eum ideo ad præsens reddidisse supplicia, ne in æternũ puniret. [a] Certè aut uera sunt, quæ prophetæ loquuntur, aut falsa. Si uera sunt, quę de feueritate eius uidentur dicere; ipsi dixerunt: (Non vindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione.) Sin autem falsa sunt, falsum est, [b] quòd dicitur: (Non cõsurget duplex tribulatio,) falsa est ergo & crudelitas, quæ ĩ lege descripta est: Quod si uerum est, ut negare non poterunt, dicente propheta: (Nõ uindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione;) ergo qui puniti sunt, postea non punientur: Si autem illi postea puniẽtur; scriptura mentitur, quod dicere nefas est. Receperunt ergo & qui in diluuio perierũt, & Sodomitę, & Aegyptij, & Israelitæ in solitudine mala sua in vita sua. ¶ Quærat hic aliquis, si fidelis deprehensus in adulterio decolletur, quid de eo postea fiat: Aut enim punietur, & falsum est hoc, quod dicitur, [Nõ uindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione:] aut nõ punietur, & optandum est adulteris, ut in præsentiarum breui, & cita pęna cruciatus frustrẽtur ęternos. Ad quod respondebimus, Deum ut omnium rerũ, ita & suppliciorum quoque scire mensuras; & non pręueniri [c] sententia iudicis; [d] nec illi in peccatorem [e] exercẽdę [f] dehinc pęnę auferri potestatem: & magnum peccatũ, magnis, diuturnisque lui † cruciatibus. Si quis autẽ punitus sit, ut ille in lege, qui Israeliticis [g] maledixerat, & qui in sabbato ligna collegerat; tales postea nõ puniri, quia culpa leuis [h] pręsenti supplicio compensata sit.

Gen.7.& 19.
† al.sulphurem.
Exo.1.

Naum 1. secundum LXX.

De penitẽtia dist.3. quærat hic.

† al.leui.
Leuit.24.
Num.15.

3.24.quest.6.nj.qui in furtis.

Item Gregorius Papa.

¶ Qui rei sunt sanguinis, ab ecclesia defendi debent. C. VII.

Barch.l.10.c.107.
Iuo p.15.c.121.
† al.effusionis.

REos [i] sanguinis defendat [k] ecclesia, † ne effusione † sanguinis particeps fiat.

a ¶ Puniret.] Ergo hoc de pęnitẽtibus tãtum. ut j. de pæn. dist. 3. §. auctoritas. nam quorũdam pęna incipit hic, & durat in infinitũ, ut j. de pęnit. dst. 3. ignis succensus est. sicut econuerso quãdoq; remunerat aliquos temporaliter, ut eos puniat æternaliter, ut 22. q. 2. si quilibet.

Taliter remunerantur aliqui ut puniantur æternaliter.

b ¶ Falsum ẽ.] Q.d. ex quo falsum dixerunt in uno, dicunt ergo, & in alijs, & est hic arg. quod instrumẽtũ, uel testamẽtum. [1] si est in vno falsum, ergo in omnibus. ut supra dist. 9. si ad sacras.

1 Al. testimonium.

c ¶ Non pręueniri.] Tunc sentẽtia iudicis præueniretur. si quis hic plene, punitus esset: quia in futuro non puniretur.

d ¶ Iudicis.] id est, Christi. [2]

2 Al. scilicet terreni.

e ¶ In peccatorem.] Non punitum hic sufficienter.

f ¶ Exercendæ.] In futuro.

g ¶ Israeliticis.] id est, Deo Israelitarum.

h ¶ Leuis.] Ecce quod leuem dicit culpam maledicẽre * Deo, cum magis sit maledicere Deo, quam principi. sic C. si quis imper. maled. l. unica.

* B. Hieronymus cum videtur putasse illum maledixisse Deo, sed Israeliticis & res apud interpretes dubia est.

i REos.] Infra quæst. 8. si uobis.

k ¶ Defendat.] Omnes fugientes ad ecclesiã tenetur defendere, ut 17. q. 4. rerum & hoc uerũ est siue rei sint, siue non: nisi in casibus, extra, de immu. eccl. inter, & c. ult.

& c.ult. Sed illos, qui non fugerint ad ecclesiam, quandoque iuuabit, quandoque non. si enim est spes correctionis, debet eos iuuare, ut supra ea. q. proxi. est iniusta. Item si iniuste sint condemnati aliqui: omnibus modis; iuuabit eos si autem iuste, tunc temperate & nō importunè iuuabit eos: sed tātum intercedendo pro eis., ne ex indiscreta defensione incidat ecclesia in malam opinionē, ut 14. q. ult. hi qui, & su. q. 3. nō in inferēda. Et licet teneat aliquos defendere, non tamen tenet pro eis bellū mouere, vt C. de episc. aud. addictos supplició Ioan.

Cōdemnati & iuste & iniuste, sunt ab ecclesia iuuandi.

tus in propria causa. & ita officium suum est ei damnosum. si. 10. q. 2. hoc ius. sicut nec in causa sua potest quis esse iudex, ut supra q. 4. inter. 1 Vel dic pro se, id est, pro priuato odio. 2 Ioan. Quod primo dixit, falsum est: cum non inueniatur hoc prohibitum. nec litera ista con-

α ¶ Defendat.] *Apud Burchardum, & Iuonem, qui hoc citant ex dictis Augustini, legitur*, non defendat.

2 *Hinc apparet, quod mali flagellis sunt coercendi, non membrorum truncatione, uel temporali morte plectendi. Sed obijcitur illud, quod Dominus ait ad Moysem: [Maleficos non patieris viuere.] ¶ Item: [Qui coierit cum iumento, morte moriatur.] Adulterio etiam, vel blasphemiæ crimine notatus immisericorditer lapidari iubetur.* Exo 22. Leuit. 20.

¶ Item, Moyses, qui legem acceperat, cultores idoli morte puniuit. Samuel etiam Agag pinguissimum regem in frusta conscidit Phinees quoq; Iudæum cū Madianita coeuntem gladio transfixit: quod est ei reputatum ad iustitiam. Similiter nōnulli in ueteri testamēto inueniūtur malus trucidasse: nec tamen transgressores legis, sed defensores appellantur. Prohibetur ergo illo pcepto quisque sua auctoritate in necem alicuius armari, non legis Imperio reos morti tradere. Qui enim publica potestate functus, ipsius legis Imperio malos perimit: nec illius præcepti trāsgressor, nec a cælesti patria alienus habetur.

Vnde Augustinus ad Publicolam, epist. 154.

¶ Ex officio non est peccatum hominem occidere.

C. VIII.

Poly. l. 7. tit. 11. Ans. l. 13. c. 18. Iuo p. 10. c. 1. Pann. l. 8. c. 1.

DE occidendis hominibus, ne ab eis quisquam occidatur, nō mihi placet consiliū: nisi fortè sit miles, [b] aut publica functione teneatur, vt nō pro se [c] hoc faciat, sed pro alijs; vel pro ciuitate, ubi etiā ipse est, accepta legitima potestate, si eius cōgruit personæ. [d] Qui vero repelluntur aliquo terrore, ne male faciant; etiam ipsis aliquid fortasse præstatur. Hinc autem dictum est: [Nō resistamus malo,] ne nos vindicta delectet, q̄ alieno malo animum pascit, non ut correctionem hominum negligamus. Vnde [e] nec reus est mortis alienæ; qui cum suæ possessionis ex lapidibus α murum circumduxerit, aliqs ex ipsorum usu percussus intereat. Neque enim reus est [f] Christianus, si bos eius aliquem feriendo, vel equus calcem iaciendo aliquem occidat: aut ideo non debent Christianorum † boues habere cornua, aut equus vngulas, aut dentes canis. An † uero, quoniam apostolus

Matth. 5.

† al. Christiani. † Aut] orig.

HINC APPARET. Hæc est secūda pars quæstion. in qua magister probare intēdit ꝙ iudices nō peccāt occidendo secūdum legem: sed illi tantum peccāt, qui sine auctoritate, & sine iussu diuino hominem occidunt: & hoc probat per multos patres ueteris testamenti. Io. de Fan. CASVS. Hucusq; probatū est, quod mali non sunt morte puniēdi. Nunc contrarium probat ex auctoritatibus, & exēplis. Postea soluit dicēs ꝙ qui habet potestatem occidendi, licite occidere pōt malos: sed auctoritate propria hoc nō potest. quod probat seq. cap.

a ¶ Illo præcepto.] Non occides.

DE occidēdis hominibus.] CASVS. Beneuēt. ponit hūc casus, dicens ꝙ Publicola de duob⁹ quæsiuit ab August. Primo utrū quis iustè possit interficere malos, ne ipsi alios occidant. Et respondet ꝙ nō nisi sit miles, uel potestas, qui faciat non pro se, sed pro utilitate aliorum. Secundo an sit peccatum repellere malos obstaculum interponendo: & si aliquid contingat inde præter, uoluntatem nostram, an nobis imputetur? Et respon. nō esse peccatum: nec nobis imputari debet: si aliquid inde contingat: & hoc probat viij. exemplis, scilicet exemplo muli, & bouis; equi, & canis, Pauli & ferramentorum, arboris, & fenestræ. Secunda pars incipit ibi, [Qui uero repelluntur.

b ¶ Miles.] Sub potestate aliqua constitutus. ut infra eadem miles. nisi hoc fiat iniusto bello, ut infra eadem, si homicidium. & in casibus positis in summa huius quæstionis.

c ¶ Pro se.] Sic ergo officiatus non potest esse aduocatus

contradicit Bar.

d ¶ Personæ.] Hoc dicit propter episcopos, qui habent iurisdictionem sæcularem, sed non possunt præsidere causis sanguinis, ut 15. q. 4. c. 1. & inf. ead. q. 8. his a quibus &c. sæpè.

e ¶ Vnde.] Q. d. cum quis ex officio suo occidit aliquem, non est ei imputandum, si ex officio tali sequantur homicidia. Item continuantur sequentia exempla. Vel si continua si aliquis repellendo malos occidat aliquem, hoc non est ei imputandum.

f ¶ Reus est.] Nisi equus ille fuerat calcitrosus uel bos fuerat cornupeta nam si talis nocuerit bene tenetur dñs, ut ff. si quadru. pau. fec. dic. l. 1. §. 1. & generaliter si habuerit tale animal, quod consueuit nocere, ut ursum,

ſum, Leonem, uel aprum, ſiue ligatum, ſiue non ſi occiſus fuerit liber homo, præſtabit cc. ſolidos, ſed ſi aliter nocuerit, condemnabitur ſecundum arbitrium iudicis: ſed in cæteris rebus condemnatur pœna dupli, ut ff. de æd. l. edi. hi enim. & l. ſequenti.

c ¶Non poſſit.] Arg. ꝙ non ſemper prohibetur bonum propter malum, quod ſequi poteſt. Arg. contra. 22. q. 2. in nouo. contra 21. d. denique. Io.

SEIPSVM. Hæc eſt tertia pars q. in qua probat magiſter per quatuor auctoritates, ꝙ nullus occidat ſeipſum, quia in illo pręcepto. Non occides, intelligitur, nec te, nec alium, quia bene ordinata charitas a ſeipſo incipit. Io. de Fant.

a. ¶Pau-

Paulus[a] ſatis egit, vt in tribuni notitiam perferretur inſidias ſibi a quibuſdã perditis præparari, & ob hoc deductores accepit armatos; ſi in illa arma ſcelerati homines incidiſſent Paulus in effuſione ſanguinis eorum ſuũ crimen agnoſceret? Abſit, vt ea quæ propter bonũ,[b] ac licitum facimus, aut habemus; ſi quid per hæc p̃ter noſtram voluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputetur. ¶ Alioqui nec ferramenta domeſtica & agreſtia ſunt habẽda, ne quis eis vel ſe, vel alterũ interimat: nec arbor aut reſtis, ne quis ſe inde ſuſpendat: nec feneſtra faciẽda eſt, ne per hanc ſe quiſquam præcipitet. Quid plura commemorem, cum ea commemorando finire non poſſem? Quid enim eſt in vſu hominum bono, ac licito, vnde nõ poſſit[c] etiam pernicies irrogari. (Act. 21.)

α ¶Ex lapidibus. *Sic eſt emendatum ex codice Vaticano epiſtolarum B. Auguſtini. Nam in impreſſis deſunt iſtæ voces. Apud Gratianum vero erat*, ſuæ poſſeſſioni murorum ambitum circumduxit.

Seipſum etiam perimere nulla legis auctoritate alicui permittitur.

Vnde Auguſtinus libro primo de ciuitate Dei, cap. 17. & 18.

¶Qui Deo auctore bella geſſerunt, præcepta non occidendi nequaquam tranſgreſſi ſunt. C. IX.

(Ivo p. 10. c. 4. Pann. l. 8. c. 2.)

SI non licet priuata poteſtate alicui hominem occidere nocentem, cuius occidendi licentiam lex nulla cõcedit; profecto etiã qui ſeipſum occidit, homicida eſt: † & tanto[d] fit nocẽtior, cum ſe occiderit, quanto innocẽtior in ea cauſa fuit, qui ſe occidendum putauit. Nam ſi Iudæ factum merito deteſtamur, eumq; veritas iudicat, cum laqueo ſe ſuſpẽdit, ſceleratę illius traditionis auxiſſe potius, quàm expiaſſe commiſſum; quoniã de Dei miſericordia deſperando exitiabiliter pœnitens, nullum ſibi ſalubris pœnitentię locũ reliquit; quanto magis a ſua nece ſe abſtinere debet, qui tali ſupplicio quid in ſe puniat, non habet. Iudas n. cum ſe occidit, ſceleratũ hominem occidit, & tamen nõ ſolum Chriſti, verum etiam ſuæ mortis reus finiuit hanc vitã; quia licet propter ſuũ ſcelus, alio tamen ſcelere ſuo occiſus eſt.] ¶Cur autẽ homo, qui mali nihil fecit, ſibi male faciat, & ſeipſum interficiendo hoĩem interficiat innocentem, ne aliũ patiatur (Matth. 27. C. 18.)

CASVS. Supra oſtenſum eſt, an aliquis poſſit alium interficere iuriſdictionis poteſtate: nunc vero oſtenditur, ꝙ ſeipsũ nulli interficere permittitur, quod probatur per ſeq. c.

SI non licet.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte quęſitum fuit ab Augu. utrum liceat alicui iuſto in perſecutione ſeipſum interficere, ne ab alio interficiatur, vel utrum liceat ipſum interficere cauſa immortalitatis, ideſt gloriæ adipiſcendæ, uel cauſa cauendi, ideſt, vitandi futura peccata, vel curandi criminis, id eſt, remouendi? Et rñdet ꝙ non, & hoc probat quatuor modis. Primo argumento a minori, quia nõ licet occidere alium innocentem: ergo multo min⁹ ſeipsũ. Secundo, quia Iudas fuit reprehenſus, qa ſeipſum occidit quãuis ſceleratus fuiſſet multo magis reprehendi debet qui ſe innocẽtem occidit. Tertio, quia in lege prohibitum eſt (ut ibi dictum eſt.) Neminẽ occides. Quarto probat hac rõne, quia, ſi contra ſe nemo falſum teſtimonium dicere debet, ergo multo minus contra ſe mortem inferre debet. Secundo quæſitum fuit, an liceat alios interficere? Et rñdet ꝙ non, niſi vel lex, uel Deus iubeat occidi. propter quod Abraham, Iephte, & Sampſon excuſati fuerunt. Secunda pars incipit ibi, [Sed his exceptis:] Et quod dr̃ ibi, Mortalitatis. ideſt, gloriæ habendæ, quia credens ſe iuſtum uolens migrare ad gloriam ſeipſum occidit, vel immortalitatis, ideſt, inanis gloriæ, ut aliquid dicatur de ipſo, quod ſic videtur deſpicere mundum.

a ¶Paulus.] Arg ꝙ non imputatur clerico, qui ad defenſionem ſui iuris vocat milites, ſi aliquis ſibi occidatur, ſic ſup. ca. q. 3. Maximianus.

b ¶Bonum.] Arg. ꝙ ſi aliquis dat operam rei licitæ, ꝙ non eſt ei imputandum, ſi aliquid mali inde ſequatur, ut 50. d. ſæpe, & cap. quia te. & diſt. 6. teſtamentum, nã Deus eſt inſpector cordis, & non operis, ut 15. q. 6. ca. 1. Item eſt hic arg. ꝙ non omnis, qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe uidetur, & hoc habes in brochardis 31. q. 3. de nepris, & d. 50. ſæpe. ff. ad leg. Aquil. qui occiderit. §. pen.

d ¶Et tanto.] Ideſt, magis peccat bonus aliquis ſe occidendo, quam malus; quia malus credit ſe mereri per hoc.

a ¶Ca-

nocentem, atque in se perpetret peccatum proprium, ne in eo perpetretur alienum. *Item c.23.* ¶ Neque enim frustra in sanctis, canonicisque libris nusquã nobis diuinitus præceptũ, permissumvè reperiri põt, vt vel ipsius adipiscendæ immortalitatis, vel vllius curãdi, † cauendiq; [a] mali causa nobismetipsis necẽ inferamus. Nam & prohibitos nos esse intelligendum est, vbi lex ait, Non occides: [præsertim, quia non addidit, proximum tuum: sicut falsum testimonium cum vetaret, [Falsum, inquit, testimonium nõ dices aduersus proximum tuum.] Nec ideo tamen, si aduersus seipsum quisquam falsum testimoniũ dixerit; ab hoc se crimine putauerit alienum: quoniã regulam diligendi proximum a semetipso [b] dilector accepit, quandoquidẽ scriptum est: [Diliges proximũ tuum sicut teipsum.] Porro si falsi testimonij non minus reus est, qui de seipso falsum fatetur, quàm si aduersus proximum hoc faceret, cum in eo præcepto, quo falsum testimonium prohibetur, aduersus proximum prohibeatur, possitque non recte intelligentibus videri non esse prohibitum, ut aduersus seipsum quisq; falsus testis existat, † quanto magis intelligendum est non licere homini seipsum occidere, cum in eo, quod scriptũ est, [Non occides] nihilo † deinde addito, nullus nec ipse vtique, cui præcipitur, intelligitur exceptus? [c] *Item infra eod. cap. 2.* ¶ Nõ occides, non alterum: ergo nec te. Neq; enim qui se occidit, alium, quàm hoiem occidit. ¶ Quasdã vero exceptiones eadem ipsa diuina fecit auctoritas, ut liceat hoiem occidi: sed his exceptis, quos Deus occidi iubet, siue data lege, siue ad personã pro tpe expressa iussione. [Non [α] aũt ipse occidit, qui ministeriũ debet iubenti, sicut adminiculũ gladius est vtenti. Et ideo nequaquã cõtra hoc præceptũ fecerunt, quo dictũ est, [Nõ occides;] qui Deo auctore bella gesserunt, aut personã gerentes publicæ potestatis, sm eius † leges, hoc est iustissimæ rõnis imperium, sceleratos morte punierunt. Et Abraham non solum non est culpatus crudelitatis crimine, verumetiam laudatus est noĩe pietatis, ꝙ uoluit filium nequaquã scelerate, sed obedienter occidere. Et merito quæritur; vtrum pro iussu Dei sit habendum, ꝙ Iepte filiam, quæ patri occurrit, occidit: cũ se immolaturum Deo id uouisset, quod ei redeunti de prælio victori primitus occurrisset. Nec Sampson aliter excusatur; ꝙ seipsum cum hostib. ruina domus oppressit; nisi quia spiritus latenter hoc iusserat, qui per illum miracula faciebat.] His igitur exceptis, quos vel lex iusta generaliter, uel ipse fons iustitiæ Deus specialiter occidi iubet; quisquis hominem, uel seipsum, uel quemlibet occiderit; homicidij crimine innectitur. *Item c.26.* ¶ Hoc dicimus, hoc asserimus, hoc modis omnibus approbamus, neminẽ spontaneã mortem sibi inferre debere, ueluti fugiendo molestias tẽporales, ne incidat in perpetuas: neminem propter aliena peccata, ne hoc ipso incipiat habere grauissimum proprium, quem non polluebat alienum; neminem propter sua peccata præterita, propter quæ magis hac vita opus est, ut possint pœnitendo sanari: neminem velut desiderio vitæ melioris, quæ post mortem speratur: quia reos suæ mortis, melior post mortem vita non suscipit.

α ¶ Non autem.] *Sic est emendatum ex originali præsertim Antuerpiano. Nam antea totus hic locus multo aliter se habebat: sunt autem, & alia multa restituta.*

Item contra literas Petiliani, lib.2.c.49.

a ¶ Cauendique.] i. quia cauere uolumus, ne aliquis nos lædat.

b ¶ Semetipso.] Vnde quilibet primo sibi faciat eleemosynam: deinde proximo. de pœnit. dist.3. c. qui vult. vnde possum mihi consulere cu damno alterius, vt ff. ad legem Aquiliam. si quis fumo. arg. contra. 12. qõ. 2. primum. & 11. q.3. si quis vero.

c ¶ Exceptus.] Arg. ꝙ persona ad quam loquimur, non intelligitur excepta in generali sermone, 1 vt ff. de pign. Paulus. §. vlt. Item arg. eo ipso quod qui non excipitur, intelligitur, includi, vt sup. 55. distinctio. si Euangelica. & extra de iure patr. ex literis: Item est hic argum. quòd id quod de vno dicitur, de omnib. alijs intelligendum est, vt 2. quæstio. prima multi. & supra dist. 4. denique, & dist. 5. ad eius. Item argu. quòd uerbum indiffinite probatum, generaliter intelligendum est, ut 31. q.1. quod si dormierit.

Tu

Eleemosynã sibi primo quisq; facere debet.

1 Sic nec psona loquẽs. 27. d. deinde vbi de hoc. Verbum indiffinite prolatum est generaliter intelligendum

† carendi.] orig.

Exod.20.

Matth.22.

† assistat] orig.

† al. nihil.

Ibidem c.21.

† al. ius legis.

Gen.22.

Iud.11

Iud.16.

¶ Nemini licet sibi manus inijcere. C. X.

Iuo p.2.c.99. & p.10.c.7.

TV dixisti, [a] laqueo traditor perijt, laqueū talibus [b] dereliquit. Hoc ad nos omnino non pertinet. Neque enim veneramur nomine martyrum [c] eos, qui sibi collum ligauerunt.

Item Hieronymus in Ionam prophetam ad c. primum non longè à fine.

¶ De eodem. C. XI.

Pann.l.8.c.3.

NOn est nostrum mortē arripere, sed illatam ab alijs libenter excipere. Vnde & in persecutionibus non licet propria perire manu (absque eo, [d] ubi castitas periclitatur,) sed percutienti colla submittere. [e]

Item ex concilio Bracharensi primo, c.34.

¶ Nulla fiat oratio pro his, qui seipsos interficiunt. C. XII.

Burch.l.19.c.130. Iuo p.10.c.188. & p.15.c.140. † al. violente.

PLacuit, ut qui sibiipsis [f] uoluntariè † aut per ferrum, aut per uenenum, aut per præcipitium, aut per suspendium, uel quolibet modo uiolentam † inferunt mortem; nulla prorsus pro illis in oblatione commemoratio [g] fiat, neque cum psalmis ad sepulturam [h] eorum cadauera deducantur. Multi enim sibi hoc per ignorantiam usurpant. Similiter & de his placuit fieri, qui pro suis sceleribus [i] puniuntur.

Impœnitentes, subaudiatur. Item Augustin. in eodem lib.1. de ciuitate Dei, cap.26.

¶ Non est reus homicidij miles, qui potestati obediens hominem occidit. C. XIII.

Iuo p.10.c.98. Pann.l.8.c.35.

4 MIles cū obediens potestati, sub qua legitimè cōnstitutus est, hominem occidit; nulla ciuitatis suæ lege reus est homicidij; immo, nisi fecerit, reus est imperij [k] deserti, atque contempti. Quòd si sua spontè, atque auctoritate fecisset; in crimen effusi humani sanguinis incidisset. Itaque unde punitur, si fecerit iniussus; inde punietur, nisi fecerit iussus.

Item in quæstionibus Exodi, quæst.39. ad cap.11.

TV dixisti.] CASVS. Petilianus dicebat, ꝙ Iudas & alij similes, qui se pro peccato interimunt, debeant martyres reputari, quod puniant in se quod dolenti commisisse. Et respondet August. hoc non esse uerum, quia non debent martyres reputari qui collum sibi ligauerunt. Seq. c. patet: & quod dicitur ibi, [Absque eo.] inclusiue tenetur, id est, nec in eo casu.

a ¶ Tu dixisti.] Iste dixit Iudam martyrem esse, cum pęnitentia sit uindicta puniens in se quod se cōmisisse dolet, ut ĩ. de pen. dist. 3. penitentia. unde dicebat, ꝙ illicitum est cuilibet pro peccatis suis se occidere.

b ¶ Talibus.] Si sunt uerba Aug. dic talibus, i. malis.

c ¶ Martyrum.] s̃.1.q.1. uide ĩ.24.q.3. quod autem.

d NOn est.] ¶ Absq; eo.] Dicunt quidam, ꝙ ubi fides ecclesiæ, & castitas corporis impugnatur, licet alicui se occidere, ut hic innuitur: cum tamen August. dicat, quod ad quodcumque malum quis cogatur, non potest se occidere, ut sup. ead. quæst.4. displicet, melius potest legi hæc dictio, absq;, inclusiuè. 1 q.d. nec in istis (in quibus magis uidetur) licet alicui se occidere. sic ponitur ibi, Pulchræ sunt genæ tuæ, absque eo quod intrinsecus latet, sic ponitur hæc dictio, absq;, inclusiuè. 35. q. 3. progeniem. & ff. de pign. act. l.1. 13. q.2. Ebron.

1 Idem tenet tex. cum gl. in l. meminisse, ff. de offi. procon. Bar. in l. patronus. §. Sēpronio. ff. de leg.3.

e ¶ Submittere.] i. non resistere.

PLacuit.] CASVS. Quæsitū fuit in cōcilio Bracharensi, utrum cōmemoratio debeat fieri in altari pro his, qui aliquo modo mortem sibi inferunt, uel q pro suis scelerib. interficiūtur. uel utrū eorū cadauera sint sepelienda cū psalmis? Et respōdet ꝙ non.

f ¶ Voluntarie.] Secus si ꝑ furorē: tūc nō imputaretur, ut 15. quæst. 1. si quis insaniens, & c. illa.

g ¶ Cōmemoratio.] Sed nonne cum illi cōmunicauimus uiuo, ergo illi mortuo communicabimus? ut 24. q.2. sanè? Sed illud intelligas de communione sacramentorum, quæ datur in fine. Sed hæc solutio non est sufficiens. nam si quis mortuus est sine sacramentis illis, & sine pęnitentia) si tamē fuit honesta causa mortis) bene admittitur ad orationes ecclesiæ, si. ext. de sepult. ex parte.

Mortuus ēt sine pænitentia, admittiẽ ad ecclesiæ orationes.

h ¶ Ad sepulturā.] Videtur ergo ꝙ tales sepelient, ut hic, & inf. ead. quæst.8. quicunque. sed hoc nō est uerum, & intelligas illud de canina sepultura. nā & cōtrito quandoque denegatur ecclesiastica sepultura, ut extra de torneamentis, cap.1. & extr. de rapt. super eo.

Sepultura qñque contrito denegatur.

i ¶ Pro suis sceleribus.] Sicut fures, & latrones, ut extra de furt. fures. nisi fuerint contriti, ut 13. quæst.2. cap. ult.

MIles.] Hæc est 4. pars q. in qua probat magister per 11. auctoritates, quod non peccant iudices, uel ministri, si malos occidunt: si tamen non animo ulciscendi, sed animo iudicandi faciunt. Io. de Fant.

CASVS. Quæsitum fuit ab August. utrum miles sit reus homicidij, qui suæ potestati obediens hominem interfecit? Et respondet quod non. Si autem spontè, & propria auctoritate hoc fecerit, reus est homicidij. Sequentia tria capitula per te formare poteris.

k ¶ Imperij.] Argum. ꝙ ratione mandati excusatur aliquis, etiam si contra conscientiam faciat, ut s̃. ead. q.1.

quid

¶Homicida est, qui sponte occidit, quos iudex iubet occidi. C. XIIII.

Cum minister iudicis occidit eum, quem iudex iussit occidi; profecto si id spontè [a] facit, homicida est, etiã si eum occidat, quem scit á iudice debuisse occidi. Iuo p.10.c.105. Pann.l.8.c.39.

Idem lib.22.contra Faustum, c.73.

¶ Sicut iure laudatur obedientia, ita reprehenditur, qui sibi non concessa vsurpat. Cap. XV.

Lex æterna in medio quodam loco posuit aliqua hominibus; vt in eis vsurpandis merito reprehendatur audacia: in exequendis autem iure obedientia laudetur. Abraham, α si spontaneus [b] in occidendo filio motus fuisset; execrabilis haberetur; at iubenti Deo obsecundans famulatus est.

α ¶Abraham.] *Confectum est hoc caput ex verbis B. Augustini, sed collectoris arbitratu immunitatis. Atque hæc quidem pars sic apud illũ habet.* Quapropter si in occidendo filio spontaneus motus execrabilis, Deo autem iubente obsecundans famulatus non solum inculpabilis, verum etiam laudabilis inuenitur, quid Moysem Fauste reprehendis, quòd expoliauit Aegyptios, &c.

Idem in quæstionibus super Euangelia, libro primo, quæst.10.

¶Bono animo officia vindictæ possunt impleri. C. XVI.

Officia vindictæ [c] possunt impleri bono animo; quomodo lex, [d] quomodo iudex. [e] Iuo p.10.c.106. Pann.l.8.c.40.

Idem ad Macedonium, epist.54.

¶Non est iniquus, sed humanus, qui crimen persequitur, vt hominem liberet. C. XVII.

Non est iniq̃tatis, sed potius humanitatis societate deuinctus, qui propterea est criminis [f] persecutor, vt sit hominis liberator. Iuo p.10.c.107.

Idem in eadem epistola.

¶Quare sint instituta regia potestas & legalia tormenta. C. XVIII.

Non frustra [g] sunt instituta potestas regis, & cognitoris ius, vngulæ carnificis, arma militis, disciplina dominantis, seueritas etiam boni patris: habent omnia ista modos [h] suos, causas, [i] rationes, [k] vtilitates: [l] hæc cum timentur, & mali coercentur, & quietius inter malos viuunt boni. Iuo p.10.c.108.

Idem ibidem.

¶Nonnunquam potius peccat, qui causam mortis præbet, quam ille, qui occidit. Cap. XIX.

Cum homo ab hoĩe occiditur; multum distat, vtrũ fiat nocẽdi cupiditate, vel iniuste aliquid auferẽdi, (sicut fit ab inimico, sicut a latrone) an vlciscẽdi, vel obediẽdi ordine, (sicut a iudice, sicut a carnifice) an euadendi, vel Iuo ibidem.

---

quid culpatur, in fi. & extra de offic. iudi. deleg. pastoralis, §. quia vero.

a Cum minister.] ¶ Spontè.] Ar. ꝙ non excusat vxor, quæ reddit debitum illi quem scit cõsanguineum suum, de mandato ecclesiæ, sed distinguitur, ut ext. de sent. excom. inquisitioni. & de rest. spol. literas.

b Lex æterna.] Si spontaneus.] Sim. 14. quæst. 5. dixit.] Ad hoc facit 22. q. 2. Abraham.

c Officia vindictæ.] idest, vindicta ex officio.

d ¶Quomodo lex.] In extraordinarijs: vbi nõ est statuta pœna criminis 1.

1 Vt ext. de off. deleg. de causis. ff. de iure deli. l. 1.

e ¶Iudex.] idest, vbi est statuta pœna crimini: ad vtrumq;. ext. de offi. & pote. iudi. deleg. de causis, versus finem.

f Non est.] ¶Criminis.] Supra 45. dist. & qui emendat.

g Non frustra.] Supra dist. 4. factæ sunt.

h ¶Mòdos.] Ad quid fiant, vt s. quęst. 4. q. peccat.

i ¶Causas.] Nam sine causa nemo puniendus est. 16. q. vlt. inuentum.

K ¶Rationes.] Nam secundum leges iudicandum est. 3. q. 7. iudicet.

l ¶Vtilitates.] Nam hoc solum bene agitur, ut uita hominũ corrigatur, ut s. ead. prodest. Ioan.

Cum homo.] CASVS. Macedonius de duobus quęsiuit ab Augustino. Primo, vtrum sit peccatum occidere hominem? Et respondet, quod quandoq; est peccatũ, ut si fiat ab inimico, vel latrone: & quandoque non, ut si fiat a iudice, vel officiali, vel milite. Secũdo quæsiuit, an qui præstat alicui occasionem mortis, sit homicida? Et respondet ꝙ quandoq; homicida est,

est,ut contingit de eo qui fidei ussorem decipit, & quãdoque non, sicut contingit in puella a qua stuprum petitur,& in patre a quo timet filius verberari, & in eo ꝓ quo,quia liberatus est,alius se occidit. Secunda quæstio incipit ibi.⌟ Et aliquando.

a ¶ La- se uin. leg.1.& 2.

b ¶ Potius.] inf.prox.q.vlt.qui aliorum.

b ¶ Potius.] Sic magis punitur consulens quã faciẽs 1 vt infra prox.q.vlt.quia aliorum,& 86.dist.tãta.Inquirendum etiam est quis primo causam mali præbuerit, vt C.ad legem Iuliã de vi.pu.si qui.& ff. si quadru. pau.fecis. dica.l.1.§.cum arietes.

1 Ar.l.1.§.si plures & ibi Bar.ff.ꝗ exerci.& pe.Bal. in l. 3. C. de ser.fugi.

subueniẽdi necessitate, sicut interimitur latro a viatore, hostis a milite.¶ Et aliquando,qui causa mortis fuit,potius [b] in culpa est,quàm ille qui occidit: velut si quispiã decipiat fideiussorem suũ,atq; ille pro isto legitimũ supplicium [c] luat.Nec tamẽ omnis,qui causa alienæ mortis est,reus est. ¶ Quid si enim quisquam stuprũ petat, seseque si nõ impetrauerit,interimat?Quid si filius timẽs patris pia uerbera, prçipitio pereat? Quid si alius homine liberato,uel,ne alius liberetur, sibi ipse mortem inferat? Num propter istas alienarum mortiũ causas aut sceleri consentiẽdum est;aut vindicta peccati, quæ nõ fit nocẽdi,sed corrigẽdi studio,etiam paterna tollenda; aut opera misericordiæ cohibenda sunt? Hæc cum accidunt; debemus eis humanum dolorem, non propter illa,ne accidant,recte factorum reprimere uoluntatem.

d ¶ Suppliciũ.] Sed certe illud nullo iure. 2 inuenit, ꝙ fideiussor possit occidi si nõ exhibet illum pro quo fideiussit,licet fideiusserit pro reo criminis,sed si fideiussor sine dolo reum criminis non exhibet, pecuniariter punit: sed si dolo eum nõ exhibet, punitur arbitrio iudicis,ut ff.de exhib. re.l.si quis reum.& C. ad Tur.l.2. poti⁹ ergo respicitur hic factum,uel cõsuetudo alicuius loci,quã ius.

2 Diuino,& humano.

Item Isidorus lib.3.sent.de summo bono,c.53.

Poly.6.tit.1. Burc.l.15.c.43. Iuo p.16.c.44.

¶ Quod sacerdotes efficere docendo non ualẽt, disciplinæ terrore potestas extorqueat. C. XX.

PRincipes [d] sæculi nõnunquam intra ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenẽt, ut per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant. Cçterum intra ecclesiam [e] potestates necessariæ nõ essent; nisi,ut quod præualet sacerdos efficere per doctrinæ sermonem, potestas hoc impleat per disciplinæ terrorẽ. Sæpe per regnũ terrenum, cœleste regnum proficit, ut qui intra ecclesiã positi contra fidem,& disciplinam ecclesiæ agunt;rigore principum conterantur; ipsamque disciplinam, quã ecclesiç humilitas exercere nõ ꝑualet, [f] ceruicibus superborũ potestas principalis imponat, & ut venerationẽ [α] mereatur, uirtutem potestatis impertiat. Cognoscant principes sæculi Deo debere se rationem reddere ꝓpter ecclesiam,quam a Christo tuẽdam suscipiunt. Nam siue augeatur pax, & disciplina ecclesiæ ꝑ fideles principes, siue soluatur: ille ab eis rationem exiget,qui eorum potestati suam ecclesiam credidit.

PRincipes.] CASVS. Dicitur in hoc c.ꝙ principes sęculi ad hoc sunt instituti, ut ecclesiasticã disciplinã defendãt, vt quos sacerdotalis sermo non corrigit, coerceat sæcularis potestas. De quo, si nõ fecerĩt,apud Deũ reddituri sunt rationẽ.Seq. c.planũ est.

d ¶ Principes.] Hæc quatuor c.ad hoc inducuntur,ut principes ecclesias defendãt, & reos nõ permittant uiuere.

e ¶ Intra ecclesiá.] Laici hñt iurisdictionẽ multipliciter intra ecclesiam.Quandoque ĩ personis ipsis,cum sint incorrigibiles, vt 32.d. eos qui & ĩt.ea. q.de Liguri b. Item quãdoque ꝓpter ambitionem alicuius, ut 79. dist.si quis pecunia. Item cum fidem uolũt subuertere, ut d. 8.quo iure,& su.ea. c.1.& 17.dis.nec licuit. Item cum falsarius est clericus , ut ex.de cri.ad falsariorum. Item cum & schisma faciunt clerici, & cum contemnunt excõionem,ut inf.ead.q.de Liguribus. Itẽ & ubicunq; ecclesiastica potestas deficit,vt hic. Item & cũ tributum petunt ab ecclesia,ut inf.ea.q.8. conuenior.

Laici qñque I clericos habent iurisdictionem.

α ¶ Venerationem.] *In uarijs editionibus huius libri legitur*,& ut ueneratione mereatur, uirtute potestatis impartiat. *In concilio Parisiensi sub Ludouico Lothario, lib.2.c.2.ubi hoc refertur,legitur*,& ut uenerationem mereatur, uirtutem potestas impartiat. *Apud Iuonem uero (Nam Burchardi codex manifestum habet mendum) hoc modo*,& sic uenerationem meretur, ut uirtutem potestatis impartiat.

a ¶ Latro.] Furem nocturnum licet occidere: sed diurnum non,nisi telo se defendat, ut extra de hom. si perfodiens.si autem fur nocturnus poterat deprehendi sine læsione,tenetur ille,qui eum occidit,ut ff.de sica. furem nocturnum. Item latronem insidiantem in itineribus licet cuilibet occidere, ut C. quando li.uni. si iu.

f ¶ Non præualet.] Sup.d.96.duo sup.d.10.quoniam. sup.11.q.1.illud.

a ¶ Res

a Res autem.[¶ Confessionem.] idest, ad ecclesias Christum confitentes. I

Incestuosi.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ mali, qui per ecclesiam non possunt corrigi, uolentes in suis criminibus perdurare, coerceri debent per brachium sæculare.

b ¶ In pristinis.] Supra 82. di. plurimos. Ioan.

Regum.] CASVS. Dicit Hier. in hoc c. ꝙ prīcipes debēt defendere vi oppssos, & peregrinos viduas, & pupillos. Et hoc probat aucto ritate Hiere. quę incipit ibi, [Nolite ò reges Iuda.] [Intulit.] .s. Hieremias.

c ¶ Oppressos.] Hic videtur, ꝙ ad iudiciū sæculare spectet defendere oppressos & viduas, & pupillos, ut inf. ead. administratores, & su. e. q. 3. ab Imperatoribus, & C. qñ īperat. inter pup. & uid. l. vnica. Sed cōtra inf. 23. quæst. ult. si quis de potētibus. 87. distinct. desolatis 2 & c. 1. & 2. q. 12. q. 2. omnis ætas. Dic ꝙ ad utrumque pertinet, potius tamen ad ecclesiam, extra de foro compet. ex tenore.

d ¶ In loco isto.] .i. in ecclesia. Io.

IPSIS AVTEM. Hæc est 5. pars qō. in qua magister probat, ꝙ fides debet seruari principibus, & hoc probat per duo c. Io. de Fant.

CASVS. Gratian. dicit ꝙ principibus exhibere debemus fidē & reuerentiam. De fide tractat in cap. si apud. de reuerentia in c. dicat.

Si apud.] CASVS. Ostendit Hiero. hic, quod illi, qui carnali domino in minimis fuerunt fideles, maiora prœmia apud Deum consequētur, quia seruāt doctrinam domini, qui suæ conditioni imposita non denegat. Nec pōt esse fidelis in substantia Dei, qui carnali dño fidem non exhibet.

e ¶ Cōditioni.] Nota, ꝙ quilibet debet facere quæ suæ conditioni conueniūt, ut 93. d. legimus, & 7. q. 1. si quis epūs, & est hic arg. cōtra clericos, quib. displicet conditio sua, q. comā uolūt nutrire. ext. de uit. & hon. cle. clerici.

f ¶ Qui contradictor.] Sup. 17. q. ult. si quis seruum.

g ¶ Quomodo.] Arg. sup. 2. q. 7. non potest.

Item Leo Papa, episto. 29. ad Pulcheriam Augustam.

¶ Et regia potestas, & sacerdotalis defendat auctoritas, quæ ad diuinam confessionem pertinent.

C. XXI.

Poly. l. 1. tit. 47.

Res autem humanæ aliter tutæ esse nō possunt; nisi quæ ad diuinam confessionem [a] pertinent, & regia, & sacerdotalis defendat auctoritas.

& Capi. l. 2. c. 43.

Item ex concilio Turonensi 3. c. 41.

¶ Sacerdotalis admonitio quos corrigere non ualet, sæcularis potentia corrigat.

C. XXII.

Burc. l. 7. c. 29. Iuo p. 9. c. 66.

Incestuosi, patricidæ, homicidæ multi apud nos repe- riuntur: sed aliqui ex illis sacerdotum nolunt admonitionibus aurem accommodare, uolentes in pristinis [b] perdurare criminibus: quos oportet per sæcularis potentiæ disciplinam a tam praua consuetudine coerceri; qui per salutifera sacerdotum monita noluerunt reuocari.

Item Hieronymus super Hieremiam, ad c. 22.

¶ Malos comprimere, & bonos subleuare, Regum officium est.

C. XXIII.

Regum officium † est proprium, facere iudicium & iustitiam, & liberare de manu calumniatorū vi oppressos, [c] & peregrino, pupilloque, & uiduæ, qui facilius opprimuntur a potentibus, præbere auxilium. Et, vt curam eis pręceptorum Dei maiorem inijceret, intulit, [Nolite contristare, ut non solum non eripiatis, sed ne patiamini quidem per uestram conniuentiam ab alijs contristari, [& sanguinem innocentem non effundatis in loco isto. [d]] Homicidas enim, sacrilegos, &c. *& post pauca.* ¶ Si, inquit, hæc feceritis ò reges Iuda; tenebitis pristinam potestatem.

† autem] orā. — Hier. 7. — inf. ca. homicidas.

5 Ipsis autem principibus, & potestatibus fidem, & reuerentiam seruari oportet: quam qui non exhibuerit, apud Deum præmia inuenire non poterit.

Vnde idem Hieronymus in epistolam ad Titum, c. 2. ad uers. [Serui dominis.]

¶ Aeterna mercede fraudatur, qui fidem, & reuerentiam potestatibus seruare contemnit.

C. XXIIII.

Si apud carnales dominos in minimo fideles fuerint; incipient eis apud Deū maiora committi. Ornat autē doctrinā Domini, qui ea, quę conditioni [e] suæ apta sunt, facit, & è diuerso confundit eam; qui non est subiectus in omnibus; cui conditio sua displicet; qui cōtradictor, [f] atque fraudator, in nullo fidem bonam ostendit. Quomodo [g] enim potest fidelis esse in substātia Dei; qui carnali domino fidem exhibere non potuit?

Marginalia: z Quia in eis Deum oramus, & confitemur. — 2 Al. incipit defensionis, & est 2. c. — Faciat quilibet quæ suæ conueniunt conditioni.

DIcat.] CASVS. Amb. docet in hoc cap. quòd qui reuerentiam domino suo exhibet, à domino præmium reportabit. Et hoc probat exemplo Abrahæ: qui quoniã exhibuit reuerentiam regi Sodomorum cedendo sibi prædam, quam ab inimicis receperat: præmium à Do-

a Domino meruit.

erat in sua potestate: alioquin si non fuisset sua, non potuisset [illegible] dedisse decimas Melchisedech: sed si sub aliquo militetur, præda tota domini est: sed ipse tenetur æqualiter diuidere [illegible] personarum qualitates, ut supra distinct. [illegible] sicut [illegible] dantur. [illegible] eas diuidat [illegible] cõcessit [illegible] quod [illegible] gentiũ nostra sunt q̃ capi[illegible] bellis, [illegible] tamẽ tenetur domino [illegible] diuidat secundum [illegible] hominum [illegible] Fant.

Præda publica est domini, sub quo militatur.

Item Ambrosius in lib. 1. de Patriarchis, idest de Abraham, cap. 3.

¶ Militaris disciplina Regi omnia seruat. C. XXV.

† Dicet] orig. Gen. 14. † al. Decet.

DIcat † aliquis, cũ ipse uicerit, quomodo dicit Abraham [a] ad regem Sodomorũ, [nihil summam abs te,] cum præda utique in potestate uictoris fuerit? Docet † militarem disciplinam, ut regi seruetur omnia. [b] Sane his qui secum fuissent in adiumentum fortasse sociati, partẽ emolumenti tribuendam asserit, tanquam mercedem laboris. Ideoque, quoniam sibi mercedem ab homine non quæsiuit; à Deo accepit: sicut legimus scriptum; quia post hæc factum est uerbum Domini ad Abraham in uisu dicens: [Noli timere Abraham: Ego protegam te, merces tua multa erit ualde.]

Gen. 15.

PRÆTEREA Hæc est 6. pars q. in qua probatur, quod principes tenentur ecclesiam defendere alias excõmunicantur. [illegible]

CASVS. [illegible] ostensum [illegible] principibus & potestatibus fidem & reuerẽtiam exhibere debemus. nunc ostendit Grat. quod uice uersa principes ecclesiã defendere debent: alioquin à communione [illegible] repellendi. Et ad hoc inducit seq. cap.

Præterea, sicut principibus, & potestatibus fidem & reuerentiam exhibere cogimur; ita sæcularium dignitatum administratoribus, defendendarum ecclesiarum necessitas incumbit. Quod si facere contempserint: à communione sunt repellendi.

Unde Ioannes Octauus.

¶ Querimonias ecclesiarum, qui in dignitatibus agunt, attentius debent audire. C. XXVI.

ADministratores. CASVS. Statuit Ioannes in hoc cap. quod principes sęculi, qui cõstituti sunt ad malorum audaciam refrænandam, & ad tuitionem uiduarum & pupillorum: quoties super hoc admoniti fuerint ab episcopis diligenter audire debent q̃ & corrigenda fuerint, corrigere: si autem post secundam & tertiam admonitionem fuerint negligentes: usque ad dignam satisfactionem debent à communione repelli. Illa c. quę sequuntur usque ad cap. si audieris. plana sunt per se.

Ans. l. 3. c. 107.

ADministratores plane sæcularium dignitatum, qui ad ecclesiarum tuitionem, pupillorum, ac uiduarũ protectionem, rapaciumque refrenationem constituti esse proculdubio debent; quoties ab episcopis, & ecclesiasticis uiris conuenti fuerint: eorum querimonias attentius audiant, & secundum quod necessitas expetierit, absque negligentia examinent, & diligenti studio corrigant. Quòd si Dei timorem præ oculis non habentes negligere post secundam, & tertiam admonitionem inuenti fuerint; omni se nouerint communione usque ad cõdignam satisfactionem priuatos.

c ¶ Priuatos.] Videtur ergo, q̃ ipso iure sit excõmunicatus princeps, qui non facit iustitiam clerico.

Item Hieronymus super Ioelem, ad c. 2.

¶ Non solum homines, sed & contrariæ fortitudines sunt ultrices iræ Dei. C. XXVII.

Iuo p. 10. c. 111. Pann. l. 8. c. 48.

al.

NOn solum homines, ministri [d] sunt, & ultores iræ Dei in his qui malum operantur (unde † non sine causa gladium portant;) sed etiam contrariæ fortitudines, [e] quæ appellantur furor, & ira Dei.

NOn solum.] Hæc est septima pars quæstionis, in qua probat magister, quod mali sunt puniendi per iudices, & per reges, & quandoque occulto iudicio diuersis modis, & tales ultores non peccant, dum tamen amore iustitiæ hoc faciãt, & hoc pbat p 24. c. Io. de Fan.

a ¶ Abraham.] Cum reuerteretur de cede quatuor regum.

b ¶ Omnia.] Hæc littera uidet sibi contradicere in eo q̃ dicit hic, quod regis sint omnia, & iam dixit q̃ omnia sint uictoris. & etiam in Genes. dixit, non accipiam ex omnibus quæ tua sunt. Ad hoc dicas q̃ Abraham non suberat isti regi, nec de regno suo erat: & ideo præda

d ¶ Ministri.] Simile 15. q. 1. nec eis. 1

1 Et 8. q. 2. audistes.

e ¶ Fortitudines.] Id est dæmones. & ita est bonũ q̃ de-

mones sunt, vt inf. ead. §. vlt. si bonum est, quod hæretici sunt, vt inf. prox. q. ult. c. ult.

a QVi malos.] ¶ Vasa interfectionis.] i. potestatem. b ¶ Minister.] Et tales, qui mittuntur ad puniendum malos dicuntur abesse causa Reipublicæ. ut ff. ex qui. cau. ma. q mittuntur. §. quæsitū.

Sacrilegi homicidæ, & venefici capite puniuntur.

c HOmicidas.] Hic habes ꝙ homicidæ, & sacrilegi, & venefici, capite puniuntur. de homicidis patet, ut de pœn. dist. 1. si quis cum telo. De ueneficis similiter patet, ut ff. ad legē Corneliam de sica. l. 3. De pœna sacrilegorum habes 17. q. 4. per totum ff. ad legē Iul. pec. sacrilegij.

SI audieris.] CASVS. Cyprianus fuit interrogatus an mali post aduētum Domini in hūc mūdum morte sunt puniendi? Et certe respondet quod sic: quia si ante aduentum Christi hoc fiebat ut probatur auctoritate Deuteronomij: & exemplo Mathathiæ, multo fortius post aduentum Christi hoc fieri debet. Auctoritas durat a principio vsque ibi, [Cuius præcepti.] Postea sunt verba Cypriani.

d ¶ Si audieris. hęc uerba sumpta sunt de Deutero. usq; ad illum locum.] Cuius præcepti.

e ¶ Necabis.] Tu q. cunq; sis: & sic quique ille, qui non est iudex, potest punire maleficos, ut inf. e. q. ult. legi.

Ciuitas pro delicto personarum puniri potest.

f ¶ Omnes.] Si ergo aliqui hæretici sunt in una ciuitate, tota ciuitas potest exuri: & sic ecclesia vel ciuitas punitur pro delicto personarū, ut 25. q. 2. ita nos, & C. de sacrosanct. eccle. iubemus nullā, argum. cōtra 26. q. 6. si episcopū. Quid iuris sit de hoc, notatur in illo brocardō, an delictum personæ, &c. Item habes hic, ꝙ hæretici occidi possunt, ut sup. ea. q. 4. quando. Ioan.

* Aliter accipit lex hanc dictionem, ex tunc ff. de cōd. & dem. l. is. nā si ita legatū est aliquid alicui si non fece-

g ¶ Nunc.] Idest, usque in futurum: 1 sic 11. q. 3. nolite,

h ¶ Cuius.] Hæc sunt verba Cypriani.

i ¶ Mathathias.] Vt legitur in libro Machabæorum.

k AD fidem.] CASVS. Petilia conquerebatur de principibus, a quibus ipse, & alij hæretici puniebantur, dicebat enim hoc fieri non debere, propter duo. s. quia quia nullus est cogendus ad fidem: & quia boni mores non

rit hoc usq; ad annos, & ex tunc dei ei legatum, si ante decesserit, non debetur ei legatum, sed arg. ff. de pe. d. 1. prædixerat. Laur.

† absunt ab orig.

Idem super Esaiam, ad c. 13.

¶ Qui crudeles iugulat, non est talis, qualis patientibus videtur. C. XXVIII.

NOn est crudelis, qui crudeles iugulat: sed [crudelis † ideo vocatur] quod crudelis patientibus esse videtur. Nam, & latro suspensus patibulo crudelem iudicem putat.

Iuo p. 10. c. 112. Pann. l. 8. c. 49.

Idem super Ezechielem, lib. 3. ad c. 9. †

† Et ibi gl. ord. inf. ea. q. 8. quicumque percutit.

¶ Minister est Dei, qui malos percutit in eo, quòd mali sunt. C. XXIX.

QVi malos percutit in eo, quod mali sunt, & habet vasa interfectionis, [a] vt occidat pessimos, minister [b] est Domini.

In Tribur. sub Arnulpho, c. 3. Burch. l. 6. c. 43. Iuo p. 10. c. 114. Pann. l. 8. c. 51.

Idem super epistolam ad Galatas, lib. 2. ad c. 3.

¶ Non scelus admittit iudex, qui homines vincit. C. XXX.

IVdex non est auctor sceleris, nequam homines vinciendo.

Iuo p. 10. c. 115. Pann. l. 8. c. 52.

Idem super Hieremiam, lib. 4. ad c. 22.

¶ Non effundit sanguinem, qui homicidas, & sacrilegos punit. C. XXXI.

HOmicidas, [c] & sacrilegos, & venenarios punire non est effusio sanguinis; sed legum ministerium.

Idem Cyprianus lib. de exhortatione martyrij, c. 5.

¶ Principes sæculi pessimis parcere non debent. C. XXXII.

Iuo p. 10. c. 115. Burch. l. 6. c. 43. Pann. l. 8. c. 53.

SI audieris [d] in vna ex ciuitatib. quas Dominus Deus tuus dabit tibi inhabitare te illic; dicentes: Eamus, & seruiamus Dijs alijs, quos non nouisti; interficiens necabis [e] omnes, [f] qui sunt in ciuitate, cæde gladij: & incendes ciuitatem igni: & erit sine habitaculo in æternum: non reædificabitur etiam nunc, [g] vt auertatur Dominus ab indignatione iræ suæ. Et dabit misericordiam tibi, & miserebitur tui, & multiplicabit te, si exaudieris vocem Domini Dei tui, & obseruaueris pręcepta eius.] Cuius [h] pręcepti, & vigoris memor Mathathias [i] interfecit eum, qui ad aram sacrificaturus accesserat. Quod si ante aduentum Christi circa Deum colendum, & idola spernēda, hæc pręcepta seruata sunt; quanto magis post aduentum Christi seruanda sunt; quando ille ueniens nō verbis tantum nos hortatus est, sed & factis?

Deuter. 13.

1. Matth. 13.

Item August. contra literas Petiliani, lib. 2. c. 83.

¶ Tribulationum flagellis aliquando perfidia castigatur. C. XXXIII.

AD fidem [k] nullus est cogen-

Iuo p. 10. c. 75.

non eliguntur nisi libero arbitrio. Et respondet Augu. dicens, quod ipsi non coguntur, vt bene faciant, sed vt eorum perfidia corrigatur, à malo abstineant, & vt cogitent quare ista patiantur: quia si patiuntur propter iustitiam, beati erunt; & qui eos persequuntur,

verba sunt. Aug.
a ¶ Cogendus.] Sic 45. dist. de Iudæis.
b ¶ Integritate,] Id est, securitate.
c ¶ Præpostera.] Id est, inordinata.
d ¶ Nisi cura.] Id est, nisi delinquens primo instruatur ad bonū vel nisi corripiens præbeat prius exemplū bonæ vitæ vt 3. q. 7. §. porro.

dus [a] inuitus: sed per seueritatem, imò, & per misericordiam Dei; tribulationum flagellis solet pfidia castigari. Nunquid, quia mores optimi libertate voluntatis eliguntur, ideo mores pessimi non leges integritate [b] puniuntur? Sed tamen male viuendi vltrix disciplina præpostera [c] est, nisi cura, [d] α præcedens bene viuendi doctrinam prætendat. Si quæ igitur aduersus vos leges constitutæ sunt; non eis benefacere cogimini [e], sed male facere prohibemini. Nam benefacere nemo potest, nisi elegerit [f], nisi amauerit; quod est in libera voluntate. *& infra c.* 84. ¶ Cum aliquid aduersus vos reges constituunt; admoneri vos credite vt cogitetis, quare ista patiamini. Si propter iniustitiā: reuera illi persecutores uestri sunt, vos autem beati, qui persecutionem passi propter iustitiam possidebitis regnum cœlorum. Si autem propter iniquitatem schismatis uestri; quid illi, nisi correctores uestri sunt; uos autem, sicut cæteri diuersorum scelerum rei, qui pœnas legibus pendunt, profecto infælices & in hoc, & in sæculo futuro.

Matth. 5.

α Cura.] *Apud B. Augustinum, & Iuonem legitur.* nisi cum præcedens bene viuendi doctrina contemnitur. *sed ob glossam in ver.* cura, *non est mutatum.*

e ¶ Cogimini.] Qui enim ex timore benefacit, reputat nō facere, vt extr. de re. iur. q timore, & qui cogitur mutare locū non mutat locum, sed mutat, vt 7. q. 1. mutationes: nec præmium aliquod debemus consequi ex hoc quod facimus inuiti vt 13. q. 2. quàm præposterū. Vnde si aliqs cogitur adire hereditatem, quam ex causa fideicommissi rogatus est restituere, nullū cōsequitur commodum ex tali aditione, nec potest vti beneficio legis Falcidiæ. ff. ad Treb. cogi. §. Mecianus.

Timor tollit meritum.

f ¶ Nisi elegerit.] Potest. n. aliquis male facere ppter uoluntatem coactā vt 15. q. 1. merito. sed non potest bene facere. x propter voluntatem coactā. vt hic dicit.

x Scilicet meritorie: quia penes uoluntatē meritū consistit. ar. hic & 15. q. 1. non est. & 20. q. 3. præsens. inf. ea. q. 6. §. ul. iuxta finem.

Iuo ibidem. Dan. 6.

Idem in eodem lib. c. 92.

¶ Iniuria sacramentorum Christi a regibus est vindicanda. C. XXXIIII.

SI propterea persecutor non fuit Nabuchodonosor, quia scelus in sanctum Danielem commissum iustissime vindicauit; quomodo vindicandum est a regibus quòd Christi sacramenta exsufflantur, si prophetæ membra, quia in periculum missa sunt, sic vindicari meruerunt.

SI propterea.] CASVS. Dicit Augus. in hoc c. q hæretici à principibus sunt puniendi, eo q sacramenta Christi contaminant. quod probat exemplo Nabuchodonosor, qui scelus cōmissum in sanctum Danielem vindicauit.

Iuo ibidem.

Idem in libro de vnitate ecclesiæ, cap. 17.

¶ Diligentissimi rectores sunt, qui malos, vt a malo fugiant, persequuntur. C. XXXV.

SI vos contra ecclesiā Christi altare erexisse, & a Christiana vnitate, quæ toto orbe diffunditur [g] sacrilego schismate separatos esse, & corpori Christi (quod est ecclesia toto orbe diffusa) & rebaptizando, & blasphemando, & quantū potestis oppugnando aduersari sancta, & canonica scriptura conuincit; vos impij, atque sacrilegi: illi autem, qui vos pro tanto scelere tam leniter damnorum admonitionibus, vel locorum, vel honorum vel pecuniæ [h] priuatione deterrendos, coercendosque decernunt; vt cogitantes, quare ista patiamini; sacrilegium vestrum cognitum fugiatis, & ab æterna damnatione liberemini, & rectores diligentissimi, & consultores pijssimi deputantur.

SI uos cōtra.] CASVS. Au. docet in hoc c. q hæretici impij sunt & sacrilegij cū sint a corpore ecclesiæ separati, & p scripturā canonicā male facere cōuincātur; illi uerò, qui p suis sceleribus eos puniunt & deterrēt boni & iusti reputantur.

g ¶ Diffundit.] Licet ecclesia sit ubiq; diffusa, tā eadē insolidū ubiq; est, ut inf. proxi. q. 1. loquitur.

Idem super epistolam Ioannis, tractatu 7.

quuntur, mali sunt. Si vero propter hæresim, infelices erunt & in hoc sæculo, & in futuro. [Sed per seueritatē

h ¶ Vel pecuniæ.] Et ita puniri possunt hæretici ab ecclesia in rebus, in honore, vel exilio, vt su. q. 4. quando. & c. non inuenitur. & infr. ea. de Ligurib. in fin.

Hæretici uario modo possunt ab ecclesia puniri.

in fin. & 1 ff. q ... cap. 1. Sed contra ecclesia non debet in ... pœnam pecuniariam, vt extra de pę. licet ? ... sia potest infligere pœnam pecuniariam quando magis illa timetur. 1 Vel dic q tunc ... hoc inuenitur expressum extra de ... interfectores pontifi... presbyterorũ, & aliorum clericorũ, potius ... per reges & ... rectores ecclesiarum ... niendum homicidas & raptores. Seq. c. patet.

g ¶ Pontificem.] Pœnã talium habes sup. ... diaconum.

1 Ad hoc fa cit q̃d leg. & no. sup. ca. q. 4. vii dicta. & de hoc plene no. Host. in summa de off. ord. §. p. tinet ubi ... deas.

Non putes.] CASVS. Hoc capit. tractat. de tribus generibus hominum, scilicet de seruis, filijs, & vicinis, qui si sunt mali, corrigi debent, nec diligantur nisi in eis vitia corrigantur, & emẽdentur; si vero boni sunt de ipsis est gaudendum. Sequens capit. patet per se.

a ¶ Eum non cedis.] Qui alius possint corrigere, habes supra .q. 4. duo ista. & sup. c. c. 1.

b ¶ Vicinum.] Arg. ... H. qui dicit q ... peccauerit, ad omnes spectet. Sed tu in ... de illis qui aliquam habent potestatem super alios. Vel intelligitur de canonica denunciatione, ad quam quilibet tenetur, ut dixi 22. q. 5. hoc videtur. Vel dic, vt dixi sup. cad. duo ista. Ioan.

Tradi ... peccauerit, & cap. an ad ...

¶ Non amatur seruus, vel filius, cum non corripitur.

C. XXXVI.

Non putes tunc te amare seruum tuum, quando eũ non cœdis [a], aut tunc te amare filium tuum, quando ei non das disciplinam †: aut tunc te amare vicinũ [b] tuum, quando eum non corripis. Non est ista charitas, sed languor. Ferueat charitas ad corrigendum, ad emendandum, Si sunt boni mores, delectent: si sunt mali, emédentur.

Iuo p. 10. c. 76. Pann. l. 8. c. 22.

† Adde q ... q̃s dicit al ... quem ... & cã ... no. cle. ... effectionis ... de den ... fi. de ne. g.

Item in lib. 19. de ciuitate Dei, c. 16.

¶ Innocentijs officium est, nulli nocere, & peccantem punire. C. XXXVII.

Non est innocentiæ [c], parcendo, sinere vt in malum grauius incidatur. Pertinet ergo ad innocentis officium, non solum nemini [d] malum inferre, verumetiam cohibere a peccato, vel punire peccatum; vt aut ipse, qui plectitur [β], corrigatur experimento [e], aut alij terreantur exemplo.

Iuo p. 10. c. 77.

α Non est.] *Integer locus apud B. Augustinũ sic habet.* Sicut enim non est beneficentiæ adiuuando efficere, vt bonum, quod maius est, amittatur; ita non est, &c.

β ¶ Plectitur.] *Sic ex originali antea legebatur*, prius odio habetur. *nec multo aliter Iuo.*

Idem ad Lotharium †.

† *al. Lotharium.*

¶ Non est misericors, qui vitiis nutriendis parcit.

C. XXXVIII.

Qui vitijs nutriendis parcit, & fauet, ne contristet peccantium voluntatem; tam non est misericors quam qui non vult cultrum rapere [f] puero, ne audiet plorantem, & non timet, ne vulneratum doleat, vel extinctum.

Iuo p. 10. c. 79. Pann. l. 8. c. 25.

Item Haymo super epistolam ad Romanos, c. 13.

¶ In vulgatis citabatur ex Augustino, sed in vetustis ... Haymoni, apud quem habetur.

¶ Enormia flagitia per sæculi iudices corripiantur.

C. XXXIX.

Svnt quædam enormia flagitia, quæ potius per mundi iudices, quàm per antistites, & rectores ecclesiarum vindicantur. sicut cum quis interficit Pontificem [g] Apostolicum, episcopum, presbyterum, siue diaconum. Huiusmodi reos reges, & principes mundi damnant. Ergo nõ sine cã gladium portant, qui talia scelera dijudicant. Sunt enim maxime constituti propter latrones, homicidas, raptores: vt & illos damnent, & alios suo timore compescant.

Iuo p. 10. c. 11. Pann. l. 8. c. 5.

Item Cyprianus in nono genere abusionis.

¶ Libellus hic de duodecim gradibus abusionũ, impressus est tomo 9. operũ B. Aug. sed est & in vno codice Vaticano operũ B. Cypriani; & in concilio Parisiensi, lib. 2. c. ... hoc

Non est.] CASVS. Dicit, hoc q ad innocentem & ad bonum virũ non pertinet malitiæ parcere, ut in malũ grauius incidat, sed pertinet ad innocentem non solum nemini malum inferre, uerumetiam ... a peccato cohibere, & ... vt ... corrigantur. qui ... peccatũ non diliguntur, ut alij ...

c ¶ Innocentiæ.] Id est boni viri.

d ¶ Nemini.] Si. 22. ...

e ¶ Experimento. ...

f Qui vitijs. ¶ Rapere.] simile 22. questione ...

Svnt quedã.] CASVS. Ostẽdit Haymo in hoc cap. quod committentes enormia delicta, vt ... diaconum. 25. q. vlt. c. vlt.

a ¶ Rex.] ¶ Adulteria.] Contra infra 33.quæst.2.inter hæc.
b ¶ Parricidas.] Pœnam parricidarum habes, ff.ad legē Pompe.de parrici.l.penul.
c ¶ Et peierantes.] Quod hic dicitur, quod periurus puniē pœ-

si duo.§.ult. Aliam pęnam habes 6. q.1. quicumque. 2.2 q.5. hæc ima go in fi.& 2. q.5.in fine.

Et notat in

Si homicidium est. CASVS. Docet Aug. in hoc c. quod licet sit peccatum hominem occidere, potest tamen hoc quandoque occidere sine peccato, quod probat quatuor exemplis, uidelicet militis, iudicis, & ministri & de eius manu cuius præter uoluntatē ipsius telū effugerit. Isti ēt homicidæ appellari non solent.

idem nonū abusionis genus refertur ex Cypriano, quemadmodum, & apud Iuonem, & in Pannormia.

¶ Furta, & crimina a rege sunt cohibenda.

C. XL.

Omittūtur aliquot uerba.
Iuo p.10.c.96.
Pann.l.8.tit.4.c.19.

Rex debet furta cohibere, adulteria [a] punire, impios de terra perdere, parricidas, [b] & peierantes [c] viuere non sinere, filios suos non sinere impie agere.

Item Augustinus de libero arbitrio, lib.1.c.4.

¶ Non peccat, qui ex officio nocentem interficit.

C. XLI.

† al. accidere.
Iuo p.10.c.101.
Pann.l.8.c.35.

Si homicidium est hominē occidere, potest tamen occidere † aliquando sine peccato. Nam, & miles [d] hostem, & iudex, vel minister eius nocētem, & cui forte inuito, [e] atque imprudenti [f] telum manu fugit, non mihi videntur peccare, cum hominem occidunt. Euodius. assentior γ. Sed homicidæ isti appellari non solent. *Idem in quæstionibus Leuitici, q.68. ad c.19.* ¶ Cum homo iuste occiditur, lex eum occidit, [g] non tu.

γ ¶ Euod. assentior.] *Hac sunt addita ex originali, & Iuone. Est enim liber ille scriptus in dialogo.*

Item Pelagius Papa.

¶ Non qui ad bonum, sed qui ad malum cogit, persequitur. C. XLII.

Deusdedit p.1.
Poly.l.7.tit.5.
Ans.l.12.c.47.
Iuo p.10.c.95.

Non vos hominum vaniloquia [h] retardent dicentiū quia persecutionē ecclesia faciat, dum vel ea, quæ committuntur, reprimit; vel animarum salutem requirit. Errant huiusmodi rumoris fabulatores. Non persequitur, nisi qui ad malum [i] cogit. Qui vero malum vel factum iam punit, vel prohibet ne fiat; non persequitur iste, sed diligit. Nam si, vt illi putant, nemo nec reprimendus a malo, nec retrahendus a malo ad bonum est; humanas, & diuinas leges necesse est euacuari, quæ & malis pęnam, & bonis præmia iustitia suadente constituunt. Malum autem schisma esse & per exteras [k] etiam potestates huiusmodi homines debere opprimi, & canonicæ scripturæ auctoritas, & paternarum regularum nos veritas docet. Quisquis ergo ab Apostolicis diuisus est sedibus; in schismate [l] eum esse non dubium est: & contra uniuersalem ecclesiam altare conatur erigere. ¶ Sed quid de talibus insertus Chalcedonensi α synodo canon statuat, gloria vestra consideret, vbi post alia sic dicit: [Qui a communione seipsum suspendit, & collectam facit, & altare constituit, & noluerit uocanti episcopo consentire, & noluerit eidem acquie-

11.q.3. si quis presbyter.

d ¶ Nam & miles.] Tres casus ponit hic alij duo sunt cum facit defendendo se uel alij subueniendo, ut supra ea. cum homo.
e ¶ Inuito.] Fortuitus.n. casus nō imputatur ut extra de ho. lator. dumtamē non præcesserit culpa 50.dist. sæpe.
f ¶ Imprudēti.] Nō ut, quod imprudentia excuset eū, quia imperitia culpæ annumeratur. ff.de regul. iur. imperitia. Sed dic imprudenti idest, ignoranti.

Imperitia annumeratur culpæ.

g ¶ Lex eū occidit.] sic 33.qō.2. quos Deus.Ioan.

Non uos.] CASVS. Pelagius præcepit cuidā principi, ut hereticos persequeretur: quod cū facere nollet heretici ei obijciebant, quod nulli est persecutio facienda. unde super hoc cōsuluit ipsum Pelagium: qui respōdet dicens non appellari persecutionem, nisi cum quis cogitur ad malum. sed si quis malū punit, uel prohibet ne fiat, non debet persecutor appellari: qa diligit, & bene facit. Et hoc probat duab. auctoritatibus, scilicet Chalcedon. concilij, & August. uno exēplo. Auctoritas Chalcedon. concilij, incipit ibi, [Qui a communione. Auctoritas Aug. incipit ibi, [Multa etiā cum inuitis. Exemplum incipit ibi.] Recolere enim.
h ¶ Vaniloquia.] Vanæ uoces populi nō

pœna capitis intelligas de teste, qui fert falsum testimonium in causa criminali: talis enim mortem meretur. ff.de sic.l.1.§.1. aliās enim si in contractibus quis periurus est 1. notatur infamia. C. de transā. si quis maior. aliās solum Deum hēt ultorem, ut C.de re.cre.l.2. Vel si periurus est, per principem fustib. castigat. ff. de iureiu.

sunt audiendæ. extra de elect. Osius. C. de pęn. l.decurionum.
i ¶ Ad malum.] Quandoque persecutio largius sumitur, ut ead.q.4. si ecclesia.
k ¶ Exteras.] Sic s̄.e. de Ligurib. & dixi s̄.e. principes.
l ¶ In schismate.] Ergo schisma est non habere caput Romanæ.

manam ecclesiã, ut 24. q. 1. hæc est. & c. quoniã vetus. Io.

a ¶ Secundo. Hic dicitur quod bis debet admoneri excommunicãdus, maxime hæreticus. alibi dicitur quod semel, vt inf. prox. causa. q. 1. quæ domus. alibi quod sæpissime 1. q. 7. conuenientibus. quandoque dicitur de trina admonitione, vt sup. si administratores, infra proxi. causa. quest. 3. de excõmunicatiõis quid iuris sit, dixi super illo. c. quæ domus.

b ¶ Orationem.] Id est, supplicationem, quia sine spe veniæ deponitur, ut statim subiungit. 21. dist. in tantum. Vel ideo dicit quia schismatico, siue intruso nulla datur audientia, ut 23. distin. in nomine.

c ¶ Recipere.] 11. q. 3. si quis episcopus in concilio.

ADDITIO. Ad idem inf. cap. prox. 17. dis. nec licuit.

d ¶ Inuitis.] sup. 45. d. & qui emendat.

e ¶ Non persequat.] ecclesia, nec etiam vos per consequens qui auctoritate ecclesiæ eos coercetis.

f ¶ Principem.] Ergo ecclesiastica persona licite põt petere, ut mali detineantur, & ducant ad iudicium, vt sup. e. unum solũ. & inf. ea. relegẽtes.

g ¶ Ordinabatur.] j. 24. q. 1. pudenda.

stica maiori suo restiterit, excõicari debet, & damnari: & si hoc cõtempserit, per publicas dẽt opprimi potestates: qd' dicit esse faciendum multis cõstitution. b. & exẽplis.

h ¶ Rusticitate.] Idest, superbia 1 alibi ponitur pro simplicitate: ut 2. q. 6. sancta. Et sic est argum. quod quandoque

scere, neque obedire primo, & secundo [a] vocanti; hunc oĩno volumus damnari, nec vnq̃ vel orationẽ [β] [b] mereri, nec recipere [c] eum posse honorem. Si enim permanserit turbas faciens, & seditiones ecclesiæ; per exteram potestatẽ tanquam seditiosum volumus comprimi.] ¶ Et B. Augustinus de talibus dicit: [Multa enim cum inuitis [d] benigna quadam asperitate plectendis agenda sunt quorum potius vtilitati consulendum est, quàm voluntati. Nam in corripiendo filio, quantumuis aspere, nunquam paternus amor amittitur: fit tamẽ, quod nollet, vt doleat, qui etiam inuitus videtur dolore sanandus.] Ecce videtis, quemadmodum tanti testimonio patris non persequatur [e] coercendo talia; sed diligat emendando tales semper ecclesia. Facit ergo etiam vos, quod scientes intentionem Christianitatis vestræ frequenter hortamur, & date operam, vt talia fieri vltra non liceat: sed etiam (quod vobis facillimum esse non dubito) hi, qui talia præsumpserunt ad pijssimum principem sub digna custodia dirigantur. ¶ Recolere enim debet celsitudo vestra, quid per vos Deus fecerit tempore illo, quo Histriam, & Venetias tyranno Totila possidente, Francis etiam cuncta vastantibus, non ante tamen Mediolanensem episcopum fieri permisistis; nisi ad clementissimum principem [f] exinde retulissetis, & quid fieri debuisset, eius iterum scriptis recognouissetis: & inter vbique ferentes hostes, Rauennam tamẽ, & is, qui ordinabatur [g], & is, qui ordinaturus erat, prouidentia culminis vestri deducti sunt.

α ¶ Insertus Chalcedonensi.] *Actione quarta concilij Chalcedonensi in epistola Archimandritarum ad ipsum conciliũ pro rehabilitatione Dioscori citatur canon quintus concilij Antiocheni: & eodem fere modo habetur in ea epistola atq; hic refertur. Cum neutra tamen antiqua versione ipsius concilij magnopere concordat.*

β ¶ Vel orationem.] *In vtroque concilio, idest, Antiocheno, priscæ versionis, & Chalcedonẽsi legitur,* curationem, *Græce enim est,* καὶ μηκέτι θεραπείας τυγχάνειν.

Idem Narsæ patritio, & Duci in Italia.

¶ Schismaticos, & hæreticos sæculi potestates coerceant. C. XLIII.

De Liguribus, atque Veneticis, & Histrijs episcopis quid dicam? quos idonea est excellentia vestra, & ratione, & potestate reprimere, & dimittitis eos in cõtemptum Apostolicarũ sedium de sua rusticitate [h] gloriari: cum, si quid eos de iudicio vniuersalis synodi, quod Constantinopoli per primam nuper elapsam indictionem actum est, forte mouebat, ad sedem Apostolicam

De Liguribus.] CASVS. Celebrato concilio apud Cõstãtinopolim, epi Venetiæ, Histriæ, & Liguriæ noluerũt accipere statuta illius concilij, & cũ in contumacia perstitissẽt fuerũt ab ecclesia excõicati, & damnati: & cũ adhuc existerent contumaces, mandauit Pelagius Narsæ patritio, ut deberet illos episcopos coercere, quod cũ facere dubitaret, rescribit ei Pelagius hortans eũ, ut cõprimeret, & coercere eos nõ dubitet: q̃a si dubitabant de statutis Cõstant. cõcilij, nuncios debuerũt dirigere ad sedẽ ap'licã qui de hoc posset accipere, & reddere rõnẽ. Nõ debet igitur dubitare tales opprimere: q̃a si aliqua persona ecclesia- doque non sit parcendum rusticitati.

Schisma est non hic caput Romanã ecclesiã. Excõicãdus maxime hæreticus quoties admoneri debet.

Cap. 1. 5. c. 24.

Rusticitas dupliciter sumitur.

1 De qua dr nihil impudẽtius, &c. ut 46. dist. in princ.

sup. d. 45. emendare.

Ans. l. 6. c. 196. Poly. l. 7. tit. 5. De hoc schismate B. Greg. li. 4. epi. 50. & li. 7. ind. 2. epist. 10. & alibi.

(quomodo semper factũ est) electis [a] aliquibus de suis, qui dare & accipere rationem possent, dirigere debuerunt; & non clausis oculis corpus Christi Dei nostri, hoc est sanctam ecclesiam lacerare. Nolite ergo dubitare huiusmodi homines principali, vel iudiciali auctoritate cõprimere: quia regulæ patrum hoc specialiter constituerunt, vt si qua ecclesiastici officij persona, cui subiectus est, restiterit, vel seorsum collegerit, aut aliud altare erexerit, seu schisma fecerit; iste excõmunicetur, atq; damnetur. Quòd si forte & hoc cõtempserit, & permanserit, diuisiones, & schisma faciẽdo: per potestates [b] publicas opprimatur. Ecce domine, † quod animus vester forte timidus est, ne persequi videaris; de patrum vobis auctoritate hæc breuiter dirigenda curaui, cum mille alia exẽpla, & constitutiones sint, quibus euidenter agnoscitur, vt faciẽtes scissuras in sancta ecclesia, non solum exilijs, sed etiam proscriptione rerum, & dura custodia per publicas potestates debeant coerceri.

sup. proximo capite canon Apos. 32. Antioch. 5.

† *al. de quo animus.*

Item Pelagius.

¶ Ab ecclesiæ vnitate diuisi, a sæcularibus potestatibus coerceantur. C. XLIIII.

Ans. l. 12. c. 46. Poly. ibidem.

QVali nos de gloriæ vestræ studijs iudicio gratulemur; non solũ vestram, sed multorum ac pene [c] omnium credimus habere notitiam: & idcirco nunc de his, quæ vobis præsentibus ibi fieri stupemus, fiducialiter apud gloriam vestram duximus cõquerendũ. Thracius † si quidem, atque Maximilianus nomina [d] tantum episcoporum habentes, & ecclesiasticam ibi vnitatẽ perturbare dicuntur, & oẽs ecclesiasticas res suis vsibus applicare: in tantum vt contra unum eorum, i. Maximilianum vsque ad nos per tam longum iter, necessitate compellẽte quidam infatigabiliter venientes, preces offerrẽt. Ob quam causam Petrum presbyterum sedis nostræ, sed & Proiectum notarium ad eadem loca duximus destinandos; vt ea, quæ canonicis statutis a prædictis pseudoepiscopis compererint commissa, vel digna debeant ibi vltione compescere, vel eosdem ad nos vsq; perducere. Et ideo salutantes paterno affectu gloriam uestrã, petimus, vt præfatis, qui a nostra sede directi sunt, in omnib. prębeatis auxilium: nec putetis alicuius esse peccati, si huiusmodi homines comprimuntur. Hoc. n. & diuinæ & humanæ † leges statuerunt; vt ab ecclesię unitate diuisi, & eius pacem iniquissime perturbantes, a sæcularibus etiã potestatibus comprimantur. Nec quidquam maius est vnde Deo sacrificium possitis offerre; quàm si id ordinetis, vt hi; qui in suam & aliorum perniciem debacchantur, competenti debeant vigore compesci.

† *al. Tertius.*

† *al. mundana.*

Idem Pelagius Papa Ioannis patritio.

¶ Iniquitas prauorum, quamuis bonis proficiat, tamen punienda est. C. XLV.

Ans. l. 12. c. 47. Poly. ibidem.

RElegẽtes literas excellẽtię vestrę, de iniuria quidẽ,

[a] ¶ Electis.] Seu qualiter potuit hęc causa per procuratorem agi, cum isti de crimine cõuenirẽtur? Sed dic, quod licet fuerit de crimine actum, non tñ criminaliter. vnde potuit procurator interuenire, vt ext. de accus. veniens, & cap. super his. & 3. qõ. 6. hæc quippe.

[b] ¶ Per potestates.] supra ea. cap. principes.

QVali nos.] CASVS. Thracius & Maximilianus hęretici erant, & episcopi, qui vnitatem ecclesię conturbãtes res ecclesiæ suis vsibus applicabant, de quorum altero, scilicet Maximiliano q̃dam infatigabiliter Romam uenientes querelam deposuerũt: quare Pelagius misit ad loca illa duos iudices delegatos, scilicet Petrum & Proiectum, ut ea quæ inuenerint contra canones a prædictis episcopis commissa uel digna ultione cõpescant, uel eosdem epos Romã perducẽt: quod quia forte per se facere non possent, mandat Pelagius cuidam principi rogãs eum vt præfatis nuncijs auxilium prębeat in omnibus.

[c] ¶ Pene.] No. ꝙ dicit pene: & tñ longe plures erant, qui nescirẽt, quam qui scirent, dum tamen ad modicam quantitatem deberet deferri, ut 3. q. 7. qui sine. ff. de uerb. signif. hæc adiectio.

[d] ¶ Nomina.] Sic 15. quęst. ult. si quis presbyter. Ioan.

RElegentes.] CASVS. Apud Aquileiam erant multi hæretici, inter quos erat inuasor ecclesię Aquileiensis, qui quendam bonum virum potentem tanquam pollutum a suo consortio repulerũt: quod per diuinam prouidentiam fuit factum, inter

quos hæreticos, Eufrasius quendam suum consanguineum sacerdotem interficit, ut libere cum eius uxore posset adulterari: cuius præfati uiri potentis iniuriam cum Pelagius percepisset, præcepit eidem, ut hanc præsumptionem hæreticorum non relinquat impunitam: quia si hoc acriter nō uindicetur in minoribus, talia exercere non uerebuntur, & mandat ei similiter, ut præfatum Eufrasiū puniat: quod plene fieri poterit, si actores scelerum, & maximè Aquileiensis ecclesiæ inuasor ad principem dirigantur. Sequens capitulum planum est, & per se patet.

Bonū prouenit ex malo.

a ¶ Bona.] No. q̄ ex malo prouenit bonum, ut decimatertia distinctio. neruini. sicut de facto Iudæorum, qui crucifixerūt Deum. Item est hic argumētum, quod malum punitur, quamuis exinde prouenerit bonum, ut si quis puerum castrauerit licet eum meliorem fecerit, tamen punitur. ff. ad leg. Aquiliam, si seruus seruum, §. & si puerum. similiter licet quis rem fecerit prohibitā, licet bene fecerit, tamen punitur. ff. de re milit. l. 2. §. in bello. argum. contra. ff. ad leg. Aquil. si seruus seruum, §. si olium.

b ¶ Abstulit.] Hoc ideo dicit, quia pœna mortis punit siue pro uno, siue pro altero; aliàs autem idē delictum potest uarijs pœnis puniri, ut decimaseptima quæstione quarta, attendendum. & 16. quæstione 1. statuimus. 1 Hic consueuit distingui, cū q̄s accusatur de diuersis criminibus, aut illa crimina descendunt ex eodem facto, aut ex diuersis. Et hæc distinctio nota. C. de accusat. qui de crimine. si autem quis de diuersis actionibus uelit quis agere. distinguitur, aut illæ actiones sunt ambæ pœnales, aut ambæ rei persecutoriæ, aut una pœnalis, & altera rei persecutoria, ut not. ff. nau. caup. stab. l. 2.

1 Ad idem 21. q. 5. c. 3. fi. & uide q̄d not. Inno. de hac materia ext. de col. c. ult. & de purga. can. cum dilectus.

Accusetur ne quis de diuersis criminibus.

c ¶ Si adulterium.] Hic uidetur, quod secundum canones & adulterium & incestus morte puniantur, secundum legem hodie adulterium non punitur morte, ut C. de adult. auth. sed hodie. Ioan.

Omnium

quam vobis iniquorum hominum præsumptio ingessit, valde doluimus. Sed quia scimus occulto Dei iudicio animam vestram, etsi per aliorum iniquitatem, & superbiam a contaminatione schismatis custoditam; egimus omnipotenti Deo gratias, qui etiam de malis hominum actibus bona [a] operari consueuit. Nec enim sine illius prouidentia factum esse credendum est; vt insensati, & peruersi homines ad hoc vsque prosilirent, vt suam diuisionem, catholicam esse credentes ecclesiam a sua vos pollutione prohiberent. Sic enim per misericordiam Dei etiam nescientibus illis hoc factum est; vt schismaticorum factione † eruti, catholicæ, quam diligitis, seruari vos contigisset ecclesiæ. Quamuis igitur vestra per illorum scelus vtilitas facta sit, nolite tamen impunitam præsumptionem iniquorum hominum grassari permittere. Si enim hoc, quod in vestram gloriam præsumpserunt, non fuerit vindicta compressum; quod in minoribus α non valeant puniri, ambigi vltra non debet. Exercere igitur in talibus debitam auctoritatem: & ne eis amplius talia committendi spiritus † crescat; vestris coercitionibus reprimantur. Ad hoc si quidem Dei nutu etiam contra vos talia præsumpserunt; vt talia vobis corrigentibus ab eodem † scelere alios possitis, Deo propitiante, munire. Quales autem sint, qui ecclesiam fugiunt; Eufrasij vos scelera (quæ amplius occulta Deus esse noluit) euidenter informant: qui in homicidio quidem nec hominis necessitudinem, nec fratris charitatē, nec sacerdotij reuerentiam cogitauit. Incestuoso autem adulterio † etiam ipsius vindictę abstulit [b] modū: quia si adulterium [c] punias; non remanet, in quo vindicetur, incestus. Si incestuoso ingeras pœnam, inultum crimen adulterij remanebit. Ecce de quo collegio sunt, qui quātum ad superbiam suam iniuriam vobis inferre moliti sunt; & quantum ad prouidentiam Dei impollutos uos ecclesiæ seruauerunt. Auferte tales ab ista prouincia, vtimini oblata vobis a Deo opprimendi perfidos occasione. Quod tunc plenius fieri poterit, si auctores scelerum ad clementissimum principem dirigantur: & maximè ecclesiæ Aquileiensis inuasor, qui & in schismate, & in eo β maledictus, nec honorem episcopi poterit retinere, nec meritum.

† al. communione.

† al. spes.

† al. eorum.

† al. in adulterio.

α ¶ Quod in minoribus.] *In aliquot vetustis, & apud Anselmum, legitur,* quid in minoribus valeant, ambigi, &c.

β ¶ In eo.] *Ansel. habet,* & a schismatico maledictus. *Item Nicolaus exercitui Francorum.*

¶ *Iuo parte 10. c. 87. vers. omnium vestrum hoc idem citat ex epistola Leonis quarti ad exercitum Francorum, vbi etiam affert id, quod infra ead. q. 8. cap. omni timore. ex eodem Leone refertur.*

a OMnium.] ¶ Certamine.] Infra ead. quæst. 8. omnium.

EXcommunicatorum.] CASVS. Godefredus Lucanus episcopus quæsiuit ab Vrbano quantam pœnitentiam debeat imponere eis, qui quosdam excõicatos inter- tamen quia potuerũt aliquid duplicitatis pro humana fragilitate committere, secũdum eorum intẽtionem bonam vel malam iniungas eis pęnitentiã competentem.

b ¶ Intentionem.] Scilicet occidentium. Vel ſm intentionem imponentis pœnam, ut 26. q. 7. tempora.

¶ In certamine, quod contra infideles geritur, quisquis moritur cœleste regnum meretur.

C. XLVI.

Iuo p. 10. c. 87. Pann. l. 8. c. 30.

OMnium uestrum nosse uolumus charitatẽ, quoniã quisquis (quod non optantes dicimus) in hoc belli certamine fideliter mortuus fuerit; regna illi cęlestia minime negabuntur.

Item Vrbanus secundus Godefredo Lucano episcopo.

¶ Non sunt homicidæ, qui aduersus excommunicatos zelo matris ecclesiæ armantur. C. XLVII.

Iuo p. 10. c. 54. Pann. l. 8. c. 11.

EXcommunicatorũ interfectoribus (prout ĩ ordine ecclesiæ Romanæ didicistis, secundũ intẽtionẽ α, b modum cõgruæ satisfactionis iniũge. Non enim eos homicidas arbitramur, quos aduersus excommunicatos zelo catholicæ matris ardentes, aliquos eorum trucidasse contigerit. Ne tamen eiusdem ecclesię matri disciplina c deseratur; eo tenore, quem diximus, pœnitẽtiam eis indicito cõgruentem; qua diuinæ simplicitatis oculos aduersus se complacare valeat; si forte, quid duplicitatis d pro humana fragilitate in eodem flagitio e incurrerint.†

† al. contraxerint.

α ¶ Intentionem.] *Iuo, & Pannormia habent, intentionem ipsorum. sed ob glossam non est additum.*

Item Augustinus epist. 50. ad Bonifacium de coercẽdis hæreticis.

¶ Pax ecclesię mœstitiam consolatur perditorum.

C. XLVIII.

Iuo p. 10. c. 59.

QVis n. nostrũm f β uelit aliquem illorum nõ solum perire, uerum etiam aliquid ꝑdere? Sed si aliter nõ meruit pacem habere domus Dauid; nisi Absalon filius eius in bello, quod gerebat contra patrem fuisset extinctus; quamuis magna cura mãdauerat suis, ut eum, quãtum possent, viuum, saluumque seruarẽt; ut esset cui pęnitẽti paternus affectus ignosceret; q̃d ei restitit, nisi ꝑditũ flere, & sui regni pace acq̃sita suã męstitiã cõsolari?

2. Reg. 18.

β ¶ Nostrum.] *Emendatum est B. Augustino, à quo parum discordat Iuo. Antea apud Gratianum legebatur.* Quis enim uestrum uelit aliquem inimicorum suorum non solum, &c.

Si ergo uiri sancti, & publicæ potestates bella gerẽtes nõ fuerũt transgressores illius mãdati, [Nõ occides:] quamuis quosq; flagitiosos digna morte perimerent, similes suæ potestati obediens nõ est reus homicidij: si eius Imperio quẽlibet flagitiosum interfecerit: si homicidas, & venerarios punire nõ est effusio sanguinis, sed legũ ministerium, si pax ecclesiæ mæstitiam cõsolatur perditorum: si illi, qui zelo catholicæ matris accensi excommunicatos interficiunt, homicidæ non iudicantur: patet quod malos non solum flagellari: sed etiam interfici li-

c ¶ Disciplina.] No. ad cautelã, & ex abũdãti debet aliq̃d fieri, ne disciplina matris ecclesiæ deserat ut 50. dist. presbyteros. & 34. q. 2. in lectum & 15. q. 1. si q̃s insaniens. quę enim dubitationis cã ex abundãti apponuntur, ius cõmune nõ lædũt. ut ff. de re iu. quę dubitationis, & l. non solet. Item est hic arg. quod in dubijs ĩ deteriorẽ partẽ interpretamur. 1 contra regulam illam ext. de reg. iuris estote.

d ¶ Duplicitatis.] i. mortalis peccati.

e ¶ Flagitio.] Id est, quòd alias esset flagitium.

QVis enim.] CASVS. Bonifacius dubitabat pugnare contra hereticos ꝑꝑ homicidiũ, quod ĩde sequebatur. sed Aug. docet, q̃d null⁹ debet uelle inimicũ suum perire, nec aliquid ꝑdere. uerum tamen si pax haberi nõ potest aliter, cõtra eos pugnandum est. Et hoc ꝓbat exẽplo Dauid, qui aliter pacem habere non potuit nisi Absalone filio suo prius interfecto.

f ¶ Quis enim nostrũ.] Ex hoc ca. dicit quidam, quod q̃ percutit clericum excommunicatum, nõ incidit in canonem, & q̃d non est priuãdus aliquis ingressu ecclesiæ per eum, q̃ est extra ecclesiam: quod non admitto, & loquit hic de tali excommunicato, qui penitus incorrigibilis ẽ. vndecima quæst. 1. petimus.

SI ERGO. CASVS. Cõcludit Gratia. ex supradictis ca. quod mali, nõ solum sunt flagellãdi, sed etiam ĩterfici possunt. Postea quærit si hi, qui interfecerũt: qui respondet dicens: non putamus eos esse homicidas, qui zelo iustitiæ eos occiderunt: uerũ- non habent potestatem legitimam occidendi, aliquos interfecerint: an sint rei effusi sanguinis iudicandi.

Disciplina ecclesiæ non est deserenda.

1 Vt in hoc casu. Alium casum hẽs 30. q. 5. c. 1. sed hoc ideo fit, ut quod certius, & magis sine periculo aĩæ est, teneat. Vñ tene certũ, & dimitte incertum de pę. dist. 7. c. 2. ad hoc ext. de spõ. iuuenis. alias ordinarium est ꝙ dubia in meliorẽ partẽ interpretemur. extra de reg. iu. c. 1. de hoc no. extra de scr. cap. unico & 78. dis. presbyteri. Arc.

dicandi. Cui quæstioni respondet per sequens capitulum.

REmittuntur.] CASVS. Ostendit Ambr. in hoc ca. quòd sicut peccata remittuntur per uerbum Dei, cuius uerbi diaconus interpres est & executor: sic peccata quandoque puniuntur per iudices, qui potestatem habent puniendi: quandoque per populos: sicut popul⁹ Iudæorũ sæpe punitus est ab alienigenis ex præcepto Dei.

a ¶ Per Dei uerbũ.] .i. per orationẽ uel per prædicationẽ ecclesiæ scilicet per prædicationem Euãgelij sic 15.q.1.nec is. & sup.ea. non solũ.

HINC NOTANDVM. CASVS. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte ostendit Grat. qđ Deus aliquando punit peccata hominũ per nescientes: & hoc probat quatuor exẽplis Regum & prĩcipum, scilicet exẽplo Sennacherib, & Nabuchodonosor, Antiochi, & Principum Romanorum: qui licet Deo seruirent in puniendo malos; tamen quia suę fortitudini & superbiæ imputabãt, ignorãtes se esse ministros Dei; ideo & ipsi puniti sũt, & destructi sicut patet per exempla, quę aperte ponũtur ĩ litera. In secunda parte ostẽdit qđ Deus aliquãdo punit peccata hominum per sciẽtes, & hoc probat exemplo Iudæorum, per quos puniuit Deus Amorrhæos, & Chananęos, & alias gẽtes, quas expulerãt de terra promissionis, quam Deus promiserat se daturum Abrahæ & semini eius sed nõ antequã peccata Amorrhæorum consummata fuissent; quæ tunc consummata fuerunt cum populus Israel de Ægypto est liberatus. Qui ergo diuino iussu & bona intentione sicut populus Israel punit delinquentes, non peccat: qui uero praua intentione hoc faciunt, licet occulto instinctu Dei incitentur ad persequendum malos, sicut Sennacherib, & cæteri qui populum delinquentem sunt persecuti: non sunt immunes à delicto, qui qñque incitantur ad puniendum peccata eorum, qui sunt futuri boni, ut tandem per ipsos bonos correctos, ipsi postea puniantur: quod probatur exemplo Iabin Regis Chananæorum, & exemplo Madianitarum. Secunda pars incipit ibi, [Per sciẽtes] peccata.] [Assur.] .i. Sennacherib. [nondum enim consummata sunt peccata Amorrhæorum, .i. nondum peruenerunt ad cumulum peccatorum suorum: quia nondum fecerant omnia peccata: quæ facturi erant ad hoc ut digni essent expulsione:

cet. Sed quæritur, si contingat aliquos malos puniri ab his qui non habent legitimam potestatem, an sint rei effusi sanguinis hi, per quos puniuntur.

De his ita scribit Ambrosius li.2. de Cain, & Abel, c.4.

¶ Aliquando puniuntur peccata per populos iussu diuino excitatos. C. XLIX.

REmittuntur peccata per Dei uerbũ, [a] cuius leuites interpres, & quidam executor est. Remittuntur etiam per officium sacerdotis, sacrumque ministerium: Puniuntur quoque per homines: sicut per iudices, qui potestate ad tempus utũtur. *& infra.* ¶ Puniuntur peccata etiã per populos: sicut legimus, quia sępè † ab alienigenis Dei iussu excitatis, propter diuinæ maiestatis offensam subactus † est populus Iudæorum. † *sæpè alienigenis.*] orig. † *subiectus.*] orig.

Hinc notandum est, quòd aliquando punit Deus peccata per nescientes, aliquando per scientes. Per nescientes peccata punit: sicut per Sennacherib, [b] & per Nabuchodonosor, [c] & per Antiochum, & per principes [d] Romanorum, & per nonnullos reges gentilium populum Israeliticum delinquentem aliquando afflixit, aliquando captiuauit. Vnde ipse Dominus ait per prophetam: [Virga furoris mei Assur: ipse autem non cognouit.] Assur [e] erat uirga furoris Domini: quia per eum innumeras gentes diuina iustitia flagellare disposuit. Ipse vero non cognouit: quia in superbiam elatus victoriam, quam assecutus fuerat, non diuinæ potentiæ, sed suis viribus attribuit. Vnde contra eius superbiam Dominus loquitur dicens: [Numquid gloriabitur serra contra eum, qui secat in ea? aut nunquid exaltabitur securis contra eum, qui cedit in ea?] Quibus similitudinibus satis perspicuè ostenditur, quod sicut serra & securis nec secare nec cædere ligna possunt, nisi ab alio regantur, ac ideo contra regentes se superbire non debent; sic illi, per quos Deus punit, absq; nutu diuinæ dispositionis nihil agere ualent: ac ideo contra regentem se superbire eis non licet. Tales in eo quod puniũt, Deo seruire dicũtur: in eo autem quòd ignorantes se esse ministros iræ Dei impia vanitate superbiunt, mercedem suæ seruitutis à Deo non nisi temporalem [f] inueniunt: pœnam vero

4. Reg. 25. 2. Malach. 5. Esa. 10. Esa. ibid.

b ¶ Per Sennacherib.] Regem Assyriorum, qui maximã partem filiorum, Israel captiuauit, qui cum uenisset ad obsidendũ Hierusalem, ab angelo exterminatore nocte est fugatus, occisis ab eodem Angelo clxxxv. millibus de exercitu suo. Sennacherib fuit Rex Assyriorum.

c ¶ Et per Nabuchodonosor.] Qui cępit Hierusalem & tribum Iuda, & tribum Beniamin in Babylonicam captiuitatem duxit.

d ¶ Et principes.] .s. per Vespasianum, & Titum, qui xlij. anno post passionẽ Dñi Hierusalem destruxerunt.

e ¶ Assur.] Sennacherib.

f ¶ Non nisi temporalem.] Ar. quod sufficit aliquẽ bonũ facere

Ezech.29. paulo aliter, quam in vulgo. aut apud lxx. Dan.4.

suæ superbiæ non effugiunt. Vnde cum Dominus diceret ad prophetam de Nabuchodonosor: (Quid dabo ei pro labore, quo seruiuit mihi apud Tyrum? statim subiunxit, (Da) [a] hoc est datam sibi pronuncia Aegyptum & Aethiopiam.) Cum autem in corde suo superbiens postea diceret: (Nonne hæc est Babylon, quam ego condidi in robore regni mei? &c.) statim immutauit Deus rationabilem mentem eius, & induit eum ferina bestialitate, vt ab omnibus fugiens cum bestijs viueret. Per Antiochum [b] quoq; cum idololatriam iudaicæ plebis Dominus puniret, 1.Machab.1. *& pacem, quam ex lege Dei abiecta, & ex sacris nationũ assumptis quærebant, illis in perniciem verteret, quia Dei dispositionem ignorãs suæ facultati deuastationem illius plebis attribuit: imprecatur in eum propheta dicens; (Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt, & in regna, quæ non inuocauerunt nomen tuum: ne forte dicant in gentibus, ubi est Deus eorum?)* Psal.78. *Similiter, cum per Romanos peccatum mortis Christi Deus punire decreuisset: vrbis excidium, & iudaicæ plebis miseram captiuitatem suis viribus adscribere cœperunt: unde contra eos propheta imprecatur dicens: Leua manus tuas in superbias eorũ, qui te oderunt.) & qui multa maligne operati, monumenta suæ victoriæ posuerunt [c] in medio atrio tuo.)* Psal,73. *Per scientes peccata puniuntur: sicut Deus per filios Israel voluit peccata punire Amorrhæorum, & Chananæorum, & aliarum gentium: quarum terram Israelitis possidendam dedit: quibus etiam præcepit, vt nemini eorum parcerent; sed omnes morti traderent.* Iosue 5.& 6. Deut.7. *Quod propter peccata eorum illis contigisse ex uerbis Domini apparet, qui cum diceret ad Abraham: (Semini tuo dabo terram hanc.) veluti quæreret; quare nõ modo eam das mihi? audiuit: (Nondum.n. sunt peccata Amorrhæorum consumata.)* Gen.15. *Quæ tunc intelliguntur fuisse consumata, cum populus ille de Aegyptiaca seruitute liberatus terram eorum, sicut Abrahæ promissum fuerat, in hæreditatem accepit.* ¶ *Cum ergo sic diuino iussu ad puniendũ peccata populi excitantur, sicut populus ille iudaicus est excitatus ad occupandã terrã promissionis, & ad delendas gentes peccatrices: sine culpa noxius sanguis effunditur, & q̃ ab eis male possidentur, in ius, & dominiũ rite transeunt bonorum.* [d] *Cũ uero occulto instinctu aliqui mouẽtur ad persequendos malos, sicut Sennacherib, & cæteri, qui populũ delinquentẽ persecuti sunt; licet occulto instinctu operante illorũ meritis incitentur ad persequendum; tamen, quia praua intentione non peccata delinquentium punire, sed illorum bona rapere, vel suæ ditioni subijcere quærunt, non sunt immunes a crimine. De quibus etiam notandum est, quod aliquando excitantur ad puniendum peccata bonorũ; vt tandem per bonos correctos ipsi quoque puniantur: sicut in libro Iudicũ legitur de Iabin rege Chananæorum, & de Medianitis: quod propter idololatriam populi suscitauit eos Deus, ut Israel affligerent & terram eorum occuparent.* Iud.4. *Cum autem populus Dei sub manibus eorum diutius afflictus peccatum suum recognosceret, & per pœnitẽtiam sibi Deum placaret; Dei præcepto, & Barach comitatus Delboram prophetissam vxorem Lapidoth, Iabin regem Chananæorum, & Zizaram ducem exercitus sui contriuit: & Gedeon Zebee, & Salmana reges Madianitarum, & Oreb, & Zeb, duces eorum morti tradidit.* Iud.8. *Apparet ergo, quod aliquando per legitimam potestatem gerentes, aliquãdo per populos diuino iussu excitatos, mu-*

facere ad hoc ut remunerandus sit, etsi illud mala intentione faciat. Nam & qui prædandi animo gerit negotia alicuius, habet actionem negotiorũ gestorũ, vt ff. de neg.ge. si pupilli. §. sed & si quis negotia. Item est hic ar. q̃ qui ignorãs adimpleuit uoluntatẽ alicuius dicitur obtemperasse suæ uoluntati arg. contra, ff. de condi. & dem. l.2. ub. dicitur: non enim videtur obtẽperasse qui tali casu obtẽperat. Sed illud obtinet cum conditio apponit, quæ est in potestate alicuius secus si nõ est in potestate, ut ibi dicit. Item est hic argu. q̃ ex eodem facto consequitur quis præmium, & pœnam, vt 22. q.2. si quælibet.

Obtẽperans casu fatali. non videtur obtẽperare.

a ¶ Da.] idest, datam pronuncia. similis expositio ff. de testa. hũdes palã. §. si qd.

b ¶ Per Antiochũ.] Qui tẽpore Machabæorum Hierusalem cœpit, & templum polluit. 1

1 Qui ẽt posuit arã idoli in medio Hierusalẽ q̃ Matathias d̃struxit, & aufugit ad mõtes cũ quinque filijs, p quos Deus fecit salutẽ in Israel. de hoc habes s. e. si audieris. sub isto Antiocho ignis de tẽplo extinctus fuit, quia vẽdidit sacerdotium Iasoni, ut habetur 1.q.1. sicut eunuchus. Arch.

c ¶ Posuerunt.] Quia vexilla & scuta, & arma posuerũt ĩ tẽplo. in signum victoriæ,

d ¶ Bonorum.] .i. in signum eorum, qui sunt futuri boni.

Quod

li pro peccatis suis non solum flagellantur, sed etiam rite perduntur. Nec est contrarium illud Augustini quòd ad Marcellinum pro circumcellionibus supplicans rogabat, vt verberibus eos coerceret, non morte perderet. Quamuis enim supplicando spatium vitæ eis reseruari poposcit; non tamen legum seueritatem, qua tales morte plectuntur, non obseruandam docuit sup.ead.c.1.

QVAESTIO VI.



Vod autem [a] quæritur, an mali sint cogendi ad bonum, facile apparet. Antiquus namque populus ille metu pœnarum ad obseruationem legis cogebatur. In Euangelio quoq; Dominus ait discipulis suis: (Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere: sed potius eum timete,) idest, ei in timore seruite, (qui potest animam & corpus perdere in gehennam.) Paulus quoque cum ecclesiam Dei persequeretur, in itinere cæcatus ad Deum conuerti coactus est. Vnde se abortiuo similem testatus est dicens:) Nouissime autem omnium tanquam abortiuo visus est, & mihi.) Matth.10. Act.9. 1.Cor.15.

Hinc Augustinus scribit epist.50.ad Bonifacium.

¶Ecclesia malos debet cogere ad bonum, sicut Christus Paulum coegit. C. I.

Schismatici [b] dicunt, cui vim Christus intulit? quem coegit? Ecce habent Paulum apostolum. Agnoscat in eo prius cogentem Christum, & postea docentem; prius ferientem, & postea consolantem. Mirum est autem, quomodo ille, qui pœna corporis ad Euangelium coactus intrauit; plus illis omnibus, qui solo verbo vocati sunt, in Euangelio laborauit, & quem maior timor compulit ad charitatem; eius perfecta charitas foras misit timorem. ¶Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios, ut redirent; si perditi filij coegerunt alios, vt perirent? Quamuis & illos, quos non coegerunt, sed tantummodo seduxerunt, [c] si per terribiles, sed salubres leges in eius gremium reuocentur, blandius pia mater amplectitur, & de illis multo amplius, quam de illis, quos nunquam perdiderat, gratulatur. ¶An non pertinet ad diligentiam pastoralem, etiã illas oues, quæ non violenter ereptæ, sed blande, leniterque seductæ a grege aberrauerint, & ab alienis possideri cœperint, inuentas ad ouile Dominicum, si resistere voluerint, flagellorum terroribus, vel etiam doloribus reuocare? *Item infra.* ¶A Christo coactum ostendimus Paulum. Imitatur itaque ecclesia in istis cogendis Dominum suum. Quæ prius, vt neminem cogeret, expectauit, vt de fide regum atque gentium prædictio † prophetica [d] compleretur.) Etiam hinc enim non absurde

sup.ca.q.4.quis nos Iuo p.10.c.59.

1.Cor.15. 1.Io.4.

† *prædicatio*] orig.



Vòd autem.] CASVS. Hic intitulatur sexta quæstio, qua quæritur, vtrum mali sunt cogendi ad bonum? Et respondet, quod ad illud bonũ, quod nunquam voluit, aliquis cogi non dẽt, vt x. e.q.5.ad fidẽ, & 20.q.3.præsens, sed ad illud bonum quod semel voluit, si postea deserat, est cogẽdus, vt s. 45.d.de Iudæis, & procedit hoc ordine Gr. Primo probat, quod mali sunt ad bonũ cogẽdi, usque ad §. [Ex his.] Deinde probat contrarium: tandem solutionẽ dat. Probat ergo Gra. in hoc cap. quod mali sint cogendi ad bonũ exemplo populi Israelitici, & auctoritate Christi, & Pauli.

Bonum facere utrũ quis cogatur.

a ¶ Quod aũt.] Hæc q. nihil habet dubitationis, quia ad bonũ non susceptũ nemo cogẽdus est. s.q.proxi. ad fidẽ: sed ad bonum quod suscepit. cogendus est, vt 45. d.de Iudeis magister tamen aliter soluit. inf.ea.§.vlt.

ADDITIO. Dicas quod illi, qui fidẽ non receperunt, nõ sunt absolute compellendi, sed sunt quandoque excitãdi exhortationibus.45.d. qui syncera. quandoq; præmijs.s.ead.q.4.cap. ult. qualiter hoc intelligatur habes ext. de bapt.maiores. nostra enim fides nõ patitur, quod tales inuiti cõpellant, ut pdictis iuribus.& ext. de Iudæ.sicut. Ioan.

Schismatici dñt.] CASVS. August. ostẽdit Bonifacio in hoc c. quod hæretici & schismatici possunt violenter ad bonum compelli. Et hoc probat quinq; modis, q legẽdo literã clarius ostendũtur. Primus modus incipit ibi, [Ecce habẽt.] Secundus ibi, [Cur ergo.] Tertius ibi, [An non hoc ptinet.] Quartus ibi. [Etiã hinc nõ absurde.] Quĩtus ibi, [Vnde & ipse Dñs.]

b ¶ Schismatici.] Su. ea.q.4.quis nos.

c ¶ Seduxerunt.] Mitius hic agitur cũ circumuento, quàm cũ coacto, cum tamen aliàs subuenitur coacto in voto, vt extra quod metus causa, per latum: sed non subuenitur in circumuento, vt 20.q.3.constituit. Coacto subuenitur.

d ¶ Prophetica.] Quia nondum erat impleta prophetia. Et nunc Reges intelligite, &c. vt sup.q.4.nõ inuenitur

a ¶ Com-

a ¶ Completa.] P imo.n.salubriter admonendi sunt homi,ut sic cætera multitudo frangatur, ut 44.d.commessationes 50.d.ut constitueretur. Io.

QVod errauerat.] CASVS. Donatistæ dicebãt φ ipsi non erant cogendi ad bonum: sed August.reprehendit eos auctoritate Ezechielis prophetæ reprehendentis prælatos,qui negligebant malos corrigere & reuocare. Dominus enim per bonos prælatos reuocat malos rogando, minando,& corrigendo, damnis & laboribus, siue per suas occultas uisitationes, siue per potentiã sæcularem.

2.Cor.10.

intelligitur illa Apostolica sententia vbi Beatus Paulus dixit. [paratus vlcisci omnẽ inobedientiã, cum completa [a] fuerit prior vestra obedientia.]Vnde ipse Dominus nos ad magnam cœnam suam prius adduci iubet cõuiuas postea cogi.Nam cum ei serui sui respondissent: [Domine factũ est quod iussisti,& adhuc locus est:exite,inquit, in vias,& sepes,& quoscunque inueneritis,cogite intrare.] In illis ergo,qui primo leuiter adducti sunt, cõpleta est prior obedientia:in istis autem,qui coguntur, inobedientia coercetur.*Item infra.* ¶ Si per potestatem, † quã per religionem,ac fidem Regum tempore, quo debuit,diuino munere accepit ecclesia,ij, qui inueniuntur in vijs, & sepibus,idest in hæresibus, & schismatibus coguntur intrare,non quia coguntur,reprehendant; sed quo cogantur,attendant.

Luc.14.

† potesta- sup.e. q.4. ipsa pietas.§.si per potestatem.

¶ *Initium huius capituli apud B.August.ibi de Donatistis agentem sic habet*. Vbi est quod isti clamare consueuerunt, liberum est credere, cui vim; &c. *vt supra ca.q.4.quis nos vers.cui uim*.

Item ad Donatistas epist.166.

¶ Varijs modis errantes corripiuntur a Deo.

C. II.

Iuo p.10.c.64.
Ezech 34.

QVod errauerat [b] (inquit Dominus)non reuocastis; & quod perierat, non requisistis.] Hoc vobis [c] per nos ipse Deus facit, siue obsecrando,siue minando, siue corripiendo,siue damnis,siue laboribus,siue per suas occultas admonitiones, vel visitationes, siue per potestatũ temporalium leges.

b ¶ Quod errauerat. Verba sunt prophetæ 1. alloquẽtis magistros, legis per quos intelliguntur prælati per quos probat Aug. malus esse cogendos.

1 Ezechiel. 34.

c ¶ Hoc uobis.]Verba Augustini.

Item in epist.48.ad Vincentium.

¶Non est considerandum,quòd quisque cogitur,sed quale sit illud,quo cogitur. C. III.

VIdes,vt opinor,nõ esse considerandũ,φ quisq; cogitur,sed quale sit illud,quo cogitur, vtrum bonũ, [d] an malum,nõ φ quisque bonus possit esse inuitus; sed timendo quod non vult pati, uel relinquit impedientem animositatẽ, uel ignoratam cõpellitur cognoscere veritatẽ ut timens vel respuat falsum de quo cõtendebat, uel quærat verũ,qđ nesciebat, & volens [e] iam teneat quod nolebat. *Item infra.* ¶ Mea primitus sñia erat,neminẽ ad vnitatẽ Christi esse cogendum, uerbo esse agẽdum,disputatione pugnandum,ratione vincendum,ne fictos catholicos haberemus,quos apertos hæreticos noueramus. Sed hæc opinio [f] mea nõ contradicentium verbis,sed demonstrantium superabatur exemplis. Nam primo mihi opponebatur ciuitas mea, quæ cũ tota esset in partẽ Donati, ad vnitatẽ catholicã timore legũ Imperialium conuersa est, quam nunc uidemus ita huius vestræ animositatis perniciẽ detestari, ut in ea nunquã fuisse credatur. [g] Ita aliæ multa, quę mihi nominatim commemorabantur, ut

VIdes. CASVS. Hoc capit. duas habet partes. In prima parte dicitur, φ Vincentius non debet considerare, qđ ipse cogitur, sed ad quid cogitur, utrũ ad bonum, uel ad malum. Nec hic dicit Aug. propter hoc, quod quis inuitus fit bonus, sed quia propter metum uel relinquit malũ φ faciebat, uel compellitur cognoscere ueritatem. In 2.par.dicitur φ Aug. fuit in hac opinione φ hæretici uerbis & non ui essent compellendi ad bonũ.Sed hæc sua opinio multis exemplis prudẽtiũ superabatur.Et primo exemplo suę ciuitatis, & postea aliarum multarũ.Secunda pars incipit ibi.] Itẽ infra,Mea primitus sententia.]

d ¶ Bonum.] Vt s. q.5.ad fidem.

e ¶ Et uolẽs.]Sic ex nolẽte fit uolens,ut sup. 74. d. cõsuluit. & 5.q.4.displicet.

f ¶ Opinio.] Sic ergo iurisperitus dẽt mutare opinionem suã,si expedit mutare.ut 12.q.1.certe & ff. de iure pat. diu. Itẽ ex hoc loco dicit quidam Aug. quãq; fuisse hæretici. sed potius probatur hic contrarium.

Opinio mutari potest.

g ¶ Credatur. Nunquã creditur fuisse malum quod factũ est bonum ut 50.di. stin.ferrum.& ff.de edi.edic.quod ita 2 apud.

2 Vide quod not. 32. q. 1. cũ aut &c. non erit &c.

Iam

IAm uero.] CASVS. Christianus aliquis nomine Rusticus contumaciter in delicto persistens, admonitionibus non corrigebatur: quare quærebat Maximianus episcopus a Greg. qualiter iste Rusticus sit coercendus? Et respondet, quod graui onere pensionis est grauandus ut per hoc cogatur redire ad bonum.

a ¶Iam uero.] Hoc c. intelligit de hæreticis quorum est extra de hæret. c. sicut ubi prohibetur ne aliquis eos teneat in terris suis, uel in domo vel aliquem cōtractum cum eis faciat. Sed dic, quod loquitur de eo, qui aliàs est incorrigibilis, uel loquitur de Iudæis pro ut dixi sup. q. 4. cap. ult. Ioan.

EX HIS OMNIBVS. CASVS. Hucusq; probauit Gratia. quod mali sunt cogendi ad bonum: nunc vero vult probare cōtrarium: quia Deus coacta seruitia aspernatur: quod sex auctoritatibus probat, quæ in litera facile apparebunt, & hoc in prima parte. In secunda parte rñdet obiectis dicēs quod homo, si sēper esset inuitus, inutiliter cogeret ad bonū, sed cogitur, ut timore pœnæ malum ducatur in desuetudinem, bonum uero ex cōsuetudine dulcescat. Et ad hāc solutionē probandam inducit auctoritatē Aug. [Si ex necessitate.] i. causa sumptus. [Si inuitus, quia iniunctū est mihi hoc officium [dispensatio,] idest distributio verbi Dei est tantùm mihi credita.

b ¶Seruitia.] Supra 15. quæstio. 1. non est.

c ¶Inuitus.]Sed qualiter potest quis inuitus dare cum nec ignorās nec inuitus quis donet, ut C. de dona. nec ignorans? Sed facias vim & differētiam inter dare & donare, ut donum dicatur quod aliquis ex libertate dat, & ex certa scientia, 1 vnde episcopus non dicitur donare præbendas, sed dare.

Donare & dare differunt.

1 Vt ff. de do. l. dati.

c ¶Pudorem.]Quandoque etiam si aliquis tacet propter uerecundiam, non sibi præiudicat ut ff. de furtis, l. pen.

e ¶Si ex necessitate.] Idest, præcepto, uel loquitur de necessitate uitæ.

f ¶Dispensatio.] alijs dispenso: sed mihi non proficio.

a ¶Con-

ipsis rebus agnoscerem, etiam in hac causa rectè intelligi posse, quod scriptum est: [Da sapienti occasionem, & sapientior erit. Prouer. 9.

Item Greg. Ianuario episcopo Caralitano, lib. 3. epi. 26.

¶Onere pensionis rusticus ad Dominum conuerti cogatur. C. IIII.

IAm uero [a], si Rusticus tantæ perfidiæ, & obstinationis fuerit inuentus, vt ad Deū minimè uenire consentiat: tanto pensionis onere grauandus est, ut ipsa exactionis suæ pœna compellatur ad rectitudinem festinare.

Ex his omnibus colligitur quòd mali sunt cogendi ad bonum. Sed obijcitur, quod nemo est cogendus ad id, ad quod inutiliter cogitur. Ad bonum autem quisque inutiliter cogitur: cū Deus aspernetur coacta seruitia [b]. Vnde Apostolus cū ad eleemosynas Corinthios hortaretur, ait: [Vnusquisque, prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate: Hilarem enim datorem diligit Deus.] Vnde datur intelligi: quod qui inuitus [c] dat propter præsentem pudorem [d], & rem & meritum perdit. Itē, cū redderet causam, quare sumptibus abstineret; ait: [Si ex necessitate [e] euangelizauero, non erit mihi gloria.] ¶ Item: [Si inuitus euangelizauero, dispensatio [f] mihi credita est. Si autem uolens hoc ago, mercedem habeo apud Deum.] ¶Item cum Galatis scriberet legalia non esse tenenda, ait: [Si spiritu ducimini, nō estis sub lege.] Ex quo apparet eum, qui sub lege est, idest, qui timore pœnæ, non amore iustitiæ seruit, non duci spiritu sancto: Si autem spiritu sancto non ducitur, Deo placere minimè valet. ¶Item] Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater.] Ex quibus verbis datur intelligi, quod, & si in ueteri testamento timore pœnæ homines cogebantur ad bonum; tamen in nouo testamento sola libertate, et dilectione iustitiæ sunt inuitādi ad fidem. Vnde illi dicuntur serui, & filij ancillæ, pertinentes ad Ismael: isti dicūtur liberi & filiæ liberæ, pertinentes ad Isaac. ¶Item Ioannes in sua epistola: [Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem.] Qui autem cogitur, timore illo ducitur, qui non est in charitate; qui manus comprimit, non animum mutat, quo pœna timetur, non bonum diligitur. Porro sine dilectione boni, nullus Deo placere, uel in numero bonorum connumerari poterit. Vnde cum propheta diceret: [Animalia tua habitabunt in ea, scilicet hæreditate; ostendens, quomodo ad ipsam habitationem perueniat, subdit. [In dulcedine tua quam tu præparasti pauperi Deus;] dulcedinem vocans; suauitatem boni operis, qua bonum fit non timore pænæ, sed delectatione iustitiæ, Cum ergo sine hac dulcedine animalia in hæreditate nō habitent, patet quod nemo, nisi inutiliter, ab bonum cogitur

2. Cor. 9. 1. Cor. 9. Gal. 5. Rom. 8. Gal. 5. 1. Ioan 4. Psal. 67.

a ¶ Consuetudo.] Sicut enim seta inducit filum, sic iste timor iustitiam, ut inf. de pœn. d. 3. sicut seta. Ioan.

Nunc autem.] CASVS. Hic intitulatur 7. q. qua quæritur an hæretici sint rebus suis, & reb. ecclesiæ spoliandi,

iure. & inf. ead. c. 1. & sup. ead. q. 5. si uos melius tamen est quòd auctoritate iudicis fiat, ut sup. ead. quæst. 3. sex sunt. Si ergo condemnatus est laicus de hæresi, confiscantur bona eius. ut extra de hær. uergentis: si clericus, tunc res eius sunt ecclesiæ applicandæ, ut extra eod. ad abolendam, & hæc vera sunt etiā si aliquis hæreticus habet filios, uel agnatos, ut extra eod. uergentis. in fi. 1 Et sic corrigit lex, quæ dicit bona hæreticorum ad filios, uel agnatos deuolui, ut C. de hær. authen. de Nestorianis. Licet aūt bona sint ablata hæreticis si tamen fuerint reuersi ad fidem, priora bona eis ex misericordia restituuntur, & etiā episcopatus, ut su. ea. q. 4. ipsa pietas, & inf. ea. c. 3. Sic est melioris cōditionis ille, q reuertitur ab hæresi, q̄ qui reuertitur ab hostibus. Nā si desertor reuertitur sponte ad suos, licet indulgeatur ei vita, tamen in insulā deportatur, ut ff. de re milit. non omnes. §. qui desertorem.

Hæreticorū bona cui applicantur.

1 Dicit Ray. hoc uidetur intelligēdū cū pater publice prædicat contra fidem catholicam, uel publice profitetur, uel defendit errorem, uel coram prælato suo est cōuictus, vel cōfessus; aut sententialiter cōdēnatus de hæresi. extra de verbo. sign. super quibusdam.

solo timore. Quicumque enim ad bonum cogitur; solo timore, non amore ducitur: non ergo sunt mali cogendi ad bonum.¶ His ita respōdetur. Si bonum, ad quod mali coguntur, semper inuiti tolerarent, & nunquam voluntarij seruirent, inutiliter cogerentur ad illud. Sed quia humanæ naturæ est, & ea, quæ in desuetudinem ducuntur, abhorrere, & consueta magna custodia diligere; flagellis tribulationum mali sunt cohibendi a malo; & prouocandi ad bonum: ut dum timore pœnæ malum in desuetudinem ducitur, abhorreatur: bonum uero ex cōsuetudine dulcescat. Vnde Augustinus in psalmū 127. [*Cum* α *per timorem gehennæ continet se homo a peccato fit consuetudo* a *iustitiæ, & incipit, quod durum erat amari: & incipit excludi timor a charitate, & succedit timor castus, de quo hic dicitur: quo timemus, ne tardet sponsus, ne discedat, ne eo careamus. Ille utilis est, sed non permanet in æternum ut iste.*

Ad uersi. uxor tua.

α ¶ Cum per timorem.] *Locus hic potius conuenit cum glossa ordinaria in eundem psalmum: sunt tamē hic aliqua ex B. Augustino, quæ non sunt in glossa.*

QVAESTIO VII.



Nunc autem b *quæritur, an hæretici suis, & ecclesiæ rebus sint expoliandi, & qui possident hæreticis ablata, an dicantur possidere aliena.*

De his ita scribit Augustinus ad Vincentium, epist. 48.

¶ Res terrenæ non nisi diuino, uel humano iure tenentur. C. I.

Ivo p. 3. c. 1-0. Poly. l. 7. tit. 5.

QVicūque vos ex occasione legis huius Imperialis non dilectione corrigendi, sed inimicandi odio persequitur; displicet nobis. Et quamuis res quæque terrena recte a quoquam possideri non possit; nisi vel iure diuino c quo cuncta iustorū sunt: vel iure humano, qđ in potestate est regum terræ, (ideoq; falso res uestras appellatis, quas nec iuste † possidetis, & secundum leges regum terrenorum amittere iussi estis, frustraque dicitis, nos eis congregādis laborauimus, cum scriptum legatis:] Labores α impiorū iusti edūt. †] (sed tñ; quisquis ex occasione huius β legis, quàm reges terrę Christo seruientes ad

† al. iusti.

† al. edent.

QVicumq; uos.] CASVS. Vincentius Donatista de quatuor conquerebatur. Primo, quod Christiani persequebantur eum & alios hæreticos occasione legis Imperialis, non dilectione corrigendi, sed odio uindicandi. Secundo, quod occasione legis Imperialis res suas cupide auferebant. Tertio, quia res pauperum, uel basilicas, quas ipsi quondam tenebant nunc tenēt Christiani per auaritiam. Quarto, quia recipiunt ita inhoneste uiuentes hæreticos sicut honeste uiuentes. Sed Aug. istis quatuor quæstionibus respōdet per ordinem: dicens, quòd displicet sibi si ista fiant, licet ipsi nihil recte possideant: cum scriptum sit, Labores impiorum iusti edent, & tamen de facili non credit ista sibi, quia ea non monstrant: quæ & si uera sint, ecclesia tamen multos tolerat, quos corrigere non potest 1 quod tribus rationibus probat. Secunda quæstio incipit ibi, [Et quamuis res.] Tertia ibi, [Quisquis denique.] Quarta Ibi, [Quisquis pro aliquo.]

liandi, & an illi, qui possident res illas, sine peccato ualeant possidere? Et respondet quòd sic ut inf. cap. 2. & sup. 8. dist. quo iure: dummodo fiat per iudicem, ut supra ea. q. 3. sed sunt differentiæ. circa fi. Idem est de quolibet hoste, dummodo bellum sit iustum, ut sup. eo. q. 5. dicat, & d. 1. ius naturale.

b ¶ Nunc autem.] Non solum hæretici, sed omnes hostes licite possunt spoliari rebus suis, dummodo bellum sit iustum, & ille qui rem abstulit, iure factus est dominus illius rei sup. ea. quæst. 5. dicat, & sup. distinct. 1. ius naturale, & ff. de acq. rer. do. naturale, §. ult. hæreticis autem licitum est auferri ea, quæ habent, ut sup. dis. 8. quo

c ¶ ¶ Diuino.] idest, iure canonico, quo eis sunt omnia auferenda, ut sup. ead. q. 5. si uos, non obstat sup. dist. 8. quo iure.

a ¶ Deie-

emendandam impietatem vestram promulgauerunt, res ꝓprias vestras cupide appetit; displicet nobis. Quisquis denique res ipsas pauperũ, vel basilicas congregationũ, quas sub noĩe ecclesiæ tenebatis (quę omnino non debẽtur, nisi ei ecclesiæ, quæ vera est Christi ecclesia) non per iustitiam, sed per auaritiam tenet; displicet nobis. Quisquis pro aliquo flagitio, vel facinore deiectum † [a] a vobis γ ita suscipit, sicut suscipiuntur, qui excepto errore quo a nobis separamini, sine crimine apud vos vixerunt; displicet nobis. Sed nec facile ista monstratis: & si monstratis, nonnullos toleramus, [b] quos corrigere, vel punire non possumus: neque propter paleã relinquimus areã Domini: neque propter pisces malos rumpimus retia Domini: neque propter hædos in fine segregandos deserimus gregem Domini: neque propter vasa facta in contumeliam, migramus de domo Domini.

24. q. 1. quisquis. † *al. proiectum.*] orig.

α ¶ Labores impiorum.] *Huic sententiæ simile est, quod scribitur prouerb. 13.* θησαυρίζεται δὲ δικαίοις πλοῦτος, *.i. vt inf. eo. c. quemadmodum.* Thesaurizantur aũt iustis diuitiæ impiorum. *Vbi vulgata habet,* Custoditur iusto substantia peccatoris. *Itemque Esa. 61. scriptum est,* καὶ δώσω τὸν μόχθον αὐτῶν δικαίοις *cum ante dixisset,* ἰσχὺν ἐθνῶν κατέδεσθαι. *Sapientiæ 10. legitur.* Ideo iusti tulerunt spolia impiorum: *infra ea. c. quemadmodum.*

β ¶ Huius legis.] *In codice Theodosiano, lib. 16. tit. 5. sunt leges Honorij, & Theodosij 43. 52. & 54. in quibus præcipitur ædificia, prædia, & loca, quæ ad conuenticula Donatistarũ, uel aliorum hæreticorũ antea pertinuerãt, ab ecclesiis catholicis uendicari, uel eisdẽ sociari debere. Et ad hæc leges uidetur spectasse B. Aug. & hic, & in tract. 6. in Ioannem (vt notatum est sup. d. 8. quo iure.) & contra literas Petiliani, (vt in proxime seq. c.) & alibi.*

γ ¶ Vobis.] *Sic est emendatum ex vetustis codicibus, & originali, cum in vulgatis, & hic, & inf. 24. q. 5. quisquis legeretur,* nobis, *Vox autem,* deiectum, *non est mutata ob glossam. Nam in vetustis hic, & inf. cap. citato, & apud Iuonem, & in originali est,* proiectum.

Item contra literas Petiliani lib. 2. c. 43.

¶ Catholici non ideo aliena possident, quia ab hæreticis ablata tenent. C. II.

SI de rebus, [c] vel locis ecclesiasticis, quæ tenebatis, & non tenetis, querimini; possunt & Iudæi se iustos dicere, & iniquitatẽ nobis obijcere, quia locum, in quo impie regnauerũt, modo Christiani possident. Quid ergo indignum; si ea, quæ tenebant hæretici, secundum parem Domini voluntatem catholici tenent? Ad omnes enim similes. i. ad omnes impios, [d] & iniquos illa vox Domini valet: [Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti iustitiam.] An frustra scriptũ est: Labores impiorum iusti edent?] Quapropter magis mirari debetis, qđ adhuc tenetis aliquid, quàm quod aliquid amisistis. *Item c. 59.* Iuo p. 10. c. 75. Matth. 21.

¶ Si quæ iã præcisi † possidere cœpistis; quia vobis ablata nobis Dominus dedit: non ideo concupiscimus aliena: quia illius imperio, [e] cuius sunt omnia facta sunt nostra, & iustè nostra sunt: Vos enim his vtebamini ad præcisionem; nos ad vnitatem. Alioquin & primo populo Dei possent illi obijcere alienæ rei concupiscentiam, qui diuina potestate ab eorum facie, quia ea sup. c. proximo. † *concisi.*] orig.

a ¶ Deiectũ.] Arg. ꝙ si hæreticus tulit sñiam super matrimonio, ꝙ valet, vt ĵ. proxi. cau. q. 1. qsquis. Arg. cõtra ext. eod. fraternitatis.

b ¶ Toleramus.] Infra 24. q. 1. pudenda 1.

SI de rebus.] CASVS. Hoc capitulũ diuiditur in duas partes. In prima cõquerebatur Petilianus de Christianis ꝙ bona possidebant hęreticorũ; sed August. rñdet, ꝙ iniuste conqueritur, qđ ꝓbat exẽplo vno, & duabus auctoritatibus. In 2. par. obijciebat Christianis concupiscentiam rerum alienarum: qđ reprobat Aug. una ratione, & duobus exemplis, quæ omnia si bene inspexeris, facile videbis. Secunda pars incipit ibi, [Si qua iam præcisi.]

c ¶ De reb.] Hoc nomẽ, res, hic stricte sumitur. nam ẜm veram significationẽ omnia comprehendit, & corporalia, & incorporalia. Vt ff. de ver. signif. rei appellatio. & l. rei appellatione Ioan.

d ¶ Et impios.] Per hoc dicunt quidã, ꝙ Iudęis, & Sarracenis licite possumus sua auferre, & intelligitur id quod dr̃ inf. q. 8. c. dispar. de personis Iudęorum, nõ de rebus. Sed secus credo, quia Iudæi soluunt tributum, & de voluntate nostra tenent ea, quæ habent 1.

e ¶ Imperio.] Simile 14. q. 5. dixit. 45. dist. qui sincera.

Iudæis, & Sarracenis sua auferre nõ debem⁹. 1 Dicas, ꝙ est differẽtia inter Iudęos & Paganos, siue Sarracenos: Iudæos enim nõ debemus occidere, uel spoliare, sed Sarracenos sic ĵ. e. q. 8. dispar. arg. 45. d. qui sincera. ext. de Iudæis sicut. ẜm Io. de Fã. Sed de hac materia vide latius quid no. Inno. & Host. ext. de uoto, c. qđ sup. Arch.

Quod

Qvod autem nobis.] CASVS. Hæretici obijciebant catholicis concupiscentiam rerum alienarum: sed August. eos reprehendit, dicens, hoc non esse verum, quia si hoc esset uerum, nunquam eos compellerent inuitos ad fidem catholicam retinendam: sed res eorum tantummodo reciperent: nullus enim auarus quærit compossessorem. Attendant ergo quondam socios suos qualiter ab ecclesia tractentur: qui non solum sua, sed & res catholicorum, quas non habebant, possident, quæ pauperum sunt, etsi catholici procurationem de ipsis gerant: vnde nisi reuertantur, sua eis iusta auferuntur auctoritate legum Imperialium. Cum ergo plebes & pauperes de ecclesijs eorum sunt nobiscum, ex quarum ecclesiarum possessionibus alebantur, desinant potius concupiscere aliena: quia scriptum est per Paulum. Omnia sunt vestra, &c.

a ¶ Concupiscamus.] Sup. ea. q. 4. ipsa pietas in fi.

Psal. 154. terra male vtebantur, expulsi sunt; & ipsi Iudæi, a quibus ablatum est regnum secundum verba Domini, & datum est genti facienti iustitiam, possunt obijcere alienæ rei concupiscentiam: quia ecclesia Christi possidet, † vbi persecutores Christi regnabant.

† al. ibi posuit.

Item epistola 50. ad Bonifacium.

¶ Res ecclesiasticæ ab hæreticis iniuste possidentur. C. III.

Poly. l. 7. tit. 5. Ans. l. 12. c. 59.

Qvod autem nobis obijciunt, quod res eorum cōcupiscamus, [a] & auferamus, vtinam catholici fiāt, & nō solum quæ dicunt sua, sed etiam nostra in pace nobiscum, & charitate possideant. Vsque adeo autem calumniandi [b] cupiditate cæcantur: vt non attendant, quàm sint inter se contraria, [c] quæ loquuntur. Ipsi certe dicūt, & inuidiosissime sibi conqueri videntur: quod eos in nostram cōmunionem violēto legum imperio coarctamus. Hoc vtique nullo modo faceremus: si res eorū possidere vellemus. Quis auarus quærit possessorem? Quis dominandi cupiditate inflāmatus, vel fastu dominationis elatus desiderat habere consortem? Ipsos certe attendant quōdam suos, iam nostros socios, & fraterna nobis dilectione coniunctos, quemadmodum ea † teneant, non solum, quæ habebant, [d] sed etiam nostra, [e] quæ non habebant: Quæ tamen, si pauperum compauperes sumus, & nostra sunt, & illorum. Si autem priuatim, quæ nobis sufficiant, possidemus: non sunt illa nostra, sed pauperū quorum procurationem [f] quodammodo gerimus, non proprietatē nobis vsurpatione damnabili vendicamus. Quidquid ergo nomine ecclesiarum parte Donati possidebatur: Christiani Imperatores legibus religiosis cum ipsis ecclesijs ad catholicam transire iusserunt. Cum ergo nobiscum sint plebes earundem ecclesiarum, nobiscū pauperes, qui de eisdem possessi vinculis alebantur: ipsi potius foris positi desinant concupiscere aliena; sed intrent in vnitatis societatem, vt pariter gubernemus non illa tantum, quæ dicunt sua, verum etiam quæ dicuntur, & nostra. Scriptum est enim. [Omnia vestra: vos autem Christi. Christus autem Dei. [g]]

† [illegible]

sup. 12. quæst. 1. si priuatim.

1. Cor. 3.

Item in eadem, epistola 50.

¶ *Antea citabatur ex epistola ad Vincentium, in qua nō habetur.*

¶ Qui a corpore Christi præciditur, spiritum iustitiæ tenere non potest. C. IIII.

Qvemadmodum membrum, si præcidatur ab homi-

b ¶ Calumniandi.] Non est calumniandum ius. inf. de cō si d. 2. liquido. ff. ad ex hib. l. penul.

c ¶ Cōtraria.] Arg. ꝙ cōtraria dicēs nō est audiēdus. vt ext. de app. sollicitudinē. & 74. dist. gesta. C. de mun. patri. pfessio tua. Arg. ꝯ ext. de iud. c. examinata, vt dixi 14. q. 1. in fi.

d ¶ Habebāt.] Non ītelligas de iure dominij, sed habere est idē quod esse dñm rei, quandoq; idem est qđ possidere, ut ff. de verb. sig. hēe. — Hēe dupliciter sumitur.

e ¶ Sed etiā nostra.] Idem, ad conseruandum nobis data.

f ¶ Procurationē.] Prælati sūt procuratores non dñi rerū ecclesiasticarum. vt hic, & 12. q. 1. c. ult. qñque dicunt dñi. 16. q. 1. & temporis. qñque defensores, 16. q. 1. in canonib. tamen licet prælatus dicatur procurator, magis habet liberā administrationē 1. quā simplex procurator. vnde ali quantū dare pōt, si hoc habet cōsuetudo regionis, ut ext. de don. c. 2. Arg. contra. infra ea. q. 8. cōuenior. — Ecclesiastica rum rerū plati sunt procuratores, & non dñi.

g ¶ Dei.] Scilicet patris 2. — 2 Adimplendo eius uolū tatem.

Qvemadmodū.] CASVS. Hoc c. diuiditur ī tres partes. In prima parte dicit Aug. ꝙ hæreticus est sicut mēbrū a corpore præcisum: quia sicut tale mēbrum non habet spiritum vitæ, sic hō a corpore Christi separatus non hēt spiritum iustitiæ. In secunda par. ponuntur quatuor q. Vincentij. Prima est quare Christiani quærunt hæreticos? Et respondet August. ne iniusti permaneant. Secunda est, quare non baptizant eos Christiani cum quærunt ipsos? Et respōdet Aug. ꝙ iniuria non est facienda sacramento. Tertia est, quare nō agunt pñiam apud Christianos? Et rñdet Aug. imò, & si non egerint, vitam non habebunt. Quarta qō est, & si non recipiūt baptisma cū reuertunt: quid ergo reci-

recipiunt? Et reſpondet quod accipiunt vnitatem ſpiritus ſancti, ſcilicet charitatem, quam non habebant. In tertia obijcit Vincentius Donatiſta concupiſcentiam Chriſtianis, q̄ Aug. improbat duab. auctoritatibus; & hortatur hæreticos, ut reuertantur ad eccleſiam, & ſuos labores poſſideant. Secunda pars eſt ibi, [Sed hoc ē.] Tertia ibi, [Si autem.] Sequens cap. patet.

pro terra defendenda, vt infra, vt pridem, & pro feudo certum numerum militum dare principi. vt infra eod. §. ecce. quod autem iuris ſit, de hoc plenius conſueuit

nis viui corpore, non poteſt tenere ſpiritum vitæ; ſic homo, qui præciditur de Chriſti iuſti corpore, nullo modo poteſt tenere ſpiritum iuſtitiæ, etiam ſi figuram membri teneat, quam ſumpſit in corpore. In huius ergo compagem corporis veniant: & labores ſuos non dominandi cupiditate, ſeu bene vtendi pietate poſſideant. Nos autem [a] voluntatem noſtram; ut iam dictum eſt, ab huius cupiditatis ſordibus, quolibet inimico iudicante, purgamus; quando eos ipſos, quorū labores dicūtur, ut nobiſcum; & illis, & noſtris in ſocietate catholica utantur, quantum valemus, inquirimus. ¶ Sed hoc eſt, inquiūt, quod nos mouet; ſi iniuſti ſumus; quare nos quæritis? Quibus reſpōdemus, q̄rimus vos iniuſtos, ne permaneatis iniuſti: quærimus perditos, vt de inuentis gaudere poſſimus, dicentes, mortuus erat frater, & reuixit; perierat, & inuentus eſt. Quare ergo me, inquit, non baptizas, vt me abluas à peccatis? Reſpondeo, quia non facio iniuriam characteri Imperatoris; cū errorem corrigo deſertoris. [b] Quare, inquit, apud te vel pœnitentiam non ago: Imò, niſi egeris, ſaluus eſſe non poteris. Quomodo enim gaudebis te eſſe correctū, niſi doleas te fuiſſe peruerſum? Quid ergo, inquiunt, apud vos, cum ad vos tranſimus, accipimus? Reſpondeo, non quidem accipitis baptiſmum, qui vobis extra compagem corporis Chriſti ineſſe potuit, prodeſſe non potuit: ſed accipitis vnitatē ſpiritus in vinculo pacis (ſine qua nemo poterit uidere Deum) & charitatem, quæ, ſicut ſcriptum eſt, cooperit multitudinem peccatorum. *& ſupra.* ¶ Si autem conſideremus, quod ſcriptum eſt in lib. Sapientiæ; [Ideo iuſti tulerunt ſpolia impiorum.] Item, quod legitur in Prouerbijs: [Theſaurizantur autem iuſtis diuitiæ impiorū;] tunc videbimus non eſſe quærendū, qui habeant res hæreticorum, ſed qui ſint in ſocietate iuſtorū. *Item poſt aliqua.* ¶ Si corpus Chriſti tollit ſpolia impiorum, & corpori Chriſti theſaurizantur diuitiæ impiorum; non debent impij foris remanere, vt calumnientur, ſed intra potius, vt iuſtificentur. *Item poſt aliqua.* ¶ In Chriſti ergo compagem corporis veniant: & labores ſuos nón dominandi cupiditate, ſed bene vtendi pietate poſſideant. Nos autē voluntatem noſtram, vt iam dictum eſt, ab huius cupiditatis ſordibus, quolibet inimico iudicante, purgamus: quando eos ipſos, quorum labores dicuntur, vt nobiſcū & illis, & noſtris in ſocietate catholica vtātur, quantum valemus, inquirimus.

Luc. 15.

Eph. 4.
Iac. 5.

Sap. 10.
Prouer. 13.
ſecundum lxx.

ſup. hoc e. c. non lōge ab initio.

His igitur auctoritatibus liquido monſtratur, quòd ea, quæ ab hæreticis male poſſidentur, à catholicis iuſte auferuntur; nec ideo aliena poſſidere dicuntur.



QVAESTIO VIII.

E Epiſcopis vero, vel quibuslibet Cleri-

Aduocatus idem ius ſæpius allegare poteſt.

a ¶ Nos autem.] In fin. c. idem repetit: & ſic eſt argu. quod aduocatus idem ius ſępius poteſt allegare. Arg. contra C. de app. ampliorem, §. 1. ex eo quod dicit inimico, eſt arg. ad quæſtionem ſabbatinam, q̄ ſi aliquis ſubmiſit, ſe arbitrio inimici: licet tulerit durā ſentētiam q̄ illa tenet, dūmodo nō præcipiat aliquid iniuſtū, vt extra de iureiur. Quintauallis ſed ſi aliq̄d durum præcipiat, illud eſt reducēdum ad arbitriū boni uiri, ut ff. p ſocietate.

Arbitrium inimici an ſit tolerandum.

b ¶ Deſertoris.] Hic comparantur deſertori redeūtes ab hæreſi: & tamen cum deſertore ſtrictius agitur, quā cum hæretico, ut dicitur ī ſumma. dicitur autē deſertor. qui diu vagatus reducitur. ff. de re. mil. l. 3. §. 2.

Deſertor quis ſit.

De epis.] Hęc q. diuiditur ī ſeptē partes: in quarum prima ponit magiſter per multas auctoritates, quod clerici pugnare non dēnt. Scd'a ibi, [His ita.] Tertia ibi, [Sed obijcitur.] Quarta ibi, [Quamuis.] Quinta ibi, [Sæpe principes.] Sexta ibi, [De incendiarijs.] Septima ibi, [De his.] Io. d. Fant.

CASVS. Hic ponitur 8. q̄o. in qua quæritur an clericis liceat arma mouere? Et reſpondetur; quod non, vt inf. ca. conuenior. poſſunt tamen hortari homines ad pugnandum

uit notari supra 50. distin. de his clericis. Ostendit ergo Gra. in hoc §. quod nec sua auctoritate, nec auctoritate Papæ arma debent accipere clerici. ꝙ probat tribus auctoritatibus scilicet Euangelij, Ambrosij, & Pauli. & ad hoc inducit sequentia capit. quorum prima duo

varie. quidam dicunt 1 ꝙ clerici possunt vti armis pro defensione tantum vt clypeo, lorica; sed non armis impugnationis. Alij 2 dicunt quod arma possunt accipere ad defendendum se: dum tamen illud incontinenti fiat, & pro se tamen non pro alijs, & in necessitate ineuitabili, ut ex. de 1 Vt Ber. 2 Vt Bart.

cis [a]*, quod nec sua auctoritate nec auctoritate Romani Pontificis arma arripere valeant, facile probatur. Cum enim Petrus, qui primus Apostolorum a Domino fuerat electus, materialem gladium exerceret, vt magistrum a Iudæorum iniuria defensaret; audiuit [Conuerte gladium tuum in vaginam: Omnis enim qui gladium acceperit, gladio peribit;] ac si aperte ei diceretur: hactenus tibi, tuisque prædecessoribus inimicos Dei gladio corporali licuit persequi: deinceps in exemplum patientiæ gladium tuum, idest, tibi hactenus* [b] *concessum in vaginam conuerte: & tantum spiritualem gladium, quod est verbum Dei in mactatione veteris vitæ exerce. Omnis enim præter illum, vel auctoritatem eius qui legitima potestate vtitur, qui vt ait Ap*[illegible] *non sine causa gladium portat, cui etiam omnis anima* [illegible] *se debet: omnis, inquam, qui præter auctoritatem huiusmodi gladium acceperit; gladio peribit.* [illegible] *sius:] Arma episcopi lacrymæ sunt, & orationes.] Item illud Apostoli.] Non vosmetipsos defendentes charissimi;] quamuis omnibus generaliter dicatur, specialiter tamen prælatis dictum intelligitur.*

Matth. 26.

Rom. 13.

Rom. 12.
inf. ea. non pila.

Vnde Ioannes Papa VIII. Angebergæ Imperatrici, excusans Ioannem episcopum remoueri de militia, dicit.

¶ Huic capiti & sequenti non est in vulgatis præpositum nomen Pal. Vtrumque tamen cum deinceps sequenti palea abest a plerisque uetusti exemplaribus.

† al. Nimirum.

¶De eodem. C. I.

NImium † certe veretur, & iure formidat contra professionem sui ordinis sæcularem militiam, exercere: terram defendere, de prælijs tractare, de armis, terrenæ potestatis est.

Item Innocentius Papa.

¶De eodem. C. II.

CVm a Iudæis, inquit Dominus caperetur, & Petrus cuiusdã inobedientis aurem abscideret; ferire prohibuit [c], & forma omnium sacerdotum (quorum prior erat) etiam pro seipso capi arma carnalia prohibuit.

Item Ambrosius.]

¶De eodem. PALEA. C. III.

Poly. l. 4. tit. 15.

NOn pila quærũt ferrea, [Non arma Christi milites] Coactus repugnare non noui; sed dolor, fletus, orationes lachrymæ fuerũt mihi arma aduersus milites. Talia enim munimenta sunt sacerdotis. Aliter nec debeo, nec possumus resistere: fugere autem; & relinquere ecclesiam non soleo: seruum Christi non custodia corporalis, sed Domini prouidentia sepire consueuit.

¶ Initiũ huius capitis, quod constat duobus dimetris iambicis, non est inuentũ. Reliqua habentur in lib. 5. epist. in

hom. c. 2. & ca. conuenior. vt dixi, s. ea. q. 1. in prin. sed si alias possunt euadere, no sument arma, vt extra de hom. suscepimus. Alij dicunt ꝙ auctoritate Papæ possunt aliter non G. dixit ꝙ possunt nõ in propria persona, sed alios hortando ad pugnam, 3 ut inf. e. ut pridem. & etiam possunt milites aliquos dare principi pro feudo, t inf. ea. [illegible] iuris [illegible] defen[illegible] ali[illegible] notatum 50. di. de his clericis.

3 Idem vl Grat. sententia inf. ea. §. in regesto.

b ¶Hactenus.] Ex [illegible] erit [illegible] gis [illegible] pellere in [illegible] solũ pro [illegible] socio, vt s. ea. q. 3. nõ in inferenda. [illegible] primo fuit licitũ habitũ exercere: hodie autem tamen licitũ est defendere seipsum, ut extra de hom. c. 2. & extra de clerici percus. c. pen. Io. nõ credo peccare eum qui aliquem patientem iniuriã defendit etiam si homicidiũ faciat, ut s. e. q. 3. nõ in inferenda licet: forte irregularis efficiat: quia nõ fuit ibi ineuitabilis necessitas, ut distin. 50. quia te ob noxium. B.

c CVm a Iudæis.] ¶Prohibuit.] Ex hoc vĩ ꝙ nõ licet alicui defendere dominum suum vel socium sed tantũ seipsum, ut ext. de ho. c. 2. & c. suscepimus. ext de cler. percu. c. pen. sed cõtra hoc est su. e. q. 3. c. fortitudo & c. pro mẽbris, & ca. vlt. s. 6. q. 1. infames nam seruus potius iuuabit dominum q̃ seipsum, vt ff. ad Syl. l. 1. §. serui.

NOn pila.] CASVS. Quidam reprehendebant Ambros. eo ꝙ non impugnabat quosdam ecclesiam infestantes. Et respon. Ambr. ꝙ milites Chri-

duo plana sunt.

a ¶Clericis.] De hac materia a varijs tractatum est

Christi non debent mouere arma. Vnde dicit Ambr. ꝙ dolor, fletus, lacrimæ & orationes sunt sua arma aliter repugnare non dẽo: ecclesiam tamen non derelinquo. & sunt tria præcedentia ea. loco paleæ. Quæ sequuntur plana sunt vsque §. [His ita.] micorum Dei quod probat per seq. c.

a ¶ Quicumq;.] ¶ In bello.] Hoc intelligas si est ex parte illorum. qui uiolentiam inferunt: alioquin secus est. 1 extra de cler. percus. cap. pen.

1 Nam tunc oĩa imputãtur aggrediẽti. C. ad leg. Iuliã. de vi publi. l. quoniam. Lau.

b ¶ Gentiliũ ludis.] Secus si ĩ alijs ludis ut extra de cler. percus. c. pen. ext. de homic. lator.

c ¶ Sepultura.] Si pęnituit. sed tamen ecclesia nõ debet orare ꝓ ipso, nec sumere oblationes eius. vt hic dicit: & idem est de raptore, q̃ in fine pęnitet, ut ext. de rapt. super eo. cõ est in torneamentarijs. quia illi non habent sepulturam, licet alia sacramenta recipiant, ut ext. de tornea. c. 1. Intellige ꝙ hic dicit, de canina sepultura, ut dixi sup. ea. q. 5. placuit. Ioan.

Sepultura denegatur mortuis in torneamentis.

d ¶ Clerici.] ¶ Arma.] Armorũ appellatione intelligũtur, etiam ligna, & lapides. ff. de ver. sig. armorum appellatione.

e ¶ Volentes.] Secus si causa timoris faciant. tũc enim nec velle videntur, ut extra de regul. iur. qui ex timore.

f ¶ Quicumque ex clero.] Licet sint in minoribus ordinibus constituti, ut 20. quæst. 3. eos qui. Arg. contra ext. de vo. & vo. redẽmp. capit. 2. 2 in parte decisa.

2 De hoc ar. ibi sumebat a contrario sensu sumpto: cum ibi sic diceret: cũ non sit licitũ clericũ in sacro ordine constitutum arma sumere, vel ad sanguinis effusionẽ vacare, &c. sed ibi subaudiebatur maxime propter hoc ꝙ hic dicit.

g ¶ Militia.] Sed q̃d si habent inimicos? Tunc dicitur, ꝙ possunt arma defensionis accipere. Alij dicunt ꝙ non faciãt ergo clerici sicut Moyses, vt 36. distinct. cap. vltim.

HIS ITA. Hæc est, 2. pars q. in qua probatur, ꝙ clerici hortari possunt, ꝙ fideles defendant ecclesiam, & se etiam possunt defendere, ita ꝙ ipsi proprijs manibus nõ effundent sanguinẽ, nisi ad defensionẽ suã. & hoc ꝓbat per 11. c. Ioã. de Fant. & est hic incidens q. Archid. CASVS. Respondet Grat. c. supradictis, dicens ꝙ clerici sua manu non valent arma recipere, sed alios põt hortari pro tuitione oppressorũ, & ꝓ oppugnatione inimicorum Dei quod probat per seq. c.

h ¶ Hortari.] Hæc vera sunt vbi ecclesia sua impugnatur vel patr... vt supra, ea. q. 3. fortitudo. ff. de reli. minime. Ioan.

Igitur cum.] CASVS. Quidam nuncij significauerũt Leoni Papæ, ꝙ Sarraceni veniebant in portũ Romanorũ quare præcipit populum Romanum ad litus maritimum descendere: quod & factum est: hoc totum significauit Ludouico Imperatori. Sequens c patet.

i ¶ Nostrum.] Ergo ciuitas Romana est Apostolici, & non Imperatoris. Nam Imperator concessit ei ... ciuitatem cum ducatu suo 63. dist. ego 96. dist. Constantinus sed Imperator aduocatus est ibi: vt extra de electio. venerabilem.

Roma... ... Imper... sed Pap...

oratione contra Auxentium; quamuis hic verba aliqua sint immutata. Nam apud B. Ambrosium habent, ut infra ead. c. conuenior. §. quid ergo turbamini.

Hinc etiam de his, qui in bello, aut rixa moriuntur, in concilio Triburiensi sic statutum est.

¶ Pro clerico, qui in bello, aut rixa moritur, oratio, vel oblatio non offeratur. C. IIII.

j Quicunque clericus aut in bello [a], aut in rixa, aut in gentilium ludis [b] mortuus fuerit; neque in oblatione, neque in oratione pro eo postuletur, sed in manus incidat iudicis: sepultura [c] tamen non priuetur. Burc. l. 2. c. 233. Iuo p. 6. c. 308.

Item ex concilio Toletano 4. c. 44. de clericis arma ferentibus.

¶ Gradu amisso tradantur in monasterio clerici voluntarie arma sumentes. C. V. Ans. l. 7. c. 187.

Clerici, qui in quacunque seditione † arma [d] volentes [e] sumpserint, aut sumpserunt, reperti, amisso ordinis sui gradu in monasteriũ pœnitentiæ [a] tradant. † al. factione.

a ¶ Pœnitentiæ.] *Sic legitur apud Anselmum, & in codicibus conciliorum editis, & manuscriptis, quamuis in posterioribus editionibus Coloniensibus in margine sit ad scriptum*, perenniter, *quemadmodum antea apud Gratianum legebatur.*

Item ex concilio Meldensi, c. 27.

¶ Proprij gradus amissione mulctentur militaria arma clerici ferentes. C. VI. Burc. l. 2. c. 11. Iuo p. 6. c. 286. Pann. l. 3. c. 168.

ij Quicunq; ex clero [f] esse videntur, arma militaria [g] non sumant, nec armati incedant: sed professionis suę vocabulum religiosis moribus, & religioso habitu præbeant. Quod si contempserint, tanquam sacrorum canonum contemptores, & ecclesiasticæ sanctitatis profanatores proprij gradus amissione mulctentur, quia nõ possunt simul Deo, & sæculo militare.

2 *His ita respondetur. Sacerdotes propria manu arma arripere non debent, sed alios ad arripiendum ad oppressorum defensionem, atque ad inimicorum Dei oppugnationem eis licet hortari* [h].

Vnde Leo quartus scribit Ludouico † Augusto. † al. Lothario.

¶ Pro Sarracenis Papa iubet populum congregari, & eis ad littus maris occurrere. C. VII.

Igitur cum sæpe aduersa a Sarracenorum partibus perueniant nuncia, quidã in Romanũ portũ Sarracenos clã, furtiueq; vẽturos esse dicebant. Pro quo nostrũ [i] cõ- Iuo p. 10. c. 83. Pann. l. 8. c. 27.

gregari præcepimus populum, maritimumq; ad littus descendere decreuimus, & egressi [a] sumus Roma.

¶ Epistolæ Leonis IIII. ex quib. hoc, & duo sequẽtia cap. sunt accepta, non extant: In vetustis aũt Pontificalib. quod ad hæc capita videtur facere, legitur, cum magna Agarenorũ classis ex Africa ad vastandã Romam soluisse nũciaretur; Neapolitanos, Amalphitanos, & Caietanos nauib. Hostiã uenisse, ut contra Agarenos pro defensione S. Petri, & Romana Vrbe dimicarẽt. Quorũ principes Leo Papa ad se uocauerit, & cũ ipsis multa tractarit. Atque ipsa prorsus uerba, quæ ad hoc caput ꝑtinent, sunt hæc. Quos benigne in palatio Lateranensi suscipiens, cãm pro qua venerant, inquirit. Illi aũt se ob aliud non venisse testati sunt, nisi, vt superius legitur exaratũ. Quorum pius Apostolicus credulus verbis, cum magno exercitu, & armorũ procinctu mox ciuitatem Hostiam properauit, omnesq; cum gaudio suscepit. Illi aũt videntes summum Pontificem, oẽs osculari cœperunt pedes eius. Summus aũt pręsul Missam in ecclesia beatæ Aureæ celebrauit, omnibusque corpus Dominicum tradidit; atque orationem pòst perceptum corpus super eos donauit: Deus cuius dextera B. Petrum ambulãtem in fluctibus, ne mergeretur, erexit & coapostolum eius Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit, exaudi nos propitius, & concede, vt amborum meritis horum fidelium tuorum brachia contra inimicos sanctę tuę ecclesię dimicantia omnipotenti dextera tua corroborentur, & cõualescant, vt de recepto triumpho nomen sanctum tuũ in cunctis gentibus appareat gloriosum. Die vero altera, postquam pręfatus Pontifex reuersus est a iam prædicta ciuitate, ipsi sceleratorũ socij, siue participes (.s. Agareni) iuxta littus maris Hostiensis multis cum nauibus paruerunt. Pręfati autem homines super illos facientes impetum omnes superauere orationib. Apostolorum, & sancti Pręsulis.

Idem Leo.

¶ Vltor sui gregis Papa debet esse & præcipuus adiutor. C. VIII.

Iuo p. 10. c. 84. Pann. l. 8. c. 28. † al. illis.

SCire vos oportet, quòd nunquã ab aliquib. nostros homines sinimus opprimi: sed, si necessitas vlla † occurrerit; præsentialiter [b] vindicamus, quia nostri gregis in omnibus vltores esse debemus, & præcipui adiutores.

Item exercitui Francorum.

¶ Cœleste regnum a Deo consequitur, qui pro Christianorum defensione moritur. C. IX.

Pann. l. 8. c. 30.

OMni timore, [c] ac terrore deposito cõtra inimicos sanctæ fidei, & aduersarios oĩum religionũ agere viriliter studete. Nouit. n. omnipotens, si quilibet vestrũ morietur, quod ꝑ veritate fidei, & saluatione patriæ [d] ac defensione Christianorũ mortuus est: & ideo ab eo præmiũ cæleste consequetur.

Item Alcuinus.

¶ Contra Longobardos, precibus Hadriani Papæ Carolus bellum suscepit. C. X.

Deusdedit l. 5. Iuo p. 10. c. 91. Pann. l. 8. c. 32.

HOrtatu, & precibus Hadriani [e] Romanæ vrbis ep̃i exhortatus Carolus Rex bellũ contra Longobardos suscepit: quod prius quidẽ & a patre eius Pipino, Stephano Papa supplicãte, cũ magna difficultate susceptũ est.

¶ Quod hic refertur ex Alcuino, hẽtur in vita, & gestis Caroli Magni per Eginardũ scriptis. In quo lib. & apud Iuo. pro uoce, hortatu, *legitur,* rogatu.

Item Alexander Papa secundus omnibus episcopis Hispaniæ.

a ¶ Et egressi.] Ep̃i ergo possũt interesse bellis. nã & Paulus interfuit, ut s̃. ea. q. 3. Maximianꝰ, & Moyses 36. d. c. vlt. Ioan.

b SCire.] ¶ Præsentialiter.] .i. sine mora: nec. n. tãtum debent ep̃i esse custodes chartarũ, sed & defensores ecclesiarum, ut 16. q. 1. in canonib & sic patet hic quod ep̃i etiã vasallos suos tenentur defendere, defendendo non vi[...] inferendo iniurias, ut 46. d. seditionarios. Ioan.

OMni timore.] CASVS. In hoc c. hortatur Leo exercitum Frãcorum, ut viriliter pugnet aduersus inimicos ecclesię & si quis propter hoc moriatur, non pœnam, sed cęlestia præmia consequetur. Seq. duo c. patent.

c ¶ Omni timore.] Sup. ead. q. 5. oĩum.

d ¶ Patriæ.] Sup. ea. q. 4. fortitudo.

e HOrtatu.] ¶ Hadriani] sup. d. 63. Hadrianus.

a ¶ Di-

Ep̃i pñt interesse bellis.

Ep̃i nõ sunt tanti custodes chartarũ

a Dispar.] ¶Persequuntur.] Videtur ergo ꝙ si Sarraceni non persequuntur Christianos, non possumus impetere eos, 1 nam etiam ad mensam eorum comedere possumus. 11.q.3. ad mensam, & lex dicit, ꝙ eis quiete degētibus nullam debemus facere molestiā, vt C. de sacri. pagan. Christianis Ioan.

re non solum debet opus, sed etiam tempus, causam, voluntatem, & differentiam personarum.
i ¶Homicidium.] Factum notat, non ius: talis enim nō dicitur homicida, vt sup. ea. q. 5. si homicidium.
K ¶Et causam.] Omnes enim circunstantiæ sunt inqui-

¶Iudæos non debemus persequi, sed Sarracenos. C. XI.

Dispar nimirum est Iudæorum & Sarracenorum causa. In illos enim, qui Christianos persequuntur [a], Iuo p.13.c.114. Pann.l.8.c.29.
& ex vrbibus, & proprijs sedibus pellunt, iuste pugnatur: Hi vero vbique seruire parati sunt.

Item Ioannes octauus Demago † Duci glorioso. † *al. Hermanno.*

¶Qui crimina, quæ potest emendare, non corrigit, ipse committit. C. XII.

PRæterea deuotionis tuæ studium exhortamur, vt cōtra marinos latrunculos, qui sub prætextu tui nominis in Christicolas debacchantur, tāto vehementius accendaris, quanto illorum prauitate famam tui nominis obfuscatam fuisse cognoscis: quoniam licet credi possit, Iuo p.10.c.70. Pann.l.8.c.20.
quòd te nolente illi nauigantibus insidientur; tamen, quia a te comprimi [b] posse dicuntur, nisi eos compescueris, innoxius non habeberis. Scriptum quippe est: [Qui crimina, cum † potest emendare, non corrigit, ipse committit [c].] † *al. qui.*

Item Hieronymus ad Riparium contra Vigilantiū.

¶Crimen punire pro Deo, non est crudelitas, sed pietas. C. XIII.

LEgi Syromasten α Phinees, auctoritatem Heliæ [e], zelum Simonis [f] Chananæi, Petri seueritatem Ananiam & Saphiram trucidantis, Paulique [g] constantiam, qui Elymam magum vijs Domini resistentem æterna cæcitate [h] damnauit. Non est crudelitas β crimina pro Deo punire: sed pietas. Vnde & in lege dicitur: [Si frater tuus & amicus, & vxor, quæ est in sinu tuo, deprauare te voluerit a veritate, sit manus tua super eos, & effunde sanguinem eorum.] Iuo p.10.c.72. Pann.l.8.c.21. *Num.25.* *4 Reg.1.* *Matth.0.* *Act.5.* *Act.34.* *Deut.13.*

α ¶Syromasten.] *B. Hieronymus Num.25. & in cap.2. Malachiæ* σειρομάςην *pugionem interpretatur: tertio autem libro Reg. c.18. & lib.4. cap.11 hastam, velut etiam Hesychius, qui ait,* σειρομάςην *esse* εἶδος λόγχης.

β ¶Non est crudelitas.] *In editione Romana legitur,* nō est crudelitas pro Deo, pietas. *In Lugdunensi vero,* non est crudelitas pro Deo, pietas. *lectio tamen Gratiani non videtur reijcienda.*

Item Ioannes Chrysostomus super Matthæum, hom. 17. ad c.5.

¶Quædam in veteri testamento licebant, quæ in nouo prohibentur. C. XIIII.

OCcidit Phinees hominem, & reputatum est, illi ad iustitiam. Abraham vero non solum homicida, sed et parricida (quod certe grauius est effectus, magis Deo, magisq; complacuit. Petrus geminum fecit homicidiū [i]: fuit tamen opus spiritale, quod factū est. Non sola igitur respiciamus opera, sed tempus, & causam [k], & volunta- Iuo p.10.c.65. Pann.l.8.c.18. *Num.25.* *Gen.22.* *Act.5.*

1 Imò vī ꝙ tales qñ sūt mansueti, qđ præscribere pñt de hoc not. 17. q. 4. porro.
Comedere possumus ad mensam Sarracenorum.

PRæterea.] CASVS. Hermānus dux fuerat infamatus propter quosdā marinos latrūculos, qui sub noīe eius in Christianos sæuiebant quare Io. hortatur ipsum, ut ipsos psequatur & repellat: quod si non fecerit, cum possit, particeps erit criminis: quod probat vna auctoritate.

b ¶Comprimi.] Hec ratio nō videtur sufficere, nisi esset iudex eorū: nā si iudex negligit facere iustitiā de suo subdito, ipse met potest conueniri, ut dixi sup. ea. q.2. Dñs. & s. e. q.3. c. ult. & q.5. nō est.

c ¶Committit.] fi. sup. 83. d. error. 2

2 C. de commer. & l. 2. in fi. ubi sūt plures conc. ad idē sup. ead. q.3. qui potest.

LEgi Syromastē.] CASVS. Riparius quæsiuit a Hiero. an sit peccatum punire criminosos. Et rūdet ꝙ non: quod probat quinq; exemplis .s. Phinees, & Heliæ, & Simonis Chananęi, Petri & Pauli, & vna auctoritate veteris testamenti.

d ¶Syromasten.] .i. vīdictā siue zelū indignationis: qa Phinees coeuntē cū Madianita interfecit.

d ¶Syromasten.] .i. zelū indignationis, siue vindictam.

e ¶Heliæ.] Cum petijt ut ignis descenderet de cœlo, qui duos quinquagenarios exussit.

f ¶Simonis.] Qui vltus in duos magos, retorquendo in eos serpentes, quos magicis artibus super eum miserant.

g ¶Paulique.] 45. d. §. Salamon.

h ¶Cæcitate.] 1. q. 1. Ananias.

OCcidit.] CASVS. Io. Chrys. probat exemplo Phinees, & Abrahæ & Petri ꝙ quandoq; alium interficere non est peccatum: & ideo sacerdos, vt ad ueritatē ualeat peruenire, respice-

quirendæ; ut extra de testibus. cum causam. sic 15. q. 6. c. in fi. quia causa facti potius est inquirēda quàm ipsum factum. Facti cā inquirend

factum, ut ibi dicitur, & ff. de furt. verum. 29. dist. sciendum.

SI nulla.] CASVS. Bulgari quæsiuerunt a Nicolao, utrum in Quadragesima a prælijs sit abstinendum: Et respondet quod in quadragesima & omni tempore est, a prælijs abstinendum, nisi necessitas urgeat: quo casu omni tempore est indifferenter pugnandum: scilicet pro defensione sua, vel patriæ, vel legum paternarũ, ne homo videat Deum tẽtare si habet aliquid quod faciat.

a ¶ Quadragesimali.] Vnde & Machabæi pugnauerunt in sabbato, non obstat, extra de treuga & pa. cap. 1. quia hic loquitur de defensore, ibi de oppugnatore.

b ¶ Patriæ.] ff. ea. oĩ.

c ¶ Deum.] Sup. 22. q. 2. quæritur.

tem, & personarum differentiam, & quantacumque alia ipsis operibus acciderint, diligentissime inquiramus. Nõ enim possumus ad veritatem aliter peruenire.

Item Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum, c. 46.

¶ Necessitate instante, etiam in quadragesimalibus diebus bellum inire licet. C. XV.

Iuo p. 16. c. 93. Pann. l. 8. c. 37. *Opportunitas*] orig. & Iuo.

SI nulla vrget necessitas; non solum in quadragesimali tempore; sed omni, est a prælijs abstinendum. Si autem ineuitabilis vrget importunitas; † nec quadragesimali tẽpore pro defensione tam sua, quàm patriæ, [b] seu legum paternarum, est bellorum proculdubio præparationi parcendum: ne videlicet Deum [c] videatur homo tentare; si habet quod faciat, & suæ, ac aliorum saluti consulere non procurat, & sanctæ religionis detrimenta non præcauet.

Item Gregorius in dialogo, lib. 2. c. 30.

¶ Petrus Ananiam, & Sapphiram increpando morti tradidit. Cap. XVI.

Ansel. l. 13. c. 16. Iuo p. 10. c. 67. Pann. l. 8. c. 19.

.9. & 5.

PEtrus, qui Tabitam mortuã orando suscitauit, Ananiam, [d] & Sapphiram mentientes morti increpando tradidit. Neque e. n. orasse in eorum extinctione legitur; sed solummodo culpam, quam perpetrauerant, increpasse. Constat ergo, quod aliquando hæc ex potestate, aliquando vero exhibentur ex postulatione; dum & istis vitam increpando abstulit, & illi reddidit orando.

PEtrus.] CASVS. Docet hic Greg. quod Petrus Tabitham mulierem a morte suis precib. suscitauit: Ananiam uero & Sapphirã Christo mentientes increpãdo morti dicitur tradidisse: vnde patet, quod talia quandoque fiũt ex potestate, quandoque ex postulatione; quia vnũ fecit increpando, aliud vero fecit orando.

d ¶ Ananiam.] 12. q. 1. c. 2. & sup. ead. q. 4. c. vindicta 17. q. 1. Ananias.

Idem Veloci magistro militum, lib. 12. epist. 21.

¶ Beatus Gregorius quosdam hortatur, vt milites congregent, & contra hostes arma viriliter parent. C. XVII.

Poly. l. 7. tit. 13. Ansel. l. 13. c. 6. Iuo p. 10. c. 90.

Et] orig.

VT † pridem expressimus gloriæ vestræ, quia milites illuc erant parati venire: sed quoniam inimicos cõgregatos, & huc discurrere epistola vestra significauerat, hæc eos hic causa retinuit. Nunc vero vtile est visum, ut aliquãti illuc milites transmittantur, quos gloria tua admonere, & hortari, vt parati sint ad laborẽ, studeat: & occasione inuenta cum gloriosis filijs nostris Mauritio, & Vitalino loquere, & quęcumq; vobis Deo adiutore pro vtilitate reip. statuerit, facite: & si huc, vel ad Rauennates partes, nec dicendum Ariulphum † cognoueritis excurrere; vos a dorso [e] eius ita sicut viros decet fortes, laborate: quatenus opinio vestra ex laboris vestri qualitate amplius in republica Deo auxiliante ꝓficiat. Illud tñ prę oĩbus admonemus, ut familiã Maloin, *α* & Adobin, Vigildi, atq; Gruffingi, qui cum glorioso Mauritio magistro militũ esse noscuntur, sine aliqua mora, vel excusatione relaxes: [f] quatenus veniẽtes illuc homines, prædicti viri cũ eis sine aliquo impedimẽto debeãt ambulare.

† *al. Arnulphum.*

VT pridem.] CASVS. Ariulphus hæreticus ecclesiam impugnabãt, & infestabãt, cõtra quẽ Velox; magister militię pugnabãt: ad quẽ cum Grego. quosdã milites mittere vellet in succursum, significabat sibi pręd ĩctus. Velox quod Ariulphus uersus Romã discurrebat, & ideo Papa tũc milites retinuit: sed nunc eos mittit, & hortatˢ ipsum Velocẽ, ut insimul cum Mauritio, & Vitaliano aduersus ipsum Ariulphũ non noĩandum uiriliter pugnet, siue Romã, siue Rauennã. discurrere uelit. & admonet eum, ut quatuor familias Maloin, Adobin, Vigildi, atq; Gruffingi, quæ cum Mauritio erãt, a captiuitate relaxet ut hoĩes dicti Mauritij, sine impedimento eos reducere possint: Et dicit ibi: Homines,] .i. nũcij prædicti, scilicet Mauritij. ¶ Cum eis,] scilicet captiuis, reducendo eos: [einsdem scilicet epistolæ.

e ¶ Adorso] Arg. quod dolus cõtra hostem licet potest fieri, ut sup. ea. q. 2. Dominus noster, & 22. q. 2. utilem.

f ¶ Relaxes.] a captiuitate. Ioan.

Svppliciter.] CASVS. Ariulphus direxit epistolam quandam Greg. in qua innuebat, ꝙ Suanenses, id est Beneuentani ei obsides pro sua fidelitate dederant: quam epistolam Greg. mittens Mauricio. & Vitaliano per quẽdã aliũ Vitalianũ mandat eis, ut inquirãt si per manserũt ĩ fide, quã Reipublicæ ꝓmiserũt, & recipiẽtes ab eis obsides eos sacramẽtis obstringãt si autẽ inuenerint, ꝙ cũ Ariulpho, uel fœdus fecerint, uel ei obsides dederint, sicut Ariulphi episto la innuere videbat: tunc faciant, quod Reipublicę, & saluti suæ, & Papæ uiderint expedire: ne ipsi, & Papa de sacramẽtis eorũ teneant: & hortat eos, si Romam discurrere voluerint, vt uel loca ipsius depredentur, vel mittãt exploratores, vt ĩquirãt q̃d facere uelint, ne nobis possint ex improuiso nocere. Ego tamẽ Bartholom. Brixien. totũ hunc casum sub illo cap. Vt pridẽ. semper audiui, & legi, & tu lector si uolueris sub vno casu, uel duobus formare poteris, secundum quod tibi melius uidebitur.

a ¶ Suanenses.] Primo enim iurauerãt Reipublicæ.

b ¶ Obsidesque.] Ergo liber homo põt esse obses pro pace seruãda, nõ ꝓ pecunia, ut extra de iure iu. ex rescripto ar. ad idẽ ff. de test. obsides. ff. de iure fi. diuus. Quid ergo ẽ q̃d dr̃ liber hõ non potest obligari, ut ext. de pig. c. 2. C. q̃ res pig. oblig. pos. q. filios. Ad hoc dico, ꝙ liber hõ non potest obligari, nec habet in eo ius pignoris: sed tãtum ius retẽtionis. 1 Nam video, ꝙ quãdoq; tenetur res aliqua pro ea pecunia, ꝓ qua nõ est obligata, ut C. ob. chyrograph. pe. l. vnica. Quod autem dicitur in illa decret. ex rescripto intelligo, ꝙ pro necessitate ecclesiæ, & auctoritate Papæ factum fuit. Alias clericus non potest renunciare beneficio canonis illius, si quis suadente: ut extra de sent. exc. contingit ea namque, quę in nos committuntur, dimittere possumus, sed quæ in Deum, uel ecclesiã, minimè, ut supra cad. q. 4. si quis qui.

Hõ liber an possit obligari.

1 De hoc ẽt not. 10. q. 2. hoc ius. in gl. quia ad pro annos.

c ¶ Denuo.] Ergo aliquis potest bis iurare super eodẽ negotio, vt extra de testi. quoties, & ff. de damn. infec. qui bona §. pen. q̃d concedo, si subest causa suspicionis. Ioan. sed certè tantum semel iuratur. & quod dicit ibi

decretalis, duplici, id est, duos habens articulos, scilicet de auditu, & de credulitate. B. Sed si quis semel est periurus, amodo non est recipiendum testimonium illius: sed alia cautio est ab eo recipienda, ut extr. de purgat. canon. literas in fi. ex quo. n. semel est periurus præsumitur,

Periuri testimoniũ non est amplius recipiendũ.

ꝙ semper uelit peierare: ut 2. q. 7. non potest. de hoc notaui 22. q. 5. paruuli. Item habes hic, ꝙ plus creditur iuratoriæ cautioni, quam pignoratitiæ, cum tamen regula iuris dicat, quod plus est cautionis in re, quam in persona. ff. de regu. iu. plus cautionis. Ioan. de Fant.

d ¶ Dubios.] Quia scriptum hostis inducit suspicionẽ quod est contra id 11. q. 3. in cunctis, adeo ut secundo cogantur isti iurare.

e ¶ De sacramentis.] Eorum, eo quod timor est ne labantur in periurium, ut extra de coha. cle. & mulie. clericos.

f ¶ Sculpas.] Alias scultas, id est exploratores. 2

2 Et est vulgare Hispanorum sicut Italici, dñt spias. Io. de Fan.

α ¶ Maloin.] *Hæc nomina sunt reposita, quemadmodũ habentur in codicibus epistolarum impressis, & manuscriptis. Antiqua autem exemplaria Gratiani, & à vulgatis, & inter se valde hoc loco discrepant.*

Item eiusdem Mauricio, & Vitaliano, li. 12. epist. 23.

C. XVIII.

Svppliciter gloriæ uestræ per filiũ nostrũ Vitalianum, cũ quo, & tractetis, & uerbo, & scripto mãdauimus. Vndecimo autem die mensis Iunij Ariulphus † hãc epistolam, quam uobis direximus, transmisit; & ideo relegẽtes eam uidete, si in fide sua Suanenses [a] quam Reip. promisere, perstiterũt: obsidesque [b] dignos, de quibus possitis confidere, ab eis percipite: & insuper eos denuo, α [c] sacramẽtis obstringite, reddentes eis quod loco pignoris sustulistis, & sermonibus uestris eos sanantes. Si autẽ manifestissimè cognoueritis, eos cũ Ariulpho de sua subiectione † locutos fuisse, uel certè obsides ei dedisse; sicut nos Ariulphi epistola, quam uobis direximus, dubios [d] reddidit, salubri cõsilio pertractãtes, ne in aliquo anima vestra, uel β nostra de sacramẽtis [e] grauetur; quidquid utile Reip. iudicaueritis, peragite. Sed ita faciat gloria uestra, ut neque sit aliquid, unde possimus ab aduersarijs reprehendi † neque in quo utilitas Reip. (quod Dominus auertat) negligatur. Præterea gloriosi filij estote soliciti; q̃a quãtũ comperi, hostis γ multitudinem habet collectã, & in Marchia δ dicitur residere: etsi huc cursũ, Deo sibi irato, mittere uoluerit; uos loca ipsius (q̃tũ uos Dñs adiuuerit) depdamini, aut certe sculpas, [f] † ε quos mittitis, solicitè requirãt, ne dolẽs factũ ad nos discurrat.

Polyc. ibidem. Ans. l. 13. c. 8.

† al. Arnulphus.

† al. sub ditione.

† comprehendi.] ori.

† al. scultas.

α ¶ Denuo.] *Abest hæc dictio à codicibus epistolarum excusis. & manuscriptis: est tamen in vetustis etiam Gratiani, & apud Anselmum.*

β ¶ Vestra vel.] *Hæ duæ uoces non sunt in codicibus epistolarum; sed apud Anselmum.*

γ ¶ Hostis.] *In epistolis B. Gregorij partim legitur,* hostem collectum habet: *partim uero* hostis collectam habet. *Apud Anselmum uero est,* hostem collectam habet.

δ ¶ In Marchia.] *In epistolis impressis est,* Narinas. *in uno autem manuscripto codice,* Narnia.

ε ¶ *Sculpas.*] *In plerisque uetustis, sicut ẽt ĩ codicib. B. Gre*

gorij impressis, & manuscriptis, legitur, scultas, *quæ vox etiam apud Paulum Diaconum, & alios scriptores significat exploratores, quod vidit etiam auctor glossæ.*

In Regesto etiam legitur, quòd B. Gregor. ciuibus Tusciæ, vt contra Longobardos arma pararent, mandauit, & militantib. stipendia decreuit. Hoc ergo exemplo, & præmissis auctoritatibus claret, quòd sacerdotes, etsi propria manu arma arripere non debeant; tamē vel his, quibus huiusmodi officia commissa sunt, persuadere, vel quibuslibet, ut ea arripiāt, sua auctoritate valeāt impetrare.

3 ¶ *Sed obijcitur illud Nicolai ad Ludouicum, & Carolum Reges.*

Iuo p.3.c.334.

¶ Episcopi non debent militaribus occupari negotijs.

C. XIX.

REprehensibile valde constat esse, quod subintulisti dicendo, maiorem partem omnium episcoporū die noctuq; cum alijs fidelibus tuis cōtra pirat[illegible]s maritimos inuigilare, ob idq; episcopi impediantur venire; cum mi litum Christi sit Christo seruire: militum vero sæculi sæculo, secundum quod scriptum est: [Nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus. (2. Tim. 2.) Quòd si sęculi milites sæculari militiæ student, quid ad episcopos, & milites Christi, nisi vt vacent orationibus? [a] †

† *al.* orationi] orig.

¶ *Epistola, ex qua sumptum est hoc caput, extat Romæ in monasterio Dominicanorum scripta Ludouico, & Carolo Regibus: cuius initium est.* Credimus ex Dei dono. *in qua de Carolo, sermonem propriè ad ipsum conuertens, quæritur Pontifex, ob quasdā excusationes, & hanc præcipuè, quæ hoc capite continetur, nullos episcopos Romam ad synodum, quam ipse habere volebat, missos fuisse. Propterea mutatus est titulus; qui antea erat,* ad Carolum Imperatorem.

Item Gregor. Papa lib. 7. epist. 1. ad Sabinianum.

¶ In mortem cuiuslibet hominis episcopi se miscere formident. C. XX.

SI in morte Lōgobardorum me miscere voluissem; hodie Longobardorum gens, nec Regē, nec Duces, nec comites haberet, atque in summa confusione esset diuisa. Sed quia Deum timeo, in mortem cuiuslibet hominis me miscere formido.

Ecce, quòd Nicolaus Papa prohibet episcopus sæculari militia occupari: nec etiàm contra maritimos piratas permittit eos ad pugnam accedere. Quomodo ergo Leo Papa aduersus Sarracenos vrbem egreditur; & vt eos procul a littore arceat, populum vndique conuocat, & suorum iniūrias præsentialiter uindicat, atque cum Gregorio milites ad arma inuitat? Sed notandum est quosdam episcopos leuitica tantum portione esse contentos: qui, sicut in Dei sorte tantum numerantur, sic ipsum Deum solammodo in hæreditatem accipiunt, dicentes: [Dominus pars hæreditatis meæ.] (Psal. 15.) His nihil est commune cum principibus sæculi: quia temporalia penitus abijciunt, ne eorum occasione legibus Imperatorum obnoxij teneantur. Talibus nulla occasio relinquitur occupationis sæcularis militiæ: quia cum de decimis,

IN REGESTO. CASVS. Legitur in regesto, q B. Gregorius Tuscos contra Longobardos inuitauit, & militantibus stipēdia decreuit. Quo exemplo, & præmissis auctoritatib. patet, q licet clerici ꝓpria manu pugnare non debeant, quoscunq; tamen hortari possūt ad pugnā. postea probat cōtrarium per seq. c.

SED OBIICITVR. Hæc est tertia pars quæst. in qua probat per quatuor auctoritates, q sacerdotes nō debent pugnare, scilicet manu propria Io. de Fant.

REprehensibile] CASVS. Cum Nicolaus ꝑcepit, quibusdā episcopis, vt Romā venirēt. Carolus Imper. scribit ei, quod ire nō poterat: quia contra maritimos pyratas die noctuq; cum alijs fidelib. inuigilabāt, quod Nicola9 dixit esse reprehensibile: cum hoc tātum militib. sęcularib. conueniat, ad quod probandum inducit auctoritatem Pauli. sequens cap. patet.

a ¶ Orationib.] G. intellexit hoc c. de ep̄is, qui tantum leuitica portione sūt cōtēti. vt ī. prox. §. sed hæc est veritas, q ideo tantū redarguntur isti ep̄i, qa citati a Papa noluerunt venire, & excusabant se pp mandatum regis: licet. n. mādato regis sit potius obediendum, q̄ metropolitani, ut s̄. 18. distinct. si episcopus. tamen Papæ potius obediant, quàm Regi. Alij intelligunt de episcopis non habentibus regalia.

Regi an metropolitano potius debet obedire episcopus.

SI in morte.] ECCE. CASVS. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima part. G. breuiter epilogat ꝯrietates ab illo §. His ita.] In secunda soluit dictam contrarietatē, dicens quod episcopis

pi, qui feudum non habent à principibus, sed uiunnt tantum de decimis, primitijs, & oblationibus: sæculari militia occupari non debent. Alij uerò, qui à principib. feuda retinent, principibus seruire tenentur. quod probat duabus auctoritatibus, scilicet Christi, & Pauli: nisi ab illis à quibus feuda tenent, super huiusmodi promeruerint immunitatem.

Conuenior. CASVS. Imperator misit milites Gothos ad Ambrosiū, vt præciperet sibi ex parte Imperatoris, vt quādam basilicā sibi traderet festinā ter, quam hæreticis tradere volebat. Ambrosius uero respōdet. Si quod meum est peteret Imperator, nō denegarē, quia omnia mea pauperum sunt: sed quæ Dei sunt postulat, in quibus Imperator potestatē non habet, potius est ut vitam mihi auferat, quam ecclesiam sibi concedam, ad instar Nabuthæ, qui potius se permisit interfici, quam patrimoniū suū Achab Regi uēdere uellet. sed cum viderem milites armatos, orabā ne ibi fieret aliqua strages quę verteret in perniciē ciuitatis, nec me defendam: quia lachrymæ meæ, arma mea sunt; & si mihi liceret, libēter irē ad palatiū principis, in quo episcopus cōueniri nō pōt: sed corā iudice ecclesiastico. Et si dicatur, quod Imperatoris sunt omnia, respōdetur nō esse verum: quia ī diuinis potestatem non habet, cum scriptū est, quæ sunt Dei, Deo: quæ sunt Cęsaris, Cæsari. quod autem dicitur ibi, quis, scilicet scriptura. respondit per Iob, uxori Iob dicenti: Benedic Deo, & morere, turbamini, ò uos ciues. Non deseram uos, ciues. [Christus,] Id est, episcopus uel persona ecclesiastica, sed iudex ecclesiasticus. [De meo,] id est, quod meum est.

a ¶ Omnia.] Ergo omnia sunt Imperatoris, ut supra distinct. 8. quo iure. C. de quadrien. pręscrip. bene à Zenone. Sed hoc intelligas quo ad iurisdictionem, & defensionem.

b ¶ Non refragaturum.] Ex humilitate hoc dicit, alias bene possit refragari. Vel dic non refragaturum, sicut pro ipsa ecclesia. Sed qualiter intelligitur istud meum? uidetur quod non possit intelligi de rebus proprijs ipsius Ambrosij, propter illud quod sequitur: sunt pauperum. Item nec de rebus ecclesiæ: quia illas non posset dare proptie. hoc quod sequitur circa finem. Sed dic, quod de proprijs Ambrosij intelligitur. quod autem dicit, pauperū sunt, intellige per c. 12. q. 1. illi qui. Nam si propria habeo, & de rebus ecclesiæ sustentor, debeo mea pauperibus erogare. 16. q. 1. quoniam quidquid 47. dist. sicut hi. & 1. q. 2. c. pen.

c ¶ Diuina.] Diuina enim ab homine dari non possunt. 8. q. 1. plerique. 33. q. 5. una sola, in fi.

d ¶ Pro altaribus. Videtur, quod prælatus mortem debeat subire non solum vbi fides, uel salus ecclesiæ impugnatur, sed etiam vbi res, uel claues ecclesiæ auferuntur. argum. contra 17. q. 1. §. hoc etiam tunc obseruandum. & supra ead. q. 5. non nostrum.

e ¶ Vendicant.] Id est, defendū t. 5. 12. q. 3. quicunque.

f ¶ Busto.] Bustum dicitur cum res est exusta, rogus cum comburitur, pyra est congeries lignorum ad comburendum.

g ¶ Morere.] Arg. ex eo, quod princeps præcipit aliquem eli-

x Vel dic, quod licet isti ita dicerēt, non tñ istud cōcedit eps, sicut Ambr. j. eo. c. qa non est uerū, quod omnia sint eius, licet ui deatur dicere lex. C. de quadr. pscr. bene a Zenone. quia illud locum nō habet in ecclesiasticis, &c.

Prælatus ... cūque ... bet mortem subire.

Bustum, ... gus, & py... differunt.

& primitijs viuant: tanquam filij summi regis in omni regno à terrenis exactionibus liberi sunt; ita, vt dicere valeant. [Venit princeps huius mundi, & in nobis non habet quidquam.] Porro alij sunt, qui non contenti decimis, & primitijs prædia, uillas, & castella, & ciuitates possident; ex quibus Cæsari debent tributa, nisi Imperiali benignitate immunitatem ab huiusmodi promeruerint. Quibus à Domino dicitur: [Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo.] Quibus idem Apostolus: [Redite omnibus debita, cui tributum, tributum; cui uectigal, uectigal.] Ioan. 14. Matt. 22. Rom. 13.

Vnde Ambrosius ad Marcellinam sororem, epist. 33.

¶ Ecclesiæ Imperatoribus non sunt obnoxiæ.

C. XXI.

Conuenior ipse à comitibus, & tribunis, ut basilicæ fieret matura traditio, dicētibus Imperatorem iure suo, uti, eo quod in potestate eius essent omnia: [a] Respōdi, si a me peteret quod meum esset, idest, fundum meū, argentum meum, ius huiusmodi meum; me non refragaturum, [b] quamquam omnia, quæ mea sunt, essent paupe rum: uerum ea, quæ diuina [c] sunt, Imperatoriæ potestati non esse subiecta. Si patrimoniū petitur, inuadite; si corpus, occuram: Vultis in vincula rapere? vultis in mortem? uoluptati est mihi, non ego me uallabo circūfusione populorum, nec altaria tenebo uitam obsecrans; sed pro altaribus [d] gratius immolabor. Horrebam quippe animo, cum armatos ad basilicam ecclesiæ occupandam missos cognoscerem; ne, dum basilicā uēdicant, [e] aliqua strages fieret, quæ in perniciē totius vergeret ciuitatis: orabā, ne tantæ Vrbis, uel potius totius Italię busto [f] superuiuerem. *& infra.* ¶ Mandatur, trade basilicam, hoc est, [Dic aliquod uerbum in Deū, & morere: [g]] nec solum dic aduersus Deum; sed etiam fac aduersus Deum. Mandatur, trade altaria Dei. Vrgemur igitur præceptis regalibus: sed cōfirmamur scripturæ sermonibus, quæ respondit, [Tanquā una ex insipientibus locuta es.] *Et in oratione contra Auxentium.* ¶ Quid ergo turbamini? volens nunquam ius † deseram: coactus repugnare non noui, potero dolere, potero flere, potero gemere: aduer- Iob. 2. Iob ibidem. Poly. l. 4. tit. 15. † al. vos.

eligi, ꝙ non ualet electio . quia est iusta causa timoris. nam,& timor uerborũ excusat,sicut dixi su.d.7.fuerũt. a ¶Da-

a ¶Lachrymæ meæ.] sup.d.36.c.ult.&.16.q.3.c.porro. b ¶Nec debeo.] Cõsulẽdo ex nimia perfectione loquitur,& est ar. pro opinione H. sed non de facto hic posset resistere Imperatori:nec de iure debbat, qa timebat maius malũ, & hoc est, quod supra tangit, ne busto,&c.

sus arma, milites Gothos, quoque lachrymæ meæ [a] mea arma sunt. Talia enim sunt monumenta sacerdotis. Aliter nec debeo, [b] nec possum resistere, & *paulo inferius.* ¶Vtinam essem securus, quòd ecclesia hęreticis minime traderetur: ad palatium Imperatoris irem libenter, si hoc congrueret [c] sacerdotis officio, ut in palatio magis certarem; quàm in ecclesia. [d] Sed in consistorio nõ reus Christus [e] solet esse, sed iudex. Causam fidei agendam in ecclesia [f] quis abnuat? Si quis confidit, huc veniat. *Et in ea. epist. ad Marcellinam.* ¶Allegatur, Imperatori licere omnia, ipsius esse vniuersa. Respondeo. Nolite grauare Imperator, vt putes te in ea, quę diuina sũt, Imperiale [g] aliquod ius habere, noli te extollere: [h] sed si vis diutius imperare, esto Deo subditus. Scriptum est: (Quæ Dei; Deo, quæ Cæsaris, Cæsari.) Ad Imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem ecclesiæ. Publicorum tibi mœnium ius commissum est, non sacrorum. Iterum dicitur, mãdasse Imperatorem, [i] debeo & ego unam basilicam habere. Respondi, non licet tibi illam habere. Quid tibi cum adultera, [k] Adultera est enim, quæ non est legitimo Christi cõiugio copulata. *Et in ead. orat. contra Auxentium.* ¶Nabuthe sanctum virum possessorem vineæ suæ scimus interpellatum petitione regia, vt vineam suam daret, vbi rex succisis vitibus olus vile sereret, eumque respondisse, (absit, ut ego patrum meorum tradam hæreditatem.] regem contristatum esse, quòd sibi esset alienum ius relatione iusta negatum: sed muliebri consilio deceptum α, morte in agrum venisse. Sanctus enim Nabuthe uites suas uel proprio cruore defendit. Si ille vineam non tradidit suã, nos tradamus ecclesiam Christi? Quid igitur a me respõsum est contumaciter? Dixi enim conuentus, absit a me, ut tradam Christi hæreditatem. [l] Si ille patrum hæreditatem non tradidit, ego tradam Christi hæreditatem? sed & hoc addidi, absit, ut tradam hæreditatem Patrum, hoc est Dionysij, qui in exilio causa fidei defunctus est, hæreditatem Eustorgij confessoris, hæreditatem Myroclis, atque omnium retro fidelium episcòporum. Respõdi ego, quod sacerdotis est. Quod Imperatoris est, faciat Imperator. Prius est, ut animam mihi, quàm fidem auferat, & *infra.* ¶Tributum Cæsaris est, non negatur. Ecclesia Dei est: Cæsari utique non debet adijci, quia ius Cæsaris esse non potest templum Dei. Quod cum Imperatoris honorificentia dictum nemo potest negare. Quid enim honorificentius, quàm ut Imperator ecclesiæ filius esse dicatur? Quod cum dicitur; [m] sine peccato dicitur: cum gratia dicitur. Imperator enim bonus intra ecclesiam est, nõ supra ecclesiã. Bonus enim Imperator quærit auxilium [n] ecclesiæ, non refutat. *Et supra in eadem ratione.* ¶Si de meis β aliquid posceretur, aut fundus, aut domus, aut aurum, aut argentum; id quod mei iuris esset, respõdi me libenter offerre: templo Dei nihil posse decerpere, nec tradere illud, quod custodiendum, [o] non tradendum acceperim. Deinde consulere me etiam Imperatoris saluti;

sup. eod. non pila.

Matth.22.

3.Reg.21.

c ¶Congrueret.] Et hoc non licet. extra de app. qua fronte. Et per hoc patet, ꝙ clericus citatus a laico iudice non tenetur uenire ad allegãdum priuilegiũ, nisi dubum sit an sit clericus. 1
d ¶In ecclesia.] 2.q.2.c.ult.
e ¶Christus.] Hoc intelligas in casu, in quo loquitur litera sequẽs. vbi.s. agitur causa fidei, uel spiritualis. nam aliàs clericus in reconuentione reconuenitur in foro ciuili.
f ¶In ecclesia.] Sup. 2.q.2.præceptum.& 24.q.1.quoties.
g ¶Imperiale.] Ecclesia.n.non adstringitur legibus mundanis, ut 34.q.2.inter. nec potest Imperator condere aliquod statuitum de reb.ecclesiasticis, ut 96.d. bene quidem in fin. nisi ecclesia hoc petat, ut 17. dist. hinc etiam, uel nisi aliqd statuatur in priuilegium ecclesię, ut 16.q.1.generaliter.
h ¶Extollere.] Sup. ea.q.5.regum est.
i ¶Imperatorem.] p hæc uerba, quæ sequuntur.
K ¶Adultera.] Sup. 21.q.1. sicut in una.
l ¶Hæreditatẽ.] Et ita dicitur hæreditas uiuentis. arg. cõtra. ff.de her.uel act.vẽ. l.1. ff. de reg. iur. l. hęreditas. 2
m ¶Quod cum dr̃.] Scilicet ꝙ Imperator sit filius ecclesię, ut 96.d.si Imperator.
n ¶Auxilii.] Mutuũ .n.sibi debent auxilium Imperator, & ecclesia, ut s.ea.q.5. principes, & 96. d. cum ad uerum.
o ¶Custodiendum.] & ita prelatus non potest

Clericus a laico citatus venire non tenetur.

1 Conc. tex. in l. si diligẽti cum no.ff. de compet.

Ecclesia non subijcitur legibus.

2 Et vide quod no.12.q.1.c.fi.

potest dare, nisi cum quid utile prospiciat, arg. ff. de offi. procu. Cæsaris l. 1. §. 1. & 17. q. 4. quicũque. arg. contra ext. de do. c. 3. & 12. q. 2. §. item domus, & c. terrulas. Io.

TRibutum.] CASVS. Vrbanus Papa ostendit in hoc c. ꝙ ecclesia Imperatori subijci non debet, nec Pontificalis apex: tamen de exterioribus ecclesia constituta tributa persoluere debet. Et hoc probat exemplo Petri, q. piscem non dedit pro tributo, sed staterem quem habebat in ore piscis, qui ecclesiã vel apicem pontificalem significat. stater vero exteriora designat. [Pontificalis apex] idest, Apostolicus, uel Romanus Pontifex.

a ¶ De exteriorib.] .i. nõ de rebus ecclesiæ. Nam ex quo semel datum est ecclesiæ, sanctum sanctorũ erit Domino, vt 12. q. 2. nulli. & sup. ead. cap. conuenior. Nam apud quod dicitur desarcina repentina. 11. q. 1. placuit. locum habet cum episcopus sponte voluerit cum consilio clericorũ, aliàs non ext. de immun. eccl. non minus, & c. aduer. consules.

b Ecclesia.] Est ergo arg. quod episcopi subsunt regi, quia tributum est signũ subiectionis. ext. de cẽ. omnis anima. sed illud in laicis. 1

c ¶ Tributum.] Sup. 11. q. 1. magnum. & c. si tributum.

d ¶ Sed tantum staterem.] Vñ Pisciculũ Petrus piscator, cuius more inuenit staterem, gerulum 2 didrachmatis auri.

e ¶ De exteriorib.] quia cum onere ad eum peruenit, C. de exac. trib. si diuina. lib. 10. & ext. de decim. cum non sit in homine.

Tributũ est signũ subiectionis.

1 Sub quib. quo ad temporalia præsunt, non clericis ext. de maio. & obe. solitæ.

2 Gerulum dicitur id ꝙ aptum est ad portandum sine grauitate ponderis. Arch.

ribus tributa soluantur, tñ non videntur esse soluenda. Et hoc probat exemplo Pharaonis, qui interpretatur fauus Ægyptiorum, qui cum prædia priuatorum emeret, sacerdotibus necessaria ministrauit, nec suis possessionibus spoliauit, docẽs sacerdotes debere liberos esse ab

quia nec mihi expediret tradere, nec illi accipere. Accipiat enim uocem liberi sacerdotis, si vult sibi esse consultum: recedat a Christi iniuria. Hæc plena humilitatis sunt, &, vt arbitror plena affectus eius, quem Imperatori debet sacerdos.

¶ *Caput hoc collectum est ex uarijs locis epistolæ ad Marcellinũ, & orationis contra Auxentium de basilicis non tradendis, ut suis locis notatum est, inductis prioribus citationibus, quæ erant,* & infra, *atque ex ijsdem locis multa sunt emendata.*

α Deceptum.] *In originali statim post hoc uerbum sequitur,* Nabuthe vites suas.

β ¶ Si de meis.] *Aptatus est hic locus, quantum licuit, ex originali.*

Item Vrbanus Papa. Matth. 17.

De suis exterioribus ecclesiæ soluunt tributa.

C. XXII.

TRibutum in ore piscis, piscante Petro, inuẽtum est, quia de exterioribus [a] suis, quę palam cunctis apparent, ecclesia [b] tributum [c] reddit. † Non autem totum piscem iussus est dare; sed tantum staterem, [d] qui in ore eius inuentus est, quia non ecclesia dari Imperatori, non Pontificalis apex, qui in ore capitis ecclesię preminet, subijcit potest regibus, sed sane, ut diximus, quod in ore piscis inuenitur, pro Petro, & Domino dari iubetur, quia de exterioribus ecclesiæ, [e] quod constitutum antiquitus est, pro pace & quiete, qua nos tueri, & defensare [f] debent, Imperatoribus persoluendum est. Genes. 47.

4 *Quamuis etiam huiusmodi non uideantur Imperialibus exactionibus subijciendi. Nam, cum tempore famis cunctorum Aegyptiorum terram sibi emeret* [g] *Pharao, atque sub eadem famæ suæ seruituti cuncta subijceret; sacerdotibus ita necessaria subministrauit, ut nec possessionibus nec libertate nudarentur, Domino ex tunc pronunciante; sacerdotes in omni gente liberos esse* [h] *oportere.* Cod. Theod. lib. 16. tit. 2. le. 16.

Vnde Constantinus, & Constans hanc immunitatem dederunt ecclesiæ, dicentes.

C. XXIII.

IN qualibet ciuitate, in quolibet oppido, vico, castel- Ans. l. 4. c. 14.

¶ Adde a eccl ... ad ... lutionẽ tr... butorũ ... Bart. in l. d... nina. C. d... exact. tri. &... not. in l. ... fi. ff. de mu... & hono.

f ¶ Defensare.] Ergo nisi defendant, nõ est eisdem dandum tributum, arg. 95. d. esto

QVAMVIS. Hæc est quarta pars q. in qua probat, ꝙ ecclesia non debet Imperatoribus nisi spirituale tributum, & hoc patet exemplo Pharaonis, qui tempore famis omnes possessiones subiugauit sibi, exceptis possessionibus sacerdotum, quibus de publico salarium ministrauit, probat etiam per leges tres. Ioan. de Fant.

CASVS. Dictum est sup. in ca. proxim. quod de exterioribus ecclesiæ tributa sunt, Imperatori persoluenda. Nunc vero ostendit Gratia. quod licet de ipsis exterio-

ab huiusmodi tributis, & hoc inducit sequẽtes leges, & c. quod sequitur quamuis etiam, &c.

g ¶ Emeret.] Et ita non sunt omnia Imperatoris, quia nemo potest rem suam emere, vt ff. de contrahen. emp. suæ rei, & quod meum est, amplius nõ potest esse meũ vt ff. de excep. rei iud. & an eadem, §. actiones. ext. de fide instr. inter dilectos.

h ¶ Liberos esse.] Non dixit vt redderent tributum. Meum amplius meum esse non potest.

IN qualibet.] CVSVS. Constantinus, & Constans Imperatores statuerunt, ut clerici, qui uirtute alijs præeminent, in omni loco perpetua gaudeant securitate, quia res publica magis augmentatur oratio-

tionibus, & officijs clericorum, quam labore corporis. Seq. lex patet.
a ¶ Securitate.] Nunc inhibet tributum, sed hoc quantum ad onera personalia.
b ¶ Attentationis.] Idest, exactionis.

vbi senes & valetudinarij, & propter senectutem solam infirmi homines curantur. Orphanotrophium est locus venerabilis, in quo pueri parentibus orbati pascuntur. Brephotrophium est locus, in quo infantes pauperum aluntur.

Orphanotrophium. Brephotrophium.

SAN- † al. legis.

lo, municipio quicunq; voto Christianæ religionis † meritum eximiæ, singularisq; virtutis omnib. intimauerit; securitate [a] perpetua potiatur. Gaudere.n.& gloriari ex fide semper volumus, scientes magis religionibus, quam officijs, & labore corporis, vel sudore nostram Remp. cōtineri. Gratianus quoque, Valētinianus, & Theodosius decreuerunt dicentes.] Vniuersos, quos constiterit custodes ecclesiarum esse, vel sanctorū locorum, ac religiosis obsequijs deseruire, nullius attētationis [b] molestiā sustinere decernimus. [Imperator Iustinianus.] ¶ Sancimus [c] res ad venerabiles ecclesias, vel xenones, [d] vel monasteria, uel ptochotrophia, vel brephotrophia, vel orphanotrophia, vel gerontocomia, vel denique aliud tale consortium descendentes ex qualicumq; curialis liberalitate, siue inter viuos, siue mortis causa, siue in vltimis voluntatib. habita a lucratiuorum [e] inscriptionibus liberas esse & immunes; lege scilicet, quæ super huiusmodi inscriptionibus posita est, in alijs quidem personis suū robur obtinente: in parte autem ecclesiastica, vel aliarum domuum, quæ huiusmodi pijs consortijs deputatę sunt, suum vigorem pietatis intuitu mitigante.

Ibid. l. 26.

Cod. lib. 1. tit. de sacrosan. eccl. 18.

Hinc etiam in Parisiensi concilio legitur.

¶ De agro ecclesiastico presbyter non cogatur censum persoluere. C. XXIIII.

SEcundum canonicam auctoritatem, & constitutionē domini Imperatoris Ludouici de ecclesiastico agro, & manso, [f] & de mancipijs, quę ipse suis capitulis *α* cōstituit, vel si quilibet pro loco sepulturę aliquid largitus ecclesiæ fuerit de decimis *β* etiam, & oblationibus fidelium nullus quemquam presbyterorum aliquem cēsum persoluere cogat, nec quisquam cuiuslibet ordinis, vel dignitatis exinde quidquam subtrahat, aut redhibitionē quamcunq; exigat temporalem. Quod si fecerit; communione vsque ad satisfactionem priuetur, & Regia potestate dare cogatur.

Burc. l. 3. c. 53. Iuo p. 3. c. 55. & c. 75

¶ *Burchardus, & Iuo par. 3. c. 56. simile quiddam citant ex concilio Meldensi, c. 8. verum idem Iuo eadem parte, c. 175. hoc idem affert ex concilio Parisiensi, in quo videtur innouatum, qđ nunc extat in cōcilio Meldensi, c. 63.*

e ¶ Lucratiuorum.] Quibus quarta pars eorū, quæ à curialibus relinquebatur, vēdicab tur à fisco: exceptis, relictis curialib. & cōiunctis. hoc habes C. quādo & quib. quarta pars l. 1. & 2. l. 10. C. de īpo. luc. descriptio. l. vna eo. lib. quia fiebat impositio quatuor siliquarū. C. si lib. Imperialis soci⁹ sine hēde decesserit l. una. li. x. Ioan.

1 Vnde uersus: Pascit in Brephogerō orphano. no so. zenoque Infirmus uetulus pueri infans, & peregrinus.

SEcundum.] CASVS. Statutū fuit in concilio Parisiēsi, ut ecclesia de suis agris, manso, & mācipijs, quę sibi beneficio Imperiali cōcedūtur, de eo quod sibi datur ꝑ sepultura, de decimis & oblationibus tributū soluere nō cōpellatur quod si aliquis exegerit, excōmunicetur, & per regiam potestatem reddere cogatur.

f ¶ Māso.] Supra 16. q. 1. quia iuxta. Cōtra supra di. 8. cap. 1. cōtra supra 12. q. 2. ecclesiarum. contra supra 11. qō. 1. si tributum. contra. Sed istud de prædijs, q̄ solum pro animarū redemptione donantur, illud de his q̄ titulo emptionis vel alio modo acquiruntur ecclesiæ. Vel istud specialiter de ꝑdijs collatis ecclesiæ à principe, illud generaliter de alijs Sol. uera colligit ex prox. ca. seq. Ager. 2 appellat hic ubi est hort⁹ ecclesię ar. supra ea. cōuenior nā ī agro Nabuthe rex seuit olus. Mansus vero appellatur unde percipitur frumentum, & uinum ad Eucharistiam conficiendam, ut extra de cen. c. sancitum est. Vel mansum appellat dotem ipsius ecclesiæ. Nam dos talis debet esse, ut ecclesia possit inde sustentari. de conse. dist. 1. nemo sed mansus dr̄ f̄m uulgare, unde unus rusticus cum sua familia sustentari possit: ecclesia tamen de tanto non potest sustentari de quanto unus rusticus. Arg. 10. q. 3. unio. Patet ergo, ꝙ de dote sua non potest ecclesia, uel non debet tributa dare, quia non debet dotem recipere nisi libera sit. & sic posset intelligi. 10. q. 2. hoc ius. quia nō dēt ei dari possessio onerosa. Itē nec de decimis, nec de pri-

2 Ager & mansus differūt. 2 Adde qđ sit propriè ager, not. in l. insula. ī fi. & in lege si qua. ff. de acq. rer. do. & in l. fundi. §. ulti. ff. de uer. sig.

SANCIMVS. CASVS. Olim cum aliquis curialis uolebat donare res suas alicui ecclesiæ vel loco religioso, semper oportebat, quod certam relinqueret portionem curialibus: postea uero Iustinianus priuilegium dedit ecclesijs, & alijs locis religiosis, ut siue inter uiuos, siue inter mortuos curiales donarent ecclesijs ex ipsis donationibus occasione legis antiquæ nihil amitiant. [Obtinente.] scilicet lege mitigante.
c ¶ Sancimus.] C. de sacrosā. eccl. sancimus 2.
d ¶ Xenones.] Xenodochium est locus uenerabilis; ubi pauperes peregrini recipiuntur, Ptochotrophium est locus ubi pauperes pascunt, Gerontocomiū est locus

nodochiū ochotrophium. erontocomium.

primitijs dabit tributum, quia in illlis nunquã potuit Imperator tributum habere, de alijs vero prædijs tributarijs cum onere suo ad ecclesiam deuolutis tantum ecclesia dare debet tributum, & exaudi in eo casu. 11. q. 1. si tributũ. Hæc omnia vera sunt maximè cum Imperator hoc idem cõstituat. Sed pone q̃ fundata est ecclesia in p̃dio tributario, nunquid de illo dabit tributum? Respondeo. refert an sit bonæ fidei fundator, an malæ. Si bonæ fidei, de illis locis, quæ sunt ext. atrium, habebit Imperator tributũ, non autem de loco, vbi est ecclesia 1. sed per hoc non fit patronus, vt 17. q. vlti. quæst. si vero fundator esset malæ fidei, tũc est ad æstimationem cõpellẽdus. 14. q. 6. comperimus. & vbi post denunciationem fundat eam mala fide fundat, ex. de noui ope. nũc. cũ ex iniuncto. Io.

namque regularibus, & alijs possessionibus suis senioribus seruire tenentur, vt extra de censi. sancitum est. 2 Hæc. n. est cõsuetudo, quæ est optima legum interpres: Io. Vel hic loquitur cum Papa aliquem episcopum ad se vocat, sicut diximus s̃. ea. reprehensibile. cum enim vo-

Ecclesia in p̃dio tributario fundata, an teneatur pro illo ad tributa.

1 Subau. vel eius dote, & hoc in fauorẽ ecclesiæ. arg. hic ad similitudinem serui, qui factus presbyter a seruitute liberatur. 54. d. ex antiquis. & c. seq. s̃m Io. de Fã.

2 Hic ... brochard ... 54. & po ... pro paica ... proxi.

α ¶Capitulis.] *Videtur significari caput proximè sequens, quod est. lib. 1. capitularium, c. 91.*

β ¶De decimis.] *In dicto capite 63. concilij Meldensis, & apud Iuonem, c. 175. legitur,* neque de decimis, & oblationibus fidelium cuiquam presbytero aliquem censum, &c. *Iuo tamen c. 56. habet vt Gratianus.*

γ ¶Dare cogatur.] *In concilio est,* hoc emendare legaliter cogatur. *Iuo tamen ut Gratianus, Burchardus uero habet tantum usque ad uer.* priuetur.

Item ex concilio Vuormaciensi, c. 50. — Ext. de censib. c. sancitum.

Cap. XXV.

SAncitum est, vt vnicuique ecclesiæ vnus mansus integer absque vllo seruitio attribuatur: & presbyteri in eis cõstituti nõ de decimis, neq; de oblationibus fideliũ non de domibus, neq; de atrijs, vel de hortis iuxta ecclesiam positis, neq; de præscripto manso aliquod seruitium faciant præter ecclesiasticum. Et si aliquid amplius habuerint; inde maioribus † suis debitum seruitium impendant.

Capit. l. 1. c. 91. Burc. l. 3. c. 52. Iuo p. 3. c. 55. & p. 16. c. 262.

† *al. seniorib.* vera lectio.

¶*Abest caput hoc a plerisque uetustis exmplaribus, habetur tamen locis indicatis.*

Hinc [a] *datur intelligi, quòd de his, quæ Imperiali beneficio, uel a quibuslibet pro beneficio sepulturæ ecclesia possidet, nullius iuri, nisi episcopi, teneatur adstricta. De his vero, quæ a quibuslibet emerit, uel uiuorum donationib. acceperit, principibus consueta debet obsequia, ut & annua* [b] *eis persoluat tributa, & cõuocato exercitu cum eis proficiscatur ad castra. Quod tamen hoc ipsum non sine consensu Romani Pontificis fieri debet.*

Vnde Gelasius Papa Elpidio episcopo.

¶Absque auctoritate Romani Pontificis ad comitatum episcopi proficisci non audeant. C. XXVI.

QVo ausu, qua temeritate rescribis Rauennam te parare proficisci, cum canones euidenter præcipiant nullum omnino [c] pontificum, nisi nobis ante, visis, atque consultis ad comitatum debere contendere β? Quemadmodum tibi putas licere, quod non licet; nisi, quòd hoc officio carere festinas, quo his excessibus te ostendis indignum?

Ans. l. 6. c. 118. Deusdedit l. 1. c. 39. Poly. l. 1. tit. 17.

α ¶Contendere.] *In Polycarpo hæc sequuntur.* Quòd cũ longæui vel ætate; uel honore Pontifices Pistoriensis, Lucensis, & Fesulanus nuper mõstrẽt fecisse; tu qui paucorũ dierum fungi sacerdotio videris, quemadmodum, &c.

Item ex concilio Antiocheno, c. 11. — Et in Aquisgr. c. 75.

E St † aliud Apostolicum piscandi genus: quo genere solum Petrum piscari Dñs iubet, dicens: [Mitte hamum: [d] & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle.] — Poly. ibidem. † *Est & aliud.*] orig. — Matth. 10.

Item Lucius Papa episcopis Galliæ, & Hispaniæ.

¶ Nulla perturbatio a tramite Apostolicę sedis retrahat, quæ omnes hæreses semper distruxit. C. IX.

A Recta ergo fide; & Apostolico tramite propter vllã perfecutionem † nolite recedere, scientes quoniam iuxta Saluatoris sententiam, beati sunt qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Hæc est Apostolorum vina traditio, hæc vera charitas, quæ prędicanda est, & præcipuè diligenda, ac fouenda, atque fiducialiter ab omnibus tenenda, hæc sancta, & Apostolica mater omnium ecclesiarum Christi ecclesia, quæ per Dei omnipotentis gratiam a tramite Apostolicæ traditionis nunquã errasse probatur, nec hęreticis nouitatibus [e] deprauata succubuit, sed, vt in exordio normam fidei Christianę percepit ab auctoribus suis Apostolorum Christi principibus illibata fine tenus manet.

Poly. tit. 3. Ans. l. 1. c. 35. † *al. perturbationẽ.* Fælix. 1 epist. 3. Marcus 1. ad Athanasium. — Matth. 5.

Item Sixtus Papa II. Gratum episcopum, epist. 1.

¶ Fides Romanę ecclesię omnem hęresim destruit, nullam fouet. C. X.

M Emor sum me sub illius nomine, ecclesię pręsidere cuius a Dño [f] Iesu Christo est confessio [g] glorificata, & cuius fides nullam † hęresim unquam fouit: sed omnes quidem hęreses destruit. Intelligo autem mihi aliter non licere, quam ut omnes conatus meos ei causę, in qua uniuersalis ecclesię salus infestatur, impendam.

Ans. l. 1. c. 36. Poly. l. 1. tit. 3. † *al. nullum unquã fallit sed.*

2 ut 20. dist. quis 2. dist. sacrosanct.

Item Eusebius Papa episcopis Tusciæ, epist. 3.

¶ Nullius hęresibus Romana succubuit ecclesia. C. IX.

I N sede Apostolica extra maculam semper est catholica seruata religio.

Item Innocentius Papa episcopis concilij Mileuitani epist. 26.

¶ Ad Romanam referatur ecclesiam, quoties ratio fidei ventilatur. C. XII.

Q Voties fidei [h] ratio ventilatur, arbitror oẽs fratres,

Poly. ibidem. Ans. l. 1. c. 27. & l. 2. c. 54.

f ¶ A Domino.] Dicente: Tu es Petrus, & c. 2. 19. dist. ita Dominus.
g ¶ Confessio.] Tu es Christus filius Dei uiui.
h ¶ Quoties.] ¶ Fidei. Sic 16. quæst. 10. 1. frater noster 10. dist.

12.dist.præceptis.23.q.vlt.conuenior.su.dist.8o.c.2. contra. Sed aliud est quæstionem de fide motam terminare (quod nulli præterquam Romanæ sedi permittitur, sicut hic dicitur) aliud est ipsam sine diffinitione ventilare: quod patriarchæ primates facere possunt. ut ibi con-

vitandos dixerunt. Sed dic, quod illud intelligendum est quando tale quid dicunt quod certum est esse hæresim hic uero vbi dubium est, extra eo. cum Christus.
b ¶ Officij. ¶ Dissimulare.] Est dissimulatio pia, ut 22.q.2.utile ff.de do.excep.l.2.§.3. est perniciosa, vt 22.q.5.cauete discreta ut 23.q.4.quidam cū bonorum detestabilis, ut hic.
c ¶ Tacere.] Taciturnitas est magnū uitium i Papa, vt 40.d.si Papa.

Dissimulatio est multiplex.

& coepiscopos nostros nō nisi ad Petrum, [a] id est, sui nominis, & honoris auctorem referre debere. (Veluti nūc retulit uestra dilectio:) quod per totum mundum possit ecclesijs omnibus in commune prodesse.

Item Iulius Papa ad episcopos orientales, epist. 1.

¶ Christianæ religionis zelum Romana ecclesia præ cęteris habuit. C. XIII.

Ansel.l.1. c.38.

OFficij nostri cōsideratione non est nobis dissimulare, [b] non est tacere [c] libertas: † quibus maior cunctis Christianæ religionis zelus incumbit.

† *al. liberum.*

Itē Hieronymus ad Damasum in expositione symboli.

¶ Aliorum ora non timet fides, quam Romana commendat ecclesia. C. XIIII.

HAec est fides, [d] Papa beatissime quam in ecclesia catholica [e] didicimus, quamque semper tenuimus, & tenemus in qua, si minus perite, aut parū cautè fortè aliquid positum est; emēdari [f] cupimus a te, qui Petri, & fidem, & sedem tenes. Sin autem hæc nostra cōfessio Apostolatus tui iudicio cōprobatur; [g] quicumque me culpare † uoluerit, se imperitum, vel maleuolum, uel etiam nō catholicum, non † me hæreticum comprobabit. [h] *Item.*

† *al. maculare.*
† *al. sed hæreticum.*

¶ Sācta [a] Romana ecclesia, quæ semper immaculata mānsit, & Domino prouidente, & B. Petro Apostolo opē ferente in futuro manebit, sine ulla hæreticorum insultatione [i] firma, & immobilis omni tempore persistet.

a ¶ Sancta.] *Hæc videtur sumpta ex epistola Marci Papæ ad Athanasium, sed alio modo aptata. Nam apud illum post alia quædam, sic legitur:* Non, ut nos aliquid sinistrum vestra ex parte arbitremur sed nos, & vos, illosque absque vlla in posterū titubatione unū sentire optaremus: & S. Romana ecclesia, quæ semper immaculata māsit, & Domino prouidēte, & B. Petro Apostolo opē ferente, in futuro manebit sine ulla hæreticorum insultatione, firma & immobilis omni tempore persistet.

Item Marcellus Papa vniuersis episcopis per Antiochiam constitutis, epist. 1.

¶ Aliud quam Romana ecclesia neque sentire, neque docere permittitur. C. XV.

Polv.l.1.tit.15.
Ansel.l.1.c.15.

ROgamus uos fratres, ut nō aliud doceatis, neq; sentiatis, quàm quod a Beato Petro Apostolo, & reliquis Apostolis, & patribus accepistis. Ab illo enim primo instructi estis. Ideo nō oportet uos propriū derelinquere patrem, & alios sequi. Ipse enim caput est totius

Matt.16.

d ¶ Fides.] Quā professi sumus nos tenere, vt i alia parte. c. quæ non est hic.
e ¶ Quā in ecclesia catholica.] Argu. 93. dist. qui cathedram.
f ¶ Emēdari.] Et ita licet qs erret si tamē paratus ē corrigi, nō est hæreticus ut inf.ea.aperte. I alias dubius, i fide, & c.extra de hę. c.1.
g ¶ Cōprobatur.] Quia quod Papa approbat, nō licet alij reprobare. ar.50.d. si ille.22.d.omnes. 35.q.9.ueniā argu. 19. di. si Romanorum.
h ¶ Comprobabit.] Arg. cōtra theologos, q; negāt Christū aliquid esse secundū quod homo contra sententiam Ale.extra de hæretcum Christus. Itē arg. quod propter solum dictum censetur quis hæreticus. 2 Ioan.

HAec est.] CASVS. Quidā infamabant Hiero.de heresi quare Hieron. scripsit Papę fidē, q̄ tenet, & dicit quod si papa ei9 fidem approbauerit: quicūque eum cul pare uoluerit, non catholicus, sed hæreticus reputabit: & rogat eū vt si in cōfessione suæ fidei al. qd min9 caute vel min9 perite dixerit, emēdet p ipsū. In fine dicit, qd Romana ecclesia omni tempore firma, & immobilis permanebit.

1 Ad idē inf. ead. q. 3. dixit. & c. qui in ecclesia.

Christus est aliquid fm quod homo est. 2 Hoc iō. quia nemo existimandus est dixisse quod mente non agitauit. ff. de tu. le. l. Labeo. si tñ paratus est emēdare: secus, extr. de hær. ad abolēdā. & not. su. e. in gl. & ita Arch.

continetur. si. .q.6. ar. ufetus & vt ibi al ter accipitur. & exponere agitare in fide, id est, fideliter agitare.
a ¶ Nisi ad Petrum.] Videtur contra extra de hære. ad abolendam. §. ad hoc de episcopal. nam ibi innuitur quod illi sunt vitandi tanquam hæretici, quos episcopi

i ¶ Insultatione.] s. præualente; alias falsum esset, cum quotidie insultent & est si. de consec. dist. 4. c. 2. uer. eū qua pugnent.
ROgamus.] CASVS. Episcopi per Antiochiam constituti, a dispositione Romanæ ecclesiæ deuiabant

bant in doctrina, & quibusdam alijs, quare Marcellus Papa scribit omnibus illis episcopis, ut aliud non doceant quàm acceperunt a Petro apostolo, & reliquis sanctis patribus, nec recedant à dispositione ecclesiæ Romanæ. nam licet Petri principatus olim apud Antiochiam fuerit, tamen Deo iubente Romā est trāslatus, ubi caput ē toti⁹ ecclesiæ.

sanæ doctrinæ est eis auferenda auricula exterior, scilicet, ne inter catholicos audiantur donec ad ecclesiam reuertantur, & hoc probat exemplo Petri, qui exteriorē auriculā serui suo Domino in malo obediētis amputauit, & postea pius Dominus ei refudit auditum. & qa Pe-

ecclesię, cui ait Dominus: [Tu es Petrus, & super hāc petram ædificabo ecclesiam meā, &c. Eius enim sedes primitus [a] apud uos fuit: quæ postea, iubente Domino, Romam translata [b] est; cui adminiculāte gratia diuina, hodierna præsidemus die. Nec ab eius dispositione uos deuiare oportet; ad quam cūcta maiora ecclesiastica negocia, diuina disponēte gratia, iussa sunt referri ut ab ea regulariter disponantur, à qua sumpsere principia. Si uero uestra Antiochena, quę olim [d] prima erat, Romanę cessit sedi; [e] nulla est, quæ eius non sit subiecta ditioni. *Matth. 16.*

¶ *In hoc capite aliqua sunt, & addita, & in suum locum restituta ex originali: Glossa autem ad uerbum,* oportet, *facile transponi potest.*

Item Leo Papa Dioscoro episcopo Alexandrino, epist. 79. al. 81.

¶ Alexandrinæ ecclesiæ à Romana dissentire non licet.
C. XVI.

CVm Beatissimus Petrus Apostolicū † a Dño acceperit principatum, & Romana ecclesia in eius permaneat īstitutis; nefas est credere, quòd sanctus discipulus eius Marcus, qui Alexādrinam [f] primus ecclesiā gubernauit, alijs regulis traditionum α suarum decreta formauerit: cum sine dubio de eodē fonte gratiæ unus spiritus fuerit, & discipuli, & magistri: nec aliud ordinatus tradere poterit, quam quod ab ordinatore suscepit. *Ans. l. 1. c. 30. † al. Apostolus.*

α ¶ Traditionū.] *Sic est emēdatū ex duobus uetustis Gratiani codicibus, Anselmo, & originali ipso. Antea legebat,* alijs regulis, & traditionib⁹ sua decreta firmauerit.

Item Ambrosius in commentarijs ad c. 22. Lucæ, lib. 10. cap. 12.

¶ *Citabatur antea ex Gregorio, apud quē nō est inuentū.*

¶ Professione suæ fidei aurem erroris Romana abscidit ecclesia. C. XVII.

SI Petrus [g] uolens [h] percussit aurē, docuit quòd aurē habere in specie non deberēt, [i] quam in ministerio † nō haberent. Sed bonus Dominus, & ipsi refundit auditū s̄m ꝓphetica dicta demonstrās, & ipsos, [k] si conuer- *Io. 18. † mysterio] or. Esa 55.*

a ¶ Primitus.] Inf. de cōsec. d. 1. basilicas su. 11. di. nolite. su. 12. di. nouit. cōtra. su. 22. di. sacrosancta. su. 21. dist. q̄uis. contra sed ibi dicit, prima, i. maior uel prima q̄ hodie prima īter alias numeratur, 22. dis. renouantes.

b ¶ Trāslata] Vt su. 7. q. 1. mutationes.

c ¶ Oportet.] In fidei nam alias sic 12. di. nouit. Ioan.

d ¶ Quæ olim.] Cū Petrus ibi residebat.

e ¶ Sedi.] Arg. quod in maioribus conceditur, fortius in minoribus locū habere. 16. q. 2. ca. 1. sup. dist. 23. in nomine. Nam si uinco uincē tē te ergo & tē, &c. ff. de diuer. & tēpo. presc. l. ul. & est hic ar. ꝙ si Papa subijcit sibi aliquam ecclesiam, quod per consequēs omnes capellas illi⁹ subijcit sibi ar. 16. q. 1. frater noster, quod nō est uerum; ut ex. de priui. cum capella. arg. cōtra. ff. q po. ī pign. Claudi⁹ fęlix. Et est hic arg. contra Grecos, qui Papæ non bene obediunt.

Si unico uincentem te, vnico te.

Græci non obediunt Papæ.

CVm beatissim⁹.] CASVS. Dioscorus Alexādrinus Patriarcha asserebat de duabus naturis, scilicet deitatis, & humanitatis vnam esse factam in Christo, & dicebat hanc doctrinam descendisse à Marco discipulo Petri. scribit Marcellinus episcopus Dioscoro, & dicit, ꝙ non est credendum Marcum Euangelistam aliud tradidisse, quam quod à magistro suo percepit.

f ¶ Qui Alexandrinam.] Et est arg. ꝙ non debetis audire magistrum, nisi qui bene sciat. cum id prædicare debeat, & non ex proprio ingenio aliqua inuenire. 37. dist. relatum. & sic & Cassius opinionem magistri. sui bene defendebat, ut ff. de arbi. qualem & dic, alijs, id est contrarijs. & ita non est contra: 12 dist. nouit. nam etiā alias consuetudines habere possumus, nisi specialiter ꝓhiberet Ro. eccl. de aliqua de conse. dist. 1. basilicas. Io.

SI Petrus. CASVS. Quidam hæretici dicebant diuinitatem fuisse passam: quibus quia auricula cordis mali intellectus est sublata, nec credere uolunt, ideo Petrus autem abstulit, datur ītelligi, ꝙ ipse potestatem habet ligandi, & soluendi, & ecclesia per ipsum.] Infirmitatem corpore passionis,] quia quidquid infirmitatis Deo attribuitur, humanitati est attribuendum.

g ¶ Si Petrus.] CASVS. Tāgit ꝙ Petrus in passione Domini abscidit auriculam Malchi, & Dominus eam restituit sibi. & per hoc nota, ꝙ male intelligenti auris spiritualiter est per Petrū abscindenda: ipse enim habet potestatem ligandi, & soluendi. Nota etiam, ꝙ si conuertantur tales, Dominus refundet eis auditum.

Petrus Malchi aurem abscidit.

h ¶ Volens.] Quasi dicat ex proposito, non casu.

i ¶ Non deberent.] Quia auris exterior significat interiorem aurem, quam ipsi non habebant, & ideo dicit non habebant in ministerio.

k ¶ Et ipsos.] Qui Christum crucifixerunt de pœ. di. 1. periculose.

a ¶ Eo

a ¶ Eo quòd.] Sup.19.d.si Romanorum.inf. de pœn.d. 3.adhuc perfidi instant.
b ¶ Condemnat. .inf.de pen.d.1.uerbum sup.21.d. inferior.ff.de re iud.qui condemnare potest.hęc autem regula fallit extra de sent.excom.tua.& extra de offic.deleg.quærenti.& quãdoque potest quis absoluere, & nõ ligate, C.ubi sen.uel cla.quoties.
c Si autem ad diuinitatem.] Non enim passa est, cum natura Dei nemo nocere possit 11.q.3.secundum. cur
d ¶ Exciditur.]idest,debet abscindi,ut 1,quæst, 1.§. ergo.
e ¶ Prophetam.]idest,purum hominem.
f ¶ Confessione.]Et hoc cum dixit,tu es Christus filius Dei viui.

tãtur,posse sanari,qui in passione Domini vulnerati sũt: eo quod [a] omne peccatum fidei † mysterijs abluatur. Tollit ergo Petrus aurem. Quare Petrus? Quia ipse est,qui accepit claues regni cęlorum. Ille enim condemnat, [b] qui & absoluit: † quoniam ligandi,& soluendi idem adeptus est potestatem. Tollit aurem male audientis,tollit aurem gladio spirituali aurem interiorem male intelligentis. Caueamus, ne cui tollatur auricula. [dum † legitur passio Domini. Si ad diuinitatem [c] eius referimus infirmitatem corporeæ passionis, exciditur [d] auricula, & exciditur a Petro: qui non passus est Christum prophetam [e] æstimari: sed Dei filium docuit fideli confessione [f] signari.

† al.ministerio fidei
Matth.16.
† abest ab orig.

Item Cyprianus in tractatu de vnitate ecclesiæ.

¶ Extra vnitatem sanctæ ecclesiæ spirittus sanctus non accipitur, C. XVIII.

Poly.l.7.tit.3.
Ans.l.1.c.10.
Omittũtur aliquot verba.

LOquitur [g] Dominus ad Petrum, [Ego dico tibi, inquit,quia tu es [h] Petrus: & super istam petram [i] ædificabo ecclesiam meam.] Super vnum [k] ædificat ecclesiam, & quamuis Apostolis omnibus post resurrectioné suam: parem potestatem tribuat,& dicat,(Sicut misit me pater,& ego mitto vos. Accipite Spiritum sanctum,) tamen vt vnitatem manifestaret, vnitatis eiusdem originé ab vno incipientem sua auctoritate disposuit. Hoc erãt vtiq; & cæteri Apostoli, quòd fuit, & Petrus,pari [l] consortio præditi,& honoris,& potestatis. Sed exordium ab vnitate proficiscitur, vt ecclesia vna monstretur, quam vnam ecclesiam etiam in cantico canticorũ Spiritus sanctus ex persona Domini designat,& dicit (Vna est [m] colũba mea,perfecta mea; vna est matri suæ, [n] electa genitrici suæ.) Hanc ecclesiæ vnitatem, a qui non tenet, tenere se fidem credit? Qui ecclesiæ renititur,& resistit,in ecclesia se esse confidit? Quando & beatus apostolus Paulus hoc idem doceat, & sacramentum vnitatis ostendat dicens: (Vnum corpus, [o] & vnus spiritus: [p] vna spes [q] vocationis vestræ. Vnus Dominus, [r] vna fides,vnum baptisma, [s] vnus Deus.) Quam vnitatem tenere firmiter,& védica-

Io.20.
Cant.6.
Eph.4.

Discordia est in pluralitate.

LOquitur.] CASVS. Hoc c.diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod Christus post passionem suam licet omnibus apostolis parem dederit potestatem Petrum tamen omnibus præesse uoluit, ut ab uno stipite sortiretur ecclesia vnitatem,& originem. Et hoc probat Cyprianus duabus auctoritatibus, scilicet Salomonis, & Pauli. In secunda parte dicitur, quod licét ecclesia sit una, & episcopatus unus, tamen in membrorũ multitudine per mundum latius extenditur: sicut ab una radice multi ramusculi producuntur, & ab uno sole radij multi, & ab uno fonte riuuli plurimi porriguntur. ab unitate ergo ecclesiæ, si quis separatur, fructum boni operis germinare non potest ad instar radij,rami,& riuuli, qui si a sole,& ab arbore,& a fonte diuellantur, euanescunt. Secũda pars ibi.[Episcopatus unus.
g ¶ Loquitur.]Probat ecclesiam esse vnam, quia Dominus vt ecclesiæ significaret vnitatẽ, dixit super unũ eam se ædificaturum dicens: ego dico tibi, quia tu es Petrus,&c. Secundo probat illa auctoritate Salomonis in persona Domini loquentis. Vna est columba mea. Tertio auctoritate Pauli dicentis vnũ est corp[us], unus spiritus, una fides, unũ baptisma, &c. postea cõparat eã soli,arbori,fonti. Vltimo dicit,quod si qs nõ tenuerit hãc vnitatem fructũ nõ poterit facere, sed arescet sicut ramus præcisus ab arbore.
h ¶ Quia tu es.] Supra d.50. fidelior.
i ¶ Petram.] idest,super tuæ fidei soliditatem.
K ¶ Super unum.] Quia ubi pluralitas, ibi discordia.de pœ. distinct. 2. quando Adam.
l ¶ Petrus pari.]sup. dist. 21. in nouo §. 2.q.7. puto. contra. puto uerum esse.quod pares fuerunt in ordine, & dignitate cõsecrationis. secus in administrationis plenitudine, quæ satis differt ab al js, quod liquet ex illo cap.25.distinct. perlectis. distinct. 80. in illis.
m Vna est.]inf.de consec.d.4.aliud idest, unica est.
n ¶ Matri suæ.] idest,ecclesiæ, cuius mater genetrix, & pater genitor, est Deus. Vel dic matris,scilicet ecclesiæ triumphantis.
o ¶ Vnum corpus.] idest, una ecclesia compositione membrorum.
p ¶ Vnus spiritus.]idest,uniti uoluntate,vel unus.s.sanctus est in nobis, quo unum corpus efficimur.
q ¶ Vna spes.].i.una res.sperata,ad quã summus vocati.
r ¶ Vnus dominus.] idest, una essentia.& unus, idest, consimilis,uel de uno.
s ¶ Vnum baptisma.] a quocumque detur, uel æquiualens.1.q.1.hi qui.& cap. hanc regulam, uel unus.idest, creator omnium.

a ¶ Præsi-

a ¶Præsidemus.]Et ita in toto sunt partes eius, sicut dicit lex, ff. de re iudic. in toto, & pars continetur.
b ¶Episcopatum.]idest, ordinem episcopalem.
c ¶In solidum.] Not. ꝙ singula iura a quolibet in solidum tenentur, vt ff. de verb. obl. l. 2. & ff. de seruit. l. viæ. vndē idē ius residet apud quemlibet: tñ reuera quilibet habet separatũ, & spirituale ius, vt ff. quemadmodũ seru. amit. aquã.
d ¶Vnitas.] inf. ea. q. schisma.
e ¶Fructus.] Supra 22. q. 7. quemadmodum.
f ¶Orbem totum.] Sup. d. 21. quamuis. sup. 7. q. 1. Nouatianus. Ioan.

ALien⁹.] CVSVS. Hæretici putabant se esse in ecclesia, & habere Deum patrẽ, quia in vnum congregabantur. Sed Cyprianus contra ostendit, dicens, ꝙ licet congregentur in unum, tamẽ pp hoc neque Deum neque gratiam eius secum habere poterunt, qa sunt extra ecclesiæ vnitatem, quam Dominus suos discipulos habere uoluit & alios suo nomine cõgregatos, quòd probat auctoritate Euãgelij.

g ¶Alienus est.] CASVS. In prima parte dicitur, ꝙ nõ potest Deũ habere patrem, qui ecclesiæ non tenet vnitatem. In secunda parte probat ecclesiam esse vnam auctoritate Domini dicẽtis, si duo ex vobis cõuenerint, &c.
h ¶Vbicumq;.] 20. d. c. vlt. sup. 1. q. 1. cũ scriptura.
i ¶Non multitudini.] inf. de consec. d. 5. non mediocriter, ver. qua propter melior, & infra, eadem capit. odi. & proieci. & in authen. de referen. §. pro eadem. coll. 2.
K ¶Vt cõueniat nobis.] i. cõueniamus inter nos: vel, idest, conueniamus nobis inuicem, quia turpis est pars toti suo non congruens. 7. d. quæ contra. & est argum. ab ordine verborum, quia semper primo nominato dabitur, ut ff. de vsufructu. l. quoties, ff. de leg. cum pater, §. pen. argum. contra, C. de testa. præposteri, ff. de sol. non enim ordo.

Pars est turpis quæ toti suo non cohæret.

Om-

re debemus, maxime episcopi, qui in ecclesia præsidemus: [a] vt episcopatum [b] ipsum vnum atque indiuisum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat; nemo fidei veritatem perfida† præuaricatione corrumpat. ¶Episcopatus vnus est, cuius a singulis in solidum [c] pars tenetur. Ecclesia vna est, quæ in multitudinẽ latius incremẽto fœcunditatis extenditur: quomodo solis multi radij, sed lumen vnum, & rami arboris multi, sed robur vnum tenaci radice fundatũ, & cum de fonte vno riui plurimi defluunt, numerositas licet diffusa videatur exundantis copiæ largitate: vnitas [d] tamen seruatur in origine. Auelle radium solis a corpore; diuisionem lucis vnitas nõ capit. Ab arbore frange ramum fructus † [e] germinare non poterit. A fonte præcide riuum: præcisus arescet. Sic & ecclesia Domini luce perfusa, per orbẽ totum [f] radios suos porrigit, unum tamen lumen est, quod ubique diffunditur; nec unitas corporis separatur. Ramos suos in uniuersam terram copia ubertatis extẽdit: profluentes largiter riuos latius pandit; unum tamen caput est, & origo una & una mater est fœcunditatis successibus copiosa. † Illius fœtu nascimur: Illius lacte nutrimur: spiritu ei⁹ animamur. Adulterari nõ potest sponsa Christi: incorrupta est, & pudica. Vnam domum nouit: unius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit.

† al. perfidia.

† fractus.] orig.

† al. gloriosa.

α ¶Vnitatem.] *Quæ sequuntur vsq; ad uer.* Quando, *addita sunt ex originali: ex quo alia etiam, & addita, & emendata sunt.*

Idem ibidem paulo inferius.

¶Non habet Deum patrem, vniuersalis ecclesiæ relinquens unitatem. C. XIX.

Poly. ibidem. Ans. l. 5. c. 2.

ALienus est, [g] profanus est, hostis est: habere iã non potest Deum patrem, qui ecclesiam non habet matrem. *Item infra.* ¶Dominus enim cum discipulis suis unanimitatem suaderet, & pacem: [Dico inquit, uobis, quoniam si duobus α ex uobis conuenerit in terra, de omni re, quamcũque petieritis, continget uobis a patre meo, qui in cœlis est. Vbicũque [h] enim fuerint duo; aut tres collecti in nomine meo; ego cum eis sum.] ostendẽs non multitudini, [i] sed unanimitati deprecantium plurimum tribui: [Si duobus, inquit, ex vobis conuenerit in terra.] vnanimitatem prius posuit: concordiam pacis ante præmisit: vt conueniat nobis [k] fideliter, & firmiter docuit. Quomodo autem potest ei cum aliquo conuenire, cui cum corpore ipsius ecclesiæ, & cum vniuersa fraternitate non conuenit? Quomodo possunt duo, aut tres in nomine Christi colligi, quos constat a Christo, & ab eius Euangelio separari?

Matth. 18.

α ¶Si duobus.] *Sic legitur in octo uetustis beati Cypriani codicibus, & hic, & alijs locis, vbi hæc Euangelij sententia affertur, in vulgatis tamen est, ut antea apud Gratianum.* Si duo ex vobis conuenerint.

Omnibus.] CASVS. Aug. multipliciter commendat in hoc c. ecclesiam Romanam, quæ est sine macula, & ruga: in qua sunt Christi fideles: quàm si quis cōtemnit, dēt haberi sicut ethnicus, & publicanus. [Alios] scilicet fideles. [Vel quosdam.] s. bonos. [Sine macula.

d ¶ Macula.] Mortalis peccati.
e ¶ Ruga.] idest, duplicitate.
f ¶ Fons signatus.] Hoc etiam legitur de B. Virgine: quia spiritualis sensus indignis absconditur, & secretiora fidei, &c. 43. dist. in mandatis, ideo etiam dicit, signatus, qa hęretic9 inde non bibit, nam est ꝓprius fons, cui non cōmunicat alienus de pœn. dist. 1. cum ergo.

Sensus spiritualis abscōditur in dignis.

Item Augustinus lib. 7. de baptismo c. 51.

¶ *Antea, & hoc & sequens caput tribuebantur Hieron. quemadmodum etiam apud Anselmū & in Polycarpo.*

Ans. l. 5. c. 5. ¶ Ligandi, & soluendi non habet potestatem, qui vnita-
Polyc. l. 7. tit. 3. tem pacis catholicę non tenet. C. XX.

Matth. 16. OMnibus [a] consideratis puto me non temere dicere,
Cant. 4. alios ita esse in domo Dei, vt ipsi [b] etiam sint eadē
Eph. 5. domus Dei, quæ dicitur ædificari super petrā, [c] quę vnica columba appellatur, quæ spōsa pulchra sine macula, [d] & ruga, [e] & hortus conclusus, fons signatus, [f] puteus [g] aquę uiuæ, paradisus cum fructu pomorum: q̄. domus ēt
Matth. 16. claues accepit, ac potestatē soluendi, & ligandi. Hāc do-
Psal. 25. mū si quis corripientem, corrigētemque contēpserit: [sit
Psal. 67. tibi, inquit, sicut ethnicus, [h] & publicanus.] De hac do-
Psal. 121. mo dicit:] Domine dilexi decorē domus tuæ, & locū ha
Psal. 83. bitationis glorię tuæ.] &: [Qui habitare facit vnanimes in domo:] &: [Iocundatus sum in his, quę dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. &: [Beati qui habitāt in domo tua Domine: in sæcula sæculorum laudabunt te.]

Item lib. 2. capite 6.

¶ Varia crimina uarijs sunt pœnis afficienda. C. XXI.

Prouer. 11. NOn afferamus [i] stateras [k] dolosas, ubi appēdamus
Osea 12. quod volumus, & quomodo uolumus pro arbitrio
Amos 8. nostro dicētes, hoc graue, hoc leue est: sed afferamus diuinam staterā de scripturis sanctis tanquam de thesauris Dominicis: & in illa, quid sit grauius, appēdamus: immo non appēdamus, sed a Domino appensa recognoscamus.
Exo. 32. Tempore illo, quo Dominus priora delicta recētibus pę-
Hier. 36. narum exemplis cauenda monstrauit, & idolum fabrica-
Num. 16. tum, atque adoratum est, & ꝓpheticus liber ira regis cōtemptoris incēsus, & schisma [l] tētatum: † & idololatria gladio punita est; exustio libri bellica cæde, & peregrina captiuitate; schisma hiatu terræ sepultis auctoribus, & cæteris cælesti igne consumptis. Quis iam dubitauerit hoc esse sceleratius [m] cōmissum, quod est grauius vindicatum?

g ¶ Puteus.] Puteus dicitur ꝑꝑ occulta mysteria 1. quæ solis sanctis per reuelationē spiritus sancti aperta sunt Io.
h ¶ Ethnicus.] Arg. ꝙ contumax hæreticus est iudicandus. 81. dist. c. si qui.

1 Vt no. s. i. q. 1. multæ. vel dr̄ puteus: quia ea plenè nemo uidere pōt. s̄. e. non turbatur. ad finem. Ioā. de Fant.

NOn afferamus] CASVS. Aug. in hoc c. reprehēdit quosdā sacerdotes, qui pro suo arbitrio dicebāt peccata grauia, vel leuia, diuinā scripturā non attendentes: nec iuxta diuersitatē delictorū pęnas uarias imponebant. Docet ergo, ꝙ śm scripturam diuinam peccatum leue uel graue, leuiter, uel grauiter est puniendum. Et hoc probat tribus exemplis, s. idololatriæ, combustionis, libri Hiere. & schismatis: inter quæ schisma uelut sceleratius grauius hiatu terræ est uindicatū, cum idololatria gladio sit punita: cōbustio libri cęde bellica, & captiuitate peregrina.
i ¶ Non afferamus] Pone casum per illud 37. d. relatum. nā sunt quidam qui subtilitate sua dn̄r, & uolunt aliter interpretari diuinas scripturas q̄ debeāt & ita errant, & in schisma incidūt; ꝙ peccatum graue sit, ostendit ex genere pœnæ, quia grauius fuit punitum hoc delictum, quàm libri exustio, uel idololatria.

cula.] s. mortalis peccati. [ruga,] scilicet duplicitatis. [hortus.] quia gratiam spiritualium, & s. virtutum gignit. alia sunt ī apparatu. [Paradisus.] s. parās Dei uiā.
a ¶ Omnibus.] CASVS. Dicit Aug. ꝙ quidam dicuntur ita esse in ecclesia, ꝙ etiam sunt ipsa ecclesia, quæ est unica columba, quæ sine macula, & ruga appellatur, de qua dictum intelligitur; Domine dilexi decorem domus tuæ, &c. quam ecclesiam si quis contempserit, nec se correxit, fit tibi tanquam ethnicus. & publicanus. 2. q. 1. si peccauerit.
b ¶ Vt etiam ipsi.] Supra d. 21. quamuis idem dicitur infra de poe. dist. 4. in domo.
c ¶ Supra firmā petrām.] Petra autem erat Christus. de conse. dist. 2. reuera.
k ¶ Stateras.] Idest, sentētias in quas, uel propriè idest mensuras. arg. extra de emp. & uen. ut mēsuræ. alias locum habet pœna l. Cor. de fal. ff. de extraor. cog. annonam. arg. ff. de dolo, arbitrio, §. de eo qui.
l ¶ Et schisma.] Sed videtur contra 7. q. 1. denique, qa ibi, dicitur, ꝙ schisma non fecerunt, supple tātum quātum alij, de quibus dicitur ibi: uel fac uim in eo, quod dicit hic tentatum. nam aliud est tentare, aliud facere: sicut dicitur de Domino. Et cum gustasset, noluit, bibere. de pœn. dist. 2. §. quod uero.

Tentare nō est facere.

m ¶ Sceleratius.] Nā dicitur lex, ꝙ maiora delicta maioribus.

sibus penis, minore minoribus sunt punięda: & in delicto æquali propinquos esse pœnas in auth. vt fratrum filij coll. 9. Et videtur secundum hoc, ꝙ maius sit peccatum schisma quam hæresis. Sed contra infra 32. q. 7. q̄d in omnibus. Sed dic, ꝙ omni schisma habet hæresim annexā: maxime ex quo perseuerat: vnde non est dĩa nisi quo ad principium, ut arg. inf. q. 3. inter schisma, & ita non est contra. Vel dic, ꝙ licet hæresis sit maius crimen in sua natura, quàm schisma: magis tñ peccauerunt schismatici quàm illi hæretici, qui idolū adorauerunt, cum illi promptiores essēt ad hoc, quia in Aegypto cōsueuerūt videre idola adorari ab Aegyptijs, sed Chore, Dathan & Abiron non peccauerunt ex aliqua imbecillitate, vel cōsuetudine. sed tantum ex contumacia vel sciēter, & ſm hūc intellectū sceleratius erit aduerbium. nam quanto maior est contemptus. tāto maius scelus committitur 40. distin. homo Christianus.

Schisma an sit maius peccatũ quam hæresis.

QVia ex sola.] CASVS. In hoc c. tria dñr. Primū est ꝙ in sola ecclesia veritas inspicit. Secundū est, ꝙ in ea sola sacrificatur. Tertiū, quod in ea sola quis custodit, & singula membra singulis ꝓbat auctoritatibus, vel exemplis.

a ¶ Quia ex sola.] CASVS. Probat multiplici auctoritate, q̄d saluari non possumus, nisi teneamus ecclesiæ vnitatem, vt supra 1. q. 1. extra catholicam. & c. si quis inquit. supra 96. distin. cap. 2. & 93. dist, qui cathedram.

b ¶ Sanctum dari canibus.] Infra e. q. schisma. de pœ. d. 1. nonnulli. Io.

ADuocauit.] CASVS. Casum hunc sic pone. Lucifer vir Christianus erat, & cū noller consentire errori congregationis, quam fecit Anastasius Imperator Mediolan. missus est apud Alexandriam in exilium: vbi cum multos converteret, præfecit eis quendam episcopum, qui forte non fuit ab vniuersitate electus: succedente verò alio Imperatore, missus est quidam legatus in Alexandriam, qui deposuit illum episcopum: vnde Lucifer indignatus cœpit tanquam hæreticus ecclesiam infestare: a fide tamen non deuiauit, cuius socius fuit Satyrus episcopus, quem Cyprianus martyr in Alexandriam missus ad prædicandum aduocauit, & interrogauit eum, si cum Romana ecclesia concordaret: & licet responderet se fidem habere, non putauit tamen Cyprianus esse ueram gratiam, scilicet meritoriam, nisi uera fidei: vnde in schismate uera fides esse non potest. Prædicauit ergo Cyprianus in partibus illis, & iuxta quod optauit, fructū percepit desideratū. Litteram sic expone. putauit, scilicet Cyprianus. vtrū nam, id est an putauit, Cyprianus tenerent.] Lucifer, & Satyrus, vel [teneret.] scilicet Satyrus. [gratiæ fœnus.] id est officium prædicandi. [teneret,] Cyprianus. tanti nominis,] idest, prædicationis, [nauigare,] idest, ad aliquos transire [eo,] idest, ad eum locum, uel ad eundem.

c ¶ Aduocauit.] Legitur in 10. lib. histo. eccles. ꝙ tempore Constantini Imperatoris qui erat fautor hæreticorum multi catholici epĩ missi sunt in exilium: quorum unus fuit Lucifer. sed mortuo Constantino reuocati fuerunt. & cum Lucifer ab Eusebio rogaretur ut pergeret Alexandriam, ut ibi de statu ecclesiæ cū illic existentib. iudicaret: misit diaconum suū pro se, qui epm quendam ibi ordinauit. sed hoc maiori parti hoium non placuit q̄d factū Eusebius reuocauit, & alium q omnibus placuit, instituit. Lucifer aūt dolens epm ordinatum a suo diacono nō esse receptum, recessit cum quibusdam epis alijs, nec uoluit aliorū statuta seruare. Et cum Cyprianus, de quo hic agitur, in loco conuersarẽt, ubi per Luciferū schisma erat seminatū, tunc vocauit ad se quendā episcopum illius loci nomine Satyrum, inquirens ab eo an esset de catholicis episcopis. Cum aūt deprehendisset eū non esse catholicum, nec alios ibi catholicos inueniret, transtulit se ad alias partes, ut cum opportunitas Domino daretur, ad easdē partes ꝑdicaturus reuerteretur.

Constantini tēpore multi epi factū in exilium missi.

Item Gregorius in moralibus, lib. 35. c. 6.

¶Ex sola ecclesia sacrificium Dominus accipit.

C. XXII.

Et Aug. ser. 181. de tempore, c. 12.

QVia ex sola [a] ecclesia catholica veritas conspicitur: apud se esse locum Dominus perhibet, de quo videatur. In petra Moyses ponitur, vt Dei speciem † contempletur: quia nisi quis fidei soliditatem tenuerit, diuinam præsentiam non cognoscit. De qua soliditate Dominus dicit: [Super hanc petram ædificabo, &c.] *& supra.* ¶Sola quippe est, per quam sacrificium Dominus libenter accipiat; sola, quæ pro errantibus fiducialiter intercedat. Vnde etiam de agni hostia Dominus præcipit dicens: [In vna domo comedetur: nec efferetis de carnibus eius foras.] In vna namque domo agnus comeditur: quia in una catholica ecclesia, vera hostia redemptoris immolatur, De cuius canibus diuina lex † efferri foras prohibet: quia sanctum dari canibus [b] vetat. Sola est, in qua bonum fructuose peragitur: vnde & mercedē denarij non nisi qui intra vineam laborauerunt, acceperunt. Sola est: quæ intra se positos valida charitatis cōpage custodit. Vnde, & aqua diluuij arcam quidem ad sublimiora sustulit, omnes autem, quos extra arcam inuenit, extinxit.

Ansl. 1. c. 56. Poly. l. 7. tit. 8. *Exo. 33.* † *al. faciem.* *Matth. 16.* *Exo. 12.* † *al. iussa.* *Matth. 7.* *Matth. 20.* *Gen. 7.*

Item Ambrosius in oratione funebri de obitu fratris.

¶Non exhibet fidem Christo, qui corpus eius discerpit.

C. XXIII.

ADuocauit [c] ad se Cyprianus *a* episcopum Satyrum, nec vllam veram putauit, nisi veræ fidei gratiam: percunctatusque ex eo est; vtrum nam de episcopis catholicis esset, hoc est, si cum Romana ecclesia conueniret. Et forte ad id locorum in schismate regionis illius ecclesia erat. Lucifer enim se a nostra cōione tunc temporis diuiserat: & quanquam pro fide exulasset, & fidei

Ansl. l. 12. c. 48. Poly. l. 7. tit. 4.

a ¶ He-

a ¶ Hæredes. γ .i. aliquos instructos reliquisset in fide.
b ¶ Non putauit.] Cyprianus.
c ¶ Tenerent.] Lucifer, & Satyrus, uel teneret, Satyrus. hoc autem non prodest; ut 7.q.1.denique.
d ¶ Artus.] Artus dicuntur episcopi, qui uiriliter sustinent ecclesiam.
e ¶ Passio.] idest, ecclesia, pro qua ipse passus est.

f ¶ Teneret.] Iure obligationis 1 nam quilibet prælatus est Dominicus debitor. 45. dist. dispensatio.
g ¶ Solutionis.] .i. prædicationis, qua audita conuertebantur, & sic soluebantur a peccatis.
h ¶ In affectu.] Nam affectus sine effectu nō soluit dñicū debitorem: licet contrarium fiat, ut hic, & de pęn.d.1.§. similiter, & illud de pœn. dist.6.c.1. ibi, nam ex desiderios, &c. & idē est in obligatione, qua quis tenetur homini si paratus est soluere, & non inuenit cui, nō imputabitur ei, C. de usu acceptam. ff. de arbit. Celsus.
i ¶ Dei gratiā.] i. libertatē prædicandi.
k ¶ Et accepit.] idē Cyprianus postea.

1 Sic ēt no. 1.q.2.nec q̄ quā. in ult. gl. Vel dic, i. fidei Christianæ, quā alias oportere eum prædicare instāter ut ī aliis locis Gof.

suæ reliquisset hæredes, [a] non putauit [b] tamen fidē esse in schismate. Nam etsi fidem erga Deum tenerēt [c] tamen erga Dei ecclesiam non tenebant; cuius patiebantur velut quosdam artus [d] diuidi, & membra lacerari. Etenim cum propter ecclesiā Christus passus sit, & corpus Christi ecclesia sit; non videtur ab his exhiberi Christo fides; a quibus euacuatur passio [e] eius, corpusque distrahitur. Itaq; quamuis gratiæ fęnus β teneret, [f] & metueret tāti nominis debitor nauigare; tamen eo transire maluit, vbi tuto posset exoluere. Iudicabat enim diuinę solutionis [g] γ gratiam in affectu, [h] ac fide esse: quam quia † statim vbi primum copia liberior ecclesiæ fuit, implere nō distulit Dei gratiam, [i] & accepit [k] desideratam, & seruauit acceptam.

† *quidem*.] orig.

α ¶ Cyprianus.] *Apud B. Ambrosium, & Anselmū legitur.* Aduocauit ad se episcopum Satyrus. *Narrat enim Ambrosius Satyrum fratrem suum cum in Sardiniam appulisset, ad se episcopum Sardum vocasse, ut sciret Luciferianus ne, an catholicus esset. Sed ob glossam, & eum, qui casum scripsit, non est mutatum.*

β ¶ Fœnus.] *Antea legebatur,* fœdus, *Restitutū est ex aliquot vetustis exemplaribus originali, & cæteris collectoribus.*

γ ¶ Solutionis.] *In aliquot manuscriptis, & apud B. Ambros. & cæteros collectores legitur.* diuinæ solutionē gratiæ. *Sed ob glossam non est emendatum. operæ pretiū autem fuerit integrum Ambrosij locum perlegere.*

Item Beda super epistolam Ioannis secundam, cap. vnico.

¶ Etiam corpore ab eo recedendum est, qui fidem Christi, non habet. C. XXIIII.

2. Ioan. 1.

OMnis, qui recedit, & nō permanet in doctrina Christi, Deū nō habet. Qui permanet in doctrina Christi, hic & patrē [l] & filium habet. Si quis venit ad uos, & hanc doctrinam non affert: nolite recipere eum in domum: nec aue [m] ei dixeritis. Qui enim dicit illi, Aue; cōmunicat [n] eius malignis operibus.] Hæc Ioannis [o] de schismaticis, siue hæreticis detestandis: quæ verbis docuit. etiam factis exhibuit. † [p] ¶ Narrat n. de illo auditor illius sanctissimus, & martyr fortissimus Polycarpus Smyrneorū antistes, φ tpe quodam, cū apud Ephesum β balneas [q] lauandi gratia fuisset ingressus, & vidisset ibi Cerinthum; exilierit continuo, & discesserit non lotus, dicens; fugiamus hinc, ne & balneæ ipsæ corruant, in q̄bus Cerinthus lauat inimicus veritatis. Idem ēt Polycarpus Marcioni aliquaudo cum occurrisset, dicenti sibi, agnoscis nos? respondit, agnosco primogenitum Satanæ.

Irenæus l.3.c.3.
Eusebius l.4.c.14.
† *al. exercuit.*

Item Hieronymus ad Damasum.

OMnis qui.] CASVS.] Ostendit Beda in hoc c. quòd schismaticis, & hæreticis nō debemus cōmunicare, & hoc probat tripliciter. Primo auctoritate Ioan. Euangelistæ, postea exēplo eiusdē: tertio exēplo Polycarpi. Auctoritas est in principio cap. Exemplum Ioannis est ibi, [Narrat. n.] Exemplum Polycarpi est ibi, [idem ēt Polycarpus.]
l ¶ Et patrem.] ī. d. 42. quiescamus.
m ¶ Nec aue.] 11.q.3. excommunicatos.
n ¶ Cōicat.] sup.d. 63. cum Hadrianus.
o ¶ Ioannes.] Euangelista.
p ¶ Factis exhibuit] Nam cępit Iesus facere, & docere. ī. 36. d. §. ecce. arg. ff. de re mili. officium.
q ¶ Balneas.] Et ita etiam religiosi possunt intrare balnea, quod intelligo ī necessitate 2. argum. de consecr. distin. 3. peruenit: sed uidetur excusari etiā in hoc casu. 11. q. 3. quoniam multos, & ita non debemus lauari cum hominibus alienę sectæ, sicut, & dicit canon. quod nec cum mulier. b9. 81. d. non oportet, C. de rep. l. ult. §. ulti. sed nec orare cum eis. Sed nunquid in ecclesia interdicta possumus orare? sic tacite tamen 2. q. 3. si quis episcopus.

Religiosi possunt intrare balnea.
2 Subau. nō propter uoluptatē. 21. qō. 4. c. 1. ad hoc 41. d. §. 2.

¶ Profanus est, extra ecclesiam beati Petri agnum comedere tentans. C. XXV.

QVoniam vetusto α [a] oriens [b] inter se populorum fu- Anſ.l.1.c.64. Poly.l.7.tit.4.
rore collisus indiscissam [c] Domini tunicam, [d] & de Io.19.
super textam per frusta discerpit, & Christi vineã vulpes Cant.2.
exterminant, vt inter lacus [e] contritos, [f] qui non habẽt Hier.2.
aquam difficile, vbi fons signatus, [g] & hortus ille cõclusus sit, possit intelligi; ideo mihi cathedram Petri, & fidẽ Rom.1.
Apostolico ore laudatam censui consulendam; inde nũc Matth.13.
meæ animę postulãs cibũ [h] vnde olim Christi vestimenta [i] suscepi. Ibid.24.
Neque vero tanta vastitas elementi liquẽtis & interiacens longitudo terrarum me a pretiosæ margaritæ [k] potuit inquisitione ꝓhibere. Vbicumq; fuerit corpus; illuç congregantur aquilæ. [l] Profligato [m] a sobole mala patrimonio, [n] apud vos solos incorrupta patrũ seruat hæreditas. Matth.13.
Ibi cespite terra fœcundo Dominici seminis puritatẽ centeno fructu refert: hic obruta sulcis frumẽta [o] in loliũ, [p] auenasq; [q] degenerãt. [r] Esaia 14. Matth.5. 2.Tim.2.
Nunc in occidẽte sol iustitiæ oritur; in oriente aũt Lucifer ille, qui ceciderat, supra sydera posuit [s] thronum suũ. Vos estis lux mundi, vos sal terræ, vos aurea vasa, & argentea: hic [t] testacea vasa vel lignea virga β ferrea, & æterno operiuntur [u] incẽdio. Quamquam igitur tui [x] me terreat magnitudo; inuitat tñ humanitas. A sacerdote victima † [y] salutem, a pastore præsidium ouis flagito. † *victimam salutis*] orig.
Fatiscat † [z] inuidia [a] Romani culminis, recedat ambitio. † *Facessat.*] uera lectio.
Cum successore piscatoris, & discipulo crucis loquor. Ego nullum præmium, † nisi Christum sequens, beatitudini tuæ, i. cathedræ Petri communione consocior. † *primum*] orig.
Super illam petram, ædificatam ecclesiam scio. Matth.16.
Quicumque extra hãc domũ agnũ comederit; profanus est. Exod.12.
Si quis in arca Noe nõ fuerit; peribit regnãte diluuio. Gen.7.
Et quia pro meis facinorib. [b] ad eam solitudinem cõmigraui, quæ Syriam iuncto Barbariæ fine determinat, † nec possum sanctum Domini, [c] † *l. disterminat.*

QVoniam vetusto.] CASVS. Dicit Hierony. in hoc cap. in ecclesia orientali hæreses, & schismata pullulare: vnde ecclesia occidentalis prauas doctrinas hæreticorũ exterminat. & ideo quamuis mare interponatur, tamen Romanam ecclesiam, & fidem ab ea laudatam censuit consulẽdã, ubi fides permanet inuiolata, & sic occidentalem ecclesiã multipliciter cõmendãdo, orientalẽ ecclesiã detestatᷓ, q̃a fides ibi permanet violata. In fine dicit quod etsi in ea solitudine sit quæ diuidit Syriam a Barbaria: ita quod fidem a Romana ecclesia sẽper expetere nõ possit. tamen sequitur martyres, & cõfessores illi⁹ regionis, hæreticos deuitãdo. Expositio aũt literæ cõsueuit ĩ apparatu notari, & ideo, supersedeo. Et nota, ꝙ omnia c. pręcedentia, & sequentia usq; ad §. [His auctoritatib.] Inducuntur, ꝙ tantũ ecclesia catholica, & nõ hæretici, uel excõmunicati, qui sũt ext. ecclesiã, ꝑtãtem hñt ligãdi & soluẽdi

a ¶ Qm̃ uetusto.] CASVS. Hiero. dicit in ecclesia orientali hæreses, & schismata pullulare, quod non est in ecclesia Romana, cuius fidem se ꝓfiteᷓ tenere, & licet loco sit remotus, nõ tñ mente. Nam si q̃s in ea non inueniatur, peribit: sicut illi, qui sunt inuenti ext. arcam diluuij.

Peribit, qui in ecclesia nõ inueniᷓ.

b ¶ Oriens.] i. orientalis ecclesia faciens opera ueteris hominis, 1 uel dicitur diabolus uetus oriens respectu Christi, de quo legitur. Visitauit nos oriens ex alto.

Diabolus dᷓ oriẽs uetus.

1 Idest, peccata, q̃ faciũt hoĩem uetustum.

c ¶ Indiscissam.] Sup. 16. q. 7. sicut Domini.

d ¶ Tunicam.] .i. ecclesiam uel tunicam de super contextam. s. charitate quæ sub uno cortice multa grana, i. fideles continet: ut 43. d. sit rector.

e ¶ Lacus.] Lacus dicitur quia non habet aquas intelligentiæ.

f ¶ Contritos.] idest, hæreticos humiliatos æternaliter conterendos, uel doctrinas eorum falsas contemnendas, idest, contemptibiles.

g ¶ Signatus.] In ecclesia Dei, ut sup. ea. omnibus.

h ¶ Cibum.] De quo cibo, & qua siti habemus, sup. 8. q. 1. audacter.

i ¶ Vestimenta.] Cum fuit baptizatus. inf. de consec. d. 4. post baptismum uel fuit monachus, de consec. dist. 5. nunquam.

k ¶ Margaritæ.] Scilicet sacramentorum ecclesiæ Romanæ. uel fidei, 11. q. 3. nolite.

l ¶ Aquilæ.] i. aliæ ecclesiæ fideles, quę alte uolant, extra de renunc. literas. sup. prox. q. 4. cum in lege.

m ¶ Profligato.] .i. dissipato. similiter accipitur profligari. C. de fideiuss. sancimus. C. de offi. rec. prou. quæ ordinariam ubi pro consumere ponitur, ut hic.

n ¶ Patrimonio.] Idest, fide, uel patrum doctrina.

o ¶ Frumenta.] idest, documenta hæreticorum.

p ¶ Lolium.] idest, hæreses.

q ¶ Auenasque.] idest, schismata.

r ¶ Degenerant.] .i. degenerando producunt. sup. d. 56. nasci de adulterio.

s ¶ Posuit.] Scilicet hæreticos prælatos.

t ¶ Hic.] Vbi nunc sum.

u ¶ Operiuntur.] idest, cooperiuntur.

x ¶ Tui.] O Papa.

y ¶ Victima.] idest, uictimandus, a te puniendus si peccauero.

z ¶ Fatiscat.] idest, cesset uel deficiat.

a ¶ Inuidia.] idest, extollentia: unde inuidia sæpe nascitur; unde cum duo certarent de electione, & unus allegaret ignobilitatem alterius, alius ex aduerso respondit Piscatori Petro, fabri filio successorem quęrimus, nõ Augusto.

Nobilitas in electionib. nõ est attendenda.

Nobilitas fastum: fastus litem parit, arma.
Lis odium: capiunt hic tria mortis iter.

b ¶ Pro facinoribus.] Scilicet purgandis.

c ¶ Sanctum Domini.] idest, uerbum Domini uel fidei, uel Eucharistiam.

naues sunt duplices.

a ¶ Et sub onerarijs.] Ideſt, magnis nauibus, nam quædam ſunt onerariæ: quædam emphatæ, id eſt homines ferentes, ut ff. de exercit. l. 1. §. ſed & ſi ab alio mutuatus. & §. nauem.

b ¶ Antichriſti.] Et qui non eſt mecũ contra me eſt, & qui-

reticorum ne ariditate eius polluamur. ſemper eſt deuitanda. Et hoc probat auctoritate Apoſtoli. Seq. c. p. ter.

c ¶ Quæ dignior domus.] CASVS. Duæ ſunt eccleſiæ: vna catholica, quæ non patitur pollutos habitare in ſe, cum habeat Chriſtum habitatorem, quem nemo debet deſerere: ſicut nec Petrus, immo ibi eſt prædicãdus, & habitaculum eligẽdum. Alia eſt hæreticorũ, quæ uera nõ eſt, hęc ſemp vitanda eſt: ne ariditate eius polluamur. deſerẽdus ẽ ergo hereticus poſt ex monitionem.

Eccleſia eſt duplex.

tot interiacẽtibus ſpatijs, à ſanctimonia tua ſemp expetere; ideo hic collegas tuos Aegyptios cõfeſſores ſequor, & ſub onerarijs [a] nauibus parua nauicula deliteſco. Nõ noui Vitalem: Veletium reſpeo: ignoro Paulinum. Quicumque tecum non colligit; ſpargit: hoc eſt, qui Chriſti non eſt; Antichriſti [b] eſt.

Matt. 12.

α ¶ Vetuſto.] *Antea legebatur* vetus. *Emendatum eſt ex originali, quoniam gloſſa nihilominus conuenit.*

β ¶ Virga ferrea.] *Apud B. Hieronymum legitur*, virgã ferream, & æternum operiuntur incendium. *Sed ob gloſſam non eſt emendatum; quæ etiam cauſa fuit, cur aliquot alijs locis ſatis uiſum fuerit indicare in margine lectionem ipſum Originalis.*

Item Ambroſius in commentarijs, ad c. 9. Lucæ.

Anſ. l. 5. c. 23. Poly. l. 3. tit. ult.

¶ Hæreticorum conſortia à catholicis ſunt fugienda. C. XXVI.

Io. 13.

QVæ dignior domus [c] Apoſtolicæ prædicationis ingreſſu [d] quàm ſancta eccleſia; aut quis, præferẽdus magis omnibus uidetur eſſe, quam Chriſtus; qui pedes [e] ſuis lauare conſueuit hoſpitibus, & quoſcumque ſua receperit domo, pollutis nõ patitur habitare ueſtigijs, [f] ſed maculoſos, licet uitæ prioris, in reliquum [g] tamẽ dignatur mundare † proceſſus; Hic eſt igitur ſolus, quem nemo deſerere dẽt, nemo mutare: cui bene dicit: [h] [Domine ad quem ibimus? uerba vitæ æternæ habes, & nos credimus.] Vides executorem cœleſtium præceptorum, qui quoniam nõ mutauit hoſpitium, [i] cœleſtis conſortium habitationis † emeruit. Fides igitur in primis eccleſiæ, quærenda mandatur, in qua, [k] ſi Chriſtus habitator ſit, haud dubie ſit legenda. Sin vero populus perfidus, aut præceptor hæreticus deformet habitaculum; uitanda hæreticorum communio, fugienda ſynagoga cenſetur, excutiendus [l] pedum puluis: [m] ne fatiſcẽtibus [n] perfidiæ ſterilis ſiccitatibus [o] tamquam humi arido, [p] arenoſoque mẽtis tuæ veſtigium polluatur. Nam ſicut corporeas iſirmitates [q] populi fidelis ſuſcipere in ſe debet euãgelij predicator, & tamquã proprijs mania geſta pulneri comparãda alleuare, atque abollere veſtigijs, iuxta quod ſcriptum eſt: Quis infirmatur, & ego nõ infirmor?] ita, ſi qua eſt eccleſia, quę fidẽ reſpuat, nec Apoſtolicę prędicationis fundamenta poſſideat, ne quam labẽ perfidię poſſit aſpergere, deſerenda eſt. Quod Apoſtolus quoque euidenter aſſeruit, dicens: Hęreticum hominem poſt

† al. mutare.] orig.

Io. 6.

† al. conſecrationis. Poly l. 7. tit. 7.

2. Cor. 11.

ad Ti. 3.

d ¶ Ingreſſu.] Propter quã, uel ad quã ſit ingreſſus Apoſtolica prædicatione.

e ¶ Pedes.] i. operationes prauas.

f ¶ Veſtigijs.] Ideſt, operibus.

g ¶ In reliquum.] Id eſt, de cætero: 1 & ita exaudi 1. queſ. 7. quoties. 2

1 Vel dic, i. ad ultimum. 2 Et 96. d. in ſcripturis. in fine.

h ¶ Bene dr̃.] A Petro. ut de cõſec. d. 2. forte dicas. cũ enim Chriſtus dixiſſet. Niſi quis manducauerit carnẽ meã, & biberit ſãguinẽ meũ, &c. reſponderũt quidam, & durus ẽ hic ſermo. & ſeparauerunt ſe ab eo, ut de conſe. d. 2. prima quidem. Petro dicente, Domine ad quẽ ibimus? uerba uitę ęternæ habes.

i ¶ Hoſpitiũ.] Ar. cõtra illos, qui ſæpe mutans hoſpitium.

k ¶ In qua.] ſ. eccleſia, ſi, ideſt: quæ legẽdum, [illegible] eligẽdum eſt ibi eſſe uel in qua eccleſia eligẽdum eſt ibi eſſe habitaculum, ſi Chriſtus ibi ſit, ſi affirmatiue intelligitur, ideſt, quia reuera ibi Chriſtus habitat. haud dubie, ideſt, non: & uere nõ dubie ſit: quia dubius in fide, eſt hęreticus, ext. de hęre. cap. 1.

Chriſtus in eccleſia habitat.

l ¶ Excutiẽdus.] De affectibus noſtris.

m ¶ Pedum puluis.] Ideſt, doctrina hæreticorum.

quicunque à fide catholica diſcrepat, ei contrarius eſt, C. de Iudæ. cœlicolarum. arg. ff. de fideicom. liber. ſi eũ. §. 1. B.

QVæ dignior.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod duæ ſunt eccleſiæ: una catholica, & alia hæreticorum. Prima non patitur pollutos in ſe habitare, quæ Chriſtum habet habitatorem, quem nemo deſerere debet ſicut Petrus non deſeruit. & in ea indubitanter eſt habitaculum eligendum. Secũda uero eccleſia. ſcilicet hæ-

n ¶ Ne fatiſcentibus.] Ideſt, fiſſum facientibus, uel deficientibus.

o ¶ Siccitatibus.] Ideſt, quia hæretici ſicci ſunt, ut 1. q. 1. ſicut Eunuchus.

p ¶ Humi arido.] Vnde Ouidius, [Alta puellares trahat arena pedes.

q ¶ Infirmitates. Sup. 2. q. 7. §. de his ſup. d. 45. recedite 86. diſt. non ſatis. ſup. 14. q. 5. ſcriptum.

vnam, & secundam correptionem deuita. [a]]

Item Beda super Matthæum in homilia de festo Apostolorum Petri, & Pauli, ad c. 16. Matthæi. Ibi glossa ord.

¶ Nec peccatis solui, nec cęleste regnum ingredi potest, qui ab vnitate ecclesiæ est diuisus. C. XXVII. Iuo p. 5. c. 25.

QVicumque ab vnitate fidei, vel societatis Petri apostoli quolibet modo semetipsos segregāt; tales nec vinculis peccatorum absolui, [b] nec ianuam possunt regni cœlestis ingredi. [c]

Item Hieronymus in Amos prophetam, ad c. 5.

¶ Non suscipiuntur eorum sacrificia, quorum fides reprobatur, & vita. C. XXVIII.

ODi, & proieci festiuitates vestras: [d] & non capiam odorem cętuum vestrorum. Quòd si attuleritis mihi holocaustomata, & munera vestra non accipiā, & vota pinguium vestrorum non respiciam. [e]] ¶ Odit autem Deus, & non solū odit, sed & proiecit festiuitates eorū, *α* qui nō celebrāt festiuitates Dei, sed suas. [f] *& post pauca.* ¶ Odisse *β* autem, & proijcere, & non odorari, humana loquitur similitudine, [g] vt nos affectum Dei nostris sermonibus cognoscamus. Et si obtulerint holocausta, vt videantur ieiunare, dare eleemosynas, pudicitiam polliceri, (quæ holocausta [h] sunt vera;) non ea suscipit [i] Dominus: nec dignatur aspicere pinguissimas hostias eorum. Non. n. sacrificiorum magnitudinem; sed offerentiū merita, causasque dijudicat. ¶ Vnde & vidua, [k] quæ in Euāgelio in corbonam duo minuta [l] miserat, omnibus a Saluatore præfertur: quia Dominus non ea, quę offeruntur, sed voluntatem respicit offerentium.

Iuo p. 2. c. 108. *Amos 5.*

1. q. 1. odit Deus aliquot verbis omissis

Mar. 12.

v. In secunda parte dr̃, ꝙ si quis permittat hæreticum in ecclesia Missam celebrare, nesciens hoc esse malum, xl. dies pęniteat. si autẽ fecerit propter reuerẽtiam ipsius p annum pœniteat. si vero in contemptum ecclesiæ permiserit. hæreticus reputetur, nisi pœnitentiam agat, quam facturus erit per annos x. In tertia parte dicitur ꝙ si quis ab ecclesia catholica recesserit, & ad hæresim aliquos persuaserit: si reuertatur, xij. ann. pęniteat, sicut in canone continetur. Secũda pars incipit ibi. [Si quis permiserit. Tertia ibi, [Si recesserit.

a ¶ Dederit.] Argu. hic elicitur, ꝙ ignorantia iuris par-

QVòd autem.] Hæc quæstio diuiditur in duas partes, in quarum prima probat per 5. cap. ꝙ nullus potest ligari, uel solui post mortem supple nisi in tribus casibus positis in summa. Secunda ibi, [His auctoritatibus.] Io. de Fant.

b ¶Super terram.] Nisi cum iam est in aliqua arca mortuus etiam super terram. arg. ff. de reli. l. diui.
c ¶Sub terra.] Hoc falsum. ext. de sent. excom. a nobis 2.

DE communione.] CASVS. quidam fuerunt in excommunicatione defuncti: quare rusticus episcopus Narbonensis quæsiuit a Leone Papa, utrum sit eis communicandum post mortem? Et respondet, ꝙ non: sed Dei iudicio sunt reseruandi. Nam quibus uiuis non communicamus, nec mortuis communicare debemus.

QVAESTIO II.



QVòd autem [a] *post mortem nullus excommunicari valeat, vel absolui; ex verbis Euangelij monstratur, quibus dicitur.* [*Quodcunq; ligaueris super terram, &c.*] *Super terram,* [b] *inquit, non sub terra:* [c] *ostendens quòd viuentes pro uarietate suorum meritorũ soluere possumus, uel ligare: de mortuis autem sententiam ferre non possumus.* Maith. 16.

Vnde Leo Papa scribens Rustico Narbonensi episcopo epist. 90. c. 7. al. epist. 92. c. 6.

¶Non possunt ab ecclesia absolui post mortem, qui in hac vita ab ea nòluerunt absolui. C. I. Burc. l. 11. c. 52. Iuo p. 14. c. 60. Pann. l. 5. c. 118.

DE communione [d] priuatis, & ita defunctis, [α] Horũ causa Dei iudicio [e] reseruanda est, in cuius manu [f] fuit vt talium obitus non vsque ad communionis remedium differretur. Nos autem, quibus viuentibus non cõmunicauimus, [g] mortuis communicare non possumus.

α ¶De communione priuatis, & ita defunctis.] *Verba hæc in codice canonum sunt titulus vigesimi decreti Leonis primi, & ea Burch. non habet. Reliqua vero sunt ipsius Leonis verba.*

Item Gelasius Papa in commonitorio Fausto magistro fungenti legationis officio apud Constantinopolim.

¶Ecclesia viuentes potest ligare, vel soluere, non mortuos. C. II.

LEgatur ex quo est [h] religio Christiana, vel certe detur exemplũ [i] in ecclesia Dei a quibuslibet Pontifi- Poly. l. 7. tit. 1.

CASVS. Hic intitulatur 2. q. quà quærit, utrũ post mortẽ aliquis ualeat cõdẽnari, uel absolui. Et respondetur, quod non ualet cõdemnari, uel accusari de crimine, nisi in quibusdã casibus, si de hæresi accusetur, vel si hæreticos instituit hæredes, ut inf. ea. cap. vlt. uel si decessit in notorio crimine, ut sup. 88. d. neque. & sup. proxi. q. 4. placuit. põt ẽt in alijs casibus, quis accusari propter bona, ut de Apostasia, vt C. de apo. apostatarum, & de crimine læsæ maiestatis, ut C. ad leg. Iul. maiestatis. meminisse. & de crimine pduellionis, & repetundarum, ut ff. de accu. l. ex iudicio. & de crimine peculatus, ut ff. ad leg. Iul. peculatus. l. vlt. absolui uero post mortẽ quis non potest nisi probetur, quòd in vita sua iniuste fuit excõicatus, ut inf. cap. ult. & nisi in vita absolutionẽ petebat: nec stetit per eũ, q̃n absolueretur, ut ext. de sent. excom. a nobis. Probat ergo Grat. in hoc §. ꝙ in vita sua potest quis ligari, vel absolui: post mortem vero minime, & hoc probat auctoritate Euangelij.

Accusari post mortẽ an possit aliquis.

a ¶Quod autem.] Summam istius secundæ quæstionis collige inf. ea. c. vlt. & ext. de sent. excomm. a nobis. Sed not. ꝙ post mortem non potest quis accusari 1 nisi in tribus casibus. De hæresi, inf. ea. c. vlt. Vel si hæreticos instituit hæredes, extra de hære. si quis episcopus. Vel si in notorio crimine decesserit. 88. d. neq; su. prox. q. 5. placuit. Alij vero volunt plures casus addere, quòd vbicumq; potest agi de crimine propter bona alicuius, semper possit accusari, vt in crimine læsæ maiestatis, hæreseos, repetundarũ, & alij, C. ad leg. Iul. ma. l. vlt. C. de hære. Manichæos, ff. de accusa. l. iudiciorũ, C. si reus vel accu. l. vl. C. de appo. Apostatarum. ar. ext. qui fi. sint leg. causam. Sed dic ꝙ leges non permittunt aliquem accusari post mortem, nisi propter bona tantum, nõ ꝙ excõmunĩcetur, uel alia pœna afficiatur, nisi in filijs. 6. q. 1. §. uerum. unde considerata legis intentione, quæ tantũ ad bona agit, patet secundum eam, ꝙ accusari non potest, ut excommunicetur: sed de quocunq; crimine ciuiliter agi posse contra defuncti hæredem propter damna illata resarcienda, & hoc secundum canonicam æquitatem. arg. 16. q. 6. si episcopum. extra de rap. c. pen. ext. de usu. tua. licet secundũ leges secus distinguitur. Procedit hoc modo in hac quæstione, primo probat usque ad §. his auctoritatibus, quòd nõ potest excommunicari post mortem, ab inde contrarium.

1 Quia crimina morte extinguũtur 23. d. c. quorundam, ff. de bo. eo. qui ante sententiam mor. sibi consci. l. ult. sed fallit in casibus, vt sequitur.

d ¶De communione.] Supple dicimus.
e ¶Iudicio.] Sup. 12. q. 3. quicumq; inf. sup. 23. d. quorundam.
f ¶Manu.] inf. de pę. d. 4. si bono.
g ¶Nõ cõicauimus.] Nec cõicare debemus, & sic soluitur cõtra. inf. de pę. d. 1. multiplex. uersi. his aũt qui. ubi dr̃, ꝙ si constat per indiciũ, ꝙ conuerti uoluit, orandũ est pro eo in ecclesia, ut 26. q. 6. his qui, ex. de sent. excõ. a nobis 2. quia ex quo per eum nõ stabat, ei communicare debemus, & ita est absoluendus post mortem. ext. de senten. excom. a nobis.

LEgatur.] CASVS. Quidam hæretici in ciuitate Constantinopoli postulauerunt a Fausto sedis Apostolicæ legato, ut veniam concederet: nolebant tñ corrigi de errore. Itẽ petebant ꝙ illi hæretici, qui iam defuncti fuerãt, absoluerẽtur. quare legatus ille quæsiuit a Gelasio, utrum hoc esset faciendum, & rñdet ꝙ non, quia sub isto cœlo nec exemplum inuenitur, vt aliquibus remanentib. in errore uenia cõcedatur. Præterea Christus mortuos suscitauit: in errore uero defunctos nunquam legitur absoluisse. Et hoc probat auctoritate Euangelij dicentis. Quodcumque ligaueris super terram, &c.
h ¶Ex quo est.] idest, incipit esse.
i ¶Exemplum.] Sup. d. 20. de quibus.

a ¶Veniam

cibus, ab ipsis Apostolis, ab ipso deniq. Saluatore veniã,[a] nisi se[b] corrigentibus[c] fuisse[d] concessam. Auditum.n. † sub isto cęlo nec legitur omnino, nec dicitur, quod eorum voce depromitur: date veniam nobis, dum tamen nos in errore duremus. Id quoq; pariter ostendant, qui nobis canones nituntur opponere; quibus hoc canonib. quibus regulis, qua lectione, quove documento, siue a maioribus nostris, siue ab ipsis Apostolis (quos potiores merito fuisse non dubium est) seu ab ipso Domino Saluatore qui iudicaturus creditur viuos & mortuos,[e] siue factum est vnquam, vel faciẽdum esse mandatur. Mortuos suscitasse Christus legimus: in errore mortuos absoluisse non legimus. Et qui certe hoc faciendi[f] solus habuit potestatẽ, B.Petro principaliter mandat Apostolo: [Quę ligaueris super terram, ligata erunt, & in cœlis:[g] & quę solueris super terram, erunt soluta, & in cœlis.] Super terram, inquit. Nam in hac ligatione defunctum nusquam dixit absolui.[h]

† al. autem.

Matth. 16.

¶ *In commonitorio, ex quo sumptum est caput hoc antea narratur Senatores Constantinopolitanos petijsse a Gelasio, vt sibi liceret communicare cum Achatio ab Apostolica sede excõmunicato, hancque sibi veniam concedi poposcisse. Quorum absurdam petitionem reyciens Gelasius, hæc quæ in hoc cap. continentur ipsi Fausto, quẽ Constantinopolim mittebat, in commonitorio suggessit.*

Item Vrbanus secundus Guitmundo episcopo.

¶ Non oportet ab eorum eleemosynis post mortem abstinere, quibus in vita communicare non destitimus. C. III.

Iuo p. 14. c. 68.

SAnè[i] quod super Richardo filio Borelli vestra fraternitas se egisse innotuit ꝓ zelo Dei,[k] & animarũ charitate laudamus. Sed non adeo timendum: non adeo est vobis ab eius eleemosynis abstinendum. Inter cęteros quippe nostrę fidei patres Beatus Leo Papa doctor egre-

sup. ead. de communione.

a ¶ Veniam.] Vt sup. dist. 50. absit. & c. si quis præpostera. sup. dist. 4. deniq; contra. sed hic, veniam, i. remissionem, peccati: ibi ueniam, idest, impunitatem.

b ¶ Nisi se.] Pœnitentibus tantum delicti veniam indulgemus. C. de hære. Manichæos, ut inf. de pęn. dist. 2. neminem. & de conse. dist. 4. omnis qui.

c ¶ Corrigentibus.] Supra dist. 9. ego solus. sup. 4. q. 3. sola.

d ¶ Fuisse.] Nam non solum merita, sed etiam corpora nobis defecerunt. 30. dist. fraternitatis.

e ¶ Mortuos.] Vt Lazarum 1. ext. de sent. excõ. a nobis: Vel intellige de mortuis per peccatum. de pęn. dist. 1. §. hoc idem probatur.

Ioan. 11. & filium uiduæ. Luc. 7. & Marci 5.

f ¶ Faciendi.] Scilicet peccata dimittere: mortuum suscitare. de pœ. d. 1. uerbum. de conf. d. 4. nemo tollit.

g ¶ Et ita in cęlis.] Hoc intellige de uera ligatione. nã iam uere ligatus nõ est, qui quoad Deum absolutus est ext. de sen. excom. a nobis, aliter etiã M. & H. exponunt hanc auctoritatem: Quodcunque ligaueris super terrã, idest, inter uiuos quantum ad ipsum ligantem q. d. dũ tu es super terram, ligare potes: & mortuum tantum quo ad ecclesiam.

Quodcunq; ligaueris, & c. qualiter intelligatur.

h ¶ Absolui.] Supra dist. 55. si Euangelicã, arg. ff. de testi. quæsitum. Argu. contra. ff. de spon. oratio. sed istius brocardi solutionem habes in textu 38. q. 2. quos Deus.

SAnè.] CASVS. Quidam nomine Richardus in prælio mortuus fuit: qui prædo extiterat & spoliator. & propter hoc fuit excommunicatus, sed non nominatim: quare Guitmundus ẽps nolebat orare pro ipso, uel oblationes recipere pro eo. unde super hoc cõsuluit Vrbanum, qui sup hoc eum commendans respõdet se eũ absoluisse, cum ipse promisisset, se satisfacturum: & mortuus fuit in seruitio dñi sui. & ideo dicit Vrbanus sibi esse communicandũ in orationibus, & eleemosynis pro eo recipiẽdis. Et quod sit ei communicandũ ꝓbat auctoritate Leonis, inducendo eã a cõtrario sensu: & faciendo distinctionẽ inter schismaticos & alios peccatores, qđ schismaticis nullo modo esse cõicãdum prædonib. uero, uel alijs peccatorib. dispensatiuè cõmunicamus tũ, qa sustẽtauerunt ecclesiam: tum qa se pollicent satisfacturos. (Dispẽsatiuè:) ideo dicit dispẽsatiue: qa ante actam pœnitẽtiam eis sacramenta conceduntur. Iste tamen casus breuiter consueuit in apparatu notari.

i ¶ Sane.] Sic pone casum ꝙ iste R. fuerat excõicatus cum suis cõplicibus: sed postea absolutus ab Vrbano ĩ natalitijs B. Petri: sed tñ quia nõ satisfecerat ante mortem post sentẽtiã absolutionis de his, q̃ forte alijs abstulerat, ẽps iste nolebat ut ꝓ eo fierẽt in ecclesia oblationes. Dicit ergo Vrbanus, quòd licet possit eius intentio merito commendari: uerumtamen non est de iure quod facit. nam cum iste nec excõmunicatus esset, nec excommunicatis cõicasset: non potest ei istud negare, & secundum hoc dicit sub qua sponsione nos eis, i. Richardo, & suis complicibus indulsimus absolutionem excõ cationis, qua tenebãtur. Alij autem aliter ponunt, ꝙ non fuerat excõicatus; sed in aliquibus offenderat, nec satisfecerat: & ſm hoc fideles se, refertur ad id quod præcedit, peccatoribus, & prædonibus. & quod dicit, sub qua sponsione, refertur ad hoc quod pręcedit, & fideles se in posterum pollicentur: & tunc dic absolutionem non sententiæ, sed peccatorum. Sed nonne bene faciebat ẽps, qui nolebat oblationem eius recipere, si in mortali decesserat, licet non sit excõicatus, nec excommunicatis communicasset? Dico ꝙ non, nisi ubi crimen esset notorium. alias nunquam. sed de huiusmodi oblationibus notaui. c. dist. oblationes.

k ¶ Pro zelo Dei.] Et ita licet factum reprobetur, intentio tamen commendatur. Arg. de consecr. dist. 3. per latum

tum, aliàs non. contra. Sola voluntatis forma mouebat opus 1 & quidquid agunt homines, &c.

1 Ad hoc 14. q.3. c.ult.

a ¶ Ex opposito.] Ex consensu contrario: imò ex contrarijs. ar. de pę. d.9. c.j. & 8. q.j. sciendũ. ar. 23. q.5. q sitit.
b ¶ Schismaticos.] De numero quorum est Richardus.
c ¶ Vllo modo.] s̃. e. q.1. schisma.
d ¶ Et prædonibus.] De quib. quid iuris sit si aliena nõ restituant, quære extra de raptoribus, super eo. & 13. q.6. si res.
e ¶ Partibus.] Supra 2. q.1. multi.
f ¶ Nominatiue.] per hoc dixit hic Martinus figens hic pedẽ, quod si quis communicaret ei, qui incidit in canonem, antequam denuncietur, non erit excommunicatus: sed confunditur. ext. de sent. excõ. cum desideres. Nec multum facit, pro eo, quod dicit, nominatiue non enim refert an proprio noĩe, an alijs iudicijs excommunicetur quis, ff. si cert. pet. certum.
g ¶ Exijt.] Sup. nec aliàs erat in aliquo peccato publico, qa tunc idem esset, ut s̃. e. q. in princ.
h ¶ Nobis dispensatiue.] Querit in quo fuit dispensatum cũ hoc non possit ei denegari? Dic ꝙ ideo dicit hoc, qa omnes viæ Domini misericordia, & veritas. 33. q.2. admonere. Vel ideo dicit dispẽsatiuè, quia non cõpellebant eũ ad satisfactionẽ. Vel hęc ideo fuit dispensatio, qa cum potuisset compelli ad satisfactionẽ non fuit cõpulsus. possunt tñ hæredes eius compelli, vt extra de rapt. in literis. & 2. q.1. in primis. 2

Excõicatus est q cõicat excõicato a canone etiã ante denunciationem.

Viæ Dñi misericordia, & veritas.

2 Vel dic, ꝙ ideo dicit dispensatiue: quia ante actam pnĩam ei sacra conceduntur B. Vel dic dispensatiuè. q. d. non de rigore iuris nisi primo satisfecisset extra de uerbo. signif. ex parte. Io.

gius. [Quibus viuis, inquit, nõ cõicauimus, nec mortuis cõmunicare debemus.] Constat ergo quoniam quibus viuis (vt ex opposito [a] loquamur) cõicauimus; mortuis quoq; communicare possumus. Nos planè inter duo oppugnãtia positi; inter impios videlicet, & schismaticos [b], schismaticis vllo modo [c] communicare non possumus, aut licet: peccatoribus vero, & prædonibus [d] dispensatiuè propterea † communicamus: quia & ecclesiam hactenus sustentauerunt: & se fideles in posterum pollicentur. Alioquin oportet nos de huius mundi partibus [e] exire. Sub qua etiam sponsione nos eius nuper in B. Petri natalitijs absolutiouem indulsimus. Quía ergo prædictus vir neq; nominatiuè [f] excommunicatus, neq; communicans cum excommunicatis ex nomine exijt [g], sed in Domini sui fide, atque seruitio permansit, licet nobis [h] dispensatiuè, idest, quamdiu eos patimur: eius eleemosynis communicare, & defuncti animam Christianæ religionis modis omnibus adiuuare.

† al. pro tempore. 1. Cor. 5.

Item Gelasius Papa uniuersis episcopis per Dardaniam siue per Illyricum constitutis.

¶ De eodem. C. IIII.

Nec quisquã omnino vobis persuadeat Achatio præuaricationis suę crimen fuisse laxatũ: quia, qui postquam in collegium recidens prauitatis iure meruit ab Apostolica communione secludi, in hac eadem persistẽs damnatione defunctus est, absolutionẽ, quã superstes [i] nec quæsiuit omnino, nec meruit, mortuus iã non potest impetrare. Si quidem ipsis Apostolis Christi voce delegatum est: [Quæ legaueritis super terram, &c.] Cæterũ iam de eo, qui in diuino est iudicio constitutus, nobis fas nõ est aliud decernere pręter id, in quo eum dies supremus inuenit [k]. Atque [l] ideo, nisi eius nomine [m] refutato cæterisque consortibus huius erroris, cum nullo prorsus eorum participare debetis mensæ Dominicæ puritatem: quam maiores nostri semper ab hæretica magnopere seruauerunt pollutione discretam.

Ans. l.12. c.30. Poly. l.7. tit.1.

Matth. 16.

¶ Epistola ex qua hoc caput acceptum est, extat inter alia scripta Gelasij in uetusto codice Vaticano: in quo etiam multa aliorum Pontificum epistolæ habentur.

Item Leo Papa epist. 13. ad Pulcheriam Augustam.

Nec quisquam.] CASVS. Quidã dicebant communicandum esse Achatio post mortem, dicentes, ꝙ Papa absoluerat eum in vita. super quo dubitantes episcopi Dardaniæ, & Illyrici quæsierunt a Gelasio, utrum hoc esset verum. Qui respondet Achatium nunquam fuisse absolutum in vita: & ideo post mortem non est ei communicandum, nec absolutionem, quam non quæsiuit uiuus, potest mortuus impetrare: quod probat auctoritate Euangelij. & non solum non est ei communicandum, sed etiam nulli de consortibus sui erroris [Eius nomine,] scilicet Achatij: Sequens cap. planum est.

i ¶ Superstes.] Arg. ꝙ licet hæredes vsurarij satisfaciant de vsuris, vsurario tamen post mortem communicandum non erit, si superstes absolutionem, & pœnitentiã non quæsiuit. ar. inf. 26. q.6. qui recedunt. argu. extra de sent. excom. a nobis. vide c.2. de vsu. lib.6.

Vsurario post mortem non est communicandum.

K ¶ Inuenit.] Nam in eo loco quis conuenitur, in quo reperitur. 3. qõ 6. c.1. de pœn. distin.1. nunquid Cain. C. vbi quis decuriali, uel cohortali. l. vlt. Domini legum intelligunt, si ibi habet forum ratione rei petitæ: uel ratione contractus uel criminis: licet P. dixerit, quod vbicunque reus reperitur, possit conueniri, ut C. ubi de cri. agi opor. l.1. B.
l ¶ Atque.] Supple, nil aliud debetis facere.
m ¶ Nomine.] Idest, errore eius, &c. quo errore obligati sunt diabolo. nam nomen accipit pro obligatione. sup. ead. q.1. aduocauit. Vel dic, non debetis participare cum aliquo eorum prorsus (nisi pro sed, &c.) sed refutare nomen eius, & complites, &c.

a ¶ Dant-

a DAmnationis.] ¶ Relaxare.] Sup.11.q.3.qui iubente,sup.ea.legitur.
HIS AVCTORITATIBVS. Hæc est secunda pars q.secundum Io.de Fant.
CASVS. Dicit nunc Gratia.per prædictas auctoritates esse

bant hoc esse iniustum:alij uero iustum putabāt,quare 5.synodus commendat eos,qui dicunt post mortē posse hæreticos, anathematizari,& iniuste damnatos posse reconciliari. In secunda parte ostendit,quod hęretici qui bona sua hæreticis reliquerunt, iuste post mortem anathematizant, & ad hoc probandum inducit auctoritatē Augusti.& quatuor exēpla sanctorum, scilicet Rabani, & ecclæ Constantino. & Theophili,& Vigilii Papæ: qui omnes hæreticos anathematizauerūt. In tertia parte dicitur, ꝙ supradicta synod⁹ ꝑ hęc exēpla oēs approbauit. Secūda pars incipit ibi: Itē in actione,] Tertia ibi [Itē sancta synod⁹ dixit.] [Quę mō] verba sunt synodi. [Item multi.] uerba sunt synodi. [Itē si vera sūt.] uerba sūt Au. dicis ò Augustine [Diptychis.].i. tabulis, chartis,vel columnis in qb. ponebantur imagines patrū in suo catalogo. [Romanorum.] .i. Cōstantinopolitanorum. [Hic Romæ.] idest, Cōstantinopoli.
c ¶ Sane.].i.bene,& sapienter.] CASVS. ꝓbat 5.synodus hęreticos post mortē excōmunicari posse. Primo multiplici auctoritate. Au. Secūdo auctoritate multorum episcoporum qui hoc fecerūt. Tertio a ictoritate Rabani episcopi. Quarto auctoritate Ecclesiæ Cōstantinop. Quinto auctoritate Theophili. Sexto repetit synodus auctoritatem Aug.& ecclesiæ Constantin. Vel dic quod in fine loquitur de uera ecclesia Roma.

¶ Incorrigibilis damnationis sententia relaxari non potest. C. V.

DAmnationis sentētiam quicumque meretur accipere; si in suo sensu voluerit permanere,nullus relaxare poterit.

¶ *Verba Leonis de Eutyche agentis sunt hac.* Qui dum videret insipiētiæ suæ sensum catholicis auribus displicere,reuocare se a sua opinione debuerat:nec ita ecclesię præsules commouere,ut damnationis sententiam mereretur:quam utique,si in sua sententia uoluerit permanere,nullus poterit relaxare.

2 *His auctoritatibus probatur,quòd viuentes,non mortuos* [b] *soluere possumus,uel ligare. Verum hoc non de omni crimine intelligendum est. Sunt enim quædam crimina,de quibus etiam post mortem accusari potest quilibet, uel damnari; uelut hæresis.*

Vnde in prima actione quintæ synodi legitur.

¶ Hæretici etiam post mortem sunt excommunicandi. C. VI.

Iuo p.14.c.62. Pann.l.5.c.115.& sequent.

SAne [c] profertur a quibusdam, qui dicunt oportere post mortē hæreticos anathematizari[1], & seq. in hoc doctrinam sanctorum patrum,qui nō solum uiuētes hæreticos condemnauerunt,sed & post mortem, utpote in sua impietate mortuos; sicut eos, [d] qui iniuste cōdemnati sunt, reuocauerunt post mortem, [e] & in sacris diptychis [f] scripserunt? Quod factum est & in Ioanne,& in Flauiano religiosæ memoriæ episcopis Constātinopolitanis. *Item in Actione quinta.* ¶ Augustinus ait,[Si forte isti libri ita designant [g] traditorem suum,sicut Dominus designauit Iudam; legatur in eis nominatim, & expresse uel Cæcilianum, [h] vel ordinatores eorundem librorum [i] fuisse traditores,& si non eos anathematizauero; ipse cum † eis iudicet tradidisse. *& infra in eadem actione.* ¶ Quæ modo recitata sunt, Augustinus sanctæ

In lib.de vnitate ecclesiæ.c.3.

† al. eum iudicet.

esse probatum,quòd uiuos,& non mortuos ligare possumus,vel absoluere:nunc uero dicit, quod hoc non est intelligendum de quolibet crimine,sunt enim quędam crimina, de quibus post mortem quis accusari potest vel damnari,vtpote de heresi: & ad hoc inducit sequen. cap.

Excōicatio an possit post mortē ī aliquē ferri.

b ¶ Non mortuos.] Licet etiā mortui essent. Sed uidetur quod iste post mortem non possit excommunicari: quia admonitio semper debet præcedere uindictam. 12. q.2.indigne. ita & absens non potest excommunicari. 3.q.9.absens. Sed dic in hoc casu speciale esse. Vel dic ꝙ fuit admonitus a canone. 23.q.5.administratores. Sed quid si aliquis uoluit eum defendere, nunquid admittetur? sic.ff.de procu.seruū,§.pubilce, & maxime cum in causa criminali ꝓ inuito quis posset appellare, ff.de appel.non tantum. Sed quomodo admittetur, cum non possit cauere de rato; sed ratum uidetur habere,ex quo non opponit obicem contrariæ uoluntatis,de cons. d. 4.quæris?

SAne profertur.] CASVS. Hoc c.diuiditur in tres partes. In prima dicitur,ꝙ 5. synodus quosdam hæreticos post mortem excommunicauit, sed quidam dice-

d ¶ Sicut eos.] Sup.11. q.3. quicumque, sup. ea. q.de communione.
e ¶ post mortem.] Contra 23.d.quorundam,& extr.q.si.sint leg.causam sed speciale est hic, & in casibus,quos no.in prin.q.
f ¶ Diptychis.] Diptycæ sunt tabulæ 1 a dico dicis. Vn̄ Martialis, Clerice diptycham lateri ne dempseris unq̄. Et est arg.ꝙ si in aliquo lapide,vel columna inueniatur scriptura,fides est ei adhibenda,arg.5.q.7. postulatus 2 arg.contra,C.de reli.& sump.fu. monumentorum.
f ¶ Diptychis.] Diptycæ sunt columnæ ubi imagines patrum in suo catalogo ponuntur. Io.
g ¶ Designant.] inf.de cons.d.2.cum omne crimen.
h ¶ Vel Cęcilianum.] sup.23.q.4.ipsa pietas.
i ¶ Eorūdem librorum.] Sed quid si in scrinio alicuius inueniātur rationes,uel instrumenta,per quæ patet eū vsurarium fuisse: nunquid potest excommunicari? videtur ꝙ sic: nisi de usuris satisfecerit 3 quod tamen non est uerum, vbi occultum fuit.

1 Idest,afferes de cera. Io. de Fant.
2 Adde Bar. & oēs in le. monumētorum,inf. gl. allega. & qđ no.gl.in l.in testō la.1.in vers.scriptura.iūcto tex. ff.de cōdi.& dem.ꝑ Bart. in l.1. de al. scrib. & Bal. in le. uel qđ ff. de reii. & Bar.in l.1. §. fi.ff. de bon. po.ſm tabu.
3 Nam in cōtumacia vr̄ esse defunctus, &c. ut dr̄ inf. ea. in glo. sed qualiter, &c. & adde qđ dr̄ supra ca. ne quisquam in gl.Arch.

a ¶ Re-

memorię consuluit; & conueniunt statui tenenti ab initio in ecclesia. Impium vero dogma iam inculpatum, & condemnatum est, & eos, qui tali dogmati obnoxij sunt, anathematizari vult ecclesiæ traditiō; licet etiam mortui essent. Ideo sanctæ memoriæ Augustinus dixit, [Quòd si modo conuinceretur Cæcilianus de his, quæ inferunt ei, etiam post mortem eum anathematizo.] *Item supra in eadem actione.* ¶ Multi episcopi congregati, &, quædam de diuersis causis ad ecclesiasticum statū pertinentibus disponentes, statuerunt de episcopis defunctis qui hæreticis suas facultates reliquerunt, † [a] vt etiam post mortem anathemati subijciantur. † Sūt vero etiam, & Augustini sanctæ memoriæ epistolæ dicentes, quòd si qui in vita sua non recte sapuerunt, licet non cōdēnati fuissent adhuc viuentes, tamen demonstrato peccato isti etiam post mortem anathemati [b] subijciantur. *Item infra.* ¶ Si vera essent, quę ab eis obiecta sunt Cæciliano, & nobis possent aliqñ monstrari, [c] ipsum iam mortuum anathematizaremus.] *Item infra.* ¶ [Dicis licere mihi etiam hodie de mortuis iudicare: quia iudiciū non tantum de viuis, sed etiam de mortuis fieri potest.] *& infra.* ¶ Rambulas sanctæ memoriæ episcopus factus Edessenæ ciuitatis, qui in sacerdotib. explenduit, † Theodorum istum Mospuestenum etiam post mortem in ecclesia anathematizauit. *Item infra.* ¶ Romanorum [d] etiam ecclesia ante annos paucos Dioscorum, qui fuit Papa eiusdem ecclesiæ, & post mortem anathematizauit, cum nec in fide peccasset. [e] Et hoc sciunt omnes, qui degunt Romæ, & maxime, qui in dignitatibus existunt: qui etiā eidem Dioscoro communicatores permanserunt vsque ad eius mortem. *Item infra.* ¶ Si ad tempora Theophili sanctæ memoriæ, vel superius aliquis recurrerit; etiam Origenem [f] inueniet post mortem anathematizatum. Quod etiam nunc in isto † fecit, & vestra sanctitas, & Vigilius religiosissimus Papa antiquioris Romæ. *Item infra.* ¶ Sancta synodus dixit. Sufficiunt quidem quæ dicta, & prolata sunt, ecclesiasticam traditionem demonstrare, quòd oportet hęreticos & post mortem anathematizari. *Item in eadem collatione octaua.* ¶ Sācta synodus dixit. Augustini sanctæ memorię, qui inter Africanos episcopos splenduit, diuersæ epistolæ recitatæ sunt, significantes, quòd oportet hæreticos, & post mortem anathematizari. Talem autem ecclesiasticam traditionē & alij Africani reuerendissimi episcopi seruauerunt: sed & Romana sancta ecclesia quosdam episcopos, & post mortem anathematizauit: licet pro fide in vita sua non essent accusati, & vtrumque apud nos habita gesta significant.

¶ *Hoc caput sumptum est ex varijs locis quintæ synodi, quemadmodum fere se habet in Coloniensi quatuor tomorum editione.*

α ¶ Sane.] *In epistola Imperatoris Iustiniani, quæ refertur in prima confessione, seu collatione ipsius quintæ synodi, hic locus sic habet.* Hortamur autem etiam illud disceptare, quod varie profertur ab eis, qui dicunt non oportere, &c. *Sed sententia non valde diuersa.*

In conc. Afri.c.34.

† al. relinquunt.

Aug. epist. 50. ad Bonifacium.

Aug. contra Cresconium, lib. 3. c. 39.

† al. resplenduit.

† al. ipso.

Iuo p. 14. c. 63.

† Con... in l. qu... cum ... C. ad leg... Iu. mai... in l. 1. C. liberis.

a ¶ Reliquerūt.] Vt extra de hær. si quis episcop⁹. nec est ita in alijs illicitis collegijs, nam licet non possit ligari illicito collegio, pōt tamen cuilibet de collegio, ff. de reb. duob. cum senatus.

b ¶ Anathemati.] Ar. ꝙ cognito errore ēt post mortem excōicantur hæretici.

c ¶ Monstrari.] Sed qualiter demonstrabitur istud; Dicunt quidā, ꝙ denunciatiue, & satis videtur hæc ratio sufficere, tū si denūciatiue ꝓbaretur cōtra quem viuentem aliquid, & nollet corrigi, excōmunicaretur. At iste est in contumacia, in quam deuenit ex culpa sua, a qua non pōt exire: & ideo potest excōicari. Quidam tamen dicunt (cum quib⁹ est H.) ꝙ non est aliquis admittēdus denunciatiue. imò oportet, ꝙ inscribat se, & ꝙ se obliget ad talionē, 4. q. 4. c. 2. Sed cui pęnę supponetur? dico, quod ei cui supponeretur iste si viueret: sed nō cui mō supponitur, 1 nec mirū cū grauius sit peccare in mortuum, q̄ in viuū, vt C. de sepul. viol. qui sepulchra.

1 Supponit. gl. sing. Lu do. Ro. sing. 778.

Peccare grauius est in mortuum q̄ in uiuum.

d ¶ Item Romanorum.] i. Constantinopolitanorum.

e ¶ Nec in fide peccasset.] Tātū, sed in Rom. Pontif. sententiam excommunicationis protulit, ut dixi 21. d. in tātum, vel non peccauit in fide, vt esset inuentor hæresis, sed veteris imitator, vel articulos fidei tenebat, sed aliter errabat, vt 3. 15. d. c. 1. ar. 40. d. si Papa, contra; sed hoc de ōCstātinop.

f ¶ Origenem.] Nō loquit hic de Origine, de quo habem⁹ 3. ea. q. 3. quidā ver. Origeniani. alium enim errorē habuit iste, quia dixit omnem hominem esse saluandū, per illud: Nihil

Salus ęterna non omnib. dabitur.

Nihil odisti eorum, quæ fecisti, & ita dicebat Deū adeo misericordem, quod non iustum, præterea dixit Christum iterum passurum in aere pro diabolis saluandis. Sed cū iste damnatus fuerit: nonne & eius scripta? utique extra de hære. fraternitatis. quid est ergo quod quædam opu

CASVS. Hic proponit ut 3.q. qua quæritur utrū pro peccato alicuius tota familia sit excommunicanda? Et respondet, quod triplex est pœna, scilicet corporalis? & spiritualis, & æterna. Pena corporali unus sæpe punitur pro alio, ut 6.q.1. si quis cum militibus. & inf. de cō sec. di. 1. in sancta. Pena spiritualis duplex est. s. interdicti, & excommunicationis. Pœna interdicti vel suspēsionis vnus quādoque punitur pro alio. vt extra de spon. nō est vobis. Pena uero anathematis vnus pro alio puniri non debet, ut quidā dicūt, nisi enormitas delicti aliud suadeat, ut inf. ea. si habes. Pena vero æterna vnus nō punitur pro alio, ut 11.q.3. illud. Procedit ergo G. sic in hoc §. nam primo ostendit quod pro peccato alterius tota familia sit excommunicanda: & hoc probat quatuor exemplis. Postea respondet distinguendo, dicens, quod filij pro peccato parentum sæpe flagellātur, & hoc probat duabus auctoritatibus. s. Euangelij & ueteris testamēti. sed pœna spirituali filij pro peccatis parētum nō tenentur adstricti, ex quo sūt baptizati: & hoc probat duab. auctoritatib. s. Ezechielis, & Pauli.

α ¶ Diptychis.] *Sic emendatum est ex ipso concilio, cū antea legeretur,* dicticis, *Diptycha uero duæ tabulæ erant, quarū altera uiuorum, altera mortuorum ea nomina cōtinebat, quæ in Missa recitabantur: translato vocabulo ab ostreorum diptycho, cuius mētionē facit B. Ambrosius Hexam. lib. 5. c. 8. De huiusmodi autem ecclesiasticis diptychis partim uiuorum partim mortuorum, partim vtrorumque mentio fit in epistola Innocētij primi, ad Decentium ca. 2. & in epistola B. Augustini 137. clero & plebi ecclesiæ Hipponēsis supra 2. q. 1. c nouē,* & 11. q. 3. c. *quid obest, & in epistola Gelasii ad Anastasiū Augustum, & in epistola episcoporum Aegyptiacæ diœcesis ad Anatolium. quæ habetur post concilium Chalcedonense, & alibi sæpe.*

β ¶ Et conueniunt.] *Sic est emendatum ex ipsa synodo antea legebatur,* & statuit teneri.

γ ¶ Inculpatum.] *In glossa interlineari duorum vetustorum Gratiani codicum habetur,* id est, ualde culpatum.

δ ¶ Dioscorum. *In antiquis Pōtificalibus in uita Bonifacij secūdi hæc legūtur.* Hic (*scilicet Bonifacius.*) Cū dioscorus ordinatus est sub cōtētione: Dioscorus ī basilica Cōstātiniana: Bonifacius uero in basilica Iulij. Fuit itaque dissensio in clero, & populo, & senatu dies viginti octo, donec defunctus Dioscorus V. Idus Octobris. Ipsis diebus Bonifacius zelo ductus cum grandi amaritudine coacta synodo sub uinculo anathematis chyrographo dānauit Dioscorum & reconciliauit clerum: quem chyrographum in ecclesiæ archiuio reclusit.

QVÆSTIO III.

a ¶ Quod aūt.] Hic ītitulatur. q. 3. ī qua quæsitum fuit an pro delicto dñi familia esset excōicāda. & tu ipse distingue: quia est pęna corporalis, & est pœna spiritualis. Pœna corporali sępe punitur vnus pro alio, ut 6. q. 1. si quis cum militibus, & de consec. dist. 1. in sancta. & no. s. 1. q. 4. in summa item pœna spirituali dupliciter:



1 ps Q*Vod autē* [a] *pro peccato alicuius tota familia excōmunicāda sit, multorum exēplis probatur. Pro peccato* [b] *nāq; Sodomitarum paruuli eorū, qui beneficio ætatis paterna flagitia nesciebant, cælesti igne sunt consumpti.* ¶ *Item pro peccato Amalechitarum non solum paruuli eorum, sed etiam bruta animalia vsque ad mingentem ad parietem* [c] *iussa sunt à domino deleri.* ¶ *Item Dathan & Abiron auctores schismatis fuerunt contra Moysem, & Aaron: nec tantum ipsi soli, sed omnis substantia eorum cum ipsis descendit ad inferos:* ¶ *In nouo etiam testamento nonnunquam peccatis exigentibus grauis pestilentia desæuisse*

Gen. 19. 1. Reg. 15. Num. 16.

Familia an pro delicto dñi sit excōmunicanda.

1 Dicit 15. d. sācta. uer. item Origenis.

opuscula eius recipiuntur? Dic quod recipiuntur non quia eius sunt, sed quia ecclesia approbauit. 1 omnia enim nostra facimus, quibus auctoritatem impertimur, ut C. de uer. iur. enu. l. 1. §. 1.

Q*Vod autem.* Hæc quæstio. diuiditur in 6. partes: in prima quorum probat, quod nullus pro peccato domini sui debet excommunicari: licet quandoque temporaliter puniatur unus pro alio sine culpa, non sine causa. de quibus multa ponit exempla. Secunda ibi, [Vtergo.] Tertia ibi: [illicita.] Quarta ibi.] Quia vero,] Quinta ibi: [Quia uero:] Sexta ibi. [Ideo,] Ioan. de Fa. t.

aut interdicti, aut excommunicationis pęna interdicti bene punitur vnus pro alio extra de spon. c. nō est vobis. similiter alia pœna spirituali. ut 90. dist. oblationes. 17. q. 4. miror. extra de fi. pres b. per totum. 1. q. 5. quicūque. sed pœna excommunicationis non. nisi (ut quidā dicunt) enormitas delicti aliud suadeat, ut infra ea. c. si habes. extra de sent. excommunic. c. inter in fi. Sed pęna æterna non punitur pro alio. 11. q. 3. illud Gratianus pro utraque parte allegat.

b ¶ Pro peccato.] Supra 1. q. 4. §. item peccato Achor.

c ¶ Ad mingentem ad parietem.] Id est, usque ad canē uel infirmum, qui propter debilitatem adhæret parieti & mingit.

a ¶ Non tenentur.] Sup.d.56.vndecunq; & c.nunquã. SI habes. CASVS. Auxilius episcopus excommunicauit filiam Classiciani cum coniuge, & cum tota familia sua, quæ non peccauerat. Super quo cum ab Aug. reprehenderetur, eo quòd propter peccatum unius nec uxor nec familia sit excõmunicanda defendebat se duobus exemplis, s. sociorũ Chore uel Amalechitarum, ubi non solũ malefactores sũt puniti, sed etiam familiæ eorũm: & exẽplo quorundam sacerdotum magni nominis, qui quondã excommunicauerũt parẽtes cum tota familia sua. Aug. uero respõdet eidẽ dicẽs, ꝙ ille se tueri nõ potest cu loquantur de corporali pęna: qua sæpè unus punit ꝓ alio ad terrorẽ aliorum. Similiter exemplo illorum sacerdotũ magni nominis se tueri non põt: qa si essent interrogati idoneam redderent, rationem unde cum de hoc reddere rõnẽ non possit, restat ut incõsultè aliquid facere non debeat, de quo si interrogetur, rectè respondere nõ ualeat. ius, uel ciuitas tota nunquid erunt excõmunicati, qui nascuntur sic quam primum sunt baptizati, an nõ? pro hoc facit, quia eadem familia est 7.q.1.denique, ff. de iudi. proponebatur. Quidam tamen dicunt, quòd qui nascuntur, non sunt excommunicati.

Ciuitate tota excõicata qui nascuntur qñ sunt excomunicati.

b ¶ Anathematizetur.] Alias minori excõicatione bene unus pro alio punitur. & sic non sunt contraria 90. distin. oblationes. 17. quæstione 4. miror. ext. de spon. non est uobis.

c ¶ Aut ꝓ mariti.] Nec etiam ciuiliter uxor ꝓ marito conuenit. C. ne uxor ꝓ ma l.1. per totũ nisi in casu ubi res uxoris pro marito intelligũtur obligatæ, C. de principio l.1. & 2. & 3. in fi. leg.12.

d ¶ Hæc enim.] Antypophora est, ꝙ possit dici, quia inuenio unum pro alio punitum.

e ¶ Pœna.] Certè in hoc grauiter excedũt: nam istud specialiter eis concéditur, alijs etiam interdictis. ext. de spõ. nõ est uobis. S d pone, ꝙ possit anathematizari sic familia pro peccato alicu-

a ¶ Ad

legitur: quæ ẽt illos inuoluit, qui peccati conscientiam nõ habebãt. Si ergo tam seuerissime pro peccatis parẽtum inueniuntur paruuli puniti; non dubium est, quin pro peccatis eorundem sñia excõicationis pariter feriri valeant. ¶ *His ita respondetur. Pro peccatis parentum paruulos corporaliter flagellari ex verbis Euangelij apparet: vbi discipuli de cæco nato Christum interrogasse dicuntur: [Rabbi quis peccauit, hic, aut parentes eius, ut cæcus nasceretur?] In quibus etiã illud completur, quod Dominus ait ad Moysem: [Ego sum Deus zelotes visitans peccata patrum in filios vsque in tertiam, & quartam generationem.] Spiritualiter autem peccatis parentum paruuli non tenentur:* [a] *ex quo per sacramentum regenerationis ab originali peccato fuerint emundati. Vnde per Ezechielem Dominus ait: [Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, neq; pater iniquitatem filij: iustitia iusti super eum erit: & impietas impij erit super eum.] Quæcumque ẽt peccata parẽtes commiserunt, ex quo filius personaliter ab eis separatus fuerit, ei non imputantur ad pœnam. Vnde peccato Adæ ideo omnes posteri teneri dicuntur: quia nondũ aliquis ex illo materialiter fuerat proseminatus. Quia vero apud Deum non sententia sacerdotum, sed vita eorũ quæritur: patet, quod non est notandus sententia, quem peccati macula non inficit. Hinc Paulus Corinthijs scribens ait: [Siquis frater nominatur fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens cum huiusmodi nec cibum sumere debetis.] Ex quibus verbis datur intelligi, quod nisi primum aliquis nominatus* α *fuerit de crimine, idest, vel coram iudice accusatus, & conuictus, vel in iure ipse de se fuerit confessus: quòd nec sententia est feriendus; nec ab eius communione abstinendum. Non ergo pro alicuius peccato tota familia excommunicanda est.*

Io 9.

Exod. 20.

Ezech. 18.

1. Cor. 5. mutatis aliquantulum uerbis.

α ¶ Nominatus.] *Hæc explanatio loci B. Pauli ad Corinthios & hic, & supra 11.q.3. ad mensam, §. euidenter. videtur accepta ex verbis B. Augustini in lib. 50. homiliarum, homilia vlt. c.12. supra 2.q.1. c. multi.*

Vnde Augustinus scribit ad Auxilium episcopum, epist. 75.

¶ Pro peccatis patris non est filius anathematizandus.

C. I.

Iuo p.14.c.44. Pann. l.5.c.126.

SI habes de hac re sententiam certis rationibus, vel scripturarum testimonijs exploratam, nos quoque docere digneris, quomodo rectè anathematizetur [b] pro patris peccato filius: aut pro marito,[c] vxor; aut pro domino, seruus; aut quisquam etiam in domo nondum natus, si eodem tempore; quo vniuersa domus est anathemate obligata, nascatur, nec ei possit per lauacrum regenerationis in mortis periculo subueniri. Hæc α enim [d] fuit corporalis, pęna,[e] qua legimus quosdam contemptores Dei

a ¶Ad terrorem.] 2. q. 7. quapropter.
b ¶Mortalia.] Et ideo non videtur esse magnum, si id faciam quod alias facturus essem, ut sup. prox. q. 1. quid culpatur, ff. de cond. cau. da. l. si pecuniam. §. vlt.
c ¶Anima.] Sup. 1. q. 4. Iudæi.
d ¶Au-

rijs, & est hic arg. testes non esse recipiendos, qui dicũt se rem scire, nisi qualiter. & vnde nouerunt declararẽt, nisi enim omnia inquirantur, non potest perueniri ad veritatem. 23. q. 8. occidit, & arg. sup. 17. q. 4. miror. arg. 35. q. 6. de parentela. & 4. q. 3. si testes. extra de senten. & re iud. sicut. Dic, de omnib. nõ redditur ratio inspecta ratione voluntaria, vnde illud: Sic volo, &c. sed inspecta naturali ratione secus. C. de his qui ve. ęta. impe. leg. vlt. Io.

Testis rationẽ sui dicti assignare debet.

† al. quippe.

cum suis omnibus, qui eiusdem impietatis participes fuisse, pariter interfectos. Tunc quidem † ad terrorem [a] viuentium mortalia [b] corpora perimebantur, quandoq; vtique moritura. Spiritalis autem pœna; qua fit, quod scriptum est, [Quæ ligaueris in terra, erunt ligata & in cœlo.] animas obligat: de quibus dictum est: [Anima [c] patris mea est: & anima filij mea est: anima, quæ peccauerit, ipsa morietur.] Audisti [d] fortasse aliquos magni nominis [e] sacerdotes cum domo sua quempiam anathematizasse peccantium. Sed forte, si essent imterrogati, reperirentur idonei [f] reddere inde rationem. Ego autem quoniam si quis a me quærat, vtrum recte fiat, quid ei respondeam, non inuenio: nunquam hoc facere ausus sum de quorundam β facinoribus vnanimiter aduersus ecclesiã perpetratis, nisi grauissime commouerer [g]. Sed si tibi, quòd iuste fiat, Dominus reuelauit; nequaquam iuuenilem ætatem tuam, & honoris ecclesiastici rudimenta cõtemno. En adsum: senex [h] a iuuene coepiscopo, & episcopus tot annorum a collega nec dum anniculo paratus sum discere, quomodo vel Deo, vel hominibus iustam possumus reddere rationem, si animas innocentes pro scelere alieno (ex quo nõ trahunt, sicut ex Adam, in quo omnes peccauerunt, originale peccatum) spirituali supplicio puniamus. Etenim Classiciani filius, etsi traxit ex patre primi hominis culpam sacro fonte baptismatis expiandam [i]; tamen quidquid, posteaquam eum genuit, peccati pater eius admisit, vbi particeps ipse non fuit, ad eum non pertinere [k] quis ambigit? Quid, dicam de coniuge? Quid de tot animabus in vniuersa familia? Vnde si vna anima per istam seueritatem, qua tota domus ista anathematizata est, sine baptismate de corpore exeũdo perierit; innumerabilium mors corporum, si de ecclesia homines innocentes [m] violenter abstrahantur, & interficiantur, huic damno non potest comparari. Si ergo ad hac re potes reddere rationem; vtinam & nobis rescribendo præstes, vt possimus & nos. Si autem non potes: quid tibi est incõsulta cõmotione animi facere; vnde si interrogatus fueris, rectã rõnem non valeas inuenire? Hæc aũt dixi, ẽt si filius noster Classicianus aliquid admisit, quo tibi anathemate plectendũ iustissime videreẽ.

Matth. 16.
Ezec. 18.
Rom. 5.

α ¶Hæc enim fuit.] *Sic etiam apud Ioannem, & in Pannormia: In epist. autem ipsa legitur.* Neque enim hæc corporalis est pœna: qua legimus quosdam contempores Dei cum suis omnibus qui eiusdem impietatis participes non fuerunt pariter interfectos. *Verum ob glossam, & doctorum dicta nihil est mutatum.*

g ¶Nisi grauissime cõmouerer.] Genus loquendi, sicut & illud, ego nõ facerem tale quod, nisi essem extra memetipsum. posset tamen prohiberi familiæ ne domino communicaret, forte propter atrocitatẽ facinoris, vt arg. ext. de sentẽ. excom. inter alia. in fi. & 17. q. 4. miror. & not. 11. q. 3. qm̃ multos. Sed nũquid hoc licebit, si grauissime commoueretᷣ nõ. Innuit ergo non qd fieri deberet: sed qd fieri posset. solẽt quippe hoĩes recẽtioribus factis turbulenti⁹ excitari, ut 23. q. 5. c. 2. & 11. q. 3. ira.
h ¶Senex.] Reprehensibilis est. n. eps, qui a perito subdito contemnit edoceri, ut s̃. 38. d. c. vlt. sup. d. 22. de Constãtinopoli. Et nulla ætas sera est ad discendum. vsq. ad 88. annũ. ff. de fideic. liber. apud Iulianum. & sępe reuelatur minori, &c. ut 95. dist. esto.
i ¶Expiandam.] j. de conse. d. 4. si quidquid.
K ¶Ad eum non pertinere.] Sup. 1. q. 1. Dominus declarauit sup. 1. q. 5. c. j. & vlt. contra.
l ¶De cõiuge.] Sup. 11. q. 3. qm̃ multos. C. de sacros. eccl. sancimus. in fi.
m ¶Innocẽtes.] Ar. maius peccatũ esse interficere paganum quam Christianum bonũ. arg. cõtra. 25. q. 5. si nõ licet 1. Sed

Eps̃ nõ erubescat a subdito doceri.

Paganum interficere an sit grauius, q̃ Christianũ. 1 Ad idẽ 50. dis. de his 1. ver. verũ. & de cõse. dist. 4. rebaptizare. vbi d̃ hoc.

d ¶Audisti.] Alia antypophora.
e ¶Magni nominis.] Ironice.
f ¶Idonei.] Et ita non sufficit dicere nisi ratio dicti assignetur. 2. q. 7. criminationes. Ar. cõtra. de pę. d. 4. si ex bono. ff. de leg. non omnium. & inf. proxi. q. 4. de Ty-

hoc uerum est in illato, non in commisso, idest, maius peccatum est si vna anima per peccatum infidelitatis pereat, quam si innumerabilium martyrum corpora pro eo trucidarentur. & hoc videtur litera dicere, si innocentes de ecclesia extrahantur, si martyrum corpo-

corpora pereant nō est damnum: sed dicitur secundum v. ligare hominum damnum ibi esse.
VT ERGO. Hęc est 2. pars q. in qua probat per 8. c. q̄ magis nocet maledicenti, quam illi, cui iniuste maledicitur. Ioan.
quis non commisit delictum propter quod à prælatis iniuste excomnunicatur, sententia eorum læditur: & ideo interdum fit, quod ille, qui extra ecclesiam mittitur, intus sit: & econuer so. Sequens cap. patet, quod de eadem materia loquitur, & de simili.

CASVS. Concludit hanc Grat. ex supradicto c. q̄ aliquis non est excommunicandus pro peccato alterius: nec aliqua rōne nitūtur qui totā familiā pro peccato vnius excōicant: q̄d si factū fuerit, talis illicita excōmunicatio nō lædit excōicatū, sed excommunicantem: q̄d probat vsq; ad §. illicita.
a ¶ Mediolanensi.] i. de illa ciuitate nato, uel suffraganeo Mediol. archiepiscopi.
COmperimus.] CASVS. Laur. archi. Mediolan. nulla culpa exigente, Magnum episcopum excommunicauit: qui postea ei successit. Papa vero Greg. ipsum absoluit, mādans ei ut libere suū officiū exequat. Seq. c. patet
b ¶ Laurentius.] Is fuit archieps Mediolanen. d. 17. §. hic ēt 3. 63. d. quanto uel ipse magn⁹ fuit post Laurentium natus.
e ¶ Priuauerit.] Arg. cōtra. ff. de re iud. l. 4. §. condēnatū. Sed ibi de condemnato in causa pecuniaria, vbi contemptus nō ligat.
d ¶ Munitus.] arg. q̄ sicut solo uerbo excōicatur q̄s, ita ex solo verbo absolui potest 1. ar. 5. q. 1. quidam. arg. 3. inf. ea. §. notandū. ext. de sen. exc. cū desideres. 11. q. 3. cū aliquis credo quod solo verbo possit absolui. quia omnes res p̄ quascūque cās. 3hitur &c. ext. de reg. iur. c. 1. ff. eo. tit. nihil uel non tenuit hæc sententia: quia Laurētius erat hæreticus. Ioan.

Excōicatio & absolutio solo uerbo fieri possunt. 1 Ad hoc facit q̄d no. ex tra de sentē. excō. quāuis gl. 1. de hoc et not. 11. q. 3. cū aliquis.

β ¶ De quorundam.] *Eadem glossa obstitit, ne hoc mutaretur: itemque, quoniam cum Iuone, & Pannormia concordat. In originali autem est*, cum de quorundam facinoribus immaniter aduersus ecclesiam perpetratis grauissime permoueret.

γ ¶ Quid dicam de coniuge:] *Verba hæc desunt in cæteris editionibus epistolarum, excepta Antuerpiana. Sunt aūt in codice illarum Vaticano, & apud Iuonem & in Pannormia.*

2 *Vt ergo ex hac auctoritate euidentissime monstratur, illicite excommunicetur quis pro peccato alterius: neque aliqua ratione nituntur, qui pro peccato unius in totam familiam sententiam ferunt excommunicationis. Illicitā autem excommunicatio notatum non lædit, sed excommunicantem.*

Vnde Gregorius scribit Magno Mediolanensi [a] *episcopo, lib. 2. epist. 26.*

¶ Qui illicite aliquem excommunicat, semetipsum, non illum condemnat. C. II.

COmperimus, quòd Laurentius [b] quoniam frater, & coepiscopus noster nullis te culpis exigentibus † communione priuauerit. [c] Ideoque huius præcepti nostri auctoritate munitus [d] officium tuum securus perage: & communionem sine aliqua sume formidine.

Poly. l. 1. tit. 22. Iuo p. 14. c. 17. Pann. l. 5. c. 129. † al. extantib.

Item Hieronymus in Leuiticum.

Origenes ho. 14. c. 24. Leuit.

¶ Qui non corde, sed ore maledicunt, labiorum immunditiam contrahunt. C. III.

QVi negligunt oris maledici consuetudinem [e] resecare: etiam si non ex corde maledicant [f]; etiam si non voto, & animo iniquo proferant maledicta, tamē immunditiam labiorum (secundum Esaiæ verbum) & inquinamenta oris incurrunt.

Esa. 6.

Item Hieronymus vbi supra.

Origenes ibid.

¶ Vita, non sententia quemlibet ligat, vel soluit. C. IIII.

inf. ea. cum aliq.

SI quis non recto iudicio eorum, qui præsunt ecclesiæ, depellatur, & foras mittatur: si ipse nō ante exijt, hoc est, si nō ita egit, vt mereretur exire, nihil lęditur [g] in eo, quod non recto iudicio ab hominibus videtur expulsus. Et ita fit, vt interdum ille, qui foras mittitur, intus sit, & ille foris, qui intus [h] retineri videtur.

Item Rabanus de ecclesiasticis pressuris, lib. primo.

e QVi negligunt.] Consuetudinem. [Inducitur ex consuetudine præsumptio, ut distinct. 44. multis infra eadem Deus. ff. de re milit. non omnes. ff. de vsu & habit. plenum. §. sed si ff. de accusatio. si cui.
f ¶ Maledicant.] Quod fit quando non credunt esse uerum quod dicunt: uel quando pater maledicit filio, vt 5. q. 5. non osculatur.
SI quis non recto.] CASVS. Dicit Hierony. quod si

g ¶ Nihil læditur.] Sup. 11. q. vlt. cui est illata, & cap. & si ad tempus.
h ¶ Qui intus.] Supra 2. q. 1. nemo contra 11. quęstio. 3. illud, & cap. quid ō bsit & dic, nihil læditur quantum ad recipiendum unitatem sanctorum: læditur autem quantum ad participand. ecclesiastica ministeria. Sententia autem pastoris semper timenda est: Nam quo ad Deum non potest ecclesia ligare, nisi cum emittit constitutionem aliquam, vt sup. eadem quæst. 1. c. 1. & 2.

Ecclesia qu... i ter pot... ligare.

g ¶ Ni- a ¶ Non

a NOn in perpetuum.] ¶Illud.] Scilicet iustum. b ¶Illi.] Ideſt, ad malum iſtius, ſcilicet iniuſti. c ¶Sacrilegij. Item tenetur actione iniuriarū. 11.q.3. c. temerarium. & tenetur ad omne intereſſe. & ad maiorem pœnam, ſi viſum fuerit expedire: extra de ſenten. ex.om. excommunicans. & reſpondet ꝙ nullus debet iniuſte excōicare, & ſine cauſa: & ꝙ iniuſte excommunicatus a maiori prælato petere debet abſolutionē: iniuſtus vero excommunicator priuari debet communione ſpatio xxx. dierum: quod probat auctoritate Greg. In ſecunda parte quærebatur quoties aliqs ſit vocandus ad cauſam: & ſi non uenerit, vtrum poſſit cōtra illum ſententia ferri. Et reſpōdet ꝙ tribus edictis, uel vno pro oībus peremptorio eſt qs vocandus ad cauſam: & ſi non venit, tanquam cōtumax poterit cōdemnari: nec releuabitur ſententia per appellationem. De tribus edictis probatur quatuor auctoritatibus, ſcilicet auctoritate legis. & tribus auctoritatibus alijs de vno perēptorio ꝓbat duabus auctoritatibus. ſcilicet per eandem legē, & auctoritate Africani concilij de ſentētia in contumacem ferenda probatur auctoritate Greg. Secūda pars incipit ibi [De cōuentione auctoritatibus,] ideſt, citationibus. Et hāc literam ſic ordinabis [De tribus &c.] ideſt, de conuentis tribus 1 auctoritatibus.

Iuo p.14.c.20.
Pann.l.5.c.132.
Pſal 36.

NOn in perpetuum damnamur, cum iniuſte iudicamur: dicente pſalmo: [Nec damnabit illum [a], cum iudicabitur illi [b].] Multi ſacerdotum, culpam zelo Dei ſe perſequi profitentur. Sed dum indiſcrete hoc agitur, ſacrilegij [c] facinus incurrunt: & dum præcipites [d] quaſi ad emendandum ruunt, ipſi quoque multo magis deterius cadunt.

Item ex concilio Pariſienſi tempore Ludouici.

¶Qua pœna feriatur qui illicite aliquem excommunicat. C. VI.

Iuo p.14.c.21.
Pann.l.5.c.124.2.q.1. nemo epiſcopus.
† al. ea.
Lib.2.ind.11.epi.6.
† al. conuictus.

DE illicita excommunicatione lex Iuſtiniani Imperatoris catholici, quam probat, & ſeruat catholica eccleſia, cōſtitutione cxxiij. & [e] cap. cccli. decreuit, vt nemo epiſcopus, nemo presbyter excōicet aliquem, antequam cauſa probetur, propter quam eccleſiaſtici canones hoc fieri iubent. Si quis autem aduerſus eam † aliquē excommunicauerit; ille quidem, qui excōicatus eſt, maioris [f] ſacerdotis auctoritate ad gratiam ſanctæ communionis redeat: is autem qui legitime [g] non excommunicauerit; in tantum abſtineat a ſacra communione tempus, quantum maiori ſacerdoti viſum [h] fuerit: vt quod iniuſte fecerit ipſe, iuſte patiatur. Et hic S. Gregorius ad Ioannē epiſcopum iniuſte excommunicantem inter cætera ſcribit dicens: [Caſſatis prius, atque in nihilum redactis prædictæ ſententiæ tuæ decretis, ex B. Petri principis Apoſtolorum auctoritate decernimus, triginta dierum ſpatio te ſacra communione [i] priuatū ab omnipotenti Deo noſtro tanti exceſſus veniam cum ſumma pœnitentia, ac lachrymis exorare. Quòd ſi hanc ſententiā noſtram te cognouerimus impleſſe remiſſius; non iam tantum in iuſtitiam, ſed & contumaciam fraternitatis tuæ cognoſcas, adiuuante Domino ſeuerius puniendam.] quia nemo præpropere, vel præpoſtere, ſcilicet non cōmonitus, neq; cōuentus †, eſt iudicandus. De conuentione autem huiuſmodi patratoris manifeſtorū [k] criminum lex dicit.

e ¶Cxxiij.]. Hodie non diſtinguitur liber iſte per c. 1. ponitur autem lex iſta in authen. de ſanct. epiſcop. colla. 11. 2. quæſt. 1. nemo epiſcopus.

1 Sub. nec tot ſunt conſtitutiones in corpore authenticorum. ſed dic ꝙ appellat hic conſtitutiones diuerſitates rubricarum, quia vt patet in auth. frequēter in una cōſtitutione continentur plures rubricæ ſecundū Io. de Fant.

f ¶Maioris.] Quando ſuperior poſſit abſoluere ligatū ab inferiore, not. 11. q. 3. ſi epiſcopus. Qua autem pœna puniatur iniuſte excommunicans, habes extra de ſenten. excom. ſacro.

Item crimen ſacrilegij dignum eſt depoſitione, ut 81. diſt. Apoſtolus. nec poteſt promoueri talis, vt ibi dicitur quare ergo tamen pęna ſuſpenſionis xxx. dierum infligitur ei, ut inf. ead. c. prox. Sed forte ibi loquitur cum agitur ad depoſitionem. Vel dic, quòd non quodlibet ſacrilegium inducit depoſitionem.

Sacrilegium eſt ā qoſitione dignum.

ADDITIO. Nam varia eſt pœna ſacrilegij, prout not. 17. q. 4. ſacrilegium.

Virtus oīa percunctaī.

d ¶Et dum præcipites.] Iudices non erunt præcipites ad excommunicandum, ut extra de app. reprehenſibilis iniquitas enim omnia præcipitat: virtus autem lenta eſt & omnium percunctatrix. de pœn. d. 3. inter hæc hircum.

DE illicita.] CASVS. Hoc diuiditur in duas partes. In prima dicitur, ꝙ duæ factæ fuerunt quæſtiones in concilio Pariſien. ſcilicet a quo petat abſolutionem iniuſte excommunicatus: & quam pęnam patitur iniuſte

g ¶Qui legitime.] Etiam ſi iuſta fuerit cauſa excommunicationis, ut extra de ſent. excom. ſacro.

h ¶Viſum.] Hodie relinquitur arbitrio iudicis, uel epiſcopi, ſed tantum menſis ad hoc præfigitur, ut extra de ſent. excom. ſacro. Vel dic ꝙ ſecundum arbitrium ſuperioris carebit communione hominum, ſed tamen ipſo iure eſt priuatus ingreſſu eccleſiæ.

i ¶Communione.] Hodie tantum ab ingreſſu eccleſię. ut ext. de ſent. excom. ſacro.

k ¶Manifeſtorum.] Argu. ꝙ in manifeſtis criminibus præcedit admonitio. arg. 3. q. 5. quia ſuſpecti arg. contra extra de iureiur. ad noſtram.

l ¶Lex.] Hæc lex inuenitur niſi intelligatur ex tenore legis, quæ eſt. C. quomodo & quando iud. conſentaneum.

a ¶ Auctoritatibus.] Id est, citationibus.

b ¶ Peremptorio.] Dico ꝙ quilibet iudex potest peremptorium mittere, vt probatur extra de sent. & re iud. cū Bertholdus in prin. extra de off. iud. del. ex literis. licet oēs dicere consueuerint ꝙ tantū ordinarius vel a principe delegatus possit illu mittere, ut in authen. de lit. §. oēm. in fi. coll. 8. C. d iud. sancimus. in fi. ext. de app. cū sit Romana. Itē peremptoriū nō est statim mittēdū, nisi cogat necessitas, ut ext. de dila. c. 1. ff. de iudi. nōnūquā. Itē scias, ꝙ licet lex dicat ꝙ iudex debet mittere adhuc unum edictum post peremptoriū, ut ff. de iud. & post. illud tñ nō est verum, nisi velit iudex gratiā facere ei ex de offi. deleg. consuluit. Itē dicunt quidam, ꝙ peremptoriū debeat continere tm̃ quantū si quodlibet triū edictorū proponeretur. C. qñō & qñ iudex. in authē. qui semel. Sed verius credo, quod illud sit in iudicis arbitrio, ut ext. de app. cū sit Romana. Item licet iudex tribus edictis & uno perēptorio debeat citare, si tamen pars non venerit ad primā citationē punit in sumptib. litis. C. de iudic. sācimus. Itē si iudex ter citet, & non apponat hoc aduerbiū, pēptorie, tñ intelligit citatus peremptorie, vt C. qñō & qñ iudex tres denunciationes. Itē si reus ad primā citationē dicat se nolle venire, nō est denuo citādus, qa ideo ter citat, ut pſumat eius contumacia. ff. de re iud. ɔtumacia. cū ergo certū si eum nolle venire nō est denuo citādus, quia in incertis, nō in certis locus est cōiecturis. ff. de verb. oblig. cōtinuus. Sed qd si iudex proferat sententiam ɔ̃ citatū nō peremptorie? vr ꝙ nō teneat snīa. vt C. quomodo & qñ iudex. l. ea. quę & hic idem videtur ar. cōtra C. quomodo & quando iudex. cessante.

Citatio peremptoria an possit a quocumque iudice mitti.

Citatio peremptoria quantū tempus cōtinere debeat.

Contumax non appellat.

lans, ut 2. q. 6. §. sunt etiam quorū. sed est arg. contra. 3. q. 9. reuera extra de sent. excom. per tuas.

d ¶ Ex Euangelica auctoritate.] Nam paterfamilias bis misit seruos suos. tertio filiū ad inuitatos. Vel loquitur de Euangelica denunciatione, ut 2. q. 1. si peccauerit. 1

[Quicumque tribus auctoritatibus [a] iudicis conuentus, vel tribus edictis ad iudicem fuerit prouocatus, aut vno pro omnibus peremptorio [b], idest, quod causam extinguit, fuerit euocatus, & præsentiam suam apud eum iudicem a quo ei denunciatū est, exhibere noluerit, aduersus eum, quasi in cōtumacem, iudicari potest. Quinimo nec retractari per appellationem [c] negocia possunt; quoties in contumacem fuerit iudicatum.] Et hanc sententiam de tribus auctoritatibus couentis ex Euangelica auctoritate [d] Cęlestinus [β] ad Nestorium dicens, & Ephesina [γ] synodus de eodem decernens, & beatus Gregorius ad Ioannem scribens comprobat. De peremptorio autem scripto Africanum cōcilium demonstrat de Cresconio, vt si conuentus resipiscere detrectauerit, suo cōtemptu, & sua contumacia faciente, auctoritate iudiciaria protinus excludatur. Item beatus Gregorius de sententia in contumacem scribens ad Maximum præsumptorem Salonitanum episcopum dixit: [Hortamur, vt ad nos venire omni postposita excusatione festines: quatenus seruata iustitia, hæc, de quibus accusaris & cognoscere, & finire secundum canonica instituta Christo reuelante possimus. Ita autem fac, vt ad veniendum amplius iam moras nō ingeras: ne ipsa te magis absentia obnoxium his, quæ dicuntur, adsignet: & nos in te hæc res non solum propter dicta crimina, quæ purgare subterfugis, sed etiā propter inobedientiæ culpam, durius scilicet, ut in contumacem, cogat ex concilio ferre iudicium [e].]

e ¶ Iu- In cod. Theod. li. 5. snīarum Iulij Pauli tit. 5. partim in interpretatione, partim post interpretationem.

1 Et 17. q. 4. de presbyte. 10.

c. 15. & 44.

lib. 5. epist. 3.

α ¶ cxxiij.] *Sic est, & in nouellis Iustiniani, & in Epitome Iuliani antecessoris, & in aliquot Gratiani codicibus; licet in alijs sit cxxv. y. Numerus autem capitis emendatus est ex uetustis exemplaribus. Olim enim nouellæ per capita, non per libros diuisa citabantur.*

β ¶ Cœlestinus. *In concilio Ephesino bibliothecæ Vaticanæ, & Lutetia impresso in epist. ipsa Cælestini ad Nestorium hæc leguntur ad hoc caput pertinētia.* Scias uolo post primā & secundā illius *(scilicet Cyrilli)* & hāc nostrā correptionē, quā constat esse iā tertiā, ab vniuersitate collegii, & cōuentu Christianorū te prorsus esse seiunctū: nisi mox quæ male dicta sunt corrigant. *In eodem vero concilio nuper Ingolstadij impresso, epistola hæc est in tomo primo, c. 16.*

γ ¶ Ephesina. *In ijsdē Vaticano, & Parisiēsi Ephesini cōcilij exēplaribus in epistola ipsius synodi ad Nestoriū hæc habētur.* Ecce, autē simul præsidente sanctæ synodo, q̄ in magna Roma cōgregata est, sanctissimo, & reuerendissimo fratre, & cōministro nostro Cęlestino, & epō; & tertia te hac contestamur scriptura, &c. *In snīa vero depositionis ipsius Nestorij post mentionē duarū citationū additur,* Canonibus aūt præcipientibus euocari tertia vocatione inobedientem, dirigētes ad eum rursus alios sanctissimos episcopos, contumacem inuenimus, & renitentem, &c.

c ¶ Per appellationē.] Nā contumax non audit appel-

e ¶ Iudicium.] Potest intelligi de infamato, qui se noluit expurgare: vnde propter hoc erat deponendus.

vt

In concilio autem Ingolstadij excuso tomo 2.c.2.sunt expressæ tres citationes ipsius Nestorij.

Item Origenes super Leuiticum,hom.14. ad c.24.

¶ Vita,non sententia ab ecclesia aliquem eijcit,vel ad eam reducit. C. VII.

Sent.4.dist.18. sup. ead.si quis.

CVm aliquis exit a veritate,a timore Dei,a fide,a charitate,exit de castris ecclesiæ; ēt si per epi vocē mini me abijciatur:sicut è contrario,dum aliquis non recto iu dicio foras mittitur;s. si non ante exierit,i. si non egerit, ut meretur exire;nihil lęditur.Interdum.n.qui foras mit titur,intus est: & qui foris est, intus retineri videtur.

¶ *Apud Origenem post c.qui negligunt. sup. eadem citatum,sequitur*. Iste tamen,qui licet matre Israelitide,Aegyptio tamen patre progenitus est,exijt, & nominãs nomen maledixit.De quo ego puto, quod nisi exijsset, nec litigasset aduersus verum Israelitam, nec nominans maledixisset.Exijt.n.a veritate: exijt a timore Dei,a fide, & charitate:sicut superius diximus,quomodo per hæc quis exeat a castris ecclesiæ, &c.

Item August.serm.11. de verbis Domini.

¶ Et qui aperto sacrilegio,& qui peruersa vita fidelibus non sociantur, ad ecclesiam non pertinere probantur. C. VIII.

1.Cor.3. In epist.Iudæ. † al.referretur.

DE illis,qui sunt ab ecclesia segregati,non dicit [a] [ea, quæ sunt spiritus,non percipientes] ne ad sciētiæ [b] perceptionē referrentur : † sed dictum est, Spiritum nō habentes.] *& infra.* ¶ Hoc vtiq; α nullo modo diceret ab ecclesia segregatis,qui dicti sunt spiritum non habentes.Sed nec ille dicēdus est esse in ecclesia, [c] & ad istā so cietatem spiritus pertinere, qui ouib. Christi ficto corde miscetur.Sanctus.n.spiritus disciplinæ fugiet fictū.] Neque.n.solum β ad ecclesiam non pertinent,qui separationis aperto sacrilegio manifesti sunt,sed ēt illi,qui in eius vnitate corporaliter misti per pessimam uitā separantur.

Sap.1.

¶ *In sermone indicato B.Aug.agens de ijs,qui se omnino ab ecclesia separauerunt,ait, horum schisma longe diuersum esse ab illo, quo aliqui in ecclesiæ vnitate permanētes inter se dissentiunt prout Corinthij faciebāt:ad quos Paulus scribens epist.1.carnales eos vocat;quia dicerent,Ego sum Pauli,ego vero Apollo.De illis ergo(inquit B.Aug.) qui planè sunt ab ecclesia separati, non est accipiendum, quod dicit Apostolus 1.Cor.3.* ea, quæ sunt spiritus non percipientes,*sed quod dicit in sua epistola Iudas*, qui segregant semetipsos,animales, spiritum non habentes.

α ¶ Hoc vtique.] *Repetendum est quod apud B.Aug.antecedit de paruulis, & carnalibus, qui tamen sunt intra ecclesiæ vnitatem.* Postremo(*ait*)vt certissime nouerimus,quod paruuli in Christo,non percipientes,quæ sunt spiritus Dei, habent tamen spiritum Dei, paulo post, intueamur,quemadmodum eos ipsos increpans ait,nescitis,quia templū Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis. [Hoc] vtique nullo modo diceret ab ecclesia segregatis,&c.

β ¶ Neque enim solum.] *Hinc vsque ad finem non sunt inuenta. Facit tamen ad hanc sententiam, quod scribitur libro 3. de baptismo contra Donatistas, c.17.*

Item ex quinta synodo,collatione 5.

ut 30.dis.c.ult.in fi. Vel intelligas istud de sent.excō. & non de diffinitiua : quia illa non fertur nisi lite contest.qualiter autem in criminalibus ferenda sit sententia,notaui 3.q.9. in summa.Ioan.

CVm aliquis]CASVS. Dicitur in hoc c.ꝙ si quis facit contra fidē, & ueritatem;si extra ecclesiam per prælatum non abijciatur,tamē extra ecclesiam est: sicut econuerso si qs iniuste excom.municatur in ecclesia remanet, & non læditur:& ita contingit. ꝙ qui foras mittitur,intus est: & qui foris est,uidetur intus retineri.

DE illis]CASVS. Dr̄ in hoc c. ꝙ sunt duo genera hominum, qui sunt ab ecclesia separati,s.iuste excōicati, & hypocritę de quibus dicit Aug. ꝙ spiritum sanctum non habēt: dona tamen eius(ut scientiam) habent. Et hoc probatur auctoritate Iudæ.

a ¶ Non dicit.] Iudas Apostolus.

b ¶ Scientiæ.] Hoc uult dicere, ꝙ hæretici, & hypocritæ ab ecclesia sunt segregati, nec spiritum sanctum habent, licet habeant dona spiritus sancti, i. sciētiā, & fortitudinem.

c ¶ In ecclesia.] Inf. de consec. dist.4.est unitas.cōtra. sed ibi ecclesiæ nomen largius sumitur, & cōprehendat bonos, & malos. ad hoc facit 11.q.3.aud. & melius c.nolite 1. a ¶ Cer-

Hipocritæ non habent spiritum sanctum.

1 Hic uero sumitur ecclesia ꝓ triūphante.

¶ A Deo separamus; quos impios demonstramus.

C. IX.

CErtum est; quòd qui impius demonstratus est; omni modo separatus est à Deo: sicut etiam ille qui anathematizatus, [a] tanquam impius separatus est. Nihil. n. aliud significat anathema, nisi à Deo separationem. [b] Iuo p. 14. c. 49. Pann. l. 5. c. 89.

3 *Illicita ergo excõmunicatio, ut ex præmissis apparet, non lædit eum, qui notatur, sed à quo notatur: ac per hoc qui innocentes sunt, ex alterius crimine condemnari non possunt, sicut ab imprudentibus familiæ potentum pro peccatis dominorum solent notari. Sed adhuc obijcitur, quòd non solum innocentes, sed nec etiam criminosi sententia maledictionis sint feriendi. Ait enim Christus in Euangelio,* [*Orate pro persequentib. & calumniantibus vos, benefacite his, qui vos oderunt;*] *Item Apostolus,* [*Benedicite persequentibus vos, benedicite & nolite maledicere.*] *Item* [*Maledici regnũ Dei non possidebunt.*] Matth. 5. Rom. 12. Gal. 5.

Item Hieronymus in epistolã [c] *ad Titum initio. c. 3.*

¶ Ab omni maledicto fideles immunes esse oportet.

C. X.

SI igitur Michael non fuit ausus diabolo; [d] & certe maledictione dignissimo iudicium inferre blasphemiæ; [e] quanto magis nos ab omni maledicto puri esse debemus? Merebatur diabolus maledictum: sed per os Archangeli blasphemia exire non debuit. Relege veteres libros, & vide, quæ tribus in monte Garizin constitutæ sint, vt benedicerent populo, [f] & quæ in monte altero, [g] ut maledicerent: Ruben, qui maculauerat torum parentis, & Zabulon nouissimus Liæ filius, & ancillarum liberi in monte Heliel † [h] ponuntur; vt maledicant [i] his, qui maledictione sunt digni. In epist. Iudæ. Deut. 27. † al. Hebal.

Item in libro Iosue.

¶ Quos significent illi, qui ad benedictionem, quiue ad maledictionem de filij Israel electi sunt. C. XI.

CVm ergo in singulis quibusque fidelium talis sit propositi [k] varietas; hoc mihi designari uidetur in hoc loco, quòd dimidij illi, qui iuxta montem Garizin incedunt (illũ, qui ad benedictionem electus est) istos figuraliter † indicent, qui non metu pœnæ, sed benedictionum, & repromissionum desiderio veniunt ad salutem: [l] illi uero dimidij, qui iuxta montem Gebal † incedũt, in quo maledictiones prolatæ sunt, istos alios incedent, qui malorum [m] metu & suppliciorum timore cõplentes quæ in lege scripta sunt, perueniunt ad saluté. Origenes ho. 9. ad c. 9. Iosue. † al. singulariter.] orig. † al. Hebal.

a CErtum est.] Anathematizatus.] Scilicet iustè: nam quoad Deum æquè separatur quis a Deo per peccatum, sicut per excommunicationem.

b ¶ Separationem.] Sup. 4. q. 4. Engeltrudam.

ILLICITA. Hæc est 3. pars q. in qua probatur, quod nullus bonus debet aliũ maledicere, nisi quando aliud facere non potest: & tunc amore iustitiæ, non liuore vel ultione. Io. de Fant.

CASVS. Concludit Grat. ex supradictis, quod iniusta sñia excommunicatum nõ lædit, sed excommunicantem, & ideo innocentes ex crimine alterius excõmunicari nõ debent: sicut a quibusdam imprudentibus fieri cõsueuit. postea obijcit contra prædicta dicẽs, ꝙ non solum innocẽtes, sed nec criminosi sunt maledicendi: & ad hoc probãdum inducit tres auctoritates. & hoc ꝓbat per seq. duo c.

c ¶ In epistolã.] Iudæ originaliter, sed in cõmentarijs Hiero. super epis. ad Titum cap.

SI igitur.] CASVS Hic ostendit Hierony. ꝙ ex ore prælati maledictum exire non dẽt ad instar Michaelis, qui diabolo maledicere noluit cũ secum de corpore Moysi altercarẽt & ad istar populi Israelitici, quem Dñs præcepit ĩ duas partes diuidi, ut sex maiores trib. super mõtem Garizin populo benedicerent, & sex minores trib. super montem Heliel, siue Hebal, ut maledicerent transgressoribus legis.

d ¶ Diabolo.] Cum contendebãt de corpore Moysi.

e ¶ Blasphemie.] Cũ non aliud dixit quã hoc, imperet tibi Deus. sed unde hoc habuerit Apostolus, ignoratur.

f ¶ Populo.] Illo qui seruaret legem Dei.

g ¶ Altero.] Idest, Hebal.

h ¶ Heliel.] In prox. c. uocat eundem montem Hebal.

i ¶ Maledicant.] Non seruantibus.

CVm ergo.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ duplex est propositum hominum. Nam quidam spõte faciunt bona, quidam metu malorum, & timore suppliciorum. primi designantur per sex maiores tribus, quæ super montem Gariz incedentes electi erant ad benedicendũ: secundi vero, qui timore uel metu bona faciunt, indicãtur per alias sex minores trib. q̃ iuxta montem Heliel, siue Hebal positæ erant, & paratæ ad maledicendum.

k ¶ Propositi.] Idest, uarijs modis seruatur lex. quidam seruant eam amore iustitiæ, quidam timore pœnæ.

l ¶ Ad salutem.] Sicut Paulus sup. prox. q. 4. quis nos tamen quamdiu seruilis timor est in homine, non saluantur, ut sup. prox. q. 6. §. ex his.

m ¶ Malorum.] Idem dicitur in Deuteronomio.

SED

SED QVI PRO : CASVS. Probatum est sup. ꝙ criminosi male dicendi non sunt. Nunc ostendit Gratian. ꝙ sunt maledicendi. Et hoc probat xj. auctoritatibus, vel rationibus. quæ satis in litera patent, & hoc in prima parte. In secunda parte distinguit inter maledictum &

a ¶ Primæ præuaricationi.] Scilicet fraterno odio, uel pecacto Adæ. Io.

b ¶ Chanaam.] Ipsi Cham non maledixit, sed filijs eius ut ostēderet, ꝙ primi motus nō essent puniēdi, sed ipsi secundi. Vel ideo quia magis terrentur parentes in pœna filiorum, quam in propria, ut ff. qđ metus cau. isti quidem. §. ult.

ADDITIO. De hoc etiā legi. & no. s̃. 1. q. 4. §. his ita, in fine, uer. item Cham.

Motus primi non sunt puniendi.

Gen. 3.

Sed qui pro persecutoribus iussit orare: primos parentes pro transgressione mandati, mortis maledicto percussit. Cain quoque, quia primæ præuaricationi [a] *fratricidium adiunxit; sententiam maledictionis à Domino reportauit. Abrahæ quoque Dominus dixit: [Maledicam maledicentibus tibi, & benedicam benedicentibus tibi.] In Euangelio etiam cum esuriens veniret ad ficum, non inueniens fructum in ea, sua maledictione, perpetua sterilitate ipsam damnauit. ¶ Item Noe cum verenda sua à Cham derisa cognosceret, filium eius Chanaam* [b] *maledicens dixit: [Maledictus Chanaam, sit seruus fratrum suorum:] Itē Isaac cum benediceret Iacob filio suo, ait:] Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur.] ¶ Item, sicut in libro Deuteronomij legitur, Moyses ex p̄cepto Dei duodecim trib filiorū Israel in duas partes diuisit, & sex tribus iussit, ut iuxta montem Gebal † incedentes maledictionem transgredientium legem vociferarentur: alijs vero præcepit, vt iuxta alium montem incedentes benedictiones obseruantium inclamarent. ¶ In nouo etiam testamēto Petrus Apostolus legitur Simoni maledixisse, cū ait; [Pecunia tua tecum sit in perditionem,] Paulus quoque, qui dixerat: [Benedicite, & nolite maledicere] fornicatorē Corinthium iussit excommunicari. ¶ Item in eadem* [α] *epistola ait.] Si quis nō fuerit secutus doctrinam Domini nostri, Iesu Christi, sit anathema, maranatha.] ¶ Item Galatis. [Si Angelus* [c] *de cœlo ueniens aliud vobis euangelizauerit, anathema sit.] Distinguendum est* [d] *ergo inter maledictum, quod prohibetur, & maledictū quod à Domino, & sanctissimis uiris rationabiliter profertur. Maledictū, quod prohibetur est illud, quod p̄cedit ex voto vltionis, & odio persequentis, non ex amore iustitiæ. Maledictū uero, quo sancti maledicūt, est illud, quod procedit ex amore iustitiæ, non ex liuore vindictæ.*

Gen. 4. Gen. 12. Matt. 21. Gen. 9. Gen. 27. Deuter. 27. † al. Hebal. Act. 8. Rom. 12. 1. Cor. 3. & 16. Gal. 1.

Vnde Gregorius ait in Moralib. lib. 4. c. 6.

[α] ¶ In eadem.] *Antea legebatur, ut etiam in manuscriptis, in alia. Huius vero loci, ac sequentis sensum retulit Gratianus, non prorsus Apostoli verba.*

c ¶ Si angelus.] Hoc expositum, est s̃. 11. q. 1. si is, qui præest.

d ¶ Distinguendum est.] Qui ex pertinacia maledixit, punitur, vt ex. de cle. male. c. 1. q ex temeritate vel leuitate meretur veniā, vt 2. q. 3. si qs iratus, §. 1. & §. notandum. talis enim venialiter peccat, ut 25. di. supra, alias. in fi. q ex insania miseratione dignus est, vt C. si qs Impera. maled. l. vnica.

Maledicens an sem p̄ puniri debeat.

¶ Sancti viri non ex voto vltionis, sed amore iustitiæ aliquos maledicunt. C. XII.

CVm sancti viri maledictionis sententiā proferūt; nō in hanc ex voto vltionis, [e] sed ex iustitiæ † examine prorumpunt. Intus enim subtile [f] iudiciū † aspiciūt, & malos foris exurgentia, quia maledicto debent ferire; cognoscunt; & eo in maledicto nō peccāt, in quo ab interno † iudicio non discordant. *Item supra capit. quinto*

† al. iustitia examinis.

Beda in acta. c. 8. Iuo p. 14. c. 4. & 5. Pan. l. 5. c. 82.

† *Dei iudicium.*] vera lectio.

† *al. aterno.*

CVm sancti.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ duo sunt genera prælatorum. s. boni, & mali, & maledictio bonorū p̄latorum iusta est, & de iustitia procedit: quia in mente diuinum iudicium respiciūt, sicut fuit maledictio, q̄ fecit Deus in primum parentē, & quæ facta fuit in illi⁹, q maledicebāt Abrahæ. Maledictio malorum prælatorū est iniusta, q̄ a liuore uindictæ p̄cedit, à quo liuore vindictæ boni debēt abstinere. Et hoc probat auctoritate Apostoli. [Intus.] i. in mēte. [Subtile.] idest, diuinum. [A quo.] scilicet liuore vindictę. seq. duo c. patēt, in quibus dr̄, ꝙ cum discretiōne dēt aliquis corrigi, uel excommunicari.

e ¶ Vltionis.] s̃. 45. d. c. uera iustitia. s̃. 86. d. [illegible] d o.

f ¶ Subtile.] Arg. ꝙ subtilitas est ī canonibus cōsideranda: arg. 2. q. 3. in primis: argum. contra [illegible] de appell. dilecti. & instit. de fideicom. hæred. §. sed quia vbi dicitur, q subtilitas per[niciosa] est in legibus, & simplicitas est amica veritatis. Ioan.

Subtilitas reprobatur.

& maledictum. Nam maledictum quod fit amore iustitiæ non prohibetur: quod uero fit libidine ulciscendi, & odio persequentis prohibetur. Secunda pars incipit ibi: [Distinguendum,] Et ad hoc inducit seq. c.

1 Vt 11.q.3. audi. a Apostolicæ.] ¶ Exemplo.] Qui tradidit Corinthium Satanæ. 1
b ¶ Errantium.] in fid. Io.
c Tam sacerdotes.] ¶ Fideles.] i. prælati, sic nõ est hic ar. ꝙ istud si peccauerit, &c. spectat ad omnes.
d ¶ Separentur.] Ergo sacerdotes habẽt officium excõicandi vt 2.q.1. nemo eps.

De excommunicationis.] CASVS. Grego. vel quidam alius quendam excõicauit interposita comminatione degradandi ipsum, de quo cum ipse conqueretur, scribit ei Grego. & reprehẽdẽdo eum dicit, ꝙ iniuste conqueritur. Et hoc ꝓbat auctoritate Apostoli dicẽtis, ꝙ nos omnẽ inobedientiã debemus vlcisci. Vel dic, ꝙ simpliciter nõ fuit excõicatus, sed citatus fuit sub periculo sui gradus. vel gradatim facta fuit citatio, s. primo, scdo, & tertio: & ita excõicatus fuit, nisi tunc uenerit, & ita ſm varias expositiones vario modo formabis casum. ultima tamen expositio bene innuitur ex litera.
e ¶ Gradus.] Quia sub periculo gradus honoris sui excõicauerat eũ, uel ſm gradum honoris sui vocauerat ipsum: nam aliter vocandi sunt maiores, aliter minores: vel qa gradatĩ vocauerat ipsũ in vltimo pemptorio.

Resecãdæ.] CASVS. Ostẽdit in hoc c. Hier. ꝙ inobediẽs a cõsortio bonorũ ẽ repellẽdus. & hoc ꝓbat quinq; exẽplis, s. ouis scabiosę, & putridę carnis & fermẽti, & Arij hęretici, & scĩtillę: [Ardeat dom⁹,] s. corrũpat. s. massa [putrescat.] s. corp⁹ [ĩtereãt.] s. pecora.
f ¶ Ouis.] 45. dist. sed illud.
g ¶ Totum orbẽ.] Totum dicit, & tamen tãtum Alexãdrinam ecclesiã intellexit. vt 1.q.1. manifestũ. Vel dic, totũ qa eius sequaces erãt per totũ orbẽ.

Corripiantur.] CASVS. Dicebant quidam, ꝙ episcopi non debent aliquem excommunicare, uel separare ab alijs: quoniam præsciti omnes damnabuntur, & prædestinati salui erunt. Et respondet August. cum nesciamus quis sit prædestinatus, & quis præscitus: sic

¶ Scriptura sacra duobus modis maledictũ memorat: aliud videlicet, quod approbat; aliud, quod dãnat. Aliter enim maledictũ ꝓfertur iudicio iustitiæ, α vt in ipso primo peccãte prolatũ est, cum audiuit: [Maledicta terra in opere tuo, &c.] & sicut Abrahæ dicit: [Maledicam maledicentibus tibi.] Aliter uero ꝓfertur maledictum, quod nõ in iudicio iustitiæ, sed liuore vindictæ ꝓmitur: à quo uoce Pauli Apostoli prędicãtis cessare admonemur, qui ait: Benedicite, & nolite maledicere. Gen. 3. Gen. 12. Rom. 12.

α ¶ Iustitiæ.] *In his, quæ sequũtur, nõ omnino refert Gratianus ipsa uerba B. Gregorij, neque etiã cæterorũ collectorũ, licet ꝓpius ad eos accedat. Sentẽtia tñ ea manet.*

Item Pelagius Papa Anglio episcopo.

¶ Errantes, & in errorem mittentes excommunicentur. C. XIII.

Apostolicæ auctoritatis exemplo [a] dicimus, errantium, [b] & in errorem mittentium spiritu tradendos esse Satanæ, ut blasphemare dediscant. 1. Cor. 5.

Item Anacletus Papa, epist. 3.

¶ Delinquentes corrigantur à sacerdotibus, incorrigibiles inuenti excommunicentur. C. XIIII.

Tam sacerdotes, quàm reliqui fideles [c] oẽs summã curam habere debẽt de his, qui pereunt: quatenus eorum redargutione, aut corrigantur a peccatis, aut si incorrigibiles apparuerint, ab ecclesia separentur. [d] Burc. l. 11. c. 136. Iuo p. 5. c. 250.

Item Gregorius Papa lib. 2. epist. 37. ad Natalem episcopum.

¶ Secunda, uel tertia admonitione interposita, excommunicationis sententia procedat. C. XV.

De excõmunicationis articulo (quæ tamẽ interposita conditione gradus, β [e] secũdo, uel tertio iã, vt ita dicã, ex necessitate subiũcta est) beatitudo vestra immerito quæritur, cũ Paulus Apostolus dicat: [In promptu hãbentes ulcisci omnem inobedientiam.] 2. Cor. 10.

β ¶ Gradus.] *In tribus vetustis exemplaribus epistolarũ B. Gregorij, & vno Gratiani legitur,* gradu secũdo, &c.

Item Hieronymus in epistola ad Galatas, c. 5.

¶ Mali ab ecclesia sunt eliminandi. C. XVI.

Resecandæ γ sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis [f] à caulis repellẽda; ne tota domus massa, corpus, & pecora ardeãt, corrumpãtur, putrescãt, intereant. Arius in Alexãdria vna scintilla fuit: sed quia non statim oppressa est, totum orbem [g] eius flamma populata est.

γ ¶ Resecandæ.] *Apud B. Hieronymũ legitur,* secandę putridę carnes, & scabiosum animal à caulis ouium repellendum.

Itẽ Augustinus in li. de correptione, & gratia, c. 15.

¶ Pro diuersitate culparum subditi à præpositis corripiantur. C. XVII.

Corripiantur itaque à ꝓpositis suis subditi fratres

sic affici debemus charitatis affectu, ut omnes velimus, & laboremus saluos esse, & ideo vbicumque aliquem incorrigibilem inuenimus, separare eum ab alijs debemus forsan ipsa separatione sanandam: ne eius coniunctione alij polluantur, ad instar morbidæ ouis, quæ est a sa-

c ¶ Desperandum est.] inf. 32. q. 2. ancillam, & de pœ. d. 7. nemo.
d ¶ Damnatumque.] Ab ecclesia.
e ¶ Non damnet.] idest, non disponit damnare æternaliter.

correptionibus de charitate venientibus pro culparum diuersitate diuersis, vel minoribus; vel amplioribus, quia & ipsa, quę damnatio nominatur, quam facit episcopale [a] iudicium (qua pœna in ecclesia nulla maior [b] est) potest, si Deus voluerit, in correctionem saluberrimam cedere, atque proficere. Neq; enim scimus, quid contingat sequenti die. An ante finem vitę huius de aliquo desperandum [c] est? Aut contradici Deo potest, ne respiciat, † & det pœnitentiam, & accepto sacrificio spiritus contribulati, cordisque contriti, a reatu quamuis iustæ damnationis absoluat, damnatumque α [d] ipse non damnet? [e] pastoralis tamen necessitas habet, ne per plures serpant dira contagia, separare [f] ab ouibus sanis morbidam, ab illo, cui nihil est impossibile, ipsa forsitan separatione sanandam. Nescientes enim quis pertineat ad prædestinatorũ numerum, quis non pertineat, sic affici debemus charitatis affectu, vt omnes velimus saluos fieri.

† d. recipi...

α ¶ Damnatumque.] *Sic emendatum est ex originali, nec glossa visa est impedire, Antea legebatur,* damnatũ, quem ipse non damnat.

Item Prosper libro secundo de vita contemplatiua, cap. 7.

¶ Qui corrigi nolunt, excommunicationis ferro debent abscindi. C. XVIII.

† Ea. orig.

ECce † autem crimina quorumlibet, si ipsis criminosis confiteri nolentibus, [g] vndecumq; [h] claruerint; quæcumque non fuerint patientiæ [i] leni medicamento sanata velut igne quodã piæ increpationis vrenda sunt, & curanda. Quòd si nec sic quidem ęquanimiter sustinẽtis, ac pie increpantis medela processerit. † in eis, qui diu portati, & salubriter obiurgati corrigi noluerint; tanquã putres corporis partes debent ferro excommunicationis abscindi: ne sicut caro morbis emortua, si abscissa nõ fuerit, salutem reliquæ carnis putredinis [k] suę contagione corrumpit; ita isti, qui emendari despiciunt, & in suo morbo persistunt, si moribus deprauatis in sanctorum societate permanserint, eos exemplo suę perditionis inficiant. β

† al. profecerit.

β ¶ Inficiant.] *Apud Prosperum continue sequitur, cap. porro. infra de pœnit. dist. 1.*

Item Nicolaus Papa Lothario regi.

f ¶ Separare.] Quia talis damnatio medicinalis est, nõ mortalis, ut 2. q. 1. multi.

ECce autem.] CASVS. Docet Prosper in hoc c. ꝙ si crimina aliquorum nolentium cõfiteri fuerint manifesta, vel ꝓbata, prelati eorũ debent eos prius admonere, & increpare, vt emendentur, quod si nõ fecerint, ferro excõmunicationis sũt ab alijs separandi, ne exemplo suæ perditionis alios interficiant. si in eorũ societate perseuerẽt. sicut contagione putridæ carnis cæteræ partes humani corporis corrumpuntur.

g ¶ Nolentibus.] Argu. est hic, ꝙ in notorijs requiritur admonitio, vt s. ea. c. de illicita. Itẽ est hic arg. ꝙ licet qs neget crimen, tñ dr notoriũ. Item hic argu. quod etiamsi in modũ exceptionis est aliqđ crimen probatum ꝙ est facta fides, & potest talis puniri nisi corrigatur: ex hoc ꝙ dicit, vndecumque claruerint. Nã & iudicium hæreticorum clarificat ecclesiam, vt s. e. q. 1. subdiaconus. Ad hoc põt dici ꝙ in causa denunciationis loquitur, [1] vbi qualiscunque scientia sufficit, vt dixi 22 q. 5. hoc videtur, & 2. q. 1. multi, & licet in causa denunciationis agatur ad pęnitentiam, tamen si noluerit postea pœnitere, potest puniri. Alij intelligunt de crimine notorio.

1 Ista fuit sententia B. & Hugo. & Laur.

a sanis separanda. Et quod dicitur in litera, [Damnatio:] idest, anathema. [Respiciat.] Dando gratiam suam [pœnitentiam.] idest, contritionem. [Damnationis.] idest excommunicationis.

a ¶ Episcopale.] Argu. ꝙ excommunicatio spectat tantum ad officium episcopale. nam mucro episcopi dicitur. 16. q. 2. uisis. De hac materia dixi 2. q. 1. nemo episcopus.

Excõicatio dicitur mucro epi.

b ¶ Maior.] Si excõicatio est maxima, ergo non debet infligi pro leuibus criminibus, ut sup. ea. q. 1. non afferamus, in fi. & 11. q. 3. nemo episcopum, & c. episcopi.

h ¶ Vndecunque.] Et eodem modo dicit lex, qualitercumque constet tutori, quòd sit tutor, si simpliciter dictum sit ei, periculum spectat ad eum, ut ff. de administ. tuto. l. pater §. ult. sic 22. q. 5. hoc videtur.

Periculum ad tutorem spectat, ubi scit, se tutorẽ, licet simpliciter sciat.

i ¶ Patientiæ.] idest, quod propter denunciationem noluerit corrigi si intelligas prout alij intelligunt de notorio crimine, tunc exponas si non fuit dispensatũ cum eis: nam bene episcopus cum talibus potest dispensare, extra de iudicijs, at si clerici.

K Putredinis.] Hoc intellige cum sine scandalo id fieri potest, ut sup proxi. q. 4. cum quisque.

AN nõ.]CASVS. Lotharius rex duas habebat vxores de facto de quo reprehẽdit eum Nicolaus Papa, dicens quod vltione districta sit feriendus:cũ adulterium Lamech post lxxvij. generationes fuerit punitũ: q primo habuit duas vxores de facto cum Cain fratricidium septima generatione in diluuio sit deletũ. Scias tñ quod casus iste poni põt secundum varias expositiones, quę fieri consueuerunt de generationibus Lamech. Sequẽtia tria capitula plana sũt.
a ¶Adulteriũ.] Sed qualiter dicitur cõmittere adulterium cũ vxore legitima? Resp. quia per adulterium reddit eã sibi illicitam, 32.q.1. in coniugio. in fi.
b ¶Post lxxvij.] Cõtra [illegible].31.q.j. quomodo. hoc ibi solutum est & expositum.
c ITaq;.] ¶Et falsos. [illegible].22.q.5. si qs cõiunctus. su. 23.q.5. Rex debet.
d SI quis.] ¶Pauperẽ.] videtur ergo quod causæ oppressionis pauperũ spectent ad ecclesi[illegible], vt 77.d. de[illegible]
e ¶Scripta[illegible] 11. q.3. cum [illegible] q. 1. leg[illegible] statim [illegible] nẽ [illegible] aliqui[illegible] post [illegible] arg. [illegible] præferti. Sed [illegible] nisi post tria [illegible] vel unũ peremptori[illegible], sup. ea.c. de [illegible].
f SI quis Romipetas, & peregrinos.] Sic ext. de treguã, & pa. innouamus solus .n. princeps põt indicere noua vectigalia, ut ibi dr̃, & ff. de pu. & vecti. l. vectigalia, & talis, qui indicit noua vectigalia, & vel deportatur, vel capite punitur. nã incidit in leg. Iul. de vi pu. vt ff. ad leg. Iul. de vi pub. l. vlt.

Vectigalia noua a solo principe indici possũt.

PAternarũ.] CASVS. Statuit Vrbanus

¶Excommunicandus est, qui duas simul vxores habere præsumit. C. XIX.

Iuo p.8. c.227.
Gen.7.

AN nõn districta vltione feriendus es, qui in duabus vxoribus adulterium[a] Lamech, & flagitium imitatus esse dignosceris? Qđ Dominus nõ nisi post lxxvij[b]. generationes suo salutifero aduentu deleuit: cum Cain fratricidium septima generatione aquis absolitum sic cataclysmi.

Item ex concilio Agathensi, c.37.

¶Falsi testes, & homicidæ communione priuentur. C. XX.

Burc.l.6.c.29.
Iuo p.10.cap.38. & 158.

ITaque censuimus homicidas, & falsos[c] testes a communione ecclesiastica submouendos; nisi pœnitentię satisfactione crimina admissa diluerint.

Item ex concilio Toletano primo, c.11.

¶Excommunicetur potens, qui clericum pauperem, vel religiosum spoliare præsumit. C. XXI.

Ans.l.7. c.173.

SI quis de potentibus clericum, aut quemlibet pauperem, α [d] aut religiosum expoliauerit, & mandauerit eum ad se venire episcopus, ut audiatur, & contempserit; inuicem mox scripta[e] percurrant per omnes episcopos prouinciæ, & quoscumque adire potuerint, vt excõmunicatus habeat ipse, donec obediat, & reddat aliena.

α ¶Pauperum.] *In plerisque vetustis, & apud Anselmũ, & codicibus concilij impressis, & manuscriptis est*, pauperiorem.

Ex dictis Gregorij Papæ.

¶*Caput hoc [illegible] plerisque manuscriptis. Burchar. autem, & Iuo citant ex concilio Gangrensi.*

¶De eodem. C. XXII.

Burc. l. 10. c.65.
Iuo p.12.c.86. & p. 13.c.65.

Q[illegible] quis per dolum manum suam mittit in Christũ Domini, idest, episcopum, vel presbyrerum (quia sacrilegium graue committit, & si quis ecclesiam Dei vastat, aut impugnat, aut incendit (quia & hoc grauissimũ est sacrilegũ.) placuit sanctæ synodo, vt β in primis omnia bona eius proscriptione publicentur; deinde in vno loco, idest, in monasterio inclusus pœniteat omnibus diebus vitæ suæ.

β ¶Vt in primis.] *Apud Burchardum, & Iuonẽ legitur,* vt in vno loco, &c. *sine uerbis illis quæ hic sũt interiecta.*

Item Calixtus Papa.

¶Communione priuetur, qui Romipetas, vel peregrinos vel mercatores molestare præsumit. C. XXIII.

SI qnis Romipetas, & peregrinos, [f] & Apostolorum limina, & aliorum sanctorum oratoria visitantes capere seu rebus, quas ferunt, spoliare, & mercatores nouis telonæorum, & pedagiorum † exactionibus molestare tentauerit; donec satisfecerit, communione careat Christiana.

† *al. pedaticorum.*

Item Vrbanus Papa.

¶Excommunicentur qui oratores, & ecclesias, bonaque earum, & personas ibi seruientes infestare præsumunt. C. XXIIII.

PAternarum traditionum exemplis cõmoniti, pastoralis officij debitum persoluentes ecclesias cum bonis

nus Papa in hoc c. si quis ecclesias, clericos, & monachos, & eorum conuersos, vel oratores, id est, peregrinos suis bonis spoliauerit, & intra spatium triginta dierum, non emendauerit, anathematizetur. Sequens ca. planum est, & per te videbis.

a ¶ Tri-

qua ponit differentiam inter schisma, & hæresim. Ioan. de Fant. & reuertitur hic ad materiam propositæ quæstionis: Arch.

CASVS. Superius facta est mentio de hæreticis, & schismaticis: & ideo Gratianus nunc ostendit, quæ sit differentia inter schisma, & heresim, & q. sint hæretici, & quę sint sectæ hæreticorum. Sequens c. patet.

suis, tam personis, quã possessionibus, clericos videlicet, ac monachos, eorumque conuersos α: oratores quoque cũ suis nihilominus rebus, quas ferunt, tutos, & sine molestia esse statuimus. Si quis autem contra hoc facere pręsumpserit; & postquã facinus suum recognouerit, intra dierum triginta [a] spatium competenter [b] non emendauerit; a liminibus ecclesiæ arceatur, & anathematis gladio feriatur [c].

α ¶Conuersos.] *In codicibus impressis sequebatur*, vel commissos; *quæ sunt expuncta, quia absunt a plerisq; manuscriptis Gratiani exemplaribus, & vetusto quodam codice: in quo quidem extremo & hic & alij tres canones descripti sunt tanquam fragmentum alicuius concilij.*

Item Nicolaus Papa omnibus episcopis.

¶Qui oratoribus, pauperibus nõ arma ferentibus in malum obuiauerint, excommunicentur. C. XXV.

Pann. l. 5. c. 114.

ILli, qui peregrinos, vel oratores cuiuscunq; sancti siue clericos, siue monachos, vel fœminas, aut inermes Pauperes deprædati fuerint, vel bona eorum rapuerint, vel in malũ eis obuiauerint, anathematis vinculo feriantur, nisi digne emendauerint. Pax vero illa, quam treugã dicimus, sic obseruetur, sicut ab archiepiscopis [d], & episcopis vniuscuiusque prouinciæ constituta est. Qui autem eam infregerit, excommunicationi subdatur.

4 *Quia vero sermo de hæreticis habetur: videndum est, quid intersit inter schisma, & hæresim* [e]; *& qui sint hæretici: & quot sint hæreticorum sectæ: Differentiam autem inter schisma, & hæresim Hieronymus in epistola ad Titum, c. 3 assignat dicens.*

Ad locum [r] Hæreticum hominem.

¶Schismatis, & hæresis differentia. C. XXVI.

Poly. l. 7. tit. 5. Ans. l. 12. c. 49. † *al. post episcopalem dissensionem.*

INter hæresim, & schisma [f] hoc interesse arbitrantur, quòd hæresis peruersum dogma habeat, schisma propter † episcopalem dissensionem ab ecclesia β pariter separat. Quod quidẽ in principio aliqua ex parte intelligi potest γ: cæterum nullum schisma non aliquam sibi confingit hæresim, vt rectè ab ecclesia recessisse videatur.

β ¶Ab ecclesia.] *In codicibus horum commentariorum in Germania, in Gallia, & Ferrariæ excusis; itemq; duobus manuscriptis Vaticanus legitur*, ab ecclesia separetur.

e ¶ Hæresim.] Vario modo dicitur hæreticus. Vno modo q. cũque est dubius in fide, ĩfidelis est, 1 vt ext. de here. dubius. Secundo dicitur hæreticus omnis simoniacus, ut 1. q. j. q. si quis. Tertio omnis præcisus ab ecclesia, secundum q. excommunicatus dicitur hæreticus. vt 4. q. 1. cap. 2. Quarto modo omnis qui male interpretatur sacram scripturam, ut infra ea. hæresis. Quinto modo qui nouã opinionem inuenit, ut inf. ead. hæreticus. Sexto modo, q. vult auferre priuilegiũ Romanæ ecclesiæ, ut 22. d. omnes. Septimo qui transgreditur præcepta sedis Apost. ut sup. 19. d. nulli. Item quinque largè dicitur hæreticus omnis, qui nõ tenet articulos fi[illegible] & s[ecundu]m hoc Iu[illegible] & Gentiles sũt [illegible] & sc[ecundu]m [illegible] omnis hære[illegible]icatus. [illegible]r hæ[illegible] qui [illegible] ecclesia, quia errat in fide & s[ecundu]m hoc omnis hæreticus est excommunicatus, ut ext. de here. ad abolendam. & c. excommunicamus.

1 De hoc no. s. ea. firmissime. & hic adde aliũ casũ 20. dist. de libellis. Itẽ qui non recipit quatuor concilia. & sic intellige s[ecundu]m Host. C. de hære. quicũque cum simil.

INter hæresim, & schisma. CASVS. Docet hic Hier. q. in hoc differt schisma ab hæresi: q[ui]a hæresis prauã hẽt doctrinã: schisma vero nõ. Item heresis nulla fit occasione; sed sponte: schisma vero fit propter dissensionem ep[iscop]alẽ, & ideo in principio discordant: sed in fine concordant: quia sicut hæresis, ita schisma ecclesiã lædit. Sequentia duo c. plana sunt & per te videbis.

a ¶ Triginta.] Arg. q. sufficit si peremptorium sit editum triginta dierum. vt 4. q. 5. c. 1.

b ¶ Competenter.] Non intelligas, id est moderate. sicut [illegible] exponunt: sed competenter, id est iuste sic exponitur extra de appellatio. reprehensibili. ff. de iudi. si debitori. Ioan.

c ¶ Feriatur.] Ergo nondum erat promulgatum. 17. q. 4. si quis suadente, &c.

d ¶ [illegible] Archiepiscopis.] Ergo illi possunt indicere treugas [illegible] canon indicit treugas, vt extra de treug. & pa. c. 1.

QVIA VERO. Hæc est quarta pars quæstionis, in

f ¶ Et schisma.] Potest dici, q. hæc sit differentia inter hæresim, & schisma, quæ est inter dispositionem, & habitum: primo enim dicitur schisma, sed cum post tẽpus pertinaciter adhæserit suæ sectæ, dicitur hæresis. Vel aliter dicas, q. omnis hæreticus sit schismaticus, sed non conuertitur & sic est illa differentia, quæ est, inter speciem, & genus.

Hæresis, & schisma differant.

g ¶Hæ-

a HAeresis.] ¶Scripturam.] Supra 37.d. relatum. extra consti. ne innitatis.
HQVI VERO. Hæc est 5. pars q.in qua ponit differentias hæreticorum,quas probat per diuersa iura. Io.de Fan.

ADDITIO. Vide quod no.de conse.dist.2.in Christo supra 37.relatum.arg.59.dist.c.1.& 2.Archid.

a ¶Qui

γ Potest.] *Sequebatur*.diuersum,*quæ uox abest a memoratis editionibus,& Vaticanis exemplaribus.*

Vnde autem hæresis dicatur,in epistolam ad Galatas, c.5.Hieronymus diffinit,ita dicens.

Ad locum]Hæreses, inuidiæ.

¶Vnde hæresis dicatur. C. XXVII.

HAresis Græcè ab electione dicitur: quod scilicet eam sibi vnusquisq; eligat disciplinam, quam putat esse meliorem.Quicunq; igitur aliter scripturam [a] intelligit, quā sensus spiritus sancti flagitat,quo scripta est;licet de ecclesia non recesserit,tamen hæreticus appellari potest, & de carnis operibus est,eligens quæ peiora sunt.

Poly.ibidem. Ansl.l.12.c.50.

§ *Qui uero propriè dicantur hæretici, Augustinus in libro de utilitate credendi,c.1.ostendens ait.*

Gal.5.

¶Qui propriè dicantur hæretici. C. XXVIII.

HAereticus est,qui alicuius temporalis commodi,& maximè gloriæ, principatusq; sui gratia,falsas, ac nouas opiniones vel gignit,vel sequitur. Ille autem,qui huiusmodi hominibus credit; homo est imaginatione quadam veritatis,ac pietatis illusus.

Beda.1. Cor.11. Poly.ibidem. Deusdedit p.2. Ansl.l.12.c.53.

Idem Glorio,& Eleusio,& alijs, epist.162.

¶Non sunt hæretici, qui non sua audacia, sed aliena seducuntur in errorem. C. XXIX.

DIxit Apostolus: [Hæreticum hominē post primam, & secūdam [b] correptionem deuita;sciens, quia subuersus est huiusmodi, & peccat, & est a semetipso damnatus.] Sed qui sententiam suam,quamuis falsam atque peruersam nulla pertinaci [c] animositate defendunt;præsertim quā non audacia suæ præsumptionis pepererunt, sed a seductis, atque in errorem lapsis parentibus acceperunt,quærunt autem cauta solicitudine veritatem, corrigi parati,cum inuenerint;nequaquam sunt inter hæreticos deputandi.

ad Titum.c.3. Polyc.ibidem. Ansl.l.12.c.61.

Item Leo Papa epist.10.ad Flauianum.

¶Magistri erroris existunt,qui veritatis disciplinam contemnunt. C. XXX.

QVid autem iniquius est, quam impia sapere, & sapientioribus, doctioribusq; [d] non credere? Sed in hanc insipientiam cadunt,qui cum ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur obscuro; non ad propheticas voces,non ad Apostolicas literas, nec ad Euāgelicas auctoritates,sed ad semetipsos [e] recurrunt; & ideo, magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli nō fuerūt.

Item Augustinus contra Manichæos.

l.18.de ciu.Dei c.51.

¶Hæretici sunt,qui quod praue sapiunt, contumaciter defendunt. C. XXXI.

QVi in ecclesia Christi morbidum aliquid,prauumq; sapiunt; si correpti, ut sanum, rectumque sapiant resistunt contumaciter, suaque pestifera, & mortifera dogmata emendare nolunt,sed defensare persistunt; hæretici fiunt.

Polyc.ibidem. Deusdedit.p.2. Ansl.l.12.c.51.

DIxit Apostol⁹.] CASVS. Docet in hoc c. Aug. quod illi hæretici, q suā hæresim ptinaciter defendunt, post primā, & secundam admonitionem sunt euitandi: quod probat auctoritate Apostoli.Illi vero qui suum errorē non defendunt animo pertinaci, & maxime quem a suis parentibus in hæresim lapsis receperūt sed veritate inuenta parati sunt se corrigere, non sunt inter hīticos deputādi. Sequen.duo cap.plana sunt,in quibus dr,quod qui in errorē cadunt nec uolunt corrigi, sunt inter hæreticos deputandi. In tertio c.dr,quod magis peccat qui defendit errorē, quam ille qui errat, q nō solū hæreticus sed etiam hæresiarcha dicendus est.

b ¶Et secundum.] Hic dicit hæreticos post secūdā admonitionem uitandos,ut sup proxi.q.5. non vos,alibi semel.sup. ea.q.1. quæ domus, in fi. Ad hoc pōt dici, quod hæreticum dānatum post unicā admonitionē uitabimus in secretis fidei nostræ,ne eū peritiorē reddamus, vt 43.dist.in mandatis. 11.q.3. nolite. Sed quātum ad admonitionē faciēdā possumus ei cōicare quotiescūq; visum fuerit 1 sed hæretico nō dum damnato possumus explicare secreta fidei, sæpius eum corrigendo.

c ¶Pertinaci.] Licet ergo teneat aliquis ea quæ sunt cōtra fidem: dūmodo paratus sit corrigi nō est habendus hæreticus 2.vts.e.q.j.schisma. in prin.c.hæc est. 3

d QVid autem.] ¶Doctioribusque.] Sup.37.d. relatum.

e ¶Ad semetipsos.] Quod esse non dēt.

1 Vt no. S. 1. q. 7. conuenientibus.
2 Nec pōt. d hæresi puniri sm Ias. in rub. C.d sū. tri. & fide catho. & Bart. Veron.incautè. 205. & 237.Itē adde Alb. de Ros. in 3. parte statutorū q. 32. ubi dicit se hoc practicasse in curia Rom.
3 De hoc ēt not. sup.21. dist. nūc autem in glo. sed vs.in fi.

Item Vrbanus Papa.

¶ Errante damnabilior est, qui eius defendit errorem. C. XXXII.

QVi aliorum defendit [a] errorem; multo amplius damnabilior [b] est illis, qui errant; quia non solum errat, sed etiam alijs offendicula erroris præparat, [c] & confirmat. Vnde quia magister erroris est; non tantum hæreticus, sed etiam hæresiarcha dicendus est.

Item Hieronymus lib.2. Commen. ad c.5. Oseæ.

¶ Qui mendacio veritatem immutant, patrum terminos transferre probantur. C. XXXIII.

TRansferunt principes Iuda terminos, quos posuerunt patres eorum; quando immutant mēdacio veritatem, & aliud prędicant, quàm ab Apostolis acceperunt. *Idem infra eodem capite.* ¶ De hæreticis manifestus est sensus, qđ sophismatibus suis, & arte dialectica sæpe opprimant ecclesiasticos. *Idem ad c. nouum.* ¶ Veteres scrutans historias inuenire non possum scidisse ecclesiam, & de domo Domini populos seduxisse, præter eos, qui sacerdotes [d] a Deo positi fuerant, & prophetæ, idest speculatores. Isti ergo vertūtur in laqueum tortuosum, in omnibus locis ponentes scandalum.

Item Leo Papa epist. 74 ad Anatolium.

Iuo p. 6. c. 339. ¶ Abijciantur qui aduersariorum conueniunt prauitati. C. XXXIV.

Rom. 9.
† *al ditionis.*
† *al. conueniant.*
orig.

ILlud sane plurimum mihi displicere significo, quod īter *α* dilectionis † tuæ clericos quidam esse dicūtur, qui aduersariorum conueniant † prauitati, & vasa iræ *β* vasis misericordiæ misceantur. Quibus inuestigandis, & seueritate congrua coercēdis debet diligentia tua vigilanter insistere; ita ut his, quibus prodesse non potuerit correptio, non parcat abscissio. Oportet enim nos euangelici meminisse mandati: quo ab ipsa ueritate præcipitur; ut si nos oculus, [e] aut pes, aut dextera scādalizauerit manus; a compage corporis auferat, q̧a melius sit his in ecclesia carere mēbris, quàm cū ipsis in ęterna ire supplicia. Nā superfluo extra ecclesiā positis resistimus; si ab his, q̧ intus sunt, in eis, quos decipiūt, vulneramur. Abijciēda [f] prorsus pestifera hæc a sacerdotali vigore patiētia est; q̄ sibimet, peccatis aliorum parcendo, non parcit. (Matth. 5.)

α ¶ Quod inter.] *Sic est emendatū ex ipsa epistola cū & in uulgatis, & in plerisque vetustis Gratiani exēplaribus esset,* quod iurisdictionis tuæ clerici. *In duobus tñ queād modum, & apud Iuonem est,* inter ditionis tuæ clericos. *β* ¶ Vasa iræ.] *Sic est emēdatū ex originali. Alludit enim ad locum B. Pauli Rom. 9. Apud Gratianū erat, itemque apud Iuonē,* uesaniæ uasis misericordiæ uasa misceantur.

Item ex concilio Carthaginensi. 4. c. 70. 71. 72.

¶ Et sodalitates, & conuiuia hæreticorum clerici uitare debent. C. XXXV.

CLericus hæreticorum, & schismaticorum tā conuiuia, quam sodalitates euitet æqualiter. Eorū conuēticula non ecclesia, sed conciliabula appellanda sunt. Cum eis neque orandum est, [g] neque psallendum.

[a] QVi aliorū defendit.] Talis enim hæreticus dicitur, ut extra ea. sicut.

[b] ¶ Damnabilior.] Not. ꝙ plus punitur cōsulens, quam faciēs, ut sup. prox. q. 5. cum homo.

[c] ¶ Præparat.] Sic q̧ scalam, uel ferrum, vel aliud auxilium præstāt furi, tenent furti, ut ff. de fur. si pignorum, §. pen.

TRansferunt.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in tres partes. In prima dr̄, ꝙ illi, qui mēdaciū ꝓ veritate dicunt, & aliud prædicant quā ab Apostolis acceperunt, transferūt terminos patrum suorum. In secunda parte dr̄, ꝙ hæretici sophismatibus, & arte dialectica sæpe ecclesiā, & ecclesiasticos lædunt. In tertia parte dr̄, ꝙ nulli alij inueniuntur populos seduxisse nisi sacerdotes, ī omnib. locis ponētes scandalum.

[d] ¶ Qui sacerdotes.] Not. cōtra testimonium sacerdotis, & illud, q̧s uidit digne sacerdotem pęnitētem? ut de pęn. d. 1. mensuram, &c. quis aliquando. alias præsumitur pro eis, ut 11. q. 4. absit.

ILlud sane plurimum.] CASVS. Quidam prełatus in parochia sua quosdā habebat, qui prauā doctrinam seminabāt, quare Leo præcepit sibi, ut commoneat eos, ne talia faciant: qui si se non correxerint; a cōione aliorum separentur. Et hoc probat auctoritate Euangelij. Ditionis.] .i. potestatis. Seq. c. planū est, & per te formabis casum.

[e] ¶ Oculus.] .i. familiaris alicuius.

[f] ¶ Abijciēda.] Hoc ītelligas de pænitus incorrigibilibus: ne sit contra sup. prox. q. 5. cum homo. [1]

[g] CLericus. ¶ Orandū est.] De cōs. d. 1. episcopus nul-

[1] Arg. ex. de iudi. cū non ab hoīe alias cōtra s̄. q. 5. c. 1. & q. 3. si quis fortuito. quidam hoc intelligūt in spirituali, pœna, illud in corporali. & sic non est contra l.

nullum, contra. Dic, illi est derogatum per hoc c. & per consuetudinem generalem ecclesiæ, supra d. 4. §. leges. Ioan.

Augustinum dicentem, quod mali sunt ferendi, & non abijciendi. Sed Vrbanus eos super hoc conuincit exemplo Augustini, & duabus auctoritatibus, scilicet Euangelij, & Pauli.

c ¶ Notandum.] Supra 23. q. 4. recedit, & c. ecce.

a ¶ Di-

Item Gelasius Papa ĩ epistola ad episcopos Dardaniæ.

¶ Canonum obseruatores cum hęreticis nullum debent inire certamen. C. XXXVI.

CVm quibus [a] erat synodus ineunda? Catholici pōtifices fuerant vndique iam depulsi: solique remanserant socij perfidorum; cum quibus iam nec licebat habere conuentum, dicente psal. [Non sedi in cōcilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo.] Psal. 25. Nec ecclesiastici moris est cum his, qui pollutam habent communionem, permistamque cum perfidis, miscere conciliū.† † al. consilium. Recte igitur per Chalcedonensis synodi formam, huiusmodi præuaricatio repulsa est potius; quam ad α cōcilium uocata, quod nec opus erat post primam synodum: nec cum talibus habere licebat. *Idem in commonitorio ad Faustum.* ¶ Canonum β magistris, atque custodibus nobis nullum fas est inire certamen [b] cum hominibus communionis alienæ.

α ¶ Quam ad.] *In originali legitur*, quàm per cōcilium, quod nec opus, &c.

β ¶ Canonum.] *Gelasius in commonitorio ad Faustum obiurgans Græcos illos, qui cum maxime canones violarent, eorum tamen se obseruatores simulabant, in hæc prorumpit verba*, ò canonum magistros, atque custodes. Nobis nullum, &c.

Item ex epistola Vrbani Papæ.

¶ Non contradicit, sed potius obedit Euangelio qui malos excommunicat. C. XXXVII. Matth. 13.

NOtandum [c] est, quòd quidā dicunt cōtra Euangelicam parabolam nos facere, ubi de zizanijs nō eradicandis Dominus præcepit; cum aliquos excommunicatione dignos excommunicationi subijcimus, & aiunt ēt sanctum Augustinum hoc contradicere in illo loco, ubi ait, [Quia non est pcidenda unitas; referendi sunt mali, non abijciendi.] Quibus hoc primum respōdendum est. Si hæretici, & mali homines excommunicandi nō sunt; quare ipse Augustinus cū legatis sanctę Romanæ ecclesiæ, & cum sanctis Episcopis suis Pelagium, & Cœlestinum nouam hæresim in sanctam Dei ecclesiam introducentes excommunicauit; & ab ecclesia Dei separauit? Quare ipsos Donatistas, contra quos ista, & multa his similia loquitur, tam ipse, quam omnis ecclesia Dei excōmunicatos habuit? & nisi prius pœnituissent, & per manus impositionem recōciliati essent eis nequaquam cōmunicabat? Idem ipse Dominus, qui hoc parabolice hic narrat, aperte alibi excommunicationem fieri iubet dicens, [Frater, qui corripitur ab ecclesia, & non obedit; sit tibi sicut ethnicus, & publicanus.] Matth. 18. Vnde apparet liq do, aliud esse excommunicationem; aliud eradicationē. Paulo aliter. Qui enim excōmunicatur (vt Apostolus ait) ad hoc excommunicat, ut spiritus eius saluus fiat in die Domini, 1. Cor. 5.

Sententia habetur, 23. q. 3. per totam. In concilijs Mileuitano, & Africano.

CVm quibus.] CASVS. Achatius conquerebatur, q Gelasius illum cū suis fautoribus condemnauerat absque episcoporū synodo congregatā. Gelasius vero respōdet dicens, q synodus congregari non debuit: tum quia ibi non erant catholici episcopi. sed tantum hæretici, cū quibus non erat synodus ineunda, qđ probat auctoritate psalmistæ. tum quia ipse Achatius inciderat in hæresim iā dānatā, & ideo propter hoc nō erat opus nouū cōcilium congregari. De eadē materia loquitur c. sup. 22. di. qua traditione.

a ¶ Cū quib.] CASVS. Achatius Cōstātinop. patriarcha excōicauit Antiochenū, & Alexādrinum, quia nō recipiebant statuta, quæ ipse fecerat: propter hoc Papa excommunicauit eum, & de hoc conquestus est Achatius, q sine synodo excōicauit eū: Papa uero dixit, q synodus congregari non debuit: tū quia non erāt ibi catholici episcopi, cū quibus posset haberi synodus: tum quia incidit ipse ĩ hæresim iam damnatam, unde non fuit opus nouo concilio.

b ¶ Certamē.] Ergo cum hęreticis nō est disputādum, nec cū aliquo de fide est disputandum extra de here. c. 1. & C. de sū. trini. l. nemo, sed ad hoc potest disputari cum eis, ut conuincantur, nō ut in dubium reuocēt fidem nostram, ut extra de hære. capitu. primo, Ioan.

Fidei disputatio cū hæreticis est ꝓhibita.

NOtādum.] CASVS. Quidam reprehendebāt Vrbanum Papam, qui criminosos excommunicabat, & dicebant eum facere cōtra Euangelium, vbi Dominus pcipit zizania non esse eradicanda, & contra

Disciplina [a] enim est excommunicatio, & non eradicatio.

Nisi forte ex contemptu, & superbia excommunicati proueniat.

† al. Item.

Vnde† Origenes a in libro Numerorum, homilia 15. ad c. 23.

a ¶ Origenes.] *Sic est restitutum cum antea esset.* Augustinus. *Et magnam huius capitis partem glossa ordinaria ad eundem locum ex ipso Origene refert. indeque nonnulla emendata.*

¶ Diuina maledictio meritum maledicti designat. C. XXXVIII.

† al. sententiam veram promit.

DEus, quando maledicit meritum eius designat, cui maledicitur, & sententiam † promit, [b] vtpote qué non fallit neque peccati qualitas, neque peccantis affectus. Homo autem quia hæc non potest scire [c] (neque.n. propositum, mentemq; alterius videre alius, aut cognoscere [d] potest:) idcirco etiam si iudicantis, vel sententiã promentis intuitu proferat maledictum: non potest esse iusta maledicendi [e] causa, vbi ignoratur peccantis affectus: maxime cum humanum vitium tunc sciat maledicta proferre; cum forte conuitijs, aut iniurijs prouocatur. Quod vitium volens resecare Apostolus, ne maledictis maledicta, & conuitijs conuitia prouocemus: mandatum necessarium ponit: vt benedicamus, & non maledicamus, quo conuitiandi vitium resecetur, non quo iudicandi veritas, quæ homines latet, & pronunciandi auctoritas perimatur.

1. Pet. 3. Rom. 12.

Secta vero hæreticorum quot sint, & vnde nomina acceperint; Isidorus octauo libro Etymologiarum, c. 5. determinat dicens.

Rabanus l. 2. de instit. cle. c. 58. Ansel. l. 12. c. vlt. Pann. l. 5. c. 345. Act. 8.

¶ Quot sint sectæ hæreticorum. C. XXXIX.

QVidam autem hæretici, qui de ecclesia recesserunt, ex nomine suorum auctorum nuncupantur: quidã vero ex causis, quas eligentes instituerunt.

Simoniani.

¶ Simoniani dicti a Simone magicę artis perito: cui Petrus in Actibus Apostolorum maledixit, pro eo quod ab Apostolis spiritus sancti gratiam pecunia emere voluisset. Hi dicunt creaturam non a Deo, sed a virtute quadam superna creatam.

Menandrini. † al. Menandriani.

¶ Menandrini a Menandro mago discipulo Simonis nuncupati; qui mundum non a Deo, sed ab Angelis factum asseruit.

Basilidiani. Act. 6.

¶ Basilidiani a Basilide appellati: qui inter reliquas blasphemias Iesum passum abnegauit.

Nicolaitæ. Apoc. 2.

¶ Nicolaitę dicti à Nicolao diacono ecclesiæ Hierosolymorum, qui cum Stephano, & cęteris constitutus est à Petro: qui propter pulchritudinem relinquens uxorem dixerat, ut qui uellet, ea vteretur: uersa est in stuprum talis consuetudo, ut inuicem coniugia commutarentur. Quos Ioannes in Apocalypsi improbat dicens, Sed hoc habes, quòd odisti facta Nicolaitarum.

Gnostici.

¶ Gnostici propter excellentiam scientiæ se ita appellare uoluerunt. Ani-

a ¶ Disciplina.] Medicina animæ est excommunicatio, vt 2. q. 1. multi.

DEus quãdo] CASVS. Docet August. in hoc c. differentiã esse inter maledictu Dei, & maledictum prelati: quia maledictũ Dei semper iustum est, cum ipsum nõ fallat peccati qualitas, neque peccantis affectus: sed maledictio prælati duob. modis est iniusta. Primo quia licet maledicat vt iudex: põt tamen non subesse causa maledicẽdi, cum ipse ignoret affectum delinquẽtis. Secundo, cũ ex certa sciẽtia maledicit hominem fibi conuitiantem, propter quod uitium resecandum præcepit Apostolus, ne maledicamus. [Quo.] scilicet mandato. Quæ autẽ postea sequuntur usque in finem, patent, nec leguntur in scholis.

b ¶ Promit.] Sicut utile est dæmones esse propter malos, ut 23. q. 5. quia malos. sic 1. q. 3. Saluator. in princ. & 26. q. 5. nec mirum.

c ¶ Scire.] 22. q. 5. humanæ.

d ¶ Cognoscere.] 85. dist. archidiaconum.

e ¶ Maledicẽdi.] 27. q. 1. nec aliqua.

Car-

men, naturam Dei esse dicunt: bonum & malum Deum suis dogmatibus fingunt.

Carpocratiani. ¶ Carpocratiani a Carpocrate quodam vocantur: qui dixit Christum, hominem fuisse tantum, & de vtroque sexu progenitum.

Cerinthiani ¶ Cerinthiani & a Cerintho quodam nuncupati. Hi inter cætera circumcisionem obseruant: mille annos post resurrectionem in voluptate carnis futuros prædicant. Vnde & græce χιλιάσαι, latine Millenarij sunt appellati. Millenarij.

Nazaræi. ¶ Nazaræi dicti: qui dum Christum (qui a vico Nazaræus est appellatus) filium Dei confiteantur; omnia tamen veteris legis custodiunt.

Ophitæ. ¶ Ophitæ a colubro nominati sunt. Coluber enim græce ὄφις dicitur. Colunt enim serpentem, dicentes ipsum in paradisum † induxisse virtutis cognitionem. † al. paradiso.

Valētiniani. ¶ Valentiniani a Valentino quodam Platonico sectatore vocati: qui αἰῶνας, idest sæcula quædam in originem Dei creatoris induxit: Christum quoque de Virgine nihil corporis assumpsisse, sed per eam, quasi per fistulam, transisse asseruit.

Apellitæ. ¶ Apellitæ, quorum auctor † Apelles fuit: qui creatorem Angelum nescio quem gloriosum superioris Dei faciens, Deum legis Israel illum igneum affirmans dixit, & Christum nō in veritate Deum, sed hominem in phantasia apparuisse. † al. princeps

Archontiaci ¶ Archontiaci a principibus appellantur: qui vniuersitatem, quam Deus condidit, opera esse Archangelorum defendunt.

Adamiani. ¶ Adamiani vocati, quòd Adæ imitentur nuditatem. Vnde & nudi orant, & nudi inter se mares fęminæque conueniunt.

Cainani. ¶ Cainani † a inde sunt appellati: quoniam Cain adorant. † al. Cajani al. Caiantani.

Sethiani. ¶ Sethiani nomen acceperunt a filio Adę, qui uocatus est Seth; dicentes eundem esse Christum.

Melchisedechiani. ¶ Melchisedechiani vocati pro eo, quòd Melchisedech, sacerdotem Dei, non hominem fuisse, sed virtutem Dei esse arbitrantur.

Angelici. ¶ Angelici vocati, quia Angelos colunt.

Apostolici. ¶ Apostolici hoc sibi nomen ideo sumpserunt, quòd nihil possidentes proprium, nequaquam recipiant eos, qui aliquo † in hoc mundo vtuntur. † al. aliquid.

Cerdoniani. ¶ Cerdoniani a Cerdone quodam nominati: qui duo contraria principia asseruit.

Marcionistæ ¶ Marcionistæ a Marcione Stoico philosopho appellati: qui Cerdonis dogma secutus, alterum bonum, alterum iustum Deum asseruit, tanquam duo principia creationis, † & bonitatis. † al. creator.

Artotyritæ ¶ Artotyritæ ab oblatione vocati: panem.n. & caseum offerunt, dicentes a primis hominibus oblationem a fructibus terræ, & fructibus omnium fuisse celebratam.

Aquarij. ¶ Aquarij appellati, eo quod aquam solam offerunt in calice sacramenti.

Seueriani. ¶ Seueriani a Seuero exorti vinum non bibunt: vetus testamentum, & resurrectionem non recipiunt.

Tatiani. Encratitæ. ¶ Tatiani a Tatiano quodam vocati: qui & Encratitæ dicti; quia carnes abominantur.

Alogij. ¶ Alogij vocantur tanquam sine verbo λόγος enim græce, verbum dicitur: Deum enim verbum non credunt, respuentes Ioannis Euangelium, & Apocalypsim.

Cataphryges. ¶ Cataphrygis nomen, prouincia Phrygia dedit, quia ibi extiterunt. Auctores eorum Montanus, Prisca, & Maximilla fuerunt. Hi aduentum spiritus sancti non in Apostolos, sed in se traditum asserunt.

Cathari. ¶ Cathari propter munditiam ita se nominauerunt, gloriantes enim de suis meritis, negant pœnitentibus veniam peccatorum: viduas, si nupserint, tanquam adulteras damnant: mundiores se cæteris prædicant. Qui nomen suum si cognoscere vellent: mundanos se potius, quam mundos vocarent.

Pauliani. ¶ Pauliani a Paulo Samosateno exorti sunt, qui dixit non semper fuisse Christum, sed a Maria sumpsisse initium.

Hermogeniani. ¶ Hermogeniani ab Hermogene quodam vocati: qui materiam non β natam introducens, Deo non nato eam comparauit, matremque elementorum, & Deam asseruit: quos Apostolus improbat elementis seruientes.

Manichæi ¶ Manichæi a quodam Persa extiterunt; qui vocatus est Manes. Hic duas naturas, & substantias introduxit, idest bonam, & malam, & animas ex Deo, quasi ex aliquo fonte manare asseruit: testamentum vetus respuit, nouum ex parte recipit.

Antropomorphitæ ¶ Antropomorphitæ γ dicti pro eo, quòd simplicitate rustica eum habere humana mēbra, quæ in diuinis libris scripta sunt, arbitrantur, ἄνθρωπος enim græce, latine homo interpretatur. Ignorantes vocem Domini, qui ait: [Spiritus est Deus.] Incorporeus est enim, nec membris distinguitur, nec corporis mole censetur. Ioan 4.

¶ Hic-

Hierachitæ. ¶ Hierachitæ ♂ ab Hierarcha auctore exorti monachos tantum recipiunt: coniugia respuunt: regna cœlorum paruulos habere non credunt.

Nouatiani al. Nouato ¶ Nouatiani a Nouatiano † Romæ vrbis presbytero exorti: qui aduersus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus inuadere, hæresim instituit, nolens apostatas suscipere, rebaptizans baptizatos.

Montani ¶ Montani, hæretici dicti, quod tempore persecutionis in montibus latuerunt; qua occasione se a catholicæ ecclesiæ corpore diuiserunt.

Ebionitæ al. prouectum ¶ Ebionitæ ab Ebione dicti, siue a paupertate: Christum enim per profectum † solum, virum iustum putant effectum. Vnde competenter Ebionitæ pro paupertate intelligentiæ appellati sunt: & ita tenent Euangelium, ut legem carnaliter seruent: aduersus quos Apostolus ad Galatas scribens inuehitur. Gal. 5.

Photiani ¶ Photiani a Photino Gallogræciæ Syrmij episcopo nuncupati: qui Ebionitarum hæresim suscitans asseruit Christum a Maria per Ioseph nuptiali coitu fuisse conceptum.

Aeriani ¶ Aeriani ab Aerio quodam nuncupati sunt; hi offerre sacrificium pro defunctis spernunt.

Aetiani Eunomiani ¶ Aetiani ab Aetio sunt vocati; Ijdemque Eunomiani ab Eunomio quodam dialectico Aetij discipulo, ex cuius nomine magis innotuerunt, dissimilem patri asserentes filium, & filio spiritum sanctum. Dicunt etiam nullum † imputari peccatum in fide manentium. al. nulli.

Origeniani ¶ Origeniani ab Origene auctore exorti sunt, dicentes, quòd non possit videre filius patrem, nec spiritus sanctus filium. Animas quoque in mundi principio peccasse dicunt, & pro diuersitate peccatorum è cœlis vsque ad terras † diuersa corpora, quasi vincula meruisse, eaque causa factum esse mundum. al. terras Gal. Ior.

Noetiani ¶ Noetiani a quodam Noeto vocati, qui dicebant Christum eundem esse, & patrem, & spiritum sanctum: ipsam Trinitatem in officiorum nominibus non in personis accipiunt. Vnde & Patripassiani vocantur, quia patrem passum dicunt. Patripassiani

Sabelliani ¶ Sabelliani ab eodem Noeto pullulasse dicuntur: cuius discipulum perhibent fuisse Sabellium, ex cuius nomine maxime innotuerunt, vnde & Sabelliani vocati sunt. Hi vnam personam patris, & filij, & spiritus sancti astruunt.

Ariani. ¶ Arriani ab Ario Alexandrino presbytero orti sunt: qui coæternum patri filiũ non agnoscens, diuersas in Trinitate substantias asseruit; & contra illud, quod ait Dominus [Ego & pater vnum sumus.] Io. 10.

Macedoniani. ¶ Macedoniani a Macedonio Constantinopolitano episcopo dicti sunt, negantes Deum esse spiritum sanctum.

Appollinaristæ ¶ Appollinaristæ ab Appollinare vocati sunt, dicentes Christum corpus tantummodo sine anima suscepisse.

Antidicomaritæ ¶ Antidicomaritæ appellati sunt pro eo, quòd Mariæ Virginitati contradicunt, asserentes eam post Christum natum viro suo fuisse commistam.

Metangismonitæ ¶ Metangismonitæ ζ ideo tale nomen acceperunt: quia ἄγγος Græce, vas dicitur. Asserunt enim sic esse in patre filium, tanquam vas minus intra vas maius.

Patritiani ¶ Patritiani a quodã Patritio nuncupati sunt, qui substantiam humanæ carnis a diabolo cõditam dicunt.

Colluthiani ¶ Colluthiani a quodam Collutho nominati: qui dicunt Deum non facere mala, contra illud, quod scriptum est: [Ego Dominus creans mala.] Esa 45.

Floriani † al. Floriniani à Flone ¶ Floriani † a Floriano: qui è contrario dicunt Deum creasse mala contra hoc, quod scriptum est: [Fecit Deus omnia bona. Gen. 1

Donatistæ Donatistæ a Donato quodam Afro nuncupati: qui de Numidia veniens totam pene Africam sua persuasione decepit, asserens minorem patre filium, & minorem filio spiritum sanctum; & rebaptizans catholicos.

Bonosiani ¶ Bonosiani a Bonoso quodam episcopo exorti produntur: qui Christum Dei filium adoptiuum, non proprium asserunt.

Circumcelliones Scototopoci ¶ Circumcelliones dicuntur, eo quòd agrestes sint: quos Scototopicos vocant, supra dictæ hęresis habentes doctrinam. Hi amore martyrij semetipsos perimunt, vt violenter de hac vita discedentes, martyres nominentur.

Priscillianistæ. ¶ Priscillianistæ à Priscilliano vocati; qui in Hispania ex errore Gnosticorum, & Manichæorum permistum dogma composuit.

Luciferiani † al. instanti Aug. de Agone Christiano, c. 30. ¶ Luciferiani à Lucifero Sardinię episcopo orti: qui episcopos catholicos, qui Constantij † persecutione perfidiæ Arianorum consentientes erant, & postea correcti in catholicam redire delegerunt, damnantes

siue quod crediderant, siue quod se credidisse simulauerant, quos ecclesia catholica materno recepit sinu tanquam Petrum post fletum negationis; hãc illi matris charitatem superbè accipientes, eosque recipere nolentes, ab ecclesiæ communione recesserunt, & cum ipso Lucifero auctore suo, qui mane oriebatur, cadere meruerunt.

Iouinianistæ ¶ Iouinianistæ a Iouiniano quodam monacho dicti, asserentes nullam nuptiarum, & virginum esse distantiam; nullumque inter abstinentes, & simpliciter epulantes esse discrimen.

Heluidiani. ¶ Heluidiani ab Heluidio nominati: qui dicũt post Christum natum alios Mariam filios de viro suo Ioseph peperisse.

Paterniani. ¶ Paterniani à Paterno quodam exorti, inferiores corporis partes a diabolo factas opinantur.

Arabici. ¶ Arabici nuncupati eo quòd in Arabia exorti sunt, dicentes animam cum corpore mori, atque in nouissimo vtrumque resurgere.

Tertullianistæ. ¶ Tertullianistæ dictæ a Tertulliano presbytero Africanæ prouinciæ ciuitatis Carthaginensis, animam immortalem esse, sed corpoream prædicantes, & animas peccatorum hominum post mortem in dęmones verti putantes.

Tessarescædecaritæ. ¶ Tessarescędecaritæ dicti quod dacimaquarta luna Pascha cum Iudæis obseruandum cõtendunt. Nam τέσσαρες quatuor, δέκα decem significat.

Nyctages. ¶ Nyctages a somno nuncupati, quod vigilias noctis respuant, superstitionem esse dicentes, iura temerari diuina, qui noctem ad requiem tribuit.

Pelagiani. ¶ Pelagiani a Pelagio monacho exorti. Hi liberum arbitrium diuinæ gratiæ anteponũt, dicentes sufficere voluntatem ad implendum iussa diuina.

Nestoriani. ¶ Nestoriani a Nestorio Constantinopolitano episcopo nuncupati, qui beatam Mariam Virginem non Dei, sed hominis tantummodo matrem asseruit, ut aliã personam carnis, aliam faceret Deitatis, nec vnum Christum in verbo Dei, & carne credidit: sed separatim, atque seiunctim alterum filium Dei; alterum hominis prædicauit θ.

Eutychiani. ¶ Eutychiani dicti ab Eutyche Constantinopolitano abbate: qui Christum post humanam assumptionem negauit existere in duabus naturis: sed solum in eo diuinam asseruit esse naturam.

¶ Acephali dicti, idest, sine capite. Nullus enim eorum reperitur auctor, a quo exorti sint. Hi trium Calcedonensium capitulorum impugnatores, duarum in Christo substantiarum proprietatem negant, & unam in eius persona naturam prædicant. A[...]

¶ Theodosiani, κ & Gaianitæ appellati a Theodosio, & Gaiano: qui temporibus Iuuiniani principis in Alexandria, populi peruersi electione, vna die ordinati sunt episcopi. Hi errores Eutychetis, & Dioscori sequentes, Calcedonense conciliũ respuunt ex duabus vnam in Christo naturam asserũt, quam Theodosiani corruptam; Gaianitæ incorruptam contendunt. Theodosiani & Gaianitæ

¶ Agnoitæ, γ & Tritheitæ a Theodosianis exorti sunt: ex quibus Agnoitæ ab ignorantia dicti: quia ad peruersitatem, a quo exorti sũt, id adijciunt, quòd Christi diuinitas ignoret futura, quæ sunt scripta de die, & hora nouissima: non recordantes Christi personãm in Esaia loquentis, [Dies iudicij in corde meo.] Agnoitæ, Tritheitæ. Esa. 30.

¶ Tritheitæ vero vocati, quòd sicut tres personas in Trinitate; ita quoque tres asserunt Deos esse, contra illud, quod scriptum est, [Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus vnus est.] Tritheitæ. Deuter.

¶ Sunt & aliæ hæreses sine auctore, & sine nominibus. Ex quibus aliæ putant triformem esse Deum: aliæ Christi diuinitatem passibilẽ dicunt: aliæ Christi de patre natiuitati initiũ temporis dant, aliæ liberationem hominum apud inferos factam Christi descensionẽ non credunt: aliæ animam, imaginem Dei negãt: aliæ animas conuerti in dæmones, & in quæcumque animalia existimant, aliæ de mundi statu dissentiunt: alię innumerabiles mundos opinantur, alię aquam Deo coęternam faciunt, alię nudis pedibus ambulabant, alię cum omnibus non manducant.

¶ Hę sunt hęreses aduersus catholicam fidẽ exortę, & ab Apostolis, & a sanctis patribus, vel concilijs prędamnatę; quę dum in se multis erroribus diuisę, inuicem sibi dissentiunt; communi tamen nomine aduersus ecclesiam Dei conspirant.

¶ Sed & quicumque aliter scripturam sanctam intelligit, quàm sensus spiritus sancti flagitat, a quo conscripta est; licet de ecclesia non recesserit, tamen hęreticus appellari potest. sup. ea. [...] quę.

α ¶ Cainani.] *Apud B. Augustinum in libro de hæresibus (ex quo magnam partem huius capitis accepit Isidorus) & in aliquot vetu-*

stis

stis Grat. exemplarib. legitur. Cayani. *In uno aũt eiusdem Grat.* Cayni. *De quibus quidem hæreticis Tertull. in lib. de præscriptione aduersus hæreticos hæc scribit.* Sunt, & nũc alij Nicolaitæ: Caiana heresis dicitur, *& paulo inferius.* Nec non ẽt arripit alia quoq; hæresis: quæ dicitur Cainæorum. Et ipsi. n. magnificãt Cain, quasi ex quadam potenti virtute conceptum, quæ operata sit in ipso.

β ¶ Nõ natã.] *Locus hic emẽdatus est ex plerisque uetustis, & Isido. Antea. n. legebat̃,* Nõ naturã introducẽs, Deo, nõ naturę eã cõparauit

γ ¶ Anthropomorphitæ.] *In codicib. Isid. vulgatis, & aliquot manuscriptis antecedũt hæc;* Anomiani latine sine lege dñr: *q̃ tamen absunt a codice Isid. peruetusto, & ualde emẽdato monasterij B. Aug. ĩ carbonaria Neapolis.*

δ ¶ Hierarchitæ.] *Ita mutatũ est ex libello B. Aug. quãuis in aliquot ipsius editionibus sit,* Hierarchitæ. *Hieracha vero hæretici meminit B. Hilarius lib. 4. & 6. de Trinitate. Antea legebatur,* Hieraclitæ ab Heraclio.

ε ¶ Montani.] *Horum nulla mentio est apud B. Aug. sed Montensium: quo nomine Donatistas Romæ vocari solitos tradit.*

ζ ¶ Metangismonitæ.] *Sic emendatum est ex Isidoro, & B. August. cum antea legeretur* Metangi nominati.

η ¶ Scototopicos.] *Apud Isidor. in Pannor. & in aliquot manuscriptis Grat. est,* Cotopitas. *Quod uero ait,* supradictæ hæresis habentes doctrinam. *referẽdum est ad Donatistas, non ad Bonosianos.*

θ ¶ Prædicauit.] *In eodem vetusto Isidori codice Neapolitano hic est finis capituli, & incipit nouum caput.* De philosophis gentium.

ι ¶ Chalcedonensiũ.] *Tria capitula tractata, & definita sunt in 5. synodo sub Iustiniano, q̃ significãtur sup. d. 15. sicut sancti. Qui uero occasione horũ trium capitulorum ab ecclesia recesserant: non Chalcedonensem, sed quintã synodum impugnabant.*

κ ¶ Theodosiani.] *Horũ meminit Liberatus ĩ Breuiario, Niceph. lib. 18. c. 45. 49. & 50. ac Greg. Cedrenus anno xiiij. Iustiniani Imp. B. Aug. memorat Theodotianos a Theodotione: sed idẽ uidetur qui Theodotus, de quo Epipha. li. 2. to. 1. hæresi 54.* Theodotianos a Theodoto, *ut etiam Philastrius, & Damascenus.*

λ ¶ Agnoitæ, & Tritheitæ.] *Sic restitutũ est quãuis in codicib. Isidori, & Grat. legeretur,* Gnoitæ Trithoitæ, *De his meminit Nicepho. in locis ꝓxime indicatis: eosq; a Theodosianis ꝑfectos scribit. De Agnoitis vero multa dicit B. Greg. lib. 8. epist. 35. & 42. ad Eulogium.*

Item Augustinus de Genesi contra Manichæos, lib. 1. c. 1.

¶ Quare diuina prouidentia multos errare permittat. C. XL.

6 IDeo diuina prouidẽtia multos diuersi erroris hęreticos esse permittit; vt, cum insultant nobis, & interrogant nos ea, quæ nescimus, uel sic excutiamus pigritiam, & diuinas scripturas nosse cupiamus. Propterea, & Apostolus ait, [Oportet hæreses esse, ut probati manifesti fiant inter vos.] Hi autem Deo probati sunt: qui bene possunt docere: sed manifesti α hominibus esse nõ possunt, nisi cum docent.

α ¶ Sed manifesti.] *Hæc addita sunt ex originali, itemque alia nonnulla, & emendata.*

IDeo.] Hęc est sexta pars qõ. in qua dr̃ quod ad experiẽtiam bonorũ hominum ꝑmittit Deꝰ esse hęreses. 1. q. 3. saluator. Ioa. de Fã. & est huic simile de cõse. distin. 2. & sancta. Arch.



Ancta Romana ecclesia.] CASVS. expedito tractatu hæreticorũ, subijcit Gra. xxv. causam, in qua tractat de priuilegijs Romanæ ecclesiæ: de quibus, ut nos competentius instruat, thema proponit, de quo duæ q̃stiones eliciuntur. 1. Cor. 11.

a ¶ Oritur.] Primo inter episcopum, & clericos. 1 Secũdo inter clericos, & monachos, & hæc est differẽtia istarum quæstionũ. Ostendit ergo primo, quod clerici non possunt se defendere contra episcopũ per tale priuilegium, & ad hoc inducuntur

1 De hoc sequitur hæc 1. qõ. & hæc patet inf. eo. §. his ita, in fi. uer. clerici ergo &c. I.

tur

CAVSA XXV.



Ancta Romana Ecclesia quandam baptismalẽ Ecclesiã suis muniuit priuilegijs, decimationes suæ diœcesis ex integro sibi attribuens. Item quodda monasteriũ similiter muniuit priuilegijs ꝓprijs, decernẽs, vt ex proprijs prædijs nullas decimas persolueret. Accidit itaque, vt intra diœcesim præmunitæ baptismalis ecclesiæ præfatum monasteriũ alia emptione, alia donatione prædia sibi inueniret. Oritur [a] *itaque contentio inter monachos, & clericos de decimis.*

1 *Hic primũ quæritur, an clerici baptismalis ecclesiæ, auctoritate priuilegij, decimas suæ diœcesis ex integro sibi valeant vendicare.*

2 *Secundo, an subsequenti priuilegio monachorum, derogetur antiquioribus priuilegijs baptismalium ecclesiarum.*

Quuntur omnia ista c. eod. ꝙ Papa non potuit dare tale priuilegium. Ioan.

Quod uero.] Hec quæstio diuiditur in duas partes: in quarum prima probat magister per 19. cap. ꝙ priuilegia ecclesiarum, scilicet per quæ firmatur status ecclesiæ, non sunt immutanda. Secunda ibi,] Si ergo. Ioan. de Fant.

CASVS Hic intitulatur 1. quæstio, qua quæritur an clerici baptismalis ecclesiæ possint decimas totius episcopatus sibi vendicare auctoritate priuilegij Apostolicę sedis. Et respondet ꝙ sic, vt ȷ. c. 1. §. [His ita. Primo tamen probat, ꝙ non potuit, cu decimę in quatuor partes diuidi debeant, vt sancti canones declarãt manifeste. & not. quod in hoc loco vsque ad §. [His ita.] probat Grat. quod Papa non potuit concedere tale priuilegium clericis baptismalis ecclesiæ.

Confidimus. ꝙ.] CASVS. Dicit Gelasius i hoc c. qđ nullus magis tenet custodire constitutũ uniuersalis synodi, quã summus Papa, cuius auctoritate unaquæq; synodus confirmatur, ꝙ nullus Christianus debet ignorare.

a ¶ Oportere.] Hoc verbum oportet, est verbum honestatis. sic ponitur 19. q. 1. c. j. sicut hæc dictio debet quãque honestatem designat, 1 ut extra de despon. impub. c. tua. quandoq; est uerbũ ... ut ... d. unũ. quandoque est uerbũ necessitatis, vt 3. q. 9. nõ oportet. hoc ideo dico, quia princeps legibus solutus est, ut extra de elect. significasti tamẽ honestum est ut secundum leges uiuat, ut ff. de leg. 3. l. ex imperfecto. C. de test. ex imperfecto. Ioan.

... non ... per ... ceditatis.


1 Sub quãq; necessitate, ut ext. ut eccles. benefi. uno. uer. & ideo. & ext. de app. proposuit. ꝙ hic ut de hoc plene not. ff. de off. preb. sepe.

Diuinis.] CASVS. Docet Leo Papa in hoc capit. quod Apostolicus uigilans debet esse in omnibus ut ea, quæ male sunt usurpata, eius

auctoritate reuocentur: quod si neglexerit, summum pastorem non uidetur amare: nec Petrum Apostolum militari, cui dictum fuit, ut Christi oues, si Christum diligat, diligenter pascat.

b ¶ Trina.] Ter enim cõfessus est Christum, 2 vt ostendat — 2 Vt 7. q. 1. imitare.

QVAESTIO I.



Quòd vero auctoritate illius priuilegij decimas sibi ex integro clerici vendicare non valeant hinc probatur: quia decimæ iuxta decreta sanctorum patrum quadripartito diuiduntur, quarum vna pars episcopis, secundo clericis, tertia fabricis restaurandis, quarta vero pauperibus est assignata. Decreta vero sanctorum canonum neminem magis, quàm Apostolicum seruare oportet.

Vnde Gelasius Papa ait in epistola ad episcopos Dardaniæ.

¶Constitutum synodi, quod vniuersalis ecclesiæ probauit assensus, Romanam sedem seruare oportet. C. I.

Confidimus, quòd nullus iam veraciter Christianus ignoret, vniuscuiusque synodi constitutum, quod vniuersalis ecclesiæ probauit assensus, nullã magis exequi sedem præ cæteris oportere [a], quam primam: quæ & vnamquamque synodum sua auctoritate confirmat †, & continuata moderatione custodit. — Poly. l. 1. tit. 1. Ans. l. 1. c. 49. — † al. firmauit.

Item Leo Papa epist. 4. episcopis Siciliæ.

¶Qui negligenter pascit Dominicum gregem sibi commendatum, conuincitur summum non amare pastorem. C. II.

Diuinis præceptis, & Apostlicis monitis incitamur, vt pro omnium ecclesiarum statu, impigro vigilemus affectu: ac, si quid vsquam reprehẽsioni inueniatur obnoxium, celeri solicitudine aut ab ignorantiæ imperitia, aut a præsumptionis vsurpatione reuocemus. Monente enim Dominicæ vocis imperio, quo beatissimus Apostolus Petrus trina [b] admonitione [α] mysticis sanctionibus imbuitur, ut Christi oues, qui Christum diligit, pascat, ipsius sedis, cui per abundantiam gratiæ diuinæ præsumus, reuerentia coarctamur †, vt periculum desidiæ, quantũ possumus declinemus: ne professio summi Apostolici, qua se amatorẽ Domini esse testatus est, vana inueniatur in nobis: quia negligenter pascens Dominicum gregem toties commendatum, conuincitur summum non amare pastorem. — Ans. l. 1. c. 32. & 43. & l. 2. c. 22. — Io. 21. — † al. cohortamur.

α ¶Admonitione.] *In originali, & apud Anselmum legitur*, trina repetitione mysticæ sanctionis. *Alia vero quædam sunt emendata ex ipsa epistola.*

Item Anatolio episcopo, epist. 51. — Capi. l. 6. c. 254. & l. 7. c. 222.

dat se corde, opere, & ore Christum diligere. Ioan.

Quæ

QVæ ad perpetuam.] CASVS. Anatolius episcopus prætergrediebat fines sui episcopatus aliena vsurpando, & ideo Leo Papa præcipit, vt suis terminis sit cōtentus: & quæ ad communem vtilitatem sunt ordinata, nulla commutatione varientur.

a ¶ Nulla

non valet statutum: sed omnes hæc [illegible] dist. sicut. & [illegible] intelligi 7. ca. [illegible] sicut quidam [illegible] & c. seq. sed [illegible] contra [illegible] statutum ecclesiæ, ꝙ non est ita generale, sicut de continētia 1 sacerdotū, bñ pōt dispēsare.

b ¶ Nec ad priuatum.] communis vtilitas priuatæ præiudicat, vt 7. qō. 1. [illegible] & c. 8. q. 1. in scripturis.

1 Vide quod legitur, & no. sup. 88. d. cum in prætexto.

¶ Non debent ullo modo uariari, quæ ad perpetuam ordinantur quietem. C. III.

Ans. l. 16. c. 121. Iuo p. 16. c. 317.

QVæ ad perpetuam vtilitatem generaliter instituta sunt, nulla commutatione [a] varientur: nec ad priuatum [b] trahantur commodum, quæ ad bonum sunt cōmune præfixa: * sed † manentibus terminis, quos cōstituerunt patres, nemo iniuste α vsurpet alienum: sed intra fines proprios, atque legitimos prout quis ualuerit † in latitudine se exerceat charitatis.

Conc. l. 2. [illegible] si quis mu[nicipalis] [illegible] q s caut. & [illegible] unica. §. fi. C. de ep. pu.

† al. &

† al. voluerit.

α ¶ Iniuste.] *Apud B. Leonē legitur,* nemo in ius tēdat alienū. *Apud Iuonē, & in capitularib. legitur,* nemo dānet alienum. *Apud Ansel. vero,* nemo iniuste damnet.

Item Hilarius Papa in synodo Romana, c. 1.

¶ Nulli diuinas constitutiones & Apostolicæ sedis decreta temerare licet. C. IIII.

Poly. l. 1. tit. 17. Ans. l. 1. c. 47. & 62. Iuo p. 5. c. 37.

al. potissi[mi].

NVlli fas sit sine status sui periculo, uel diuinas cōstitutiones, uel Apostolicæ sedis decreta temerare: quia nos, qui potentissimi β † sacerdotis administramus officia, talium transgressionum culpa respiciet, si in causis Dei desides fuerimus inuenti: quia meminimus, quòd timere debemus, qualiter comminetur Deus negligentiæ sacerdotum. Si quidem reatu maiori delinquit, qui potiori honore perfruitur † & grauiora facit vitia peccatorum sublimitas [c] peccantium. †

Ezech. 3. & 34.

Cōcor. tex. [l]. nemo C. [de] epis. & cl. [i]n l. moris [i]ste fere. de pœ[n].

† al. dignitatum.

orig.

β ¶ Potentissimi.] *Sic apud Anselmum, & in cæteris vetustis exemplaribus Gratiani, præter vnum, in quo habetur vt in concilio ipso,* potissimi.

Item Damasus Papa.

¶ In spiritum sanctum blasphemant, qui sacros canones violant. C. V.

Deusdedit p. 4. Ans. l. 3. c. 116. Poly. l. 4. tit. vlt.

VIolatores canonum voluntarij grauiter à sanctis patribus iudicantur, & sancto spiritu (instinctu cuius, ac dono dictati sunt) damnātur: quoniā blasphemare [d] spiritum sanctum non incongrue videntur, qui contra eosdem sacros canones non necessitate cōpulsi, sed libenter, ut præmissum est, aliquid, aut propterue agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus spōte consentiunt. Talis enim præsumptio manifeste unū genus est blasphemantiū spiritum sanctum: quia, vt iam prælibatum est, contra eum agit, cuius nutu, & gratia sancti canones editi sunt.

Item Vrbanus Papa.

¶ In quibus Romano Pontifici licet nouas condere leges. C. VI.

SVnt quidam dicentes Romano Pontifici semper licuisse nouas condere leges. Quod, & nos non solum non negamus, sed etiam valde affirmamus. Sciendum vero summopere est, quia inde nouas leges condere po-

NVllis fas sit.] CASVS. Ostēdit Hilarius Papa ī hoc c. ꝙ nullis [l]icet venire contra decretum Apost. sedis, nisi velit deponi: quia quāto quis in maiori potestate, dignitate, si sacras constitutiones violat, vel negliges inuenitur: tanto maiori reatu constringitur.

c ¶ Sublimitas.] Crimen enim augetur per dignitatem, ut 40. d. hon. c. ff. de re milit. omne delictum. §. 2. Ioan.

VIolatores.] CASVS. Quidam epi canones sponte violabant, vel uiolātibus consentiebāt. quare Damasus Papa eos reprehendit, dicens, ꝙ tales blasphemant spiritum sanctum, instinctu cuius canones editi erant: & ideo a sanctis patribus, & spiritu sancto grauiter iudicantur.

d ¶ Blasphemare.] Immo co[m]p[l]e videtur excōmunicatus, & hæreticus, vt 19. d. nulli. & inf. ea. c. generali.

SVnt quidā.] CASVS. Quidam dicebant, ꝙ semper licuit Romano pontifici cōdere nouas leges: quibus Vrban[us] papa consentit, confirmando quod dicunt, dūmodo contra Euangeliū, uel contra Apostolos legem non cōdant. ubi enim Dominus, uel Apostoli eius uel sācti patres aliqd sententialiter diffinierunt, ibi Romanus pontifex nouam legem condere nō debet: sed quod statu[illegible] ad san[illegible]

[illegible] in aliq- [illegible] nō dispē[sare]

a ¶ Nulla commutatione.] Ex hoc patet, ꝙ Papa non potest contra generale ecclesiæ statutum dispensare, nec cōtra articulos fidei. nam & si omnes assentiant ei let aliquid statuere contra euangelium, uel contra Apostolos vel prophetas, hæreticus esse conuinceretur. Seq. capitulum planum est.

a ¶ Apostoli.] Hic videtur, quod papa non possit dispensare contra Apostolum, vel Dominum qualiter ergo Martinus dispensauit cum bigamo contra Apostolum, vt 34. dist. lector. * Item cum canon Apostolorum dicat, presbyter si fornicatus fuerit, deponatur. 81. dist. presbyter. quo ergo Grangrense conciliū dispensat in tali casu, ut dis. 82. presbyter. Itē contra Dñm dispensauit. qui dixit, Vouete, & reddite, & tamen absoluit a iuramento, & a uoto. 15. qō. 6. iuratos extra de uot. & uo. redemp. per totum. Satis pōt sustineri quod papa contra Apostolum dispensat: nō tamen in his, quę pertinēt ad articulos fidei eodem modo dispēsat in Euangelio interpretando ipsū. ext. de testi. licet in fin. item nō est uera dispēsatio quę fit in voto peregrinationis quia nō dicitur uouēs liberari ab illa obligatione: sed potius dr̄ in melius commutari, ut extra de iureiuran. peruenit. sed circa uotum cōtinentiæ forte nō posset dispensare 1. quia uix inueniret melius in quod posset cōmutari 2. ut extra de stat. reg. cum ad monasterium, in fi. Ioan. quidquid dicat Ioan. quandoque dispensat papa contra generale statutū ecclesię sicut fecit in Lateranen. concilio generali Innocētius, ut extra de cōsang. & affin. non debet. licet cōtra articulos fidei non dispenset. 1. quæstione 7. & si illa B.

Papa utrum possit contra Apostolum dispensare. * Vide quod notatur ibi.

Continentia in melius. ¶ Contrariū no. 3. ea. q. q. ad perpetuā. in glo. 1. sed non est contra, si bene uideatur. a Ecclesiastici 26. non est digna ponderatio aīæ cōtinētis. incorruptio. n. facit proximū Deo. Sap. 5. ad idē 32. q. 1. nuptiæ. Arch.

b ¶ Contra statuta.] Scilicet, ut dictum est de articulis fidei, supra cap. proxi.

c ¶ Potest.] Supple de facto, uel de iure.

Omne.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In 1. dr̄, quod catholica ecclesia debet defendere ea, quæ sunt iuste statuta. In secunda parte dicit, quòd iniusta diffinitio regio metu uel cuiuscunque iudicis auctoritate composita ualere non debet. Nam quæ contra Euangelicam doctrinam Apostolicam, uel propheticam statuuntur, omni firmitate carebunt: & quod ab infidelibus uel hæreticis factum fuerit, omnino cassabitur. Secunda pars incipit ibi, [Iniustum autem.] Sequens c. patet.

b ¶ Iniustum.] supra 11. q. 3. c. iniustum.

e ¶ Ab infidelibus.] Arg. quod id quod fit ab intruso, non ualet, ut 12. q. 2. alienationes de consecr. dist. 1. hic ergo. Argum. contra 1. quæst. 1. si quis a pseudo episcopis.

test, vnde Euangelistæ aliquid, & prophetæ α nequaquā dixerunt: vbi vero apertè Dominus, vel eius Apostoli, [a] & eos sequentes, sancti patres sententialiter aliquid definierunt; ibi non nouam legem Romanus Pontifex dare, sed potius, quod prædicatum est, vsq; ad animam & sanguinem confirmare debet. Si enim quod docuerunt Apostoli, & Prophetæ, destruere (quod absit) niteretur; non sententiam dare, sed magis errare conuinceretur. Sed hoc procul sit ab eis, qui semper Domini ecclesiam contra luporum insidias optimè custodierunt.

α ¶ Et Prophetę.] *Absūt hæ uoces a multis manuscriptis.*

Item Zozimus Papa.

¶ Apostolicæ sedis auctoritas contra sanctorum statuta aliquid condere non valet. C. VII.

Contra statuta [b] patrum condere aliquid, vel mutare, nec huius quidē sedis potest [c] auctoritas. Apud nos enim inconuulsis radicibus viuit antiquitas † cui decreta patrum sanxere reuerentiam.

Iuo p. 4. c. 226. Pan. l. 3. c. 4. concordat.

† Conc. l. f. §. seq. quia C. de iure delib. & l. 1. §. & cū tripli- ci C. ad cad. toll.

¶ *Epistola vnde sumptū est hoc caput non est inuenta: Iuo autem in loco indicato, & in epistola ad Hugonem archiepiscopū Lugdunensem affert hoc ex epistola Zozimi ad episcopos Narbonensis prouinciæ: & ipse Zozimus in 1. epistola ad Hesychiū narrat se scripsisse ad episcopos Galliæ, & Hispaniæ.*

Item Marcellinus β Papa epist. 2.

β ¶ Marcellinus.] *Restitutum est ex vetustis exemplarib. Nam in vulgatis erat*, Marcellus.

¶ Stare non valet, quod contra Euangelicam, vel propheticam doctrinam, seu constitutionem factum fuerit. C. VIII.

Omne, quod irreprehensibile est, catholica defendit ecclesia. & *infra.* ¶ Iniustum [d] iudicium, & diffinitio iniusta regio metu, vel iussu a iudicibus ordinata, non valet. Nec quidquā, γ quod contra Euangelicæ, vel Propheticæ, aut Apostolicę doctrinę constitutionem, successorumve eorum, siue sanctorum patrum actum fuerit, stabit: & quod ab infidelibus [e] vel hæreticis factum fuerit, omnino cessabitur.

sup. d. 81. si qui finē. 11. q. 3. iniustum. Ans. l. 3. c. 27.

γ ¶ Nec quidquam.] *Emendatus est hic locus ex ipsa Marcellini epistola.*

Item Hormisda Papa episcopis Hispaniæ.

¶ A statutis patrum non deuiare, & fidei regulam custodire prima salus est. C. IX.

Et in libello Ioannis Constantinop. episcopi ad Hormisdam.

Prima salus est, rectę fidei regulam custodire, & a cōstitutis patrum nullatenus deuiare.

Item Pelagius Papa Childeberto Regi.

Sacer-

Satagendum.] CASVS. Quidam dicebant Pelagium in fide errare: de quo cum suspicaretur rex Childebertus, misit Rufinum legatum suum Romam, ut à Pelagio postularet, uel ut significet sibi qualiter fidē uel chartam B. Leonis, in qua fides catholica scripta continebatur conseruet: vel professionem suæ fidei uerbis proprijs sibi destinaret. Pelagius uero significabat sibi quod non solum fidem, & chartam beati Leonis conseruabat, sed etiam proprijs uerbis professionem suæ fidei ei destinauit, ut nulla possit de cetero suspicionis occasio residere.] Satagendum est.] idest videndum est.[vt legibus,] idest, secundū leges ecclesiasticas, aliàs regib. [Tomum,] idest, fidem uel chartā inuiolatam, in qua fides scripta continebatur.[Nosq;] Hāc literam sic formabis, quæ, pro & [significamus ad uos professionē.] idest, subscriptionem nostræ manus.[nos ī omnibus, &c.] Scriptum,[idest, qđ in scripto continetur. a ¶ Subditos.] Arg. quod Papa subest Imperatori: ītelligo quo ad hoc, quod sua ecclesia dat tributa fortè Imperatori, ut extra de cen. omnis anima. & 11. q. 1. magnum. & ca. si tributum. 23. quæst. 8. tributū. Nā aliàs omnes prīcipes subsūt episcopis, ut ext. de ma. & obedien. omnes principes. Ioan. de Fan.

¶ Profitetur Pelagius Papa tomum sui decessoris per omnia seruare. C. X.

Iuo p.5.c.358. † regibus.] Iuo.

Satagendum est, ut pro auferēdo suspicionis scādalo, obsequium confessionis nostræ legib. † ministremus: quib. nos etiā subditos [a] esse sacræ scripturę præcipiūt. Veniēs etenim Rufinus uir magnificus excellētię vestrę legatus cōfidenter à nobis, ut decuit, postulauit: quatenus vobis, aut beatæ recordationis Leonis Papę tomū à nobis per oīa cōseruari significare debuissemus; aut proprijs uerbis nostræ confessionē fidei destinare. Et primā quidem petitionis eius partē, quia facilior fuit, mox, ut dixit, impleuimus: nosque in omnibus præsulis tomum pro catholicæ fidei assertione cōscriptum, Deo propitio, custodire manus nostrę ad uos professione significamus.† Vt autē nullius deinceps (quod absit) suspicionis resideret occasio; illam etiam aliā partem, quā memoratus vir illustris admonuit, facere maturaui; scilicet proprijs verbis confessionem fidei, quam tenemus, exposui.

Papa quāque subest Imperatori.

† al. signauimus.

Item Hadrianus Papa in capitulis, c. ult.

Et c.l.6.c.249.

¶ Anathema apud Deum fiat, qui censuram Romanorum Pontificum uiolat. C. XI.

Generali decreto constituimus, ut execrādū anathema sit,† [b] & ueluti præuaricator catholicę fidei semper apud Deum reus existat; quicunque regum; seu episcoporum, α uel potentum deinceps Romanorū β pontificum decretorum censuram in quocunque crediderit, uel permiserit uiolandam.

Deus sd.p.1.l.3.4. Ans.l.12.c.2.& l.3.c.82.& l.4.c.40. Poly.l.4.tit.ult.

† al. fiat.

α ¶ Seu epōrū.] *Hæ uoces nō legūtur in ipso capitulo; neque ī capitulari. sunt tamē apud Anselmū, & ī Polycar.* β ¶ Romanorum.] *In capitulo habetur*, deinceps canonum censuram: *nec multo aliter in capitulari. Anselmus tamen, & Polycarpus habent ut Gratianus.*

Generali.] CASVS. Statuit Hadrianus Papa in hoc c. ut quicūq; fecerit vel fieri permiserit cōtra censurā, & decreta Apost. sedis, velut hæreticus, & catholicę fidei preuaricator anathematizet. b ¶ Sit.] Idest, fiat. Nā hæc uerba, sit & fiat, respiciunt quādoque futurum tēpus, ut ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. dein de. Ioan.

Item Damasus Papa, epist. 4. Prospero † episcopo.

† al. Stephano. Et Leo papa ep. 1. c.5.

¶ Non licet alicui episcopo contra Romanorum pontificum decreta aliquid agere. C. XII.

Poly.4.tit.22. Ans.l.4.c.47. Pan.l.3.c.3.simile.

† Hæc decretalia.] orig.

Omnia [c] decretalia,† & cunctorum decessorum nostrorum cōstituta, quę de ecclesiasticis ordinibus, & canonum promulgata sunt disciplinis, ita à uobis, & ab omnibus episcopis, ac cūctis generaliter sacerdotibus custodiri debere mandamus; ut si quis in illa commiserit, ueniam sibi deinceps nouerit denegari.

Omnia decretalia.] CASVS. Precepit Damasus Papa in hoc. c. ut quicūq; eps uel sacerdos cōmiserit cōtra decreta Romanorum Pōtificū, deponatur sine spe restitutionis. Quæ aūt sequūtur plana sunt usq; ad §. [si ergo. c ¶ Omnia.] Hoc ca. hic attribuitur Damaso: aliàs Leoni, vt 19. dist. c. 1. uer. quoniam. 1 Io.

1 Vel dic, quod potuit esse vtriusq; ca. Sicut & aliàs sup. 1. q. 1. de cætero. de conf. d. 1. in consulto. in subscriptione utriusq; c. patet.

Item Gregorius lib. 2. epist. 7. seu c. 46. ad Ioannem episcopum.

¶ Non communicet sacris altaribus, qui nescit sacris obedire canonibus. C. XIII.

Poly.l. 4. tit. ult. † al. Hac.

Hac † cōsona sanctis patrib. diffinitione sancimus; vt q. sacris nescit [d] obedire canonibus, nec sacris

Hac cōsona.] d ¶ Nescit.] Id est, cōtemnit, uel loquitur de ignorātia iuris, quæ quibusdam est damnabilis, ut 38. dist. in. si in laicis. Ioan.

IDeo permittente.] SI ERGO. Hec est 2. pars quæst. in qua primo infert ex præcedentibus: subsequenter, venit ad diuersas solutiones. Io. de Fant.

CASVS. Nunc Grat. ex supradictis c. concludit dicens, ꝙ Papa priuilegium clericis baptismalis ecclesiæ concedere nō potuit: cū videatur facere contra statuta sanctorū patrū, q̄ inuiolabili ter seruari oportet. Nō enim debet priuilegia cōcedere, q̄bus status ecclesiarum turbatur.

HIS ITA. CASVS. Hucusque Gra. probauit, q̄d Papa priuilegiū clericis baptismalis ecclesiæ cōcedere nō potuit. Nūc uero respōdet allegatis, duas adhibendo solutiones. Iste ergo. §. in duas partes diuiditur. In prima parte ponit solutionē quādam, scilicet ꝙ Papa non est subditus canonibus: sed pōt uenire cōtra illos quando vult & hoc pbat p tria exēpla, scilicet Christi, qui tāgēdo leprosum fecit cōtra legē: & exēplo Apostolorum, qui euulserūt spicas, & cōfricauerūt eas in die sabbati ꝯ legem veterē: quos Apostolos cum à Iudęis reprehenderentur, Christus tripliciter excusauit, scilicet exemplo Dauid, & circumcisionis, & oblationis, quę fiebant in die sabbati contra legem. Tertium exemplū enā est Christi, qui docebat in tēplo scribas & Pharisęos, ut ostēderet se Dominū legis. In secūda parte ponit alia solutio, quę talis est, scilicet ꝙ Papa non facit cōtra canones antecessorū, si cōcedit priuilegiū alicui plebi. Nā cum in cōcilijs statuitur aliq̄d obseruādum dicit, nisi Romana eccl'a aliter statuerit. vel salua eius auctoritate. aliter priuilegia cōcedi nō possunt: nisi contra legem concedantur communem, ut probatur auctoritate Grego. & Hieronym. Potest ergo concedere priuilegia causa religionis, necessitatis, uel seruitij exhibiti: dummodo alij enormiter non lædantur. & ad hoc inducit auctoritatem Apostoli, & legem sequentem, cuius casus pater cum §. seq. Secunda pars incipit ibi, Quamquam si decretorum.

a ¶ His ita,] Prima solutio magistri occupat primam columnam: sc'da, secundam prima talis, 1 est; quia Dominus sicut soluit legem, quam dederat, sic & Papa potest secunda hæc est, ꝙ canones ita intelliguntur statuti, ut semper auctoritas Romanæ sedis sit excepta.

1 Subauque non multi valet...

b ¶ Alligatur.] Vt extra de elec. c. significasti.

administrare, nec communionem capere sit dignus altaribus.

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 1.

¶ Obseruandæ sunt regulæ à sanctis patribus in synodo statutæ. C. XIV.

A Sanctis patribus in vnaquaque synodo vsque nūc prolatas regulas teneri statuimus.

Item Greg. ad Montanum, & Thomam, lib. 5. epis. 12. seu c. 112.

¶ Voluntatem, & statuta suorum decessorum custodiant qui sua seruari uolunt. C. XV.

IVstitiæ, ac rationis ordo suadet, ut q̄ sua à successoribus desiderat mandata seruari; decessoris sui proculdubio uoluntatem, & statuta custodiat.

Item Leo Papa quartus.

¶ Contra statuta sanctorum patrum agit, qui ea nō seruat intacta. Cap. XVI.

IDeo permittente Domino pastores hominum sumus effecti: ut quod patres nostri siue in sanctis canonibus, siue in mundanis affixere legibus, excedere minimè debeamus. Contra eorum quippe saluberrima agimus instituta; si quod ipsi diuino statuerunt consulto, † intactum non conseruamus. Iuo p. 4. c. 186. † al. consilio.

2 *Si ergo primam sedem statuta cōciliorum præ omnibus obseruare oportet, & si pro statu omnium ecclesiarū necesse est illam impigro uigilare affectu, si ea, quæ à Romanis Pontificibus decreta sunt, ab omnibus obseruari conuenit, si illi, qui nesciūt sacris obedire canonibus, altaribus ministrare nō debent; patet, quòd cōtra statuta sanctorum canonum, quibus status ecclesiarum uel confundantur, uel perturbentur, priuilegia ab Apostolico cōcedi non debent. His ita [a] respondetur. Sacrosan. Rom. eccle. ius & auctoritatē sacris canonibus impertitur, sed non eis alligatur. [b] Habet enim ius concedi canones ut pote quæ caput est, & cardo omnium ecclesiarū, à cuius regula nemini dissentire licet. Ita ergo canonibus auctoritatē præstat, ut seipsam nō subijciat eis. Sed sicut Christus, qui legem dedit, ipsam legem carnaliter impleuit, octaua die circumcisus, quadragesimo die in templo cum hostijs præsentatus, ut in seipso eā sanctificaret, postea uero ut se dominū legis ostenderet, contra legis literā leprosum tangendo mundauit, Apostolos quoq; contra literā sabbati per sata prætergredientes spicas uellētes, & cōfricantes manibus suis, probabili exemplo Dauid, & circūcisionis, & templi excusauit dicens, [Nō legistis, quid fecerit Abimelech quando uenit ad eum Dauid, & dedit*

Luc. 2. Matt. 8. Matt. 12. 1. Reg. 21.

a ¶ So-

a ¶Solis.] De hoc not. su. 11.q.j.§.ex his.
b ¶Intelligēda sūt.] sic extra de iureiur. uenientes.
c ¶Ait.] Sup.d.100. contra morem.
d ¶Priuilegio.]Sup. d.3.priuilegium.
Si ergo priuilegia monasteriorum, vel quarumlibet ecclesiarum auctoritate Leonis, Gregorij, Gelasij, & nonnullorum aliorum Pontificum S.R.E. inuiolata seruantur; si ea quæ contra leges fiunt, pro infectis habenda sunt: si Pontifex non habet licentiam discedendi a documentis, quibus iura ecclesiæ firmantur, patet, quòd posteriora priuilegia antiquioribus derogare non possunt, nec eorum auctoritate eis aliqua obijcietur exceptio: cum etiam, si contra illa specialiter fierent, pro infectis essent habenda.

2 *His ita respondetur. Sancta Romana Ecclesia sua auctoritate, congregata valet disiungere, & disiuncta congregare rationis tamen æquitate considerata. Vnde vel pietatis, vel necessitatis intuitu semel a se concessa valet, vel in totum, vel in partem commutare. Pro necessitate namque corrigendorum vitiorum priuilegia ecclesiarum multarum, vel imminuuntur, vel penitus immutantur siue personaliter, siue generaliter. Personaliter iuxta illud (Priuilegium omnino meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate.)* 11. q. 3. priuileg.

Item Syluerius Papa Vigilio episcopo, epist. 2.

¶Quod habet amittat, qui quod non accepit, vsurpat.

C. XXII.

SIc decet fidem sanctorum patrum in ecclesia seruari catholica; vt, quod habuit amittat [a], qui improbabili temeritate, quod non accepit, assumpserit. Ans. l. 6. c. 157. Iuo p. 6. c. 73.

Item Simplicius Papa, epist. 2. Ioanni episcopo Rauennatensi post pauca, quibus ab illicita eum ordinatione prohibuit.

¶Priuilegium amittit, qui sua potestate non legitimè vtitur. C. XXIII.

DEnunciamus autem, quòd si post hac quidquam tale præsumpseris, & aliquem seu episcopum, seu presbyterum, seu diaconum inuitum [b] facere fortè credideris: ordinationes ibi Rauennatis ecclesiæ, vel Aemiliensis noueris auferendas. sup. d. 44. ubi iste §. denunciamus.

Item Leo Papa, epist. 85. al. 87. ad episcopos Africanos.

¶Ius ordinandi amittunt, qui immeritum consecrant.

C. [1] XXIIII.

SI qui episcopi [c] talem consecrauerint sacerdotem, qualē nō esse licet; etiā si aliquo modo damnum proprij honoris euaserint; ordinationis tamen ius vlterius non habebunt, nec vnquam ei sacramento intererunt, quod, neglecto diuino iudicio, immerito præstiterunt. sup. 1. q. 1. si quam. Ans. l. 6. c. 74. Iuo p. 5. c. 107.

Generaliter, veluti dū ciuitati episcopalis dignitas, per-

HIS ITA RESPONDETVR. Hæc est 2. pars q̄st. in quo ponit diuersos casus, in quibus perditur priuilegiū. & primo ponit de specialibus, secundo de generalibus. Ioan.

CASVS. Respondet nunc G. supradictis dicēs, ꝙ ecclesia Romana sua auctoritate priuilegia concessa, pietatis uel necessitatis intuitu in totū uel in partē pōt commutare. Nam imminente quādoque necessitate, ꝑꝑ vitia corrigēda multarum ecclesiarum priuilegia, uel imminuūtur, uel penitus immutantur, siue ꝑsonaliter fiat hoc siue generaliter. De primo probat ꝑ tria proxi. cap. De secundo probeat per illud cap. ita nos

SIc decet fidē sanctorum.] CASVS. Docet Syluerius Papa in hoc cap. ꝙ ille q propria temeritate vsurpat quod non est sibi concessum, debet amittere quod habebat. Casum aūt seqūētis c. inuenies notatum sup. 74. distinct. c. ubi ista didicisti.

a ¶Amittat.] Arg. ꝙ qui vsurpat sibi ius alterius in eligendo ꝙ etiā proprium ius electionis debat perdere, vt 93. d. ca. vlt. Item argumē. quod pęna extendit quandoq; vltra delictū, 1 ut extra de plus pet. cap. 1.

1 Fuit tamē in 1. compilatione ubi dicebatur, ꝙ ꝑ iniustitiā plus petēdi, diabolus amisit totius debiti summam, quam

b DEnūciamus.] ¶Inuitum.] Supra 74. distinctio. vbi ista. B.

SI qui episcopi.] CASVS. Quæsitum fuit a Leone quam pęnam pati debeant episcopi, qui ordinant indignos. Et rādet, ꝙ de cætero non cōferent illum or-

GENERALITER. CASVS. Probatum est sup. per tria c. prox. ꝙ personale priuilegium potest Apostolicus auferre. Nunc idem probat G. de generali. Generaliter. idest, pro utilitate generali, uel pro damno generali.

Ita

petuo subtrahitur, quæ suos episcopos interimere consueuit.

Vnde Gelasius Papa scribit.

¶Episcopalis dignitas ciuitati subtrahitur, quæ suos præsules interemit. C. XXV.

al. Squitinorum. al. Syllanorū.

Poly.l.3.tit.30. Ans.l.6.c.148. Iuo p.10.c.18.

ITa nos Scyllacænorum † cædes geminata pontificum, horrendi criminis atrocitate confudit, vt diu constitutio nostræ deliberationis hæsitaret. dum & ingerere quempiam patricidalibus exemplis detestaremur antistitem, & ecclesiam, vtcumque destitutam non vsque adeo iudicaremus relinquendã. Quapropter iam velut vsum [a], cõsuetudinemque sacrilegam declinantes, eatenus religioni duximus consulendum, vt parochiæ vice ab extrinsecus positis sacerdotibus gubernetur; quę ibidem commanentes ferro didicit necare pastores, inauditoque facinore (quod etiam in illis prouincijs nusquam prorsus legitur accidisse, quæ bellorum continuis, diuersisque incursionibus affliguntur) hæc sit reperta ciuitas, quæ præsules ministrantes sibi fidei Christianæ sacramẽta sine persecutore prosternat. Curandum est, igitur, vt illic funesta pernicies cessatione propriorum sanetur antistitum; atque ita saltem furoris tanti materia subtrahatur: si inquam hæc possit acerbitas perpetrari, consistens ibidem persona defuerit, eoque modo vel illa ciuitas, dum in quos desæuiat, non habebit, ab huiusmodi temeritate desistat, vel alijs imitandi contagia dira nõ præbeat. Egeat ergo episcopalibus [b] subsidijs sibimet aliunde pensandis † quæ sacram in suo gremio collocatam fuso crudeliter maculat sanguine dignitatem; quia in vtroque [c] hac est vltione plectenda, siue instinctu domestico, seu furijs incitata nefas hoc committit externis [d]. Præbeat ergo dilectio vestra in hoc statu positæ ministerium visitationis [e] ecclesiæ: & aut conueniendo pariter, aut vicissim, prout qualitas rerum, causaq; poposcerit, diuina ministeria † repręsentet ingratis; ne cum deuitamus zizania, Dominica videamur præterire frumenta.

† al. dispensis. † al. mysteria.

¶In Polycarpo, & apud Anselmum, & Iuonem continuo sequitur c. comperimus. inf. de consecr. dist. 2.

3 *Hostilitatis quoque, uel paupertatis necessitate episco-*

ITa nos Scyllacęnorum.] CASVS. Ciues Scyllacæni maligno spiritu ducti duos suos epos, vnum post alterã occiderunt: quod nunquam legitur accidisse, etiam in illis ciuitatibus vbi bella continua fiunt, nisi ibi fuerit persecutor fidei Christianæ, & ideo Papa Gelasius, quia hoc crimen velut in cõsuetudinẽ iã deduxerãt, licet diu hæsitasset quid in tanta atrocitate facere debuisset, eos episcopali dignitate priuauit, ne de cætero habeant episcopum, in quem possit similis acerbitas perpetrari: nec alijs pbeant exẽpla similia faciendi. Sed ne pp malos boni deseri videantur præcipit Gelasius duobus epis, ut vel insimul. uel alternatim præfatæ ciuitati præbeant ministeriũ visitationis. [In vtroque,] Id est, pro utroq; epo interfecto. [vel in vtroque,] idest, pro utroque eorum quæ sequuntur, siue instinctu, siue furijs, &c.

a ¶Vsum.] Arg. quod duæ vices in criminib. inducũt cõsuetudinẽ, ut hic, & C. de episc. aud. l. 3. in fi. sed in ciuilibus negocijs non etiã tres uices consuet idinem inducant, ut ext. de causa pos. cũ ecclesia. Itẽ est hic arg. ꝙ magis punitur factum iteratum, vt 27. q. 1. peruenit. & ff. de re milit. l. 3. §. si plures. & extra de hære. ad abolendam. §. illos autem.

Consuetudo ... vicibus ... ducatur.

b ¶Episcopalibus.] Hoc delictum ciuium, quod cõsistit in faciendo, redundat in damnũ ecclesię & sic est contra 16. q. 6. si epm. vbi dicitur, quod delictum prælati nõ redũdat in ecclesiæ dãnũ. sed potest dici, quod hic ecclesia nõ damnificatur in rebus, licet damnificetur ĩ honore. de delicto quod consistit in omittendo, nõ est dubiũ, quin redũdet in damnum ecclesię ut 16. q. 3. placuit.

Prælati delictum an redundet in ecclesiæ damnum.

c ¶In vtroque.] Id est pro vtroque episcopo interfecto [1].

d ¶Externis.] idest, suggestionem extraneorum.

1 Vel dic vtroq; s. eorũ q̃ sequuntur, s. siue instinctu, siue furijs, secundũ Hu. & L.

e ¶Visitationis.] Sic ergo episcopi vicini supplent defectũ vicinorũ episcoporũ vt 7. q. 1. pontifices. & 65. dist. si forte.

HOSTILITATIS. Hæc est 3. pars quæstio. in qua magister soluit & bene secundum Io. de Fant. CASVS. Iste §. I tres partes diuiditur. In prima dicitur, quod Papa non solum propter crimen sua auctoritate priuilegio ecclesiarum potest auferre vel diminuere, sed etiam propter hostilitatẽ, uel paupertatem episcopales sedes mutare potest, uel duas in unã redigere exemplo B. Gregorij. Nõ ergo sic intelligunt priuilegia ecclesiarũ permanere inuiolata, vt Apostolicus eis derogare non possit: sed sic debent intelligi pmanere inuiolata, vt pter auctoritatẽ Papæ nulli liceat contraire. In secunda parte obijcit huic conclusioni. c. Symmachi Papæ, ubi innuit, ꝙ possessiones ecclesiæ, quæ dant clericis, vel peregrinis causa necessitatis, vel religionis, uel pietatis intuitu, non possunt ab eis possideri perpetuo, sed ad tps. Sed huic obiectioni duplicem Grat. solutionẽ adhibet. Prima est, ut clerici, & peregrini illas possessiones ad tempus debeant possidere, monasteria uero perpetuo. Secunda est, qa sicut clerici vel peregrini cessante necessitate coguntur dimittere possessiones misericorditer eis concessas: sic monachi cum a religione cessauerint priuilegijs exuunt, q̃ religionis intuitu eis ɔcessa uidentur. In tertia parte dicitur, quod priuilegia monachorum in eo casu intelliguntur esse concessa, ꝙ alijs ecclesijs non derogetur, uidelicet ut decimationes no-

pales sedes,vel mutantur,uel duæ in vnã [a] rediguntur: sicut supra in tit. de mutatione episcoporum B. Gregorius fecisse legitur. Non ergo priuilegia ecclesiarum sic inuiolata permanere censentur; vt quibusdã de causis interuenientibus Apostolica auctoritate eis derogari non possit: aliòquin multitudo ecclesiarũ ad paucitatem redigeretur cum innumeræ ecclesiæ in diœcesibus aliarum frequenter conditæ inueniantur. Seruẽtur ergo priuilegia ecclesiarũ cunctis inconcussa temporibus: ne uidelicet præter eius auctoritatem à quo data sunt, cõtra ea liceat ire alicui. ¶ Sed obijcitur illud Symmachi Papæ, [Possessiones [b], quas vnusquisque ecclesiæ suo relinquit arbitrio, &c.] quæ supra in titulo de alienatione rerum ecclesiasticarũ legũtur adscripta. Vnde datur intelligi; quod ea, quæ de iure uniuscuiusque ecclesiæ, uel necessitatis, sicut peregrinis, uel pietatis intuitu sicut religiosis domibus conferuntur; non perpetuo sed temporaliter ab eis, quibus, conferuntur, sunt possidenda. Quamquam illud Symmachi ad necessitatis intuitum, nõ ad pietatis prospectũ possit referri: videlicet, vt ea quæ peregrinis, uel captiuis largiri necessitas suasit, nõ ea quæ religiosis domibus ob quietem religiosæ conuersationis concessa sunt, probibeantur perpetuo possideri. Vel potius de utrisque intelligendum est: videlicet, ut si necessitatem patientes cessante necessitate beneficijs renunciare coguntur, quæ eis miserationis indulsit intuitus; sic religiose uiuentes, cum à religione cessauerint [c], priuilegijs exuãtur, quæ religiosa conuersatio meruit. Priuilegia ergo, quæ religiosis domibus conferuntur uel in eo casu accipienda sunt, in quo ita eis consulitur, quòd nulli aliquid derogatur; uidelicet, ut ex noualibus, quorum decimationes nulli [d] assignatæ fuerant, priuilegiorũ auctoritate decimas aliquibus persoluere nõ cogantur; uel si propter instantẽ temporis necessitatem eis consuli non poterit; nisi derogetur; ita priuilegiorum auctoritas uideatur esse seruanda, ut eorum subueniatur inopiæ, non ut suarum diuitiarum augumento, & possessionum nõ modica extensione porrecta, baptismales, seu parochiales † ecclesiæ penitus [e] destruantur.

7.q.1. pastoralis. & c.temporis & 16.q.1.c. & temporis.

16.q.j.possessiones.

† al. parochitane.

CAVSA XXVI.



Vidam sacerdos sortilegus esse, & diuinus conuincitur apud episcopũ: correctus ab episcopo noluit cessare: excommunicatur. tandẽ agens in extremis, reconciliatur à quodam sacerdote episcopo inconsulto: indicitur sibi pœnitentia sub quantitate temporis canonibus præfixa.

1 Hic primum quæritur, qui sint sortilegi.
2 Secundo an sit peccatum, esse sortilegum.
3 Tertio, à quibus genus diuinationis sumpsit exordiũ.

noualiũ nulli quondã assignatas auctoritate priuilegiorũ sibi teneant, vel si propter paupertatẽ, vel instantem necessitatem monachis cõsuli non potest nisi derogetur priuilegijs aliorũ, & ita eorum subueniẽdo inopiæ vt ipsi ratione priuilegiorũ non fiant diuites, & baptismales ecclesiæ destruãtur. Secunda pars icipit ibi, [Sed obijcitur.] Tertia ibi, [Priuilegio ergo.] Alioqn, [idest aliter,] idest, si non posset derogare priuilegijs aliorũ ad paucitatem re[illegible] ... [illegible]

a [¶ In vnam.] Vt 16. q. 1. & temporis.

Priuilegium cessat cessante ipsius causa.

b ¶ Possessiones.] 16.q.1.possessiones.

c ¶ Cessauerint.] Arg. quod si priuilegium aliquod datur ex cã, vel ratione religionis, uel ratione paupertatis, vel alia de causa: quã cito cessat causa, cessat & priuilegiũ, ut extra de verb. sign. abbate. in fine. ext de deci. suggestum 16. q. 1. generaliter. & institu. de auct. tut. §. vlt. & ff. de iud. l. 2. §. legatis. & C. de testa. milit. l. vlt. & instit. de pupil. substi. §. qua ratione.

d ¶ Nulli.] Hoc non est verum: qa si illud nouale fuit in alicuius territorio, ad illum tm̃ spectabit. sed si nullius parochia fuerit, episcopus potest assignare cui uoluerit, ut ext. de deci. quoniam.

e ¶ Penitus.] Supra 12. quæst. 2. bonæ rei. Ioan.

Q Vidam sacerdos.] CASVS. Expedito tractatu de priuilegijs, supponitur causa. 26. in qua tractatur de diuinationibus, & reconciliatione excommunicatorum, & de pœna morientium. Quæ omnia vt melius pateant,

teant, Gratian. more solito thema proponit de quo septem surgunt quæstiones.

QVi sint.] CASVS. Hic proponitur prima quæst. in qua quæritur, quid sit sortilegium. quæ quæstio soluitur infra ca. 1.

Sortile-

autem facientes huiusmodi artes, tantum pœnitentia vnius anni videntur puniendi, ut extra de sortileg c. 2. sed istud intellige esse dispensationem. secundum legem autem ipse maleficus punitur capite, ut C. de le. & male. l. nemo. Io.

& ipsi sortilegi qualiter puniantur.

4 *Quarto, quot sint genera diuinationis.*

5 *Quinto, an sortilegi, uel diuini sint excommunicandi si cessare noluerint.*

6 *Sexto, an excommuniatus ab episcopo possit reconciliari à presbytero, illo inconsulto.*

7 *Septimo, si morientibus est indicenda pœnitentia sub quantitate temporis.*

QVAESTIO I.

Q*Vi sint sortilegi, Isidorus diffinit Etymologiarum lib. 8. c. 9. ita dicens.*

¶ Qui sint sortilegi. C. I.

Rabanus de magorum præstigijs. Iuo p. 11. c. 22.

SOrtilegi sunt, qui sub nomine fictæ religionis per quasdam, quas sanctorum sortes vocant diuinationis scientiam profitentur; aut quarumcunque scripturarum inspectione, futura promittunt.

QVAESTIO II.

Q*Vòd autem sortes,* [b] *exquirere peccatũ nõ sit; & exẽplis, & auctoritatibus probatur. Cum enim Achar* [c] † *de anathemate furtim subripuisset, & ob eius peccatũ populus cæsus apud Nay* [d] *hostibus terga dedißet: præcepit Dominus Iosue, vt sortibus exquireret, quo peccante populus in manibus hostium cadere meruerat. Iosue præceptum accipiens misit sortes, primum super tribus: deinde super familias; demũ super personas: & ita cecidit sors super Achar. Saul quoque* [e] *cum pugnãs contra Philistæos iurasset se interfecturum, quicunque ante solis occasum de populo comederet; sorte deprehendit Ionatham filium suum mel comedisse, quod sceptro acceperat: quem cũ morti tradere vellet; populo supplicãte reuocauit sententiam. Ionas quoque cum à facie Domini fugeret, à nautis sorte deprehensus, in mare deiectus, & à ceto est absorptus. De Zacharia etiã legitur, quod sorte exijt, ut incẽsum poneret. Matthias vero à beato Petro sortẽ Apostolatũ, & Iudæ successor eligitur. Quod ergo tantorũ exẽplis probatur; patet malum non esse.*

† al. Achar.

Iosue 7.

1. Reg. 4.

Ione. 1.

Luc. 1. Act. 1.

Vnde etiam Augustinus ait in li psalmorum, in ps. 30. concione 2. ad uers. In manibus tuis sortes.]



Vòd autẽ.] Hęc q̃st. diuidit in tres partes. In prima ꝓbat sophistice, ꝙ nullũ est peccatũ exquirere sortes tẽpore necessitatis. Secũda ibi, [His ita.] Tertia ibi, Hæc autẽ.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hinc intitulat 2. q. quæ quærit, utru sit peccatũ inquirere veritatẽ per sortes. & respõdet quod sic primo tamẽ probat, ꝙ nõ est peccatũ, & hoc ꝓbat in hoc §. quinque rationibus, vel auctoritatibus, quę facile in hoc §. discernent. De hoc tñ plenius inuenit in summa huius quæstionis in apparatu. Seq. autem cap. planum est.

b ¶ Sortes.] Nota. ꝙ sortes quædã sunt licitę: quædã illicitæ. Illicitæ sunt, q̃ fiũt per magicas incãtationes: vel quæ fiũt: ad exercendas vanitates aliquas: vel q̃ fiũt ad ingrẽda a[l]iqua occulta, vt inf. ca. hi q. & c. illud. Sed q̃ fiũt necessitatis causa, non sũt illicitę vt si cõtẽtio esset de electione aliquorũ, & esset paritas vtrinque in oĩbus, exemplo Mathię possũt fieri sortes, 1 vt inf. ead. nõ exẽplo. & q. 5. nõ licet cũ. n. nõ supest humanũ auxiliũ, tũc possumus recurrere ad diuinũ auxiliũ, ut 22. q. 2. q̃rit. & ĩ dubijs ẽm leges ad sortes recurrit, ut ff. de iud. sed cũ ambo C. cõia delega. si duob. & Au. scrip. 2. q[uo]b[us] sdã

Sortes sunt in duplici differentia.

1 Adde an sit aliquid dirimẽdum sorte, nota in l. in rub. & in l. se. ff. de le. 3. & l. 1. cum gl. no. p Bar. C. quãdo, & qui 4. pars libro 10.

SOrtilegi.] CASVS. Quæsitum fuit ab Isidoro qui dicantur sortilegi. Qui respondet dicens, ꝙ illi dicuntur sortilegi, qui artem diuinationis profitentur p sortes, quæ uocantur sortes Apostolorum, uel per quamcumque aliam scripturam futura promittunt.

Sortilegos consulentes

a ¶ Profitentur.] Qui tales consuluit, penitentia punitur v. annorũ, ut infra ead. q. 5. qui diuinationes. Ipsi

cum ciuitas esset obsessa, & dubitaret clerus qui deberent fugere, qui remanere, quod forte illud esset dirimendum.

c ¶ Achar.] Historiam, habes 1. q. 4. §. item peccato Achor. & Iosue 7.

d ¶ Nay.] Ciuitatem.

e ¶ Sa[u]l quoque.] Hoc habes 22. q. 2. §. item opponitur.

a Subau. in epistola ad Honoratũ, de hoc satis per Arc. inf. c. proximo.

a SOrs.] ¶ Mali.] In sui natura non est mala, tamen prohibetur, quia propter assiduitatem labitur talis in idololatriā, sicut est in iuramento 1. vt 22.q.1. & iurabunt.Ioan.

HIS ITA RESPONDETVR. Hæc est 2. pars quæst. in qua probat contrariū per 9. auctoritat. sanctorum.Io. de Fant.

Beda ostendit, quod illud non est trahendum ad consequentiam quod probat auctoritate Hier. si tamen aliquis in necessitate hoc putauerit faciendū, secundum Apostolos hoc non fecisse nisi fratribus collectis, & precibus fusis vel porrectis ad Deum. Seq.c.patet. qua no.3.¶. d.st.c.ult.

C. I.

SOrs non aliquid mali [a] est, sed res est indubitatione humana diuinam indicans voluntatem. Pann.l.8.c.77.

2 *His ita respondetur. Antequam Euangeliū clarescere, multa permittebantur: quæ tempore perfectioris disciplinæ penitus sunt eliminata. Copula namq; sacerdotalis, vel consanguineorum nec legali, nec Euangelicæ, uel Apostolica auctoritate prohibetur: Ecclesiastica tamē lege penitus interdicitur. Sic & sortibus nihil mali inesse mōstratur: prohibetur tamē fidelibus, ne sub hac specie diuinationis ad antiquos idololatriæ cultus redirēt.*

Vnde quibusdam constellationes, & futurorum signa custodientib. Apostolus ait:] *Dies obseruatis, & menses, tempora, & annos. Vnde timeo, ne forte sine causa laborauerim in uobis.*] *Sic & Astronomia, seu & Astrologia apud catholicos in desuetudinē abijt: quia dum propria curiositate his nimis erant intenti, minus uacabāt his, q̄ saluti animarū erāt accōmodata.* Gal. 4.

Quòd autem sortibus credi nō oporteat, Hieronymus testatur scribens super Ioannem, c.1.

¶ Exemplo Ionæ, uel Matthiæ non oportet sortibus credi. C. II.

NOn statim debemus sub exemplo Ionæ [b] sortibus credere, uel illud de Actibus Apostolorum huic testimonio copulare; ubi fortè in Apostolatū Matthias eligitur. cum priuilegia α singulorum non possint legē facere communem. Iuo p. 1. c.27. Pann.l.8.c.73. Act. 1.

α ¶ Cum priuilegia.] *Hac usque ad finem sunt addita ex B.Hieronymo. Referuntur enim a Beda ex eodē inf. ea.c.non exemplo.*

Item Augustinus ad inquisitiones Ianuarij, epi.119.

¶ Ad sęcularia negocia diuina oracula non sunt conuertenda. C. III.

HI, qui de paginis Euangelicis sortes legunt; etsi optandum est, ut id potius [c] faciant, quàm ad dæmonia consulenda concurrant: tamen etiam ista mihi displicet cōsuetudo, ad negocia sęcularia, & ad vitę huius vanitatem, propter aliam uitam loquentia oracula diuina velle conuertere. Iuo p.11.c.29. pan. l.8.c.74.

Item Beda super Actus Apostolorum, ad c.1.

¶ Exemplo Matthiæ, uel Ionæ non est indifferenter sortibus credendum. C. IIII.

NOn exēplo Matthiæ, uel quòd Ionas propheta sorte deprehensus sit, indifferenter sortibus est credēdum: cū priuilegia [d] singulorū (vt Hieronymus ait) cōmunem legem facere omnino non possit. *& infra.* ¶ Si qui tamē necessitate aliqua compulsi Deum putant sor- sup. c. non statim. Pann.l.8.c.78. ad c. 1.Ionæ.

CASVS. Hic respondet Grat. allegatis, dicens, quod in veteri testō multa permittebantur, s. sortilegia, & alia, quæ hodie non permittuntur. Nā in ver.test. permittebatur copula sacerdotalis, vel cōsanguineorū: q̄ hodie est penitus interdicta. sic & sortilegiū prohibetur, non quod sortib. insit aliqd mali: sed quia sub spē diuinationis ad cultū idololatriæ peruenit. Et quod sortilegia sint prohibita, probatur auctoritate Apostoli. Idem seruāt catholici, de astronomia, vel astrologia.

QVOD AVTEM. CASVS. Nunc probat Grat. quod sortib. credi nō dēt. & ad hoc inducit sequētia c.

NOn statim.] CASVS. Docet Hieron. in hoc c. quod nō ideo sortib. credere debemus, quia Ionas est per sortē in vitio deprehensus, & Matthias in Apostolum electus.

b ¶ Ionæ.] Quia hoc fuit diuina inspiratione factum, ut 14.q.5.dixit.

HI qui.] CASVS. Quidā per quosdā uersiculos Psalterij uel Euangelij diuinabant futura: quare q̄siuit Ianuarius ab Aug. vtrum hoc sit faciendū; & respōdet quod nō: minus tā malum est hoc facere, quā consulere dæmones.

c ¶ Potius.] Quia permittitur minus malum, vt euitetur maius malū, ut 33. q.2. si quod verius. & 22.q.1. cōsidera. & est similis modus loquendi. 1.q.1. iudices. 2

NOn exemplo.] CASVS. Quidam exemplo Matthiæ & exemplo Ionæ sortibus utebantur, sed

d ¶ Cum priuilegia.] 16.q.1.hinc est.§.1.& sup. di.3. priuilegia. 3

1 Vel hoc intellige secundū antiqua tempora quā nō erant prohibita, secundum Lau.

Malum minus permittitur ut maius euitet.

2 Hæc est cōparatiua permissio: de

3 Vide cō. no.3.1.q.1. §.sicut ergo. ex.de priu. fine.

Illud

Adde ꝙ ... rs pp diuinum factũ ... ermittitur. ... si q̃ sunt ... utiones. ... fami. exci.

tibus exemplo Apostolorũ esse † consulendum; videāt hoc ipsos apostolos non nisi collecto fratrum cętu, & precibus ad Deum fusis egisse.

De diuinis uero scribit Augustinus li. 5. super Deut. 6.19. ita dicens.

¶ Non sunt obseruanda quæ à diuinis præcipiũtur, quāuis ea contingant, quæ ab eis prænunciantur.
C. V.

Iuo p. 11. c. 10. Inf. ca. q. 5. c. ult. in fi.

INtelligi uoluit Dominus etiam illa; quæ à diuinātib. non secundum Deum dicuntur, si acciderint quæ dicuntur, non accipienda sic, ut fiant quæ præcipiuntur ab eis, aut colantur quæ coluntur ab eis.

Idem in lib. 2. de Doctrina Christiana, cap. 19. & 20. & 21.

¶ Institutiones hominum quæ sint superstitiosæ, vel non. C. VI.

Iuo p. 11. c. 13. Cap. 20.

ILlud, quod est secũdum institutiones hominum, partim superstitiosum est, partim superstitiosum nõ est. Superstitiosum est, q̃dquid institutũ est ab hominibus ad facienda, & colenda idola pertinens, uel ad colēdam sicut Deum creaturam, partē ve ullam creaturæ, uel ad cõsultationes, & pacta quædam significationum cũ dæmonibus placita, atque fęderata, qualia sunt molimina magicarum artium, quæ quidē cõmemorare potius quā docere assolēt poetæ. Ex quo genere sunt, sed quasi licentiori [a] vanitate, Aruspicum, & Augurũ libri. Ad hoc genus pertinēt omnes etiam ligaturæ atque remedia, quæ medicorum quoque disciplina cõdemnat, siue in præcātationibus, siue in quibusdā notis, quas characteres uocant, siue in quibusdam rebus suspendendis, atque ligandis, uel etiā saltandis quodāmodo, non ad temperationē corporũ, sed ad quasdam significationes, aut occultas, aut etiam manifestas, quæ eminentiori† [b] nomine Physicam vocant, ut quasi nõ superstitionem † implicare, sed naturæ ꝓdesse videātur, sicut sunt inaures in summo auriũ singularum, aut de struthiorũ ossibus ansulæ in digitis, aut cum tibi dicit singultiēti, vt dextera manu sinistrũ pollicem teneas. His adiungũtur millia inanissimarum obseruationum, si membrum aliquod salierit, si iunctim ambulātibus amicis lapis aut canis, aut puer medius interuenerit. & *infra.* ¶ Hinc sunt etiā illa, limē calcare, cum ante domum suam trāsit, redire ad lectum, si quis dum se calceat, sternutauerit redire domum, si procedens offenderit, cũ uestis à foricib. roditur, plus timere suspiciē futuri mali, quàm præsens damnũ doleri. ¶ Neque illi ab hoc genere superstitionis perniciosæ segregādi sunt, q̃ olim Genethliaci propter natalium dierum considerationes, nũc autē vulgo Mathematici vocantur. Nā & ipsi, quamuis ueram stellarum positionem, cũ quisque nascitur, consectentur, & aliquando etiam peruestigent; tñ quod inde conātur, vel actiones nostras, uel actionum euenta prædicere, nimis errant, & uēdunt imperitis hominibus miserabilem seruitutem. & *infra cap.* 23. ¶ Hoc autē genus fornicationis animę salubriter diuina scriptura non tacuit, neque ab ea sic deterruit animā, ut propterea talia negaret esse sectanda, quia falsa dicuntur a professorib. eorũ, sed [ēt si dixerint vobis, inquit, & ita euenerit: ne credatis eis.] Nõ. n. q̃a imago Samuelis mortui Sauli Regi uera prænunciauit, propterea talia sacrilegia, q̃bus illa imago præsentata est, minus execrāda sunt, aut quia in Actib. Apostolor. fęmina ven-

inf. e. q. 5. nec minorum. §. ad hæc.

† *al. mitiore nomine physica.*
† *al. superstitiosè.*

Cap. 21.

Deut. 13.

1. Reg. 28.

Act. 16.

ILlud quod.] CASVS. Hoc c. diuidit in duas partes. In prima parte dicit Au. ꝙ facta hominũ partī sūt supstitiosa, & partim nõ: & de superstitiosis multa ponit exēpla q̃ ī ipsa litera facile deprehēdes. In secũda parte dicit, ꝙ diuinatio est fornicatio ī qua diuinatione, & si vera dicunt quādoque, vt exēplo imaginis Samuelis, & vētriloq̃ mulieris, i. dęmoniacæ, non tñ propter hoc sortilegia vel talia sacrilegia sunt faciēda, sed reprobanda penitus. [Ansulæ.] idest, annulī. Secũda pars incipit ibi;] Hoc autem.]
a ¶ Licētiori.] .i. non uidetur in tātum peccare.
b ¶ Eminētiori.] Id est pulchriori, uel maiori.
a ¶ Ven-

Fęmina ventriloqua Paulum diu secuta est.

a ¶ Ventriloqua.] Quæ habebat spiritum pythionis in ventre: quæ multis diebus sequebatur Paulum, & alios prædicatores, & clamabāt isti sunt serui Dei, qui annūciant uerba salutis vnde offensus Paulus ad eam conuersus est, & dixit spiritui, præcipio tibi ut ab illa recedas & statī recessit. ADDITIO. Sub. & pp hoc apostolus p cussus est a dominis ancillæ: q amiserūt lucrū, qđ recipiebāt ex diuinationibus ancillæ prædictæ. Ioan.

Qui sine.] CASVS. Quidā dementes erāt, qui sine saluatore putabāt se habere salutē, & sine vera sapiētia putabāt se fieri sapiētes. sed August. ostēdit, ꝙ tales cęci sūt, & demētes, & quicunque diuinationibus intendūt, nisi se correxerint, ęternaliter morientur: qa vanitas magicarum artiū per demones est inuēta, psalmista dicente: Omnes dij gentium dæmonia: & finitur ibi auctoritas prophetæ, & quæ postea sequuntur sunt uerba Augustini.

Scientia aliqua an sit a diabolo.

b ¶ Angelorū.] Ergo aliqua est sciētia a diabolo, ut īfra e. q. 5. episcopi. ī prin. ar. cōtra sup. 37. dis. §. hinc etiā. ubi dicitur, ꝙ a diuinis scripturis oīs scientia sumpsit initium.

Illos planetarios] CASVS. Dicit. Au. in hoc c. ꝙ qn̄ ipse se erat hęreticus, sępè planetarios consulebat, quos hoīes vocant mathematicos: qđ iō faciebat, quia ab eis nullū sacrificiū & nullæ p̄ces ad aliquem spiritum malignum dirigerentur ad diuinationem. hoc tamen qđ faciebāt, erat dānabile. Sic mihi Bar. Brixiē. vr casus iste ponendus, quē ab alio positum nō inueni. & postes ēt dicere, quod idest, quia, uel sicut posui in casu.

Sed nunqd est licitū uti arte notoria oīno est illicita, & Christiano fugiēda hæc. n. ars est per quam quidam nitūtur acquirere sciētias sed oīno inefficax est & sūt ibi quædam pacta illicita cū dæmonib. s'm Thom.

corpus maculatur cum per ... membri ... omne corpus macula diffunditur ... est, cum per unum hominem præstatur cæteris exemplum delinquendi. In secunda parte ostendit quod sit opprobrium Aegypti. & dicit, ꝙ obseruare auguria, & diuinationes: ¶ in Aegypto

ventriloqua [a] verū testimoniū perhibuit Apostolis Domini; ideo Paulus Apostolus pepercit illi spiritui, ac nō potius fœminam illius dęmonij correptione, atq; exclusione mūdauit. Omnes igitur artes huiusmodi uel nugatoriæ, uel noxiæ superstitionis ex quadā pestifera societate hominum & dæmonum, quasi pacta infidelis & dolosæ amicitię constituta penitus sunt repudianda, & fugienda Christiano.

In libro de Ciuitate Dei.

¶ Non est, uita, sed mors, inquisitio, vel curatio, quæ à diuinis, uel magicis expetitur. C. VII. — Habetur in lib. Rabani de magorum præstigijs. Bur. l. 10. c. 41. Iuo p. 11. c. 56.

Qui sine saluatore salutē vult habere, & sine vera sapientia ęstimat prudentem se fieri posse, ... sanus, sed æger; non prudēs, sed stultus in ęgritudine assidua laborabit, & in cæcitate noxia stultus, ac demēs permanebit. Ac proinde omnis inquisitio, & omnis curatio, quę à diuinis, & magis, uel ab ipsis dęmonijs in idolorum cultura expetitur, mors potius dicēda est, quàm vita: & qui ea sectantur, si se nō correxerint, ad ęternam perditionē tendūt, psalmista dicente: [Omnes dij gentium sunt dęmonia.] qui per deceptos homines, alios decipere quotidie gestiūt, ut perditionis suæ faciāt eos esse participes. — Ps. 95. Isid. l. 8. ety. c. 9.

Itaque hęc uanitas magicarum artium ex traditione Angelorum [b] malorum in toto orbe terrarum plurimis sæculis inualuit per quandam scientiam futurorum, & infernorum: & per inuentiones † eorum inuenta sunt aruspicia, & augurationes, & ipsa, quæ dicuntur oracula, & necromantia. — † al. inuocationes.

Idem confessionum lib. 4. c. 3.

¶ Christiana, & uera pietas planetarios expellit, & damnat. C. VIII. — Iuo p. 11. c. 20. Pann. l. 8. c. 79.

Illos planetarios, quos mathematicos uocāt, planè cōsulere non desistebam: quod quasi nullum esset sacrificium, & nullæ preces ad aliquem spiritum ob diuinationem dirigerentur. Quod tamē Christiana, & uera pietas consequenter repellit, & damnat.

Item Hieronymus.

¶ Cultura est idololatriæ, auguria seruare, & stellarum requirere cursus. C. IX. — Origenes hom. 5. ad c. 5. Iosue.

Sed & illud [c] adde, quoniā qui fornicatur, in corpus suum peccat, non istud corpus solum, quod templū Dei effectū est, sed & illud quod dicitur, quia omnis ecclesia corpus Christi est. Et in oēm ecclesiā videt delin- — 1. Cor. 5. Eph. 1.

Sed & illud.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte ponit Hieron. uerba Apostoli. s. qui fornicatur, in corpus suum peccat. & dicit, ꝙ illa verba possunt intelligi non solum de corpore carnali sed etiam de corpore spirituali, quod est ecclesia, quod plo sunt inuento, ad quæ nullus homo debet recurrere post baptisma: quod si quis fecerit opprobrium secum portabit Aegypti. Secunda pars est ibi, [Est & illud.] c ¶ Illud.] Tangit illud quod legitur in Iosue, quia populus circūcisus fuit a tempore Abrahæ usque illud tēpus, quo populus exiuit de Aegypto, sed postea nō fuerunt

Circumcisio non fuit facta in deserto.

nunc circumcisi xl. an. quibus fuerunt in deserto, sed cũ transierunt Iordanem, denuo præceptum fuit, ut unusquisque circumcideretur, quod factum est, & dixit dominus Iosue, Hodie abstuli a te opprobrium. Aegypti.

HÆC AVTEM. Hæc est 3. pars q. in qua quæritur, si possumus manducare, uel bibere, & Io. de Fant. CASVS. Supra dictum est, q superstitiones sint abominandæ. Nunc uero dicit Grat. q quamuis talia sint abominanda, vel detestanda tamen si de area, vel torculari aliquid dæmonibus immoletur, propter hoc reliquum non reputatur immũdum: neque si illud immolatũ quis comedit ignorãter, propter hoc creditur deliquisse.

quere, qui corpus suum maculauerit; quia per vnũ membrum macula in omne corpus diffunditur. ¶Est & illud opprobrium Aegypti, quod si neglexeris, etiam post Iordanis transitum, & post baptismi † secundum circumcisionem, vetustæ consuetudinis inustione suggeritur, obseruare auguria, requirere stellarum cursus, & euentus ex ijs futurorum rimari, seruare somnia, cæterisque huiusmodi superstitionibus implicari. Idololatriæ namq; mater est Aegyptus: ex qua certum est huiusmodi opprobria pullulare: quæ, si transito iam Iordane susceperis, & his te rursus laqueis illigaueris: tecum sine dubio opprobria Aegypti trahis.

† al. baptismi circumcisionem.

3 *Hæc autem sortilegia† non vsque adeo sunt detestanda; vt, si aliquid de area, vel torculari dæmonibus fuerit immolatum; quod reliquum est, ideo credatur esse immundum: aut si ipsum, quod oblatum fuerat, a nobis ignorãtibus sumi cõtigerit, ideo credamus nos deliquisse,*

† al. sacrilegia.

Vnde Augustinus ad publicolam, epist. 154.

¶Non ideo reliqua sunt immunda, quia ab area, vel torculari aliquid ad dæmonum sacrificia tollitur. C. X.

Iuo p. 11. c. 98.

SI de area, vel torculari tollatur aliquid ad sacrificia dęmoniorũ sciente Christiano; ideo peccat, quia † fieri permittit, vbi prohibendi potestas est. a Quòd si factum non comperit, aut prohibendi potestatem non habuit; vtitur mundis reliquis fructibus, vnde illa sublata sunt.

† al. si.

Item Ambrosius in primam epistolam ad Corinthios, c. 10.

¶Immunis est a reatu, qui emit, quod nescit idoli b immolatum. C. XI.

Iuo p. 11. c. 96.

LIcet aliquid pollutum sit per accidentiam, idest, oblationem idoli; cum hoc tamen nescit, qui emit: nullum patitur scrupulum, & apud Deum immunis est.

SI de area.] CASVS. Publicola quæsiuit ab August. si de area, uel torculari alicuius aliquid fuerit dęmonibus immolatũ, ille cuius est area, uel torcular peccet si pmittit inde aliquid tolli. Et respõdet, si prohibere potest, & nõ prohibet, peccat. si vero nescit, uel phibere non põt, nõ peccat: & tunc reliquis fructibus sine peccato potest uti.

a ¶Potestas est.] Videtur ergo, qđ non quilibet tenetur phibere, sed solum iudex, ut diximus 23. quæst. 3. non inferenda. sup. ea. sup. 23. quæstio. 8. præterea.

b LIcet.] ¶Idoli.] sed ipsum idolothytum non potest comedi. 30. distinctio. quis carnem.

QVAESTIO III. & IV.

Rabanus de magorum præstigijs.
† al diuinatione.
Isid. l. 8. ethy. c. 9.



A*Quibus autem genus diuinationis exordium sumpserit, vel quot sint genera eius, Augustinus exponit in libro de natura † dæmonum ..a dicens.*

¶De multiplici genere diuinationis. C. I.

Burc. l. 10. c. 43.
Iuo p. 11. c. 68.

IGitur genus diuinationis a Persis æ fertur allatũ. Varro autem dicit diuinationis quatuor esse genera, terram, aquam, aerem, & ignem: hinc geomantiam, hydromantiam, acromantiam, pyromantiam dicta autumat. Diuini dicti sunt, quasi Deo pleni. Diuinitate enim plenos se esse simulant, & astuta quadã fraudulẽtia hominibus futura coniectant. Duo autem sunt genera diuinationis ars, & furor. Incantatores vero vocati sunt, qui arté ver-

AQuib. autẽ.] Hæc quæstio diuiditur in tres partes. In prima ostendit quot sunt genera diuinationum, & unde habuerint originem, & uocabula, & hoc probat per c. Augustini. Secunda ibi. Quæritur.] Tertia ibi, Quod autem.] Io. de Fant. CASVS. Hic intitulatur 3. & 4. q. qua q̃rit a quib. diuinatio sumpsit exordiũ, & quot sint gña diuinationis. Et respondetur, a Persis diuinatio sumpsit exordium: & quod quatuor sunt genera diuinatio͂rũ, ut infra ea. cap. 1. & 2.

IGitur genus diuinationis.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in 5. partes. In 1. parte ostendit Aug. quòd diui-

diuinatio initium sumpsit a Persis. In secūda ostendit, ꝙ diuinatio fit in quatuor rebus, scilicet in terra, aqua igne, & aere. In tertia vnde nuncupantur diuini. In quarta ostendit, ꝙ duobus modis fit diuinatio, scilicet per artē, ut in quatuor elemētis, & per furorem, sicut p arreptitios. In quinta ostēdit species diuinationum, earum etymologias ponendo: partes autē omnes circa principiū sunt, & ideo non pono vbi incipiant, qa per te facile deprehēdes. [Coniectāt.] idest, nūciant. [Duo autem genera,] idest duo modi: cū dictū est superius quatuor esse genera.

QVAERITVR. Hæc est 1. pars qō. in qua quæritur de natura dæmonum: & qualiter sciant futura. Io. de Fant.

CASVS. Quia supra facta est mentio de dæmonibus: ideo Grat. quærit incidēter cuius naturæ sint dæmones: & an futura sciant, & quot modis futura prænoscant. Et de hoc scribit Aug. in seq. capit.

SCiendū.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte ostēdit Aug. ꝙ dæmones excedunt naturā hominū in subtilitate sensus, & ingenij; in celeritate eundi: & in longitudine vitę, & ꝓpter hoc pronūciant multa ante cognita: homines vero propter sensus tarditatem hoc dicere vel facere non possunt. In scđa parte ostendit, ꝙ dæmones quatuor modis futura prædicunt. Primus est, quia ipsi sunt facturi ea, quæ prædicūt, futura mala prędicendo propter pestes, quas immittūt. Scđus est, qa naturalibus signis futura p̄noscunt: nō tñ ꝓpter hoc dicēdi sūt diuini: sicut nec medicus dicēdus est diuinus, qui per carnalia signa humani corporis sanitatem, vel infirmitatē vel mortē sæpe p̄dicit futurā. Tertius modus est, quia dæmones nō solum per voces hominum, sed etiam per cogitationes, quas per quædam signa discunt, futura denunciant, alij videlicet mira, quia ista disposita nō nouerūt in quib. qñ falluntur, culpam in suos cōiectores refundūt. Quartus vero modus est, qa ipsi p̄dicūt hoibus sue cul-

bis peragunt. Arioli vocati sunt, propterea quòd circa aras idolorum nefarias preces emittunt, & funesta sacrificia offerunt, hisque celebritatibus dæmonum accipiūt responsa. Haruspices nuncupati, quasi horarum inspectores: Dies enim & horas in agendis negotijs operibusque custodiunt, & quid per singula tempora obseruare dēat homo, intendunt. Hi etiam exta pecudum inspiciunt, & ex eis futura prædicunt. Augures sunt, qui volatus auiū, & voces intendunt: aliaq; signa rerum, vel obseruationes improuisas hominib. occurrentes ferunt. Idem sunt, & auspices. Nam auspicia sunt, quæ iter facientes obseruant. Dicta autem sunt auspicia, quasi auium spicia, † & auguria quasi auium garria, idest, auium voces, & lingue. Item augurium, quasi auigerium, quod aues gerunt. Duo sunt autem genera auspiciorum, vnum ad oculos, alterū ad aures pertinens; ad oculos scilicet volatus, ad aures vox auium. Pythones a Pythio Apolline † dicti; ꝙ is auctor fuerit diuinandi. Astrologi dicti eo quòd in astris augurantur. Genethliaci appellati sunt propter natalitiorum considerationes dierum, Geneses enim hominum per duodecim cœli signa describunt, syderumque cursu, nascentium mores, actus, & euentus prædicere conātur: idest, quis quali signo fuerit natus, aut quē effectum habeat vitæ, qui nascitur. Hi sunt, qui vulgo Mathematici vocantur: cuius superstitionis genus constellationes Latini vocant, idest notationes syderum, quomodo se habeant, cū quisq; nascitur. ¶Primum autem ijdem stellarum interpretes Magi nuncupabantur: sicut de his legitur in Euangelio, qui natum Christum annunciauerunt. (Matth. 2.) Postea hoc nomine soli Mathematici dicti sunt. Cuius artis scientia vsq; ad Euangelium fuit concessa, vt Christo edito nemo exinde natiuitatem alicuius de cœlo interpretaretur. Horoscopi dicti, quòd horas natiuitatis hominum speculentur dissimili, & diuerso fato. Sortilegi sunt, qui sub nomine, *&c. vt sup.* (ead. q. 1. vnico.) ¶Salitores † vocati sunt, quia dum eis membrorum quæcunque partes salierint; aliquid sibi exinde prosperum, seu triste significari prædicunt.

† *al. aspicia.*

† Pythius d[…] ctus est A[…] pollo a Py[…] thone drac[…] ne, quem ia[…] culis suis c[…] fecit, per p[…] enim dicti[…] nē hanc scr[…] bunt Græc[…] non per ph[…]

† *al. Salisatores.*

a ¶Persis.] *B. Augustinus in lib. 6. de ciuitate Dei, c. 35. de hydromantia loquens sic scribit,* Quod genus diuinationis idem Varro a Persis dicit allatum. *Reliqua vero huius capitis sunt in libello Rabani de Magorum præstigijs, quem ipse ex varijs Augustini, & Isidori locis collegit, & Gratianus sæpe citat sub Augustini nomine.*

2 *Quæritur autem de natura dæmonum, cuius naturæ sint, an futura præscire ualeant, uel quot modis futura prænoscant.*

Rabanus qui Magorum præstigijs. Burc. l. 11. c. 45. & 46 Iuo p. 11. c. 70. & 71 Pann. l. 8. c. 68.

De his ita scribit August. in eodem libro de diuinatione dæmonum, c. 3.

Quot modis dæmones futura prænoscant. C. II.

SCien-

dum [a] est hanc esse naturam dæmonum, vt aerij corporis sensu terrenorũ corporũ sensum facilè pcedant, celeritatẽ ẽt pp eiusdem aereij corporis superiorẽ mobilitatem non solum cursus quorumlibet hominum, vel ferarum, verumẽt volatus auium incõparabiliter vincant. Quib. duab reb. quantũ ad aeriũ corpus attinet, pditi, hoc est, acrimonia † sensus, & celeritate motus, multo ante cognita pnunciant, vel nunciant, quæ hoĩes pro sensus terreni tarditate mirentur. Accessit ẽt, dæmonib. per tã longum tp̃s, quo eorũ vita protenditur rerum longè maior experientia, quam põt hoĩb. pp breuitatem vitæ prouenire]. Per has efficacias, quas aerij corporis natura sortita est, non solum multa futura prædicunt dæmones, verum ẽt multa mira faciunt, quæ q̃m hoĩes dicere, ac facere nõ possunt, eos dignos quidam, quib. seruiant, & quib. diuinos honores deferant, arbitrantur, instigante maximè vitio curiositatis p amorẽ fęlicitatis falsæ, atq; terrenæ, & excellentiæ tpalis, *& inf.* ca. 5. ¶ Nunc igitur q̃m de diuinatione dæmonum qõ est, Primum sciendum est illos ea plerumque prænunciare, quæ ipsi facturi sunt. Accipiũt .n. sæpè potestate, & morbos immittere, & ipsum aerem vitiando morbidum reddere, & peruersis, & amatorib. terrenorum commodorũ maledicta suadere, de quorum morib certi sunt, q sint eis talia suadentib. consensuri. Suadent aũt miris, & inuisibilibus modis per illam subtilitatem suorum corporum, corpora hoĩum non sentientium penetrando, seseq; cogitationib. [b] eorũ per quædam imaginaria visa miscendo, siue vigilantiũ, siue dormiẽtium. ¶ Aliquando aũt non quę ipsi faciunt, sed quæ naturalib. signis futura prænoscunt (quæ signa in hominum sensus venire non possunt) ante prædicunt. Neque enim quia prævidet medicus, quod nõ pręuidet eius artis ignarus, ideo iam diuinus habendus est. Quid aũt mirũ, si quẽadmodũ ille in corporis humani perturbata, vel modificata tẽperie seu bonas, seu malas futuras præuidere valetudines, sic dæmon in aeris affectione sibi nota; nobis ignota † futuras præuidet tempestates? Aliquando & hoĩum dispositiones nõ solum voce prolatas, verumetiam cogitatione conceptas, cũ signa quædam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscunt, atq; hinc etiam multa futura prænunciãt, alijs videlicet mira, qui ista disposita non nouerunt. *& inf.* c. 6. ¶ Fallũt & studio fallẽdi, & inuida voluntate, qua hoĩum errore lætantur. Sed ne apud cultores suos pondus auctoritas amittãt, id agunt, vt interpretib. suis, signorumq; suorum coniectoribus culpa tribuatur, q̃n vel decepti fuerint, vel mentiti. ¶ Nonnunquam vero ipsi maligni spiritus, & illusores hominum, atq; salutis eorum inuasores † solent prædicere defectum culturæ suæ, & idolorum ruinam, quatenus præscij videantur, quid in singulis regnis, aut locis venturum sit, & quid aduersi suæ factioni contingere possit, quod etiam illi, qui gentilium historias legunt, nõn ignorant. Quid ergo mirum, si iam imminente templorum, & simulachrorum euersione, qua prophetæ Dei summi tanto ante prædixerant, serapis dæmon alicui cultorum suorum hoc de proximo prodidit, vt suam quasi diuinitatem recedẽs, vel fugiens commendaret?

3 *Quod aũt hominũ dispõnes cogitatione conceptas, per exteriora signa*

† al. acumine.

† al. notas.

† al. ignotas.

† al. inuasores.

culturæ defectũ, & idolorũ ruinã, vt eorũ, q̃ siunt p̃scij videant, qđ qui libros gentiliũ legit, nõ poterit ignorare. Sc̃da pars incipit ibi. [Nũc igitur.] Primus modus diuinãdi incipit ibi, [Primum sciendum. Secundus ibi. [Aliq̃n autẽ.] Tertius ibi. [Aliq̃n etiã hominũ.] Quartus ibi, [Nonnunquam uero.]

a ¶ Sciendum.] Hic Aug. ondit quib. de causis dæmões sciũt futura p̃dicere, non q ipsi sciant futura: sed qa hẽnt probabiles ɔiecturas. primo illa rõne: qa de subtiliori materia sunt creati, vñ subtilius cõsiderant q̃ hoĩes. Itẽ quia per antiquitatẽ multa sciunt, q̃ nos pp breuitatem tp̃is scire non possumus. Item quia ipsimet cõsueuerũt morbos immittere, & illud ipsi prædicũt q aliquis sit habiturus malũ. Itẽ sicut medicus videt aliq̃d per signa sibi nota, quæ nos nõ uidemus, sic dæmones. Itẽ ex signis q̃ procedũt ex aĩo hoĩs, præuident quædam futura. Itẽ quia dicta prophetarum audierũt, ex q̃bus futura p̃dicunt.

b ¶ Cogitationib.] Ergo vĩ, q diabolus nouit cogitationes hoĩum. Sed cõtra solus Deus scit occulta cordiũ, ut 23. dist. erubescãt. sed ipse se ipsum de hoc corrigit infra. c. proxi.

QVOD

Demones futura prædicere possunt.

QVOD AVTEM. Hæc est tertia pars, q. in qua dr, ꝙ dæmones nesciunt quæ futura sunt. Io. de Fant.

tur. sed ille in cuius dom hec fiut, post publicationem bonorum in exilium mittitur, vt C. de malefi. nullus. Non

CASVS. Supra in ca. sciēdu. dixerat Aug. ꝙ diabolus comprehendebat cogitationes hominum per signa exteriora. Sed quia hoc fuit temerarium dicere; ideo non vult illud retractare per c. seq.

Qvodam loco dixi.] CASVS. Dicit Aug. se quodam loco dixisse, ꝙ dæmones dispositiones uel cogitationes hominum non solum per uoces, sed ēt per quædā signa humani corporis tota facilitate perdiscūt, sed quia rem dixit occultam, & sermone nimis audaci: ideo nunc dicit, ꝙ inueniri non pōt, vtrum signa sint in humano corpore, per quæ ista cognoscant, vel per uim aliam spiritualem hoc comprehendant licet quædam ꝑ experimenta quidque talia prænotare dicuntur.

Qvod autem.] Hæc qō diuidit, in tres partes. In prima quarum ꝓbat magister per 12. c. ꝙ sortilegi, & diuini sunt excōicandi, si nō cessant, & euntes ad illos. Scda ibi. [Nōnulli.] Tertia ibi, [Ex præmissis.] Io. de Fan. CASVS. Hic ponitur 5. q. qua quæritur, si sortilegi, & diuini cessare uoluerit, an sint excōicādi, & dicit ꝙ sic, & ad hoc probandum inducit vnā rōnem, & unam auctoritatem. Aucto ritas incipit ibi,] Si quis frater.] Estis,] ouos dæmones. Sequētia c. plana sunt per iā dicta.] Expiādi,] .i. purgandi.

a Si quis.] ¶ Phylacterij.] Phylacteria dicuntur hic chartæ, in quib. cōtinētur incātationes.

b Qvi diuinationes.] ¶ In domos suas.] secundū logē isti concreman

diabolus deprehendat, non firma ratione videtur approbatum.

Vnde idem August. ait in lib. 2. retract. c. 30.

¶ Quòd ex corporeis moribus internas animi cogitationes diabolus deprehendat, occultissima res est. C. III.

Qvodam loco dixi, dæmones aliquando & hominum dispositiones non solum voce prolatas, verū etiam cogitatione conceptas, cum signa quædam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscere. Rem dixi occultissimam audaciori asseueratione, quam debui. Nam peruenire ista ad notitiam dæmonū per non nulla etiam experimēta compertum est. Sed vtrum quædam signa dentur ex corpore cogitantium, illis sensibilia nos autē latētia, an alia vi, & ea spiritali, ista cognoscant, aut difficillime potest ab hominibus, aut omnino nō potest inueniri. sup. c. prox.

QVAESTIO V.



Vòd autem sortilegi, & diuini, si cessare noluerint, excommunicandi sunt, ratione, & auctoritate probatur. Est. n. quoddam genus culturæ idolorum ex dæmonum consultationibus futura prædicere. Sicut enim auarus, quia cultum Deo debitum, nummo impendit, idolorum cultor ab Apostolo nominatur, sic illi, qui futura, quæ ex Dei oraculo nonnunquam reuelata inueniuntur, vel dæmonum consultatione, vel quibuslibet præstigijs inuenire laborant, diuinitatis iura creaturis attribuunt. Futura enim præscire solius Dei est, qui in sui contemplatione etiam Angelos illa præscire facit. Vnde Esaias ait: [Priora, & nouissima annunciate mihi, & dicam quòd dij estis.] Cultores vero idolorum à fidelium communione separandi sunt. Vnde in epistola ad Corint. Apostolus ait: (Si quis frater nominatur fornicator, aut auarus aut idolis seruiens, cum eiusmodi nec cibum sumere.) Hinc etiam in decretis Gregorij iunioris in concilio Romano præsidentis, c. 12. legitur.

Eph. 5. Col. 3. Esa. 41. sed paulo angustius. 1. Cor. 5.

¶ Anathema sit, qui ariolos, vel incantatores obseruat. C. I.

Si quis ariolos, aruspices, vel incantatores obseruauerit, aut phylacterijs [a] vsus fuerit, anathema sit.

Item ex concilio Ancyrano, c. 23. al. 24.

¶ Quinquennio pœniteat, qui diuinationes expetit. C. II.

Qvi diuinationes expetunt, & morem gentiliū [a] subsequūtur, vel in domos suas [b] huiusmodi homines

Poly. l. 6. tit. 11. Burc. l. 10. c. 24. Iuo p. 11. c. 1. Pann. l. 8. c. 61. Rabanus in pænit. c. 23. Et in conc. Paris. 3. c. 1. Poly. ibidem. Burc. l. 10. c. 5. Iuo p. 11. c. 2. Pann. l. 8. c. 62.

NOn liceat.] CASVS. Hoc c. diuiditur in 4. partes. In prima parte dicitur, ꝙ propter domum faciẽdam, vel segetes ferendas, vel plantandas arbores, & similia non debet aliquis colere elemẽta, lunam, vel stellas obseruare, sed oĩa facere in nomine Domini. In secũda parte dicitur, ꝙ ĩ collectionibus herbarũ nõ est aliqua incãtatio facienda, nisi credo in Deum, vel Pater noster. In 3. parte dicitur, ꝙ si qs in domũ suã inducat sortilegos, vel diuinos, vt maleficia inueniãt, vel aliud faciãt superstitiosum, v. annis pęniteãt. In 4. parte dr̃, ꝙ mulieres in suis lanificijs, vanitatẽ obseruare nõ debent: sed Deũ inuocare adiutorem. Secunda pars incipit ibi. [Nec in collectionibus herbarũ.] Tertia ibi, [Si quis aũt.] Quarta ibi. [Mulieribus.] Seq. c. planum est.

a ¶ Propter segetes.] nunqd ergo hic rep̃hẽdit astronomia? nunq̃d peruẽtos & dispositiones lunę illicitũ est rusticis considerare tempus seminãdi [1] & medicis tẽpora potionum, & minutionum? Certe hæc nõ reprobãtur: sed illi reprobantur, q credũt inesse necessitatẽ superioribus vñ nõ est dicẽdum ꝙ superiora sint cã rerum, licet sint signa [2] rerum.

Astronomia nõ est reprehendenda.

1 Videtur, ꝙ non inf. ea. q. 7. non obseruetis, & c. seq.

2 Signa Late Ioã. Picus Miran. contra Astrologos.

introducunt, exquirẽdi β aliquid arte malefica, aut expiandi causa; sub regula quinquennij iaceant, secundũ gradus pœnitentiæ definitos, &c.

α ¶ Gentilium.] *In Græco impresso est, χρόνων sed in uetusto Vaticano, & apud Balsamonem ἐθνῶν.*

β ¶ Exquirendi.] *Græce est, ὑπὲρ ἀνευρέσεως φαρμακειῶν idest, adinuenienda medicamenta.*

Item ex concilio Martini Papæ: [idest ex cap. Martini Bracharensis, c. 72.]

¶ Elementa colere, lunæ, aut stellarum cursus in suis operibus Christianis seruare non licet. C. III.

Burc. l. 10. c. 3. Iuo p. 11. c. 40.

NOn liceat Christianis tenere traditiones gẽtilium, & obseruare, vel colere elemẽta, aut lunæ, aut stellarum cursus, aut inanem signorum fallaciam ꝓ domo facienda, aut propter segetes, a uel arbores plantandas, vel coniugia socianda. Scriptum est enim. [Omnia quæ facitis aut in verbo, aut in opere; omnia in nomine Dñi nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo.] ¶ Nec in collectionibus herbarum, quæ medicinales sunt, aliquas obseruationes, aut incantationes licet attẽdere: nisi tãtum cũ symbolo diuino, aut † oratione Dominica, vt tantum Deus creator omnium, & Dominus honoretur. ¶ Si quis autem paganorum consuetudinem sequẽs diuinos, & sortilegos in domum suam inroduxit, quasi vt malum foras mittant, aut maleficia inueniant, uel lustrationes paganorum faciant; quinque annis pœnitẽtiã agant. ¶ Mulieribus quoque Christianis non liceat in suis lanificijs vanitatem obseruare: sed Deum inuocent adiutorem, qui eis sapientiam texendi donauit.

Colo. 3.

Ibid. c. 74. Burc. l. 10. c. 20. Iuo p. 11. c. 47.

† al. &

Ibid. c. 7. Burc. l. 10. c. 19. Iuo p. 11. c. 34.

Ibid. c. 75. Burc. l. 10. c. 19. Iuo p. 8. c. 330. & p. 11. c. 46. Et in Agathensi, c. 68.

Item ex concilio Laodicensi c. 36.

¶ Sacris officijs dediti, magi, vel incantatores non fiant. C. IIII.

NOn oportet sacris officijs deditos, uel clericos, magos, aut incantatores existere aut facere phylacteria quæ animarum suarum vincula comprobantur. Eos autem, α qui talibus rebus utuntur; proijci ab ecclesia iussimus.

Rabanus pen. c. 23. Iuo p. 11. c. 3. Pann. l. 8. c. 63.

α ¶ Eos autem.] *Quæ antecedunt in hoc capite sunt ex versione Dionysii. Quæ autem sequuntur, sunt ex prisca versione, quæ est in collectione Isidori.*

Item ex concilio Toletano quarto, c. 28.

¶ Honore priuetur episcopus, uel presbyter, qui magos uel aruspices consulit. C. V.

Rabanus ibidem. Poly. l. 6. tit. 12. Burc. l. 10. c. 48. Iuo p. 11. c. 5. & 71. Pann. l. 3. c. 16. & l. 8. c. 64.

SI quis episcopus, aut presbyter, siue diaconus, vel q̃libet ex ordine clericorum, magos, aut aruspices, aut incantatores, aut ariolos: aut certe augures, uel sortilegos, vel qui profitẽtur artem magicam, α aut aliquos eorum similia exercentes cõsuluisse b fuerit deprehensus; ab honore dignitatis suæ suspẽsus, β c monasterij curã [3] suscipiat, ibique pœnitentiæ perpetuę deditus, [4] scelus admissum sacrilegij soluat.

SI qs episcopus.] CASVS. Statuit concilium Tole. ꝙ si quis episcopus, vel cuiuscũque ordinis clericus diuinos vel sortilegos cõsulit, deponat, & ad pœnitentiã peragẽdam perpetuo in monasterio trudatur. Quæ autem sequũtur, plana sunt: & per te videbis vsque ad c. episcopi.

b ¶ Consuluisse.] No. ꝓ solo cõsilio debere quẽ puniri [3] siue faciet artẽ, siue nõ. sic ꝓ sola vocatione punitur, [4] q vocat clericũ ad iudiciũ Imperatoris, vt 11. q. 1. placuit.

c ¶ Suspensus.] i. de-

Consiliũ facit quem puniri.

3 Sic ĩ. f. e. p. xi. dic. ꝙ in hoc peccat, quia prohibitum est cõsilium talium extra de sortileg. cap. 1. Io. de Fant.

α ¶ Magicam.] *In antiquiorib. conciliorum editionibus, duob. codicibus Vaticanis, & Lucensi regio, & Polycarpo legitur* artem aliquam.

β ¶ Suspensus.] *In omnibus conciliorum editionibus, & manuscriptis exemplaribus, quæ collata sunt, & Polycarpo est*, depositus. *Sed ob glossam non est mutatum.* — Et in Venet. q. 16.

γ ¶ Curam.] *Sic in uetustioribus conciliorum editionibus, & duobus Vaticanis codicibus; sed in recentioribus Coloniensibus, est*, censuram, *in codice autem regio*, pęnā.

Item ex concilio Agathensi. c. 42.

¶ De his, qui augurijs, & diuinationibus student. C. VI.

Rabanus ibidem. Burc. l. 10. c. 27. Iuo p. 11. c. 4. Pann. l. 8. c. 69.

ALiquāti clerici, siue laici studēt augurijs, & sub nomine fictæ religionis per eas, quas sanctorū sortes vocant diuinationis scientiam profitentur: aut quarumcumque scripturarum inspectione futura promittunt. Hæc † quicūque clericus, aut laicus, detectus fuerit, uel consulere, uel docere; [a] ab ecclesia habeatur extraneus. — † al. Hos.

Item Leo quartus episcopis Britanniæ, c. 4.

¶ Sors nihil aliud quam diuinatio, & maleficium esse decernitur. C. VII.

Iuo p. 11. c. 8. Pann. l. 8. c. 70.

SOrtes, quibus cūcta uos in uestris discriminatis [b] iudicijs (quod patres dānauerunt) nihil aliud, quā diuinationes, & maleficia esse decernimus. Quamobrē nolumus illas omnino damnari, & inter Christianos vltra nolumus nominari, & ne exerceātur † sub anathematis interdicto prohibemus. — † al. ut abscindātur.

¶ *In epistola Leonis quarti (cuius pars extat in uetusto codice) c. 4. hæc leguntur.* De expetētia autē diuinationū, vel maleficiorū scriptum quidem in sacris habemus canonibus, ut ipsa ponamus, ita: Qui diuinationes, & c. supra *ead. ex concilio Ancyrano.* Vnde ad illorū similitudinē sortes, quibus vos cuncta in uestris discriminatis iudicijs, nil aliud, quā qđ illi patres damnarunt, diuinationes, & maleficium esse decernimus, &c.

Item Gregorius Hadriano notario, lib. 9. epist. 47.

¶ Incantatores, sortilegos velut Christi inimicos insequi oportet. C. VIII.

Poly. ibidem. Burc. l. 10. c. 4. Iuo p. 11. c. 53.

PEruenit ad nos quòd quosdā incantatores, atque sortilegos fueris insecutus, & omnino nobis solicitudinem, zelumque tuū gratum fuisse cognoscas. *& infra.* ¶ Et ideo studij tui fit solicite quærere, quoscumque huiusmodi Christi inimicos inueneris, districta ultione corrigere.

Item ex concilio Aurelianensi primo, c. 32.

¶ Excommunicetur clericus, monachus, laicus, diuinationes, uel auguria, uel sortes secutus. C. IX.

Concor. concil. Antiiod. c. 4.

SI quis clericus, monachus, uel sæcularis, diuinationē, uel auguria crèdiderit obseruāda, uel sortes. quas mentiūtur esse sanctorū quibuscūq. putauerint intimandas; cum his, qui eis crediderint, ab ecclesiæ communione pellantur.

Item Gregor. in lib. 7. epist. 66. ad Ianuarium episcopum.

¶ Cōtra sortilegos idolorū cultores custodia pastoralis inuigilet. C. X.

Burc. l. 10. c. 13. Iuo p. 11. c. 32. & 95

COntra idolorū cultores, vel aruspices, † atque sortilegos, fraternitatē vestram vehemētius pastorali hortamur inuigilare custodia, atque publice in populo contra huius rei viros sermonem facere, eosque a tanti labe sacrilegij, & diuini intentione iudicij, & præsentis uitæ periculo adhortatione suasoria reuocare. Quos tamen, si emendare se a talibus, atque — † al. aruspicum, & sortilegorum.

depositus, ut patet per sequentia.

[a] ALiquanti.] Vel docere.] nam similis est culpa, prohibita discere, & docere, ut C. de male. culpa. [1] & multa sunt, quæ melius est nescire, quā scire. 38. d. quamuis. cōtrarium est, C. de hære. quunq;. ultra mediū, ubi dicitur qđ ille, qui illicita docet uel deportatur, vel punitur ultimo supplicio; discipuli uero puniuntur x. libris auri: sed ibi loquitur de his qui discendi causa uenerunt, non tñ didicerunt: hic de eo qui didicit, uel consuluit. Item contrariū est 37. dist. in. qui de mensa: sed illi discebant non, ut sequerētur ea, sed ut alijs per ea possent obuiare, 37. dist. legimus.

[b] SOrtes.] ¶ Discriminatis.] idest, iudicatis, vel dijudicatis. [2]

COntra idolorū.] a ¶ Ver-

Nescire quędam melius est, q̄ scire.

[1] Si. arg. inuenit 16. q. 1. in canonibus. ubi consimilis pœna irrogatur dāti & accipienti oblationē ecclesiæ præter episcopi cōsciētiam. L. de hoc legi. & no. đ cōs. d. 2. pro dilectione.

[2] Vel dic, i. in discrimē adducitis. Io. de Fant.

corrigere nolle repereris, feruenti cõprehendere zelo te volumus: & si quidem serui sunt verberibus [a] cruciatibusque, quibus ad emendationem peruenire valeant castigare. si vero sunt liberi, inclusione digna, districtaque sunt in pœnitentiam redigēdi, vt qui salubria, & a mortis periculo reuocantia audire verba contemnunt, †cruciatus saltem eos corporis ad desideratam mētis valeat reducere sanitatem.

¶ *Caput hoc locupletatum est ex epistola Greg. cum vetustis exemplaribus collata.*

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 89.

¶ Ab ecclesia separetur augurijs, & incantationibus deseruiens. C. XI.

Burc. l. 10. c. 7. Iuo p. 11. c. 35. Pann. l. 8. c. 72.

AVgurijs, vel incantationibus seruientem, similiter & Iudaicis superstitionibus, vel ferijs inhærentē, a conuentu ecclesiæ separandum (præcipimus.)

Item ex concilio Anquirensi a c. 1.

a ¶ Anquirensi.] *Sic etiam in vetustis. Burchardus & Iuo habent* Anchyrensi. *Verumtamen in concilio Ancyrano græco, aut latino neque impresso, neq; manuscripto est inuentum, licet, qui tomos conciliorum ediderunt, asserant haberi in quodam vetusto codice 16. librorum partialium.*

¶ Sortilegam, & magicam artem episcopi omnibus modis eliminare studeant. C. XII.

† al. viribus.

Burc. l. 10. c. 1. & l. 19. credidisti. quod multæ. Iuo p. 11. c. 30. Pann. l. 8. c. 75.

† al. maleficam.

EPiscopi, eorumq; ministri omnib. modis elaborare studeant, vt perniciosam, & a diabolo inuentā sortilegam, & magicam † artē ex parochijs suis penitus eradicent: & si aliquē virū, aut mulierem huiuscemodi sceleris sectatorem inuenerint; turpiter dehonestatum de parochijs suis eijciant. Ait. n. Apostolus: (Hæreticū hominē post primā, & secundā correptionem deuita: sciēs, quia subuersus est, qui huiusmodi est.) Subuersi sunt, & a diabolo captiui tenent, qui relicto creatore suo, diaboli suffragia qrunt: & ideo a tali peste dēt mundari sancta Ecclesia. ¶ Illud etiam non est omittendum, q quædam sceleratæ a mulieres retro post satanam conuersæ, demonum illusionib. & phantasmatibus seductæ & credunt & profitent se nocturnis horis cū Diana dea paganorū, vel cū Herodiade, & innumera multitudine mulierū equitare sup quasdā bestias, & multarū terrarū spatia intempestę noctis silentio ptransire, eiusq; iussionib. velut dñæ obedire, & certis noctib. ad eius seruitiū euocari. Sed vtinā [b] hæ solæ in perfidia sua perijssent, & non multos secum ad infidelitatis interitū ptraxissent. Nā innumera multitudo hac falsa opinione decepta, hæc vera esse credunt, & credendo a recta fide deuiāt, & errore paganorū inuoluuntur, cū aliquid diuinitatis, aut numinis extra vnū Deū arbitrantur. Quapropter sacerdotes per ecclesias sibi cōmissas populo Dei omni instantia prædicare debent, vt nouerint hæc oīno falsa esse. & non a diuino, sed a maligno spiritu talia phātasmata mentib. fidelium † irrogari. ¶ Si quidem ipse satanas, qui trāsfigurat se in Angelum lucis, cum mentem cuiuscumq; mulierculæ ceperit, & hāc sibi per infidelitatem subiugauerit, cito trāsformat se in diuersarū species personarū, atq; similitudines, & mētem, q̄ captiuam tenet, in somnis deludens, modo læta, modo tristia, modo cognitas, modo incognitas personas ostendēs, per deuia queq; deducit; &

ad Titum 3.

De spiritu & anima, c. 28.

† al. Infidelium.

Aug. ibidem. 2. Cor. 11.

a ¶ Verberib.] Cū hic scribatur epis, patet hoc crimē ecclesiastieū esse. Itē patet hic q eps pōt aliquos verberibus castigare, ut 23. q. 5. c. 1. Item patet hic q episcopus pōt in carcerē mittere eos. Item habes hic, q alio modo punitur nobilis quam ignobiles, ut 24. q. 1. qui cōtra 12. q. 2. fraternitatis. Ioan.

Eps pōt aliquos verberibus castigare.

EPiscopi ; CASVS Hoc c. diuiditur in tres partes. In 1. tractatur de solicitudine sacerdotum circa diuinos expellendos de parochijs suis & quod expelli debeant, Apostoli auctoritate probat. In 2. parte reprehēdūtur quędam mulieres quæ cum Diana dea paganorū & cum Herodiade super quasdā bestias nocturnis temporibus equitare se putabant: quod falsū est sed diabolo decipiēte hoc mētibus fideliū irrogat. In tertia parte ostēdit quomodo fiat hęc illusio, scilicet i solo spū diabolo uarias formas ostēdēte per somnium in mētibus hominū & q in solo spiritu fiat pbat duobus exēplis, scilicet Ezechielis, & Pauli. Secunda pars incipit ibi, [Illud ēt. Tertia ibi, [Siqdē ipse satanas.] b ¶ Sed utinā hæ solæ.] Idest, utinā nō plures similis expositio est 1. quæst. 1. duces. 1

1 Aliàs iudices. 24. q. 4. si. ea. ubi de hoc.

a ¶ Sed

a ¶ Sed ĩ corpore.] Id est, corporeo sensu percipi, &c.

NONNVLLI. Hæc est 2. pars q. in qua dicit, quod in seq. c. continetur. Ioan. de Fan. Et ponit hic incidẽtem quæstionem.

CASVS. Superius prohibitæ sunt diuinationes & sortilegia. Nũc vero ostẽdit Gra. quod ĩ pniciẽ inimicorũ altaria vestib. exui nõ debẽt uel lugubr. veste accingi, uel luminaria ecclesijs deputata extingui, uel Missa defunct. nõ celebrari pro viuis, & ad hoc probãdũ inducit seq. c.

QVicũque.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In 1. parte dr. quod si quis sacerdos uel minister ecclesię, altaria uestibus exuat, uel lugubri ueste accingat, vel exstinguat luminaria ĩ perniciẽ alicuius, deponatũ: nisi corã metropolitano pnĩam egerit, exceptis illis personis, q̃ hoc faciunt vel pp hęreticos, vel pp hostilitatẽ, uel alia iusta ex causa. In secũda parte dicitur, quod sacerdos, q cãtauerit Missam defunctorum vt inimicus mortẽ incurrat, deponatur: tam ipse sacerdos, quam ille qui sacerdotem ad talia incitauerit, perpetuo exilio puniatur. Secũda pars ĩcipit ibi. [Plerisq; etiam.]

b ¶ Doloris.] Nisi forte ideo faciat qa ecclesia sua spoliat, vt illud ĩ signũ mœroris faciat, sicut quidam ponunt spinas sup altare: sicut ẽt denudatur altare in passione Dñi in signum tristitiæ.

Tristitiæ cã permittuntur aliqua.

c ¶ Satisfactio.] Ar. quod

cum solus spiritus hoc patitur, infidelis mens hoc nõ in animo, sed in corpore [a] euenire opinatur. Quis enim non in somnijs, & nocturnis visionibus extra se educitur, & multa uidet dormiendo, quæ nunquam viderat vigilando? Quis uero tam stultus, & hebes sit, qui hæc omnia, quæ in solo spiritu fiũt, etiam in corpore accidere arbitretur? cum Ezechiel propheta visiones Domini in spiritu, non in corpore vidit? & Ioannes Apostolus Apocalypsis sacramentum in spiritu, non in corpore vidit, & audiuit, sicut ipse dicit? [Statim ĩquit, fui in spiritu.] Et Paulus non audet dicere se raptum in corpore. Omnibus itaque publice annunciandum est, qđ qui talia, & his similia credit, fidem perdit: & qui fidẽ rectam in Domino non habet, hic nõ est eius, sed illius, in quem credit, idest, diaboli. Nam de Domino nostro scriptum est: [Omnia per ipsum facta sunt, &c.] Quisquis ergo aliquid credit posse fieri, aut aliquam creaturam in melius, aut in deterius immutari, aut tranformari in aliam speciem, uel similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, & per quẽ omnia facta sunt; proculdubio infidelis est, & pagano deterior.

Ezech. 3. Apoc. 1. & 4. 2. Cor. 12. Io. 1.

a ¶ Scelerate.] *Fere eadem habentur apud Beatum Augustinũ in libro de spiritu & anima, c. 28. & in vita Damasi Papæ primi, quæ extat Romæ in peruetusto de vitis sanctorũ codice sãctæ Mariæ Maioris: ubi postq̃ aliqua relata sunt ex synodo Romana in qua Damasus Macedonium & Apollinarem damnauit, adiungitur anathematizatos in ea synodo esse, maleficijs, superstitionibus, & incantationibus seruientes. In quibus etiam mentio est harum mulierum, quæ putabant nocturno silentio cũ Herodiade, & innumera multitudine super bestias equitare, & multa terrarum spatia pertransire.*

2 *Nonnulli inueniuntur, qui interno liuore permoti, in perniciem suorum inimicorum altaria sacris vestibus exuunt, aut ueste lugubri accingunt, uel consueta luminariorum obsequia ecclesiis Dei subtrahunt, uel Missam pro requie defunctorum promulgatam, pro uiuis celebrant hominibus.*

Quorum omnium maleficia nequissima Toletanum concilium 13. condemnat dicens, c. 7.

¶ Abijciatur sacerdos, qui huiuscemodi maleficijs operam dederit. C. XIII.

QVicumque sacerdotũ, vel ministrorum deinceps cã cuiuslibet doloris, [b] vel amaritudinis permotus, aut altare diuinum vestibus sacris exuere psumpserit, aut qualibet alia lugubri veste accinxerit, † seu etiã, si consueta luminariorum sacrorum obsequia de tẽplo Dei subtraxerit, & extingui pręceperit; si eũ antea verę pęnitudinis corã metropolitano satisfactio [c] nõ purgauerit; ignobilitati perpetuæ mancipatus iuxta superiorem sententiam Domini, loci sui dignitate se nouerit, & honore priuari: illis proculdubio personis ab hac ultionum sentẽtia separatis, quæ aut contaminationem sacrorum ordinum, uel subuersionẽ sanctæ fidei metuẽtes, aut hostilitatẽ, uel obsidionem perferẽtes, seu etiam diuinorũ iudicio

† al. accingi.] orig.

rum sententiam metuentes talia fecisse cõtigerit: in quorum facto plus humilitas, qua Deus placatur, quã interni liuoris dolositas declaratur. Plerique etiam sacerdotum sauciati inimicitiæ dolo Missam pro requie defunctorum promulgatam fallaci voto pro viuis student celebrare hominibus, non ob aliud, nisi, ut is, pro quo ipsum offertur sacrificium, ipsius sacrosancti libaminis interuentu mortis incurrat periculum. Proinde nostræ eligit vnanimitatis conuentus, vt si quis deinceps talia perpetrasse fuerit detectus, a proprij deponatur ordinis gradu, & tam ipse sacerdos, quàm etiam ille, qui eum ad talia peragenda incitasse perpenditur, exilij perpetui ergastulo religentur.

† al. relegantur.

¶ *Principium huius capituli vsq; ad vers.* Plerique, *est ex 13. concilio Toletano c. 7. Reliqua vero sunt ex 17. Toletano, c. 5. quorum conciliorum duo exemplaria sunt habita ex Hispania: et inde nõnulla hic emẽdata, et addita.*

2 *Ex præmissis auctoritatibus colligitur, quòd arioli, aruspices, incantatores, & sortilegi, atque cæteri huiusmodi sectatores ab ecclesia sunt eliminandi, & nisi resipuerint, perpetuo excommunicandi. Sed quod in vltimo Anquirensi † capitulo ea, quæ fiunt per incantatores, non in corpore, sed sp. ritu fieri dicun ur, Augustinus in libro de ciu tate Dei videtur asserere, ita dicens.*

sup. ead. episcopi.
† al. Ancyrensi.

¶ *Caput hoc integrum habetur in libello Rabani de magorum præstigijs, quẽ ipse ex varijs locis Augustini, & Isidori, ut antea dictum est, confecit. Burchardus citat ex dictis Augustini.*

¶ Quæ magorum præstigijs fiunt, non vera sed phantastica esse probantur. C. XIIII.

Isidorus l. 8. etymo. cap. 9.
Burc. l. 10. c. 42. ex dictis Augustini.
Iuo p. 11. c. 67.
Pann. l. 8. c. 65.
Exod. 7.
A ... l. 18. de ciuit. D. ... c. 17.

NEc mirum [a] de magorum præstigijs, quorum in tantum prodiere maleficiorum artes, ut etiam Moysi simillimis signis resisterent, vertentes virgas in dracones, & aquas in sanguinem. Fertur etiam in gentilium libris, ꝙ quædam maga famosissima Circe, socios Vlysis mutuauerit in bestias. Legitur, & de sacrificio, quod Archades Deo suo Liceo immolabant, ex quo quicunque sumerent, in bestiarũ formas conuertebantur. Sed hæc omnia magicis præstigijs potius fingebantur, q̃ rerum veritate complerentur. Vt ergo ipsi errores ignorantibus manifesti fiant; de eorum proprietate, atq; inuentoribus iuxta traditionem maiorum primum dicere congruum arbitramur. ¶ Magi sunt, qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur. Hi permissu Dei elementa concutiunt, turbant mentes hoĩum minus confi[illegible]entiũ in Deo, ac sine vllo veneni haustu, violentia tantum carminis interimunt. Vnde Lucanus: [Mens hausti nu[illegible]lo sanie polluta veneni, Incantata perit] Dæmonib. n. accitis audent ventilare, vt quiq; suos perimãt malis artibus ini[illegible]nicos. Hi ẽt sanguine vtuntur, & victimis & sæpè contingunt mortuorum corpora. ¶ Necromãtici sunt, quorum præ[illegible]antationibus vĩr resuscitari mortui, diuinare, & ad interrogata r̃ndere νεκρὸς enim Grece, mortuus, μαντεία diuinatio nuncupatur: ad quos suscitãdos cada-

Libro 6.

quòd si aliquis satisfecerit ꝺ crimine, vel inde egerit pœnitentiam: amplius nõ possit accusari: licet sit publicum crimen 1. ut notatur 33. q. 3. ad monere. Ioan. 2.
EX PRÆMISSIS. Hæc est 3. pars quæstio. in qua magister ponit casus, & origi nem his phantasmatibus. & quomodo accidant. Io. de Fan.
CASVS. Concludit G. ex supradictis, ꝙ sortilegi. & diuini nisi resipiscant, sunt excommunicandi. Postea ostendit, ꝙ ea quæ fiunt per incantatores: non in corpore, sed in spiritu dicuntur fieri. Et ad hoc inducit seq. cap.

[a] NEc mirum.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte Augus. docet tria. Primo docet non esse mirũ, si magi uertebant uirgas in dracones; aquam in sanguinẽ, Moysi resistẽdo quia similia fecit. Circe, & Mercurius ad sacrificium Bacchi. hæc tamen magis apparebãt, quàm in ueritate consisterent. Secundo ponit multa genera magorum, & incantatorum, & eorũ etymologias. Tertia ponit quare tanta potestas diabolo datur, ut homines sic seducat, quod fit ideo ut ueritatem spernente illudat hoc tamẽ non fit sine permissu Dei & dicit quare illi incãtatores uirgas suas in dracones conuertebant. In secũda parte continetur, quod quidam obijciebant Aug. si phytonica diuinatio errori magicæ artis est deputanda qualiter pythonissa Samuelem suscitauit ad colloquium regis Saulis. Cui obiectioni respondet Au. dicẽs illũ nõ fuisse Samuelem, sed diabolum. Quod probat tribus rationibus, vel auctoritatibus, multa verba inferendo

1 Adde ad hoc q. ſ not. gl. & doc. in l. q. ... men... te. ff. de fur.
2 De hoc no. 49. d. §. j. vbi videas.

do. In tertia parte obijcitur Aug. ſic: Si illi qui diuini dñr vel faciũt incãtationes, nõ hñt aliquid proprię virtutis, vel poteſtatis: quõ eueniunt quæ dicũt? Et rñdet Aug. q̃ licet ea eueniant, tñ nullus eis credere dẽt, quia ſi ſanitatem languidis cõferre videant: vel infirmitatẽ ſanis inferre: totũ fit pmiſſione diuina vt appareat qualis fidei uel deuotionis ſint erga Deum qui hæc audiunt uel vidẽt. Et ad hoc pbandum inducit auctorita ẽ Deuter. Secũda pars incipit ibi, [Preterea quidam.] Tertia ibi, [Si autẽ aliquis.[Quod ait,ſ. Saul.[retulit.] hiſtoria, & quia dicit Auguſt. titulis,] ideſt, argumentis vel rationibus.

a [Si nõ attractus.] Quia ab angelo fuit nunciata natiuitas eius.

b ¶ Permanet.] Vt 3.25.diſt. qualis.

a ¶ Tri-

† *al. & imagines ludificationis, vel & imagines & ludificatione* ſup.e.q.2.illud.

Burch. l.10. c.44.

Iuo p.11.ca. 69.

Pann. lib.8. c.67.

ueri ſanguis adijcitur. Nam amare ſanguinem dæmones dñr: ideoq; quotieſcunque necromantia fit: cruor aquæ miſcetur, vt colore ſanguinis facilius prouocentur. ¶Hydromantici ab aqua dicti. Eſt enim hydromantia in aquæ inſpectione vmbras dæmonum euocare, & imagineas † ludificationes eorum videre, ibique ab eis aliqua audire, vbi adhibito ſanguine etiã inferos perhibentur ſuſcitare *& infra.* ¶ Ad hæc omnia ſupradicta pertinent ligaturæ execrabilium remediorum,quę ars medicorum condemnat, ſeu in præcantationibus ſeu in characteribus, vel in quibuſque rebus ſuſpendendis atque ligandis: in quibus omnibus ars dæmonum eſt, ex quadam peſtifera ſocietate hominum, & Angelorũ malorum exorta. Vnde cuncta vitãda ſunt Chriſtiano, & omni penitus execratione repudianda, atque damnanda. ¶ Auguria autem auium Phryges primi inuenerunt. ¶Præſtigium vero Mercurius primus dicitur inueniſſe. Dictum eſt autem præſtigium, q̃ præſtringat aciẽ oculorum. ¶Haruſpicinæ artem primus Hetruſcis tradidiſſe dicitur quidam Tages. Hic ex horis haruſpicinam dictauit, & poſtea non apparuit. Nam dicitur fabuloſè, arante quodam ruſtico,ſubito ex glebis exiliuiſſe, & haruſpicinam dictaſſe,qua die,& mortuus eſt. Quos libros Romani ex hetruſca lingua in propriã mutauerunt. His ergo portentis per dæmonum fallaciam illuditur curioſitas humana, quando impudenter appetunt ſcire, q̃ nulla ratione eis competit inueſtigare. Hæc poteſtas immundis ſpiritibus ideo datur,vt per vaſa ſibi apta, hoc eſt prauos homines, ſeducant illos, qui ſpernunt veritatem, & credunt mendacio,& iuxta Pauli ſententiam, ſanam doctrinam nõ ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus: & a veritate quidem auditum auertent; ad fabulas autem conuertentur: onerati peccatis ducentur varijs, deſiderijs ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes. Quemadmodum autem Iannes, & Mambres reſtiterunt Moyſis; ita & iſti reſiſtunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, ſed ultra non proficient: inſipientia enim eorum manifeſta erit omnibus, ſicut & illorum fuit. Nec β ideo quiſquam credere debet, quoslibet magicis artibus aliquid facere poſſe ſine permiſſu Dei,) qui omnia, quæ fiunt, aut iuſto iudicio facit, aut permittit ſuo ita fieri ſinit) quòd prædicti magi leguntur ſimilia feciſſe Moyſi: qui virgam ſuam proiecit, & conuerſa eſt in draconem, proieceruntque ipſi ſingulas virgas ſuas, quæ verſæ ſunt in dracones; ſed deuorauit virga Aaron virgas eorum. Non enim fuerunt creatores draconum, nec magi, nec angeli mali, quibus miniſtris illa operabantur. Inſunt x enim rebus corporeis per omnia elementa mundi quædam occultæ ſeminariæ rationes, quibus cum data fuerit opportunitas temporalis, atque cauſalis prorumpunt in ſpecies debitas ſuis modis, & finibus; & ſic non dicuntur angeli, qui iſta faciunt, animalium creatores, ſicut nec agricolæ ſegetum, uel arborum, uel quorumcunque in terra gignentium creatores dicendi ſunt, quamuis nouerint præbere quaſdam viſibiles opportunitates, & cauſas, ut illa naſcantur. Quod autem iſti faciunt viſibiliter, hoc illi inuiſibiliter. Deus vero ſolus vnus eſt creator, qui cauſas ipſas, & rationes ſeminarias rebus inſeruit, ¶ Preterea quidam querendum putant, quomodo Scriptura narret Pythoniſſam Samuelem prophetam ſuſcitaſſe ad colloquiũ Saul impijſſimi regis; ſi pythonica diuinatio errori magicæ artis deputanda ſit. Quibus ita reſponderi poteſt, indignum omnino facinus eſſe, ſi ſecundum verba hiſtoriæ commodetur † aſſenſus. Quomodo enim fieri poterat, vt arte magica attraheretur vir & boni ate ſanctus, & vitæ operibus iuſtus; aut ſi non attractus a eſt, conſenſit? Quod vtrumque de iuſto credere aduerſum eſt. Si enim inuitus adductus eſt, nullum ſuffragium habet iuſtitia; ſi autem voluntarius amiſit meritum ſpiritale, quod poſitus in carne quæſierat; quod valde abſurdum eſt, quia qui hinc iuſtus recedit, permanet b iuſtus. Porro autem hoc eſt præſtigium ſatanæ; quo vt plurimos fallat,etiam bonos in poteſtate ſe habere confingit. Quod Apoſtolus inter cætera oſtendit, dicens: Ipſe ſatanas tranſ-

Ouid. meta. li.15.

2.Tit.3.

Auguſt. ... Timot.c.3.

Aug.l.q.ſup Exod.q.21. &l.2.ad Simpliciãnũ q.3. & ad Dulcit.tium q.6.

Augu. q.27. ex utroque teſtamento

† *al.commodetur.*

2.Cor.11.

transfigurat se in angelum lucis. [Vt.n.errorem faceret, in quo glorificaretur †, in habitu viri iusti, & noie se subornauit: ut nihil proficere spem, quam prædicabant Dei cultores, mentiretur: qñ hinc exeuntes iustos finxit in sua esse potestate. Sed hoc quosdam fallit, qđ de morte Saul, & filij eius non sit mentitus: quasi magnum sit diabolo ante occasum, mortem corporis præuidere: cum signa quædam soleant apparere morituris, quippe a quibus Dei protectio amota videtur; quanto magis diabolo †, quem angelica potestate † sublimé prophetica oracula fuisse testantur; de cuius magnitudine Apostolus ait: (An ignoratis, altitudinem Satanæ?) Quid mirum ergo, si imminentem prope mortem potuit præuidere; cum hoc sit, vnde fallit, & se in Dei potestate vult adorari? Nam tâta hebetudine demens effectus est Saul; vt ad Pythonissam cõfugeret. Deprauatus enim causa peccati, ad hæc se cõtulit, quæ damnauerat. Sed si quis propter historiam, & ea, quæ verbis expressa sunt, putet non prætermittenda, ne ratio historiæ inanis sit; recte faciet quidem: si tamen minime istud ad veri rapiat rationem, sed ad visum, & intellectum Saul. Neque enim reprobus factus poterat bonum intellectum habere. Historicus enim mentem Saul, & habitum Samuelis descripsit: ea quæ dicta & visa sunt, exprimens, prætermittẽs, si vera, an falsa sint. Quid enim ait? (Audiens, in quo habitu esset excitatus: intellexit, inquit, hunc esse Samuelem.) Quid intellexerit, retulit: & quia non bene intellexit, contra scripturam alium adorauit, quam Deum: & putans Samuelem, adorauit diabolum: vt fructum fallaciæ suæ haberet Satanas. Hoc enim nititur, ut adoretur quasi Deus. Si enim illi vere Samuel apparuisset, non vtique vir iustus permisisset se adorari; qui prædicauerat Deum solum esse adorandum. Et quomodo homo Dei, qui cum Abraham in refrigerio erat, dicebat ad virum pestilentiæ, dignum ardore gehennæ: (Cras mecum eris?) His duobus titulis [a] subtilitatem fallaciæ suæ prodidit improuidus Satanas: quia & adorari se permisit sub habitu, & nomine Samuelis contra legem: & virum peccatis pressum, cum magna distantia peccatorum & iustorum sit, cum Samuele iustissimo futurum mentitus est. Verum potest videri; si de Samuelis nomine taceatur; q.a Saul cum diabolo futurus erat: ad eum enim transmigrauit, quem adorauit: Semper ergo diabolus sub velamine latens, prodit se, dũ ea cõfingit, quę horreant † personis, per quas fallere nititur. ¶Si autem aliquis mihi opponit, & dicit: quomodo eueniunt illa, quę illi diuini prædicunt futura; aut quomodo possunt ægris prębere medelam, aut sanis immittere ęgritudinem, si aliquid proprię virtutis, ac potestatis nõ habent; hoc a me recipiat responsum, q̄ ideo quisque non debet eis credere, quia aliquãdo eueniunt quę prędicunt, aut sanare videntur languidos, aut lędere sanos, quia hoc permissu Dei fit: vt ipsi, qui hęc audiunt, vel vident, probentur, & appareat, qua fide sint, uel deuotione erga Deum. Sicut in Deuteronomio legitur Moyses verbo Dñi populo Dei præcipisse, ita dicens, [Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somniũ dicat se vidisse; & prædixerit signum, atq; portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi eamus, & sequamur Deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis, non audies uerba prophetæ illius, aut somniatoris, quia tentat vos Dominus Deus vester; vt palam fiat, vtrum diligatis eum, an non. In toto corde, & in tota anima vestra Dominum Deum vestrum sequimini, & ipsum timete, mandata eius custodite, & audite vocem illius, ipsi seruietis, & ipsi adhærebitis, &c. [Vbi sane intelligi uoluit, etiam illa, quæ a diuinantibus non secundum Deum dicũtur, si acciderint quæ dicuntur, non accipienda sic, ut fiant quæ præcipiuntur ab eis: aut colantur quę coluntur ab eis. Nec preter suam potestatem Deus ostendit esse, quòd ista contingunt sed quasi quęreretur, cur ea permittat, causam tentationis exposuit, ad cognoscendam vtrique eorum dilectionem, vtrum eam habeant erga Deum suum; cognoscendam vero ab ipsis potius, quam ab illo, qui scit omnia antequam fiant.

Marginalia (left): al. glorificaretur. — Reg. 28. — al. diabolus — al. maiestate. — 2. Cor. 2. & 11. — Reg. 28. — al. abhorreant. al. abhorrent.

Marginalia (right): horrent a personis cod. Antuerp. — Deut. 13. — sup. ea. q. 2. intelligi.

a Titulis.] Idest, argumentis. Io. Quòd

α ¶Suscitare.] *Apud Rabanum hic interponitur, c. legitur, sup. ea. q. 3. & 4.*

β ¶Ad hæc.] *Bona pars huius versiculi habetur apud beatum Aug. l. 2. de doctrina Christiana, cap. 20.*

γ ¶Nec ideo.] *Similia leguntur apud B. Augustinum, lib. 3. de Trinit. c. 7.*

δ ¶Insunt.] *Vsque ad ver.* Præterea, *sunt magna ex parte uerba B. Augustini in lib. quæstionum sup. Exod. c. 21.*

ε ¶Si acciderint.] *Emendatus est hic locus ex B. August. ut habetur sup. ead. quæst. 2. capit. intelligi. Apud Rabanum vero legitur*, si acciderint, quæ dicuntur, non accipienda: vel etiam si fiant quę præcipiuntur ab eis, vel colantur, &c.

QVAESTIO VI.



Vod autem ab episcopo [a] excommunicatus inconsulto ab alio reconciliari non possit, nisi forte per eius metropolitanum [b], vel per summum Pontificem; ratione, & auctoritate probatur. Presbyteri namque potestatem excommunicandi, vel reconciliandi ab episcopis accipiunt, non episcopi a presbyteris: atque ideo excommunicatos a sacerdotibus reconciliare possunt; excommunicatos vero ab episcopis sacerdotes reconciliare non possunt. Reconciliatio namque pœnitentium, episcopalis officij est, non sacerdotalis.

Vnde in concilio Carthaginensi secundo, c.3. Fortunatus episcopus dixit.

¶Pœnitentium reconciliatio, chrismatis, & puellarum consecratio a presbyteris non fiat. C. I.

SI iubet sanctitas vestra: suggero. Nam memini præterito concilio fuisse statutum, vt chrisma vel reconciliatio pœnitentiū, nec non & puellarum consecratio a presbyteris [c] non fiat. Si quis autem emerserit hoc faciens; quid de eo statuendum sit? Aurelius episcopus dixit: audiuit dignatio vestra suggestionē fratris, & coepiscopi nostri Fortunati; quid ad hæc dicitis? Ab vniuersis episcopis dictum est. Chrismatis confectio, & puellarū consecratio a presbyteris non fiat: vel reconciliare [d] quemquam in publica Missa presbytero non licere: hoc omnibus placet. Sent.4.dist.20.

Recōciliatio est duplex.

Puellarum tamen consecratio, episcopo consulto per presbyterum fieri valet.

Vnde in Carthaginensi concil.3.c.36.

¶Permissione episcopi virgines consecrare presbyter valeat. C. II. Sent.ibidem.

PResbyter, inconsulto [e] episcopo, virgines non consecret: chrisma vero nunquam conficiat.

Item ex concilio Agathensi, c.43. & 44.

¶Nec diacono ministrare, nec pœnitentem in ecclesia benedicere presbytero licet. C. III.

MInistrare [f] diaconus, aut cōsecrare altare presbyter

QVod autem.] CASVS. Hic intitulatur 6.q. qua quæritur, vtrum excōicatus ab epō possit a presbytero reconciliari, epō inconsulto. Et rñdet ꝙ ligatus a maiori, a minori absolui non potest, ut 21.dist. inferior. nisi in mortis articulo, ut ext. de sent. excō. non dubiū. G. tñ latius extendit quæstionē, an sacerdos possit recōciliare pœnitētes epō incōsulto. Et rñdet ꝙ sic priuata recōciliatione s. qñ peccata sua confitenē uel in articulo necessitatis, vt j. ea. §. ecce. sed publica non pōt. Primo tamē probat, ꝙ excōicatus ab epō, ab alio incōsulto epō recōciliari nō pōt, nisi p metropolitanū, uel Apostolicum. Quod probat una ratione, & una auctoritate. Ratio autem inuenitur in §. auctoritas uero in cap.

a ¶Ab epō.] Certum est ligatum a maiori nō potest minor absoluere, ut 21. d. inferior. & c. deniq. & extr. de elect. innotuit. nisi in articulo mortis, ut extra de sent. excom. non dubiū. Magister tamē largius prosequitur quæstionē, an presbyter possit reconciliare pœnitentes. Dicas ergo quod est reconciliatio quædā publica, quędam priuata: publica solus episcopus potest recōciliare, ut j. e. c. 1. & 50 d. in capite. in illa nō fit nisi in crimine ꝙ totā urbem commouet, ut inf. e. c. vlt. priuata autem potest sacerdos recōciliare, vt inf. c. presbyteri, & tēpore necessitatis quilibet potest. hū recōciliare ecclesiæ, vt de consecra. dist. quarta. secundum Ioan.

b ¶Metropolitanum.] Hoc tamen est uerum, cū est appellatu ad ipsū, ut ext. de sent. exc. per tuas. Si tñ metropolitanus absoluat, cum non sit appellatū ad ipsum: dicunt quidam ꝙ tenet absolutio. licet absoluere non debeat. Sed hoc vix credo, 1 cum canon uocet eū peregrinum siue extraneum iudicem; ut 6.q.3. scitote. & 3. q. 6. peregrina, nec habet iurisdictionem nisi in certis casibus, ut ext. de offic. ordin. pastoralis. Ioan.

Metropolitanus an possit absoluere suffraganei subditum, qui ad ipsum nō appellauit.

1 Ad hoc L. q.3 cap. talibus. in prin. ubi de hoc.

SI iubet.] CASVS. Quæsitum fuit in Carthag. concil. vtrum presbyter possit conficere chrisma, uel reconciliare pęnitentes in publica Missa, uel virgines consecrare. & respōsum est ad suggestionem episcopi Fortunati, ꝙ presbyteri hoc facere non possunt. Sequens §. cum duobus sequentibus cap. patet.

c ¶A presbyteris.] Vidua tamen ab eis potest recipere sacrum velamen, ut 20.q.1. vidua.

d ¶Recōciliare.] Est ergo hic arg. ꝙ cum presbyter non possit aliquē reconciliare ecclesiæ, ꝙ multo fortius non possit aliquem eijcere publice extra ecclesiam. sic videtur ꝙ non possit excommunicare 2 intelligunt autem quidam quod hic dicitur, ꝙ tunc sacerdos non possit publice reconciliare, cum episcopus indixerit pęnitentiam alicui: secus si sacerdos indixerit pęnitentiam. Item publice reconciliare potest, vt dicunt ex mandato episcopi. inf. ea. Aurelius. Ioan.

e PResbyter inconsulto.] Vel vacat hic arg. a contrario sensu: uel locale fuit, uel temporale: sicut illud 95. dist. peruenit. hodie enim solis episcopis illud competit 68. dist. quamuis. Ioan.

f MInistrare.] i. cōficere corpus Christi, uel etiā tradere sine mādato sacerdotis, vt 1.q.1. in ecclesia.

& idem ... Gof. in ... de sent. ... §. sed ... idem.

2 De hoc & no. §. ... 1. nemo. ... videas. & no. ... 3. tan. ... dotes.

Cap. 44.

non præsumat.¶ Benedictionem [a] quoque super plebẽ in ecclesia fundere, aut pœnitentem in ecclesia benedicere presbytero penitus non licebit.

Ecce quod ab episcopo excommunicatus per sacerdotem reconciliari non potest. Sed notandum est, quod reconciliatio alia est publica, alia priuata. Publica recociliatio est, quando pænitentes ante ecclesiæ ingressum publice repræsentantur, & per impositionem manus episcopalis, ecclesiæ publice reconciliantur. Hæc sacerdotibus videtur esse prohibita. Vnde circa finem illius capituli non simpliciter prohibentur pænitentes reconciliare, sed in publica Missa. Priuata uero reconciliatio est, quando de occultis peccatis pænitentes, vel in extremis agentes ad gratiam reconciliationis accedunt. Hæc recõciliatio potest fieri per sacerdotem.

Vnde Euaristus Papa ait.

¶ Iussione episcopi de occultis peccatis presbyteri pęnitentes reconcilient. C. IIII.

Paz. l.1.c.16. Iuo p.15.c.54.

PResbyteri de occultis peccatis iussione [b] episcopi pęnitẽtes reconcilient: & sicut supra præmisimus, infirmantes absoluant & communicent.

Item ex concilio Carthaginensi.2.c.4.

¶ Si episcopus absens est, per presbyterum reconcilietur in periculo constitutus. C. V.

Sentent. ibidem. Burc. l.18.c.13. Iuo par.15.c.2.

AVrelius episcopus dixit. si quisquã in periculo fuerit constitutus, & se reconciliari diuinis altaribus petierit: si episcopus [c] absens fuerit: debet utique presbyter consulere episcopum, & sic periclitantem eius præcepto reconciliare. Quam rem debemus salubri cõsilio roborare. Ab vniuersis episcopis dictum est; Placet, quod sanctitas nostra necessario nos instruere dignata est.

Item ex concilio Martini Bracharensis, c.82.

¶ Qui metu mortis reconciliatur, conualescens, sine communione pęnitentiæ impleat tempus. C. VI.

Ex conc. Niceno.1. c.13.

SI quis de corpore exiens nouissimũ, & necessariũ [d] communionis viaticum expetit: non ei denegetur. Quod si in desperatione [e] pósitus post acceptam cõmunionem iterũ sanus fuerit factus; tantum oratione particeps sit: sacramentũ uero nõ accipiat, [f] donec constitutũ pęnitentię impleat [g] tempus, Qui ergo in exitu mor

a ¶ Benedictionem.] Scilicet solẽnem, quę fit per talia verba: Sit nomẽ Domini benedectium. & sic non obst. 95. dist. peruenit. Ioan. 1.

ECCE QVOD AB. CASVS. Concludit G. ex supradictis, quod presbyter excommunicatum ab episcopo reconciliare non potest. Postea soluit distinguendo inter publicam & priuatam reconciliationem. Publica reconciliatio tantum per impositionem manus episcopalis fieri debet ante ingressum ecclesiæ. Priuata vero reconciliatio per sacerdotem fieri potest. Et ad hoc inducit sequentia c. Sequens cap. patet.

b PResbyteri.] Iussione.] Si intelligas hoc de excõmunicato planum est; uel intelligas de illo cui episcopus pœnitentiam iniunxerit. Nam absente episcopo sine mandato eius potest reconciliare, si necessitas fuerit ut insi. ca. ca. ult. uel intelligas hoc iussione generali arg. 16. q. 1. §. ecce. & c. cunctis.

AVrelius.] CASVS. Quęsitum fuit in conci. Cartha. utrum presbyter possit reconciliare hominem in periculo constitutum. Et respondet. Aurelius eps, vbi eps est absens, psbyter eum cõsulere debet, & eius auctoritate periclitantem reconciliare cuius responsio fuit a cæteris approbata.

c ¶ Si episcopus.] Illud intelligas, cũ qs est excõmunicatus ab episcopo, uel cũ epis indixerit ei pęnitẽtiam, alias secus videt, ut inf. e. c. vl. & de conse. d. 4. sanctum. Et est hic arg. quod cum in sacramentis cõferendis absẽs citatur, quod multo potius absentes in electione sunt vocandi de illa materia notatur 7. q. 1. factus. Io.

Absentes sunt ad electionem vocandi.

SI qs de corpore.] CASVS. Duo dicũt in hoc c. Primũ est, quod si qs in extremis posit[?] petat viaticum, ei negari nõ dẽt, sed si postea cõualescat, debet à viatico abstinere, donec adimpleatur pœnitentiæ tempus. Secundum est, quod si pœnitens in extremis laborans desiderat reconciliari, fiat hoc cum consideratione episcopi.

d ¶ Necessariũ.] Necessarium est ad salutem, saltem quia tollit peccata uenialia, vt de conse. dist. 2. cũ omne, nec alicui negatur etiã si debeat suspendi in patibulo 13. q. 2. quæsitum.

Eucharistia etiam suspendendis in patibulo non est deneganda.

e ¶ In desperatione.] sanitatis.

f ¶ Nõ accipiat.] Nõ tñ idem est in illo, q est absolutus ab excommunicatione, ille non recidit in excommunicationem: talis enim si fuerit absolutus tenet adire sedẽ Apostolicam cũ opportunũ fuerit. [2] ut ext. de sent. exc. d cætero. & sic est arg. quod re aliqua restituta in pristinum gradũ priora iura ei uel contra ipsum restituũtur, ut infra e. q. proxi. c. 1. extra de elect. quia diligentia arg. contra de conse. dist. 4. quia ris. Sed hæc fuit ad tempus sopita, non omnino sublata extra de sol. Odoaidus.

[2] Quod si non fecerit, in eandem sententiam reincidit ipso iure, ut libro 6. de sent. excom. eos qui. Vbi corrigitur dicta sententia Ioã. de Fan.

g ¶ Impleat.] Quandoque tamen indulgetur communio corporis Domini ante finitum tempus pœnitentiæ, ut 50. distinctio, presbyter. 12. quæstio. 2. de uiro. Ioan.

QVi recedunt.] CASVS. Quatuor dicuntur in hoc c. Primum est, quod penitentes, de quorum uita desperatur, communionem corporis Domini recipiant si ne reconciliatoria manus impositione solẽni. si uero euaserint, abstineant à communione donec tẽpus penitẽtiæ sit cõpletũ, & tunc cõmunionẽ, & reconciliationẽ accipiãt. Secũdũ est, quòd clericus penitentibus priuata penitẽtia nõ est denegãda. quod quidã intelligũt de publica. Tertiũ est quod subito obmutescẽs & baptizari, & penitẽtiã accipere potest si de eius cõstiterit præterita volũtate. Quartum est, quod amẽtibus quæcunque sunt pietatis, sunt conferenda. nunquid soli testi in hoc casu creditur, cũ pluraliter hic loquitur? Vĩ, quod plures requirũtur 1 quod tñ uni soli credatur, vr ex hoc, quod illud nõ cedit in præiudicium alicuius ut inf. de cõse. dist. 4. cũ itaque & c. placuit. alias volũtas defuncti non põt probari per tale testimonium, quod di...

1 Ad ... inf. c. is ... de ... multip. ex. verb. is ... alias est ca... per se.

tis sunt, & desiderant accipere sacramentum; cum cõsideratione, & probatione episcopi accipere debent.

Item ex concilio Arausico, c. 3.

¶ Sine manus impositione penitentes recedentes de corpore reconcilientur. C. VII.

QVi recedunt de corpore penitentia accepta; placuit sine recõciliatoria [a] manus impositiones eos † communicare: quod morientis sufficit recõciliationi [α] secundũ diffinitiones patrum; qui huiusmodi cõmunionem congruè viaticum nominauerunt, Quòd si superuixerint; stent ordine penitentiũ; ut ostensis necessarijs penitentiæ fructibus legitimam communionem cũ recõciliatoria manus impositione recipiant. Clericis quoque desiderantibus penitentia [b] non est neganda. Similiter subito obmutescens (prout statutũ est) baptizari aut pœnitentiam [c] accipere potest, si uoluntatis præteritę, testimonium aliorum uerbis habet, aut præsentis in suo nutu. Amentibus [d] etiam, quæcunque pietatis sunt, conferenda sunt.

Burc. l. 18. c. 17. Iuo p. 15. c. 39. † al. eis.

Ibidem c. 4.

Ibidem c. 12.

Ibidem c. 13.

[α] ¶ Reconciliationi. *In originali impresso, ac manuscripto, & apud Burchardum, & Iuonem legitur*, consolationi: *aut* consolatione.

a ¶ Sine reconciliatoria. Solẽni. s. episcopali, ne sit cõtra inf. c. proxi.

b ¶ Penitentia.] Priuata, nã solẽni non faciũt clerici, ut 50. d. cõfirmãdũ. 82. d. presbyter. nisi fuerit depositus, ut de peni. d. 6. sacerdos.

c ¶ Pœnitentiã.] Id est, fructum penitentiæ.

d ¶ Amentibus.] Id est, si quis fuerit amẽs * à natiuitate. talis põt baptizari, & Corpus Christi i necessitate recipere: si vero nõ fuit amẽs à natiuitate sed creditur esse in mortali peccato, nõ est ei dãdũ corpus Christi. vt ex. de ba. & ei[9] esse. maiores.

* Amentib. à natiuitate non est dãdũ corpus Christi sed bene in mortis articulo ijs, in quibus cum erãt compotes suæ mentis apparuit deuotio huius sacramẽti. Vide B. Th. p. 3. q. 80. art. 9.

Item ex concilio Carthaginensi, 4. c. 76.

¶ Aliorum testimonio moriturus recõcilietur, si obmutuit, uel in phrenesim uersus est. C. VIII.

IS, qui penitentiam in infirmitate petit; si casu, dum ad eũ sacerdos inuitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim uersus fuerit; dent testimonium qui eum audierunt, [e] & accipiat penitentiam, & si continuo creditur moriturus, recõcilietur per manus impositionem, & infundatur [g] ori eius Eucharistia. Si supuixerit, admoneat à supradictis testibus petitioni suæ satisfactũ, & subdat statutis penitẽtię legibus; quãdiu sacerdos, qui penitẽtiã dedit, probauerit. *Item cap.* 78.

Capit. l. 5. c. 75. Poly. l. 8. tit. 1. Bur. l. 1. c. 10. Iuo p. 15. c. 8.

Burc. l. 18. c. 23. Iuo p. 15. c. 10.

¶ Pænitentes, qui in infirmitate viaticum Eucharistiæ acceperint, non se credant absolutos sine manus impositione si superuixerint.

IS qui; CASVS. Infirmus quidã penitẽtiã petijt; ante quã sacerdos veniret obmutuit, vel factus est phreneticus. quæsitũ fuit in Carthag. concil. quid sit super hoc faciẽdũ; Et respõ. quod qui eũ audierunt, debẽt testificari de hoc, & sic ifirmus penitentiã accipiat: & si continuo credit moriturus, recõcilietur priuata reconciliatione, & Eucharistia ori eius infundatur. si uero conualuerit, prædicti testes dicant suæ voluntati satisfactum fuisse, & peniteat quamdiu sacerdos qui penitentiã dedit, approbauerit. Penitentes vero solenniter, qui communionem recipiũt, si superuixerint manum reconciliatoriam solẽniter p episcopum recipiant. Sequ. c. idem dicit cum illo, si quis de corpore exiens.

Item ex Nicæno concilio, c. 12.

¶ Cura, & probatione episcopi morientes reconcilientur. C. IX.

DE his uero qui recedũt [h] ex corpore, antiquæ legis.

Burc. l. 19. c. 6. Iuo p. 15. c. 32.

a ¶ Qui eum audierunt.] Nunquid creditur simplici verbo istorum, siue isti sint bonę famæ, siue non. Item cit se audiuisse à defuncto, licet sup tali negocio alius uerus testis hẽatur. ext. de success. ab inte. cũ dilectus.

f ¶ Penitentiam.] Id est, absolutionem. Formam absolutionis habes extra de sen. excom. a uobis.

g ¶ Et infundatur.] Sed qualiter recipiat Eucharistiã, qui ita infirmatur? si enim tincta in pane datur ei, hoc prohibetur de consec. dist. 2. omne nec alio modo videtur danda, quia punitur infirmus, qui euomit Eucharistiam, vt de consec. d. 2. si quis per ebrietatem.

Eucharistia infirmus euomens punitur.

h DE his.] ¶ Recedunt.] Hic est argu. qui absolui desiderat, sine mora, (ẽ etiam non obstante aliqua

aliqua appellatione) est absoluendus, vt extra de appel. qua fronte L.

HIs, qui. CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, quòd si peccator catholicus, qui est in mortis articulo cõstitutus, pœnitẽtiam petat, & reconciliationem, non est deneganda, quia Dominus eum recipit quandocunque cõuertatur. & hoc probat Leo austoritate prophetæ. Si verò antequam veniat sacerdos obmutescat: testificentur pro eo qui ipsum audierunt, qui ei prodesse debebunt. In secunda parte dicitur, quod in heretico supradicta omnia sunt seruãda: & præterea dẽt recipi cum iuramento. Secunda pars incipit ibi, [Simul.]

a ¶ Fide.] Tales.n. non sunt recipiendi sine reconciliatione solẽni, aut iuramẽto, ut 1. quæst. 7. conuenientibus. & cap. quoties.

re-

regula obseruabitur etiam nunc: ita vt si fortè quis recedit ex corpore, necessario vitæ suæ viatico non defraudetur. Quòd si desperatus aliquis recepta communione superuixerit; sit inter eos, qui sola oratione cõmunicãt. De omnibus.n.his, qui a corpore recedunt, in tradendo eis communionem cura, & probatio sit episcopi.

ℸ. de pœnit. dist. 1. multiplex. §. his autem.

¶ *Canon hic est ex prisca versione, quæ est in collectio. Isidori: & ibi est numero duodecimus Græcè, & tamen apud Dionysi est 13.*

Item Leo episcopus ad Theodorum, epist. 89. al. 91.

Sent. 4. dist. 20. Burch. l. 18. c. 4. Iuo p. 15. c. 29.

¶ Non est neganda reconciliatio his, qui tempore necessitatis eam implorant. C. X.

HIs, qui in tpe necessitatis, & in periculi vrgentis instantia præsidium pænitentiæ, & mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda: quia misericordiæ Dei nec mẽsuras possumus ponere, nec tẽpora definire: apud quem nullas patitur veniæ α moras conuersio, dicente Dei spiritu per prophetam: [Cum conuersus ingemueris; tunc saluus eris.] *& infra.* ¶ Quòd si aliqua ægritudine ita fuerint aggrauati, vt ꝙ paulo ante poscebant, β sub præsentia sacerdotis significare non valeant; testimonia eis fideliũ, & circumstantiũ prodesse debebunt, vt simul & pænitentiæ, & reconciliationis beneficium consequantur: seruata tñ regula canonum paternorum circa eorũ personas, qui in Deum a fide [a] discedendo peccarunt.

Esa. 30. apud lxij.

α ¶ Veniæ.] *Sic in conciliorum editionib. & apud Iuonem, & infra de pœnitentia, dist. 1. c. multiplex. In codice autem epistolarum cum aliis S. Leonis opusculis impressarum, & apud Burchardum, & in plerisque vetustis Gratiani legitur,* uenire moras.

β ¶ Poscebant.] *Quæ sequuntur emendata sunt ex aliquot manuscriptis Gratiani, & ipso originali cum in vulgatis paulo aliter haberet.*

Item ex concilio Epaunensi.

¶ Non respuatur eius oblatio, qui festinans ad pęnitentiam sacerdotem inuenire non potuit. C. XI.

Sent. 4. dist. 20. Burch. l. 11. c. 51. Iuo p. 14. c. 114. Pann. l. 5. c. 120.

SI aliquis excõmunicatus γ fuerit mortuus, qui iam sit confessus, [b] & testimonium habet bonum, & nõ poterat venire ad sacerdotem, sed præoccupauit eum mors in domo, aut in via; faciant pro eo parentes eius oblationem [c] ad altare, & dent redemptionem pro captiuis.

γ ¶ Excommunicatus.] *Addita est uox ista ex cæteris collectoribus.*

Ecce, quòd episcopo præcipiente pœnitentes de occultis peccatis, siue in periculo constituti per presbyterum possunt reconciliari. Sed si necessitate mortis peccator vrgetur, & episcopus ita remotus est, quòd presbyter eum consulere nõ possit: negabitur pœnitentia morienti?

SI aliquis.] CASVS. Quidam post receptionẽ pœnitẽtiæ mortuus est in via, vel in aqua, ita quòd ad sacerdotem venire non potuit: quæsitũ fuit in cõcilio Hispalensi, vtrum pro eo oblationes sint faciendę ad altare? Et respondet quòd sic.

b ¶ Confessus.] Se velle accipere pęnitentiam.

c ¶ Oblationẽ.] Hoc intelligẽdum est de tali, qui deliquerat, & nõ satisfecerat. si enim talis fuerat excõicatus, licet apparuissent signa pęnitentiæ, non tamen orandũ est pro eo. Et licet infirmus potest absolui a quolibet sacerdote, 1 nõ tñ mortuus, vt extra de sent. excom à nobis, in fi. sed a solo Papa si incidit in canonẽ latæ sententiæ. 17. q. 4. si quis suadente. Ioan.

Sacerdos quilibet infirmũ, sed nõ mortuum absoluit.

1 Intellige de illo infirmo, q statim credit moriturus, ℸ. ead. de his q infirmitate. ℸ. ead. c. ult. 17. qõ. 4. si quis suadẽte, ext. de sen. exco. non dubiũ, & c. ea noscit, §. si uero, & ca. qđ de his, & ca. quis, ext. de sepult. parochiano. ext. de raptorib. in literis, & c. §. cũ autem. Arch.

ECCE. CASVS. Cõcludit Gra. ex supra dictis dicẽs, ꝙ pęnitẽtes de occultis delictis põt per presbyterũ reconciliari, vel in periculo constituti, epõ tñ præcipiente. Sed si eps absens est, nec consuli potest: omnes ĩ necessitate positi poterunt per presbyterũ reconciliari, qđ ꝓbat quibusdã auctoritatib. & rõnibus, cum et a laicis in articulo mortis baptisma suscipi possit, maxi... secundum Augustinũ

socio

& beneficium recõciliationis non præstabitur pœnitẽti, quem conuersum Deus recipit ad veniam, iuxta illud: [In quacũque hora peccator conuersus fuerit, &c.] & item: [Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.] Ecclesia sibi reconciliare negliget? quem Deus intus suscitauit, ecclesia foris absoluere contemnet? damnabit absentia episcopi, quem gratia diuinæ præsentiæ illustrat per lauacrum regenerationis? Morituris succurritur etiã a laicis, si presbyteri desunt. Cur ergo beneficio recõciliationis per presbyterũ ei subueniri non poterit si contigerit episcopum deesse? si secundum August. qui agens in extremis confitetur socio turpitudinem criminis, fit dignus venia ex desiderio sacerdotis, cur similiter non sit dignus reconciliatione ex desiderio episcopi, qui sacerdoti non negat maculam sui reatus? Item morientibus pœnitentiam negare presbyteri non debent.

Ezech. 18. Malach. 3.]. de pœn. dist. 1. c. quem penit. § tanta. & dist. 6. c. 1. § tanta itaque.

Vnde Iulius Papa ait.

¶ Reus est animarum presbyter, qui pęnitentiam morientibus abnegat. C. XII.

SI presbyter pęnitentiam morientibus abnegauerit, reus erit animarum: quia Dominus dicit, [Quacunque die conuersus fuerit peccator, vita viuet, & nõ morietur.] Vera.n.cõfessio † in vltimo [a] tempore esse potest: quia Dominus non solum tẽporis, sed etiam cordis inspector est: sicut latro vnius momenti penitentia meruit esse in paradiso in hora vltima confessionis.

Sent. 4. dist. 20. Burch. l. 18. c. 21. Iuo p. 15. c. 43. Ezech. ibid. † *al. conuersio.* Burch. & Iuo. *Luc. 23.*

Itẽ Celestinus Papa ait in epist. 2. ad episcopos Galliæ.

¶ Pœnitentia morientibus non est deneganda. C. XIII.

AGnouimus pœnitẽtiam moriẽtibus denegari, nec illorũ desiderijs annui, qui obitus sui tpe hoc animæ suæ cupiũt remedio subueniri. Horremus (fateor) tãtæ impietatis aliquem inueniri, vt de Dei bonitate † desperet: quasi nõ possit ad se quouis tpe concurrenti succurrere, & periclitantem sub onere peccatorum hoĩem redimere, a quo se expediri desiderat, & liberari. Quid hoc, rogo, aliud est, quam moriẽti mortẽ addere, eiusq; animam sua crudelitate, ne absoluta esse possit, occidere? cũ Deus ad subueniendum paratissimus, inuitans ad pęnitentiam, sic promittat peccatori, inquiens; [In quacũque die conuersus fuerit, peccata eius non imputabũtur ei.] & iterum: [Nolo mortem peccatoris, sed tantum vt conuertatur, & viuat.] Salutem ergo homini adimit, quisquis mortis tpe speratam pœnitentiam denegarit, & desperat de misericordia † Dei, qui eum ad subueniẽdum morienti sufficere, vel in momẽto posse nõ credit. Perdidisset latro in cruce præmium ad Christi dexterã pendens, si illum vnius horæ pœnitentia non iuuisset. Cum esset in pęna, pęnituit, & per vnius sermonis professionem, habitaculum paradisi Deo promittente promeruit. Vera ergo ad Deum conuersio in vltimis positorum mente [b] potius est æstimanda, quàm tempore, propheta hoc taliter asserente. [Cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris.] Cum ergo sit Dominus cordis inspector, quouis tempore non est deneganda pęnitentia postulanti; cum ille se obliget iudici, cui occulta omnia nouerit reuelari.

In concilio Triburiẽsi sub Arnulpho, cap. 31. Rabanus in lib. de pœn. c. 38. Burch. l. 18. c. 22. Iuo p. 15. c. 44. † *al. pietate.* In Moguntino sub Raba. c. 27. *Ezech. 33.* † *al. clementia.* *Luc. 23.* Burch. l. 18. c. 1. Iuo p. 15. c. 26. Es. 30. apud LXX.

socio possit peccator turpitudinem criminis confiteri. In fine dicit, ꝙ nulli pęnitẽti est pęnitẽtia denegãda, & hoc probat per sequentia.

SI presbyter.] CASVS. Quidã presbyteri morientibus pniam denegabant, quare q̃situm fuit a Iulio Papa vtrũ hoc facere debeãt? Et rñdet, ꝙ non: & hoc ꝓbat auctoritate Euãgelii exemplo latronis, quẽ Dñs recepit in hora suæ vltimæ cõfessionis. Si qs uero presbyter cõtrafecerit, erit reus aĩarũ eorum, qui sine pœnitẽtia moriuntur.

a ¶ Vltimo.] Tamẽ dicit Aug. ꝙ sero pęnitentib. pœnitentiã dare possumus, securitatẽ dare non possumus: nõ dico, ꝙ cõdẽnabitur; sed nec dico, ꝙ liberabitur, ut de penit. dis. 7. nemo. & §. seq. Itẽ raptori nocet sera pęnitẽtia, quia negatur ei sepultura, licet admittat ad pœnitentiam, extra de rapt. super eo. Ioan.

AGnouimus CASVS. Quidam sacerdotes pęnitentiã denegabant quibusdã in multis, uel magnis scelerib. constitutis, de ipsorũ salute desperãtes. Quos Celestinus Papa grauissimè reprehẽdit, cũ de misericordia Dei diffidãt, & mortem morientib. addãt. & ꝙ hoc facere nõ debeant, auctoritatibus probat, & rationib. & uno latronis exẽplo. Quæ aũt postea sequunt vsq; ad quæstionẽ, plana sũt, & p te videbis.

b ¶ Mente.] Non.n. cõsideranda est mẽsura tẽporis, sed doloris, ut de pęn. dis. 1. mensuram.

Mẽsura doloris est consideranda.

a ¶ Pres-

Pœnitentia solemnis tãtum pro notorio imponitur.

a Presbyter.] Publicum. Hoc ideo fit, vt non tantum prosit illi ad salutem, sed alijs sit in exemplum, ut de pœn. d. 1. in actione. in fi. & patet hic, ꝙ tantum pro notorio crimine est iniungenda solemnis pœnitentia.
b ¶ Apsidam.] Altera producta.

CASVS. Hic intitulatur 7. q. qua quæritur an morientibus sit pœnitentia imponenda. Et respondet, ꝙ nõ: sed eis est indicenda, uel innotescenda, ut eam facere debeant si conualescant, ut inf. c. 1.

Pœnitentia non est morientibus iniungenda.

c ¶ De tempore.] In hac q. quæritur an pœnitentia sit De tem- morientibus imponenda, & dicendũ, ꝙ non, ut ĩ. ea. c. 1. sed tñ innotescenda est eis per hæc verba, ꝓpter ea quæ tu commisisti, quæ tu fecisti, taliter debes pœnitere, sed expectamus quousq; euaseris, ut de pę. d. 6. qui vult. Scđm membrũ huius q. est, utrum sacerdos pro suo arbitrio possit iniũgere pęnitẽtiã? Et dicẽdũ ꝙ sic, 1 ut ĩ. e. tpa. c. hoc fit. considerabit tñ quilibet sacerdos circumstãtias omnes. s. personæ, temporis, loci, criminis quantitatẽ & causam, prout dicitur de pęni. d. 5. in prin. & d. 1. c. aut facta, quæ per hos versus habentur.
Quis, quid, ubi, quib⁹ auxilijs, cur, quomodo, quando.

Pęnitentia est arbitrio sacerdotis iniungenda.
1 De hoc le. & no. de pę. d. 1. mensurã ibi videas.

α ¶ Redimere.] *Sic etiam est in manuscriptis, & in uetustiorib. conciliorum editionibus. Verum in codice canonũ impresso, & uno manuscripto inter decreta Cælestini, nu. 15. legitur*, perdere. *In recentiori autem Coloniensi conciliorum editione, itemq; apud Burchar. & Iuonem est*, pondere, quo se ille expediri desiderat, liberare.

Et in Afr. c. 10.

Cui autem pœnitentia non negatur; nec reconciliatio sibi deneganda est. Inconsulto ergo episcopo pœnitentem presbyter reconciliare nõ dẽt, nisi ultima necessitas cogat. Vnde in Carthaginensi concilio 3. c. 32. legitur.

¶ Inconsulto episcopo pœnitentem presbyter reconciliare, nisi vltima necessitas cogat, non debet. C. XIV.

Sent. 4. d. 20.
Burc. l. 19. cap. 40. & 70.
Iuo p. 15. c. 4. & 84.
† al. & necessitate cogẽte.

Presbyter inconsulto episcopo non reconciliare pęnitentem, nisi absente episcopo vltima necessitas † cogat. Cuiuscumque autem pęnitentis publicum, [a] & vulgatissimum crimen est, quod vniuersam commouerit ecclesiam; β ante apsidam [b] manus ei imponatur.

β ¶ Ecclesiam.] *Antea erat*, vrbem. *Emendatũ est plerisq; conciliorũ editionibus, et duobus codicib. Vaticanis, & Soriensi regio, & Burch. & Iuone. In recentiore aũt Coloniensi editione est*, quod vniuersa ecclesia nouerit.

QVAESTIO VII.



De tempore vero satisfactiones, an sit imponendum morituris; Theodorus Cantuariensis Archiepiscopus in pœnitentiali suo ita diffinit.

¶ In periculo constitutis, pœnitentiæ quantitas non est imponenda, sed innotescenda. C. I.

Sent. ibid.
Burc. l. 18. c. 14.
Iuo p. 15. c. 36.
† al. suo confessore.
† al. animati.

Ab infirmis in periculo mortis positis per presbyteros pura inquirenda [d] est confessio peccatorum; nõ tamen illis imponenda quantitas pœnitentiæ: sed innotescenda, & cum amicorum orationibus, [e] & eleemosynarum studijs pondus pœnitentiæ subleuandum, & si forte migrauerint, ne obligati a communione, & consortio veniæ fiãt alieni. A quo periculo si diuinitus ereptus conualuerit, pœnitentiæ modũ a sacerdote † sibi impositum diligenter obseruet: & ideo secundum auctoritatẽ canonicam, ne illis ianua pietatis clausa videatur? orationibus, & consolationibus ecclesiasticis, sacra vnctione olei inuncti, † secundum statuta sanctorum patrum, communione viatici reficiantur.

2 *Alijs vero pro qualitate peccati, & præsidentium arbitrio tempora pœnitentiæ decernenda sunt.*

A B infirmis.] CAsus. Quæsitum fuit a Theodoro Cãtuar. archiepiscopo, vtrum pęnitẽtia in mortis articulo constitutis sit sub quantitate temporis indicenda? Et respondet ꝙ non, sed est notificãda. in cæteris vero sacramentis est eis subueniendũ, in quibus ecclesia morientibus cõsulere ꝯsueuit: ita tñ, ut cũ conualuerint, pęnitẽtię modum sibi a sacerdotibus impositum diligẽter obseruẽt.
d ¶ Inquirẽda.] Diligẽter sacerdos inquirat circumstãtias, vt de pęn. d. 5. in prin.
e ¶ Orationib.] Nam per orationẽ unius deletur peccatum alterius, ut 18. q. 2. ꝓ obeuntibus, & c. animæ.
ALIIS. Hæc est 2. pars q. in qua ꝓbat magister, ꝙ pnĩa est secundum canones imponenda, tamen secundum arbitrium sacerdotis ex causa est moderanda, & hoc teneas pro regula alias contra de pœn. d. 5. falsas. Io. de Fant.



De tempore.] Hæc q. diuiditur in 5. partes quarum prima dicitur, ut hic in summa continetur. Secunda ibi, [Alijs] Tertia ibi [Quo affectu,] Quarta ibi, [Non licet] Quinta ibi, [De temporum.] Io. de Fant.

CASVS. Supra dictum est qualiter pœnitentia sit danda infirmis. Nunc vero tractat. C. de illis, quibus pro arbitrio

arbitrio ſacerdotis ſecundum quantitatem peccati eſt pęnitentia imponenda.

TEmpora. CASVS. Quæſitum fuit a Leone ſub quanto tempore pęnitentia ſit peccatoribus imponenda? Et rñdet, quod eſt in arbitrio ſacerdotis habita conſideratione, & moderatione circa deuotionẽ cõuerſorum, ætatem ſenilem, & ægritudines, & pericula, in oĩbus quib. tempora pęnitentiæ moderari debebit ſacerdos prout viderit expedire.

a ¶ Tuo iudicio.] Ex hoc patet, ꝙ pęnitentiæ omnes ſunt arbitrariæ, unde epiſcopus põt diminuere pœnitentiam, quam indixit Pap. 1 vt 33. q. 2. latorem 2 ſicut procurator ex cauſa poteſt mandare contrarium illius quod mãdauit Dominus, vt ff. mandati, ſi hominem.

Pœnitentia omnes ſunt arbitrariæ. 1 Iſtam glo. dicit ſingul. Lu. Pont. in ſuis ſing. ad hoc, ꝙ minor magiſtratus poteſt tollere legẽ ſuperioris. 2 Vbi de hoc & 50. d. accedens.

b ¶ Aetatis ſenilis.] nota, ꝙ habet ratio ſenectutis, ut 86. d. tanta. Et iuuẽtutis, vt 33. q. 2. in adoleſcentia. & 50. d. pœnitentes. Itẽ & nobilitatis, ut 41. d. non cogantur. Itẽ paupertatis. ext. de ſent. excom. c. ult. melius in c. quod de his. Item inimicitiarum, ut ext. ea. de cætero. cõtra 23. qõ. 8. peſſimã Sol. ibi incorrigibilis, hic corrigibilis. Ioan.

DE his vero. CASVS. Quidam ſignificauit Papę Nicolao, ꝙ quidam milites poſt pęnitẽtiã ad militiã redierũt. Alij vero pp magnitudinem delictorũ de miſericordia diffidentes deſperauerunt. Alij ẽt pp hoc ad paganos cõfugerũt, qui modo nolũt ad pœnitentiã reuerti, quare q̃ſiuit quantam pœnitentiã debeat eis iniũgere. Et reſpon. Nicolaus, ꝙ peccata non ſunt æqualia, neq; æqualitas religionum, nec gemitus pęnitẽtiũ, uel confeſſiones, & ideo tu ipſe præſens quantam pœnitentiam iniungere debeas, melius inſpicere poteris. Et loquitur hoc, c. de pnĩa ſolẽni: poſtquã miles pœnitens ad militiam reuerti non poteſt, ut 33. quæſtio. 2. admonere. 51. diſtinctio. ſi quis poſt acceptum. Sequentia c. vſq; ad §. quo affectu. plana ſunt, in quibus dicitur, ꝙ pro qualitate delicti, & deuotione pęnitentis, eſt pęnitentia imponenda. In illo tamen c. ſacerdos, aliquid plus dicitur, & hos caſus per te formabis, nec eſt neceſſe, ut membranam occupent.

Vnde Leo Papa epiſt. 77. al. 79. Nicætam epiſcopum, c. 6. Cap. l. 5. c. 68.

¶ Præſidentium arbitrio præfigantur tempora pœnitudinis. C. II.

Poly. l. 3. tit. 10. Burc. l. 4. c. 48. Iuo p. 1. c. 242.

TEmpora pœnitudinis habita moderatione conſtituenda ſunt † tuo iudicio [a] prout conuerſorũ aĩos proſpexeris eſſe deuotos: pariter etiam habens ætatis ſenilis [b] intuitum periculorum quorumque, autẽ ægritudinis reſpiciens neceſſitates. In quibus ſi quis ita grauiter vrgeatur, ut dum adhuc pęnitet, de ſalute ipſius deſperetur; oportet ei per ſacerdotalem neceſſitudinem cõmunionis gratia ſubueniri.

† Concord. text. in l. Arianus. ff. de act. & obl. & l. reſpiciendum, ff. de pœn.

¶ *In epiſtola, & apud Burch. & Iuonem hæc antecedunt.* His vero, de quibus dilectio tua nos credidit conſulendos, qui ad iterandum baptiſmum, vel metu coacti ſunt, vel errore† traducti, & nunc ſe contra catholicæ fidei ſacramẽtum egiſſe agnoſcunt: ea cuſtodienda eſt moderatio, qua in ſocietatem noſtram nõ niſi per pœnitentiæ remedium, & per impoſitionem epiſcopalis manus, communionis recipiant vnitatem temporis, pęnitudinis habita moderatione tuo conſtituenda iudicio, prout, &c.

† *ſic legunt Burch. & Iuo.*

Item Nicolaus Papa.

¶ Et qualitas criminis, & contritio pęnitentiũ in ſatisfactione imponenda à ſacerdote conſideretur. C. III.

DE his vero, qui pro criminibus pœnitentiam egerunt, † & ad cingulum militiæ [c] reuertuntur, conſtat eos cõtra ſacras regulas agere. Verum quia crimina non æqualia ſunt, perhibeſque alios horum propter nimiam hebetudinẽ in ſeparationẽ cecidiſſe, alios ob hoc ad paganos fugiſſe; tibi hoc committimus decernendũ, nimirum, qui loca, & tpa religionis † illius, & modũ culpæ, necnon & pnĩam, & gemitus hominum ad confeſſionem venientium præſens [d] poſitus inſpicere vales.

† *al. gerunt.*] aliquot manuſcrip.

† *al. regionis.*] aliquot manuſcript.

Item ex concilio Laodicenſi, c. 2.

Burc. l. 19. c. 41. Iuo p. 15. c. 56.

¶ De eodem. C. IV.

HIs; qui diuerſorum peccatorum lapſus incurrunt, & oratione, α & confeſſione, ac pęnitentia malorum ſuorum perfectam conuerſionem demonſtrant, pro qualitate peccati, pęnitentiæ tempus attribuendũ eſt propter miſericordiam, & bonitatem Dei. Qui ergo huiuſmodi ſunt; reuocandi, & ad communionem ſunt applicandi.

α ¶ Oratione.] καὶ προσκαρτεροῦντας τῇ προσευχῇ τῆς ἐξομολογήσεως καὶ μετανοίας quod *Dionyſius vertit*, & perſeuerantes in oratione confeſſionis, & pœnitentiæ: *cuius verſio propius accedit ad verba Græca, etiam in cæteris huius capitis partibus, quàm priſca: quamuis in hac etiã ſententia conſtet.*

Item ex concilio Carthaginenſi 3 c. 31. In Afric. c. 10.

c ¶ Militiæ.] Quod licet, ut d. 51. ſi quis poſt acceptum, & 33. q. 2. admonere.

d ¶ Præſens.] Sic iudex poteſt melius ſcire quanta fides adhibenda ſit teſtibus, ut ff. de teſti. l. 3. Ioan.

¶Episcopi arbitrio pro qualitate peccati pœnitentiæ tempora distribuantur. C. V.

Burch. l. 19. c. 40. Iuo p. 15. c. 30.

POenitentibus secundũ differentiam peccatorum episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur.

Item ex concilio Carthaginensi quarto, c. 74.

¶Sine personarum acceptione imploranti pœnitentia detur. C. VI.

† al. persona. † Tex. est in simili in l. ... nis accusare. ... C. de accusa. & in §. hinc nobis, in Au then. de mo na. col. 1. Burch. lib. 19. c. 35. & 38. Iuo p. 15. c. 6. 7. 11. & 12. Ibid. c. 75. C. 80. C. 82. C. 81. C. 64. C. 79.

SAcerdos pœnitentiam imploranti absque personarum † [a] acceptatione † pœnitentiam secundũ leges iniungat. Negligentiores vero pęnitentes tardius reconcilientur. Omni autem [b] tempore ieiunij [c] manus pœnitentibus a sacerdotibus imponantur. Diebus aũt remissionis [d] pœnitentes genua flectant, & mortuos in ecclesiam afferant & sepeliant. [e] Die autem Dominico β [f] nõ ieiunent. Nam qui Dominico die studiosè ieiunant, non creditur esse catholicus. Pęnitentes [g] vero, qui leges pęnitentiæ attente exequuntur, si casu in itinere, vel in mari fuerint mortui, vbi eis subueniri non potest; memoria eorum & oblationibus, & orationibus commendetur.

α ¶In ecclesiam.] *In recentiore Coloniensi conciliorũ editione legitur,* ecclesiæ afferant. *In antiquioribus verò editionibus, & duobus Vaticanis codicibus sic habet integer locus,* mortuos ecclesiæ pœnitentes efferant, & sepeliãt.

β ¶Die autem Dominico.] *Pro his vsq; ad vocem,* catholicus, *in can. 64. hæc leguntur.* Qui Dominico die studiosè ieiunat, non credatur catholicus.

Vnde in octaua [h] synodo legitur.

¶Tempus pœnitentiæ pro qualitate peccati impendatur. C. VII.

PRo qualitate delicti tempus pęnitentiæ impendatur.

¶*Videri potest sumptum ex regulis breuioribus B. Basilij c. 106. quod notatum alibi est, euenire in ijs capitibus, quæ ex octaua synodo citantur.*

Item.

¶Tempus, & modus pęnitendi delinquentibus pręsidentium imponatur iudicio. C. VIII.

Smaragdus in regulis B. Benedicti, capit. 24.

HOc sit in iudicio positum eorum, qui præsunt, uel quanto [i] tempore, vel quali modo pænitere debeãt qui delinquunt: quia ætas, [k] & eruditio multam haberi facit differentiam pœnæ.

¶*Caput hoc habetur in libello B. Basilij de institutis monachorum, Ruffino interprete c. 90. ibi enim vltima interrogatio est hæc.* Qualibus correptionibus vti oportet inter fratres ad emendationem, eorum, qui delinquunt? *Responsio.* Hoc sit in iudicio positum eorum, qui præsunt, vel quanto, &c. *Itaque ex interrogatione, & responsione confectum est hoc caput; sicut & duo sequentia, quæ apud eundem Ruffinum leguntur.*

3 *Quo affectu pœnitentem suscipere, & impœnitentem abijcere debeamus, ex eadem synodo euidenter ostenditur, cum dicitur.*

¶Intimo charitatis affectu pœnitentem debemus suscipere. C. IX.

Burch. l. 19. c. 39. Iuo p. 15. c. 55. † al. qui] orig.

POenitentem ex corde ita oportet suscipi, sicut Dominus ostendit, cũ dicit, quia † conuocauit amicos suos,

a ¶ SAcerdos. ¶ Absque person.] Id est, nõ facta per sonę: [1] sed alias personę qualitates cõsiderabit, vt dixi §. e. tempora.

b ¶ Omni autem.] idest, in omni anno.

c ¶ Tpe ieiunij. [2]] vt 50. dist. in capite.

d ¶ Remissionis.] id est, ieiunij.

e ¶ Sepeliant.] Debent enim pœnitentes se vilioribus officijs applicare, vt de pœniten. dist. 2. in princ.

f ¶ Dominico.] §. 30. distinctio. si quis tã quam. & cap. si quis presbyter, 76. distin. vtinam.

g ¶ Pœnitentes.] Hic non erit §. vt patet per sequentia. Ioan.

h ¶ Vnde in octaua.] Hic nõ erit vnde. sed item.

i ¶ HOc sit. ¶ Quanto.] Sed nunquid potest sacerdos totum tempus remittere? Non, vt 23. quęstio. 4. si is qui prælatus. [3]

K ¶ Quia ætas.] Supra ea. tempora. 33. q. 2. c. vlt. in fi. quandoque ætas nõ excusat, ut 21. q. 5. si quis cuiuslibet. Ioan.

QVO AFFECTV. Hęc est 3. pars quęst. in qua probat per 4. auctoritates, ꝙ cum directione, & dulcedine debent sacerdotes suscipere pęnitentes, semper in mitiorem partẽ declinando. Ioannes de Fant. & hic ponitur quæstio incidens. Archidiac.

CASVS. Dictum est sup. quod pro arbitrio sacerdotis pęnitentia est iniungenda. Nũc vero docet Gratian. quo affecta pęnitentes suscipere debeamus, & impœnitentes abijcere.

POenitentẽ.] CASVS. Probatur in hoc cap. quòd pœnitẽs debet recipi affectuosè ab ecclesia: quod probatur auctoritate Domini dicentis: Congratulamini; &c.

1 Quia non respicit an sit amicus, uel nõ. Lau.

2 Idest, per singulos annos in Quadragesima, sm Ioan. de Fant.

3 Ad idẽ de pœn. dist. 1. mensurã, & c. si peccatũ, 90. dist. alienus, §. e. tpa. arg. 15. q. 7. hi qui, secundum Laur.

Affe-

& vicinos, dicens, Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quam perdideram.

¶*Burchardus, & Iuo citant ex dictis Basilij episcopi, & in regulis illius breuiorib. nu. 8. est sñia huius capitis: qđ tamen acceptũ videtur ex c. 24. eiusdẽ libelli de institutis monachorũ. Vbi secunda interrogatio sic habet:* Pœnitentes ex corde quomodo debent suscipi pater? *Responsio.* Sicut Dominus ostendit, cum dicit, qui conuocauit, &c.

Item.

¶Pœnitentes legem Dei diligant, iniquitatem odio habeant. C. X.

Affectum [a] illum in se recipiat pœnitens, quem gerebat ille, qui dixit: [Iniquitatem odio habui, & abominatus sum.] Sed & ea, quæ scripta sunt in sexto psalmo, atq; in quamplurimis alijs: sed & illa, quæ Apostolus dixit ad eos, qui sẽm Deum contristati sunt. [Quantam, inquit, operatum est hoc ipsum [b] in vobis solicitudinẽ, [c] sed excusationem, sed indignationem, sed æmulationẽ, sed vindictam. In omnibus exhibuistis vos castos [α] esse negotio.] Sed & in his ipsis, in quibus deliquit, [d] agens multa contraria: [e] sicut & Zachæus fecit. *Psal. 118.* *2. Cor. 7.*

¶*Sententia huius capitis est in regulis breuioribus nu. 5. Acceptũ tamen uidetur ex c. 19. eiusdẽ commemorati libelli in quo hæc est interrogatio.* Quõ quis debet pœnitere in vnoquoque, delicto? *Responsio.* Affectum illum in se recipiens, quem gerebat ille qui dixit, iniquitatem, &c.

α ¶Castos.] *Antea legebatur*, cautos. *Emendatum est ex libello Ruffini: in vulgata est* icõtaminatos, *Græcè*, γνοὺς.

Item.

¶Impœnitentes tanquam ethnici habeantur. C. XI. *Burch. l. 19. c. 64. Iuo p. 15. c. 78.*

Erga eum qui peccata sua non punit, tales esse debemus, sicut Dominus præcepit dicens, [Sit tibi sicut ethnicus, & publicanus.] & sicut Apostolus docuit dicens, [Subtrahite [f] vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum traditionem, quam tradidimus vobis. *Matth. 18.* *2. Thess. 2.*

¶*Hoc etiam habetur in regulis breuioribus, nu 9. In eodẽ vero libello c. 24. ultima interrogatio est hæc.* Erga eum, qui non pœnitet pro peccato, qualiter esse debemus pater? *Responsio.* Sicut p̃cepit Dominus, dicens, sit tibi, &c. *Apud Burchardũ, & Iuonẽ, qui hoc citant ex dictis Augustini, initiũ sic habet,* Erga eum qui pro peccato commisso non pœnitet. tales, &c. *quod magis conuenit cũ prædicta interrogatione, quàm quæ est apud Gratianum.*

Item Ioannes Chrysostomus, [idest auctor operis imperfecti homilia 43. ad c. 23 Matthæi.]

¶Melius est errare in misericordia remittendi, quàm in seueritate vlciscendi. C. XII

Alligant autem onera grauia, & importabilia, &c.] Tales sunt nunc etiam sacerdotes: qui omnem iustitiam populo mandant: & ipsi nec modicè† seruant: videlicet, non vt facientes † sint iusti: sed vt dicentes appareant iusti. Tales sunt, & qui graue pondus venientibus ad pœnitentiam imponunt: qui dicunt, & non faciũt: & sic, dum pęna pręsentis pęnitentiæ fugitur; contemnitur *Matth. 23.* *† modicam. † al. faciendo, dicendo.*

Affectum.] CASVS. In hoc ca. docet octaua synodus, q̃ tantum affectũ debent in se recipere pęnitẽtes, quãtum habuit Dauid, & p̃lati, & alij Christiani. & tantũ debent habere affectũ in recipiẽdo, vel reijciẽdo peccatores, q̃tum ostẽdit Apostolus habuisse aduersus Catholicos in abijciẽdo, uel recipiendo Corinthiũ fornicatorẽ, qui sua nouerca publicè abutebat. [Sed excusationẽ.] supple nõ solum solicitudinẽ, sed etiam excusationem, & indignationem. & ita in alijs. [Aemulationẽ,] virtutum. [Sed ipsis,] factis uel actibus in quibus deliquit.

a ¶Affectum.] Hoc vult dicere, qđ tantum debemus habere affectũ in eijciendo, & in recipiendo peccatores, sicut Apostolus habuit cũ excõicauit, & postea recepit Corinthium qui publicè tenebat nouercam suam. *Peccatorẽs sunt cauẽdi, & recipiendi.*

b ¶Operatum est hoc ipsum.] Scilicet contristari secundũ Deum.

c ¶Solicitudinem.] De futuris peccatis.

d ¶Deliquit.] Aliquis, sed excusationem habet de pręteritis peccatis.

e ¶Multa cõtraria.] Pœnitens enim cõtraria debet facere illis pro quib. pęnitet: quia contraria contrarijs curãtur, ut de pænit. d. 1. si quis semel. Io. *Contraria cõtrarijs curantur.*

Erga eum.] CASVS. Dicitur in hoc c. q̃ impænitentẽ debemus abijcere: & non ei cõicare. Et hoc probatur duab. auctoritatibus Christi, & Pauli.

f ¶Subtrahite.] A societate eius ex quo est excõmunicatus. Vel dic, scilicet opere, nõ pietate. 23. q. 4. recedite, secundũ Ioan. de Fant.

Alligant.] CASVS. Quidã erãt sacer-

sacerdotes, qui nimis grauem pniam imponebãt delinquentib. quã ad instar grauis ponderis, uel fascis abijcere oportebit, sicut adolescens portãs pondus graue reijcit illud ne sub nimio pondere cõfringatur. Sed tales sacerdotes Io. Chry. reprehẽdit dicens, melius est imponere

quandoque tamen potius seruatur rigor quàm misericordia, scilicet ubi non est spes correctionis, ut 23. q. 4. est iniusta.

d ¶ Tenax.] Hæc est ratio, quare iudex potest augere onus legis, sed illud nõ põt diminuere, ut ff. de re iu. si se nõ. §. si quis. similiter generalia verba q̃ prĩceps ponit ĩ suis priuilegijs, tu nõ debes stricte, & tenaciter ĩterpretari, ut extra de deci. ad audiẽtiã, & 16. q. 1. frater ex. de do. cum dilecti.

pęna peccati futura.† Sicut enim si fascem super humeros adolescẽtis, quem non potest baiulare posueris, necesse habet, ut aut fascem reijciat, aut sub pondere confringatur; sic & homini, cui graue pondus pœnitentię imponis, necesse est, ut aut pęnitentiam tuã reijciat, aut suscipiens, dum sufferre nõ potest, scãdalizatus amplius peccet. Deinde, etsi erramus modicam pęnitentiam imponentes; nonne melius est [a] propter misericordiam rationem reddere, † quàm propter crudelitatẽ? Vbi enim paterfamilias largus est; dispensator non debet esse tenax.[b] Si Deus benignus est, ut quid sacerdos eius austerus? Vis apparere α sanctus? circa vitam tuam esto austerus? circa alienum benignus.

† al. dare.

α ¶ Vis apparere.] *Locupletatus est hic locus ex indicata homilia: cũ antea legeretur,* vt quid sacerdos eius austerus vult apparere.

Item Martinus Bracharensis, c. 74.

¶ Calendarum obseruationes agere non licet. C. XIII.

Poly. l. 6. tit. 11. Burc. l. 10. c. 15. Iuo p. 11. c. 43.

NOn licet [c] iniquas obseruationes agere Calẽdarũ, & otijs vacare gẽtilibus, neq; lauro, aut viriditate arborum cingere domos:[d] omnis enim hæc obseruatio paganismi est.

Vnde Zacharias Papa concilio Romano, c. 9.

¶ Anathema sit, qui ritum Paganorum, & Calendarum obseruat. C. XIIII.

Poly. ibid. Burc. l. 10. c. 16. Iuo p. 11. c. 43.

SI quis [e] Calendas Ianuarias, & brumam ritu paganorum colere, uel aliquid plus noui facere propter nouũ annũ, β aut mẽsas cũ dapibus uel epulis ĩ domibus p̃parare, & p vicos, & plateas cantiones, & choros ducere p̃sũpserit, qđ magna iniq̃tas ẽ corã Deo: anathema sit. ¶ *Hoc est caput nouũ in cõcilio Romæ a Zacharia habito, quod asseruatur in Vaticana bibliotheca, & inde nõnulla sunt emẽdata, & addita. De hac aũt sup̃stitione Bonifacius legatus Germaniæ epi. 2. q̃ est in tomis cõciliorũ, ad ipsum Zachariã multa scribit; cui Zacharias vltima epistola respondens mentionem huius concilij uidetur facere his uerbis.* Et quia per instigationẽ diaboli iterũ pullulabant; a die, qua nos iussit diuina clementia (quamquã immeriti existamus) Apostoli vicẽ gerere; illico omnia hæc amputauimus. *Idem prohibetur pluribus uerbis in canonibus, qui sextæ synodo adscribuntur. c. 62. Et multa in huiusmodi superstitionem scribit Tertullianus in libro de idololatria, & alij graues auctores.*

β ¶ Vel aliquid plus noui facere propter nouum annũ.] *Hæc non sunt in codice istius concilij Vaticano.*

NOn licet.] Hęc est 4. pars q. ĩ qua reuertit ad qntam q̃. & probat p 4. cap. q non debemus seruare auguria, nec alia sup̃stitiosa Ioan. de Fan. & ista cap. nihil faciunt ad istam quęstio. Lau.

CASVS. Ab isto loco vsque ad finem causæ repetit. G. q̃dã c. q̃ superi⁹ p̃ter miserat sup diuinationibus & sup̃stitionibus quibusdã in quibus omnibus Christiani reprehẽduntur, qui ad ĩstar paganorũ dies obseruabãt, & annos, & alias multas sup̃stitiones, & iõ per vos legatis, quia in scholis legi nõ cõsueuerũt. Si aũt aliq ex sua diligẽtia casus voluerit formare facile poterit, q̃a tales si clerici sunt, deponãtur, & laici anathematizẽt. In illo c. nõ obseruetis, ĩ c. seq. repetit q̃ dicta fuerãt s̃. e. q. 5. nõ licet. & c. sortes, & ẽt addit quædã alia, quæ facile p te videbis.] Pyctaciolas.] .i. breues ĩ chartula scriptos. [In grãdinarijs.] q̃ grãdo possit moueri p magicas artes.

c ¶ Non licet.] Ab hoc loco vsque ad fine repetit q̃dam ca. q̃ omiserat in 5. quęst. in q bus omnibus reprehendũtur Christiani, qui ad instar paganorũ dies obseruant, & annos, & alias friuolas superstitiones.

nere minorem pœnitentiam quam maiorem, quia ubi pater familias, i. Deus, benignus est ad miserendum, sacerdos eius uicarius austerus esse non debet.

a ¶ Melius est.] Arg. q iudex potius seruabit misericordiã quã rigorẽ. 50. d. ponderet, in fi. & 86. dist. non satis. 11. q. 3. nemo peritorũ extra de sortileg. cap. 42.

...ia est prę... ...enda rigo...

d ¶ Domos.] Cum hoc fit ideo qua creditur aliquid salutis inde recipere.

e SI quis.] Hic recepit magister ea quæ tradidit obliuioni in 5. q.

Dies, & anni nõ sunt obseruandi.

a ¶ Non

a Non obseruetis.] ¶ Aegyptiaci. Quos Aegyptij inuenerunt, vt q aliquod opus die tali ichoaret, malũ haberet exitum: tamen ex antiquitate ecclesia signat hos dies in calendarijs suis, ubi reprobantur 37. d. legimus.

Item Augustinus.

¶ Infirmitatibus hominum incantantiones nihil remedij præstant. C. XV.

In Turonen. 3. ca. 42. & in adiectis capit. c. 94. Poly. ibidem. Burc. l. 10. c. 30. Iuo p. 11. c. 65.

ADmoneãt sacerdotes fideles populos, ut nouerint magicas artes, incantationesq; quibuslibet infirmitatib. hominum nihil remedij posse conferre: pro animalibus languẽtibus, claudicãtibusve, vel etiam moribundis quidquam mederi; non ligaturas α ossium, vel herbarum cuiquam mortalium adhibitas prodesse; sed hæc esse laqueos, & insidias antiqui hostis: quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur. Et si quis hæc β exercuerit; clericus degradetur, laicus anathematizetur.

¶ *Caput hoc Burchardus, & Iuo citant ex dictis Augustini: apud quẽ similia reperiuntur in locis allatis supra ea. q. 5. nec mirum. Sed eadem omnino verba præter vltimam clausulam leguntur in cõcilio Turonensi 3. cap. 42. & in adiectis capitularibus, cap. 94.*

α ¶ Non ligaturas.] *Hinc usque ad ver.* prodesse. *sunt addita ex concilio, & capitularibus.*

β ¶ Et si quis hæc.] *Postrema hæc tota clausula non legitur in concilio, neque in capitularibus, sed apud Burchardum, & Iuonem.*

Item Augustinus.

¶ *In plerisque vetustis exemplaribus est tantum,* Item. *& in Polycarpo etiam refertur sine auctoris nomine.*

¶ Dies Aegyptiaci, & Ianuarij Calendæ non sunt obseruandæ. C. XVI.

Poly. l. 6. tit.

NOn obseruetis dies, qui dicuntur Aegyptiaci; a aut Calendas Ianuarij: in quibus cantilenæ quædam, & comessationes, & ad inuicem dona donantur, quasi in principio anni, boni fati augurio, aut aliquos mẽses, aut tempora, aut dies, & annos, aut lunæ, solisq; cursum: quia, qui has, & quascunque diuinationes, aut fata, auguria obseruat, aut attendit; aut consentit obseruantibus inutiliter & sine causa; magis ad sui damnationem, quàm ad salutem tendit: siue qui per quosdam numeros literarum, & Lunæ, & per Pythagoricam nocromantiam ęgrotantium vitam, vel mortem, vel prospera, vel aduersa futura inquirũt, siue qui attendunt somnialia scripta, & falso Danielis nomine intitulata, & sortes quę dicuntur sanctorum Apostolorum, & auguria auium, aut aliqua pro domo facienda, aut propter coniugia copulanda, aut in collectionibus herbarum carmina dicũt, aut pyctaciola pro quauis infirmitate scripta super homines, vel animalia ponunt, pręter symbolum, & orationem Dominicam, aut magicis falsitatibus in † grandinariis tempestatibus credunt. Qui autem talib. credunt, aut ad eorum domum euntes, aut suis domibus introducunt, vt interrogent; sciant se fidem Christianam, & baptismum pręuaricasse, & paganum, & apostatam, idest, retro abeuntem, & Dei inimicum, iram Dei grauiter in ęternum incurrisse: nisi ecclesiastica pœnitentia emendatus Deo reconcilietur. Dicit enim Apostolus; [Siue manducatis, siue bibitis, siue aliquid aliud facitis, in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, in quo viuimus, mouemur, & sumus.]

† al. &

1. Cor. 10. Act. 17.

De temporum quoque obseruationibus scribit Augustinus in Enchiridio, γ *c. 79.*

γ ¶ Enchiridio.] *Expunctæ sunt uoces, quæ subsequebantur,* idest manuali libro. *ab sunt enim a uetustioribus.*

Beda Gal. 4. Iuo p. 15. c. 19. Pann. l. 8. c. 80.

¶ Graue peccatum est dies obseruare, vel menses, & annos. C. XVII.

QVis ęstimaret, quàm magnum peccatum sit dies obseruare, & mẽses,



Vidam autem.] CASVS. Gratianus primo tractauit de officijs clericorum. Secūdo de causis, & negotijs eorum. Tertio transfert se ad sacramenta. Sed quia matrimonium cęteris sacramentis est tempore antiquius
& vsu

ministerijs ecclesiasticis, adiungit de sacramentis primo de matrimonio. licet alia sint digniora, & magis necessaria, & hoc ideo, cum matrimonium magnum sit in Christo. & ecclesia sacramētum, & tpe antiquius est, & vsu cōius. Antiquius, quia ante peccatum institutū est: cōius quia cū sacramenta oīa sint in ecclesia Dei, hoc tñ apud gentes oēs est: sāctitas aūt eius nō est nisi in mōte sancto eius. i. vbi ecclesia ædificata est. Et qa de matrimonio sæpe quęritur in iudicio, ideo assignando multiplicia eius impedimēta tractatur⁹ de eo cōtinuat x. causas. Ad eius ergo euidētiam prælibandum est quid sit matrimoniū, & vnde dicatur, & vbi, & qñ, & quibus verbis fuerit institutum, & quæ sunt causæ matrimonij, vel quæ & quot sint eius bona, quę vel quot eis impedimenta. Quid sit matrimoniū, habet inf. e. q. 2. §. 1. vbi explicabimus singula posita in descriptione. Dicitur autē matrimoniū, quasi matris munium, i. officium. Sed quare potius dicitur a matre, quā a patre, qui auctor ē generationis, vt diceret patrimoniū? Resp. quia plura onera matrimonij subit, & tolerat mulier: est enim in conceptu grauida in partu dolorosa, in lactādo laboriosa ext. de conuer. in fi. c. 2. Fuit aūt institutū in paradiso. 32. qō. 2. §. his ita. & ante peccatū. de pę. d. 2. §. Romanos ver. Adā causa sobolis pcreādæ, vt repararet lapsus angelorū. de cōsecr dist. 1. hi duo. Et fuit institutū his uerbis Hoc nūc os, &c. Alij dicūt ꝙ alijs uerbis .s. his. Crescite, & multiplicamini. sed credo, ꝙ illis uerbis

Matrimoniū est antiquius. & communius alijs sacris.

& annos, & tempora (sicut obseruant, qui certis diebus siue mensibus, siue annis volunt, & nolunt aliquid inchoare, eo quòd secundum vanas doctrinas hominum fausta, vel infausta existiment tempora;) nisi huius mali magnitudinem ex timore Apostoli pensaremus; qui talibus ait: [Timeo, ne forte sine causa laborauerim in vobis. (*Item super epistolam ad Galatas c.4.*) Intelligat ᵃ lector ad tantum periculum animæ pertinere superstitiosas temporum obseruationes, vt huic loco subiecerit Apostolus; (Timeo vos, ne forte sine causa laborauerim in vobis.) Quod cum tanta celebritate, atq; auctoritate per orbem terrarum in ecclesijs legatur; plena sunt tamen conuenticula nostra hominibus; qui tēpora rerum agendarum a mathematicis accipiūt. Iam vero, ne aliquid inchoetur, aut ædificiorum, aut huiusmodi quorumlibet operum diebus quos Aegyptiacos vocāt, sæpe etiam nos monere non dubitant.

Gal. 4.

Beda ibid. Iuo p. 11. c. 15.

ᵃ ¶ Intelligat] *B. Aug. explanans e verba Apostoli ad Gal. 4.* Dies obseruatis, & mēses, tempora, & annos: *ipsa tam ad gentiles quam ad Iudæos referri posse demōstrat, tuncq; subiungit:* Ergo eligat lector, vtram volet sententiam, dum modo intelligat ad tantum, &c.

Item Hieronymus.

¶ *Burchardus etiam, & Iuo citant ex dictis Hieronymi, sed Polycarpus auctorem non nominat.*

¶ Sine incantatione herbas, vel petras licet habere.

C. XVIII.

Poly. l. 6. tit. 12. Burc. l. 10. c. 50. Iuo p. 11. c. 75.

DAemonium sustinenti licet petras, vel herbas habere sine incantatione.

CAVSA XXVII.



Vidam, votum castitatis ᵃ *habēs desponsauit sibi vxorem: illa priori cōditioni renūciās, transtulit se ad alium, & nupsit illi: ille, cui prius desponsata fuerat, repetit eam.*

1 *Hic primū qritur, an cōiugiū possit esse inter vouentes.*

2 *Secundo, an liceat sponsæ a spōso recedere, & alij nubere.*

Matrimoniū unde dicit.

Matrimoniū ubi & per q uerba fuit institutum.

& vsu communius; ideo de illo premittit. Vnde uidendum est quid sit matrimonium: vnde dicatur, quibus uerbis instituatur, quæ sint eius impedimenta, quæ ut melius tibi pateant, videbis in summa huius causæ, & tractat. hic de illo impedimento, quod est uotum. Annectit etiam de interdicto ecclesiæ, & de quibusdā alijs quæ vt omnia plenius pateant, præmittit thema, duas inde eliciens quæstiones.

ᵃ ¶ Quidam uotum castitatis.] Tractato de negotijs, &

usus est Dñs tūc, ut præciperet carnalē cōmistionem: sicut patet, ex eo ꝙ ēt post diluuiū eisdē uerbis usus est Dñs ad Noe, & filios eius iam pridem uxoratos. Fuit ēt matrimoniū secūdo institutū post peccatū ad remediū, ut uitaretur fornicatio. ut 32. q. 2. §. his ita. Causæ aūt matrimonij qdam sūt p quas cōtrahitur matrimoniū, ut spōsalia & consensus. quædā pp quas: & ex his qdā sūt principales, ut uitatio fornicationis. susceptio sobolis; Aliæ secundariæ, q sunt multæ ut pulchritudo

Matrimonij contrahendi causæ multiplices.

fæmine diuitiæ, amicitiæ, amicorum copia, pacis reformatio. Bona matrimonij sunt tria, fides, proles, sacramentū, ǯ.ea.q.2.omne. Impedimēta matrimonij sunt 16. s. votum, ordo, habitus. dispar cultus, error psonæ, error cōditionis, cognatio, ligatio, publicæ honestatis iustitia, enormitas delicti, īpossibilitas coeundi, tēpus feriarum, interdictum ecclesiæ, coactio, ætas, furor. Io. Verumtā q̄dam ex his impediūt contrahendū sed nō cōtractum dirimūt, vt infra dicetur. Impedimenta prædicta in his versibus sunt collecta.

Matrimonij impedimenta.

Votū, cōditio, violentia spiritualis.
Proximitas, error dissimilisque fides.
Culpa, dies vetitus honor, ordo, ligatio sanguis.
Quæ sit & affinis, quiq; coire nequit,
Additur his ætas, habitum coniunge furori.
His interdictum subditur ecclesiæ.
Hæc (si canonico vis consentire rigori.)
Te de iure vetant iura subire thori.

Habitus impedit, sed non dirimit. extra qui cle. vel vo. consuluit B. contra. quia nec impedit secundum eum. similiter ætas impedit matrimonium & furor carens interuallo 32.q.7.neque.

Vòd vouentes.] Hæc qō diuiditur in duas partes, in quarum prima probat magister p 4. auctoritates sanctorum patrum, quod vouentes solenniter non possunt contrahere, & si contraxerint, non tenet matrimonium & debent puniri. Secunda ibi. [Augustinus.] Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur prima quæstio, qua quæritur an teneat matrimonium a vouente contractum, & ꝙ non teneat, probat vsque ad §. [his omnibus auctoritatibus.] postea probat contrarium, vsque ad vltimū. §. quam contrarietatem bene soluit sup. 27.dist. §.vlt. & intellige prima c. de voto solenni. alia de simplici. Alij dicunt prima cap intelliguntur de voto de præsenti, alia de futuro.

Matrimoniū a uouēte cōtractū, utrū teneat.

a ¶ Quod uouentes.] Hic intitulatur quæstio prima, qua quæritur an teneat matrimonium a uouente contractum, & ꝙ non teneat, probatur usque ad §. his omnibus auctoritatibus, postea allegat in contrariū usq; ad §. vlt. & hanc contrarietatem soluit satis bene. s.27. dist. §. vlt. ꝙ uidelicet prima c. intelligūtur de uoto solenni, alia de simplici arg. extra qui cler. uel uo. meminimus. ǯ.ea.c.1. ubi dicitur, & ueste laicali sub testimonio episcopi. H. dicit, ꝙ non refert an sit simplex uotū an solēne, quia utrunq; dirimit matrimoniū solēnitates. n. ipse nō sūt de substātia uoti. Sed hoc refert an sit de præsenti cū solennitate, siue sine illa, ut uoueo continentiam, hoc impedit & dirimit sic intelliguntur hæc cap. prima usque ad cap. nuptiarum an sit de futuro, quod improprie dicitur uotum, idest, quædam promissio de futuro uoto emittendo, ut si dico, ego pmitto, ꝙ uouebo continentiam post annum mortua uxore mea, uel promitto, ꝙ intrabo religionē, uel consimile. hoc impedit. sed non dirimit. ut cap. nuptiarum. & c. sequentibus. alij dīt, quod nullum uotum dirimit: quia qua ratione dirimeret uotū solenne, & simplex, cū idē sit in substātia. solennitates. n. non sunt de substantia: sed ipsa cōstitutio ecclesiæ dirimit, si post uotū solēniter factū si contrahatur. Ego dico, quod nullum uotum est solenne nisi cum quis deuouet se religioni alicui, uel alijs duobus modis in sequenti cap. unde si coram tota ecclesia diceret quis hæc verba, voueo cōtinentiā. si contraheret, teneret, matrimoniū. Quæ est. n. ratio quare constitutio ecclesiæ magis debeat spectare ad illa vota, quæ solenniter fiunt, quam ad priuata. dummodo possit ecclesiæ constare siue per testes, siue per confessionem propriam alicuius, ꝙ uotum fecerit? quam cito. n. constat ecclesiæ per confessionem, uel p testes dr̄ notorium: & sic deberet ecclesia dirimere matrimonium post illud uotum contractum. Io. Tu breuiter dicas, ꝙ professio tacita uel expressa alicuius religionis impedit contractū, & contrahendum. ext. de regu. uidua. & 27.d. quod interrogasti, & extra de reg. cōsulti. & cap. statuimus & præcedenti cap. quæ ea. & expresse hoc dicunt, quod cum aliquis dicit, deuoueo me huic religioni, ibi possessio cōtinentiæ tacita intelligitur, & religionis expressa. Ordo similiter impedit, si est sacer. nam ibi intelligitur tacita continentia facta cum solennitate, & ex constitutione ecclesiæ: & ita semper conditio tacita uel expressa, uel constitutio ecclesiæ solennizat uotum. Sic mihi Bar. Brix. uidetur dicendum, extra qui cle. uel uouen. c. rursus.

Votū an impediat, & dirimat matrimonium.

Votum solēne quod dicemus esse.

Professio religionis impedit matrimonium.

ADDITIO. De hoc etiam no. 22. dist. quidam ext. qui cler. uel uo. rursus quod per Innoc. extra de reg. porrectum & no. de uo. per tuas, & in c. proxi. &c.

QVAESTIO I.



Vod vouentes [a] matrimonia contrahere non possunt: multis auctoritatibus probatur.

In concilio namque Carthaginensi 4. c. vlt. statutum inuenitur de uiduis, quæ professam † continentiam præuaricatæ sunt.

† al. professa.

¶ Excommunicentur viduæ, quę religioso habitu abiecto nuptias elegerint. C. I.

Burc. l.8.c.39. Iuo p.7.c.58.& 147.

SIcut bonum est castitatis præmium; ita & maiori obseruātia, & præceptione custodiendum est, vt si quę viduæ [b] quantūlibet ad huc in minorib. annis [c] positæ,

SIcut bonum.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, ꝙ uotum castitatis est magnum, & ideo magna debet obseruantia custodiri. In secunda parte pœna imponitur transgressoribus, qui & damnationem habebunt, & a communione aliorum separabuntur, nam si uxor, quæ frangit fidem marito est punienda, multo magis quę non seruat fidem Christo. In tertia parte dicitur, quod si aliqua Deo deuota fuerit p uim oppressa, & delectatione libidinis postea habitare cum raptore consenserit, pœna superius dicta tenebitur. Secunda pars incipit ibi, [Vt si quæ.] Tertia ibi, [Quæ etsi.]

b ¶ Vt si quæ uiduæ.] Licet de illis specificet, de omnibus intelligi debet.

c ¶ In minoribus annis.] Videlicet xxv. anno, uel xij. uel xiv. Et dnr̄ minores annis multipliciter quantum ad discretionem usq; ad xvij. C. de iure deli. si infanti. Item quantum ad matrimonium usq; ad duodecimum in fœmina, in uiro usque ad decimumquartum annū. Item quantum ad factionem testamenti usque ad xiiij. annum in masculo, in fęmina usq; ad xij. ff. quia testa. fa. poss. qua ætate in prin. 2.q.6. §. diffinitiua. Itē quantum ad restitutionem usq; ad xxv. annum ff. de mi. l. 1. hic autem uocat minores qui sunt infra xv. ann. nā aliter pater posset eos reuocare si essent inf. xij. uel xiiij. an. ut 20.q.2.c.1. & 2. Sed quare non restituitur puella infra xxv. ann. ut habitum quem suscepit, possit deponere, sicut in alijs cōtractibus? Respon. quia non est læsa, quia ei nubit quo meliorem nō pōt inuenire, iuxta illud

Minores annis dicuntur multis modis.

illud Agnetis, illi sum desponsata cui angeli seruiunt &c & minor non restituitur nisi cum læditur. ff. de mino. tertia, §. sciendum.

a ¶ Immatura.] idest non matura. nam uiduæ ante annum xl. non uelantur, vt 20. q. 1. sanctimoniales, vel duæ dictiones sunt in ætate matura thoro, iuxta illud, Iam matura thoris plenis adoleuerat annis virginitas.

b ¶ Sub testimonio.] Nam ita solennizatur uotum (vt dicunt quidam) cum scilicet, accepit vestem ab episcopo, ut hic, uel de manu presbyterorum, vel ministri. 20. q. 1. vidua. Quod credo, dum tamen omittat uotum. Nam alias vestes tantum accipiendo non obligatur solenniter, sed simpliciter extra qui cle. uel uo. consuluit. vbi etiam habes, quòd solennizatur votum in manu abbatis uel abbatissæ. Item solennizatur si per seipsam recipiat habitum, & incipiat cum alijs cantare in ecclesia. infra ead. vidua. Et not. quòd uotum continentiæ solennizatur tribus modis tantum. Sacri ordinis susceptione. 28. distinct. diaconi. Secundo dum accipit uestem sacram a quocumque: dum tamen post susceptionem incipiat cohabitare, cum alijs monachis & monialibus in ecclesia, infra ead. vidua. Tertio cum ita dicit corā episcopo uel abbate uel abbatissa, uel coram tribus uel duobus testibus, ego deuouco me huic religioni. Hoc enim aliud est, & aliud cū dico, ego uoueo continentiam, debemus enim religioni iure posse contrahere ita quod matrimonium teneret, nec mirum, cum etiā iā cōtractū matrimonium religio dissoluat. ex. de cōuers. coniug. ex publico. sed in uoto cōtinentia, secus, non enim votū dirimit. vnde si corā tota ecclesia diceret, uoueo cōtinentiā, per hoc non solennizatur votū: nisi uel sic diceret, quod tale uotū non dirimit, sed constitutio ecclesiæ super uoto facta. Nam si uotum dirimeret, quare potius unum quam aliud, si hoc haberet ex sua natura? & ita dirimeret votū simpliciter, quod Aug. non vult, inf. ea. nuptiarum. Dic ergo votum nūquam solennizari, nisi tribus modis prædictis. & ita exaudi quod hic dicit. Io. Tu dicas, ut supra dixi in glo. illa, hic intitulatur. circa fin. ver. tui breuiter. in summa quæstio. Barth. Br x.

Vouere religionem, & uouere continentiā differunt.

Votum continētię trib. modis solennizatur.

& immatura α [a] ætate a viro relictæ se deuouerint Domino, & ueste laicali abiecta, sub testimonio [b] episcopi & ecclesiæ in religioso habitu [c] apparuerint [d] postea vero ad nuptias sæculares transierunt, secundum Apostolū damnationem habebunt: quia fidem castitatis, quam Domino vouerunt, irritam facere ausæ † sunt. Tales ergo personæ a Christianorum communione sequestrentur neque conuiuio β cum Christianis communicent. Nam si adulteræ γ coniuges reatu sunt viris suis obnoxiæ; quanto magis viduæ, quæ religiositatem mutauerunt, crimine adulterij notabuntur, si deuotionem, quam Deo sponte, non coactæ [e] obtulerunt, libidinosa corruperint voluptate, & ad secundas nuptias transitum fecerint? Quæ etsi violentia irruente ab aliquo oppressæ † fuerint, ac postea [f] delectatione libidinis permanere in coniugio raptori, vel violento viro consenserint; damnationi superius comprehensæ teneantur † obnoxiæ. De talibus ait Apostolus: [Cum luxuriatæ fuerint, nubere uolunt, habētes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.

1. Tim. 5.

† al. missæ.

† al. præreptæ.

† al. tenebuntur.

1. Tim.

α ¶ Immatura.] *In varijs conciliorum editionibus, & duobus Vaticanis codicibus, & Soriensi regio legitur,* matura. *Iuo habet,* in matura.

β ¶ Neque conuiuio.] *Sic est emendatum ex manuscriptis Gratiani exemplaribus expunctis verbis illis,* donec ad bonum, quod cœperant reuertantur: *quæ ex capite sequenti videntur huc fuisse translata. In conciliorum autem impressis, & manuscriptis codicib. legitur.* Tales ergo personæ sine Christianorum communione maneant, quæ etiā nec in conuiuio cum Christianis cōmunicent.

γ ¶ Adulteræ.] *Sic est emendatum ex memoratis conciliorum exemplaribus. Nam antea legebatur.* Nam si adulterij cōiuges reæ sunt, si suis obnoxiæ uiris non fuerint, quanto, &c.

Item ex epistola Gregorij missa ad Bonifacium.

¶ *Sic etiam citant cæteri collectores. Habetur autem & etiam paulo copiosius, in capitularibus adiectis, c. 215.*

c ¶ Habitu.] Arg. quod ita tenetur voto qui publice in religionis habitu apparuerit, ac si publice habitum susceperit, ex de reg. vidua, & inf. ead. uidua.

Habitus est triplex.

d ¶ Apparuerint.] Ita quod aliquandiu in ecclesia inter alias steterit. s. per triduum. extra de reg. & transe. ad religio. ad nostrā. [1] Vel distingue quod triplex est habitus, scilicet professionis, qui uotū habet annexum & dirimit matrimonium: de quo hic loquitur. Conuersionis, qui similiter votum habet annexum, sed non dirimit matrimonium, de quo loquitur extra qui cle. uel uo. consuluit extra de regu. super eo. Habitus probationis, qui nec impedit nec dirimit matrimonium: de quo loquitur extra de renun. ex transmissa. de reg. statuimus in fine. Firme ergo teneas, quod nunquam solus habitus solennizat uotum, extra de regu. porrectum, & extra qui cle. uel vo. cōsuluit. nec obstat 27. d. quod interrogasti. & ext. de reg. uidua, quia solus habitus (ut dixi supra) non facit monachum, uel non solennizat uotum.

1 De hoc no. inf. ea. c. 3. & sup. 20. q. 3. c. 2.

Habitus solus nō solennizat votū.

e ¶ Non coactæ.] Tunc enim secus esset. ext. quod met. cau. perlatum.

f ¶ Postea.] Argumen. quòd non excusat uis præcedens si postea sequitur consensus 1. quæst. 34. q. 1. cum per bellicam, & extra de eo qui dux. in matr. significauit.

1. Ar. 1. q. 1. constat. ff. de re milit. nō omnis. §. qui captus. Arc.

VIduas.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, ꝙ uiduæ, quæ uiduitatis uotum deseruerunt, da[m]nari debent, & a communione aliorũ expelli. In secunda parte dicitur, ꝙ virgines, quæ virginitatis uotum dimittunt, agere pœnitentiam de hoc debent, & a cœtu [illegible]: nã si contractus, qui fiunt cũ hominibus, seruandi sint: multo fortius ꝯtractus, qui initur cum Deo debet seruari. In 3. parte di[citur]: si virgines, quæ sic peccant, grauiter puniunt[ur], multo fortius viduæ puniri debent: cũ iam sint virorum libidine saciatæ. Et quod puniri debeant, probat tribus auctoritatib. Greg. s. Apostoli, Moysi, & prophetæ, & una rõne. Secunda pars incipit ibi, [De virginibus] Tertia ibi, [Si virgines. Hæc uero] uerba sunt Inno. [Si uirgines.] Verba sũt Greg. [Apostatauerunt,] idest, retro abierunt. Seq. cap. paret. Sol. ibi. loqu[itu]r de virgine illa quæ uelum cõsecrationis accepit, quæ si præuaricata fuerit plus peccat quàm vidua. hic loquitur de ea, quæ non accepit uelum consecrationis, unde videtur minùs peccare quàm uidua. vel quodam respectu magis uidetur uirgo peccare, quàm uidua,

¶De viduis, & virginibus, quæ a religionis proposito discedunt. C. II.

VIduas à proposito discedentes viduitatis, super quibus nos consuluere voluit dilectio tua, frater charissime, credo te nosse à Sancto Paulo, & à multis sanctis patribus, nisi conuertantur, olim esse damnatas. Quas & nos Apostolica auctoritate damnandas, & a communione fidelium, atque à liminibus ecclesiæ arcendas fore censemus, vsquequo obediant episcopis suis, & ad bonum quod ceperunt, inuitæ, aut uoluntariæ reuertantur. ¶De virginibus autem non velatis, si deuiauerint, à sanctæ memoriæ prædecessore nostro Papa Innocentio taliter decretum habemus: Hæ vero [a], quę necdum sacro velamine [b] tectę, tamen in proposito uirginalis semper se simulauerunt [c] permanere; licet velatæ non fuerint, si nupserint, aliquanto [d] tempore his agenda pęnitẽtia est: quia sponsio earum a Domino tenebatur. Si enim inter homines solent bonæ fidei contractus [e] nulla ratione dissolui, quanto magis [f] ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solui sine uindicta non poterit? &c. ¶Si virgines nondum uelatæ taliter pęnitentia publica puniuntur, & a cætu fidelium vsque ad satisfactionem excluduntur, quanto magis viduæ, quæ perfectioris ætatis, & maturioris sapientiæ, atque consilij existunt, virorumq; consortio [g] multoties vsæ sunt [h], & habitum religionis assumpserunt, & demum apostatauerunt, atque ad priorem vomitum sunt reuersæ, a nobis, & ab omnibus fidelibus a liminibus ecclesiæ, a cætu fidelium vsque ad satisfactionem sunt eliminãdæ, & carceribus tradendæ, qualiter iuxta Apostolum Paulum tradentes huiusmodi hominẽ satanæ, vt spiritus eius saluus sit in die Domini? De talibus enim, & Dominus per Moysem loquitur, dicens: [Auferte malum de medio vestri. (De quibus, & per prophetam ait:] Lætabitur [i] iustus, cum viderit vindictam; manus suas lauabit in sanguine peccatoris. [k]) De talibus namque & eorum similibus, atque eisdem consentientibus dicitur: (Quia non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.) rei sunt.

Sent. 4. d. 38. Ans. l. 11. c. 177. Burc. l. 8. c. 45. Iuo p. 7. c. 63. Pann. l. 3. c. 204.

1. Tim. 5.

inf. ea. Hæ uero.

1. Cor. 5.

Deut. 13.

Psal. 57.

Rom. 1.

Item ex decreto Gelasij Papæ ad Siciliens. episcopos misso, c. 9.

Pœnitentia publica nõ est uiolatorib. uoti simplicis impenenda.

Voti simulatio obligat.

Cõtinentia difficilior uirginibus quã uiduis. Pęna sapientiorẽ efficit.

a ¶Hæ uero.] Hanc literã intelligit Cardinalis de uoto simplici ꝓꝑ illud, nõdũ rectę; & illud, nõdũ uelatæ; & illud, a Dño, q.d. non ab ecclesia, & illud aliquanto tpe. i. trib. ann. 27. d. si uir. sed nos intelligimus de uoto solenni: qa publica pœnitentia, de qua subditur, nõ imponitur pro fractione simplicis uoti. arg. 27. d. si vir. Itẽ inutiliter argumentaretur Greg. de talib. uirginib. ad uiduas solẽni uoto obligatas. Vñ itelligas illud, nec dum sacro velamine tectę, & velatæ, nõ de uelo cõsecratiõis, sed de velo ꝓfessionis, ꝙ velũ consecrationis non datur ante xxv. ann. 20. q. 1. placuit.

b ¶Velamine.] Extra de reg. ut clerici.

c ¶Simulauerunt.] Arg. ꝙ uoti simulatio sicut ipsa professio obligat quenquam, ut c. proxi. neq; & dist. in. 27. quod interrogasti.

d ¶Aliquanto.] x. ann. inf. ea. deuotam. secundum nos Io. tñ dixit, aliquanto, quia arbitrarium est huius pœnitentię tps, licet ordinariè dixerim esse decem annos.

e ¶Contractus.] Hic large sumitur hęc appellatio, ut etiam comprehendat contractus stricti iuris: quia in nullo eorũ interuenire debet. C. de præscri. x. uel xxv. ann. l. si fraude.

f ¶Quanto magis.] inf. ead. q. c. hæ uero, contra, in fi. dua, quia a maiori bono cadit.

g ¶Consortio.] Arg. de pœ. dist. 5. consideret. in fi. ubi dr. Timeat docta experimento quod ignorauit uirgo.

h ¶Vsæ sunt.] Dicit Hier. Libido in uirginibus maiorẽ patitur famem, dũ dulcius esse putant quod nesciunt.

i ¶Lętabitur.] Non de uindicta, quam uidet, sed quia non est in illa, & quia non commisit consimilia.

K ¶Manus suas laua. in sang. peccatoris.] i. in pœna. id est, ꝓꝑ pœnam quam uidet: quia cum stultus punitur, sapientes fit astutior, ut 23. q. 6. uides. & exemplis citius ducitur quis ad benefaciendum, & ad uitandum crimẽ. de pœn. dist. 2. citius unde dicitur.

Felix quem faciunt aliena pericula, cautum.

a ¶Ne-

Poly.l.4.tit.35. Burc.l.8. c.46. Iuo p.7.c.64.& 144. Pann.l.3.c.203.

¶*Bruchardus, & Iuo parte 7.c.64. citant item vt Gratiannus; sed rursus Iuo eadem perte, c.144. ex Gelasio ad Cæsarium, c.4. Extat autem in epistola Symmachi ad Cæsarium, c.4. eumque citat Polycarpus.*

¶Transire non possunt viduæ, & virgines post religionis propositum ad nuptias. C. III.

NEque viduas ad nuptias transire patimur, quæ in religioso proposito [a] diuturna [b] obseruatione permanserunt. Similiter virgines nubere prohibemus, quas annis plurimis in monasterijs ætatem peregisse contigerit.

Item Cyprianus ad Pomponium de virginibus.

¶Ex quolibet sensu corporis mulier corrumpi potest. C. IIII.

NEc aliqua putet se posse hac excusatione defendi, quod inspici, & probari possit, an virgo sit; cum, & manus obstetricum [c], & oculi sæpe fallantur [d]: & si incorrupta inuēta fuerit virgo ea parte, qua mulier potest esse: potuerit tamen ex alia corporis parte peccasse, quæ corrumpi potest, & tamen inspici non potest. Certe ipse concubitus [e], ipse complexus, ipsa confabulatio, & osculatio, & cōiacentium duorum turpis, & fęda dormitio, quantum dedecoris, & criminis confiteatur [f]? Si superueniens maritus sponsam suam iacentem cum altero videat; nonne indignatur, & fremit, & per zeli dolorem † fortassis [g] & gladium in manum sumit? Quid Christus Dominus, & Iudex noster, cum virginem suam sibi dicatam, & sanctitati suæ destinatam, iacere cum altero cernit [h], quam indignatur, & irascitur? & quas pœnas incertis eiusmodi coniunctionibus comminatur? Cuius vt gladium spiritalem, & venturum iudicij diem vnusquisque fratrum possit euadere, omni consilio prouidere, & laborare debemus.

† al. liuorem.

Item in eadem epistola.

a NEque viduas.] ¶ Proposito.] id est, voto. Nota quod uotum secundum diuersos status diuersa sortitur vocabula. primo. n. est cum quis in origine disponit aliquid boni facere, & tunc dicitur deliberatio, ut 17.q.1. c.qui bona, & hoc infringere ueniale est. Quandoque procedit, & proponit idem se firmiter facturum: & dicitur propositū 17.q.1.c.2.& q.2.nos nouimus. huius fractio ueniale est secundum quosdam. sed graue est 1. hæc matrimonium contrahendum impediunt, sed non dirimunt iam contractum: si uero accedat obligatio, dicitur uotum: cuius fractio mortale peccatum est, & impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum, si solenne fuerit. 27.d.§.vlt.

b ¶Diuturna.] Maxime. nam, & idem esset si per momentum, ar. inf. e. viduas, nec ideo minus venditio tenet, quod &c. C. de contrah. emp. non idcirco. Vel potest hoc intelligi quando non expresse se religioni obligauerunt: quo casu exigitur, quod per aliquod tempus fuerit in monasterio cum alijs, quod tempus potius est ad arbitrium boni viri referendum, quam aliter determinandum. ar. ext. de do. Apostolicæ ff. de iur. delib. l. 1. ff. de solu. quod dicimus. Vel dic hoc tempus triam dierum esse, ex. de reg. ad nostram licet quidam illud intelligant de illectis, ut 20.q.3. constituit.

NEc aliqua.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, quòd quædam erant sanctimoniales, quæ cum uiris iacentes se corrumpi nō permittebant & hoc in suam excusationem allegabant, contra quarum excusationem loquitur hic Cyprianus, eas grauiter reprehendens: quia in aspectu talis membri oculus sæpe fallitur. & præterea si membrum illud sit incorruptum, anima tamen potest esse corrupta: vnde delinquere videntur. nam si spōsus uidens sponsam suā in amplexibus alterius irascit: multo fortius Christus de sua spōsa hoc faciēte irascit & dedignatur. In secunda parte dicitur, quod si tales uoluerint pœnitere, & inueniant integræ, recipi debēt in suo statu: quod si postea cū supradictis uiris familiaritatē hr̄e uideantur, eijciantur: nec postea recipiantur de facili. & si aliqua talium fuerit inuenta corrupta, post pęnitentiā redire poterit ad ecclesiā. quæ si de cetero peccauerit, amodo non recipietur: ne scilicet pbeat cæteris exemplum ruinæ. Secūda pars incipit ibi, [Quod si.] Exomologesi, id est, cōfessione sua facta. Sequēs c. patet.

c ¶ Obstetricum.] arg. contra illam probationē, quę fit per obstetrices, quod nulla sit ualida: sed tamen contra adulterium. j. ea. c. bene recipit. & arg. ext. de proba. proposuisti & dicit lex eam admittendam, dum tamē peritæ mulieres sint. ff. de uen. inspi. l. 1. argu. contra. C. quando tutor, uel curator esse desi. l. indecoram. ubi reprobatur probatio per aspectum corporis. & 32.q.5. nec solo. & inf. 33.q.1. quod autē, &c. si quis contra. Ibi enim in ueritate uiri, hic stat in ueritate mulieris. sed ibi soluitur. si enim duæ uel tres nobiles probæ mulieres dicerent virginem non esse cognitam à uiro, harum testimonio staretur. 21.q.2. si quælibet.

d ¶Fallantur.] arg. contra testimonium visus: sæpius tamen non fallitur: & ideo admittitur testimonium de uisu. nam ad ea quæ frequenter fiunt, iura adaptantur, &c. ff. de legi. nam ad ea.

e ¶Concubitus.] hic enim est vnus casus, quo per exteriora interior voluntas dignoscitur. per cōfabulationem enim, & amplexus, & huiusmodi deprehenditur fuisse corrupta. si. 31.q.2.c.1. sup. 50.d. si quis præpostera. 34.q.1. non satis, distinct. 50. si quis diaconus, & 32. quæst. 5. nec solo.

f ¶ Confiteatur.] Quia ex eis præsumitur adulterium: 32.q.1. dixit C. de adult. quamuis.

g ¶ Fortassis.] De facto: quia non licet viro interficere adulterum. ff. de adult. marito. nisi post denunciationē.

h ¶Cum altero cernit.] Propter talem suspicionem poterit eam accusare: vt 32.q.1. dixit Dominus.

Probatio per obstetrices facta erit inualida.

Testimonium uisus quandoque fallitur.

Interiora dignoscunt per exteriora.

trum diuer fortitur ocabula.

Idest, gra- us quam pri- um pecca- , secundum Hu. i dicit: fi- liter can- latis opi- onibus & quam dnr hic dicendū , quod cū is uouet promit- se mona- i fieri, uel ud si est æ mētis, discretæ dissolubi- er tenetur hoc ext. 6. de reg. i post uo- n. Arch.

Peccatũ iteratũ est grauius puniendum.

a ¶ QVod si pęnitentiam.] Iterum, idest, sæpe. ff. de d en. vel uti. §. hæc vox iterum, alias, interim.
b ¶ Accepta.] Præmissa tamen pœnitentia.
c ¶ Reuersę.] Arg. per reiterationem peccati aggrauari pœnã: & peccata iterata grauius esse punienda. ar. 15. q. vltima. hi qui.

habitu non pręiudicatur ei. arg. extra qui cle. uel vo. cõsuluit. Si aũt habitũ susceperit, & deuouet se religioni in qua non licet habere proprium: videtur quidquid habet deuolui succedentib. ei ab intestato ar. C. de epis. & cle. si qs presbyter. dẽt tñ necessaria ab hæredib. suscipe-

& in no. seq. & inf. c. q. multo, an.

¶ De eodem. C. V.

QVòd si pęnitẽtiã [a] huius illiciti concubitus sui egerint, & a se inuicẽ recesserint, inspiciantur iterum virgines ab obstetricibus diligenter: & si virgines inuẽtæ fuerint: accepta [b] cõmunione ad ecclesiam admittantur: hac tñ interminatione, vt si ad eosdẽ masculos postmodum reuersæ [c] fuerint, aut si cum eisdem in vna domo, [d] & sub eodem tecto [e] simul habitauerint: grauiore censura eijciantur nec in ecclesiam postmodũ facile [f] recipiantur. Si autem de eis aliquæ corruptæ fuerint, & deprehensæ; agant pęnitẽtiam plenam: [g] quia quæ hoc crimẽ admisit, nõ mariti, sed Christi adultera est: & ideo æstimato iusto tempore, postea exomolegesi [h] facta ad ecclesiam redeat. Quòd si obstinate perseuerant, nec se ab inuicem separant: sciant se cum hac sua impudica obstinatione nunquam a nobis admitti in ecclesiam posse; ne exemplum ceteris ad ruinam delictis suis facere incipiãt nec putent sibi vitæ, aut salutis constare rationem, si episcopis, & sacerdotibus obtemperare noluerint.

α ¶ Iterum.] *In codicib. Cypriani impressis, & octo manuscriptis quæ Romæ ad operum ipsius emendationem collata fuerunt, legitur*, interim: *quæ varietas notatur etiam in glossa.*

d ¶ Domo.] arg. ex hoc loco pręsumi cõtra aliquem, arg. 18. q. 2. d. ffinimus.
e ¶ Tecto.] tectum hic appellat quemlibet locum priuatũ, 35. q. 6. ab isto.
f ¶ Facile.] no. ꝙ si aliqs monachus uel monacha semel delinquit, nõ ideo statim debet abijci. sed si secundo peccat, difficilius dẽt reconciliari. si tertio, tunc detruditur in aliud monasterium, ut inf. c. peruenit. sed si clericus aliquis peccauit, statim prima uice põt expelli, ut 48. d. quoniam multa.
g ¶ Plenam.] i. publicam [1] Ex hoc uolunt quidã, ꝙ sanctimonialis possit agere solennem pęnitẽtiam, nec impeditur consecratio quod est contra illud quod de clerico dictũ est sup. distin. 50. c. his uero. V. l. plenam, i. d. st, x. annorum, inf. c. deuotam.
h ¶ Exomolegesi.] i. confessione facta: [illegible] sed dic, idest, pœnitẽtia uel satisfactione: pars enim hic ponitur pro toto, secundum synecdochen. confessio. n. est pars pęnitentiæ, & maxima de pęnit. dist. 1. quem pęnitet.

1 Al. perfectam.
Pœnitentia solennis an possit agi p sanctimonialem.

Item ex sexta synodo in Trullo, c. 4.

¶ Clericus deponatur, laicus excommunicetur, qui cũ sanctimoniali mœchatus fuerit. C. VI.

1 SI quis episcopus, presbyter, diaconus, aut subdiaconus aut lector, aut psalmista, aut ostiarius cũ muliere sanctificata Deo mœchatus fuerit, deponatur: [i] quia sponsam Christi corrupit: si vero laicus excommunicetur. [k]

i ¶ SI quis episcopus. ¶ Deponatur. vt 30. q. 1. si quis sacerdos.
k ¶ Excommunicetur, hoc de consuetudine canonum 2 nam secundum leges aliter inf. 6. q. 2. siquis non dicam.

2 Et põt dici excoicetur. s. si fuerit contumax. ad hoc 22. q. 1. c. ult. uel dic ꝙ ad tps separatur a cõione quia ecclesiã offendit. sic 86. d. tanta. ar. 21. q. 2. placuit in fi. & q. 3. c. fin. fm Io. de Fant.

Item ex concilio Toletano 4. c. 8.

¶ *In concilijs Toletanis non est inuentum. Est autem lib. 7. capitular. c. 338.*

¶ Viduæ, & puellæ, quæ post religionis habitum nubũt, a communione suspendantur. C. VII.

Cap. l. 7. c. 338. Burch. l. 5. c. 41. Iuo p. 7. c. 66.

DE viduis, & puellis, [l] quæ habitũ religionis in do-

DE viduis.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ si viduæ, vel puellæ in domibus proprijs habitum religionis assumant solẽniter uouendo. si postea nubant, debent suspendi a communione sacramentorum cum stupratoribus suis donec pœniteant: ꝙ si neglexerint. vsque ad satisfactionem sint anathematizatæ.
l ¶ Puellis.] i. virginibus: alias videtur contra. 20. q. 1. illud. V. l int. lige de dol. capacibus secundum H. etiã ante 12. ann. ibi. de non dol. capacibus.
m ¶ Proprijs.] potest ergo aliqua in domo propria accipere vestem religiosam arg. 33. q. 5. ꝙ D o inf. c. mulieres 3. & 20. q. 1. vidua. & ext. qui cle. uel uo. insinuãte. nec tamen monialis erit. cũ nulli monasterio se tradat hoc ergo intelligo de professa: vel ut dixi, ex solo pere. Alij aũt bona talium dicunt esse in pendenti. Sed cõtra quia nihil est fm naturam in pendenti, ff. de iud. sed & f. 5. ult. ar. ff. co. non quemadmodũ. Alij dicũt ea esse in potestate epi argu. C. de epis. & cler. nulli. Ioan. Ego credo quod talium bona sunt in ptãte illius q est superior in illa religione, cum non expressit monasterium B. Item no. secundum H. quod nunq ã erit religiosa persona quocumque modo uestẽ mutat uel proprijs renunctiet, uel uoturo se uitat nisi al. cui religioni se det 17. q. 1. ad si. Sed nunquid talis qui uotũ emittit, & proprijs abrenũciat manẽs in do. sua uel si uestẽ mutat facit se uerberãtes reos illius edicti. 17. q. . . si qs suadẽte? Nõ, nisi specialiter habitũ alicuius monasterij cũ pfessione tacita uel expssa assumat, licet se abbati nõ supponat: u'dic ꝙ sũt mo. 4. licet nõ sint sub aliquo abbate, sicut primus monac. non fuit sub aliquo abbate.

Religiosa uestis põt ĩ domo accipi.
3 Vide ꝙ nota. s. ea. c. 1. in gl. nã ita,

4 Scilicet, aliqua solennitas obseruatur, alias non ut no J. e. nuptarum.

a ¶ Pro

mibus proprijs [a] tam à parentibus, quàm per se mutauerunt, si postea contra instituta patrum, uel præcepta canonum coniugia crediderint copulada; tamdiu utraeq; † habeantur a communione suspensæ, † quousque, quod illicite perpetrauerunt, emendent. Quod si emendare neglexerint: à communione, & omnium Christianorum conuiuio, perpetuo [b] sint sequestratæ.

† al. utrique.
† al. suspende.

Item ex concilio Martini Papæ.

¶ *Abest caput hoc à nõnullis Gratiani exẽplaribus, Burchardus & Iuo citãt ex cõcilio Mogũtino, c. 7. Habetur ĩ cõcilio Triburiẽsi, c. 25. In hoc aũt capite, & duobus sequẽtibus citãtur decreta Gelasii, ut sũt in codice canonũ.*

¶ De eodem. C. VIII.

Ansl. 1. 7. c. 200.
Burc. l. 8. c. 30.
Iuo p. 7. c. 55.
Pann. l. 8. c. 197.

VIduas autem valere pontificum nullus attentet: prout statutum est in decretis Gelasij Papæ cap. xiij. α quod nec auctoritas diuina, nec canonum forma præstituit. Quod si propria fuerit voluntate continentiam professa; in eiusdem Gelasij capitulo xxj. legitur, eius intentio pro se reddat rationem Deo: quia sicut secundum Apostolum, si se continere non poterat, nullatenus nubere vetabatur; sic secum habita deliberatione promissam fidem pudicitiæ Deo debet custodire. Nos β autem auctoritate patrum suffulti in hoc sancto concilio sancimus, & libere iudicamus, si sponte velamen, quamuis non consecratum, sibi imposuerit, & in ecclesia inter uelatas Deo oblationem obtulerit, uelit nolit sanctimoniæ habitum ulterius habere debet: licet sacramento confirmare uelit, eo tenore, & ratione sibi velamen imposuisse, ut iterum posset deponere.

1. Cor. 7.

α ¶ Capitulo xiij.] *Sic est in codice canonũ: in epistola vero eiusdem prima episcopis per Lucaniam, est, c. 15. sicut paulo post, quod est in c. 21. in eodẽ codice in epi. est, c. 23.* β ¶ Nos autem.] *In cõcilio Triburiensi legitur.* Qua auctoritate paternę suffulti sententiæ in hoc sacro conuentu sancimus, &c. *Hæc uero eadem de uidua, quæ sibi sponte velamen non consecratum imposuit, habentur in Decretalib. c. vidua, tit. de reg. Quod in codicib. impressis citatur ex concilio Arelatensi In prima autem collectione, & uetustis codicibus Gregorianæ ex Aurelianensi.*

Et in conc. Turonico. c. 21.

Item ex decretis Innocentij Papæ, c. 20. in codice canonum, & epist. 2. ad Victricium. c. 13.

sup. ea. uiduas. §. hæc uero.

¶ De his, quæ votum uirginitatis habentes nubunt, necdum sacro velamine tectæ. C. IX.

Poly. l. 4. tit. 35.
Burc. l. 8. c. 12.
Iuo p. 7. c. 18.

HAe uero, quæ necdum sacro velamine tectę, [c] tamen proposito virginali semper se permanere simulauerunt, licet velatæ non fuerint, si forte nupserint; his agenda γ aliquanto [d] tempore pœnitentia est: quia sponsio earum à Domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonę fidei cõtractus nulla ratione dissolui, quãto magis ista pollicitatio, quam cũ Deo pepigit, solui sine uindicta non debet? † Nam si Apostolus illas, quę à proposito uiduitatis discesserant, dixit habere condemnationẽ, quia primam fidem irritam fecerunt: quanto magis uirgines, quæ pactionis † suæ fidem minime seruauerunt.

† al. potest. 1. Tim. 5.
† al. prioris pactionis fidem.

γ ¶ His agenda.] *Sic est emendatum ex codice canonum, epistola, & concilio Turonico: & sic legitur sup. ea. c. uiduas. Hoc enim loco etiam in manuscriptis erat,* ad agendam aliquanto tempore penitentiam sit liberum.

a ¶ Proprijs.] Idest q̃ fuerunt propriæ: licet enim in sua domo fecerunt professionem, erit solẽne votum, extra de cõuer. cõiug. ex parte 2. & ex. qui cler. vel vo. re. sinuante.

b ¶ Perpetuo.] vsq; quo emendaue int, ut ext. de const. ex literis. in fi.

HAe uero. CASVS. Dicit in hoc capitulo q̃ si virgines post uotũ nubant, & si nondũ velata sint, tamẽ debẽt pœnitere ad tẽpus. Nam si homini fides est seruanda, multo fortius Deo, cui promittitur, fides est seruanda. Et si vidua, q̃ post votum continẽtiæ nubat, damnatur: multo fortius virgo debet damnari, quæ fidẽ Deo frãgit. [Velatę non sunt.] velo consecrationis.

c ¶ Tectæ.] quæ nõdum sunt cõsecratę.

d ¶ Aliquanto.] s. c. viduas cõtra. Sol. vt ibi, Vel melius ĩ dicto 1 Apostoli dr̃ de viduis, quæ non erant velatæ, sed tamen professæ continentiam quę minus peccãt quam virgines uelatæ. ibi Gre. de utrisque velatis.

1 Et uere melius s̃m H. cuius fuit hæc s̃nia quẽ sequitur etiã L.

QVæ Christo.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod si virgo post votum nubat, non admittitur ad pœnitentiam, nisi toto animo virum respuat, ut ei velut mortuus reputetur: nam si promissio est hominibus obseruanda, multo fortius Deo, & si hoc obseruandum est in illa, quæ viuo viro suo secundo adhæsit, multo fortius hoc dēt obseruari in illa, quæ nupsit sponso immortali.

a ¶ Ad pęnitentiã.] contra 26. q.6. agnouimus, quia peccator in quacumq; hora, &c. Sed exponit Hu. ad pniam. i. ad fructum pœnitentiæ, i. ad Eucharistiam, licet enim hic pœniteat, nunquam tñ viuente adultero recipietur ad communionem, ad instar sęcularis adulteri. inf. 32. q. 7. fidelis.

b ¶ Nec ei agendæ pœnitentiæ.] i. recipiendi fructus pęnitentiæ.

c ¶ Licentia.] aut illis viuentib. caste uiuere cœperit inf. ea. deuotã. & c. de filia.

d ¶ Nisi unus.] i. legitimus. s. maritus quē reliquerat, nisi in necessitate mortis, per capitulũ quod est 32. q. 7. fidelis.

e ¶ Defunctus.] quo ad literam, & iste intellectus euidenter ostēditur j. ea. de filia. Magister aliter exponit. j. ea. §. ult. sic recessit quo ad eã defunct⁹: quia nõ reciperetur ad pęnitentiã[1], nisi prius ab eo sperareť. uel aliter, nisi unus. i. adulter, sed ƒm hanc expositionem nulli existēti in aliquo peccato danda est pęnitētia de alio, & ita Grat. est sibi contrarius, i. de pœniten. dist. 3. §. ult. Item contra ext. de pœ. & remis. quod quidã extr. de sent. excõ. cum non ab homine. §. in articulo, tñ ductus fuit ad hoc per cap. inf. ead. deuotam. & 15. q. ult. hi qui. Vel dic, ad pęnitētiam fructuosam: quia non ualet ad uitam æternã pœnitentia de uno peccato, cum quis remanet in alio. Magister intellexit hoc cap. de excommunicato: tamen bene est iniungenda pęnitentia existentibus in mortali, & etiam adhuc peccare uolentibus, ut extra de pœnit. & rem. quod quidam, de pœn. dist. 3. si quis autem. & dis. 5. falsas.

1 Suba. & iõ melius intelligitur hoc. de morte corporali ad literam secundum Hug.

Pœnitentia unius peccati non prodest ad salutem in altero existenti.

eis publice in fornicatione morabantur. Et ideo statuit concilium Triburien. vt tales in ergastulis detrudantur, vt possit tantum facinus pœnitentia digna purgari: quibus in fine viaticum ex misericordia concedetur. Seq. c. patet. [Libere,] idest, publice.

Item ex decreto eiusdem, cap. 19. in codice canonum, in epist. autem ad Victricium, c. 12.

f ¶ Fi- In concil. Turonico ibid.

¶ Non sunt admittendæ ad penitentiam virgines sacrę, si publice postea nupserint. C. X.

Sent. 4. dist. 38. Poly. ibid. & l. 6. tit. 20. Burc. l. 8. c. 13. Iuo p. 7. c. 17.

QVæ Christo spiritaliter nubunt, α & a sacerdote velantur, si publice postea β nupserint, non eas admittendas esse ad pœnitentiã [a] agendam, nisi hi, quibus se iunxerant, a mundo recesserint. Si enim de omnibus hæc ratio custoditur, vt quæcunque viuente viro alteri nupserit, adultera habeatur, nec ei agendæ pœnitentiæ [b] licentia [c] concedatur, nisi vnus [d] de eis fuerit defunctus: [e] quanto magis de illa tenenda est, quæ ante immortali se sponso coniunxerat, & postea ad humanas nuptias transmigrauit?

α ¶ Nubunt.] *In antiqua editione conciliorum, & epistolarum, & codice canonũ impresso legitur,* nupserint *sed in duob. ipsius manuscriptis,* nubunt: *post* q *uerbũ in oĩbus sequitur,* & a sacerdote velantur, *ideoq; sunt addita.*

β ¶ Si publice postea.] *In epistolis olim Coloniæ, ac Lutetiæ impressis legitur,* si postea nupserint, vel publice, vel occulte corruptæ fuerint. *In editione conciliorũ Coloniensi duobus, & tribus tomis,* si postea nupserint, publice, vel occulte corruptæ fuerint *In postrema autem quatuor tomorum,* si postea vel publice nupserint, vel se clanculo corruperint.

Item ex concilio Triburiensi, c. 6.

¶ *Caput hoc habetur in epistola prima Syricij, & in codice canonum est, c. 15. inter decreta ipsius: quem etiam citant Burchardus, & Anselmus. Pars tamen aliqua huius capitis est in c. si quis sacro. inf. eadem, quod quidem habetur in concilio Triburiensi, quod extat.*

¶ Ab ecclesia eliminandæ, & in ergastulis retrudendæ sunt monachorum, vel monacharum impudicæ personæ. C. XI.

Poly. l. 4. tit. 34. Ans. l. 7. c. 188. Burc. l. 8. c. 29.

IMpudicas, detestabilesque personas monachorũ, atque monacharum, quæ abiecto proposito sanctitatis illicita, atq; sacrilega contagione se miscuerũt, & in abruptũ α conscientiæ desperatione perductæ; de illicitis complexibus libere filios [f] procreauerint: a monasteriorum cætu, [g] ecclesiarumque conuentibus eliminandas esse mandamus: quatenus retrusæ in suis ergastulis, tãtũ

IMpudicas.] CASVS. Quidam monachi cum quibusdam monialibus publice contrahebant, uel cum

f ¶ Filios.] Qui erunt serui ecclesię. 15. q. ult. cum multæ. Sed quid si monialis susceperit sobolem ex clerico uel monacho: cui ecclesiæ applicabitur, utrique. n. facta est iniuria: Videtur quod monasterio matris: quia sequitur partus matris conditionem. 32. q. 4. liberi. Dico quod utrique si utrique sit facta iniuria, maxime si hoc in duplici monasterio contingeret, 18. q. 2. in nullo.

g ¶ Cœtu.] i. cõione fratrũ uel monialium, quia si retrudetur in carcerē. 2 in suo monasterio tamen dicitur esse. sic non est contra inf. ea. si quis rapuerit. uel illud cũ propriũ monasteriũ redarguit de nimia neglıgētia.

Filius monialis ex monacho genitus cui monasterio applicatur.

2 Idest in illo monasterio quam proprio.

a ¶ Pę-

Purgatorij duo sunt ignes.

a ¶ Pænitudinis.] i. pœnę in purgatorio, & ignis iste excedit omnem pœnam huius vitæ, de pœ. dist. ult. ca. ult. in fin. Et sunt duo ignes purgatorij, unus in futuro, alter in hoc sæculo, ut penitentia.

b ¶ Solius.] inf. ead. virginibus. & c. si quis contra. sup. dist.

quennium, secundum nos planum est, qui dicimus qđ eps dispensare potest ubicũque non prohibetur. arg. ex quo conditor canonũ sibi dispensationem nõ reseruauit. intelligitur alij cõcessisse. extra de sent. excommu. nuper. Vel quod dr̃ hic de misericordia, intellige circa penitentiã imponendã: & planũ est. vnde in bigamis nõ põt quo ad ordinẽ. de hoc hic nõ agit, siue sint uere bigami, siue iterptatiue. extra de big. nuper.

facinus lamentatione continua deflentes purificatorio possint igne pœnitudinis [a] decoqui; ut eis uel ad mortem solius [b] misericordiæ [c] intuitu per communionis gratiam possit subueniri.

α ¶ Abruptum.] *Sic est emendatum ex multis editionibus epistolarum Syricij, & codice canonũ. Antea enim legebatur,* in arbitrium consciẽtię propria desperatione.

Item ex eodem.

¶ *Hoc est xvi. caput concilij Chalcedonensis ex uersione Dionysii: cuius pars citatur infra c. sacro.*

¶ Monachus, & uirgo Domino consecrata, si nupserint, excommunicentur. C. XII.

Poly. ibid. Burc. l. 8. c. 30.

VIrginem, quæ se Deo cõsecrauerit, similiter & monachum decernimus non licere nuptialia iura cõtrahere. Quòd si hoc inuenti fuerint perpetrantes; excommunicentur. Confitẽtibus [d] autem decernimus, vt habeat auctoritatem [e] eiusdem loci episcopus misericordiam, humanitatemque largiri.

Item ex eodem.

¶ *Caput hoc à Burchardo, & Iuone Paschali tribuitur.*

¶ Dum uiuunt lamentis pęnitentiæ se afficient, qui sanctimonialibus scienter copulantur. C. XIII.

Burc. l. 8. c. 31. Iuo p. 7. c. 50.

HI ergo, qui sanctimonialibus sciẽtes [f] matrimonio ad iniuriam Christi copulati sunt; iuxta censuram zeli Christiani separentur, & nunquam [g] eis cõcedatur coniugali [h] vinculo religari; sed in pœnitentiæ lamẽtis se uehementer, dum uiuunt, afficiant. [i]

HI ergo qui sanctimonialib.] CASVS. Dicit in hoc c. ꝙ qui scientes cõtrahunt cum monialib. separari dẽnt ab eis: & nũquã debẽt cõtrahere, sed semper debẽt penitere. Sequẽtia duo c. plana sunt: & casum facile per te formare poteris.

f ¶ Scientes.] quia si ignorarẽt, filij eẽnt legitimi quantum ad ignorantem, ut not. 34. quæst. 2. c. 2.

g ¶ Et nunquam.] hoc enim unum crimen est quod impedit & nõ dirimit matrimonium, s. incestus. Item raptus, ut 36. q. 2. si autẽ. Vxoricidium. 33. q. 2. admonere. Itẽ si quis extraxerit vel leuauerit filium suum à sacro fonte. & c. 30. q. 1. de eo. & in c. dictũ ẽ, ut sic posset se parari ab uxore sua. Hi casus & alij siles patẽt in his uersib.

Incestus, raptꝰ, & natus fonte leuatus,
Morsq; sacerdotis: & mors propria mulieris.
Vel si solemnem pœnam geris, aut monialem ducis.
Te prohibent hæc coniugium celebrare.
Si tamen istud agas; nequeunt te dissociare.

Crĩa quædã mr̃imoniũ impediunt sed non dirimunt.

Item ex eodem.

¶ *Caput hoc in epist. 1. Gelasii est nu. 22. & in codice canonum inter ipsius Decreta, c. 20. Refertur quoque in capitularib. l. 1. c. 106. & in Polycarpo. Gelasii nomine.*

¶ A sacra communione priuentur, qui sacris virginibus se sociant. C. XIIII.

Poly. l. 6. tit. 20. Burc. l. 8. c. 32. Iuo p. 7. c. 51.

VIrginib. sacris se quosdam temere sociare cognouimus, & post dicatũ Deo propositũ incesta [k] fœ-

dist. 50. pœnitentes. contra inf. 36. q. 7. de his cõtra. Sol. Omnes viæ Domini misericordia & ueritas.

c ¶ Misericordiæ.] sed nonne hoc est de iure cõmuni? vtique. ar. dist. 50. pœnitentes, quod tamen de iure cõmuni fit, & de misericordia fieri dicitur. arg. 33. q. 2. admonere.

1 Ar. huiꝰ. §. dicebat Vi. ꝙ eps cũ tali clerico q̃ cõmisit adulteriũ incestuosum dispẽsare nõ põt: & hoc pp incidentem in cestũ, & hoc no. in præd. decr. at si cle rici.

d VIrginem.] ¶ Confitentibus.] sup. 50. dis. c. 3. §. 82. d. presbyter. sup. 15. q. ult. si quis presbyter. inf. 35. q. 8. c. ult. & 33. q. 2. cap. ult. & 34. q. ult. c. ult. & 36. quæst. 2. raptores.

e ¶ Auctoritatem.] & ita põt episcopus dispensare in incestu, qui maior est adulterio. sed contra extra de iu. at si clerici. nam tantum ibi permittitur dispensare in adulterio, & in minorib. Dicunt quidam ꝙ in tali incestu, qui incidit ĩ adulterio, põt: alias nõ, sed contra ff. de adult. uim passam. §. præscriptio. 1 ubi dr̃, ꝙ si adulterium & incestus surgunt ex eodem facto, præscriptio quinquennij potest opponi adulterio, ut post non possit de eo agi: sed de incestu agi potest etiã post quin-

ADDITIO. De hac materia not. 33. q. 1. §. de pœnitentibus. ext. de pœ. c. 2. ibi uideas.

h ¶ Cõiugali.] argu. ꝙ de cætero non possunt nubere qui sanctimonialib. copulantur, ut hic dicitur, in odiũ criminis. si tamen contrahant, tenet.

Nubere de cætero non põt sãctimonialib. copulati.

i ¶ Afficiant.] hoc sm canones, nam sm leges ultione gladij debent feriri, ut 36. q. 2. si quis non dicam.

k VIrginibus.] ¶ Incesta.] no. quod dicit incesta sacrilega. nam accedens ad monialem, incestum committit: quia sponsa Dei est, qui est pater noster, 12. quæst. 2. qui abstulerit, & incestus committitur cum affini sicut cum cõsanguinea. 35. q. 3. de incestis. Et adulterium committit; qui sponsam alterius corrumpit. Itẽ sacrilegium: quia est res sacra. Sed quæri solet an iste accedẽs, ad monialem cõmittat tria peccata, an vnũ? Martinus dicit ꝙ vnũ solũ: licet sortiat diuersa noĩa. Nos dicimus nõ esse dubiũ qn tria peccata cõmittat quo ad accu-

Monialẽ corrumpens triplex peccatũ committit.

dera, sacrilegaque miscere. Quos protinus æquum est à sacra communione detrudi, & nisi per publicam, probatamque penitentiam omnino non recipi. Sed tamen his viaticum de sæculo transeuntibus, si digne † penituerint, non negetur.

† al. si tamen.

Item Gregorius.

¶ *De hac eadem re videtur scripta epistola Mariniano episcopo, lib. 8. regesti, epist. 9. Caput tamen hoc uel ex alia epist. est acceptum; uel in eo multa sunt immutata.*

¶ In monasterio reuocetur, ac recludatur, quę à fornicatione recedere noluerit. C. XV.

PEruenit ad nos, quòd quidā uir nequissimus diabolico instinctu de monasterio [a] suaserit exire quandā Deo sacratam, atque à quodā viro, vnde exierat, si reuocata; rursusq; eā mulierem uir ille nequissimus iniqua suasione de monasterio eijciens, apud se retineat impudicè. Volumus autem ut episcopatus tui auctoritate in monasterio reuocetur, atque recludatur.

Item ex concilio Aurelianensi, c. 3.

¶ Non est uiduis fas post susceptum uelamen à sacro proposito discedere. C. XVI.

1 VIduas, quæ spontanea volūtate ab altari [b] cōuersionis sacræ uelamen [c] suscipiūt; decreuit sancta synodus in eodem proposito permanere. [d] Non enim fas esse decernimus, postquam se Domino semel sub velo consecrauerint, iterum [e] eis concedi Spiritui sancto mentiri.

Burch. l. 8. c. 35. Iuo p. 7. c. 54. Pann. l. 3. c. 191.

Item ex eodem.

¶ *Burchardus etiam & Iuo citant ex cōcilio Aurelianensi. Habetur autem in Triburiensi, c. 23.*

¶ Qui sacro velamine tectam in coniugium ducit anathema sit. C. XVII.

11 SI quis sacro velamine consecratā in coniugiū duxerit, & post dicatum Deo propositū incesta fęde ra, sacrilegaque miscuerit: ut in cōstitutis Gelasij Papæ capitulo uigesimo † [f] legitur: protinus est ęquū eos à sacra cōmunione detrudi, & nisi per publicā, probatamq; pœnitentiam omnino nō recipi. Si tñ pœnituerint, trā-

Conc. Trib. 23. Burch. l. 8. c. 38. Iuo p. 7. c. 57.

† In codice canonum, sed in concil. to. 2. habetur c. 22.

accusatione: nō aūt in ueritate ple[illegible] quo[illegible] actus accusat[illegible] a. g. 2[illegible]. q. [illegible] relegere[illegible] pœnitentiam [illegible] purgā dum est, q̄ si non est [illegible] ut 32. [illegible]. 7. § sunt en m. & ita dicit lex, q̄ si quis punitur debet propter adulteriū, plus debet puniri si ille de incestuosum sit. ff. de q̄stio. si quis vidaā. Hoc ergo itellige sicut illud extra de testi. sicut. quia pænitentia ibi & pro adulterio & pro periurio imponitur.

a PEruenit.] ¶ De monasterio.] pbat ex hoc capitulo, qd licet pluries monachus & monacha exierint de monasterio: abbas compellendus est eum, vel eam pluries recipere, ut sup e. nec aliqua. & 16. quæst. 1. quidā monachi. & ī. e. & qui licet clericus statim deponi possit, qui deliquit, vt 48. dist. quoniam multa.

Monachum pluries exeūtem tenetur abbas pluries recipere.

VIduas quæ.] CASVS. Dicit hic, quòd si vidua spōte ab altari uelum cōuersionis accipit, debet in eo proposito pperuo remanere: nec debet postea nubere ne Spiritui sancto mentiatur.

b ¶ Ab altari.] virgo, & non uidua: ideo velat ab episcopo, uel sacerdote: quia uirgo typū gerit ecclesiæ in hac despōsatione; quę pura & virgo uni nupsit uito, id est Christo: & in signū huius rei uelat à uicario Christi, uel sacerdote: qa à Christo recipit in coniugum, in cuius persona dictum est: Annulo suo subarrhauit me Dñs, sed vidua nō gerit ī tali casū typū ecclesiæ sicut uirgo: cum non sit integra mēte & corpore: unde non sic cōiungitur Christo, ut repsentet coniunctionem eius & ecclesiæ. Vel ideo non velatur à sacerdote, quia sacerdos prohibetur secūdis nuptijs interesse, & super secundo nubētes fundere benedictionem. Non enim quæ secundo nubit, benedicitur, extra de secun. nupt. cap. 1. Sed uidua quasi secundo nubit. quia primo homini, postea Christo, & ideo quasi celebranti secundas nuptias ei non porrigitur velum à sacerdote: sed ipsa accipit desuper altare. Contrarium videtur innui 20. quæst. 1. uidua. sed ibi de veste tātum loquitur, uel de uelo 1 professionis, nō conuersionis, vel à presbytero potest uelari, sed non ab episcopo, ut 20. q. 1. de uotis, in fine. B.

Virgo uelata representat ecclesiam.

Nubens secundo non benedicitur.

1 Istud, uel vsque ad sequēs uel, nō ponunt Hu. & L. & credo quod non bene ponatur. Arch.

e ¶ Velamen.] id est, professionem. Nam uelum conuersionis nihil aliud est, quam ipsa conuersio.

d ¶ Permanere.] tamen sola susceptio ueli nō solennizat uotum, nisi sequatur professio, ut extra de conuers. coniug. ex parte.

e ¶ Iterum.] id est, sicut fecit in lapsu primi parentis. & dicas hoc aduerbium, iterum, respicere primam pręuaricationem, ī. de consecrat. dist. 4. quęris. & est simile aduerbium, 96. dist. cum ad uerum. nam ibi dicit, rursus in infernum.

SI quis.] CASVS. Dicitur in hoc c. q̄ si quis cum sacra virgine in luxuriam fuerit præuaricatus, coniugium contrahendo cum ea: secūdū Gelasium debent tales à cōmunione reparari: nec recipi debēt, nisi post pęnitentiam, & concilium Chalcedonense idem dicit: & Syricius Papa statuit tales in ergastulis ad agēdam pœnitentiam detrudendos: & ideo statuit concilium Aurelian. & uerbo Domini, & auctoritate canonica, vt tales separentur, & sacramento adstringantur, ne de cętero sub eodem tecto habitent.

f ¶ Capitulo uigesimo.] quod non habemus.

a ¶ Chal-

seuntibus de sæculo viaticum non negetur. In Calcedonensi [a] concilio, c. xvi. Hoc perpetrantes excommunicentur: confitentibus autem auctoritate episcopi misericordia largiatur.] Item in epistola Syricij Papæ, c. 6.

¶ Velatæ, & Deo consecratę, si abiecto proposito sanctitatis clanculo sacrilega se contagione miscuerint, & illicitis cõplexibus publice, & libere filios procreauerint, has impudicas detestabilesq; personas a monasteriorum cœtu, ecclesiarumq; conuentibus eliminandas esse iudicatum est: quatenus retrusæ ergastulis tantùm facinus continua lamentatione defleant. Vnde & verbo Domini, & canonica auctoritate in hac sancta synodo præcipimus, ut omnino separentur, & iuramento [b] colligentur, ut vlterius non sub vno cohabitent tecto.

sup. ea. impudicas.

Item Gregorius Vitaliano Sipontino episcopo, libro 7. indict. 1. epist. 9.

¶ Ad habitum redire cogatur, & recludatur in monasterio quæ religiosam vestem abiecit. C. XVIII.

Burc. l. 8. c. 49.
Iuo p. 7. c. 67.
† al. habitus fuisses.

SI custos religiosi habitus, † aut esse nosses episcopus, filiã gloriosæ memoriæ Tulliani magistri militię, te illic [c] posito, nec proiectis religiosis uestibus ad sęcularem reuerti habitum, nec ad nos licuisset peruersam epistolam [d] destinare. Sed quia nimia [e] desidia, [f] ac torpore deprimeris: in tuo dedecore res ad pręsens illicita impune cõmissa est. Nam si, vt pręfati sumus, solicitus extitisses; prius ad nos [g] vltio mulieris prauissimę, quàm culpa debuit peruenire. Quia ergo tantum habes, tantumque es negligens, vt nisi canonicam in te fueris coercitionem expertus, in alijs destrictionem, † & disciplinam nescias custodire, qualiter debeas esse solicitus, congruo tibi, si Domino placuerit, tempore demõstrabimus. ¶ Pręsentia igitur scripta suscipiens, euigila, excitatus saltẽ exequere, quod pręses vsque nunc ignauia distulisti. Instantię ergo tuę sit prædictam mulierem vnã cum Sergio defensore nostro comprehendere, & statim nõ solum ad male contemptum habitum sine excusatione [h] aliqua reuocare [i] sed etiam in monasterio, vbi omnino districte valeat custodiri, detrudere: & ita omnẽ circa illam solicitudinem exhibere, vt quam sit nefarium quod commisit, ex tua possit districtione cognoscere. ¶ Qua in re, si quis (quod non credimus) laicorum † aliquo tibi ingenio tentauerit obsistendum; à sacratissimę [k] eum communionis participatione suspendere, † [l] nobisque renuntiare festina; vt quantum sit execrabile quod pręsumpserit, post-

† al. disciplina. distinctionem.
† al. clericorum, vel.
† al. suspende.

a ¶ Chalcedonensi.] inf. ea. q. ca. si qua virgo. 35. q. 6. ab isto. sup. ead. quod si.
b ¶ Et iuramento.] Nunquid erit idem de omnibus clericis cum accipiunt de fornicatione, uel de adulterio pœnitentiam? 2 Non, ne labantur in periuriũ, ut extra de

uod dicit glo. dicas erũ quando on inciderunt in fornicationem amnatã per xcommunicationis sententiã: nam unc secus, t patet extra de adult. ntellexim⁹. rchid.

de cohabi. cleri. clericos autem. Ioan. Vel hic loquitur cum publice contrahunt matrimonium: ibi de occultis. 50. d. de his uero. & c. sacerdotes. B.

SI custos religiosi.] CASVS. Hoc capitulum diuiditur in quatuor partes. In prima parte dicitur, quod filia Tulliani exiuit de monasterio, & post votum alij de facto nupsit. de quo Grego. Vitalianum episcopũ grauiter reprehendit, quia hoc permisit, & ꝙ in futuro tempore eum sit puniturus, comminatur. In secunda parte præcipit ei, ut cum Sergio domini Papæ defensore capiat eam, & a viro suo separatam in monasterium ad agendã pœnitentiam detrudat. In tertia parte mandat ei excommunicet omnes sibi resistere præsumentes. In quarta parte præcipit ei, vt in his tantam adhibeat solicitudinẽ ac diligẽtiam, ut culpã suam minuere ualeat. Secunda pars incipit ibi. [p̄sentia igit.] Tertia ibi. [Qua in re.] Quarta ibi, [In his autem.] Idem dicitur in sequenti ca. cuius casus patet: & aliquantulum tamẽ minus dicit in hoc capitulo, quã in illo cap. si custos.
c ¶ Te illic.] vbi hęc acta sunt.
d ¶ Epistolam.] quia forte petebat a Papa ut liceret sibi esse in sæculo.
e ¶ Nimia.] sup. 2. q. 7. sicut 2. & 18. q. 2. abbates.
f ¶ Desidia.] Quæ in prælato casum inducit die positionis, ut 81. d. dictum.
g ¶ Ad nos.] ita dicit lex, ꝙ ad principem deferenda est vindicta, non crimina, vt C. de officio præfe. præt. l. 3. in fine.
h ¶ Excusatione.] intellige friuola.
i ¶ Reuocare.] & est simile 2. q. 1. sicut, & ext. de offi. del. ex parte nam si velit dicere, quod vi intrusa fuerit, audietur, ut ext. quod metus causa perlatum. restituetur tamẽ monasterio: pro quo p̄sumit̃ si ipsa sua auctoritate egressa est. Sed quid si contraxerit? idem dico, ar. extra de eo, q duxit in matrim. ca. significauit. Vbi autem vir peteret vxorẽ, & ipsa cõsanguinitatem obijcit; quid iuris sit habemus ext. de restit. spol. literas. Ioan.
K ¶ A sacratissimæ.] argum. extra de officio delegati, super eo.
l ¶ Suspendere.] Nam qui aliorum defendit errorem damnabilis est magis, quam ille, qui facit argu. 33. q. 3. qui aliorum.

Desidia nimia in prælato casum inducit depositionis.

Error aliorũ non est defendendus.

a ¶ Quã-

a ¶Qualitate.] hinc elice expositionem illius quod dicitur 38.d.qui ea.
b SI homo esses.] arg. ꝙ homo non est homo, qui ratione caret: sicut legitur de Nabuchodonosor 23. quęst.5.§.hinc notandum.
c ¶Festina.] Arg. ꝙ si prelatus per spiritualem gladium nõ potest obtinere, per principem sęcularē obtineat, & illud suppleat ꝑ materialē.23.q.5.prĩcipes.
d ¶Quousque.] diligenter ergo attēdendi sunt fines mandati, & custodiendi sunt 7.q.j.denique. ff.mandati, diligenter. Quid ergo si excōmunicauit ex delegatione iudex: nũquid potest absoluere? Videtur ꝙ nõ, quia functus ex officio suo.ext.de off. deleg. in literis 1. Distingue: ꝙ si Papa delegauit ei sententiam, excommunicationis, si excõicet, nõ absoluet. ad hoc extra de offi. deleg. ca. si. nisi hoc exprimatur in literis. si autem delegatur ei aliqua causa, etiāsi propter contumaciā excommunicet aliquam partium, bene potest absoluere: nisi cũ intra certum tempus causa commissa est decidenda, & terminus ille est elapsus. Sed quid si in ultimo puncto termini sententiam tulit, potest ne eam postea exequi? Sic arg. extr. de appell. dilecti. & c. pastoralis. extra de offic. deleg. quęrenti. ubi differt executio in id tempus, in quo non potest ferri sententia. nihil enim facit, nisi qđ factum est declarat. ff. de test. heredes palam. L. sed forte cōtrariũ est uerũ. Io.

Homo rõne carens non est homo.

Gladius materialis spiritualem adiuuare dēt.

Iudex delegat⁹ an possit absoluere quem excommunicauit.

1 De hoc no. ext. de mai. & obe. cum inferior. ibi vide, & 21. d. inferior. 7.q.1. peruenit. in fi. Archid.

quam consideratione propria non aduertit, emendationis qualitate [a] cognoscat. ¶In his autem omnibus ita te cautum stude, vigilantemq; ostendere: vt culpam tuā nõ geminare neglectus, sed aliquantisper insuper valeat solicitudo minuere.

Idem Sergio defensori, lib.7. indict.1. epist.10.

¶Districtæ custodiæ tradatur, qui a religionis proposito ad sæcularem habitum rediit. C. XIX.

SI homo esses, [b] aut aliquam discretionē habuisses, ita regularis disciplinæ debuisses custos existere, ut ea, q̃ illicite committuntur, ante vindicta corrigeret, quàm ad nos eorũ nuntius perueniret. Sed dum te facit nimia stultitia negligentem, non solum de illis offendimur, sed et ad vlciscendam desidiam tuam nihilominus prouocamur. Omni ergo dilatione, omnique excusatione postposita filiam gloriosæ memoriæ Tulliani magistri militiæ, quæ proiectis, quas sponte assumpserat, religiosis vestibus, indumentis se laicis deturpauit vna cum fratre, & coepiscopo nostro Vitaliano festina [c] comprehendere, atque ad religiosum rursus habitum reuocare, ac in monasterium mittere, vbi districte omnino valeat custodiri: nec eius custodiam aliquatenus releuari permittas, quousque [d] denuo nostra scripta susceperis. Nam si quolibet modo in hac re negligens, uel lentus extiteris; ita in te districtissime noueris vindicandum, vt quod ex te nescis, pœna possis referante † cognoscere: quia si vt diximus, intellectum hominis habuisses; hæc, quę modo facere præciperis, a † te debueramus etiam cum vltione ante facta cognoscere. † *al. resecante.*

† Adde hāc dictionem, … hic accipi … per glo. si de … pę. d.j. sicu… primi. no. … l.3. C. de act… empt.

Item Augustinus de conflictu vitiorum, & virtutum, cap.24.

¶Non tribuitur eis licentia nubendi, qui continentiam seruare decreuerunt, C. XX.

Iuo p.8.c.72. Pann.l.6.c.4.

NVbendi licentia quibusdam tribuitur: illis videlicet, qui virginalem, vel uidualem castimoniā nequaquam professi sunt. Quibusdam autem non tribuitur illis videlicet, qui virgines, vel continentes esse decreuerunt. [e] Fornicatio [f] autem nulli impune conceditur.

Item in libro de bono coniugij.

¶Peiores sunt adulteris, quæ continentiæ propositum violant. C. XXI.

MEliore proposito [g] lapsas, si nupserint, fœminas a castitate sanctiori, quę vouetur Deo, adulteris esse peiores [h] manifestum est.

NVbendi.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd ante uotum continentię assumptum licet nuptias contrahere post aũt votum nequaquam: fornicari vero nunquam licet. Sequentia quatuor c. plana sunt, & per te videbis [Humanitatem,] in pęnitentia. [Inter bigamos,] quia repelluntur a promotione, & testimonio, & accusatione clericorum sicut bigami: nec fęminæ tales inter virgines consecrabuntur: & ita est bigamus si primo Deo, & postea nubit homini.

e ¶Decreuerunt.] Firmiter proponendo, & uouendo: aliàs non, ut extra de uoto, & uoti redempt. literaturā.
f ¶Fornicatio.] sup.88.d. fornicari arg. ff. de concubini. l. penult. B.
g MEliore proposito.] Hoc cap. intelligunt quidā de uoto solenni, 2 sed tu intelligas de simplici: prout patebit j. ea. nuptiarũ: ubi ponitur hoc c. Sed quomodo ergo istæ sunt peiores adulteris, cum illis minor pęnitentia imponitur, ut 27.d. si v.? Resp. ideo quia cadunt a maiori præmio. uel quia in Dominum specialius peccant: arg.7.q.1. sicut. 2
h ¶Peiores.] non videtur uerũ quod hic dicit, scilicet fran-

2 Pro istorū … snīa facit … Gra. induc. … hoc inter a… lia vbi tract… tur de uoto solenni, se… qđ sequitur … verum est, … sm L.

frangentem simplex uotum peiorem esse adultero: cũ adultero septennii pœna debeatur: sed frangẽs simplex uotum, triennij pœna puniatur, ut 27. dist. si uir. Quis iam dubitat sceleratius esse commissum, quod grauius est uindicatum, ut supra 24. q. 1. non afferamus. Sol. ue ium

tum est quo ad Deum, quàm actualis fornicatio: tamen quo ad ecclesiam minus punitur: quia minus scandalũ suscitat q̃ adulterium, quod proximum molestat. nam sæpius maius peccatum minus punitur propter minus scandalũ, & sic fractores uoti, quia minus scandalizant ecclesiam q̃ adulteri, minus puniũtur, & propter fauorem matrimonij punitũ minus, & magis peccat. sic ergo peiores sũt adulteris quo ad culpam, nõ quo ad veniam vel pęnam, vel forte istud dicitũ non, quia magis delinquunt, sed quia a maiori bono cadũt. vel dicitur esse hoc maius peccatũ, quod in Deum specialius committitur. argu. 17. q. 4. sicut 2.

f ¶ Laqueum.] Eos separando, uel eos præcise prohibēdo ne contrahant: uouens enim simpliciter uerbis tantum commonitorijs, [a] dissuadendus est à matrimonio nō per excommunicationem, ut extra qui cl. uel ueniēs & de spon. requisiuit ar. 22. q. 1. prædicandum. sed illud de peccato iam commisso. Item ar. ex hoc ca. ꝙ non pro quolibet mortali excommunicandus est aliquis antequam committatur: quia pro fractione huius uoti antequam frangatur non est excommunicandus: quia nō dum obligatus est. nec post, propter bonum matrimonij: tamen quandoque indicitur pœnitentia uolenti peccare, ut extra de spon. de illis. Ioan.

f Laqueū.] Si simpliciter uouerunt, permittendi sunt contrahere, ut maius malum uitetur. extra qui cle. uel uouen. ueniens.

g ¶ Vt & nostra.] Ar. quod ex quo prælatus functus est officio admonendo, increpando, & corripiendo, non debet ei imputatari, si ille non emendetur, arg. 47. dist. quod ad nos.

h ¶ præterimus.] Et ideo aliqua prætermittuntur ex-

ter possit debitum exigere pone eos uouisse, quod nunquam exigerent, dico ꝙ bene tenet matrimonium: quia uterque potest reddere. Sed quomodo, cum alter non exigat? Responde vterque enim si sciat alterum indigere, nec posse exigere, reliqui debet commisceri, & uterque reddere dicetur. Sed quid si quis uouit ꝙ nunquam redderet debitum, si uxorem contigeret eum ducere? si post ducat, non tenetur uotum tale seruare; quia præceptum est Apostoli de debito reddendo uxori, ut 33. quæst. 4. §. Apostolus. Sed quid si aliquis iurauit quod nunquam cognosceret aliquam mulierem, si postea duxerit uxorem, bene tenet matrimonium. nunquid ergo peccat cognoscendo, cum iurauerit non cognoscere? Dicunt quidam ꝙ prima uice peccat, sed postea non; & ijdem dicunt ꝙ post uotum simplex prima uice cognoscens uxorem, peccat; quia si semper peccaret cognoscendo, tale matrimonium illicitum esset. sed hoc nihil est; sed dico quod non peccat cognoscendo, licet contra iuramentum faciat; sed tunc peccat quando fidem frangit Deo. Vel dic, ꝙ talis permittat se cognosci, & non cognoscat, & sic saluabit iuramentum, cum potius uideat pati quam agere. Item quæro, cum iuramentum sit de iure naturali, sicut & uotum, quia sicut Dominus præcepit, Vouete & reddite, ita præcepit, Reddas Dño iuramenta tua, quare uotum dissoluit matrimonium, & nō iuramentum? Ad hoc dico, ꝙ iusm non est præstandum nisi subsit necessitas, vt 22. q. 1. ita unde qui tale iuramētum facit, temerarie iurat. vnde fortius est vinculū voti quam iuramentum. secundum nos tñ non est quæstio, quia

Iurans nunquā mulierem cognoscere an possit postea matrimonium cōtrahere.

Matrimonium soluitur uoto, sed non iuramento.

* Imò obligat licet uotū simplex non dirimat contractum. Vide B. Tho. sent. 4. d. 38. q. 1. ar. 5. q. 2. & 3.

quia votum de sui * natura non obligat: sed constitutio circa uotum emissa.

QVOD AVTEM. CASVS. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte dicit Gratian. ut sciamus quorum vouentium matrimonia dissoluantur recurrendum

corpus ex toto alienauerit, & quacunque hora hoc fecerit, ad pœnitentiam admittetur. Nec hoc est contrarium Domino dicenti per prophetam Ezechielem. In quacumque hora, &c. [In vtroque casu.] capituli Innocentij, vel in vtroque casu contra ius Innocentij illius

Quòd aūt vouentes præmissis auctoritatib. iubentur ab inuicem discedere, quorum vero coniugia auctoritatibus August. & Theodori soluenda non sunt, in cap. de ordinatione clericorum euidenter ostenditur. [a] *Illud* [b] *aūt Innocētij, quo virgines sacræ publicè nubentes illo uiuente, cui se coniunxerant, prohibentur admitti ad pœnitentiam; nō ita intelligendum est, vt aliquo tempore excludantur a pœnitentia, quæ dignè pœnitentiam agere voluerint: sed prohibentur admitti ad pœnitentiam, quæ ab incesti copula discedere noluerint. Post propositum namque sacræ religionis non pōt* [c] *Deo per pœnitentiam reconciliari; quæ ad habitum suæ professionis redire neglexerit. Tunc. n. ille, cui se iunxerat, ei defunctus erit, cum ab illius illicitis amplexibus hæc penitus recesserit: vt iste sensus capituli. [Quæ Christo spiritaliter nubūt, si postea publicè nupserint, non eas admittendas esse ad pœnitētiam censemus; nisi hi, quibus se iunxerant, de mūdo recesserint.] eis subaudiendum est, nubentibus. Tūc enim uiri de mundo recedunt, tunc defunguntur; cum ab eorum concupiscentia ipsæ penitus se alienauerint: sicut mundus ei dicitur, mortuus, quem suis illecebris nō adstringit: & ille perhibetur mortuus mundo, qui nihil in mūdo mūdi concupiscit. Hoc aūt sic intelligendū esse ex subsequenti exemplo idem Innocentius ostendit dicens. [Quæcunque viro viuente alteri nupserit, adultera habeatur nec ei agendæ pœnitentiæ locus concedatur; nisi vnus ex his fuerit defunctus.] Hoc de derelicta* [d] *intelligēdum est quæ, si de viuente viro suo alteri nubit, adulter a est: nec ad pœnitētiam admittitur, nisi uel primus reuertatur in puluerem, de quo sumptus est, vel secundus ab eius copula cessando ei moriatur, vt dictum est supra. Quia ergo Christus, cui spiritualiter nubunt, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, restat, ut ille, cui secundo nubunt, eis, moriatur. In utroque* [e] *autem, nisi sic intelligeretur, esset contrarius* [f] *Domino dicenti per prophetam: [In quacumque hora peccator conuersus fuerit, &c. & cunctis interpretibus diuinæ legis inueniretur aduersus. Probatur illud idem auctoritate illius capituli, quo deuota,* [g] *quæ maritum acceperit, prohibetur ad pœnitentiam admitti: nisi uel uterque continentiam professus furit, vel ille, cui se iunxerat, de hoc mundo decesserit.*

dicto c. si uir.
s. ea. quæ Christo.
sup. ea. quę Christo.
ex gl. ordin.
Gal. 6.
Gen. 4.
Rom. 6.
Ezech. 33.
sup. ea. deuotam.

c. sup. eo. deuotam.
a ¶ Ostenditur.] s. 27. dist. §. ulti.
b ¶ Illud.] sup. ea. q. quæ Christo.
c ¶ Potest.] Dignè tunc quis recōciliatur Deo, cum pœnitet de omni peccato de pœn. distin. 5. fratres min⁹ dignè cū pœnitet de quibusdam. de pen. dist. 3. placuit.
d ¶ Derelicta.] Gra. soluit hic ꝑm partē illius c. quę Christo & male. non. n. innuitur a contrario sensu, quòd illū posset habere uirū, cui adulterio fidem dedit uiuente uiro 1. ext. de eo, qui duxit in matri. cum haberet. soluc ergo secūdum partem prout Grat. soluit primā partem.
e ¶ In utroque.] Casu, s. Innocentij.
f ¶ Esset cōtrarius] Innocentius.
g ¶ Deuota.] sup. ea. q. c deuotam.

1 Hoc dictū hodie intelligę ut leg. & nu. ex. de eo qui dux. in matr. c. ult.

SEquitur.] Hæc quæst. diuiditur in quinque parte. In prima intēdit probare quod sponsa sit uxor, quę tamen non est nisi spe futurorum, & non re præsentium. Secunda ibi, [His omnibus.] Tertia ibi, [Apparet.] Quarta ibi, [Sed aliud.] Quinta ibi. [Quod autem.] Io. de Fant.

CASVS. Hic ponitur secūda quæstio, qua quærit, an puellæ desponsatæ uni, liceat, eo dimisso alteri nubere. huic quæstioni (vt facilius explicetur) aliā quęstionem incidētem subiungit, talem scilicet, utrum inter sponsum, & sponsam sit matrimonium. illam primo soluit, allegans pro utraque parte, qua soluta facile soluitur illa, quæ hic principaliter proponitur. & soluit eam. infra eadem. §. iuxta. Probat ergo Gr. quadrupliciter, quod inter sponsum, & sponsam est matrimonium. Primo, per descriptionem matrimonij. Secundo, auctoritate Isidori dicētis, quòd con-

QVAESTIO II.

1 ps S *Equi-*

dum est ad §. supra 37. distinctione, §. vlt. In secunda parte determinat capit. illud, quæ Christo, ubi dicitur, quòd non admittitur ad pœnitentiam Deo deuota, quæ alij nupserit. nisi uir cui se iunxerat, defunctus sit quod sic intelligit Gratian. dicens, quod tunc uir dr̄ ei defunctus. cum ab eius concupiscentia mentem suā, &

consensus facit matrimonium. Tertio auctoritate Io. Chrys. Quarto auctoritate Nicolai, qui dicit solum consensum sufficere ad matrimonium.

a ¶ Sequitur.] Hic depingitur secunda q. an s. desponsata vni eo dimisso possit alij nubere. Cui quæstioni (vt facilius explicetur) subiungit G. aliam q. incidentẽ, s. vtrum inter sponsum & sponsam sit coniugium, & allegat ad vtramq; partem huius incidentis q. eam soluit dupliciter inf. ea. iuxta. scilicet, quod inter sponsum & spõsam est matrimoniũ initiatum, i. non cõsummatum, vel inter sponsum & spõsam dicitur esse matrimonium non re præsentium, sed spe futurorum. Sed his relictis certum est, ꝙ inter sponsum & sponsam nõ est matrimonium proprie sumptis vocabulis. Sponsus enim a spõ[illegible] dicitur, & sponsalia sunt conuentio & repromissio futurarũ nuptiarum. ff. de spon. l. 1. Et hãc quæstionem tractat G. vsque ad §. Sed cõcedatur. ibi de secunda quæstione dicitur.

Matrimoniũ an sit inter sponsum & sponsam.

Sponsaliũm diffinitio.

b ¶ Viri.] Quia in pari sexu nõ potest esse matrimonium. est enim matrimonium quiddam habens suum modum existendi per se, & sunt duæ correlationes, & ita plura.

c ¶ Coniunctio.] Animorum. infra eo. cum initiatur. & inf. ea. multorum.

d ¶ Indiuiduam.] Quo ad propositum. perpetuo. n. debet contrahi matrimonium 32. q. 2. solet. dicit lex, quod dotis causa perpetua est, quia eo uoto datur. vt semper apud maritum sit, ff. de iure dot. l. 1.

e ¶ Retinens.] Supple diuini & humani iuris communicatio. ff. de ri. nup. l. 1. eiusdem enim religionis debẽt esse, C. de Iudæ. nequ. s. 28. q. 1. caue. Sed obijcitur de matrimonio quòd est apud infideles, si alter non vult sine contumelia creatoris habitare cum fideli dissoluitur matrimonium. non ergo est indiuidua coniunctio. Sed dic ꝙ tunc lex dissoluit, non homo. vt 33. q. 2. quos Deus. quia tunc contumelia creatoris soluit ius matrimonij, ut extra de diuor. gaudemus.

Matrimoniũ infideliũ bene dissoluit.

f ¶ Efficiens causa.] infra 29. q. 2. si quis ancillam.

g Matrimonium.] ¶ Coitus.] Nisi cũ sponsalia contracta sunt sub conditione. tunc enim per coitum receditur a conditione, ut extra de condi. appo. de illis.

h ¶ Sed voluntas.] Idest, uoluntarius consensus: uerbis tamen legitimis expressus: requiritur. n. quòd consensus sit voluntarius: & non coactus. extra de sponsa. cum locum. verba enim requiruntur quantum ad ecclesiam, 1 ut extra de sponsa. tuæ.

Consensus matrimonij an sit uoluntarius.

1 De hoc se. & no. 43. di. sit rector. & ib. plene dixi.

i ¶ Sed uoluntatis.] Vtriusq; interuenientis. quod fit quando maritus & uxor se absoluerunt ab exactione reddendi debiti cã continentiæ. inf. ea. Agathosa: & in Auth. vt li. ma. & auiæ. §. si vero ex consensu. coll. 8.

k ¶ Voluntate.] Hoc vult dicere, ꝙ non sufficit corpore recessisse, si mente nõ recesserint, v. ff. de [illegible] l. 3. §. in amittẽda. ff. de capti. & postli. nihil interest. & ff. de ædi. edi. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonẽ. Hoc autem scias, ꝙ licet dominus aliquis nolit esse dominus rei alicuius, non ideo perdit dominium. secus est in possessione. ut ff. de acq. poss. si quis ui. §. 1.

Dñium non ita facile perditur ut possessio.

tur [a] *secunda quæstio, qua quæritur, an puellæ alteri desponsatæ possint renunciare priori conditioni, & transferre sua vota ad alium.*

1 *Hic primum videndum est, an coniugium sit inter eos.*

2 *Secundo, an possint ab inuicem discedere.*

Eos autem coniuges esse, & ex diffinitione coniugij, & auctoritate multorum facile probatur. Sũt. n. nuptiæ, siue matrimonium, viri [b] *mulierisq; coniunctio* [c] *indiuiduam* [d] *vitæ consuetudinem retinens.* [e] *Inter hos autem fuit coniunctio, quæ indiuiduam vitæ consuetudinẽ exigebat. Fuit enim inter eos consensus, qui est efficiens causa matrimonij, iuxta illud Isidori: [Consensus facit matrimonium.]*

Sent. 4. dist. 27. Iuo p. 8. c. 1. Pann. l. 6. c. 1.

inf. ead. c. coniuges. inf. ead. omnes.

Item Ioannes Chrysostomus, [idest auctor operis imperfecti, homilia 32 in Matthæum.]

C. I.

MAtrimonium quidem nõ facit coitus, [g] sed volũtas: [h] & ideo non soluit illud separatio corporis, sed separatio voluntatis. [i] Ideo qui dimittit coniugem suá, & aliam nõ accipit; adhuc maritus est. Nam etsi iam corpore separatus est; tamen adhuc voluntate [k] coniunctus est. Cum ergo aliam acceperit; tunc plene dimittit. Non ergo qui dimittit, mœchatur; sed qui alteram ducit.

Sent. 4. dist. 27. Iuo p. 8. c. 233.

Item Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum, c. 3.

C. II.

SVfficiat secundum leges solus [l] eorum consensus,

Sent. ibidem.

CVM ERGO. CASVS. Infert G. ex supradictis, ꝙ inter sponsum & sponsam est matrimonium: quia consensus inter eos matrimonium facit. Postea quærit qs consensus matrimoniũ facit, an cõsensus cohabitationis, an carnalis copulæ, an uterque. si consensus cohabitationis matrimonium facit, tunc frater cum sorore matrimonium faceret, quòd falsum est. Item nec carnalis copulæ consensus, quia sic hoc inter Mariam & Ioseph non fuisset matrimonium: quia illa proposuerat continere. & hoc in prima parte. In secunda parte dicitur, ꝙ Maria non fuit rea uoti uirginalis, & excusat eam quia proposuerat uotum uirginitatis sub tacita conditione, nisi Deus aliter reuelaret uotum tamen illud ore non expressit, deinde diuina reuelatione in carnalem copulam consensit; & exinde [illegible] uirginitate uotum corde conceptu [illegible] cum uiro [illegible] expressit & seruauit expressum. In tertia parte determinat dicens ꝙ uterq; consensus simul cohabitandi, & indiuiduam vitæ, & c faciunt matrimonium. sed hoc ultimũ est allegatio. Secunda pars incipit ibi, [Si ergo.] Tertia ibi, [Consensus ergo.] Postea, i. postquam. [Ex corde,] scilicet uotum inter istos in themate positos. & quod ipsi sint coniuges, [illegible] sequentia.

l SVfficiat.] ¶ Solus.] Verba enim tantum necessaria [illegible] ad [illegible] sponsæ, & exponãt quidam [illegible] leges, [illegible] secundum canones. Sed ubi sunt isti canones? immo potius uidetur contrarium per canones infra 32. q. 2. c. ult. & pe. Sed dic ꝙ illi canones

nones sunt. 29.q.2.si quis, extra de cõiug. seru. c. 1. extra de rapt. cum causam. Vel dic secundum, prout sonat litera. Sed [illegible] dictio, solus, non excludit cõsensum parentum [illegible] tãtum alias solennitates, quæ sunt circa matrimonium, q.d. solus eorum consensus est causa esse-

a ¶ Quomodo.] Licet hoc interrogaret, non tamẽ dubitauit de uerbis angeli: sed dubitauit quomodo illud posset fieri, ut sint duæ partes, quo & modo: de modo enim dubitauit, non de facto.

b ¶ Voti virginalis.] Sic ergo patet, ꝙ Maria non uouerat cõtinẽtiam, sed proponebat uouere: & virginitatẽ cõseruare, nisi Deus aliter reuelaret, vel lex prohiberet, uel parẽtes cogerẽt: & inde est, ꝙ licite potuit cõtrahere matrimoniũ Deo reuelãte, si vouerat etiã solẽniter: quia vota fuit sub cõditione, immo q̃tumcũque absolutũ sit uotũ, semper intelligit excepta auctoritas maioris, ut extra de iureiu. venientes. similiter hoc subintelligit, si res in eodẽ statu permaneret, 22.q.2. ne quis. & ff. de solut. l. cum quis & hoc si tibi seruatur fides, extra de iureiurã. peruenit. & hoc si numerauit pecuniam, ut C. de nõ nũ. pec. indubitati. & honestę & possibiles, ut extra de iureiur. quemadmodum, & alias posui. 32.q. vlt. cap. vno.

Consensus parẽtum an sit in matrimonio requirendus.

Maria non vouerat absolutè.

de quorum coniunctionibus agitur. Qui consensus si in nuptijs solus fortè defuerit; cætera omnia etiam cum ipso coitu celebrata frustantur.

¶ *Emendatum est caput hoc ex ipsis Nicolai responsis.*

Cum ergo inter istos consensus intercesserit, qui solus matrimonium facit: patet hos coniuges fuisse. Sed quæritur, quis consensus facit matrimonium, an consensus cohabitationis, an carnalis copulæ, an uterque. Si cohabitationis consensus matrimonium facit; tunc frater cum sorore matrimonium potest contrahere; si carnalis copulæ, inter Mariam & Ioseph non fuit coniugium. Vouerat enim Maria se uirginem perseueraturam. Vnde ait Angelo: [Quomodo [a] fiet istud, quoniam uirum non cognosco?] id est, me nõ cognituram proposui. Neque enim quia tunc uirum non cognoscebat: necesse erat inquiri, quomodo posset filium habere: sed quia nunquam se cognituram proposuerat. ¶ Si ergo contra suum propositũ postea consensit in carnalem copulam: rea facta est uoti virginalis [b] mente, & si non opere † uiolati. Quod de ea sentire nefas est: sed sicut August. ait.

Luc. 1.

† al. corpore.

Sent. 4. dist. 30.

C. III.

BEata Maria proposuit se seruaturam votum virginitatis in corde; sed ipsum uotum uirginitatis nõ expressit ore. [c] Subiecit se diuinæ dispositioni, dum ꝓposuit se perseueraturam virginẽ, nisi Deus aliter ei reuelaret. Committens ergo uirginitatẽ suam diuinæ dispositioni; consensit [d] in carnalem copulam non illã appetendo, [e] sed diuinæ inspirationi in utroque obediendo. Postea uero filium genuit, & quod corde conceperat, simul cum viro labijs expressit, & vterque in virginitate permansit. ¶ Consensus [f] ergo cohabitãdi, & indiuiduã vitæ consuetudinẽ retinendi interueniens, eos cõiuges fecit. Indiuidua uero uitæ consuetudo est talẽ se in omnibus exhibere uiro, qualis ipsa sibi est, & ecõuerso. Ad indiuiduam itaque cõsuetudinem pertinet, absque legitimi consensu uiri, & orationi aliquãdo non posse vacare, nec continentiam profiteri. Quia ergo iste consensus fuit inter eos; patet eos coniuges fuisse.

Hactenus magister.

¶ *Caput hoc in uetustis exemplaribus coniunctum est superiori: & uidetur à collectore ex varijs locis B. Augustini potissimum ex libello de uirginitate confectum.*

[*Ioannes Chrysostomus,*] *id est auctor operis imperfecti, hom. 32. in Matth.*

Iuo p. 8. c. 233.

PALEA. C. IIII.

OMnis res per quascunqne causas nascitur, per

c ¶ Ore.] Expressio .n. oris in uoto multũ operatur, vt extra de vo. & vo. rede. literarũ. ar. ĩ. ea. duobus, ĩ si. ar. de pę. di. 1. magna. in prin. vr̃tũ ꝙ quo ad Deũ nõ sit necessaria oris cõfessio. 22.q.5. humanæ, & cap. cauete, & 24.q.5. si qd. sed tñ secus est in uoto tacito, q̃ expresso. nã dicit lex, ꝙ si legaui tibi decem, si volueris, tale legatum nõ trãsmittes ad hæredes, nisi primo expressẽris te voluisse; secus uerò est si legauero, tibi x. purè: quia illud trãsmittes. ff. de le. 1. si ita legatũ sit. §. illi si uolet. immo nec uotũ dicit conditionale vbi cõditio subintelligitur, ut ff. de cõditio. & demonst. cõditiones, quæ. Ioan.

Votũ quoddam est expressũ, quod dam tacitũ.

effectiua matrimonij, ideo nõ sunt cõtrariæ leges illę. C. de nupt. nec filium ff. de ritu nupt. nuptię. q̃ dicũt, quod in matrimonio requiritur consensus parentum. Sed dic, quòd requiritur ex honestate, non ex necessitate. 30.q.5. nostrates.

† Ad hoc 32.q.2.c. ul. ibi uideas.

d ¶ Consensit.] Infra ea. prius quam.

e ¶ Appetendo.] Argum. ꝙ aliquis consentit in aliquid non tamen vult illud fieri. 8.q.1. audacter. Vel dic sicut in glos. sic ergo patet.

f ¶ Consensus.] Id est, maritalis affectus.

Cum

Cum initiatur.] CASVS. Probat in hoc cap. Ambros. quòd si matrimoniali consensu mulier tum viro iũgatur, matrimonium est inter eos, etsi carnalis cõmixtio nõ interuenerit, uel defloratio virginitatis. Sequens capitulum planum est.

est gratuitus. nam statim post consensum mutuum de præsenti tenetur reddere debitũ petẽti. [1] habet tamen alter exceptionem usque ad duos menses, per prædictã decret. nisi dicatur aliud speciale de duobus diebus, vel vno. 30. quæstio. 5. sponsus. ͡ ad institutum. hoc tamẽ est

[1] Ad hoc facit quod no. infra 36. q. c. 1. in fin.

a ¶ Cũ initiatur.] id est incipit, & existit. Ex hoc sumpsit Grat. suam di. scilicet matrimonium aliud initiatũ, aliud cõsummatũ, ut ͡. e. §. iuxta. Sed tu dic, quod hoc refert ad actus, qui cõsiderãtur circa matrimonium, nã primo cõsẽtit, postea cognoscit. Vel initiatur quo ad significationẽ, vt dicemus ĩfra ea. qua ꝓpter non quo ad sui essẽtiã, cũ matrimoniũ sacratissima res sit, & ꝙ cito est ꝑfectũ, & cõsummatũ quo ad sui essentiã nec recipit sectionẽ nec ĩterstitia tẽporum.

Matrimoniũ est res sacratissima.

b ¶ Pactio.] i. consensus de præsenti.

c ¶ Non cum uiri.] Argum. cõtra extra de eo ꝙ dux. in matrimo. significauit. nã ibi dicit, quod copula carnalis facit matrimonium: sed illud referas ad ꝓsumptionẽ, ff. de donatio. inter virũ & vxo. cum hic. §. si mulier ff. de ritu nuptiarum. l. 4.

d ¶ Coniuges verius.] Comparatiuus ꝓ positiuo, uel verius. id est sanctius, & honestius quàm à coitu. sicut inter Mariã & Ioseph. argu. 33. q. 5. quod Deo.

e ¶ Prima.] dicit H. quòd vna fides, qua vir vxori, & cõuer so debet mutuã seruitutem, & etiã castitatem. secundũ hoc expone, prima fide, id est, primo à fide despõsationis. alijs dicunt, ꝙ duæ sunt fides. Prima ẽ qua ei debet castitatem, arg. 28. q. 1. caue. Secũda qua mutuã seruitutẽ ei debet: sed hoc nõ nisi post duos mẽses, extra de conuersio. cõiu. ex publico. & secundum priorẽ expositionẽ ex prima vtrumque debet, ut prædixi. unde secũdũ eos primus coitus neque est certum, quòd post primum coitum statim iure seruitutis petatur coitus quandocunque placuerit. Ioan.

Fides inter coniuges est duplex.

easdem † dissoluitur. Matrimonium enim non facit coitus, sed uoluntas: & ideo nõ soluit illud separatio corporis, sed separatio voluntatis. Ideo, qui dimittit cõiugem suam, & aliam non accipit; adhuc maritus est. Nã & si corpore iam separatus est; tamen adhuc voluntate cõiũctus est. Cũ ergo aliã acceperit, tũc planè dimittit. Nõ ergo qui dimittit, mœchatur: sed qui alteram ducit.

† *al. ipsas.*] orig. s. e. matrimonium. extra de reg. iu. c. 1.

¶ *Palea hæc est in multis uetustis codicibus. Initium vero usque ad uer.* Matrimonium. *est regula prima de regulis iuris, quæ est in Decretalibus. Verba autem homiliæ 32. sunt hæc:* omnis res, per quas causas nascitur, per easdem absoluitur. Matrimonium, &c.

Item auctoritate probantur esse coniuges: ait enim Ambrosius in libro de institutione uirginis, c. 6.

¶ Coniugalis pactio, non virginitatis defloratio coniugium facit. C. V.

Sent. 4. dist. 27. Ans. l. 10. c. 1. Iuo p. 8. c. 2. Pann. l. 6. c. 14. Poly. l. 6. tit. 4.

Cum initiatur [a] coniugiũ; tunc coniugij nomẽ asciscitur. Non enim defloratio virginitatis facit cõiugium, sed pactio [b] coniugalis. Denique cum iungitur puella, coniugium est: non cum uiri † [c] admixtione cognoscitur.

† *al. virili.*] orig.

Item Isidorus Etymologiarum lib 9. c. 7.

¶ A prima fide desponsationis coniuges verius appellantur. C. VI.

Sent. ibidem. Iuo p. 8. c. 3. Pann. l. 6. c. 15.

Coniuges verius [d] appellantur à prima [e] despõsationis fide: quamuis adhuc ignoretur inter eos cõiugalis concubitus.

PALEA. C. VII.

Qvòd conditio interposita non ualeat, ex concilio Africano probatur.

¶ *Palea hæc abest ab oĩbus collatis exẽplaribus, duobus exceptis: in quorũ altero emendatiore ponitur tanꝙ̃ summa seq. ca. In neutro aũt ad finẽ ca. præcedẽtis erãt verba illa,* Item ex concilio Africano, *& ideo sublata sunt.*

[De eodem.] PALEA. C. VIII.

Extra de conditio. appos. cap. quicunque.

Qvicunq; sub conditionis nomine aliquã dispõsauerit, & eam postea relinquere uoluerit: dicimus, quòd conditio frangatur, & desponsatio irrefragabiliter teneatur.

¶ *Hæc palea etiã in Decretalib. tit. de cõd. appos. c. qcũque. & in collectione in quinquaginta partes diuisa (q̃ ĩ tomis cõciliorũ est post decreta Alexãdri iij.) par. 6. c. 5. citãt ex cõcilio Africano. Sed ĩ eo qđ extat, nõ hẽtur.*

Item Augustinus de nuptijs, & concupiscentia, lib. 1. cap. 11.

¶ *Sic est restitutum ex Iuone, cum antea citaretur, liber de bono coniugali.*

Con-

COniunx.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ Maria habuit verum nomen coniugis, & non mendax: quam Ioseph non cognouerat, nec fuerat cogniturus, qui fuit pater Christi, & maritus matri eius: sed vtrumque fuit mente, & non carne. [Vocatur.] beata Virgo [Non

ligatur, [idest bonum quod est matrimonium, quia sacramentum matrimonij (vt dicit) nihil aliud est quam ipsum matrimonium. Sed dic ꝙ sacramentum matrimonij dicitur hic inseparabilis coniunctio animorum: vel ẽt mutua seruitus: quorum vtrumq; est bonũ matrimonij. sine his aũt bonis matrimoniũ cõtrahi nõ põt, postea vero sine his esse põt.

¶De eodem. C. IX.

al. ex. Sent. ibidem. Iuo p. 8. c. 14. al. peiera- Pann. l. 6. c. 16.

COniunx vocatur [a] a † prima fide desponsationis: quam concubitu non cognouerat Ioseph, nec fuerat cogniturus: nec perierat † nec mendax manserat cõiugis appellatio: vbi nec fuerat, nec futura erat vlla carnis cõmistio. *& inf.* ¶Propter quod fidele [b] coniugium parentes Christi vocari ambo meruerunt, non solum illa mater, verum etiam ille pater eius, sicut coniunx matris eius, vtrumque mente, non carne.

Idem in eodem libro, & capite.

¶Triplex bonum coniugij fuit in parentibus Christi. C. X.

Sent. 4. d. 30. Iuo p. 8. c. 15. Pann. l. 6. c. 30. Ibidem c. 12.

OMne [c] itaque nuptiarum bonum impletum est in illis parentibus Christi, proles, fides, sacramentum.[d] Prolem cognoscimus ipsum Dominum Iesum: fidem, qa nullum adulterium: sacramentum, quia nullum diuortium, [e] solus ibi nuptialis concubitus non fuit, quia in carne peccati fieri non poterat [f] sine vlla pudenda carnis concupiscentia, quæ accidit ex peccato: sine qua concipi voluit, qui futurus erat sine peccato.

Deut. 22. *Item in Deuteronomio præcepit Dominus Moysi dicens, [Si quis sponsam alterius in agro oppresserit, morte moriatur: [g] quia uxorem alterius uiolauit.] ¶Item in legibus principum sponsa iubetur lugere [h] mortem sponsi, tanquam viri sui.*

Item in canonibus inuenitur.

¶Frater sponsam fratris post eius mortem ducere non potest. C. XI.

inf. ead. si quis.

i SI quis desponsauerit sibi aliquam, & præueniente mortis articulo eam cognoscere non potuerit; frater eius non potest eam ducere in vxorem.

Item Gregorius Mauritio Imperatori ob quendam comitem, qui nepotis sui mortui desponsatã duxit vxorem

d ¶Sacramentum.] idest, inseparabilitas ad tempus non potest contrahi matrimonium, ut 32. q. 2. solet. sicut nec filiũ adoptare ad tempus possum. ff. de adopt. l. si quis. Io. — *Matrimoniũ ad tẽpus nõ contrahit.*

e ¶Nullum diuortium.] imò inseparabilis coniunctio animorũ, ĩ. ead. §. ecce. cõtra ibi dicitur, inter Mariã, & Ioseph fuit diuortiũ, sed ibi impprie fuit diuortium. s. corporalis separatio causa honestatis tantum facta: proprie autẽ diuortium est separatio corporalis, quæ causa delicti sit. — *Diuortium quid proprie significat.*

f ¶Non poterat.] Hic colligit, quod maritus nõ põt esse cum vxore sine peccato, arg. 33. q. 4. vir cum propria. Argu. contra 12. dist. nerui. De hoc dicemus 33. q. 4. vir cum propria.

g ¶Moriatur.] 34. q. 2. non satis.

h ¶Lugere.] i. intra tẽpus luctus non cõtrahere, & insignia luctus deferre. Et est multiplex cã quare prohibetur contrahere intra tempus luctus, ne fiat perturbatio sanguinis, pp incertitudinem, quia nesciretur cui partus illo tempore editus ascriberet. ar. ff. de his qui not. infa. liberorum, & C. de repu. consensu. Altera est maritalis reuerentia. ar. C. de secun. nup. l. 2. Tertia est ne qua causa malignæ suspicionis præstetur secundo viro. in auth. de resti. & ea. quæ parit. §. vlt. coll. 4. tempus autem luctus est xij. mensium, C. de secun. nup. l. 2. hodie diminutus est feminis luctus iste. non enim compelluntur tristem habitum deferre. C. de his qui not. infa. decreto. — *Mulier intra tempus luctus certis ex causis contrahere prohibetur.*

[Non cognouerat.] Ioseph.

a ¶Vocatur.] Sup. 33. dist. c. vlt.

b ¶Fidele.] Idest, ex fide non tamen vsu carnis consistebat.

OMne itaque.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ in nuptijs Mariæ & Ioseph fuit omne bonum nuptiarum. s. proles, fides, & sacramentum. Proles. s. Christus. Fides castitatis. Item sacramentum, quia inter eos fuit inseparabilis coniunctio animorum, & inter eos nullum diuortiũ interuenit: solum carnale cõmercium defuit inter eos, quod sine peccato fieri non poterat, sine quo ipsum decuit nasci, qui sine peccato erat futurus. Sequens cap. patet: quod potest intelligi non solum sponsa de præsenti, sed etiam sponsa de futuro, & tunc interuenit publicæ honestatis iustitia.

c ¶Omne.] Gandulphus dixit duo esse tantum bona matrimonij, scilicet fidem, & prolẽ, sed ipsum sacramentum non esse bonũ matrimonij, nisi intransitiue intel- — *Matrimonij bona sũt tria quid dicat Gãdulphus.*

SI quis.] Hoc capit. intelligitur de sponsa de præsenti: aliter non faceret ad propositum. quia sponsa de futuro non est uxor, quod tamen sequitur quod non possit duci a fratre, obtinet etiam in sponsa de futuro: dum tamen post septem ann. facta sit desponsatio: aliàs secus: extra de despon. impub. literas, &c. accessit, & hoc casu est impedimentum publicæ honestatis iustitia, i non affinitatis, quia illa non est nisi interueniat carnalis copula, infra ead. capitu. lex diuinæ.

i Quæ quidẽ impedit matrimonium, & dirimit, vt patet in eo ꝙ leg. & no. ex qui filij sint leg. referente, & de despon. impu. duo pueri.

C. XII.

QVi desponsatam puellam proximi sui acceperit in coniugium; anathema sit ipse, & omnes consentien tes ei, quia s̄m legem Dei mori decernitur. ¶Nam diuinę legis est mos sponsas appellare coniuges, vt in Euangelio, [Accipe Mariam coniugem tuam.] Et illud in Deuteronomio, [Si quis cuiuslibet hoīs desponsatā puellam in agro, vel in quolibet loco oppresserit, vel abduxerit in domū suā; moriatur: [a] quia vxorē proximi sui violauit:] non quæ iā vxor erat, [b] sed quæ a parentibus vxor fieri debebat: *& inf.* ¶Sicut nulli Christiano licet de sua consanguinitate, vel quam cognatus suus habuit in matrimonium assumere; ita & de consanguinitate vxoris suæ.

Sent.4.d.27. Ansl.l.11.c.93. Poly.l.6.tit.4. Leuit.20. Matth.2. Deut.22. inf.35.q.2.nullum.

¶*Apud Anselmum ante hoc caput est hic titulus rubris literis descriptus.* Capitula B. Greg. doctoris de linea consanguinitatis edita. *Postea vero est hic alius titulus nigris literis descriptus.* Mauritio Imperatori ob delatum quendam comitē, qui nepotis sui mortui desponsatam virginem duxit vxorē. *Deinde sequitur.* Qui despōsatam, &c.

Item Hieronymus.

¶Vxore mortua licet viro aliam ducere, sed non repudiatam, vel desponsatam. C. XIII.

ADditur [c] aliud quartum coniugium legitimum. Dū mortua fuerit vxor cuiuslibet, licet illi accipere aliam, sed non repudiatam, nec desponsatam viro, sed liberā: similiter debet, & mulier. Vnde & Paulus ait, [Mulier, quæ sub viro est, ligata est sub lege viri, quamdiu viuit vir eius.] Viro igitur viuente vocatur adultera, si iuncta fuerit alij viro. Si autem mortuus fuerit vir eius, libe rata est a lege viri: ita ut nō sit adultera, si coniuncta fuerit cum altero viro [d].

Iuo p.8.c.41. Pann.l.6.c.34. Rom.7.

¶*Ab Iuone ante hoc caput refertur caput, tria inf.36.q.2. Neutrum tamen apud B. Hieronymum est inuentu.*

Item Gregorius.

¶Post mortem alicuius nullus de eius consanguinitate sponsam accipiat. C. XIV.

ij SI quis vxorem desponsauerit, [e] vel eam subarrhauerit, [f] quamquam postmodum preueniēte die mortis eius nequierit eam ducere [g] in vxorem; tamen nulli de consanguinitate eius licet accipere eam in coniugio. Quòd si inuentum fuerit factum; separetur omnino.

Sent.ibidem.]

Item Iulius Papa.

¶*Sic est emendatum ex manuscriptis & Magistro. Nā in vulgatis erat.* Iulianus. *In Polycarpo autem citatur,* ex concilio Triburiensi a Iulio Papa confirmato. *In quo titulo subest aliquod mendum.*

QVi desponsatam.] CASVS. Hoc capit. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, quod nullus ducat in uxorem sponsam alterius: nec consentiat ducenti: alioquin excōicetur. In secunda parte dicitur, ꝙ nomine sponsæ intelligitur uxor: quod probat Gregor. primo per Euangeliū. secūdo per Deutero. In tertia parte ostendit, ꝙ nec consanguineam, nec affinem debet quis ducere in vxorē. Secunda pars incipit ibi, [Nam diuinæ. Tertia ibi, Et inf. [Non quæ,] Verba sūt Gregor. [Vxor erat,] idest, carnaliter cognita. [A parentibus fieri,] idest, coniungi, & tradi sponso. [Vxor,] idest, carnaliter cognoscenda.

a ¶Moriantur.] 34. q.2. non satis.

b ¶Iam vxor erat.] idest, carnaliter cognita, & sunt uerba Gregorij.

ADditur.] CASVS. Dr̄ hic, ꝙ p̄ter tres species matrimonij positas. s̄. 36. q. 2. tria. cuius pars est hoc c. additē hæc quarta species, scilicet, cū quis mortua vxore sua, vxorē accipit non repudiatā, uel desponsatam alteri, sed absolutā. Idem dicitur de muliere, quę si uiuente viro contraheret, adultera esset, ut probatur auctoritate Pauli.

c ¶Additur.] Hoc c. continuatur illi 36. quæst.2. tria. & cap. nullus.

d ¶Cum altero viro.] non consanguineo prioris.

SI quis uxorem.] CASVS. Hoc cap. & seq. per se patent, & possunt intelligi de sponsa de præsenti, uel de spōsa de futuro, & s̄m hoc erit ibi publicæ honestatis iustitia. Seq. §. patet, & allegat amodo Gratia. pro parte contraria.

e ¶Desponsauerit.] Videtur ergo ꝙ alterū istorū per se sufficiat ad hoc, ꝙ sit matrimonium, & ita per arrhas probantur sponsalia. Sed dicendum, uel, idest, etiam subarrhauerit præcedente dispensatione. Vel dic, ꝙ alterum sufficit, quia & si subarrhat, licet non consentiat, præsumitur pro sponsalibus, & matrimonio, donec probatur contrarium. argu. 27. di. quod interrogasti. & 30. q. 5. nostrates, & ca. fœminæ. ... an verbo, vel facto declararet quis uoluntate ... 45. distin. c.1. fit autem hæc subarrhatio per immissionem annuli. licet non consentiat semper, quia est signum amoris. Dicitur de hoc 30. quæstio.5. nostrates, & c. fœminæ.

Voluntas verbo aut facto declarari potest.

f ¶Subarrhauerit.] Extra de præsumpt. illud contra.

g ¶Ducere.] idest, carnaliter cognoscere.

Siquis

a SI quis.] ¶ Alijs.] Puta frigiditate, uel ex maleficio. & ita idem iuris est siue dispensatio interueniat de solo facto, siue de iure. & ita si quis dispensauit consanguineam suam, vel aliquam aliam, cū qua ipse contrahere non possit, & separat ab ea, nullus de cōsanguinitate

periculum, nec est contra. extra de spon. iuuenis. nam ibi post septennium tentauit, &c.

HIS OMNIBVS. Hæc est secunda pars q. in qua probat, ꝙ non sit uxor, si carnis commixtio non interueniat: nam si esset vxor, non posset intrare monasterium illo incōsulto. spōsa pōt uiro etiam contradicēte, & inconsulto. & hoc probat per 19. capita. Ioan.

Sent. ibidem. Poly. l. 6. tit. 4.

¶ De eodem. C. XV.

iij SI quis desponsauerit vxorem, vel subarrhauerit, & siue præueniēte die mortis, siue irruentib. quibusdam alijs [a] causis, minimè eam cognouerit; neque eius superstes frater, neq; ullus de consanguinitate eius eandem sibi tollat in vxorem vllo vnquam tempore.

2 *His omnibus auctoritatibus probantur isti esse coniuges. Sed Augustinus testatur contra, dicens.*

Sent. 4. dist. 26. Pann. l. 6. c. 144.

¶ Non est inter eos matrimonium, quos non copulat commixtio sexus. C. XVI.

NOn est dubium illam mulierem non pertinere ad matrimonium, [b] cum qua commixtio sexus non docetur fuisse.

¶ Caput hoc non est inuentum apud B. Augustinum: & videtur summa seq. c.

Item Leo Papa seq.

Leo epis. 90. ad Rusticum. c. 4.

¶ Illa mulier non pertinet ad matrimoniū, cum qua non celebratur nuptiale matrimonium. C. XVII.

Sent. ibidem. Burc. l. 9. c. 1. Iuo p. 8. c. 74. & Pann. l. 6. c. 23. Cap. l. 7. c. 105.

CVm societas [c] nuptiarū ita a principio sit instituta, vt preter cōmixtionem sexuum non habeant in se nuptiæ cōiunctionis Christi, & ecclesię sacramentum, [d] non dubiū est illam mulierē non pertinere ad matrimoniū, cum qua docetur non fuisse nuptiale ministeriū. [e]

¶ In codicib. epistolarū Leonis impressis, & manuscriptis in epist. 90. al. 92. ad Rusticum, c. 4. itemq; apud Burchardū, & Iuonem longè aliter hēt hic locus. Cum societas, inquit, nuptiarum ita ab initio constituta sit, ut pręter sexuū coniunctionem haberet in se Christi, & ecclesię sacramentum; dubium non est, eā mulierem non pertinere ad matrimoniū, in qua non docetur nuptiale fuisse mysterium. *Verum, vt respondeat verbis Grat. qui manifestè utitur hoc loco deprauato, item quo Magistri, & glossæ, & posteriorū doctorū, nihil est in textu mutatū.*

[Benedictus seruus seruorum Dei, Grandensi patriarchæ salutem, &c.

PALEA. C. XVIII.

† *al. sedem.*

LEx diuinę constitutionis Apostolicam cathedrā †

NOn ē dubiū.] CASVS. Carnalis legebat hoc c. de arcta: sed H. & Bene. intelligunt hoc cap. de qualibet matrimonialiter ducta: & qđ dr̄ ibi non ptinere ad matrimoniū. i. ad aliqđ, uel quodlibet sacramentū matrimonij, qđ significat cōiunctionē Christi, & ecclesiæ, q̄ coniunctio facta fuit ī utero virginali. Sequens ca. per te uidebis, quia planū est: & exponit illud c. non dubium. Sequitur postea quędam palea, quæ sic incipit, [Lex diuinæ.] quæ in scholis non legitur. Et §. q postea sequitur, scilicet. [Item Apostolus,] planus est.

b ¶ Ad mr̄imoniū.] Quia habet in se sacramentum coniunctionis Christi, & ecclesię, & animæ fidelis ad Deum per charitatē. inf. ea. ca. seq. ext. de big. debitum. Quidam intelligunt hoc c. de arcta: & exponunt non fuisse. i. esse non potuisse propter arctationē. Ioan.

c CVm societas.] Sic matrimonium se habet ad instar societatis. ar. extra de spon. præterea pōt ergo matrimonium contrahi per

nitate sua eā ducere potest. & ita monachus poterit impedire consanguineos suos, licet frigidus natus sit, qđ concedit H. & hoc satis potest concedi, ꝙ siue sit monachus, siue frigidus, siue deuotus, siue sectus, ꝙ sponsalia illius impediunt matrimonium. arg. extra de spō. ad audientiam 1 nam propter despōsationē, quæ nulla est, notatur quis infamia. ff. de his, qui no. infa. quid ergo. §. cum autem, extra de biga. nuper. unus tamē casus excipitur, quādo intra septennium facta est despōsatio. extra de desponsa. impu. accessit. Item in alio casu non impediunt sponsalia de facto sequens matrimonium, ut extra de eo qui dux. in matrimo. significauit. Sed quæ ratio est, quare sponsalia, quæ nulla sunt impediunt matrimonium? Et potest dici sufficere ita scriptū esse: vel ideo, quia quādoq; probaretur monachus: qui nō esset in rei ueritate, uel frigidus: & ita esset ibi

absentes, sicut & societas. ff. pro soc. l. quarta, argumē. 30. quæstio. 5. nec illud. & ad instar societatis se habet, extra de spon. præterea. Et est argu. ꝙ matrimonium non fuit institutum per illa uerba. Hoc nunc, &c. sed ꝑ illa, quæ societatem designant: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit, &c. & ita intelligitur illud c. extra de don. inter uirū, & uxo. significauit, ubi dr̄, ꝙ ea quæ lucrantur uir, & uxor, cōiter obueniunt eis. Et est si. ff. rerum amota. l. 1. ubi dr̄, ꝙ uxor domina est. & socia rerum ipsius uiri, sed domina dr̄, quia non potest agi furti, licet furtum committat.

Matrimoniū inter absentes contrahitur.

d ¶ Sacramentum.] Duo sunt sacramenta. unum Dei & animæ: aliud Christi, & ecclesiæ. Dei & animæ, sponsis Christi, & ecclesiæ inter uirum, & uxorem, ut infra ea. in omni. & extra de biga. debitum.

e ¶ Nuptiale ministerium.] id est, carnis commercium.

ITEM.

totius posuit orbis terrarũ magistram; vt quidquid vbique locorum dubitatur, ab ea ratio eiusdem requiratur. Affatus est autem nos suis literis eiusdẽ cathedrę sessorem, ac percunctatus est quidam vestras † nomine Ioannes pro connubio filiæ suæ superstitis: cuius soror defuncta cuidã iuueni, Stephano nomine, simplicibus verbis fuerat despõsata, & antequã ad nuptias perueniret, morte præuenta; vtrum scilicet cum eodẽ iuuene possit matrimonium celebrari superstitis filiæ, necne. Namque testatus est huius rei rationem apud vos haberi ambiguã. Quam Deo docente reddimus his verbis certissimam. Protoplastus ille, radix, & origo nostra detractam sibi costam in mulierem videns formatam, prophetico spiritu inter alia protulit: [Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ; & erunt duo in carne vna.] Quibus verbis innotuit non aliter virum & mulierem posse fieri unam carnem, nisi carnali copula sibi cohæreant. Qui ergo nequaquam mixtus est extraneæ mulieri fœdere nuptiali; quo pacto per nuda sponsionis verba possunt vna caro fieri, nullatenus valemus intueri. Propinquitas enim sanguinis verbis dicitur, nõ verbis efficitur. Sed neq; osculũ parit propinquitatem ꝙ † nullam facit sanguinis commixtionem. Qm̃ verò ita prorsus sese habet res Ioannis istius, ut uelit secundam filiam illi nuptijs copulare, cui primam iam decreuerat desponsare: censura Apostolici *α* magistratus mãdamus hoc absq; vllius criminis vitio posse fieri, si utriusq; partis sederit voluntati. *β* Nã cur prohibeatur, quod prohibendum † nunquam sancta scriptura declarat? Sed neq; mundanæ leges connumeratis personis quæ inter se nuptias non contrahunt, *γ* de huiusmodi aliquid dicunt. Ne ergo abnegetis, quod negãdum nulla rõne docetis. †

† al. vir.
Gen. 1.
† al. quia.
† al. prohibitum.
† al. monstratis.

¶ *Palea hæc habetur in plerisque manuscriptis, Est etiam in prima collectione Decretalium Bernardi Papiensis, & in altera collectione in quinquaginta partes diuisa (quæ est inserta tomis conciliorum post decreta Alexandri III.) par. 6. c. 27.*

α Apostolici.] *In tomis conciliorum est*, censura Apostolica, *in collectione prima Decretalium*, censura Apostolici magisterij.

β ¶ Si vtriusq; partis sederit voluntati.] *Hæc non sunt in collectione concilijs inserta.*

γ ¶ Nõ cõtrahunt.] *In aliquot uetustis, & in prima collectione Decretaliũ legitur*, nuptias cõtrahũt: *in altera aũt collectione*, quibus inter se nuptias cõtrahere non licet.

Item Apostolus a *præcepit, ut vxor reddat debitum viro, & vir vxori, nisi fortè ex consensu ad tempus, vt expeditius vacent orationi. Vnde datur intelligi, quod sine consensu alterius non licet alteri vacare orationi.*

1. Cor. 7.

¶ *Item propositum melioris vitæ vir sumere non potest sine consensu vxoris, & econuerso.*

Vnde Gregor scribit Theotistæ patriciæ, li. 9. epist. 39.

¶ Causa religionis coniugia solui non debent
Cap. XIX.

Sent. 4. dist. 27.
Ansel. l. 10. c. 18.
Iuo p. 8. c. 129.
Pann. l. 6. c. 78.

SVnt, qui dicũt religionis causa cõiugia debere dissol-

ITEM APOSTOLVS. Palea, q̃ hic solet esse, est cõtraria his, quæ diximus s̃. ea. si quis desponsauerit. sed loquit̃ cũ pater promiserat filiam illi: sed ille nõ desponsauerat eam: & quod dr̃ desponsata, i. promissa simplicib. uerbis partis, illa non consentiente 1. Et hoc colligitur ex eo quod dicit̃ circa finem: decreuerat despõsare: uel intra septenniũ desponsauerat.

1 Nec tacitè nec expressè, sic vr̃ intelligere Inno. ꝓut no. extra de despõ. impub. ca. 1. q̃ dic, ut ex l. 6. eo. tit. si infantes, §. porro. cũ duob. §§. seq.

a ¶ Itẽ Apostolus.] ab hoc loco vsq; ad §. ecce. allegat, quòd neuter cõiugũ sine cõsensu alterius põt trãsire ad religionẽ: exinde vsq; ad §. cũ ergo Maria. probat ꝙ uterq; sponsorũ põt. Et ex his concludit ibi, ꝙ inter sponsum & spõsam non est coniugium.

ITEM PROPOSITVM. CASVS. Adhuc probat Grat. inter spõsum, & sponsam nõ esse matrimonium. Quòd sic probat: nam vir sine consensu vxoris nõ põt ingredi religionem. Et hæc est propositio, quã probat vsq; ad §. [Ecce.] Sed sponsus hoc facere potest, ut in §. [Ecce.] Et hæc est assumptio, qua ꝓbat usque ad §. Eum ergo. ibi cõcludit inter sponsum & spõsam non esse matrimonium.

SVnt qui dicunt.] CASVS. Hoc cap. diuidit̃ in duas partes. In prima parte Greg. rep̃hẽdit quosdã, qui dicebant matrimonia ꝓꝑ religionem posse dissolui, quia lex humana hoc ꝑmittebat: sed dicit Greg. hoc non esse uerũ, qa etsi lex humana cõcedat: lex tñ diuina hoc prohibet. Quod probat duab. auctoritatib9 Domini. Nam cum vir, & uxor sint vna caro, nõ debet alter ad religionem transire, & alter in seculo remanere. In secunda

cunda parte dicitur, ꝙ si ex consensu ambo eligant cõtinere, & uitã ducere religiosam causa maioris meriti vel propter emendationem præteriti delicti, hoc facere possunt: sicut multi Sancti fecerunt; sine consensu autem vtriusque hoc fieri nõ potest. Quod probat auctoritate Pauli ac Corinth. Secunda pars incipit ibi, [Si vero.

a ¶ Humana.] in authen. de nupt. §. distrahuntur. colla. 4.

b ¶ Diuina.] sup. d. 10. c. 1.

b ¶ Diuina.] Quæ tunc demum locum habet cum carnalis coniunctio una caro est. extra de conuer. coniug. ex publico.

c ¶ Latori.] idest, Christo, cui nullus resistere potest. 11. q. 3. secundum. 19. q. 2. duæ. Io.

d ¶ Vna.] Fictione iuris uir, & uxor una caro sunt, uel erũt duo in carne una, idest, in uno carnali opere, idest, ad unam carnem, uel, idest ad unam prolem pro creandam? Sic & fornicarij dicũtur una caro. inf. 32. q. 4. in e.

e ¶ In pollutione.] Argu. ꝙ uno intrante monasteriũ possit alter coniugum in sæculo remanere. dũmodo in castitate uiuat non n. uidetur esse causa prohibitionis nisi pollutio. causa ergo cessante cessabit prohibitio. qđ verum est, si est senex, ut ext. a de conuer. coniug. cum sis prædictus.

Monasteriũ intrante vno coniugũ, an possit alter in sæculo remanere.

ui. Verum sciendum est, quia & si hoc lex humana [a] cõcessit; lex tamen diuina [b] prohibuit. Per se enim veritas dicit: [Quod Deus coniunxit, homo non separet.] Qui etiam ait; (Non licet dimittere uxorem, excepta cã fornicationis. (Quis ergo huic cœlesti legislatori [c] cõtradicat? Scimus, quia scriptũ est: (Erũt duo in carne vna. [d]) Si ergo uir & uxor una caro sunt, & religionis causa uir vxorem dimittit, uel mulier uirum in hoc mundo remanentem, uel etiam fortasse ad illicita (uota † migrãtem; quæ est illa conuersio, α in qua vna eadẽque caro ex parte transit ad continẽtiam, & ex parte remanet in pollutione? [e] Si uero utrisque conueniat continentem vitam ducere, hoc quis audeat accusare? quãdo certum est, ꝙ omnipotens Deus, qui minora [f] concessit, maiora [g] non prohibuit. Et quidẽ β multos sanctorum nouimus cum suis coniugibus, & prius continentem uitam duxisse, & postmodum ad sanctæ ecclesiæ regimina migrasse. Duobus enim modis sancti uiri etiam a licitis solent abstinere: aliquando, ut merita sibi apud Deum omnipotentem augeant: aliquãdo, ut anteactæ [h] uitæ culpas detergant. *& infra.* ¶ Proinde cum boni cõiuges aut meritum augere desiderant, aut anteactæ uitæ culpas delere, aut se ad continentiam adstringant, & meliorem vitã appetãt, licet. Si uero continentiam, quam uir appetit, uxor nõ sequitur, aut quam uxor appetit, uir recusat; diuidi coniugium nõ potest: † quia scriptum est: (Mulier potestatem sui corporis non habet, sed uir: similiter & uir potestatem sui corporis non habet, sed mulier.)

Matth. 19.

Gen. 2.

† abest a plerisque cond.

† al. licet.
1. Cor. 7.

α ¶ Cõuersio.] *In originali est*, ista migratio, uel cõuersio.
β ¶ Et quidem.] *Hæc sunt restituta in suum locum, quæ antea trãspositafuerãt inter verb.* licet. *& uersi.* si uero.

Idem Leoni episcopo Catanensi, lib 3. epist. 3 4.

f ¶ Minora.] Hoc tenet ĩ honoribus, vt supra 95. di. illud supra 24. quæstio. 1. miramur.

g ¶ Maiora.] Nõ in honorib⁹, ut supra d. 50. q. sub gradu. & est si. 16. q. 2. uisis. B.

h ¶ Anteactæ.] Et nõne hoc casu augent sibi merita? sic faciunt enĩ vtrĩque: sed in ipso nõ delent culpas. Item nonne coniuges cõmiscẽdo augẽt merita sibi? Sic [1] sed non tãtũ: nec ita expedire [2] licet quidã dicãt ꝙ cum commiscentur, & cã reddẽdi debiti, uel prolis, non merẽtur pmiũ, sed minus supplicium. sed hoc improbat infra 33. quæstio. 5. si dicat. Io.

Coniuges an commiscendo mereant.

1 Vt 33. q. 1. c. 1.
2 Vt inf. 33. q. 4. Christiano.

¶ Absque uiri consensu monasterio mulier deputata ad eius consortium non prohibetur redire.

C. XX.

MVltorum relatione comperimus, hanc apud nos olim cõsuetudinem [i] tenuisse, ut subdiaconi suis licite [k] miscerentur coniugibus. Quod ne denuo qsquã

31. e. c. multorum.
Ansl. l. 7. c. 138.
Poly. l. 4. tit. 31.

MVltorũ.] CASVS. Hug. hũc casum sic ponit, & latius & melius, q̃. Bene. sic dicẽs, Olĩ cõsuetudo erat ĩ Sicilia, ꝙ cõiugati pmouebãtur in subdiaconatũ nõ præmissa cõtinentia, & simul utebãtur matrimonio cõtracto, officio ecclesiastico ꝙ postea à Pelagio pdecessore Gre. fuit prohibitũ sub alternatione, s. vt alterutro essent cõtẽti: scilicet cõsortio vxoris, & cessarẽt ab officio subdiaconatus, vel retinerẽt officiũ subdiaconatus, & cessarẽt a cõsortio vxoris, pter quam constitutionem Speciosus subdiaconus, de quo hic habetur, retẽto vsu coniugis dimisit officium subdiaconatus: postea eo mortuo, relicta eius nupsit alij, quam episcopus separauit a marito, & retrusit in monasterium, scribit ergo Greg. illi episcopo, & præcipit, ut si ita ueritas se habet, eam extrahat de monasterio, & reddat marito, quia ei legitime nubere potuit.

i ¶ Consuetudinem.] Contra 31. dist. ante trienniũ. in princ. sed ibi loquitur post prohibitionem, & dicit B. ꝙ Pelagius fecit tantum unam constitutionem sub distinctione, & illam retractauit Greg. ut ibi notaui. H. d. qđ duas fecit, unam pure, quæ ibi reprobatur: aliam quam hic tangit non reprobando.

k ¶ Licite.] Ante subdiaconatum ductis, quia nec tempore

præsumeret;a seruo Dei sedis nostræ diacono ex auctoritate nostri decessoris isto est modo prohibitũ : [a] ut eodẽ tempore hi,qui iam vxorib.fuerãt copulati,vnũ ex duobus eligerẽt,idest,aut certe [b] nulla ratione ministrare p̃sumerent,aut a suis uxoribus abstinerent. Et,quantum dicitur,Speciosus tunc subdiaconus pro hac re ab administrationis se suspendit [c] officio, & usque in obitus sui tempus notarij [d] quidem gessit officium,& a ministerio, quod subdiaconũ oportuerat exhibere,cessauit. Post cuius obitũ, quia relicta eius.Honorata est marito sociata; a tua eam fraternitate in monasterio cognouimus destinatã.Ideoq;,si, ut fertur, eius se maritus ab administratione suspendit: [e] antedictæ mulieri nõ debet [f] officere, quod ad secundam coniugij copulationem migrauit: p̃sertim,[g] si non tali mente subdiacono iuncta est,ut a carnis voluptatibus abstineret.Si ergo ita se ueritatẽ, quẽadmodum edocti sumus, haberè cognoscis; prædictã te mulierem de monasterio per omnia cõuenit relaxare, vt ad suum maritum sine aliqua possit formidine remeare.

Item Hadriano Pannormitano notario,lib.9.epi.44.

¶ Ad vxorem redire cogatur,qui sine eius consensu religiosam'uestem suscepit. C. XXI.

AGathosa latrix presentium questa est,maritũ suum contra voluntatẽ suam in monasterio Vrbici abbatis esse conuersum. Quod quia ad eiusdem abbatis culpam, & inuidiam non est dubium pertinere; experiẽtiæ tuæ pręcipimus,ut diligẽti inquisitione discutiat,ne forte cum eius uoluntate conuersus sit, [h] uel ipsa [i] se muta

Sent.ibid.
Ansl.l. 10.c.19.
Burc.l. 9. c.48.
Iuo p.8.c. 186.
Pann.l.7.c.84.
Poly.l.6.tit. 4.

pore Apostolorum in subdiaconatu licuit contrahere. 84.d.eum in præterito.

infidelem in domum suam assumat: si se catholicum futurum promittat. Seq. c. planum est, & per te uidebis.
f ¶Hæreticis.] Hæreticus non potest contrahere cum Christiana. 3 Dicit tamen H. ꝙ si contrahit, tenet matrimoniũ: sicut si contraheret cũ excommunicato. De conditionibus, quæ opponuntur in matrimonio, not. 32. q. 2. solet.

3 Vt no. contra. s. ca. proxi. in fin. in gl. hæc clausula in prin.

SI quis.] ITEM ILLVD. CASVS. Gratia. ostendit in hoc §. uel exponit uerbum, quod positum fuit s. ea. q. §. 1. in fine, non est ratum coniugium, quod sine Deo est? faciens trimembrem diuisionem, uel distinctionem matrimonij: dicẽs aliud esse legitimũ, & nõ ratũ, & aliud ratũ, & nõ legitimũ, & aliud legitimũ, & ratũ: & quo libet mẽbro exẽpla supponit, quæ facile per te videbis.

a ¶Ius

a ¶ Dato.] Hic non ponit exemplũ bonum. Nã in ueritate per dationẽ libelli nõ dissoluebaт matrimonium, immo uera erat fornicatio, extra de diuort. gaudemus.
b ¶ Traditur.] Infra 36. q. 5. aliter.
c ¶ Non legitimum.] Si. n. probatum fuerit aliqđ impedi-

quia si infidelis noluerit habitare cum cõuerso ad fidẽ, uel uoluerit habitare cum contumelia nominis Christiani, uel ut traheret eum ad mortale peccatum; licitè contrahit tunc conuersus.
d ¶ Quòd uero.] Hic intitulatur secunda quæstio, de qua supra diximus in prima quæstione.

Dato [a] *enim libello repudij, licet eis recedere ab inuicem, & alijs copulari lege fori, non lege poli, quam non sequũtur. Inter fideles vero ratum coniugium est, quia coniugia semel inita inter eos, ulterius solui non possunt. Horum quædam sunt legitima, uelut cum uxor a parentib. traditur:* [b] *à sponso dotatur, & à sacerdote benedicitur. Hæc talia coniugia, legitima, & rata appellantur. Illorum uero coniugia qui contemptis omnibus illis solẽnitatibus solo affectu aliquam sibi in coniugem copulant, huiusmodi coniugium non legitimum,* [c] *sed ratum tantum modo esse creditur.*

α ¶ Inuiolabile.] *Sic in omnibus uetustis exẽplaribus, quæ collata sunt. In uulgatis legebatur,* & ideo violabile.

QVAESTIO II.



Vòd uero [d] *uxore uiuente alteram ducere non possit,* β *testatur scriptura* γ *dicẽs: [Alioquin si disceditis ab inuicem, & uolentes cohabitare dimittitis, & alijs vos copulaueritis, adulteri eritis, & filij uestri, qui postea nascentur, erunt immundi, id est spurij.]*

β ¶ Non possit.] *In vulgatis sequebantur hæc,* qui infidelem dimisit. *quæ in manuscriptis exẽplarib nõ habetur.*

γ ¶ Scriptura.] *Hæc nõ sunt verba ipsa scripturæ, sed in gl. ord. ex Ambrosio ad ea verba 1. Cor. 7.* alioquin filij vestri, &c. *hæc leguntur.* Si dimittitis, inuicem nolentes cohabitare, & alijs vos copulatis; adulteri estis: & filij vestri spurij, & ideo immundi.

Item ex concilio Meldensi, c. 1.

¶ Non potest quis post baptismum alteram ducere, viuente ea, quæ ante baptismum sibi fuerit virgo copulata. C. I.

sup. e. q. 1. si quis. Concor. Tribur. conc. c. 39. Sent. 4. dist. 39. Burch. l. 9. c. 61. Iuo p. 8. c. 197. Pann. l. 6. c. 98.

SI quis habuerit vxorẽ virginẽ [e] ante baptismum; viuente [f] illa, post baptismum alterã habere nõ potest. Crimina enim in baptismo soluuntur, non coniugia. [g]

Gregorius autem contra testatur dicens.

¶ Licet fideli aliam ducere vxorem, quam δ Christianæ fidei odio infidelis dimittit. C. II.

δ ¶ Quam.] *Sic etiam in vetustis: sed si legeretur,* quem, *magis videretur respondere verbis ipsius capitis.*

Sent. 4. dist. 39. Gloss. 1. Cor. 7. ad illud [non est enim frater.]

SI infidelis discedit odio Christianę fidei, discedat. Nõ est. n. frater, aut soror subiectus seruituti in huiusmodi.] Non est. n. dimissum peccatum propter Deum, [h] si alij se copulauerit. Cõtumelia quippe creatoris soluit [i]

SI quis.] CASVS. Dr in hoc c. ꝙ si gẽtilis cõuersus ad fidem uxorẽ habuit infidelem uolẽtem secũ habitare; ea uiuente, cum alia contrahere non potest. Crimina. n. i baptismo dissoluuntur, & nõ matrimonia. Sequens §. patet.
e ¶ Virginẽ.] Idem esset, & si corruptã. sed de facto quæsitũ est de virgine; fortè ideo quia uidebatur ꝙ matrimoniũ solueretur inter uirginem, & eum qui accedebat ad baptismũ: sicut cum alter spõsorum transit ad religionẽ monasterij, sed non est ita, quia cũ transitur ad religionem fidei, bene põt quis uti matrimonio. 26. d. deinde. secus cũ transitur ad monasteriũ, ut 26. q. 1. ut lex.

Religio fideĩ non impedit matrimonio uti.

f ¶ Viuente.] Et cõuersa cũ uiro, vel nõ conuersa: secum tñ cohabitare uolente, sequens aũt capitulum intelligitur de nolente cohabitare.
g ¶ Cõiugia.] Potest tamen ad religionẽ trãsire etiam inuita ea, cũ matrimoniũ non sit ratum, extra de diuort. quanto.
SI infidelis.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ si conuersus ad fidem uxorẽ habuit infidelem, quæ odio Christianæ fidei noluerit morari cũ ipso, licitè põt se alij copulare, cõtumelia. n. creatoris soluit ius matrimonij, cũ nõ sit seruãda fides ei, quæ Christũ audire contemnit.
h ¶ Propter Deũ.] idest, propter fidem Dei.

pedimentum in tali matrimonio, filij non erunt legitimi, vt extra de clandest. desp on. cum inhibitio.

QVod vero.] CASVS. Hic intitulatur 2. quæst. in qua quid iuris sit, satis patet ex ijs quæ dicta sunt in prima qõne & ex distinctione, quæ colligitur in quæst. 1. & ex illo c. si infidelis.

i ¶ Soluit.] Ecclesia tamen debet sententiare, sed quid si illa vxor non vult venire ad causam, cum non sit de foro ecclesiæ? Si potest constare ecclesiæ, quod nõ vult cohabitare, sententiet. Hanc gl. non approbo: quia sine iudicio ecclesiæ dissoluitur matrimonium, ut supra q. 1. si infidelis.

a ¶ Ius.] j.

ius [a] Matrimonij circa eum, qui relinquitur [b]. Infidelis autem discedens, & in Deum peccat, & in matrimoniũ [c]: nec est ei fides seruanda coniugij: quia † propterea discedit, ne audiret Christum Deum [d] esse Christianorum coniugiorum. † *al. quia.*

¶ Hæc non sunt inuenta apud B. Gregorium: sed apud B. Ambrosium ad cap. 7. 1. Corinth. ead. fere leguntur plenius atque aptius exposita,

a ¶ Christum Deum.] *In loco indicato est*, ne audiret auctorem esse Christianorum Deum coniugij.

Hic distinguendum est, aliud esse, dimittere volentem cohabitare, atque aliud, discedentem non sequi. Volentem enim cohabitare licet quidem dimittere. sed non ea viuente aliam superducere †: discedentem vero sequi non oportet, & ea uiuente aliam ducere licet. Verum hoc non nisi de his intelligendum est, qui in infidelitate copulati sunt. Cæterum, si ad fidem uterq; conuersus est, uel si vterq; fidelis matrimonio iunctus est, & procedẽte tpe aliter eorum a fide discesserit, & odio fidei coniugẽ dereliquerit, derelictus discedẽtem non comitabitur: nõ tamen illa uiuente alteram ducere poterit: quia ratum coniugium fuerat inter eos: quod nullo modo solui potest.

Sent. 4. dist. 39.

† *al. superinducere.*

QVAESTIO. III.



Trum [e] vero bigamus sit reputandus, qui ante baptismum habuerit vnam, & post baptismum alteram; auctoritate Hieronymus patet.

Ait. n. super epist. Pauli ad Timotheũ.

¶ Sententia huius capitis habetur supra dist. 26. ca. unius. ex gl. ord. 1. ad Tim. c. 3. Beatus autem Hieronymus hãc rem & in epist. ad Titum ca. 1. attigit, & in epistola ad Oceanum copiosè tractauit.

sup. dist. 26. unius.

¶ Non est bigamus, qui ante baptismum habuerit vnam, & post baptismum alteram. C. I.

Oportet episcopum vnius vxoris esse virum. Verum hoc post baptismum. Cæterum, si ante baptismum habuit vnam, & post baptismum habuerit aliam; non est reputandus bigamus: cui prorsus innouato per baptismum omnia vetera sunt dimissa.

August. vero contra testatur, & Innocentius.

Ait enim August. super epist. Pauli ad Titum.

¶ Snĩa huius capitis habetur in collectaneis Bedæ, & glo. ordin. ad ca. 1. epist. ad Titum, ut supra 26. d. cap. acutius.

1 Et obligationẽ & seruitutem matrimonij. vnde ta... ...um; quia non dicit lit...a, soluit matrimoniũ, sed dicit: soluit ius matrimonij ſm Ray. Matrimoniũ claudicare potest.

Vir, & uxor tenetur duplici seruitute.

2 Arg. cõtra, 32. q. 6. apud nos. ubi de hoc.

¶ Ius.] Id est. vinculum 1. Sed tunc demum solũ cũ cõtrahit relictus. arg. extra de diuor gaudemus. in fin. immo etiam prius credo solutũ. sed si alter reuertitur ad fidẽ antequã alter duxerit uxorẽ, restituit uinculũ matrimonij quasi iure postliminij, ut ibidem perpenditur.

b. ¶ Relinquitur.] Nihilominus & circa relinquentem. vnde & relinquens cõtrahet sine peccato, si cõuersus contrahat; nõ enim põt matrimonium claudicare cũ sint duæ relationes; unde si una est uxor, & reliquus est uir. iõ aũt nõ tractauit hic de relinquente, qa extra ecclesiã est, & nihil ad nos de eo iudicare 2. q. j. multi. Est tñ arg. ꝙ claudicet, ut hic, & ex̃ de eo q cog. c. 1. arg. ff. mand. potest. sed ut dixi, quoad essentiã non põt claudicare, sed quo ad effectũ bene: quia qñque tenetur unus alij: sed non econuerso. Vel dic quantum ad fidelem soluitur, ut hic dicitur: quia adhuc põt, debitum petere ab altero; sed infidelis nõ potest, quia fidelis non est subiectus seruituti illius: & cũ alia sit seruitus, qua tenet uir uxori, quam illa qua tenetur uxor viro 2. bene põt una seruitus esse sublata, & nõ alia. sic. ff. de serui. urb. pręd. si domus. & ex̃ de conuer. coniu. quidam.

c ¶ Et in matrimonium.] i. in fractione primi matrimonij. non dicas in ſm matrimonium, si illud contrahat postquam conuersus cũ alia contraxit, ut præmisit arg. tamen quod peccet contrahendo secundum extra de testib. sicut.

HIC DISTINGVENDVM. CASVS. G. bene distinguit in hoc §. dicẽs, ꝙ si alter coniugum fuerit conuersus ad fidẽ: si ĩfidelis uoluerit ei cohabitare: fidelis altero uiuente contrahere non poterit. Si autẽ infidelis noluerit cohabitare fideli. tũc fidelis in fideli uiuẽte potest contrahere si autem uterque est conuersus ad fidem, uel si ab initio uterque fuisset fidelis: licet alter eorum à fide discedat, alter tamen nullo modo contrahere põt: quia ratum fuit matrimonium inter eos.



d ¶ Atq;.] Hæc distinctio est canonica, & bona: & probatur extra de diuor. quanto.

VTrum uero.] CASVS. Hic intitulatur 3. q. in qua quid iuris sit, dictum est supra 26. dist. & mirum fuit quare magister hic eam refricauit. Et scias, ꝙ Hier. contradicit Augus. & Inno. & multis alijs sanctis patribus: sed ex toto præiudicatur Hier. nec ualet quod hic dicitur ab eo Seq. c. per te uidebis, quia similia habuisti sup. 26. dist.

e ¶ Vtrum.] Hic intitulatur qõ 3. in qua quid iuris sit, diximus 26. d. unius. nec ualet qđ hic dicitur a Hierony.

a ¶ A...

¶ Non debet fieri episcopus, qui ante baptismum habuerit vnam, & post baptismum alteram. C. II.

sup.d.26. acutius.

ACutius vero intelligunt, qui nec eũ ordinandũ censuerunt, [a] qui ante baptismũ habuerit vnã, & post baptismũ alteram. In baptismate.n. crimina abolentur, non fœderatio coniugij dissoluitur. Sicut illa, q̃ catechumena vitiata est, inter Dei virgines consecrari non põt; sic qui ante baptismum habuit vnam, & post baptismũ alteram, non nisi bigamus est reputãdus. Amisit.n. quiddã non ad vitæ meritum, sed ad signaculi sacramentum.

sup.d.26. deinde, & sup.co.q.1. nunq.d.

Item Innocentius Rufo, & Eusebio episcopis Macedoniæ multis argumentis probat talem bigamum reputari. Quia ergo iste, cuius causa in præsenti agitur, ante baptismum habuit vnam, & post baptismum alteram; bigamus iudicatur: & licet vita merito, & industria scientia polleat; tamen in episcopum ordinari non potest.

CAVSA XXIX.



[C]Vidam mulieri nobili [b] nunciatum est; quòd a filio cuiusdam nobilis petebatur in coniugem: prębuit illa assensum. Alius vero quidam ignobilis, atq; seruilis conditionis, nomine illius seipsũ obtulit, atq; eam in coniugem accepit. Ille qui prius sibi placuerat, tandem venit, eamque sibi in coniugem petit. Illa se delusam conqueritur, & ad prioris copulam aspirat.

1 *Hic primum quæritur, an fit coniugium inter eos.*

2 *Secundò, si prius putabat hunc esse liberum, & postea deprehendit illum esse seruum, an liceat ei statim ab illo discedere.*

QVAESTIO I.

27.q.2.in princ.

QVòd autem [c] coniugium sit inter eos, pro-

[a] ACutius vero.] ¶ Censuerunt.] Sup. distin. 55. cap. nullus.

CVidam.] CASVS. Tria sunt imparia coniugia. Vnum est de fide dispari: de quo tractatum est in præcedenti causa. Aliud de diuersitate conditionis. s. cum liber contrahit cum ancilla: uel libera cum seruo, de quo in hac causa tractatur. Tertium est cum unus est maior, & alter minor, de quo tractatur in causa sequenti. Tractat igitur magister in hac causa de errore conditionis, & quis error impedit matrimoniũ: Et ut hæc, & alia competẽtius faciat, præmittit thema, de quo duas elicit quæstiones.

Coniugia imparia dñr trib. modis.

b ¶ Cuidam mulieri nobili.] imparia coniugia tribus modis dicuntur. uno modo quando cõtrahit fidelis cũ infideli: de quib. in superiori causa audiuimus. Alio modo quando unus liber, & alius seruus de quibus in hac causa uidebimus. Tertio modo quãdo unus maior, alter minor: de quibus in sequenti tractatur. hic de errore personæ, conditionis, qualitatis, & fortunæ tractatur.

QVòd autem.] CASVS. Hic depingitur 1. quæst. qua queritur an matrimonium sit inter eos. inter quos interuenit error personæ, & certum est, quod error personæ, & error conditionis impediunt matrimonium: error vero fortunæ, & qualitatis non impediunt, Grat. tamen in hoc §. allegat pro vtraque parte; distinguendo quatuor errores, scilicet personæ, fortunæ conditionis, & qualitatis. Casus huius §. est talis Diuiditur.n. in tres partes: in prima parte allegat Grat. ꝓ viro, ꝙ sit inter eos matrimoniũ, & hoc facit per descriptionem matrimonij, & q̃a ex tali cõiunctione cõsensus interuenit, matrimonium fuit inter eos. Sed statim ꝓ muliere respõdet, dicens, ꝙ ibi non affuit cõsensus, cum error interuenerit, & ita nõ fuit cõiunx, qđ probat exẽplo illius, q̃ ordinat ab eo, quẽ putat esse episcopũ cum non sit: sed statim allegat pro viro dicens, ꝙ nõ omnis error impedit cõsensum mr̃imonij, q̃a error virginitatis nõ impedit matrimonium. In 2. parte soluit pro muliere distinguẽdo quatuor errores, s. personæ, conditionis, fortunæ, & qualitatis, & dicit, ꝙ error personæ, & conditionis impediũt matrimoniũ; error uero fortunæ, & qualitatis nõ. Et ꝙ error personæ impediat, probat duob. exemplis. Nã si aliquis uellet rem suam uendere Marcello, & postea Paulus simulauit se Marcellum, non tenet uẽditio cũ Paulo. Similiter cum aliq̃s putat se emere aurũ, & emit orichalcum non consentit in orichalcum. In tertia parte probat pro uiro, ꝙ error personæ nõ impedit matrimonium, quia Iacob non consentit in Lyam: & tamen matrimonium fuit inter eos. Sed statim rñdit ꝓ muliere dicens, ꝙ matrimoniũ fuit inter Iacob & Lyam ex subsequenti consensu, & nõ præcedenti. Et ꝙ error personæ excuset, probat trib. exemplis. s. exemplo eius qui ꝑ ignorantiam cognouit sororem uxoris, & exẽplo diaboli, qui transformat se in angelum lucis: & exẽplo hæretici, qui simulat se catholicum. unde cum hic interuenerit error personæ, patet ꝙ ista nõ est coniunx ipsius. Error uero fortunę, & qualitatis nõ excludit cõsensũ.

c ¶ Quod autem.] Hic depingitur 1. q. an scilicet matrimonium

batur hoc modo. Coniugium siue matrimonium est viri, & mulieris coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. ¶ Item consensus [a] utriusque matrimonium facit. Quia ergo isti coniuncti sunt, vt indiuiduam vitæ consuetudinem conseruarent, quia vterque consensit in alterum; coniuges sunt appellandi. ¶ His ita respondetur. Consensus est duorum, vel plurium sensus in idem. Qui autem errat; non sentit; non ergo consentit, idest, simul cum alijs sentit: Hæc autem errauit: [b] non ergo consensit; [c] non itaque coniunx est appellanda, quia non fuit ibi consensus vtriusque sine quo nullum matrimonium esse potest. Sicut enim qui ordinatur, ab eo, quem putat esse episcopum, & adhuc est laicus, errat, nec vocatur ordinatus, immo ab episcopo adhuc est ordinandus, [d] sic ista errans nulli est copulata coniugio: immo adhuc est copulanda. ¶ Ad hæc, non omnis error consensum euacuat. Qui enim accipit in uxorem corruptam, quam putat uirginem, uel qui accipit meretricem, quam putat esse castam; vterque errat, quia ille corruptam existimat virginem, & iste meretricem reputat castā. Nunquid ergo dicendi sunt non consensisse in eas? aut dabitur utriq; facultas dimittendi utrāque, & ducendi aliam? [e] Verum est quòd non omnis error consensum excludit; sed error alius est personæ, [f] alius fortunæ, alius conditionis, alius qualitatis. Error personæ est quando hic putatur esse Virgilius, & ipse est Plato. Error fortunæ, quādo hic putatur [g] esse diues, qui est pauper, vel econuerso. Error conditionis, quando putatur esse liber, qui seruus est. Error qualitatis, quando putatur esse bonus, qui malus est. Error fortunæ, & qualitatis coniugij consensum non excludit. Error vero personæ, & conditionis, coniugij consensum non admittit. Si quis enim paciscere-

4.Sent.dist.30.

Matrimoniū utrū errore impediatur.

1 Ar. ext. de consang. nō debet.

moniū contrahitur inter eos, inter quos interuenit error personæ: hoc est dicere, an error ꝑsonæ impediat 1 matrimonium contrahendum, & dirimat iam contractum. G. allegat pro & contra: distinguendo quatuor errores: fortunæ, qualitatis, personæ, & conditionis, duo vltimi dirimunt matrimonium, non ex sua natura, sed ex cōstitutione ecclesiæ. Nā similiter, & Papa posset cōstituere, ꝙ error qualitatis impediret, & ꝙ nullus error impediret, ꝙ esset matrimonium vbi esset error personæ: sicut & tenet pignus, licet ibi sit error ff. de pign. ac. l. 1. vnde ex natura non hēt error personæ, ꝙ impediat. argu. tñ est contra inf. de Iacob, & Lya, q̃a nondum ecclesia constituerat, & tamen tūc impediebat. Et est ēt argu. contra, quia error impedit emptionem, ut ff. de contrahen. empt. quid tñ. Et no. ꝙ ſm H. & L. nunquam erratur in ꝑsona, nisi prius habita notitia aliqua de eo, cuius nōīe alius se repræsentet: vnde si aliq̃s offert se sub nōīe regis Frāciæ alicui puellæ: si ipsa nihil vnquam audiuit de rege Franciæ; nec aliquam notitiam habet de eo ꝑ famam, vel alio modo, & putat hunc esse regem Frācię, nō errat in persona, sed in fortuna, vel qualitate, uel nomine. Sed aliqua consentit in aliquem uisum, uel non uisum: tamen aliquo modo sibi cognitū. s. fama, uel alio modo: si postea per errorē accipiat alium, etiā si ab eo fuerit cognita. reddetur primo: si tamen ille in eam consenserit per nuncium, uel alio modo. si vero nullo modo fuerit sibi cognitus, q̃quis per errorem accipiat alium, nunquam reddetur primo, quia inter eam, & primum non fuit matrimoniū. nam in penitus incognitum nec amorē nec cōsensum dirigere possumus. 2 Vnde Aug. Nō uisos diligere possumus, qui nobis per famam, uel alio modo cogniti sunt: incognitos autem diligere nequiuimus: sed certe hoc possit concedi, quod non sit restituenda priori; nō tamen dico quod debeat stare cum secundo, cum ibi sit error. Nam errare est aliud pro alio putare, ut 22. q. 2. in quibus. & 38. d. quamuis. Item eadem rōne qui emit orichalcum pro auro, consensit in aurum, quod falsum est, ut ff. de contrahen. empt. alioquin. & l. quid respō. nam licet non erret circa illum cuius nullam notitiam habuit, errat tamen circa præsentem. 3 H. tamen & L. dicunt, quòd sit matrimonium cum illa: sed hoc non credo cum ibi sit error, ergo nō est ibi consensus, quia nihil est tam contrarium consensui, quàm error, ut ff. de iud. l. 2.

Error personæ nō facile cōmittitur.

2 Arg. contra ff. de cōtrah. emp. cum ab eo. §. massā.

3 Subau. circa quē error attendit, q̄d dic ut no. J. ca. in gl. dicit tñ, &c. in fi.

a ¶ Item consensus.] Vt 37. quæst. 2. sufficiat. Intelligitur autem consentire nisi expresse dissentiat, vt ff. solu. matr. l. 2. §. voluntatem. & extr. de spon. sicut ex literis, & extra de ijs, quæ fi. a præla. cap. 2. ff. de spon. l. sed ea, quæ patris.

b ¶ Errauit.] Quia alium pro alio putauit: hoc est errare 22. q. 2. in quibus. Vel pro uero falsum putare. 38. d. quamuis.

c ¶ Consensit.] Nihil est tam contrarium consensui, quam error, ut ff. de contrahen. empt. alioquin. ff. de iurisd. om. iud. si per errorem.

Error est contrarius consensui.

d ¶ Ordinandus.] Vt 68. d. presbyteri.

e ¶ Aliam.] Q. d. non. Nā ille error uenditionem impedit, licet error sexus impediat. ff. de contrah. empt. alioquin, §. 1. tñ dicit lex, quod soluitur emptio per actionem exempto, ff. de act. exempto. §. si quis uirginem.

f ¶ Personæ.] persona est secundū B. rationabilis creatura indiuidua essentiā.

g ¶ Putatur.] Dicit R. ꝙ in hac litera nō debet esse ipse, sed hic, & hæc uxor, hic, nō est pronomen, sed aduerbiū, vt sit sensus: Error personæ est quando putatur esse Virgilius hic. i. in hoc loco, & ibi est Plato. Nam impossibile est, ut putes Virgiliū esse Platonē. de dicto patet. de re similiter patet, quia impossibile est, ꝙ quis putet de Virgilio ꝙ sit Plato: nec econuerso, quod uerum est secundū opin. illorum, qui concedunt, ꝙ istum esse Virgilium, est Platonē esse Virgilium. Alij uero concedūt, ꝙ iste putet illum esse Platonem: non tamē putat Virgilium esse Platonem: & hoc per accidēs, q̄d innuit propriū nomē, inter quos est H. hāc opinionē secutus

Virgiliū putare esse Platonē est impossibile.

est hic

tur se venditurum [a] agrum Marcello, & postea veniret Paulus dicens se esse Marcellum, & emeret [b] agrum ab illo; nunquid cum Paulo conuenit iste de pretio, aut dicē-dus est agrum sibi vendidisse? Item si quis ꝓmitteret se vēditurū mihi aurum; & pro auro offerret mihi orichalcum, [c] & ita me deciperet, nunquid dicerer cōsensisse in orichalcum? Nunquā uolui emere orichalcum: nec ergo aliquando in illud consensi; quia cōsensus nō est nisi volūtatis. Sicut ergo hic error materiæ excludit cōsēsum; sic & in coniugio error personæ. Nō.n.consensit in hunc, sed in eum, quē putabat [d] esse. Sed obycitur. Iacob nō cū senserat in Liam, sed in Rachel: septē siquidē annis pro Rachel seruierat. Cum ergo eo ignorāte Lia esset sibi supposita; nō fuit cōiugium inter eos, si error personæ cōsensum excludit: quia vt dictum est, nō in eam cōsenserat, sed in Rachel. His ita respōdetur: Cōsensus alius est præcedens, alius subsequens. Præcedit cōsensus, quando ante carnalē copulam in indiuiduam uitæ consuetudinem vterq; consentit: subsequitur, quādo post cōcubinalē siue fornicariū coitum cōsentiunt in idem Iacob. ergo & Liam nō fecit cōiuges præcedēs consensus, sed subsequens: nec tamen ex primo cōcubitu fornicarij iudicātur, cū ille maritali affectu eam cognouerit; & illa vxorio affectu sibi debitū persoluerit, putans lege primogenitarum, & paternis imperijs se sibi iure copulatā. Quòd autem error personæ nōnullos excuset, auctoritate illa ꝓbatur, qua soror uxoris, utroq; inscio, [g] sorore videlicet, & marito, in lectū eius iuisse, & a uiro suæ sororis cognita perhibetur; quæ cū sine spe coniugij perpetuo manere censeatur; ille tamē, qui cognouit eam per ignorantiam, excusatur. Aliter ēt hoc probatur. Diabolus nōnunquam se in angelū lucis transformat: [h] nec est periculosus error, si tūc creditur esse bonus, cum se bonū simulat. Si ergo tūc ab aliquo simplici quæreret, an suæ beatitudinis uellet esse particeps, & ille responderet, se in eius consortium [i] uelle transire: numquid dicendus est consensisse in consortiū diabolicæ dānationis, an non potius in participationē æternæ claritatis? Item si quis hæreticorum noīe Augustini, uel Ambrosii, uel Hieronymi alicui catholicorum seipsum offer

Gen.29.

inf.34.q.1.& 2.c.in lectum.

2.Cor.11.

est hic G. secundum hoc planum est, quod dicit, aliquā do hic putatur, &c. & quod pingui intellectu errantis putetur de aliquo, quòd sit alius, habes 26.quæst.5.nec mirum.vbi dicit Augustin.quòd hunc puto esse hominem demonstrato dæmone, ff.de exceptio.rei iudica.& an an eadem.argum.ff.de furt.si is qui.§.si tu mihi. & de iu.cum qui. §. si iniuriam.vbi dicit iurisperitus quòd hunc puto Lucium, demonstrato Seio. Sed quæro circa quam personam dicis hunc errore fore? Dico quòd circa præsentem, quando, scilicet contrahit cum vno, & credit se contrahere cum alio, unde dico, quòd circa absentem personam non errat: nam dico quod si primo iam ille consentit in istam, & ista modo cōsentit in illum, quod est matrimonium. Sed quæritur, si ille est mortuus in quem consentit: & alius præsentatur sibi, an talis error impediat matrimonium? sic, quia licet ille non sit in rerum natura; non minus tamen est ibi error personæ. Item si aliquis habeat tres filios: & aliqua consentiat in maiorem filium: postea præsentetur minor; non tenet matrimonium cum eo.

a ¶ Venditurum.] idest, venditum se traditurum.

b ¶ Emeret.] idest, quasi a se emptum per traditionē accipere. ideo autem sic exponūt doctores, quia si duobus venderet, & secundo traderet, secūdus esset potior, vt C.de rei uen. quoties, ff.de rei vēd. si a Titio. sed G. intellexit literā istā sic. quando. s. secundo nō esset vēditurus, si eum cognosceret. vnde cum erraret in personā, quæ secundo offerrebat ꝑtiū, non contrahebat cū ea. ff. de fur. si quis vxori. §.cū Titio.ff. de cōtrah. empt. cū seruo. nec errans dominium trāsfert. ff. de acq.re.do.§.procurator. & sic plena est litera. & l.si a Titio, & illa l. quoties. intelligūtur cū scienter cum duob. contraxit: doctores tñ exponunt (vt dixi:) emeret. i. emptū acciperet. & hoc ꝓpter illud quod sequitur: nunquid cū Paulo, &c.

Vendēs duobus successiue, & tradēs posteriori ipsum efficit potiorem.

c ¶ Orichalcū.] Voluit dicere Marcell[9] ꝙ esset emptio, & vēditio, quia in corpus cōsensum fuit, licet fuerit erratū ī materia, i. in substātialium qualitate. Sed Vlpianus eū correxit, dicens non esse uenditionē, ubi erratum est in materia. ff.de contrahen. empt. in uenditionibus. pignus tamē tenet, si quis obliget æs pro auro: vt ff.de pign.act.l.1.

Vēditionem est ubi in materia erratur.

d ¶ Putabat.] Si quis autem errat in proprio nomine, dumtamen certum sit de quo consentiat: hoc nō officit, ff.de test. si in nomine. secus aut in appellatiuo, ff.de hære.insti. non ideo minus, ff.de leg.1.l.4.

e ¶ Subsequens.] infra 30. quæstio. 5. §. sed obijcitur.

f ¶ Primogenitarum.] Consuetudo erat maiorem primo nuptui tradere.7.q.1.quam periculosum.

g ¶ Inscio.] inf.34.q.1.& 2. in lectum.

h ¶ Transformat.] Sup.26.q.5. episcopi.

i ¶ Consortium.] Hoc verū est, ꝙ iste non peccat cum ita simpliciter in genere dicit se uelle esse participem suæ beatitudinis: secus si ad specialia descenderet: non tñ ob hoc excusatur Saul, qui adorabat dęmonē, quem credebat esse Samuelem. 26. q. 1. nec mirum hoc ideo quia intercessit culpa sua, vel ibi idololatriā adorauit.

Saul adorauit dęmonē.

Vēditio tripliciter rescinditur.

a ¶ Rescindere.] Vt C.de rescind. vend. quisquis. nisi esset deceptus vltra dimidiā iusti pretij, vt ext. de emp. & vend. cum dilecti. Vel nisi haberet pestiferas herbas, vt C. de edi. act. si prædium. Vel nisi dedisset dolus causam contractui, vt ff. de dolo, l. & eleganter.

pari nō dirimitur. vñ si libera vult cōtrahere cū libero, & cōtrahit cū seruo: uel si seruus uult cōtrahere cū serua, & contrahit cum libera, non tenet matrimonium, sed si liber vult cōtrahere cū serua, & ɔ̄hit cū libera, vel si ancilla vult contrahere cum libero, & contrahit cum ser-

præterea. ff. de usufr. in a. ctenus. in ñ. & l. se. ff. de in diem addict. si uenditor, §. sed si neuter, ff. de fideiuss. l. 4. in fi.

1 De hoc plene no. ī p̄d. decr. cum dilecti.

ret, atq; ad suæ fidei eū imitationē prouocaret; si ille p̄beret assensum, in cuius fidei sñīam diceretur cōsensisse? † non in hæreticorum sectā, sed in integritatem catholicæ fidei, q̄ ille hæreticus se mentiebatur habere. Quia ergo hæc persona decepta errore nō in hunc, sed in eū, quem isto se mentiebatur esse, consensit; patet, ꝙ eius coniunx nō fuerit. ¶ Error fortunæ, & qualitatis non excludit consensum: veluti si quis consentiret in prælaturā alicuius ecclesiæ, quā putaret esse diuitē, & illa esset minus copiosa; quamuis hic deciperetur errore fortunæ, non tñ posset renunciare prælaturę acceptæ. Similiter, q̄ nubit pauperi, putans illū esse diuitem, non pōt renunciare priori conditioni, quamuis errauerit. Error qualitatis non excludit similiter consensum: utpote si quis emerit agrū, vel vineā, q̄ putabat esse uberrimam; quamuis iste erraret in qualitate rerum, rem minus fertilem emendo: non pōt tñ venditionē rescindere. a Similiter, qui ducit in vxorē meretricem, vel corruptam, quam putat esse castam, vel virginem, non potest eam dimittere, & aliā ducere.

† al. cessisse.

QVAESTIO II.

Secunda b quæstio proposita est de conditione, an liceat mulieri dimittere eū, quem putabat liberū, si postea illum inuenerit seruum. Quòd vero mulieri non liceat a seruo discedere, multis rationibus videtur posse probari, in Christo. n. Iesu, nec est Iudæus, nec Græcus, nec seruus; c neque liber: ergo nec in coniugio Christianorum. Eadem. n. lege in fide Christi vterque regitur. Indifferenter enim ab Apostolo dicitur omnibus: (Qui vult nubere, nubat in Domino) Et iterum; (Mulier nubat cui vult: tantum in Domino.) Non præcipitur, vt ingenua nubat ingenuo, ancilla seruo; sed quælibet earum, cui vult nubat, dummodo in Domino.

Gal. 3.

1. Cor. 7.

Item Iulius Papa, c. 4.

Secunda q̄stio.] Hæc q. diuidit in quatuor partes. In 1. ꝓbat p̄ tres auctoritates, ꝙ si quis sciēter consentit in ancillā tenet matrimoniū. Secunda ibi, [His ita.] Tertia ibi, [Si uero.] Quarta ibi, [Quæritur etiam.] Io. a Fan.

CASVS. Hic proponitur secunda quæstio, qua quæritur, an mulier possit dimittere illum, quē putabat liberū esse cū sit seruus. Et certum est, ꝙ sic: secus si sciebat esse seruū, ut infra eadem si q̄s ingenuus. Alle at tamen Gra. ꝓ utraque parte. vnde ꝓbat in isto §. tribus auctoritatib. Pauli, quod eum dimittere nō potest [nec Iudæus,] supple repellendus est a sacramētis ecclesiasticis.

Libera quæ ignoranter cū seruo contraxit, an ab eo recedere possit.

b ¶ Scđa.] Hic quæritur an seruili conditione reperta libera possit recedere? & q̄dem sic, si ignorauit eū esse seruum qñ cōtraxit cum eo, ut inf. ea. si quis ingenuus. Et no. H. ꝙ nō oīs error conditionis impedit matrimonium: sed tantū error seruilis conditionis: nec ēt semp talis error impedit. Vnde si libera vult contrahere cum seruo, & contrahit cū libero, nō dirimitur matrimonium: licet ibi sit error cōditionis: quia nō intelligitur talis decepta, quæ cum meliori contrahit, quàm credebat. Similiter dic, quod si seruus credit contrahere cum libera. & contrahit cum ancilla, non dirimitur matrimonium: quia consentit in hominem suæ conditionis: & quia neuter potest aliquid alij obijcere: & ita propter errorem serui nunquam dirimitur matrimonium: sed certe pari ratione uidetur, quod si aliqua credit contrahere cum uno, & contrahit cum alio, qui est ditior, & melior, quod matrimonium teneat, quia non uidetur decepta. Alij autem dicunt, quòd siue error in meliori, siue in deteriori conditione, semper dirimitur matrimoniū. Tertij dicūt, ꝙ si interueniat error in dispari conditione, dirimitur matrimonium 2 sed si in seruo tenet matrimonium, quia utrobique est paritas. Io. & hæc opinio bona mihi uidetur. B. Dubitari autē consueuit si libera contrahit per errorem cum homine ascriptitiæ conditionis, an teneat matrimonium? H. dicit, ꝙ teneat: lex tamen contradicit, in auth. de nupt. §. ascriptitio. coll. 4. & C. de Senatusc. Clau. l. una.

Errās in meliori conditione an possit matrimoniū dirimere.

2 Ar. ad hoc inf. de act. §.

c ¶ Nec seruus.] a sacramentis enim ecclesiasticis non est amouendus, ut extra de coniug. seruo. dignū. Vel ab illis, q̄ sunt iuris naturalis, ut a uoto, ut in auth. de monac. §. hinc aūt. coll. 1. ubi Iustinianus inducit hęc eadē uerba Apostoli ad probandū, ꝙ seruus possit esse monachus: sed quantū ad ius ciuile seruus non hr̄ pro homine, ut ff. de regulis iuris, quod attinet ad ius ciuile, &c.

Seruus ab ecclesiæ sacris non est amouendus.

Om-

OMnibus nobis.] CASVS. Cum apud Deum non sit acceptio personarum, sed unus sit pater omnib. & una lex: sicut ingenuus dimitti non potest. ita seruus scienter semel coniugio copulatus dimitti non potest. Seq. §. patet.

a ¶ Redditi sunt.] Argum. quòd seruus non tenetur obedire Domino in atrocibus. 11. q. 3. non semper.

b ¶ Legem.] non quo ad promotionem: Irregularis. n. efficitur qui cũ serua contrahit. arg. 34. d. si quis viduã. sed sequuntur unam legẽ habito respectu ad ius naturale. nam de iure naturali quilibet cum qualibet posset contrahere. & ita seruus cum libera, nisi obstaret constitutio ecclesię.

c ¶ Ingenuus.] Argumentũ a toto in quãtitate ab uniuersali ad singularem. sin. i. le 19. dist. si Romanorum.

d ¶ SI quis.] In matrimoniũ.] Potest ergo matrimonium esse inter seruum & liberã. quod est contra legem C. de incest. nup. l. 3. sed abrogata est quo ad hoc ubi scienter contrahitur.

Matrimoniũ potest esse inter seruum, & liberam.

e ¶ Sed una.] Quantum ad hoc.

SI quis ancillam.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ si quis manumittit ancillã suam, & eam ducat in vxorem, ratum erit matrimoniũ inter eos, cũ ex consensu matrimonium perficiatur. Sequens §. patet per se.

f ¶ Dubitatur.] Per legẽ illam forte. C. de incest. nup. humilẽ ubi dicitur, ꝙ nõ potest esse matrimonium inter clarũ virum, & abiectã mulierem, nec inter senatorem, & libertã.

g ¶ Et legib.] Et ita leges si contradicerent, dũ tamen illis legibus canon non obuiet, nõ tenet matrimonium. nam ꝙ leges habeant locum in matrimonio, videtur, licet H. contradicat 1. Arg. 35. q. 5. ad sedem supra. 27. q. 2. quod autem & c. lex diuina. in fi. unde dicunt quidam. ꝙ cum hic lex dicat nõ esse matrimonium cum ancilla, ut C. de incest. nup. l. 3. & canõ non excipiat nisi cũ scienter ducit ꝙ ubi etiam cum libera cõtrahit seruus, credẽs se contrahere cum serua, nõ teneat matrimonium.

Leges an habeant locum in matrimonio.

1 Argum. ad hoc 10. dist. quoniã ubi de hoc & 86. d. cũ ad uerã ubi de hoc in glo. vlt.

HIS ITA. Hæc est secũda pars q. in qua dicitur ꝙ si credebat vir aliquã liberam. & erat ancilla poterit ab ea separari: & hoc probat per tria cap. Io. de Fant.

¶ Licet seruo matrimonia contrahere. C. I.

Burc. l. 9. c. 18.
Iuo p. 8. c. 156.
Pann. l. 6. c. 38.
† al. daturi.

OMnibus nobis vnus est pater in cœlis, & vnusquisque diues & pauper, liber & seruus, æqualiter pro se, & pro animabus eorum rationem reddituri † sunt [a]. Quapropter omnes cuiuscunque conditionis sint, vnam legem [b] (quantum ad Deum) habere non dubitamus. Si autem omnes α vnam legem habent; ergò sicut ingenuus [c] dimitti non potest, sic nec seruus semel coniugio copulatus vlterius dimitti poterit.

¶ *Caput hoc apud Burchardum & Iuonem sequitur post vltima verba capitis si quis ancillam. inf. eadem.*

α ¶ Si autem omnes.] *Hæc vsque ad finem habentur quidem in Pannormia, sed non apud Burchardum & Iuonem, videntur quæ ipsius collectoris.*

Item Zacharias Papa.

Capit. l. 6. c. 94.
Sent. 4. dist. 36.
Iuo p. 8. c. 53.

¶ Ancillam in matrimonio susceptam viro dimittere non licet. C. II.

j SI quis liber ancillã in matrimonium [d] acceperit, nõ habet licentiam dimittere eam (si consensu amborũ coniuncti sunt, excepta β causa fornicationis: sed vna [e] lex deinceps erit pro omnia, & viro & fœminę.

β ¶ Excepta.] *Hinc vsquè ad finem non sunt in capitularibus, neque apud Iuonem, qui illa citat. Magister vero sententiarum habet,* nisi ob fornicationem.

Item Iulius Papa.

¶ Inter patronum, & libertam cõstat esse matrimonium legitimum. C. III.

Poly. l. 6. tit. 4.
Burc. l. 9. c. 18.
Iuo p. 8. c. 156.
Pann. l. 6. c. 37.
† al. dubitabatur.

ij SI quis ancillam suam libertate donauerit, & in matrimoniũ sibi sociauerit: dubitatur [f] † apud quosdam, utrum huiusmodi nuptiæ legitimæ esse videantur, an non. Nos itaque uetustam ambiguitatem decidẽtes, talia connubia legitima esse censemus †. Si enim ex affectu fiunt omnes nuptiæ, & nihil impium, & legibus [g] contrarium in tali copulatione fieri potest; quare prædictas nuptias inhibendas existimemus †?

† al. censuimus.
† al. existimaverimus?

1 *His ita respondetur. Non negatur ingenuam posse nubere seruo: sed dicitur, quòd si nescitur esse seruilis conditionis; libere potest dimitti, cum seruitus eius fuerit deprehensa. Illud autem Apostoli, & Iulij Papæ intelligendum est de his, quorum conditio utrique nota est. Huius autem conditio mulieri incognita erat: non ergo præmissis auctoritatibus cogitur manere cum illo: sed liberum illi esse ostenditur vel manere, vel discedere.*

Vnde in concilio apud Vermeriam, cui interfuit rex Pipinus, statutum est, c. 6.

SI quis ingenuus.] CASVS. Dī hic, ꝙ si ingenuus ancillam alterius ignorans ducat in uxorem: si uoluerit: eam redimere facere potest, alioquin dimittat eam. si uero sciens cum ea contraxit, eam dimittere non potest. Sequens capit. patet.

conquesta est se esse etiam expulsam a uiro prętextu seruitutis: cui episcopus loci promisit, ꝙ viro eā restitueret, si se liberā esse probaret. Vñ Gregorius illi epō scribit mandando ei vt illam uiro suo restituat: quia ipsa suam libertatē bene probauit: quod si non fecerit, non dimit-

Ancillam ignoranter ductam etiā post manumissionem potest liber dimittere.

a ¶ Faciat.] Sed pone ꝙ liber ignorāter cōtraxit cū serua, postea dñs manumittit eā, & ipse cognoscit eam post eius manumissionem; post cōperit eā fuisse ancillam tempore contractū matrimonij: qritur an possit eam dimittere? Et dicimus ꝙ sic; quia cōsensus ille ab initio nullus fuit. sed si dominus eius tunc temporis sciebat contrahi matrimoniū, & tacuit, tunc tenet matrimoniū: quia eo ipso intelligitur ei dedisse libertatē in auth. de nup. §. si vero ab initio coll. 4. & in auth. ut liberti. de cætero. §. si qs coll. 6. Sed pone, ꝙ libera ꝯxit cū eo quem credebat liberum: sed postea cōperta conditione seruitutis, nihilominus vult stare secum: sed ille recusat. Dicunt quidam hoc matrimonium esse ex vna parte: & non ex altera, ut extra de eo qui dux. in mat. ca. 1. Sed dico. 1 ꝙ quantū ad neutrum esse matrimoniū. vñ neuter cogit stare cum altero quantū ad uinculū matrimonij: sed rōne fidei ꝓmissæ bñ tenet ei. Idē pt dici cum maior ꝯhit cū minori, ꝙ quantū ad neutrū est matrimoniū: & quantum ad vinculū matrimonij ęque pōt maior recedere a minore, sicut minor a maiore: sed non est ita quātum ad fidē promissam.

Matrimoniū inter liberā, & seruū contractum pōt et a seruo dissolui.

1 Hæc fuit snīa. l. q ita no. inf. cap. proxi.

¶De eo, qui ancillam duxit in vxorem, quam putabat esse liberam. C. IIII.

SI quis ingenuus homo vxorem ancillam vlterius acceperit, & existimat, quòd ingenua sit; si ipsa fęmina fuerit postea in seruitute detecta α; si eam a seruitute redimere potest, faciat [a]: si non potest [b], si voluerit, aliam accipiat. Si autem ancillam eam scierat [c], & collaudauerat: prout β legitimam eam habeat [d]. Similiter, & mulier ingenua de seruo alterius facere debet.

4. Sent. dist. 36.
Burc. l. 9. c. 26.
Iuo p. 8. c. 164.
Pan. l. 6. c. 41. & 111.

¶ *Scriptum est nomine totius vniuersitatis Louaniensis ad S. D. N. Gregorium xiij. extare in bibliotheca S. Trudonis librum manuscriptum sub hoc titulo*, Excepta decretorum *in quo inter alia capitula istius concilij apud Vermeriam, habentur hoc & seq. cap.*

α ¶ Detecta.] *Apud Magistrum legitur*, in seruitutem deiecta. *apud Barchardum vero*, inseruita *quod verbum hac eadem notione habetur lib. 3. capitularium, c. 28.*

β ¶ Prout.] *In aliquot uetustis codicib. est*, post vt *itemq;* Postea vt *quemadmodum, & apud Burchar. & Iuonem.*

Item ex eodem c. 8.

Et cap. l. 5. c. 18.

¶Non licet mulieri dimittere, quem sciens seruum accepit in virum. C. V.

SI fœmina ingenua acceperit seruum, sciens quod seruus esset; habeat eum; quia omnes vnum patrem habemus in cœlis γ. Vna lex erit viro, & fœminæ.

4. Sent. ibidem.
Burc. l. 9. c. 27.
Iuo p. 8. c. 25. & 165.
Pann. l. 6. c. 42.

γ ¶ Quia omnes vnū patrē h. in c.] *Verba hæc nō sunt in capitularibus, neq; apud Iuonē p. 8. c. 52. vbi ipsa citat capitularia. Sunt tamē apud eundē c. 165. ubi refert ex concilio apud Vermeriam, quemadmodū nunc Gratianus.*

Item Gregorius lib. 6. epist. 1. seu c. 165. ad Fortunatum episcopum.

¶Seruitutis occasione dimitti non valet, quæ post controuersiam status se in libertatem asseruerit. C. VI.

CVius rei causa cum matre sua huc cōpulsa anno præterito præsentiū venerit latrix; fraternitas tua cautius † nouit: quia † scilicet maritus suus vester clericus ob hoc ꝙ de seruili fuerat conditione pulsata, a suo nosciitur eam remouisse [e] consortio, vsque hic positos asse-

† *al. acutius.*
† *al. quam quia.*] or. & alio verborum ductu.

a ¶ Faciat.] Consilium est, non præceptum.

b ¶ Si non potest.] idest, si non uoluerit, ut sit quasi expositio litera sequens: Sed nec dominus cogitur eam uendere, arg. 1. q. 1. eos.

c ¶ Scierat.] Non videtur celata quæ sciuit: nec debuit certiorari quæ non ignorauit, ut ff. de act. empt. & uendi. l. 1.

d ¶ Habeat.] Dicit tamen lex, ꝙ si filia senatoris contrahat cum liberto, non tenet matrimoniū, ut ff. de senato filiam. sed illud secundum leges non tenet: sed secundū canones tenet: quia matrimonia iure poli reguntur. 2. q. 3. §. hinc colligitur.

CVius rei causa.] CASVS. Vxor cuiusdam clerici cū matre sua accedens ad Apostolicam sedem con-

dimittet in correctum.

e ¶ Remouisse.] Nunquid ergo sine iudicio ecclesiæ potest liber dimittere ancillam, quam credebat liberam? Vī hic, ꝙ sic, & 23. q. 2. ancillā. Nam retinendo eam, sibi fecit præiudicium, ut extra, de coniug. ser. proposuit. secus tamē uidetur, ut 33. q. 2. seculares. 35. q. 6. multorū. nam si causa separationis sit manifesta: tamen sine iudicio ecclesiæ non debet dimitti, ut extra de diuor. porro. Nam pendente accusatione alter alteri tenetur reddere debitum, ut extra ut lite pend. laudabilem. & hoc potest admitti unde si petita fuisset hæc restitutio, audiri debuisset, & pendente causa nō negabit ei alimenta, ut ff. de lib. agnos. si neget. spontè tamen. non debet ei commisceri, ne fiat ei præiudicium extra de coniug. ser.

Liber qui ignoranter eum ancilla contraxit, an sine iudicio ecclesiæ illā dimittere possit.

ser proposuit. sed ad mandatum ecclesiæ potest. ff. de app. cum ex causa.

Probatio incūbit actori.

a ¶ Probare.] Sed quare probat ista se liberam, cū actori semper incumbat probatio, ut 6.q.vlt. auctor maxime cum ipsa fuerit in possessione libertatis? Sed dic ꝙ sponte assumpsit hoc onus, 1 unde mos ei gerendus erat, ut ff. de prob. circa.

1 Si hī 54.d. frequens. Alij dñr, ꝙ eo ipso se liberam ꝓbat ꝙ ei probatū contrariū non est, sed actor deficit in probatione ad hoc facit littera ca. vbi dicit nullaq; ī ea macula, & c. isti vim faciunt eo, ꝙ dicit littera, inuēta est. Arc.

b ¶ Approbata.] Idest, à iudice pronunciata. Et nota ꝙ si iudex pronunciaret eam liberam & ingenuam, talis sententia omnib. præiudicat ff. de statu ho. ingenuum. Si autem pronunciaret non esse seruam petenti, illi soli nocet sententia. ff. de liber. cau. l. diui.

c ¶ Marito.] Arg. ꝙ qui initio litis restitutionem nō petijt, postea petere nō possit, sup. 3. q. 6. §. exceptio sed hoc uerum est, cum in modum exceptionis obijciatur restitutio: sed si directe in modum actionis posset vsq; ad sententiam, ut extra de caus. poss. l. pastoralis.

CVM DICITVR. CASVS. Iste §. respicit illud ca. si femina, & ex eo infert quod si nesciuerit eum seruum esse, non cogitur cum eo remanere. Postea ponit Grat. quandam incidentem. quæ incipit ibi, [Si uero.] & ad eam soluendam inducit c sequens.

Perlatum.] CASVS. Quidam ingenuus ingenuam habens vxorem, se fecit seruum cuiusdam, vt hac occasione diuerteret ab vxore, quare quęsitū fuit in concilio Triburiensi, vtrum illā tenere debeat: & si tenuerit, vtrum illa redigatur, in seruitutem, & respondetur in concilio, quod ꝓpter hoc non potest ab ea diuertere, nec illa ancilla efficitur. Sequens. §. patet.

runt promisisse, vt si probare [a] se liberam, adiuuante Domino valuisset, suo eam uos coniugio reformaretis. Fraternitas igitur vestra cognoscat, q̄ reuelante Deo libertatis auctore, approbata [b] sit libera: nullaq; in ea macula seruilis inuenta sit. His ergo cognitis, sine mora aliqua suo per vos eam volumus marito [c] restitui; nec vlterius idem vir eius argumenta sibi occasionis † exquirat, quibus eam possit obijcere. Nam si a vobis (quod nō credimus) minime fuerit adimpletum, eamque recipere forte distulerit; nos illud cognoscatis cum districta vindicta correcturos.

† al. aliqua occasione.

sup. ea. si fœmina. Sent. ibidem.

Cum dicitur, [sciens illum seruum,] datur intelligi, quòd si nesciret illum seruum esse, non cogitur cum eo manere. Quia ergo hæc & personæ, & conditionis dolū passa est, non cogitur adhærere ei, cuius fraude decepta est. si uero liberū acceperit, & ille ut causam præstet dissidij, se alicuius seruum fecerit; nec ille uxorem dimittere, nec illa ob uinculum coniugij in seruitutem redigi poterit.

Vnde in Triburiensi concilio.

¶ Occasione conditionis dolose mutatæ, vir non discedat ab ea, quàm libertatis tempore acceperit.

C. VII.

Sent. 4. dis. 36. Burc. l. 9. c. 75. Iuo p. 8. c. 212. Pann. l. 6. c. 99.

Perlatum est ad sanctā synodū, ꝙ quidam ingenuus ingenuam accepit vxorē, & post filiorum pro creationē occasione diuortij [d] cuiusdā seruum se fecit, utrū necessario mulierē tenere debeat: & si tenuerit, utrū illa quoq; secundum sæcularē [e] legem seruituti subijci debeat, quæsitū est. α Iudicatum est vxorem minime debere dimitti, [f] non tñ ob Christi legem mulierē in seruitutem redigi: dum ille non ex consensu coniugis se seruū fecerit, quem liberum ipsa maritum acceperat.

Quæsitum est.] *Hæ duæ uoces absunt a cæteris collectorib. præter Magistrū. Lex uero sæcularis, cuius, hic mentio fit, est inter leges Lōgobardorū, ut in gl. dicitur.*

Et in capitular. adiectis, c. 55.

Quæritur etiam, si seruus unius, alterius ancillam acceperit, an sit coniugium inter eos.

De his ita statutū est in concilio Cabilonensi 2. c. 30.

d ¶ Diuortij.] Sed vnde haberet iste occasionem diuortij ꝓpter hoc? Certe ꝑ legem, quę dicit, quod seruitus superueniēs dirimit matrimoniū ff. de diuor. l. 1. & in aut. de nu. §. si uero, coll. 4. Sed qualiter potuit iste se vēdere cū ex hoc sequatur, quòd idem sit qui uendit, & ꝙ venditur: quod est cōtra illud, ff. de rerum permutatione, l. 1. maxime cū quīque exigant ut uenditio liberi hoīs teneat. s. vt patiatur se venundari ad pretium participandū, & ut in veritate participet, & ut non sit ignarus suæ conditionis, & ut emptor ignoret eius conditionē, & ut sit maior xxv. annis. ff. q. ad liber. procla. non li. l. 1. & 2. Item quęritur vtrum iste, qui se uēdit, possit repeti ab uxore, quæ ius habet in eo, & in cuius opprobrium redundat huiusmodi seruitus ar. ꝙ sic. ff. de l. be. cau. l. 1. 2. & 3. quod concedit H. maxime cum ipsa fuerit absens, nec poterat proclamasse. arg. ff. man. si ꝑcedente, §. Lucius, & hoc cōcedo cum uir non habeat copiā sui corporis: sed mulier. & est arg. ad hoc 33. q. 5. quod Deo.

Vēditio hoīs liberi tenet quinque interueniētib.

e ¶ Secūdum sæcularem.] Non Romanam. nam ſm eā ob seruilem conditionem viri non mutatur conditio vxoris sed secundum legem Lombardam, secundū quā non illa vxor vel filij rediguntur in seruitutem, sed secunda cum filijs. vt in Lombarda de ijs qui se in ser. alteri. sub. l. pe. & vl. In his enim legibus dicitur ꝙ vxor, quam tunc habebat, uel filij non redigūtur in seruitutem sed secūda cum filijs, sed si illa defuncta alia ei nubat libera, & ipsa & filij eius rediguntur in seruitutem Vel facit hic mētionem de Senatusconsulto Claudano ſm quod si libera ibat in amplexus serui, serua efficiebatur. sed sublatum est hoc. C. de senatuscon. Claud. l. 1.

i ¶ Dimitti.] Arg. licet aliquid deueniat ad id à quo incipere non potuit. non tamen propter hoc irritatur. 2 sup. d. 55. præcepta. inf. prox. q. 1. ad limina.

2 De hoc habetur pro & contra. ff. de ver. obl. l. exi stimo. & l. pluribus.

Dictum est nobis.] CASVS. Quidam propter potestatem, quam habebant, præsumebant, dirimere matrimonia inter seruos contracta: & ideo statuit Cabilonense concil. ut matrimonia seruorum nō dirimant, etiam si diuersos habeant dominos, sed in coniugio permanentes dominis suis seruiant. idem erit obseruādum & si de uoluntate dominorum serui fuerint coniuncti.

a ¶ Habeāt.] Sed q̄d si dn̄i sint in diuersis ꝓuinciis. Credo alterū compellendū ut vēdat reliquo: uel si neuter emere vult, redimat eccl̄a. Nō. n. dēnt uxores a viris separari, ut 33. q. 2. quos Deus cōiūxit, & C. com. utriusque iud. possessionum & arg. ff. de ædi. edi. plerique. Nā peccarent domini eos separando: & ita saltē indirecte sunt compellēdi relaxare eos, ut ext. de iud. nouit. si non est q̄ emat: & potius sequatur uxor uirū quàm econuerso 13. q. 2. unaquæque. Vel distingue, ancilla nubat uolente dn̄o, uel non, ut dixi 13. q. 2. unaquaque.

b ¶ Legalis coniunctio.] i. legitima, i. cōis consensus.

c ¶ Voluntatē.] Maxime, quia etiam eis inuitis potest cōtrahi matrimonium, ut extra. e. c. 2. lo.

Vxores a viris per dn̄os nō separent.

vir. G. allegat pro utraque parte, & primo ponit duo ca. quæ uel sunt abrogata, uel intelliguntur de separatione quæ fit ad tempus propter pœnitentiam peragendam. Casus autem §. patet.

d ¶ Quod autem.] Hic depingitur 1. q. an. s. qui suscipit pro- [continued below]

Maritus proprium filiū de fonte suscipiens non ob hoc est ab uxore separandus.

¶ Legitima seruorum coniugia sua auctoritate domini non dirimant. C. VIII.

Dictum est nobis, ꝙ quidam legitima seruorum coniugia † potestatiua quadā præsumptione dirimāt, non attendentes illud Euangelicū: [Quod Deus coniunxit, homo non separet.] Vnde nobis visum est, ut cōiugia seruorum non dirimantur, etiam si diuersos dominos habeant [a]; sed in uno coniugio permanentes dominis seruiant suis. Et hoc in illis obseruandum est, ubi legalis coniunctio [b] fuit, & per uoluntatem [c] dominorum.

Sent. ibidem B. Burc. l. 9. c. 29. Iuo p. 16. c. 335. & p. 8. c. 167. Pann. l. 6. c. 40.

† al. Matrimonia.

Matth. 19.

CAVSA XXX.



¶ Partus fœminarum est eis sola causa nubendi. C. I.

PVdor [c] est fœminis nuptiarum præmia nō habere, quibus hęc sola [d] causa est nubendi. *Idem lib. 2. in prin.* ¶ Dum † coniugij premium, & gratia [e] nuptiarum, partus sit fœminarum, non mediocris quoque causa est, vt virginitas Mariæ falleret [f] principem mundi.[g]

† al. Cum.

Qui ergo non causa procreandæ sobolis, sed explendæ libidinis sibi inuicem copulantur; non tam coniuges, quam fornicarij videntur.

Hinc etiam Hieronymus ad c. 5. epistolæ ad Ephesios.

¶ Non coniuges, sed adulteri vocantur, qui non secundum præcepta Christi coniunguntur. C. II.

Iuo p. 8. c. 277.

SIcut non omnis [h] congregatio hęreticorum; Christi ecclesia dici potest, nec caput eorum Christus: sic nō

b ¶ Benedictio.] Et fuit facta in paradiso. 26. dist. deinde. tunc fuit præceptū, ut ibi dr̄ eodem modo præceptum fuit, cum dicebatur; Maledictus, qui non reliquerit semē super terram: hodie tamen est consilium, nisi quo ad reddēdum debitum. 33. quæstio. 2. Apostolus.

Mrimoniū qñq; fuit de præcepto.

PVdor est fœminis.] CASVS. Beneuē. sic ponit hunc casum. Cum prima institutio nuptiarum fuerit causa prolis habendæ, quodāmodo pudor coniugatę reputatur filios nō habere. vnde nō fuit mirū si diabol[9] credebat Mariam esse corruptam. cū videret eā prolem habentem, quæ est præmium nuptiarum. [Sola.] Idest, præcipua. [Est,] idest, esse debet.

c ¶ Pudor.] Si tamē per eas nō staret quo minus habeant, non est cur debeant pudere, ff. de reg. iu. in omnibus.

d ¶ Sola.] .i. præcipua. 8. d. si solus.

e ¶ Et gratia.] Vnde dicit lex, quia magnum præmium est mulieribus concipere, & cōceptum tueri, ff. de ędi. edi. queritur, §. si mulier.

inf. ead. q. 2. quidquid. & extra de consec. eccles. quod in dubijs.

QVòd autem.] Hæc q. diuiditur in 7. partes: in prima quarum videt̄ probare superficialiter, q causa incontinentiæ inducta non est vxor: quia honor est mulierum filios procreare. Secunda ibi, [His ita.] Tertia ibi, [Non autem.] Quarta ibi, [Sic contrariæ.] Quinta ibi, [De his.] Sexta ibi, [Cum ergo qui aliquam.] Septima ibi, [Cum ergo dicitur.] Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur secunda quæstio, qua queritur an sit coniunx dicenda, quę causa incontinentiæ ducit. Et certum est, q non secundum primam institutionem matrimonij: quæ fuit facta causa multiplicandi generis humani. Sed secundum institutionem secundam matrimonij, factam causa fornicationis vitandæ est matrimonium, vt inf. ca. §. his ita. Iste autem. §. per se patet.

Coniunx ne est quæ causa incōtinentiæ ducitur?

QVOD AVTEM. Hic depingitur secunda quæstio, an sit illa coniunx, quę causa incontinentię ducitur: Et quidem est, non secundum primam institutionem matrimonij factam causa prolis tantum, & gratia multiplicandi generis humani, sed secundum secundam institu-

f ¶ Falleret. Ex hoc autē fuit deceptus diabolus, qui cū videret Mariam habere filium, credebat eam mulierem esse. Alia ratio redditur 27. q. 2. iuramenta. Hic patet q multa latent diabolum, & quotidie discit per temporu incrementa, vt 26. q. 3. sciendum.

Diabolum multa latent & quotidie discit.

g ¶ Principem mundi.] Idest, mundorum, idest, malorū, nec per hoc attribuitur ei super homines aliquis principatus, sed dicitur princeps eorum. i. primo peccans, vel maior peccans. Vel ad derisionem dicitur princeps talium: sicut dicitur rex ribaldorum, vel Cardinalis Rauennas: non tamen simpliciter est rex, vel Cardinalis, arg. ff. de verb. sign. Paulus. quidam tamen heretici garriunt eum principem mundi, quia fecit omnia infra lunarem globum. Ioan.

Diabolus dr̄ mundi princeps.

QVI ERGO. CASVS. Hic infert Gratianus ex sup. dicto c. quod qui causa explendę libidinis, & non causa sobolis copulantur, potius dicēdi sunt fornicarij quam coniuges. Et ad hoc inducit seq. c.

h ¶ Non omnis.] .i. omnis non. simile est, Non erit impossibile apud Deum omne verbum.

a ¶ Ma-

omne matrimonium,[a] quo† non viro suo secundum præcepta Christi vxor iungitur, rite coniugium appellari potest, sed magis adulterium.[b]

† al. quod non viro suo secundum præcepta Christi coniungitur] orig.

Quid- Gen.2. Heb.13. Sent.4.dist.26.

2 *His ita respondetur. Prima institutio coniugij in paradiso facta [c] est; vt esset immaculatus thorus, & honorabiles nuptiæ: ex quibus sine ardore [d] conciperent, sine dolore parerent. Secunda propter illicitum motum eliminandum [e] extra paradisum facta est: [f] ut infirmitas prona in ruinā turpitudinis, honestate exciperetur cõiugij.[g] Vnde Apostolus scribēs ad Corinthios ait: [Propter fornicationem vnusquisque [h] suā vxorē, & vnaquæque virum suum habeat. Ex hac itaque causa fit, vt coniugati se sibi inuicē debeāt, nec se sibi negare possint. Vnde Apostolus: [Nolite [i] fraudare inuicem, nisi forte ex consensu, & ad tempus, vt expeditius vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum, ne forte tentet vos Satanas. Hoc autem dico propter incontinentiam uestram.] Qui ergo propter incontinentiam in naturalem redire usum [k] monentur; patet, quod non propter filiorum procreationem tantum misceri iubentur. Non tamen ideo nuptiæ malæ iudicantur. Quod enim propter intentionem generandi fit, non est nuptiarum malum: sed est ueniale [l] propter nuptiarum bonum, quod [m] est tripertitum; [n] fides uidelicet, proles, & sacramentum.*

1.Cor.7.

Ibidem.

Vnde Augustinus de bono coniugali, cap.6.

¶ Immoderatus vsus coniugatorum non est nuptiarum malum; sed est veniale propter nuptiarum bonum. C. III.

QVidquid inter se coniugati immodestum, inuerecundum, sordidumue gerunt; vitium est hominum, non culpa nuptiarum. Iam in ipsa quoque immoderata exactione [o] debiti carnalis, quam eis non secundum imperium præcipit, sed secundum veniam concedit Apostolus, vt etiam præter causam procreandi sibi misceantur; etsi eos praui mores ad talem concubitum impel-

Iuo p.8.cap.234.

1.Cor.7.

a ¶ Matrimonium.] Idest, coniunctio.

b ¶ Adulterium.] Idest, fornicaria coniunctio.

HIS ITA RESPONDETR. Hæc est secunda pars quæstionis, in qua dicitur, quòd matrimonium bis fuit institutum siue permissum. Primo in paradiso propter sobolem tantum. Secundo extra paradisum ꝓpter sobolē, & propter infirmitatē carnis vitandā: quia bonum matrimonij tripartitum est, scilicet fides, ꝓles, & sacramētum. Io.de Fant.

CASVS. In hoc §.G. duas distinguit institutiones matrimonij. Vnā quæ fuit ante peccatum, & causa sobolis procreandæ. Et aliā, quæ data fuit post peccatū: & facta fuit causa fornicationis vitandæ, quod probatur auctoritate Apostoli dicētis; Propter fornicationē, &c. Vñ q sic cõiuncti sunt, cõtinere non possunt, nisi de cõi cõsensu. qđ probatur similiter auctoritate Apostoli. Vñ qui propter fornicationem vitādam cõiuncti sunt, debēt cõiuges appellari. Et ad hoc ꝓbādū inducit sequēs c. [Excipitur.] idest, excluditur a fornicatione.

c ¶ Facta.] solo consensu, vt & nunc. & instituit Dñs matrimoniū ex eo, quòd mulierem fecit, dicendo illi, qđ vxor Adæ esset futura.

d ¶ Sine ardore.] Nisi enim homo peccasset, ita sine ardore & pruritu esset genitaliū coniunctio, sicut est aliorū mēbrorū: veluti si applices digitum digito vel manum cū manu: vel si esset pruritus, non tamen esset peccatum: sicut nõ esset peccatum manum scabiosam mittere ad ignem.

Adam si non peccasset nulla in coitu voluptas esset.

e ¶ Eliminandum.] Idest, coercendum.

f ¶ Facta est.] Idest ostensa facta est: alias in paradiso etiam secundo facta est: sed quæro per quæ verba, vel quando?

g ¶ Coniugij.] Sed hodie sacerdos diaconus magis punitur si contrahat quam si fornicetur, vt dist.28. presbyterum.

h ¶ Vnusquisque.] Qui per votum sibi non præiudicabit. 28.q.1. vt lex.

i ¶ Nolite.] Sup.30.q.2. nosse.

k ¶ Vsum.] Idest, carnalem vsum.

l ¶ Vniuersale.] Id est, dignum venia. idest, ad mortem non imputabile sup. dist.13. nerui, infra eadem quæstione quarta, in eo. contra, sup. dist.25. §. aliàs. Arg. contra, infra 33.q.4. vir. dic vt not. inf. c. prox.

m ¶ Quod.] Simplex est relatio.

n ¶ Tripertitum.] Idest, bonū nuptiale est triplex: id est, coniunctorum nuptijs bonum est triplex.

QVidquid.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dicit Aug. ꝙ quidquid inter se causa explendę libidinis faciūt coniugati, non est culpa nuptiarum, sed hominum. In secunda parte dicitur, ꝙ si quis vxorem suam cognouerit etiam nimis frequenter causa fornicationis, vel forte causa libidinis saturandæ, defenditur tñ a fornicatione propter bonū nuptiarū. In tertia parte dicitur, ꝙ coniugati debent ad inuicem sibi reddere debitum non tantum causa prolis habēdæ: sed etiam causa fornicationis vitandæ. Secunda pars incipit ibi, [Iam in ipsa.] Tertia ibi. [Debent ergo.] quod autem dr̃ ibi, [neque illud.] s. coitus incontinentiæ, vel forte libidinis saturandæ. Sequens §. patet.

o ¶ Exactione.] Causa incontinentiæ, non causa libidinis explendæ.

a ¶ Ab

a ¶ Ab adulterio.] inf.e.q.4.origo.cõtra inf.2.q.4.liberorum.contra. Vt hoc c.& vt eius contraria melius intelligas, nota, ꝙ quatuor de causis commiscetur quis vxori. Causa prolis. Item causa reddendi debitum, his casibus non peccat, immo meretur.13.dist.nerui.& 33.q.5.

Vir cur misceatur vxori causæ quatuor.

tur quod virtus sancti spiritus non est ibi, quando coniugalis actus agitur. & dicas quod duobus modis datur spiritus sanctus.s.ad bene viuendum, tunc non recedit in coniugali actu: quia meritorius est.33.q.1.cap.1.datur etiam ad virtutes faciendas, tunc recedit. hoc habes de penite.dist.2.c.3.& 4. & 5. Ioan. de Fan.

Pann.l.6.c.26.

lunt nuptiæ tamẽ ab adulterio, [a] seu fornicatione defendunt. Neque enim illud propter nuptias admittitur: sed propter nuptias ignoscitur. Debent ergo sibi coniugati, nõ solũ ipsius sexus sui cõmiscẽdi fidẽ, liberorũ procreãdorum causa (quæ prima est humani generis in ista mortalitate societas) verũ etiam infirmitatis inuicẽ excipiendę ad illicitos concubitus euitandos mutuam quodãmodo seruitutem; vt etsi alteri eorum perpetua continentia placeat, nisi ex alterius consensu, fieri non possit.

3 *Non autem datur præsentia [b] sancti spiritus tempore quo coniugales actus geruntur.*

Vnde Hieronymus super Matthæum.

¶ Caput hoc habetur apud Originalem homilia 6. in Numeros, & ex ipso citatur in glossa ordinaria, Numer. 11.

¶ Non datur præsentia sancti spiritus tempore, quo coniugales actus geruntur. C. IIII.

Sent.4.d.32.

CONnubia legitima carent quidem peccato: nõ tamẽ tempore illo quo coniugales actus gerũtur, præsentia sancti spiritus dabitur; etiam si propheta esse videatur, qui officio generationis obsequitur. Sed & alia plura [c] sunt in quibus sufficit sola [d] vis humana: & neque res indiget, neque decet adesse præsentiã sancti spiritus.

Sicut ergo talis concubitus non est fornicarius, sed propter bonum coniugij licitus: sic etiam coniunctio illa, de qua quæritur, [e] non est fornicaria, sed propter bonum coniugij licita.

Item, sicut Augustin. ait in libro de bono coniugali cap. 14.

C. V.

Polyc.l.6.tit.
Iuo p.8.c.10.
Pann.l.6.c.45.

COncubinæ ad tempus adhibitæ, nec etiam si causa filiorũ concumbant, iustum faciũt cõcubinatũ suum.

4 *Sic contrario datur intelligi de ijs, qui coniugali affe-*

b ¶ Præsentia.] Adest tamen gratia spiritus sancti quo ad illa; sine quibus gratia spiritus sancti hẽri non potest, cũ etiã quis mereatur quandoque in tali actu.inf.33.q.5.si dicat. Sed abest cũ qs cognoscit vxorem quo ad operationẽ, scilicet quo ad miracula faciẽda: & vim prophetandi. manet enim in bonis gratia spiritus sancti quo ad quædã. & recedit quo ad quædã vt legitur de pę.dis.2. quærendum. &c. potest discursus. Vel dic nõ dari præsentiam spiritus sancti quo ad oĩa: quia ibi est quidã stupor, & hõ totus carneus efficitur. Vel ideo illi pruritui non datur, quia est veniale peccatum. Dicit tñ P. mãducator, coitum cõiugalẽ bene exerceri posse sine peccato. 1 quod concedo quãdoque. Ioan.

Coitus carnalis sine peccato exerceri potest.

COnnubia.] CASVS. Dicitur, hic ꝙ licet cõnubia peccato careant, tamen tẽpore carnalis cõmistionis non adest spiritus sãcti gratia. Sunt etiã plura huiusmodi opera. in q̃bus non adest p̃sentia spiritus sancti, nec etiam indigent

1 Sine peccato contra 27.q.2.omne.

q.5.si dicat. Item cã incontinentiæ, cum scilicet est præuentus a voluptate, tunc est veniale peccatum, vt hic, & 33.q.4.vir cum propria. Quidam tamen dicunt hoc casu nullum esse peccatum propter auctoritatẽ Apostoli. Vnusquisque habeat suam; &c. vt sup.§.prox. Cognoscitur etiam vxor cã explendæ voluntatis scilicet, cum quis præuenit voluptatem vel cogitatione, vel vtendo calidis, vt pluries eam cognoscere possit, tunc secundũ Hu. peccat mortaliter, vt in contrario cap. origo. minus tamen punitur propter bonum matrimonij, vt infr. q.7. adulterij. Alij dicunt quod etiam in hoc casu tantum veniale peccatum est, arg. hic, infra q.7. adulterij. & sic vbi reperitur quod mortaliter peccet: dic, id est, ad modũ adulteri agit. Vel dicitur ad exortationem continentiæ. si.32.q.1.§.verum. vel intelligitur quando eam cognoscit contra naturam: quia tunc secundũ omnes mortaliter peccat, & grauius cum vxore, quam cum alia. inf. q.7. adulterij. Io.

NON AVTEM. Hæc est 3. pars. quæstio. in qua dicitur quod ...

c ¶ Sed & alia plura.] vt sunt actus indifferentes, vt cõmedere, mouere digitum, & huiusmodi.

d ¶ Sola.] Non excludit Deum quin adsit, sed virtutes quantum ad operationem: quia illa hora totus carneus efficitur.

SICVT ERGO. CASVS. Cõcludit Gra. ex illo c. quidquid. & dicit quod sicut coitus, qui fit causa incontinentiæ, non est fornicarius: sic coniunctio vxoris, quæ fit causa filiorum, non est fornicatio. Postea dicit, quod concubinatus, qui fit etiam causa filiorum, non est licitus, quod probat auctoritate Augustini, de qua dicitur in themate.

e ¶ De qua quæritur.] In themate.

COncubinæ.] SIC ECONTRARIO. Hæc est 4. pars quæstio. in qua quęritur an sit vxor quæ ducitur ad tempus, vel sub conditione vt prolem euitet. & dicitur quod non. Io. de Fant.

CASVS. Infert Gratian. ex auctoritate Augustini, dicens, ergo si coniugium fiat causa incontinentiæ, &

non

non concubinatus, licitum erit, quod patet per sequentia cap.

Solet quæri.] CASVS. Quæsitum fuit ab Augustino vtrũ debeat dici matrimonium inter eos, qui causa incontinentiæ contrahunt. Et respondet August. quod sic, dummodo sic cõueniant vt perpetuo debeãt simul esse, & non vitẽt prolem. Sed si conueniant vt ad tempus sint simul, vel vt vitent prolem, non est coniugium inter eos. Nam non dẽt vxor dici cum qua aliqs ita contrahit donec inueniat magis dignam, & hũc casum approbat H. in summa sua, excepto eo, quod non dixit de quæstione facta ab August. [Vtramq;] id est, ad mortẽ velle persistere, & velle nõ euitare prolem.

contra natura matrimonij, matrimonium non tenet, vt si hoc modo dicatur, contraho tecum vsque ad tres annos, vel sic contraho tecum si procuraueris venena sterilitatis. matrimonia.n. vel sponsalia sic contracta non tenent. vt hic, &c. sequenti. Est & alia inhonesta conditio.

Etu sibi copulantur, quod etiam si nõ causa procreandorũ filiorum, sed explendæ libidinis conueniunt, non ideo fornicarij, sed coniunges appellantur.

Probatur hoc idem auctoritate Augustini in libro de bono coniugali. c. 5.

¶ Coniuges sunt qui causa solius incontinentiæ sibimet inuicem copulantur. C. VI.

Polyc. ibid. Iuo p. 8. c. 65. Pann. l. 6. c. 27. † al. propter incontinentiam.] orig.

Solet quæri, cum masculus, & fæmina, nec ille maritus nec illa vxor alterius, sibimet non filiorum procreandorum, sed pro † incontinentia,[a] solius concubitus causa copulantur, ea fide [b] media, vt nec ille cum altera, nec illa cum altero id faciat: vtrum nuptiæ sint vocandæ. Et potest quidem fortasse non absurde hoc appellari cõnubium, si vsque ad mortem [c] alicuius eorũ id inter eos placuerit: & prolis generationẽ, quamuis nõ ea causa cõiuncti sint, nõ tamẽ vitauerint,[d] vel nolint [e] sibi nasci filios vel etiam opere aliquo malo agant, ne nascãtur. Cæterũ, si vel vtrumque,[f] vel vnũ horum desit; nõ inuenio quemadmodum has nuptias apppellare possimus. Etenim si aliquam sibi vir ad tempus adhibuerit, donec aliã dignã honoribus, vel facultatibus suis inueniat, quam comparem ducat; animo ipso adulter est: nec cum illa, quam cupit inuenire, sed cum ista [g] cum qua sic cubat, vt cum ea non habeat maritale consortium.

Pann. l. 6. c. 44.

Idem de nuptijs, & concupiscentia, lib. 1. c. 15.

¶ Fornicarij sunt, non coniuges, qui sterilitatis venena procurant. C. VII.

Sent. 4. d. 31. Iuo p. 10. c. 55.

Aliquãdo eousq; peruenit hæc libidinosa crudelitas vel libido crudelis, vt etiã sterilitatis venena ꝓcu-

Filius tpalis est a lege incognitus.

1 Cõditiones in matrimonijs appositæ, sunt in multiplici differentia.

2 Ext. de cõdit. ap. c. vlt. & intellige impossibiles de iure, vel ſm naturã. ff. de condi. inst. l. 1. §. filius, secus si impossibilis sit pp difficultatẽ præstandi vt si mihi domũ auream dederis ff. de sta. libe. cum hæres. §. 1. quia tunc valet matrimonium, vt ibi. idem si propter perplexitatem est in possibilis, quia ex tunc vitiat cõtractum, ff. de condi. inst. si Titius. sed ſm Vincen. ibi contra naturam & substantiam est. Arc.

a ¶ Sed ꝓ incõtinẽtia.] Id est, propter incontinentiam vitandam.

b ¶ Ea fide.] Dum tamen hoc agãt vt matrimonium contrahant.

c ¶ Si vsque ad mortem.] matrimoniũ enim non potest ad tempus contrahi, sicut nec lex nouit filium temporalẽ, vt ff. de adop. si qs. nec hæres quis ad tempus instituitur. inst. de hære. instit. §. hæres. Quid si aliqui alias contracturi credunt hoc licere, vt ad tempus contrahant, cum ius ignorent, & cõtrahunt? Dicit H. tenere matrimonium.

d ¶ Vitauerint.] Modi vitandi notãtur. ff. de vsu & ha. sed neque. & l. si forte.

e ¶ Nolint.] Idest, velint non nasci. Habes ergo hic ꝙ vitatio prolis, vel propositum necãdi filios, impedit matrimonium & in c. proxi. Si autem alia conditio inhonesta poneretur in matrimonio, vt contraho tecum si tu interfeceris patrem, vel aliquid iniquum feceris, an tales impediat matrimonium, dubitari consueuit. De hoc notabis ꝙ conditio quædam est honesta, quædã inhonesta siue impossibilis. 1 Est autem honesta duplex: & est duplex inhonesta: quædam. n. conditio est de natura matrimonij: quædam non. Si ergo conditio honesta, quæ non est de natura matrimonij, apponatur matrimonio, tenet matrimoniũ: vt si dicat cõtraho tecũ si dederis mihi centũ: hæc conditio honesta est, & non est de substantia matrimonij, & tenet matrimonium cum illa conditione, & sine ea. vt extra de condi. app. de illis Est alia honesta conditio. q̃ adhæret naturæ matrimonij, vt cum Christianus dicit Iudææ. contraho tecum, si volueris Christiana fieri. talis conditio est de natura matrimonij: & si illa non apponeretur, non tenet matrimonium, vt 28. q. 1. non oportet. Similiter inhonesta duplex est, si. n. apponitur inhonesta conditio, quæ est ditio. quæ non est contra naturam matrimonij, vt si dicatur hoc modo, tecum contraho si furtum, vel homicidium feceris, hæc conditio non repugnat naturæ matrimonij: & cõditio talis si apponatur. frangenda est, & tenet matrimonium, vt extra, de condit. ap. c. 1. Sed contra hanc distinctionem est quod legitur 28. quæst. 1. idololatria. ibi enim vr̃ quod omnes turpes cõditiones etiam soluant matrimonium, sed qualiter hoc sit intelligendum, ibi notauimus. Item contra est 10. quæst. 1. cap. 1. & 2. vbi tenet contractus, licet apponatur conditio, quæ est contra naturam contractus. Similiter obstat 28. distinct. diaconi. vbi tenet ordinatio, licet dicat se velle habere vxorem. Similiter tenet conuersio, si sub hac forma fiat vt possit retineri proprium, vt extra qui cle. vel vo. insinuante. In contractibus autem impossibiles conditiones appositæ uitiant contractum, ut Insti. de inuti. stipulatio. §. impossibilis. ff. de act. & oblig. non solum. In ultimis uoluntatibus pro non adiectis habetur, ut C. de inst. & sub. reprehendenda. De cond. ap. in matrimonio plene habes extra de cond. ap. c. ult.

f ¶ Vtrumque.] Scilicet qui uolunt usque ad mortem commanere, & qui uolunt euitare prolem.

g ¶ Sed cum ista.] Supple est adulter.

Aliquando.] CASVS. Coniugati quidam operantur

tur ne fœtus concipiatur, aut vt fœtus conceptus fundatur, aut formatus extinguatur. dicitur hic ꝙ si ab initio in contrahendo matrimonio talem intentionẽ habuerunt, non est matrimonium inter eos si autem ex post facto tales facti sunt: licet sint cōiuges, tamen sunt adulteri

† *al. quando.*] orig.

ret: &, si nihil valuerit [a]; conceptos fętus aliquo † modo intra viscera extinguat, ac fundat, † volendo suam prolẽ prius interire, [b] quam viuere; aut, si in vtero iam viuebat, occidi antequã nascatur prorsus, si ambo [c] tales sunt, coniuges [d] non sunt: & si ab initio [e] tales fuerunt, non sibi per connubium, sed per stuprum potius conuenerũt. Si autem non ambo sunt tales; audeo dicere, aut illa est quodãmodo meretrix [f] mariti, aut ille adulter [g] vxoris;

† Adde ad istud c. & sequẽs qualiter tales puniantur, no. Bar. i l. diu°. ff. de uar. & extraor. cri. i gl. in l. necare. in gl. 1. ff. de li. agn.

2 *De his, qui abortum procurant, quæritur, an iudicentur homicidæ, vel non.*

August. in libro quæstionum Exodi, quæst. 80. ait.

¶Non est homicida, qui abortum procurat, antequam anima corpori sit infusa. Cap. VIII.

Sent. ibidem. Iuo p. 10. c. 50. Pann. l. 8. c. 12.

QVod vero non formatum puerperium *α* noluit ad homicidium pertinere; profecto nec hominẽ deputauit, quod tale in vtero geritur. Hic de anima quæstio solet agitari, [h] vtrum, quod formatum non est, nec animatum [i] quidem possit intelligi: & ideo non sit homicidiũ: quia nec exanimatum dici potest, si adhuc animam [k] nõ habebat. *Item.* ¶Si ergo illud informe puerperium iã quidem fuerit, sed adhuc quodammodo informiter animatum quoniam magna de anima quæstio non est præcipitanda indiscussa temeritate sententiæ, ideo lex noluit ad homicidium [l] pertinere, † quia nondum dici potest anima viua in eo corpore, quod sensu caret.

Ibidem.

† Adde not. in l. Cicer. ff. de pę. & i l. sacrilegij. ff. de var. & extraor. cri.

α ¶Puerperium.] *In vulgatis sequebatur,* Moyses vel lex, *quæ absunt a plerisque vetustis, & originali. Alia etiam nonnulla ex iisdem sunt emendata.*

Item in lib. quæst. veteris & noui testamenti, c. 33.

fit homicida, qui percutit mulierem, & facit abortum, & dic quod non, nisi esset viuificatus. & hoc probat per tres canones. Io. de Fan.

QVod vero. CASVS. Quæsitum fuit ab Aug. an committat homicidium, qui puerperium nondum formatum effundit. & respōdet August. dicens, ꝙ homicidium non committit: quia non potest exanimatum dici, vel exanimari quod nũquam animam habuit, nec est in hoc præcipitanda sententia, vt hæretici faciunt. Sed ideo lex noluit esse homicidium; quia anima non pōt esse viua in eo corpore quod sensu caret.

h ¶Agitari.] Ab hæreticis præsertim scilicet vtrũ quidquid, &c.

i ¶Nec animatum.] Et hoc quidẽ verum est: quia antequam lineamẽta corporis i. habeat non infunditur anima, vt inf. ca. prox. Quidam tñ hæretici dicunt animam, i. ex præiacenti materia, i. ex anima generãtis, & nasci cũ corpore, sicut & creatur corpus ex corpore. Alij mentiuntur aĩas creatas esse in principio mũdi in comparib. stellis, & infundi corporibus: post resolutionem vero redire ad proprias stellas, si bene vixerint. Fides nostra est, quod quotidie Deus nouas creat animas, & infundit nouis corporibus: & infundendo creat, & creando infundit.

i Hic uide ꝙ legit̃ & no. su. 5. di. §. 1. Anima nostra unde ꝓcedit.

teri reputandi: quia more adulterorum se habent vbi alter ex post facto est in hac culpa, aut ipsa se habet ad modum adulteri: aut ipsa ad modum meretricis: & tamen matrimonium est inter eos. seq. §. patet.

a ¶Si nihil valuerit.] Procuratio sterilitatis.

b ¶Interire.] Interit ergo quod nondũ est, arg. ff. vsufr. quemadmodum cap. l. omnes, §. 1.

c ¶Si ambo.] Idest ab initio legitime contraxerunt: sed ad hoc post deuenerunt.

d ¶Coniuges non sunt.] i. iura cōiugij non obseruant.

e ¶Et si ab initio.] Nota, ꝙ non sunt coniuges, qui eo animo cōiuncti sunt vt prolis generationem impediãt: & quod in vno opere vnus peccat, alter nõ: & quod matrimonium aliquando ex vna parte tantum tenet. argu. inf. ea. q. 5. proposito. & ext. de eo, qui dux. in matri. c. 1. sed hoc falsum est.

Matrimonium q̃nque ex una parte tantũ tenet.

f ¶Meretrix.] Idest, digna pœna, qua aliqua meretrix est digna.

g ¶Adulter.] Idest, dignus pœna, qua aliquis adulter est dignus.

DE HIS. Hæc est quinta pars qō. in qua quæritur an

ADDITIO. Aliter videtur notari sup. 1. q. 3. si quis obiecerit. in gl. exercendo, &c.

K ¶Si adhuc animam. Similiter non dicitur deseri charitas, quæ nũquam fuit, vt inf. de pę. d. 2. in fi. & rei quæ non est, priuilegium dari non potest, vt extra de eccle. ædifi. ad audientiam. & matrimonium qđ non est, accusari non potest, vt ext. de despon. impu. ad dissoluẽdum. & id quod non est, rumpi nõ potest. ff. de iniust. rupt. & ir. test. & nam & si. Sed contra; id quod non est, potest desinere esse. ut ff. usufr. quemadmodum ca. l. 2. §. 1. & res, quæ non est, potest habere priuilegium. ext. de consue. cum olim. & mittitur. in possessionem quæ nõ est, is qui non est natus, ut ff. de off. test. post hum. & ædificio quod nõdũ est, potest imponi seruitus, ut ff. de seru. urban. præ. si seruitus. §. ult. Io. Tu dicas quod rei, quæ non est, potest imponi seruitus: non quod statim sit seruitus, sed erit re existente in rerum natura 27. q. 2. §. ex his omnibus. Idem potest dici de priuilegio: quia tunc uere competit, cum res extabit H.

Priuilegium dari non potest rei quæ non est.

l ¶Ad homicidium.] Dic ut sup. 2. q. 5. consuluisti.

Moy-

MOyses.] CASVS. Hoc, vt dicunt Beneuen. & H. debet præmitti c. præcedenti: quia sic est in legib. humanis: & Hugo hunc casum sic ponit dicens. Hic similiter loquitur Augu. contra eosdem hæreticos dicentes quod anima nascitur ex semine, & infunditur corpori statim cũ corpus seminatur. Probat ergo Augu. auctoritate Moysi, & exẽplo Domini in factura Adæ, ꝙ corpus ante recipit formam & distinctionem mẽbrorum, quam anima infundatur.

CASVS. H. breuis est & bonus, Bene. vero hunc casum sic ponit dicẽs. Erant quidã hæretici dicẽtes, omnes aĩas ab initio creatas simul, & cõpositas in comparibus stellis, & quotidie infundi nouis corporibus, deinde ad compares stellas reuersuras. Alij autẽ dixerũt animas creari ex traduce, & simul infundi corpori cum semine. Contra quos inuehitur hic Aug. quia primo formatur corpus ex traduce carnis, & deinde anima infundit. Sed hoc primo probat per Moysem, secundo per facturam Adæ: tertio per similitudinem ædificij.

[Ex traduce,] idest, ex semine. [Simul cum corpore,] idest, simul cum ipso semine corporis anima creatur, & infunditur antequã corpus humanum sit formatum. Hæc dicebant ibi hæretici. Sequẽs c. patet.

Animatũ & non animatum interficiens qualiter punitur.

a [Det animam.] similiter dicit lex, ꝙ si aliquis interficit animatum, capite puniri debet: si vero non animatum, distinguitur: quia si est nobilis, parte bonorum amissa relegatur. si est ignobilis, damnatur in metallum. ff. de pœn. si quis aliquid. §. qui abortionis.

b [Nascitur.] vt illi dicunt, qui dicunt animam nasci ex traduce 1.

c [Pereunt.] Quod est inconueniens.

d [Natiuitati.] Forte vitio matricis.

e [Ratione infirmabatur.] i. destituebatur, vnde nõ videtur rationabile quo ad opinionem hominum.

f [In sicco.] i. in corpore rudi & informi. Et est argu. pro Normannis, & Anglicis, & Germanis, Polonis, ut possit fortiter bibere, ne anima habitet in sicco.

g [Habitare.] Scilicet ꝙ ex eis unum efficiatur uel per uegetationem. alias tam boni quam mali Angeli habitant in siccis corporibus, & in cadaueribus, & in lapidibus, & in auibus, in quibus ipsi dæmones dant respõsum, ut 26. q. 5. nec mirum ut dicitur de Saule, qui adorauit diabolum.

1 Idest, ex semine simul cũ corpore i. simul cũ ipso semine corporis aĩa creatur & infunditur anteq̃ corpus humanũ sit formatũ. B.

Normanni bibunt fortiter, ne eorũ anima in sicco habitet.

h [Sicuti.] Per hoc ca. dicit Bar. peccata sola voluntate commissa sola voluntate debere deleri. nam omnis res. &c. extra de reg. iur. omnis. Alij dicunt esse necessariam exteriorem pœnitentiam: ex quo voluntas egressa est suos fines.

Peccata solius uolũtatis uoluntate sola deleri nõ possunt.

i [Sensus.] Idest, uoluntas, uel cogitatio.

K [Ratione conceptus.] Idest, cogitatio bona mente cõcepta cito perit, &c. Vel intelligitur de mala cogitatione concepta in ratione uel intentione, idest, in anima, quæ perit.

l [Ab hoste.] i. a suggestione diaboli: quia suggestio eius non habet effectum circa hominem, cum nesciat mentem hominis, ut 26. q. 3. sciendum.

CVM ERGO. Hæc est 6. pars q. in qua quæritur, utrũ peccat concubinarius dimittendo concubinam, & adhærendo uxori, siue in habendo uxorem, uel qui dat filiam suam. dicitur quòd non. Io. de Fant.

CASVS. Iste §. respicit finem illius c. solet quæri. & ex eo infert, ꝙ si quis separat se a tali, cum qua contraxit ad tempus. non peccat, nec alius tradens filiam suam illi adultero peccat. & ad hoc inducit seq. c.

m [Cum ergo.] Respicit finem c. solet querri, &c.

n [Illi.] Cum ei non est carnaliter commissus, nec ibi summatur. Argum. contra extra de spon. ad audientiam.

¶De eodem. Cap. IX.

MOyses tradidit: [Si quis percusserit mulierem in vtero habentem, & abortiuerit; si formatum fuerit, det animam [a] pro anima; si autem informatũ fuerit; mulctetur pecunia,] vt probaret non esse animam ante formam. Itaque si iam formato corpori datur, non in conceptu corporis nascitur [b] cum semine deriuata. Nam si cũ semine & anima existit ex † anima; multæ animæ quotidie pereunt. [c] cum semen fluxu quodam non proficit natiuitati: [d] sed si proprius † respicimus, videbimus quid sequi debeamus. Contemplemur facturam Adæ. In Adam enim exemplum datum est, vt ex eo intelligatur, quia iam formatum corpus accipit animam. Nam potuerat animam limo terræ admiscere, & sic formare corpus. Sed ratione infirmabatur † [e]: quia primum oportebat domum compaginari, & sic habitatorẽ induci. Anima certe, quia spiritus est, in sicco [f] habitare non potest; ideo in sanguine fertur [habitare † [g]. Cum ergo corporis lineamenta compacta non fuerint, vbi erit anima?

Iuo p. 10. c. 57. Pann. li. 8. c. 13.

Exod. 21.

Sent. ibid.

† al. de.

† al. priora.

† al. informabatur.] vera lectio.

† Abest ab originali.

Item Hieronymus ad Algasiam, quæst. 4.

¶De eodem. Cap. X.

SIcuti [h] semina paulatim formantur in vteris, & tamdiu non reputatur homo, † donec elementa confecta, † suas imagines, membraque suscipiant; ita sensus [i] ratione conceptus, [k] nisi in opera proruperit, adhuc in vẽtre retinetur, & cito perit ab hoste α [l].

Sent. ibidem. Iuo p. 10. c. 58. Pann. l. 8. c. 14.

† al. homicidium.

† al. cõfusa, orig.

α ¶ Ab hoste.] *Originale & Iuo, &* cito abortio perit: *quo abortij uocabulo, & alibi: & in eadem quæstione usus est B. Hier.* aduersarij inquit, ea quæ concepta sunt, facit perire abortio *sed ad gloss am non est mutatum.*

9 *Cum ergo,* [m] *qui aliquam sibi ad tempus adhibet, cum ea adulter esse dicitur; nec ab ea discedens, nec filiã suam illi* [n] *tradens peccat.*

An-

Ancillam.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ si quis vult dimittere concubinam, & aliam ducere in vxorem, propter hoc non est bigamus, nec peccat: immo admonendus est vt hoc faciat, quia eius negligentia non est desperanda, cum de nemine desperandũ sit, donec est in hoc

Vnde Leo Papa ad Rusticum Narbonensem episcopum, epist. 90. al. 92. cap. 5. & 6.

¶ Profectus est honestatis, fornicariam abijcere, & vxorem legitimam accipere. Cap. XI.

Ancillam à thoro abijcere,[a] & vxorem[b] certę ingenuitatis accipere; non duplicatio coniugij, sed profectus est honestatis. Culpanda est sane talium negligentia, sed non pœnitus desperanda, vt crebris cohortationibus[c] incitati, ꝙ necessario[d] expetierunt, fideliter[e] exequantur. Nemo[f] enim desperandus est, dum in hoc corpore constituitur: quia nonnunquam, quod diffidentia ætatis[g] differtur,[h] consilio maturiore perficitur.

de pœn. di. 7. ca. nemo.

Item ibidem, c. 4.

In Triburiensi conci. c. 38. & 39.

¶ Legitimo matrimonio copulatur, quæ concubinam habenti traditur. Cap. XII.

Non omnis mulier iũcta viro, vxor est viri: quia nec omnis filius[i] est hæres patris.[k] Nuptiarum autẽ fędera inter ingenuos[l] sunt legitima, & inter coæquales,[m] † multo prius hoc ipsum Domino constituente,[n] quàm initium Romani iuris existeret. Itaq; aliud est vxor, aliud concubina; sicut aliud ancilla, aliud libera.

Polyc. l. 6. tit. 4. Burc. l. 9. c. 1. Iuo p. 8. c. 139. Pann. l. 6. c. 35. † *al. æquales.* Orig.

¶ Propter quod etiam Apostolus ad manifestandam harum personarum discretionem, testimonium ponit ex Genesi, vbi dicitur Abrahæ; [Eijce ancillam, & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac.] *& infra.* ¶ Igitur cuiuslibet loci clericus α si filiam suam viro habenti concubinam, in matrimonium dederit; non ita accipiendum est, quasi coniugato eam dederit, nisi forte illa mulier, & ingenua facta, & dotata legitime, & publicis nuptijs honestata videatur. ¶ Paterno arbitrio viris iunctæ carent culpa, si mulieres, quæ à viris habebantur, in matrimonio non fuerunt; quia aliud est vxor, † aliud concubina.

Gal. 4. Gen. 21.

† *al. nupta.*

α ¶ Cuiuslibet loci clericus.] *Sic quidem in epistolarum editionibus: sed in codice canonum, cap. 18. & apud indicatos collectores legitur,* cuiuslibet loci laicus. *In concilio vero Triburiensi, vbi hoc refertur,* si quis filiam suam, &c.

hoc mortali corpore. [Ancillam,] non matrimonialiter copulatam.

a ¶ Abijcere.] Cum ergo canon iubeat abijci illã, quæ non est uxor, nunquid sua auctoritate statim potest ab ea recedere. Respon. non, i. 35. q. 6. multorum. 33. q. 2. seculares.

i Arg. cõtra 29. q. 2. c. cuius re. ubi de hoc.

b ¶ Vxorem.] Scilicet qui dimittit concubinam.

c ¶ Crebris cohortationib.] Vt dimittatur concubina.

d ¶ Quod necessario.] Scilicet propter necessitatem carnalis infirmitatis, idest, causa incontinentiæ: vel quia continere forte non poterat: vel ne plures alias cognosceret.

e ¶ Fideliter.] Scilicet cum honestate coniugij.

f ¶ Nemo.] De pœ. d. 7. nemo, C. de fideic. li. deberi. inf. eo. q. 4. recurrat. in fi. su. 24. q. 3. illud, & corripiantur.

g ¶ Ætatis inf. proxi. q. 2. antiqui. & c. in adolescentia. sup. 50. dist. ponderet, & c. de eo. sup. 30. q. 3. illud.

h ¶ Differtur.] Sicut pœnitentia quandoque differtur ad tẽpus, donec deferuescat culpa luxuriæ, de poe. d. 1. sunt qui arbitrantur, & dũ est in peccato, nõ debet agere penitentiam. de pę. di. 3. in falicibus. sed illud intelligitur tantum de solenni penitentia: alias aperte contradiceret de pę. di. 5. falsas. quia peccator bene agit ꝙ crimine penitentiam, vt notaui 14. q. 6. in summa, & extra. de pę. & re. ꝙ quidam. inf. de pę. d. 3. nihil prodest.

Pnĩa an possit agi ĩ peccato.

Non omnis,] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dĩ, ꝙ non oĩs mulier viro con iũcta, est vxor: sicut nec oĩs filius est hæres. sed illa est vxor quæ est viro legitime copulata: nam aliud est cõcubina, & aliud vxor. In secũda parte dr̃, quod bene põt exemplo Abrahæ concubina dimitti, & legitima superduci. In tertia dĩ ꝙ mulieres iunctæ matrimonialiter viris. de consensu parentum, carent culpa, si mulieres, quas illi viri prius hẽbant, nõ erãt vxores. Secũda pars ibi, [pp quod.] Tertia ibi, [paterno arbit.

i ¶ Filius.] Inf. ea. q. 4. dicat. contra. sed hic filius secundum generalem, ibi ẽm specialem significationem accipitur.

K ¶ Patris.] Pater est quem nuptiæ demõstrant, ff. de in ius vocan. quia semper.

l ¶ Ingenuos.] Argu. quod non sit legitimum matrimoniũ inter puberẽ & impuberẽ. nec inter seruos plenariè.

m ¶ Et inter coæquales.] i. inter adultos, extra de despõ. impub. de illis.

n ¶ Constituente.] in paradiso cum fecit Adam, & Euã in adulta ætate, & eos matrimonialiter coniunxit. de pęn. dist. 2. §. Romanos, ver. Adam. Vel constituit ꝙ non omnis filius sit hæres, ibi: [Eijce ancillam.] &c. Sed contra inf. eã. q. 4. recurrat. ubi dr̃ quod nõ obsuit, &c. & ita filij Iacob obtinuerunt hæreditatem cum alijs genitis ex ancilla. Dicunt quidam ꝙ postea Iacob contraxit cũ ancilla, & ita legitimauit filios. Sed contra extra qui fil. sint leg. tanta. quia eo tempore suscepti sunt qñ mater esse

Filij Iacob ex ancilla geniti cũ alijs ei successerunt.

esse vxor non potuit. sed dic ꝙ sufficit, ꝙ credebatur, quod tunc posset esse vxor, vt inf. ea. q. 4. obijciuntur.

CVM ERGO. Hæc est 7. pars q. in qua intendit probare magister, ꝙ verecundæ debet esse mulieres: & magis debent rogari à viris, quam rogare. Io. de Fant.

viam meam, & dixerunt, vocemus puellam, & quæramus voluntatem eius, & cum fuisset vocata, quæsiuerūt ab ea. Vis ire cum homine isto? quæ ait, Vadam, & sic dimiserunt eam, & nutricem eius, & seruum Abrahæ. Cum autem Isaac egrederetur 1 ad meditandum in agro, quæ-

7 *Cum ergo dicitur: [paterno arbitrio iūctæ viris] datur intelligi, quòd paternus consensus desideratur in nuptijs, nec sine eo legitimæ [a] nuptiæ habeantur, iuxta illud [b] Euaristi Papæ. [Aliter non fit legitimum coniugium, nisi à parentibus tradatur. α]* sup. 3. q. 5. c. 1.

α ¶ Tradatur.] *Post hoc verbum in duobus vetustis codicibus citantur ex codice Iustiniani lib. 5. tit. de nuptijs. lib. 12. nec filium, & le. 20. in coniunctione ex digestis, tit. de ritu nupt. le. 2. nuptiæ consistere, & ex Institut. tit. de nuptijs, circa principium, vsque ad ver. præcedere debeat.*

Item Ambrosius lib. de Patriarchis, [id est lib. 1. de Abraham, c. vlt.]

Cap. XIII.

HOnorantur [c] parentes Rebeccæ muneribus, [d] consulitur puella [e] non de sponsalibus [f] (illa enim iudiciū expectat † parentum: non est enim virginalis pudoris [g] eligere maritum) sed iam desponsata [h] viro de profectionis consulitur die: nec immerito dilationem non attulit. Iure etenim properare debuit ad maritum. Vnde illud Euripideum, quod mirātur plerique, vnde translatum sit manifestum est. Ait enim in persona mulieris, quæ tamen maritū volebat relinquere, & ad alias petebatur nuptias: Νυμφευμάτων μὲν τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς μέριμναν ἕξει κ᾽ οὐκ ἐμὸν κρίνειν τάδε hoc est: [Sponsaliorū meorū pater [i] meus curam subibit. Hoc enim non est meum.] Ergo, quod ipsi philosophi mirati sunt, seruate virgines. [k] Mulier etiam, quæ amisso cito marito adolescentula laqueum infirmatis suæ timet incidere, si vult, nubat tantū in Domino, ita vt electionē mariti parētibus deferat: ne appetētiæ procacioris existimetur auctor, si ipsa de nuptijs suis electionem sibi vendicet. Expetita enim magis debet videri a viro, quam virum ipsa expetisse. Verecundiam

† al. spectat.

Hermione in Andromacha Euripidis.

Poly. l. 6. tit. 4.

CASVS. Infert Grat. ex fine præcedentis ca. à contrario sēsu. ꝙ paternus consensus est in nuptis requirendus. Quod probat auctoritate Euaristi. Et ad hoc inducit sequentia c.

a ¶ Legitimæ.] i. cōmunem solennitatē legalem habētes. ex tra de despon. impu. tuæ.

b Illud.] Sup. 30. q. 5. aliter.

HOnorant.] CASVS. Probat Amb. ī hoc c. ꝙ mulieres nubere debēt arbitrio parentum. Quod probatur exēplo Rebeccæ, quæ in nuptijs parentib. acquieuit: & exemplo Hermionis apud Euripidem, quod nō solum seruandum est in virginib. sed etiā in alijs appetentib. viros.

Pecuniæ interuētus, nō uitiat matrimonium.

c ¶ Honorantur.] Ergo pro matrimonio contrahendo potest exigi pecunia, nec erit simonia, licet matrimonium sit maximum sacramētum. nam talis datio potius dicitur honor, quam pretiū, vt hic dicitur, sic 16. qō. 1. decimæ. & est si. ff. man. si remunerandi. Si quæras, quare in hoc sacramento potius interueniat pecunia, quam in alijs: dicūt quidam, ꝙ propter onera matrimonij. Sed certe eadem ratione pro ingressu monasterij potest recipi pecunia propter onera, quæ sustinet monasterium, 16. q. 6. de lapsis. Sed hæc est ratio, quia in hoc sacramento nō confertur gratia * Spiritus sancti sicut in alijs, vt 1. q. 1. multi. circa medium, &c. sunt. & cap. quidquid inuisibilis. tamen multa fuerunt prohibita in veteri lege, in quibus non conferebatur, nec adhuc hodie confertur gratia: sicut emptio sepulturæ, vt 13. quæst. 2. postquā. Gra. tamen dicit quod pro matrimonio non posset dari pecunia.

Immo confertur vide su. d. 23. c. his igitur, in ver. pro beneficijs.

d ¶ Muneribus.] Datis à seruo Abrahæ Eliezer, patri Rebeccæ, qui dicebatur Batuel 1.

1 Ar. ad hoc ext. qui ma. accu. pos. significante. ubi de hoc, & no. 23. di. is igit ī gl. 1.

e ¶ Cōsuluitur puella.] De die profectionis, Historia. Legitur in Genesi, ꝙ Eliezer seruus Abrahæ de mandato domini sui iuit in Mesopotamiam pro accipienda vxore filio suo Isaac de domo Batuelis, qui cum venisset ad domum Batuelis patris Rebeccæ, dedit munera Rebeccæ, & parentibus, & fratribus suis, qui exposita voluntate domini sui, cum postea vellet redire, & illi rogarent eum vt aliquot diebus adhuc maneret puella cum eis, ipse dixit, Nolite me detinere, quia direxit Dominus quæ fuit Rebecca quis esset: & tunc respondit Eliezer: Dominus meus est, cui ducta es in vxorem: & ipsa statim descendit: & tollens theristrū cooperuit caput suū: deinde accepit eam in domum suam.

f ¶ Non de sponsalibus.] Innuit hæc littera ꝙ consensus puellæ non est requirendus in sponsalibus, quod tamen secus est, vt 30. q. 2. c. unico, ff. de sponsa. sponsalia. immo, & de sponsalibus fuit consulta, ubi dicitur, Vis ire cum isto homine? Dic ergo non de sponsalibus tantum; sed etiam de profectione. hoc tene, ꝙ si non contradicit, consentire intelligitur, ut hic patet 2. Nec pōt contradicere, nisi cum pater indignum eligit, ff. de spon. sed quæ patris.

2 Ad idē 43. dist. c. 1.

g ¶ Pudoris.] Arg. Matrimonium posse contrahi inter absentes per procuratorem, arg. 30. q. 5. nec illud.

Mrimoniū per procuratorem contrahi potest.

h ¶ Desponsata.] Arg. ꝙ parentibus puellæ dari potest pecunia ut consentiant matrimonio interueniente pecunia: quia ibi non confertur * gratia.

Vide sup. hoc eo. c. in ver. honorantur.

i ¶ Pater.] Cultus enim uerecundiæ, &c. C. de nup. in copulatione.

K ¶ Virgines.] Consilium est. arg. extra de despons. impu. tuæ.

Mu-

MVlier. CASVS. Dicitur hic, quod si mulier doli capax votum, iuramento firmatũ emiserit intra spatium xii. an. si patre tacente votum adimplet, non erit rea, si ipsa compleuerit quod iurauit. si autem pater contradixerit, non erit obnoxia, si non adimpleuerit. iuramentum eius, ut hic, & su. 20. q. 2. puella. Alij tenẽt mediam viam: nam doli capax ante legitimam ætatem obligatur in oĩ uoto, nisi in uoto monachationis. 20. q. 1. illud, & tñ licet obligetur. pater potest reuocare ex concessione huius canonis: & ita hoc intelligitur de doli capace, & vere obligato. De hac materia no. 57. quęst. 1. in summa.

præmittat antequam nubat, quo ipsum coniugium plus commendet verecundia.

Item in libro Numerorum, c. 30.

Cap. XIIII.

MVlier [a] si quidpiam vouerit, & se costrinxerit iuramento, quæ est in domo [b] patris sui, & in ætate adhuc puellari, si cognouerit pater votum, quod pollicita est, & iuramentum, quo obligauit [c] animam suam, & tacuerit, nõ rea erit, sed quidquid pollicita est, & iurauit, opere [d] complebit. Sin autem statim [e] vt audierit, cõtradixerit pater, & vota, & iuramenta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur spõsioni, eo quod ctradixerit pater. [f]

Glossa or di. ad cap. 30. Num.

a ¶ Non rea erit.] *In originali legitur,* uoti rea erit, quid quid pollicita, &c. *sed ob glossam non est emendatum.*

Augustinus quæst. 58. super Numeros.

¶ *Antea legebatur.* Item Augustinus. *Sublata est dictio,* Item, *quæ abest plerisq; vetustis. Nam verba B. Augustini seu glossæ ordinariæ, quæ hic referuntur, sunt explanatio loci Numerorum antea citati. In iisdem autem vetustis omnia hæc capita, quibus non est apposita rubrica, uno capite comprehenduntur.*

Cap. XV.

1. Cor. 7.

MErito hic quæritur etiam de voto virginitatis. Mulieres enim etiam Virgines in scriptura solent appellari: & videtur etiam Apostolus de patre loqui cum dicit, [seruiet virginem suam,] & [det nuptui† virginem suam.

† al. nuptum.

E contra in concilio Toletano. 3. c. 10.

¶ Viduæ, & virgines propria voluntate sibi maritos eligant. Cap. XVI.

Burc. l. 8. c. 4. Iuo p. 7. c. 62. p. 8. c. 18. & 19.

HOc sanctum affirmat concilium, ut viduæ, quib. placuerit, teneãt castitatem. a Quod si prius, quam profiteantur continentiam, nubere elegerint; illis nubant, quos propria voluntate voluerint habere maritos. Similis conditio & de virginibus habeatur; ne extra voluntatem parentum, [g] vel suam cogantur maritum accipere.

d ¶ Opere cõplebit.] ergo rea erit, si non cõpleuerit, & ita cõtrahere potest impubes; quod concedo. arg. huius ca. cõtra 20. q. 1. c. 1. [1]

1 Vide quod legi. & not. 30. qõ. 2. in princ. & c. 4.

e ¶ Statim.] Sup. 20. q. 2. c. 2. cõtra. H. soluit; quia ideo datur ibi mai9 spiritũ, q̃a tale iuramentũ eximitur a patris potestate. hic aũt loquitur de alio iuramento siue uoto; quod licet adimpleat; adhuc tamẽ manet in patris potestate: & ibi maius spatiũ datur, q̃ hic: hic enim loquitur de voto abstinentiæ: lex autẽ dicit, quod cũ filius est in potestate, nõ obligat aliquo voto. ff. d pollì. l. 2. sed derogatum est ei.

f ¶ Pater.] Soluit aũt patria potestas adueniente adulta ætate quo ad matrimoniũ carnale & spirituale & quo ad iuramẽtum. 10. q. 2. puella. 21. q. 4. tribus.

Patria ptãs soluit adueniente adulte ętate quo ad matrimonium & iuramentum.

MErito.] CASVS probat Aug. in hoc c. quod in uoto & in matrimonio voluntas patris est attendenda & quod uirgines mulieres appellãtur. [Hic,] idest, p̃missa auctoritate.] Mulier seruet, s. patri. Sed in sequẽti cap. probat contrarium.

rit quod promisit. Dicit tñ H. ꝙ post adultam ætatem tenebitur adimplere: licet alij contradicant. Idẽ dicit de eo, qui fecit simplex uotũ. & postea cõtraxit, ꝙ mortua vxore tenetur adimplere. Et si similibus casib. idẽ dicit

Mulier sumitur diuersimode.

a ¶ Mulier.] Id est, impubes. alibi sumitur pro uirgine in Euãgelio, Mulier ecce filius tuus ff. de verb. sign. mulieris, ff. de leg. 2. seruus. alibi pro corrupta ff de contrahen. emp. alioquin. §. 1. Et no. ꝙ H. dicit. ꝙ si impubes emittit votum uel sacramentũ, & est doli capax. pater nunquam potest reuocare; quia cum possit se obligare diabolo, põt & Deo. extra de deli. puer. pueris & legit sic H. hoc c. mulier. scilicet impubes non doli capax.

Iuramẽtum filij an possit a patre reuocari.

b ¶ In domo.] Idem est si extra domum, quia est emancipata, dum tamen minor sit. arg. C. de nupt. uiduæ.

c ¶ Obligauit.] Idest, fecit ad modum obligantium. Alij dicunt ꝙ siue doli sit capax siue non: dũ tñ sit intra annum 14. in uiro, uel 12. in puella, semper pater reuocat


HOc sanctum.] CASVS. Dicitur in hoc capi. qđ uidua eligere debet arbitrio suo, utrum uelit continere, uel nubere. Idem etiam statuitur de virginibus. Si quis autem propositum castitatis uiduæ uel uirginis uoluerit impedire, excommunicetur. Sequens §. patet.

g ¶ Parentũ.] Secundum canones licet filię prę ter uolũtatẽ parentũ nubere. Vnde nec est necessaria patris uoluntas quantum ad hoc. quin teneat matrimonium, licet non adsit uoluntas eius. alias bene dico requirendum eius consensum: maxime si est minor: unde corrigitur illud instit. de nup. in princ. Nunquid ergo pater eã dotare teneatur? Sic. arg. 2. ff. de ritu. nup. qui liberos. & punitur hic. uel pro &.

Filia nubere potest sine parẽtum uoluntate.

g ¶ Parentum.] Bene dicit quandoque enim inueniuntur mulieres contra sua commoda laborare. C. de spon. si pater. hoc tamen ad honestatem referas; extra de desponsa. impu. tuæ. [2]

2 Sic arguit idem Archi. hic, Pann. cons. 12. l. 1.



a ¶ Viduæ.] 20.q.2.c.1. & 3. contra. sed ibi de minorib. xiv. an. agit: & hic de nubilibus. De hoc habetur 31.q.3. in summa.

E tertia uero quæstione. CASVS. Hic ponitur 3.q. qua queritur, an puella in matrimonio contrahendo debeat sequi arbitriũ patris serui, an aui liberi. Et quidẽ aui: quia seruus nõ hẽt liberum arbitriũ ad ea, quæ liber homo facere põt: sed nec etiam aui, nisi de honestate.

b ¶ De tertia.] Hic d' pingitur 3.qu. an. s. puella in matrimonio contrahẽdo debeat sequi arbitriũ patris serui, an liberi aui. & quidẽ aui. quia seruus non habet liberũ arbitriũ de ea, quę liber homo facere potest: sed nec aui, nisi de honestate.

PAtrem puellæ.] CASVS. Dicitur in hoc c. q vbi puella hẽt patrẽ seruũ, & auum ingenuũ: nõn patris, sed aui arbitrium sequatur in nuptijs: cũ pater non habeat liberũ arbitrium. Sequens §. patet.

c ¶ Aui magis.] Spõsa. n. ab illis petẽda, qui potestatẽ hẽnt super illam 30.q.5. c.1. sed pater nõ habet, cum ipse sit in ptãte alterius, vt ff. de adul. sic eueniet.

d ¶ Neptis.] Si hæc cõcepta est patre in seruitute manẽte ñ est i potestate aui ar gu. istit. quib. mod. ius pa. po. sol. §. vlt. nã p patrẽ acqritur auo potestas ĩ neptibus. Sed si iste liber erat qñ eas suscepit: sed postmodũ factus est seruus: tũc filij remanent in potestate aui sui. inst. quibus mod. ius pa. pot. sol. §. admonẽdi, & in hoc casu oportet intelligi quod hic dicitur. Vel dic, q vbi auus est liber: siue nepos sit in eius potestate, siue non, requiri debet eius consensus ubi pater seruus est: & hoc de honestate. in potestate autẽ aui materni nullus est. inf. de pa. po. in fi. hic ergo de auo paterno dicitur. Sed nunquid originarius filium habet in potestate? Non, cum ipsa sit in potestate alterius. C. de agri. & cen. ne diutius. lib. 11. & qui in potestate alterius est, alium in potestate habere nõ potest. ff. de adul. sic eueniet. & sic potes de originario hoc intelligere sicut G. posuit in themate. Vel intellige de seruo.

e ¶ Arbitrium.] Arg. q nec seruus suo arbitrio possit dũcere vxorem. 1 Qualiter enim in se liberum arbitrium habebit, & non in sua sobole? ergo sicut per illud extra de co niu. seruo. c.1. hodie liberum hẽt arbitriũ cõtrahẽdi matrimoniũ. ita liberũ hẽbit filiã tradendi. Qualiter enim in se habebit liberum arbitrium, & non in sua sobole? Sed hic nõ habet liberum arbitrium: quia filia nõ erat in potestate eius, sed liberi aui. Vel dic, quod nec seruus habet liberum arbitrium contrahendi sine volũtate domini: si tamen contraxerit, tenet, ut 29. q.2. c. fin. & 30.q.5. §. sed obijcitur.

liber ita liberum habet in filia maritanda: qualiter enim, Quod &c. scdm H.

Si quis uero propositum castitatis viduæ, [a] vel virginis impedierit; a sancta communione, & a liminibus ecclesiæ habeatur extraneus.

a ¶ Castitatem.] *In antiquioribus cõciliorũ editionibus, & duobus codicibus Vaticanis reliqua habent ut apud Gratianũ: sed post uerbũ istud, adduntur hæc.* & nulla vidua ad nuptias iterandas ei venire cogatur. Quod si, &c. *In recentioribus uero editionibus, & apud cæteros collectos res uariat aliquantulum structura uerborum sed eadem sententia.*

Præmissis auctoritatibus euidenter asseritur, quod quamuis aliqui non filiorum procreandorum, sed incontinentiæ causa conueniant; tamen coniuges appellantur.



QVAESTIO III.

E tertia [b] vero quæstione Pelagius definit scribens Potentio defensori.

¶ Arbitrium liberi, aui non originarij patris, puellam in nuptijs sequi oportet. Cap. I.

PAtrem puellæ, ecclesiæ nostræ famuliũ, auum vero eius liberis ortum cõstat esse natalibus: & ideo aui magis [c] electionem de coniunctione neptis, [d] quam patris eius, cuius nullo modo liberum potest esse arbitrium, [e] decernimus attendi. Iuo p.8.c.27.

Quia ergo electione aui, huic ista nupsisse probatur, hanc constat legitimè sibi copulatam.

Puella nata patre seruo & auo libero, cuius cõsensum requirere debeat.



QVAESTIO IIII.

Vòd aũt [f] ex ancilla propter uxoris sterilitatẽ filios quærere alicui liceat, exẽplo probatur Abrahæ, q propter sterilitatẽ uxo- Gen.16.

QVod autem.] Hæc q. diuiditur in 6. partes. In prima quæritur, utrum teneatur quis ꝓpter sterilitatem vxoris quærere filios ex ancilla, sicut fecit Abraham, & Iacob, & dicendum est, quod non, quia omnia in figura contingebant illis. Secunda ibi, [His ita.] Tertia ibi. [Origo.] Quarta ibi. [Sicut satius: Quinta ibi, [Ecce quod nullo.] Sexta ibi [Quare autem.] Io. de Fan.

CASVS. Hic ponitur 4.q. qua quæritur, an liceat alicui viuente uxore quęrere filios ex ancilla, & indistinctè dicit, quod non, vel propter sterilitatẽ uxoris, uel ex quacunque alia causa. Et quod de Abraham, & de alijs dicitur, non obuiat; quia excusati sunt auctoritate spiritus sancti. Probat ergo H. in hoc c. superficialiter, q licet cõiugato ex ancilla prolem quærere exemplo Abrahæ, & Iacob, & superficialiter soluit in fi.

f ¶ Quod autem.] Hęc quarta quæstio nihil habet quæstionis, quia non licet ex quacunque causa viuente vxore ex alia filios procreare. & quod de Abraham, & de alijs dicitur, nõ obuiat: quia auctoritate spiritus sancti

Originarius filiũ nõ hẽt ĩ potestate. 1 Dic cum seruus hẽt liberũ arbitriũ cõtrahendi matrimonium, ut 29.q.2. si qs

fti excusati sunt.ext.de diuor.gaudemus.14.q.5.dixit.
a¶ Ingressus est.] Historia. Legitur in Gen. q dixit Sara ad Abraham. Ecce conclusit me dominus ne pariam: ingredere ergo ad ancillam meam Agar, si forte ex illa suscipiam filios, q & factum est, & suscepit ex ea Ismaelē.
b¶ Ad

pore quo ille fuit conceptus, non potuit esse legitimus. ergo ex post facto non potuit legitimari, ut extra qui fi lij sint legi.tanta.& ff.de stat.ho. Paulus.

ISte.] CASVS. Tertulianus hæreticus secundas nuptias accusans damnabat Abraham, quia post mortem Saræ Cethuram duxit vxorem, vbi& si nullum sacramētum intelligeret: tñ vir iustus ideo hoc facere debuit, ne censeret hoc esse peccatum. [Iste] scilicet Tertullianus.] Adstipulator] idest adiutor, Se qu.§.patet.

ris suæ Saræ ingressus est [a] ad Agar Aegyptiam, vt ex ea filios acciperet. Item Iacob, cum ex Rachele filios habere non posset; ex ancilla eius filios sibi suscitauit: nec solū propter sterilitatem, verum etiam propter fœcunditatem cessantem legitur intrasse ad ancillam Liæ, [b] & ex ea genuisse filios. [c] Ex quibus omnibus colligitur, propter sterilitatem vxoris siue ex ancilla, [d] siue ex qualibet alia licite filios quæri: alioquin adulterij macula Abrahā & Iacob notabuntur. Sed sicut post mortem Saræ Abrahā Cethuram [e] duxit vxorem, ne secundum Augustinum Christiani putarent esse peccatum post mortem vxoris aliam ducere, sic uidetur viuente vxore sua filios ex ancilla suscepisse, ne ab aliquibus hoc reputare tur in crimē.

Gen.3.
Gen.25.
Inf.seq.c.

a¶ Christiani.] *In capite sequenti August. ait* ne putarent hæretici.

Illud autem Augustini dicitur contra aduersarium legum & prophetarum.lib.2.c.9.

¶ Quomodo Abraham excusetur a crimine fornicationis. Cap. I.

Iuo p.8.c.269.
Pann.l.6.c.60.

ISte Abrahæ etiam vsque ad decrepitam senectutē fornicationis obijcit crimen; profecto quia & post mortē Saræ alteram ducit. Vbi etsi nullum intelligeretur rei abditæ sacramentū; [f] propter † hoc solum id facere debuit Abraham: ne putarent hæretici [g] aduersus Apostolum (quibus etiam Tertulianus adstipulator [h] existit) post vxoris mortem crimen esse ducere vxorem.

† al. vel propter.
1.Cor.7.
Li. de Monogamia.

Sacramentum huius rei est, quod per bonos mali & boni erant in fide generandi; & per malos boni & mali erant ad fidem accessuri.

Vnde August. ait super Ioannem, tractatu xi.

¶ Sicut bonorum ministerio boni & mali; ita ministerio malorum boni & mali in fide generantur. Cap. II.

REcurrat nunc animus vester ad Abraham, Isaac, & Iacob. In istis tribus inuenimus parere liberas, parere & ancillas. Inuenimus ibi & partus liberorū, inuenimus ibi & partus ancillarum. Ancilla nihil boni significat: [i] [Eijce ancillam, inquit, & filium eius,] *& infra.*
¶ Inuenimus rem miram in istis generationib. liberarū, & ancillarum, quatuor [k] scilicet genera hominū, in qui-

Gen.21.
Copiosius in orig.

f¶ Sacramentum.] Quia est a viro sancto factum, sanctū præsumit, vt 9.qō.2.[Ludun.] & 17.q.1.omnis.
g¶ Hæretici.] Scilicet Tertullianus, q condemnabat secūdas nuptias: qui nec legē nec prophetas recipiebat; & quæ fuerit ei9 hæresis, habes, 24.q.3.quidā.ver. Tertullianistæ.
h¶ Adstipulator. i. adiutor.11.q.3.antecessor.

REcurrat.] CASVS. Beneu. sic ponit hunc casum. In hoc ca. distīguit Aug. tres generationes carnales, q̄ fiūt in trib. patriarchis, s. quia boni generāt bonos, & mali malos, & boni malos, & mali bonos: quæ hēnt significare quatuor generatione spirituales, quę similiter fiūt ī ecclesia, & ante legē, & sub lege, & in tempore gratiæ, quę diuersis tēporibus generat bonos & malos. Sed mali siue aperte foris sint, siue intus esse videantur, nunquam tamen ad illam ecclesiam pertinebunt, quę est sine macula & ruga. H. vero post distīct.o- nē istorū modorū dicit distincturus ergo Aug. has & illas generationes seruat hunc ordinem. Primo inuitat ad considerandum generationes carnales trium patriarcharum, & supponit quid significet. & hoc facit usque ibi [Inuenimus,] &c Ex inde ostendit qualiter ancillæ & vxores pepererunt bonos & malos ante legem, & sub lege, & in tempore gratiæ vsq; ibi. [Sed cum tales.] Ex inde distinguit quatuor modos generandi spiritualiter, & sic posses ponere casum secundum Hug.

b¶ Ad ancillam Liæ.] s. Zelpham Historia. Legitur similiter in Gen. quòd Lia sentiens quod parere desiisset, Zelpham ancillam suam supposuit viro suo Iacob: qui genuit ex ea duos. scilicet Gad, & Aser.
c¶ Filios.] Hismaelē, & alios filios. s. Dan, & Neptalim.
d¶ Ex ancilla.] s. Balam. Historia. Legit̄ in Ge. q Rachel inuidens sorori fœcundæ ait ad Iacob: Da mihi liberos, alioquin moriar, qui ait: Nūquid ego sum Deus? & illa, si non de me, saltem de ancilla & supposuit Balam, ex qua genuit duos filios. s. Dan, & Neptalim.
e¶ Cethuram.] Quæ fuit binomia, quæ alio modo uocabatur Agar, matrem Ismaelis. Arg. contra: quia eo tem-

i¶ Ancilla nihil boni significat.] Hic 1 alibi enim bonū significat, ut ibi. [Ecce ancilla Domini, &c.
K¶ Quatuor.] Idest, quatuor modi generandi homines

1 Idest, in hac serire. H.

nes in fide,aliàs enim duo tantum sunt genera hominũ, 12.q.1.duo. & quo ad condemnationem.nam aut sunt serui,aut liberi,ff.de sta.hom.in summa.
a ¶ Quatuor.] Idest, istis quatuor modis generandi in fide.
cem facit relationem.Alij dicunt eam eandem esse.arg. de consec.d.1.sicut 7.q.1.denique.ff.de iud.proponebatur,& 16.dist.habeo.
i ¶ Ciuitatis.]Hierusalem cœlestis.
K ¶ Animali.]Idest,bestiali.2

Hominum duo sunt genera.

bus cõpletur figurà toti⁹ populi futuri Christiani,vt nõ sit mirum,quod in illis tribus dictũ est.[Ego sum Deus Abrahã,& De⁹ Isaac,& Deus Iacob.] In omnibus enim Christianis(fratres intendite) aut per malos nascũtur boni,aut per bonos nascuntur mali,aut per bonos boni,aut per malos mali.Amplius istis quatuor [a] generibus nõ potestis inuenire.*& infra.*¶Inuenis†ibi bonos filios Iacob natos d' ancillis,&bonos filios Iacob natos de liberis.Nihil illis obfuit natiuitas de vteris ancillarum, quando in patre cognouerunt semen suum : & consequenter regnũ cum fratribus tenuerũt.[b] Quomodo ergo in filijs Iacob non obfuit illis,qui nati sunt de ancillis,quo minus tenerent regnum , & terram repromissionis cum fratribus ex ęquo acciperent,& nõ illis obfuerunt natales ancillarũ, sed prȩualuit semẽ paternum:sic quicumque per malos[c] baptizantur,tãquam de ancillis videntur nati:sed tamẽ, quia ex semine verbi Dei , quod figuratur in Iacob , non cõtristentur, simul hȩreditatem cũ fratribus possidebũt. Securus ergo sit,qui de semine bono nascitur; tantũ non imitetur ancillam.Si de ancilla nascitur, ancillam malam superbientem non imitetur. Vnde enim filij Iacob de ancillis nati,possederunt terram promissionis cũ fratribus , Ismael aũt de Agar ancilla natus expulsus [d] est de hȩreditate?Vnde?nisi q̃a ille supbus erat,illi humiles?Erexit ille ceruicẽ,& voluit seducere[e] fratrẽ suum ludens cum illo. Magnum ibi sacramẽtum.[f] Ludebant simul Ismael,& Isaac: vidit illos Sara ludentes , & ait Abrahȩ: [Eijce ancillam, & filium eius : non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac.] Et cum contristatus esset Abrahã, confirmauit ei a Domino Angelus dictum vxoris eius. Quȩ *a* autẽ peperit[g] Abel,& Enoch,& Noe,& Abrahã; ipsa peperit Moysem,& prophetas tempore posteriores ante aduentũ Domini:& quæ istos,ipsa & Apostolos, & martyres nostros,& omnes bonos Christianos.Omnes enim diuersis quidem temporibus nati apparuerũt:sed societate[h] vnius populi cõtinẽtur,& eiusdem ciuitatis[i] ciues,labores huius peregrinationis experti sunt, & quidã eorum nunc experiũtur, & vsq; in finem cæteri experiẽtur.Item quæ peperit Cain,& Cham,& Ismaelem, & Esau;eadem ipsa peperit, & Datham,& alios in eodem populo similes:& quæ istos,eadem ipsa & Iudam pseudoapostolum,& Simonem magum,& cȩteros vsq; ad hȩc tẽpora pseudochristianos in affectione animali [k] pertinaciter obduratos,siue in vnitate pmisti sint,siue aperta præcisione dissentiãt.¶ Sed cum tales [l] a spiritualibus euãgelizantur , & sacramentis imbuuntur ; tanquam per seipsam Rebecca eos parit,sicut Esau : cum autem per illos, qui non caste annunciant Euãgelium tales in Dei populo generatur : Sara quidem,sed per Agar.Item boni spi-

Exo.3.

†al.inuenimus] orig.

Gen.21.

Aug.l.1.de baptismo contra Donat. c.16.

Osea 2.
Act.13.

Gen.25.

b ¶ Tenuerunt.]Infra ead. dicat cõtra. sed hic illegitimi in figura successerunt , significatur enim,ꝙ etiã si illegitimi parentum uitia non sequãtur,perpetuã hȩreditatem habebũt. 56.dis.nasci.Vel legitimi isti erãt, q̃a fas erat illis tunc filios ex ancillis suscipere. inf.e.q.7.tãtũ valet. immo potius dicebãtur filij vxoris legitimi,quam ancillȩ, vt 56.dis.Ismael.1
c ¶ Per malos.]Arg. ꝙ acquirit ecclesiæ , vel alij religioso loco per hȩreticos.ar. 16.q.6.si episcopũ.
d ¶ Expulsus.] Non quia secundum carnẽ natus est : sed q̃a fratrem persequebatur,vt 56.di.Ismael. nam qui secundum carnem erat , persequebatur eum , qui secundum spiritum, vt sup.23.q.4.qui secundum.
e ¶ Seducere.]Ismael enim faciebat luteas imagines,& cogebat eum eas adorare, cõtra illud , Adorabis Deum,&c.22.ca.1. considera.
f ¶ Sacramentum.] Sacramentum erat illud secundum quod semper carnalis spiritualem persequitur. 23.q.4.qui secũdũ.
g ¶ Peperit.] Patres veteris testamẽti, & perperit ecclesia per dilectionem, noui p sacramẽta.su.12.q. 2.qui abstulerit.
h ¶ Societate.] Mater nostra ẽ ecclesia, quȩ nos in baptismate regenerauit.nã in vna fide ad vnũ præmium tendunt. Sed nunquid eadem est ecclesia, quȩ fuit in veteri testamẽto? Potest dici ꝙ non iuxta illud: Vocabo plebẽ meam non plebem meam, Et alibi : Ecce conuertimur ad gentes,& secundum hoc dicatur, ꝙ illud relatiuũ , quæ , quod præcedit,quæ peperit,&c. simpli-
l ¶ Sed cũ tales.]i. mali hic generantur per bonos mali.
a ¶ Spi-

1 De hoc re q. re c. quod non omnis. in gl.in paradiso.

Hæretici possunt acquirere ecclesiȩ.

Ecclesia est mater nostra.

l ¶ Sed 2 Idest, carnalia sapientes unde animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus sancti.Hug.

a ¶ Spiritales.]Et sic per bonos boni.
b ¶ Vadunt.]Scilicet cum regenerantur.
c ¶ Desistunt.]Scilicet cum catechizantur.
d ¶ Quia non possunt.]Sicut pueri.
e ¶ Inouam.]inf.de conse.dist.4.sicut.
f ¶ Na-

permisti sunt bonis 2.sicut in area palea granis. H.
i ¶ Palea est.]Ergo siue intus siue extra quod palea est palea est, &c. sicut vsura non desinit esse vsura, licet in sortem conuertatur.C.de vsu.l. vlt. — 2 Ad hoc 23.q.7.c.1.in fi.
K ¶ Sine macula.]Supra dist.2 1 quamuis.su.27.q.1.nuptiarum.§.1.& dic siue macula, id est sine mortali peccato. 34.q.1.omnibus.
l ¶ Desperandū est.] Sup.ea.q.2. ancillā. sup.24.q.3.corripiātur.

ritales,[a] aliquādo euangelizantib.[β] vel baptizantib. car-
nalibus generantur:Lia quidem,vel Rachel iure cōiuga-
Gen. 16. li eos,sed per ancillarem vterum parit. Cum vero per spi
rituales in Euangelio generantur boni fideles,qui vel va
dunt[γ] [b] in spiritualem affectum pietatis, vel eo tendere
non desistunt,[c] vel ideo non faciunt,quia non possunt;[d]
sicut ex vtero Saræ Isaac,vel Rebeccæ Iacob in nouam [e]
vitam;& nouum testamētum nascuntur. [f] Itaque siue in
tus [g] versari videantur, siue aperte foris sint, quod caro
Ibidem.c.17. est,caro est;siue in area [h] in sua sterilitate perseueret,siue
occasione tentationis, tanquam vento extra tollatur, quod
palea est, [i] palea est:& semper ab illius ecclesiæ, quæ est
sine macula [k] & ruga,vnitate diuisus est; etiam qui con-
gregationi sanctorum in carnali obduratione miscetur.
Eph 5. De nullo tamen desperandum est,[l] siue qui intus talis ap
paret,siue qui foris manifestius aduersatur.

¶*Caput hoc cōfectū est partim ex tractatu 11.in Ioannē, partim ex lib.1.de baptismo cōtra Donatistas,c.16.& 17. atque inde nonnulla sunt addita, & multa emendata.*

α ¶ Quæ autem.]*Hæc apud B. Augustinum sequuntur post versi.omnes scribentur, in cap. sicut in sacramentis. de consecra. dist. 4.*

β ¶ Aliquando Euangelizantib.]*Sic emendatū est ex plerisq; vetustis,& originali,& Eugyppo,tom.2.p.216.Antea legebatur*, quando Euangelizantur, & sacramentis, vel baptismatibus carnalibus generantur.

γ ¶ Vel vadunt.]*Apud B. Augustinum, & Eugyppum*
Sent.4.d.33. *legitur,* vel euadunt in spiritalis ætatis affectum.
Gen.12.& 14. 2 *His ita respondetur. Pro varietate temporum varia*
inuenitur dispensatio conditoris. Promissum erat A-
brahæ, quod in semine eius benedicerentur omnes gentes;
promiserat quoque se daturum semini eius terram pere-
grinationis [m] *suæ. Cum ergo cæteris in idololatria reli-*
ctis, Abraham,& filios eius in peculiarem[n] *populum sibi*
Dominus elegisset, rite multarum fœcunditate mulierū
populi Dei multiplicatio quærebatur: quia in successione
sanguinis erat successio fidei. Vnde in lege dicebatur:
[Maledicta [o] *sterilis, quæ non reliquerit semen suum*
super terram. Hinc etiam sacerdotibus coniugia decreta
sunt:quia in successione familiæ,successio cōstabat [p] *offi-*
cij. Quia vero per incarnationem Christi,gratia fidei v-
bique dilatata est,nec iam dicitur, [Dic domui Iudæ,&
domui Israel:] sed, [Euntes docete omnes gentes,] &,
Matth. 28. *[In omni gente quicumque timet Deum, & operatur iu-*
Act.10. *stitiam,acceptus est illi.]nec electio muneris* [q] *quæritur* [r]
in successione generis, sed in perfectione vitæ, & sinceri-

HIS ITA RESPONDETVR. Hęc est 2.pars quæs. in qua excusatur Abraham, quia pręuenit legē & quia erat pręceptum vt relinqueret semen super terram, sicut olim faciebāt sacerdotes. Io.de Deo. & dic quod sane loquebatur magister,& bene soluit secundum Hu.
CASVS. Soluit Gra. dicens,quod nō est trahendū ad cōsequentiam factū Abrahæ & Iacob: quia tunc factū fuit hoc, quia in successione sāguinis erat successio fidei & officij. Nunc aūt secus est:quia electio sacerdotij nō quæritur successione generis,sed in pfectiōe vitæ,& sinceritate scientiæ vnde Abraham, & Iacob non delinquerunt.
m ¶ Peregrinationis.] in qua scilicet ipse Abraham, fuit peregrinatus,nā vita hominis sup terrā est peregrinatio. in qua ipse Dñs apparauit vt peregrinus.1.q.1.§.opponitur uer.qđ vt plane. — Vita hominis est peregratio.
n ¶ In peculiarem.] id est,propriū.ar.ff. ad Treb.cog.1.resp. & distinct.54.ex antiquis.
o ¶ Maledicta.] Id est,ignominiosa, & obscuræ famæ apud homines habita est, & est maledictū opprobrij,vt hic:& est culpæ,vt 2.q.7.Paulus,& est maledictū pœnæ. vnde maledictus homo qui pependit in ligno. de pœn.dist.2.si vero.ver. tamquam. — Maledictum dicitur multipliciter.

1 Subau. hominem innouantem.
Ecclesia præsens dicitur area.

f ¶ Nascuntur.]Id est,charitatem, & fidem habent. 1.
g ¶ Intus.]q.d. mali sunt siue in ecclesia videantur boni,siue mali:siue ab ecclesia tolerantur, siue ab ecclesia separati sint.
h ¶ Area.] Area dicitur præsens ecclesia, in qua mali

p ¶ Constabat.]sup.82.di.plurimos,& sup.d.31.tenere.
q ¶ Muneris.]Id est,officij sacerdotalis.
r ¶ Quæritur.]Argu. quod cessante causa cessabit effectus.61.dist.§. his omnibus.

a ¶ Imperator.] Post ordinem, qui votum continentiæ habet annexum, argu. distin. 27. diaconus, sup. d. 84. cum in præterito, alioquin contradicit Ambrosius sup. ea. q. 1 integritas.
b ¶ Non ergo Abraham.] Ad hoc inducit cap. sequens. &c. obijciuntur.
c ¶ Nec illorum.] Ad hoc inducit cap. nemo, & c. dicat.
d ¶ Et immoderatus vsus.] ad hoc īducit cap. origo.
e ¶ Fere.] Optime tēperat, quia nemo imitatur.

Dixit Sara.] CASVS. Bene, & H. hunc casum sic ponunt. Amb. intendit Abrahā excusare de eo q rogante vxore mistus est ancillæ, & excusat eū tripliciter. Primo qa legē præuenit, quæ adulterium ponit. Scdo, quia non voluntate luxuriæ, vel captus pulchritudine ancillæ, sed amore sobolis ei mistus est. Tertio, quia charitas hominum hoc ei persuasit sicut accidit post diluuium in filiabus Loth.
f ¶ Dixit Sara.] Gene. 16.
g ¶ Interdictum.] In aliquo præcepto: vel interdictum per aliquā legē super hoc specialiter latā: erat tamen quodammodo interdictū in paradiso, cū Dominus ait: Erūt duo in carne vna: & etiā in lege naturali, qa cuicunque naturaliter insitum erat, quod tibi non vis, &c.
g ¶ Interdictum.] Expresse, sed tacite, cū dixit Dominus: Erūt duo ī carne vna, vt 31. q. 1. quomodo.
h ¶ Pœna.] Bene dicit pæna ex tēpore. nā culpa ante legē fuit in Caim & Lamech. Et not. q hæ oēs excusationes insufficiētes sunt, sed illa est sola, extra de diuor. gaudemus, & dic pæna criminis, id est, legis temeratæ est.
i ¶ Ex tempore.] Legis scriptæ: alias nec Lamech. nec Cain puniri debuit, cum illi ante legem scriptam peccauerunt: sed non erat adhuc pæna statuta contra eorum peccatum.
k ¶ Ante legem.] Scriptam, non autem naturalem.
l ¶ In legem.] Quæ enim præueniunt constitutionem, non sunt postea irritanda, vt sup. distinc. 81. propofuisti inf. eadē obijciuntur, & extra de constitu. cap. vlt. C. de sest. iubemus 31. distin. ante.

Constitutionem præuenientia non sunt irritanda.

m ¶ Laudauerat.] cū dixit, crescite, & multiplicamini.
n ¶ Damnauerat.] expresse, & est arg. quod licet vnum contrariorum commendetur, non ideo reliquum vituperatur. 8. q. 1. sciendum.
o ¶ Posthabuit.] Idest postposuit.
p ¶ Muneris.] Id est, officij, quo publice seruire humano generi videbatur.
q ¶ Prætexuit.] i. diminuit & extenuauit: non autem extinxit vt di. 35. sexto die. Et est arg. q malū factum ex cusatur per bonam intentionem 1. & obstetrices licet peccauerunt mentiendo, propter bonam tñ intētionem remuneratæ sunt 22. q. 2. si quælibet & ita in eodem facto quis meretur, & demeretur: quod est cōtra illud ff. de neg. ge. siue. & 16. q. 1. leg. arg. q excusatur malum si bono zelo fit propter bonum ar. 30. q. 1. ad limina.

Nemo sibi.] CASVS. H. sic ponit hunc casum: Erant quidam

tate scientiæ; & virginitas fœcunditati præfertur, & sacerdotibus continentiæ castitas imperatur [a]. *Non ergo Abraham* [b], *aut Iacob deliquit, quia præter vxorem filios ex ancilla quæsierit: nec illorum* [c] *exemplo, præter coniugale debitum, fæcunditatem in aliqua licet alicui quærere, cum illorum coniugia nostrorum æquentur, vel præferantur virginitati: & immoderatus vsus* [d] *coniugij nostri temporis turpitudinem fere* [e] *imitetur fornicationis illius temporis.*

§ ¶ Maledicta.] *Verba hæc non sunt inuenta in sacra scriptura quamuis inde a multis sanctis, & antiquis doctoribus citentur. Deuteronomij 7. hæc habentur,* Non erit apud te sterilis vtriusque sexus, tam in hominibus, quam in gregibus tuis.

Vnde Ambrosius scribit in libro de Patriarchis, libr. 1. de Abraham, c. 4.

¶ Abraham non est reus adulterij, qui viuēte vxore filios ex ancilla suscepit. Cap. III.

Dixit Sara [f] ad Abraham: Ecce cōclusit me Dominus, vt nō pariam: intra ergo ad ancillam meam, vt filiū facias ex illa] Et ita factum est. Sed cōsideremus primum, quia Abraham ante legem Moysi; & ante Euangeliū fuit, nondū interdictum [g] adulterium videbatur. Pæna [h] criminis ex tempore [i] legis est, quæ crimen inhibuit. Nec ante legem [k] vlla rei damnatio est, sed ex lege. Non ergo in legem commisit Abraham; sed legem præuenit. Deus in paradiso coniugium † laudauerat [m], non adulterium damnauerat [n]. *& infra.* ¶ Habes primam † Abrahæ defensionem. Secunda illa est, quod non ardore aliquo vagæ succensus libidinis, non petulantis formæ captus decore, ancillæ contubernio coniugalem posthabuit [o] thorum: sed studio quærendæ posteritatis, & propagandę sobolis. Adhuc post diluuium raritas erat generis humani. erat etiā religionis, ne quis nō reddidisse debitum videretur naturæ. Denique & Loth sancti filiæ hanc causam quærendæ posteritatis habuerunt, ne genus deficeret humanum: & ideo publici muneris [p] gratia priuatam culpā ptexuit [q].

Sent. ibidem. Gen. 16.

† *al licet coniugium laudauerit.*] orig. † *al vnam.*

Idem in eodem libro, & cap.

¶ Quod præter legitimam vxorem committitur, adulterij crimine damnatur. Cap. IIII.

Poly. li. 6. tit. 8.

Nemo blandiatur sibi de

Intentio bona malū factū excusat.

1 Item arg. quod malū in parte excusatur propter publicam vtilitatem. arg. ff. de noui op. nun. de pupillo. §. si qs riuos.

quidam coniugati, qui præter vxores volebant habere concubinas solutas: & dicebant q hoc non licet fœminis, scilicet habere alios præter maritos. sed viris licet habere præter vxores alias solutas & ad hoc allegabant auctoritatem legis humanæ, quæ hoc permittit viris,

crimen, id est, per canones & non per leges esse crimen.
e ¶ Est ius.] dicitur quod ex indulgentia vel ex dispensatione Apostoli habetur, vt vnusquisque habeat, &c. vt su.q.2.§.his ita. sicut dicitur ius patronatus quod ex gratia tantum habetur: vt 16.q.2.si quis episcoporum. sic etiã ex necessitate habet fieri, quod dispẽsatione fit ex, vt 50. dist. Domino sancto. & 35.q.4.cõsanguinitas.
f ¶ Tolerabilior.] Q. dic. maius peccatum est manifeste peccare quam occulte. sic ẽ cõtra 12.q.2. certe ego, su.11.q.3. præcipue. Sed dic, q occulte peccans magis dicitur peccare, id est, periculosius: qa neminem habet corrigentem. Item malũ est cadere à proposito, sed peius simulare propositũ. Item manifestę peccans alio modo dicitur magis peccare, qa tueri se vult rõnibus, & auctoritatibus, vt in hoc c. volebat. Itẽ quãtum adhoc pluribus prębet exemplum peccandi vt 11.q.3. præcipue. Item alia consideratione, qui clam peccat, plus peccat, qa videtur scienter peccare: sed q palã peccat, min⁹ peccat, qa pſumitur errare, vt ff. de ritu. nup. l. vlt.
g ¶ Sed omne.] Qđ committit in non sua coniuge, adulterium est.

Fornicatio est crimẽ canonicum.

Crimina facta palã sunt occultis grauiora.

† Conc. tex. in l. inter liberos. §. Iulianus, alias est l. Iulianus. ff. de adul. no. in l. inter stuprũ ff. de uerb. signi.

legibus [a] hominum. Omne stuprum [b] adulterium [c] est†; nec viro licet, quod mulieri non licet. Eadem à viro quæ ab vxore [d], debetur † castimonia. Quidquid in ea †, quæ non sit legitima vxor, commissum fuerit, adulterij crimine damnatur. *& in eodem lib. c. 7.* ¶ Nulli licet scire mulierem præter vxorẽ: ideo coniugij tibi datum est ius [e], ne in laqueum incidas, & cũ aliena muliere delinquas. *& post pauca.* ¶ Tolerabilior [f] est, si lateat culpa, quàm si culpę vsurpetur auctoritas. Nec hoc solum est adulteriũ, cum aliena peccare cõiuge, sed omne [g], quod non habet potestatem coniugij. Tamen locus iste [h] docet grauius crimen esse, vbi celebrati coniugij iura temerãtur, & vxoris pudor soluitur. Ideoq; cum prætenderet Abimelech, [i] quòd vxorem alienam esse ignorauerit, quam sororẽ esse vir ipse suam dixerit: respondit ei Dominus: [Et † ego cognoui, quoniam puro [k] corde fecisti hoc, & peperci tibi, vt non peccares in me: propter hoc non sum passus te tãgere eam.] Cognoscimus velut præsulem, custodemque coniugij esse Deum, qui non patiatur alienum thorũ pollui: & si quis fecerit, eum peccare in Deum, cuius legem violet, & gratiam soluat. Et ideo, quia in Deum peccat, sacramenti cœlestis [l] amittit consortium.

† *al.* exigitur. † *al.* eam.] orig.

Gen. 20.

† *al.* Ecce.] orig.

Item Hieronymus contra Iouinianum, lib. 1.

¶ Nihil est fœdius, quam vxorem amare quasi adulteram. Cap. V.

Sent. 4. d. ori.

3 ORigo [m] quidem amoris honesta erat: sed magnitudo [n] deformis. ¶ Nihil autem interest, quàm ex honesta [o] causa quis insaniat. Vnde & Xistus in sententiis.

viris, & non vxoribus & maritale priuilegium, scilicet quia vir est caput mulieris, & maior in matrimonio, & exemplum siue auctoritates patriarcharum, qui præter vxores immiscebantur ancillis. Ista ergo tria, quibus uiri se uolebant excusare ab adulterio, in hoc c. remouet Ambr. & primo auctoritatem legis humanæ. Secundo loco priuilegium maritale. Tertio exemplum & auctoritatem patriarcharũ. Et probat, quod coniugatus semper adulteratur si cognoscit aliquã præter uxorem: plus tñ peccat, & grauius est adulterium si accedit ad coniugatam, quã, si ad solutã, quia tunc cõmittitur adulteriũ ex utraque parte. H. hunc casum plenius & melius posuit quam Ben. unum tamen uerbum dixit Ben. quod H. nõ dixit: ibi, grauius est adulterium cũ cõiugata, ut apparet exẽplo Abimelech. Peccare eum.] supple cognoscimus.
a ¶ De legibus. Quæ dicunt, q adulterium non committitur cum soluta, sed cum nupta, ff. de adul. int. 1. Vel loquitur de legibus, quæ permittunt concubinatum, ut ff. de concu. l. 1. Vel loquitur de legibus, quæ permittũt fornicari militibus, ut C. de dona. inter ui. & uxo. l. 2.
b ¶ Stuprum.] Stuprum committitur in uirgine, uidua, uel puero, uel etiam in soluta muliere, quę non habetur loco uxoris, uel concubinæ, ut ff. de adul. stuprum. secus secundum canones 1. ut 36. q. 1. lex illa. §. 1.
c ¶ Adulterium.] Coniugatorum.
d ¶ Vxore. Sic inf. ead. q. 6. per totum. ff. de adult. si uxor. [illegible] no. simplicem fornicationem esse canonicum

Stuprum in mulieribus perfonis cõmittitur.

1 Sed contra de pe. d. 1. q puero quæ est lex canonizata.

h ¶ Locus iste.] In Genesi, scilicet ubi dicitur, qualiter Abraham dum esset in peregrinatione, rogauit Saram ut diceret se esse sororem suam 22. q. 2. quæritur.
i ¶ Abimelech.] Nõ est huic contra 22. q. 2. quęritur. ubi dicitur, ut pudicitiam eius seruare posset apud Pharaonem. & hic dicitur Abimelech, quia uterque in ipsũ peccauit, uel ipsum uterque timuit ab initio.
K ¶ Quoniam puro.] Volebat enim eam uxorem habere: nec intendebat alicui iniuriam facere: & ideo excusandus erat.
l ¶ Sacramenti cœlestis.] Id est, ecclesiæ.
ORigo quidẽ. Hæc est 3. pars q. in qua probat, quod ratione debet homo diligere uxorem, non tãquam adulter. Io. de Fan.
CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima ostendit Hier. q origo matrimonij, & constitutio fuit, & est honesta: sed abusio turpis est. In 2. parte dicit, q cum discretione sunt uxores diligendæ. In tertia parte ostẽdit, q qui accedunt ad uxores causa sobolis procreandæ, saltem pecudes in hoc imitentur scilicet ut ad eas pgnantes non accedant. Secunda pars incipit ibi, [Nihil autem.] Tertia ibi, Certe qui dicunt.]
m ¶ Origo.] Scilicet spes prolis, uel etiam uitatio fornicationis, quæ est nuptiarum causa, ut su. q. 2. §. his ita.
n ¶ Sed magnitudo.] Scilicet immoderata 2. exactio nimio ardore libidinis.
o ¶ Honesta.] Nihil. n. est adeo licitũ, ut non possit per-
ni-

2 Vt infra c. liberorum.

nicies irrogari.23.q.5. de occidendis.in fine.Item vsus rei non condemnantur,sed libido,vt 41.dist.quisquis.& sic vides quod quandoque peccatur in re honesta, vt 14. d.quod ait.

l.Imperator. Arg.cōtra extra de cen.olim. in fi.ff.si cer. pet.cum quid.extra de iureiur.

l ¶ Fines sæculorum.] Id est, sęcularium desideriorum vel ætas vltima, de qua habes 35.q.4.c.vnico.

O Bijciuntur.] CASVS. Aug. in hoc c.excusat Iacob du-

[Adulter [a] est, inquit, in suam vxorem amator [b] ardentior.] In aliena quippe vxore omnis amor turpis est, in sua nimius. Sapiens vir iudicio [c] debet amare coniugē, non affectu [d]. Reges impetus voluptatis,nec præceps feretur in coitum.Nihil fędius,quam vxorem amare,quasi adulteram. ¶Certè qui dicunt se causa Reip. & generis humani vxoribus iungi, & filios † procreare, imitentur saltem pecudes [e]: & postquam vēter vxoris intumuerit, non perdant [f] filios; nec amatores se vxoribus exhibeāt, sed maritos.

Idem l. 6. in ca.18. Ezechielis.

† al' liberos tollere.] orig.

Idem libro secundo.

¶ Virginalis castitas non præfertur coniugio Abrahæ. C. VI.

Qvis ignorat [g] sub altera [h] dispensatione Dei omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti,cuius nunc sunt Christiani?Quomodo ante Abraham placuit in cōiugio, sic nunc virgines placēt in perpetua castitate. Seruiuit ille legi [i], & tempori suo, seruiamus & nos Euangelio, & tempori nostro [k],in quos fines sęculorum [l] decurrerunt.

Sent.4.d.33.

1.Cor.10.

Item Augustinus a lib.22.contra Faustum,c.47.et 48.

α ¶Augustinus.] *Repositum est ex omnibus vetustis,cū in vulgatis legeretur,* Ambrosius.

¶Patriarchæ non concupiscentia explendæ libidinis,sed causa numerosæ prolis plures habebant vxores. Cap. VII.

O Bijciuntur Iacob quatuor vxores; quod, quando mos [m] erat, crimen non erat [n]; sicut Patriarchæ β coniugibus excipientibus semen suum miscebantur, nō concupiscentia percipiendæ voluptatis, sed prouidētia propagandæ successionis;sic Apostoli auditoribus admirantibus doctrinam suam condelectabantur, non auiditate [o] consequendæ laudis, sed charitate seminandæ veritatis,

Sent.4.d.33.

β ¶Sicut patriarchæ.] *Apud B.Augustinum diuersus est verborum ordo.* Sicut Apostoli,inquit auditoribus admirantibus doctrinam suam condelectabantur non auiditate consequendæ laudis,sed charitate seminandę veritatis;ita patriarchæ,&c.

Item Augustinus de bono coniugali,c.16.

a ¶ Adulter.sup.e.q.2.quidquid.cōtra. Sol.hic.adulter talis dicitur nō reatu criminis illius capitalis, sed similitudine adulterinę libidinis, sicut.n.adulter in adulterā ardet:ita iste in propriam. & quod nō peccet mortaliter,patet in fi.nā ibi dissuadetur ad ꝙ euitandum non tenetur. & hoc modo infra ea.q.7. adulterij. Sic ergo propter similitudinem dicitur adulter. Nec est hoc mirum. nam similitudine facti aliquid sæpe dicitur fieri.11.q.3.excellētissimus.12.q.3. fraternitas.

b ¶Amator.] Vehemēs amator dicitur qui tantum vxorem diligit,vt apud se disponat, quod si ipsa esset forte vxor alterius, nō minus carnaliter se cum ea cōmisceret.

Vir non sit uxoris ardēs amator.

c ¶Iudicio.]Cū iudicio,& discretioni cō misceri vxori suæ debet.

d ¶Affectu.] explēdæ libidinis.

Mulier post conceptū debet continere.

e ¶Pecudes.] Pecudes enim post conceptum nō coeunt, vt inf.ea.q.7.non solū. nec mulier faciat copiam sui corporis à cōceptione vsque ad purgationem, vt supra distin.5. ad eius. 33.q.4.si causa.

f ¶Non perdāt.] Perit.n. partus ex frequenti concussione.

Q Vis ignorat.] CASVS. Ostendit Hier. in hoc cap. quòd ita Abraham Deo seruiuit in vinculo coniugali, sicut uirgines nūc Deo seruiūt in castitate. seruiuit.n.ille legi iuxta tēpus suū: & nos seruiamus legi iuxta tempus nostrum.[Sub altera.]id est, coniugali.

1 Vt 23.q.4. de Tyrijs, &mL.sed melior littera ē altera quod ostēditur:q̄a olim sub cōiugali: nunc sub uirginali. & ita altera fuit dispēsatio, altera iusta secundum H.

g ¶ Quis ignorat.] Hoc capitulum habes de uerbo ad verbū de pę.dist.2.si enim.ver.memento,& ver.Paulus.

h ¶Sub altera.] id est,sub coniugali,quæ est altera à castitate. Alia litera habet alta, nam profunda sunt iudicia eius. 1

i ¶Legi.]Naturali uel consuetudinariæ:vel id est dispositioni diuinæ.

2 De ista materia uide latè per Bart. & Alexā. de Imo. in l.q̄dte. col.3. & 4. ff. si cert. pet.

K ¶Tempori nostro.] Arg.ꝙ si primo currebat fortior moneta, & modo currit utilior de mandato principis:liberor soluendo uiliorem 2.argum.ff.de contrah.empt.

dupliciter de eo, ꝙ habuit iiij. uxores.primo quia tunc mos erat. secundo quia non ex ardore,sed ad prolē procreandam hoc fecit,sicut Apostoli in multitudine filiorum delectabantur ex charitate, & non ex amore humanæ laudis.

m ¶ Mos.] Scilicet diuinus,& à Deo inspiratus.ext.de diuor.gaudemus.ponitur hic,quando pro quia.

n ¶Crimen non erat.]Arg.ꝙ consuetudo a crimine excusat aliquando. arg.su.d.4.denique & ex.de tēp.or.sane.ar.contra extra de si.non satis.& 1-q.3.c.ult.

o ¶ Non auiditate.]Si enim auiditate consequendæ laudis, tunc peccarent.22.q.2.primum.

Sicut

SIcut satius.] Hæc est 4. pars q. in qua dr̃ ꝙ melius est mori sine filijs, quam eos quærere de damnato coitu. Io. de Fant.
CASVS. Aug. admonet in hoc c. vt quis non habeat concubinam, sed vxorem: quia sicut est melius fame mori, quam carnes comedere in Quadragesima, ar. de consec. dist. 4. carnem. & ext. de obseru. ieiu. consilium? Resp. dummodo non fiat ad venerationem idoli: nulla tamen necessitas excusat a fornicatione, vt ff. de rit. nup. palam, §. non est ignoscendum.

¶ Satius est absque liberis defungi, quam ex illicito concubitu stirpem quærere. C. VIII.

Sent. 4. dist. 33. in fi. sup. d. 56. vndecumque.

4 SIcut satius est mori fame [a] quam idolothytis vesci: ita satius est defungi sine liberis, quā ex illicito coitu stirpem quęrere. Vndecumque [b] autē nascantur homines, si parentum vitia nō sectentur, & Deum recte colāt; honesti, & salui erunt.[c] Semen enim hominis ex qualicūque homine, Dei creatura est, †& eo male vtentibus male erit, non ipsum aliquando malum erit.

† Concor. tex. in simili. l. accusari. ff. de accu. & inst. de re. diui. §. immuni.

Item Ambrosius in sermone de S. Ioanne, qui sic incipit [*Diximus superiore Dominica.*] *num. 65.*

¶ Ex ancilla filij non sunt quærendi. C. IX.

DIcat aliquis vxorem non habeo, ideo ancillam mihi sociaui. Audi quid dicat scriptura ad Abraham, Eijce ancillam, & filium eius.] non enim hęres erit filius ancillę cum filio liberę. Si igitur ancillæ filius hæres nō est, ergo nec filius est. Cur autem quæritur tale coniugium; de quo susceptus filius, nec successionis [d] possit hæres esse, nec sanguinis.[e] Nec enim habere potest hęreditatis cōsortium, qui non habet originis priuilegium. Cur inquā quæritur tale contubernium, de quo nati, nō filij sint matrimonij, sed testes sint adulterij? Cur autem huiusmodi suscipiuntur adulterini, qui patri pudori, sint, nō honori, Dicit scriptura: [Adulterorum filij in consumatione erūt: & ab iniquo thoro semen exterminabitur.] Mulier igitur tua, si talibus moribus prædita est, vt mereatur cōsortium, mereatur & nomen [f] vxoris. Præsta concubinæ tuę libertatem, & nomē vxoris, ne tu adulter sis potius, quam maritus.

Iuo p. 8. c. 30.

Gen 21.
Gal. 4.

Cap. 3.

a ¶ Filij.] *Reposita sunt reliqua uerba scripturæ ex B. Ambrosio; pro quibus in uetustis est, &c. in uulgatis autem,* Abominatio sunt Deo.

Item Augustinus ad Claudium contra Iulianum. c. 8.

¶ Adulteria non sunt facienda etiam voluntate generandi filios. C. X.

SIc non sunt facienda adulteria [g] etiam volūtate generandi regenerandos. quemadmodum nec furta facienda sunt etiam voluntate pascendi pauperes [h] sanctos: quod tamen faciendum est non perpetrando furta, sed

Iuo p. 8. c. 105.
Pann. l. 7. c. 20.

b ¶ Vndecumque.] quasi dicat, etsi quærāt ex illicito coitu.
c ¶ Et salui erunt.] Arg. cōtra tex. de fi. presb. per totum.
DIcat aliquis.] CASVS. Aliqui non habentes vxores, dicebant sibi licere concubinas habere. Ambros. autem probat hoc esse falsum: cum dictum sit Abrahæ, Eijce ancillam, & filium eius, non enim quærendi sunt alij, qui nō possunt succedere, & q potius sint oneri q̃ honori. Dēt igitur quis habere vxorē, vt & crimen euitet, & vt filios habeat, qui possint esse heredes. Sequens ca. cum §. patet.
d ¶ Nec successionis. Nisi in vncia. C. de na. li. auth. licet.
e ¶ Nec sanguinis.] .i. honoris. Filius. n. sequitur priuilegiū patris in tribus: quo ad honores, & dignitates: & quo ad curialem cōditionem, vt C. de decur. eos, & l. exemplo. & l. nullus. & quo ad originē, vt ff. ad muni. l. 1. matrem sequitur quo ad conditionē, vt C. de rei vend. partum.

Filius in tribus patrem sequitur.

f ¶ Et nomen.] Arg. ad præsumptionem matrimonij clandestini ex appellatione vxoris: ꝙ eoipso ꝙ nominatur vxor, est habenda pro vxore, vt ext. de præsumpt. illud. C. de nup. si vicinis. Arg. cōtra C. de lib. cau. l. pe. At. sup. 93. dist. Dñs. 23. q. 1. paratus. inf. de cōsec. d. 4. si eos. ff. de ꝓb. l. vlt. §. vl. sup. 1. q. 1. si qui a simoniacis. 27. q. 2. inuenta. Et quod dicit, & nomen, dic & pro idest: nam eoipso quod quis permittit ancillam suam contrahere matrimonium, rapitur in libertatem. C. de lati. l. tol. authen. ad hæc. sed & concubina rapitur in libertatem morte domini: similiter, & filijs eius, si dominus nihil de eis disposuit. C. cōmunia de manu. l. vlt.

Ancilla contrahere permissa, eripitur in libertatem.

4 Subau. & necessitas est contraria voluntari. ff. quod met. c. l. 1. & nullū est peccatum nisi voluntarium. 15. q. 1. §. 1. & c. illa.

quam idolothytis vesci. sic melius est mori sine liberis quā ex illicito coitu filios quærere. Verum tamen si filij ex illicito coitu quæsiti fuerint, si parentum vitia non imitentur: honesti, & boni erunt quo ad Deum.
a ¶ Fame.] Sed nonne propter necessitatem famis licitum est comedere idolothytum, cum necessitas non habeat legem, vt inf. de conse. dist. 1. sicut 4. & ꝓpter necessitatem famis licitum est auferre aliena, vt de consecr. dist. 5. discipulos. & etiam furari, vt extra de furtis, si quis, & homicidium cōmittere, vt extra de homi. c. 2. &

g SIc non.] ¶ Adulteria.] Supra ea. q. 2. sicut ergo.
h ¶ Pauperes.] Supra 14. q. 5. forte, sup. 30. q. 1. nosse. sup. 22. q. 2. is autem. sup. 1. q. 1. non est putanda.

Mammon a iniquitatis quid sit.

a ¶ Mammona.] Ideſt, peccunia, quam quis per iniquitatem i. per ſolicitudinem acquiſiuit. 23. q. 5. §. ſed hoc multipliciter.

b ¶ Iniquitatis.] Ideſt, inæqualitatis. Aequum enim eſt tibi neceſſaria retinere, & ſuperflua pauperibus erogare. & hæc eſt iniquitas, ſi contra fiat.

ECCE QVOD NVLLO. Hæc eſt 5. pars q. in qua quæritur, an ſimplex fornicatio ſit prohibita in decalogo? & eſt dicendum quod ſic. Io. de Fant.

MEretrices. CASVS. Hu. ſic ponit hunc caſum. In hoc c. oſtendit Aug. quod ſimplex fornicatio fuit prohibita a Dño in Deut. fuit ēt prohibita ī decalogo, vbi dictum eſt, Non mechaberis. licet ibi ſolum adulteriū videatur prohibitum: ſed ſicut in prohibitione furti nomine partis totum intelligitur eſſe prohibitū, ſcilicet omnis vſurpatio illicita rei alienę: ita in prohibitione męchię, nomine partis intelligit totū eſſe proh bitū. ſ. omnis illicitus co tus. Bñ. vero ſic incipit caſū ſup illo verbo in Deuter. Non erit meretrix de filiabus Iſrael, neque ſcortator de filijs Iſrael. Probat Aug. quod ſimplex fornicatio fuit prohibita a Dño in decalogo: vbi dictū eſt, Nō mechaberis. Nā ſicut in prohibitione furti nomine partis, &c. omnia dicit poſita vt H. [A parte. ſed interpretatione prohibuit.

bene vtendo mammona [a] iniquitatis.[b]

5 *Ecce quòd nullo modo licet alicui viuente vxore ſua vel ex ancilla, vel ex alia qualibet filios quærere: qui etiam ſuſcepti, filiorū nomine iudicantur indigni. Simplex etiam fornicatio in ſacra ſcriptura prohibetur.*

Vnde Auguſtinus in quaſtionib. Deuter. q. 37. ad c. 23.

¶Illicitus concubitus, & omnis illegitimus vſus illorum membrorum nomine mœchiæ intelligitur. C. XI.

MEretrices eſſe, & ad meretrices accedere prohibet[c] Dominus: quarum[d] publice venalis eſt turpitudo. In decalogo autem mœchię nomine non videtur hoc aperte prohibuiſſe: quoniam mœchia nō niſi adulterium intelligi ſolet. *Idem ſuper Exodum. q. 71.* ¶ Omnis mœchia etiam fornicatio dicitur in ſcripturis. Sed vtrum ēt omnis fornicatio mœchia dici poſſit in eiſdē ſcripturis; non mihi interim occurrit locutionis [e] exemplum: ſed ſi non omnis fornicatio etiam mœchia dici, poteſt; vbi ſit in decalogo prohibita illa fornicatio, quam faciunt viri, qui vxores nō habent, cū fęminis quę maritos nō habēt, vtrū inueniri poſſit, ignoro. Sed ſi furti nomine bene intelligitur omnis illicita vſurpatio rei alienæ (nō enim rapinam permiſit, qui furtum prohibuit,[f] ſed vtique a parte[g] totum intelligi voluit, quidquid illicite rerum proximi aufertur, (profecto & nomine mœchię omnis [h] illicitus [i] concubitus, atque illorum membrorum non legitimus vſus prohibitus debet intelligi.

Iuo p. 8. c. 311.

Iuo p. 8. c. 279.

ſup. 14. q. 5. c. pœnale, §. furti.

Item Hieronymus in c. 5. epiſtolæ ad Gal. ad ver. [Manifeſta autem]

¶Extraordinaria voluptas, & inuerecunda opera nuptiarum, luxuria & immunditia appellantur. C. XII.

IN eo fornicator [k] maioris [l] eſt criminis, quia tolit mēbra Chriſti, & facit ea membra meretricis, [Erunt [m]

1. Cor. 6.

Meretricis diffinitio.

c ¶ Prohibet.] Cum dicit, Non mœchaberis. Et in Deuter. vbi dicitur: Non erit meretrix de filiabus Iſrael.

d ¶ Quarum.] Alibi, meretrix eſt, quæ multorum libidini patet, vt ſup. d. 34. vidua. hoc etiam lex dicit, ff. de rit. nup. palam.

1 Ad hoc 24. q. 1. miramur. vbi de hoc.

e ¶ Locutionis.] expreſſe.

f ¶ Prohibuit.] Arg. quod idē iuris eſt in parte & in toto, vt 14. q. 5. pęnale. Item arg. quod prohibito minori, id quod maius eſt intelligitur prohibitum: 1 arg. 44. d. nulli clerico: 2 ſimiliter conceſſo maiori cōceſſum videtur & minus 36. q. 2. viſis. 3

2 Adde de hoc inſti. de interd. §. fin. & no. in l. 1. C. ſi ſer. ex por. ve.

g ¶ A parte.] Pars enim eſt furtum: illicita vſurpatio rei alienę eſt totum. omne nāque furtum eſt illicita vſurpatio rei alienæ: & non conuertitur. Hug. ſed hæc glo. non valet: ſed expone vt dicit 14. q. 5. pœnale.

3 De hoc extra de deci. ex parte. 27. q. 2. ſunt q.

h ¶ Omnis.] Licet nō prohibuerit rapinā verbis legis, prohibuit tamen ſententia legis, quæ magis attendenda eſt. extra de verb. ſig. propter ea. ſup. 1. q. 1. Marchion.

Concubinā an licuerit olim habere.

i ¶ Illicitus.] Hic videtur ſurgere quædam inextricabilis contrarietas: nam in Deuteronomio licitum erat habere concubinam, & dare ei pretium ſuæ pudicitiæ, & eam dimittere. ſed in Decalogo ſecundum interpretationem Aug. prohibita fuit omnis fornicatio, vt hic. Dicit Hug. quod non ſunt contraria. nam aliud eſt permiſſio, de qua in Deuter. & aliud eſt præceptum, de quo in Decalogo. Sed hæc ſolutio nulla videtur, quia circa idē non

non poſſunt habere locum permiſſio & præceptum, ſiue prohibitio. ideo dicit, quod illud intelligitur de comparatiua permiſſione. ſimile. infra. 33. q. 3. ſi quid verius. nam in veritate illud ſemper fuit peccatum. extra de diuor. gaudemus.

IN eo.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima oſtendit Hiero. quòd in eodem genere fornicationis plus peccat fidelis quam infidelis. quia fidelis de mēbro Chriſti facit membrum meretricis. In ſecūda parte probat, quod nomine immunditiæ Apoſtolus diſſuaſit omnes extraordinarias voluptates, etiā cum vxore propria. Secunda incipit ibi, [Secundum opus.] In eo,] id eſt, propter hoc, [Quomodo.] id eſt, ſicut. [In hoc loco,] ſcilicet Apoſtoli.

k ¶ Fornicator.] Melius eſt viam veritatis non agnoſcere, &c. de pœnit. diſt. 4. ſi refugientes.

l ¶ Maioris.] Quia fidelis in hoc magis peccat, quia mēbra Chriſti facit mēbra meretricis. ſed infidelis ſua, nō Chriſti membra, facit membra meretricis.

m ¶ Erunt.] Id eſt, conuenient in vno carnali opere per hoc dicit Hug. affinitatem contrahi par illegitimum coitum, vt no. 30. q. 4. ſi quis.

a ¶ Econ-

a ¶ Econtrario.] Id est, sed vel; id est, econuerso casu.
b ¶ Ædificet.] Tamen per fornicationem magis ædificatur diabolo templum quam violetur.
c ¶ Nescio.] Hoc non definit: ponit tamen persuasionem suam cum dicit: per vitia, &c. vel dic, nescio, i. non defi-

f ¶ Etiam turpissimum.] Et ita quædam omittēda sunt propter turpitudinem, vt 1. q. 4. §. item peccato. & Imperator dicit de ea, quæ nubit intra tempus luctus. quomodo ei dicamus erubescimus, in auth. de restitu. & ea quæ parit §. vnum si quidem. coll. 4.

quippe duo in carne vna,] Qui non est fidelis, nec credit in Christũ, seu membra facit mẽbra meretricis, q. credit & fornicatur, Christi membra facit membra meretricis. Ecõtrario [a] infidelis in fornicatione sua vtrum violet, an ędificet [b] templum idolo, nescio.[c] Per vitia quippe luxurię *α* vel maximè dęmones coluntur. Hoc vnũ scio, quod, qui post fidem Christi fornicatur, violat templũ Dei. Secundum opus [d] carnis; immunditiae nuncupatur, & eã comes luxuria sequitur. Quomodo enim in veteri lege de nefandis criminibus, quæ in occulto fiunt, & ea nominare turpissimũ [f] est, ne & dicẽtis os, & aures audiẽtium polluerentur, [g] gñaliter scriptura complexa dst dicens; Leuit. 15. [Verecundos, vel reuerentes facite filios Israel ab omni immunditia:] sic in hoc loco cæteras extraordinarias voluptates ipsarum quoque opera nuptiarum, si nõ verecũde, & cũ honestate quasi sub oculis Dei fiant, vt tãtum liberis seruiatur, immunditiam, [h] & luxuriam nominauit.

α ¶ Luxuriæ.] *Abest vox ista à plerisque vetustis, & originali.*

Item Gregorius in moralibus, lib. 12. c. 12.

¶ Immoderatus vsus mulierem Salamonem ad idolatriam traxit. C. XIII.

SAlamon quippe immoderato vsu, atq; assiduitate mulierum ad hoc vsque perductus est, vt templum idolis [i] fabricaret: & qui prius Deo templum construxerat, assiduitate libidinis etiam perfidiæ substractus idolis construere templa non timuit.

Item Hieronymus in c. 5. epist. ad Ephesios, ad uers. [viri diligite.

¶ Liberorum procreatio in marimonio laudatur, meretricia voluptas etiam in vxore damnatur.

C. XIV.

LIberorum ergo, vt diximus, in matrimonio opera cõcessa sunt: voluptates autem, quę de meretricum capiuntur amplexibus, in vxore damnatæ.[k]

6 Quare autem tales non dicantur filij, uel quem suorũ parentum sequantur, qui ex libero, ancilla nascuntur, Isidorus Etymologiarum, lib. 9. c. 5. determinat.

Iuo. p. 8. c. 71. ¶ Qui sint liberi, [a] & quam conditionem sequantur.

C. XV.

LIbe-

g ¶ Polluerent.] Nã dicit Imperator, q pp ista crimina inducunt fames, & pestilentiæ, & terręmotus, vt in authen. ne luxu. contra natu. §. si enim. coll. 6.

h ¶ Immunditiam.] Arg. opera nuptiarũ quæ non sunt causa liberorum, mortalia esse: quia luxuria, & immunditia nominantur, vt infra c. liberorũ. sed hoc dicitur non quo ad reatũ mortalis vitij, sed quo ad speciẽ facti; speciẽ enim & similitudinem luxuriæ, & immunditiæ prętendunt, & habent designare, vt no. su. c. ea. origo. — Nuptiarum opera nõ sũt mortalia.

SAlomõ quippe.] CASVS. Probat Greg. q ex nimia assiduitate mulierum, de facili q̃s ducitur ad idolotriam. Salomonis exemplo qui cum Deo prius construxerat templum, postea amore libidinis idolis tẽpla construxit. Sequens c. cũ §. seq. patet.

i ¶ Idolis.] Idolò s. Astaroth Sidoniorũ, & idolo Chamos Moabitarũ, & idolo Moloch Ammonitarũ. post tamen egit penitentiã secũdum quosdam. 1 de pen. dis. 2. si enim. ver. Salomon. — 1 Hoc dicit quia an pœnituerit incertũ est, licet quædam scripturæ apocriphæ hoc testent secundũ Hu.

LIberorum.] k ¶ Damnatæ.] Cum vxore commissæ voluptates puniẽdæ sunt. Et ita est argum. pro H. qui dicit virum mortaliter peccare cum accedit ad vxorem causa libidinis. Tu dic ɔtra. & dãnatę, dicit, idest puniendæ propter veniale. & est simile 4. d. denique. 6. d. testamentum. — Filij sũt quę duplices.

definio cum sit manifestum: quia infidelis non violat templum Dei, cum ipse non sit templum Dei: sed ædificat templum diabolo.
d ¶ Secundum opus.] Ordine scilicet enumerandi. sic enim ait Apostolus: manifesta sunt opera carnis: quæ sunt fornicatio, & immunditia, luxuria, &c. De his. 25. d. §. criminis. vet. de quibus.
e ¶ Immunditia.] Quæ attenditur secundum omnem vsum illicitum membrorum: luxuria attenditur in cibo & potu cum vtitur delicatis, & calidis, vt aptior fit ad immunditiam 35. d. ecclesiæ principes. — Luxuria & immunditia differunt.

QVÆ AVTEM. Hæc est sexta pars quæstionis, in qua dicitur, quòd filius sequitur matrem, maxime illegitimus. Io. de Fan.

LIberi.] CASVS. Primo ostendit Isido. qui liberi dicãtur legitimi. Secundo, q proles semper imitatur conditionem matris. Tertio addit, qui appellentur filij naturales. [Deteriorem:] hoc dicit secundum consuetudinem quarundam terrarum. Vel [deteriorem,] idest, inferiorem, & debiliorem, scilicet matrem.

a ¶ Li-

a ¶ Liberi.] Quatuor sunt genera filiorum. naturales tā tum, vt concubinarum. naturales, & legitimi, vt vxoris: legitimi tantum, vt adoptiui, spurij x vt sacrarum virginum, & consanguinearum. 1. q. 1. c. tali.

b ¶ Deteriorem partem sumit.] Hoc verum est ẜm legem Longobardorū & Theutonicorum. nam ẜm legem Romanorum secus. C. de rei vend. partum. ff. ď sta. ho. lex naturæ. & de verb. sign. etiā. & sufficit si per momētum fuit in libero vētre. ff. eod. titu. l. & seruorū §. in genui. Vel dic verius deteriorem, idest debiliorem. quia fęminеus sexus debilior est quo ad honores: tamen circa insignia proles patrē sequit̄ vt dixi sup. e. dicat.

b ¶ Deteriorem.] su. 28. q. 1. Iudæi. contra su. 15. q. vlt. cū multæ. cōtra. sed hoc in cæteris generaliter, sed fallit in istis duobus casibus Iudęorū filijs, & clericorum.

c ¶ Matrem.] Quantum ad conditionē, & quātum ad originē ff. ad municip. l. j & ꝙ impugnāt testamentum matris, vt ff. de inoffic. testa. si suspecta. §. 1.

stitas. 30. d. hæc scripsimus.

e ¶ Vis.] Absoluta, quæ non potest animo inferri, sed conditionalis potest, vt sup. 23. q. 6. vides. Vel dic nō potest inferri animo vis: verum est non consentienti.

f ¶ Duplicatur.] Ar. violenter corruptam non amittere

x De istis habes. ff. ď sta. hom. l. vulgo. & dicuntur spurij quasi de spuma riualium nati.

ri [a] dicti, qui † ex libero sunt matrimonio orti. Nam filij ex libero, & ancilla, seruilis conditionis † sunt. Semper enim qui nascitur, deteriorem partem [α] sumit. [b] Naturales autē dicuntur ingenuarum concubinarum filij; quos sola natura genuit, non honestas coniugij. *& inf.* ¶ Hi vero, † qui non sunt de legitimo matrimonio, matrem [c] potius, quam partem sequuntur.

† *al. quia.*

† Concor. tex. i §. serui autem, aut nascuntur. cū gl. instit. de iur. pso.

† *Vnde & ij qui*] orig.

α ¶ Deteriorem partem.] *In codicibus Isidori etiam manuscriptis legitur.* deteriorem parentis statum sumit.

QVAESTIO. V.



VOd autem [d] pudicitia violenter eripi non possit, multorum auctoritatibus probatur. Est enim virtus animi, quæ violentiā non sentit. Corpori namque vis [e] infertur, non animo. Vnde, quamuis corpus violenter corrumpatur; si pudicitia mentis seruetur illæsa; tamen castitas duplicatur. [f] Sicut B. Lucia fertur dixisse Paschasio: [Si inuitam me feceris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam.] Non enim inquinatur corpus, nisi de cōsensu mentis. Nam si in manu mea thura ponas, & per manum meam sacrificia † facias; Deus † hæc attendit, & deridet. De sensibus enim, & voluntatibus iudicat Deus.]

In martyrio B. Luciæ.

† *al. iacias sacrificijs.* † *al. non attendit quæ & deridet.*

Hic Ambrosius scribit in lib. 2. de Virginibus.

¶ Melior est, virginitas mentis, quam carnis. C. I.

Sent. 4. dist. 33. Iuo p. 7. c. 137.

TOlerabilius [g] est, mentem virginem, quam carnem habere. Vtrumq; bonum, si licet: [h] si nō, liceat, saltē non homini [i] castæ, [α] sed Deo [k] simus. *& infra.* ¶ Virgo prostitui [l] potest: adulterari [m] nō potest. Vbicunque Dei virgo est; templum Dei est. nec lupanaria [n] infamāt castitatem: sed castitas, etiam loci abolet infamiam.

QVòd autē.] Hæc q. diuiditur in 7. partes. In quarum prima ꝓbatur, quod non perditur castitas animæ, vel corporis, vbi animus non consentit. Secunda ibi,] Si paulus.] Tertia ibi, [Nec solo.] Quarta ibi, [Quamuis,] Quinta ibi, [Cum ergo.] Sexta ibi, [Præceptum.] Septima ibi, [Sed quæritur. Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 5. q. qua quæritur an pudicitia ꝑ violentiam auferatur? Dr̄ ꝙ duplex est pudicitia. s. corporis, & animi. Pudicitia corporis, quæ carnis integritas dicitur per violentiam aufertur, de qua habetur infra ea. q. ille. Pudicitia animi, cum sit virtus, non aufertur per vim: quia animo vis non infertur, vt infra ea. q. ita ne. Probat igitur Gra. in hoc §. ꝙ pudicitia per violentiam non eripitur, primo cum sit virtus animi, non corporis: & animo vis non infertur, sed corpori secundo exemplo B. Luciæ.

Pudicitia an possit ꝑ violentiam auferri.

d ¶ Quod autem.] Hic intitulatur 5. q. an. s. pudicitia ꝑ violentiam auferatur. & dic, ꝙ duplex est pudicitia: animi, & corporis. Corporis pudicitia, quæ integritas dicitur. bene amittitur per violentiam: de qua dicitur infra ead. ille. & 27. q. 1. nuptiarum. Pudicitia autem animi cum virtus, sit non aufertur per vim: quia animo non infertur vis, vt infra e. ita ne. Et no. ꝙ hæc eadem virtus est in virginibus, in coniugatis, & in viduis: sed in virginibus appellatur virginitas, & in coniugatis pudicitia. 27. quæst. 1. nuptiarum. & in continentibus castitas ...

re virginum præmium, sed recipere duplicatum: non tamen quo ad aureolam: consequitur ergo maius præmium: sed non tale: quia non coronatur, nec fulgorem virginis habebit.

TOlerabilius.] CASVS. Ostendit Amb. in hoc cap. ꝙ potior est integritas mentis quam carnis: quamuis vtraque sit bona. Prima enim violenter auferri non potest: secunda potest. Nec lupanaria infamant castitatem, sed castitas abolet loci infamiam. Et quod dicitur ibi, [prostitui potest,] per vim, sed [adulterari non potest,] ita quod sit rea adulterij, nisi consentiat. Seq. c. patet.

g ¶ Tolerabilius.] Id est, sanctius.

h ¶ Si licet.] Id est, potest.

i ¶ Non homini.] In corpore.

k ¶ Sed Deo.] In mente.

l ¶ Virgo prostitui.] Id est, in corpore per vim corrumpi.

m ¶ Adulterari.] Quia adulterium tantum dolo committitur, vt 34. q. 2. in lectum. & ff. de adul. l. pe.

n ¶ Nec lupanaria.] Homo. n. sanctificat locū, non locus hominem, vt 40. dist. non loca, &c. multi. tamē ex loco quandoque præsumitur contra aliquem, vt 18. q. 2. diffi-

Locus sanctificat hominem.

diffinimus: & etiam pro aliquo, vt 56.dist.c.1.ipse ergo locus per se nō est infamis: nec etiam domus lupanaris est infamis, vt ff.de peti.hęr.ancillarum.vitari tamē debet turpis locus, vt 81.d.in omnibus, & iudex ipsum vitare debet, vt ff.de arb.si cum dies, §.si arbiter.

a ¶Re-

b ¶Polluat.] Et polluet per consensum de pœ.d.5.c.fin.
c ¶Comitemq.] Nam qui hēt vnam virtutem, hēt oēs.
d ¶Consentire.] Si.32.q.2. Lotharius.non.n.prætextu paupertatis, & c.de ri.nup.palam, §.nō est ignoscendū.
e ¶In potestate.] Nam dicit lex, qua cura vel diligentia consequi possumus, ne quis nobis iniuriā vel damnū det, vt ff.commo.ad eos. & de admi. re.ad ci. perti.l.2.§.si eo, & dicit lex, quòd custodia parum potest aduersus uim, ff.de act. emp. & uē.si ea res.
f ¶Putauerit.] Arg. ꝙ non debet dici qs perpetrasse quod nolens fecit, uel passus fuit: nec debēt imputari quæ per coactionem absolutā fiunt. arg.inf.d.50.presbyteros.15.q.6.c.1.arg. econtra.31.q.2.Lotharius.

α Castæ] *Antea legebatur,* casti, *sed B. Ambrosius ibi inducit Theodoram loquentem.*

Idem ad virginem lapsam, c.4.

¶ Mente incorrupta, caro non corrumpitur. C. II.

Sent.ibidem. Iuo p.7.c.138.

REuera non potest caro [a] corrumpi, nisi mens fuerit ante corrupta.

Item Augustinus de ciuitate Dei, libro primo, c.8.

¶ Aliena libido neminem polluit. Cap. III.

Iuo p.7.c.139.

ITa, ne β aliquem polluat [b] aliena libido, metuitur? Non polluit, si aliena erit: si autem polluet, aliena non erit. Sed cum pudicitia virtus sit animi, comitemque [c] habeat fortitudinem, qua potius quælibet mala tolerare, quàm malo consentire [d] decernat, nullus autem magnanimus, & pudicus in potestate [e] habeat, quid de sua carne fiat, sed tantū quid annuat mente, vel renuat; quis tandem sana mente putauerit [f] se perdere pudicitiam, si forte in apprehensa, & oppressa carne sua exerceatur, & expleatur libido non sua.

β ¶Ita, ne.] *Apud B. Augustinum legitur,* Ait enim, ne vel aliena polluat.

Item ibidem.

¶De eodem. Cap. IV.

Iuo ibidem.

PRoposito animi permanēte, per quod ēt corpus sanctificari [g] meruit, nec ipsi corpori aufert [h] sanctitatē [i] violentia libidinis alienæ, quam seruat perseuerātia cōtinentiæ suæ. An vero, si aliqua fęmina mēte corrupta violatoque proposito, quod Deo vouerat pergat [k] vitianda ad deceptorem suum; adhuc eam pergentem sanctam, vel corpore dicimus, ea sanctitate animi, per quā corpus sanctificabatur, amissa atque destructa? Absit hic error, & hinc potius admoneamur, ita nō amitti α corporis sanctitatem manēte animi sanctitate, etiam corpore oppresso; sicut admittitur corporis sanctitas violata animi sanctitate. *Idem.c.19.* ¶Lucretiam certe matronam nobilē, veteremque Romanam pudicitię magnis efferūt laudibus. Huius corpore cum violenter oppresso Tarquinij Regis filius libidinose potitus esset; illa scelus improbissimi iu-

PRoposito. [CASVS. Ostēdit August. in hoc c. quod sicut uirgo, quæ proposuit se deceptori suo supponere, mente ē corrupta, sed integra corpore: sic q̄ inuita patitur uiolētiam hostis, est integra mente, etsi corpore corrumpatur: quod probat exemplo Lucretiæ.
g ¶Sanctificari.] In futuro, cum sua stola induetur.
h ¶Aufert.] Et ita habet corpus uirtutem. Sed contra.inf. ea.de pudicitia. quia uirtus tātum in animo est. sed ideo dicitur corpus habere: quia futurum est habere post resurrectionem.
i ¶Sanctitatē.] Hæc tñ, quæ mēte corrupta est, post pęnitentiam potest ordinari. quia quo ad legē promotionis uirgo est inf.ea.finge.
K ¶Pergat.] Not. ꝙ sola itineris arreptio facit aliquam corruptam: sicut itineris arreptio habetur pro appellatione. ext.de app.meminimus, sic qui pergit de una militia ad aliam iure secundæ militiæ censetur, ff.de bon.poss. ex testamento militis, l.1. [1]

Appellat qui ad superiorē iter arripit.
1 De hoc no. extra de priuil.c.pen.

a REuera.] ¶ Caro.] Idest, eius corruptio ad reatum imputari non debet, uel ad damnationem æternam: uel corruptionis non debet rea effici; obest tamen quod ad aureolam. & quia non consecrabitur inter uirgines, ut inf.ea.ille.

ITa ne.] CASVS. Ostendit Aug.in hoc c. ꝙ cum pudicitia sit uirtus animi, inuito auferri non potest. Vnde cum comitem habeat fortitudinem, etiam pro morte non debet malo consentire. Nullus enim in sua potestate habet quod de carne sua fiat: sed in mente potest pudicitiam quis seruare. [Metuitur?] interrogatiuè, quasi non debet metui.

LVCRETIAM. CASVS. Cum Romani obsiderent Ardeam, orta est contentio inter Collatinum & Tarquinium filiū Tarquinij regis de castitate suarum uxorum. Tunc Tarquinius fecit fieri litteras falsas ex parte Collatini ad uxorem eius: in quibus continebatur, Hunc recipe tanquam meipsum, & eas sigillare fecit sigillo Collatini, & cum eis sero uenit ad domum Lucretiæ, quæ uisis litteris honeste suscepit eum. Tarquinius autem

autem in nocte accessit ad lectum eius cum quodam Mauro: & dixit quod nisi permitteret eum facere quod vellet, ibi interficeret illum Maurum, & diceret se deprehendisse illum cum illa. Tunc illa timens tantam infamiã, cũ valde casta haberetur, supposuit se illi. Ille aũt mane reuertens ad castra publice de facto se cœpit iactare. Illa vero abscondito cultello ĩ manica venit ad castra. & ĩ publico manifestauit seriem facti & cępit multũ hortari advindictam maritum & Brutum auunculum suũ, & extracto cultello seipsam interfecit, pro quo Tarquinius rex & filius eius expulsi sunt de ciuitate.

a ¶ Propinquo.] Id est, auunculo.

b ¶ Adultera.] vñ, ꝙ Augu. male induxit exemplũ Lucretiæ: nam in veritate ẜm canones adulterium commisit: siue directa, siue ĩdirecta fuerit volũtas: licet ẜm leges nõ committatur nisi dolo, ff. de adul. l. pe. sed Aug. ĩ duxit exẽplum hoc quasi a minori. q.d. ex quo ea, quæ cõditionaliter fuit coacta, excusatur ẜm legẽ ab adulterio: multo magis ea, q̃ absolute secundum canones, 1. q. 1. cõstat. 50. dist. presbyteros.

Lucretia adulteriũ cõmisit.

c ¶ Vnus admisit.] Imò & ipsa, nisi absolute fuerit coacta. arg. su. ea. ita ne. sed hoc iõ dicit, q̃a nõ tenentur hoc casu ad pęnam legis 1. quia sine dolo adulteriũ non committitur. ff. de adul. l. pe. aliàs potins debuit mori quã consentire. inf. ea. §. cũ ergo. Vides ergo, ꝙ adulterium potest esse ex parte vnius tantum: similiter simonia potest esse ex parte vnius tãtũ, & nõ alterius, sicut ĩ Giezi & Naamã, vt 1. q. 1. qui studet. & q. 3. quęsitũ, & similiter societas, vt ff. pro soc. l. actione, §. diximus, & sponsalia, extra de despon. impub. de illis, & matrimonium, vt extra de eo qui dux. in matr. quam pol. per adul. c. 1. sup. ea. q. 2. aliquando 2.

ĩ Vñ expone quod dicit adulteriũ .i. reatũ adulterij.

Adulterium & simonia possunt esse ex parte unius.

d DE pudicitia quis dubitauerit.] Collige de modo probationis omnem virtutem esse in animo.

e ¶ Virtus est.] Est autem virtus habitus mentis bene cõstitutæ, &c. vt de pœ. d. 3. ille rex tantus. ob hoc ẽt virtutes velamenta animæ dicuntur, de pęn. d. 2. c. sapiens.

Virtutis definitio.

uenis marito Collatino, & ꝓpinquo [a] Bruto viris clarissimis, & fortissimis indicauit, eosque ad vindictam constrinxit. Deinde fœdi in se commissi † ægra, atque impatiens se peremit. Quid dicemus? adultera [b] hæc, an casta iudicanda est? Quis in hac controuersia iudex laborandũ putauerit? Egregie quidam ex hoc, veraciterq; declamãs ait, Mirabile dictu: duo fuerunt, & adulterium vnus amisit [c].]splendide, atq; verissime. Intuens. n. in duorũ corporum cõmistione vnius inquinatissimam cupiditatem, alterius castissimam voluntatem, & non quid coniũctione mẽbrorum, sed quid animorum diuersitate ageretur, attẽdens,]duo, inquit, fuerunt, & vnus adulterium admisit.]

† *al. commissi sceleris.*

α ¶ Ita non amitti.] *Locupletatus est ex originali hic locus, qui etiam apud Iuonem erat paulo concisior.*

Idem in eodem libro, c. 27.

C. V.

NOn fidelibus β Christi sit tędio vestra vita, si ludibrio fuit hostibus castitas vestra. Habetis magnã, veramque consolationem, si fidam conscientiam retinetis, non consensisse peccatis eorum, qui in vos peccare permissi sunt. *Idem in libro de duabus animabus, c. 10.* ¶ Non nisi voluntate peccatur.

β ¶ Non fidelibus.] *In originali legitur.* Non nobis itaque o fideles Christi. *sed quoniam erat initium capitis, nõ est mutatum. Reliqua vero sunt restituta, & aucta.*

Idem in libro primo de libero arbitrio, c. 5.

¶ De eodem. Cap. VI.

DE pudicitia quis dubitauerit [d], quin ea sit in animo constituta, quando quidẽ virtus est [e]? Vnde à violẽto stupratore eripi nec ipsa potest [f]. *Item Hieronymus* α *super epistolam ad Romanos libro primo.* ¶ Non potest fieri vt nisi si quis mechetur prius in corde: mechari possit in corpore. *Idem super Lucam* β *in lib. secũdo.* ¶ Finge in persecutione aliquã virginem prostitutam: hæc apud Euangelium, quia voluntate non peccat, virgo suscipitur: in lege quasi corrupta repudiatur. *Idem in libro hebraicarum quæstionum in Gen. ad c. duodecimum.* ¶ Corpus mulieris non vis maculat, sed voluntas. *Item Augustinus in libro de sancta virginitate cap. octauo.* ¶ Sicut nemo impudice vtitur corpore, nisi spiritu prius toncepta nequititia; ita nemo pudicitiam seruat in corpore, nisi spiritu prius insita castitate.

Iuo p. 7. c. 140. & p. 10. c. 101.

Iuo p. 8. c. 141.

15. q. 1. si quis iratus. §. item in persecutione.

Idem Beda in q. in Gen. to. 8. fol. 190. Iuo p. 8. c. 11.

2 Ad idem 28. q. 2. si infidelis.

NOn fidelibus.] CASVS. In hoc c. & in omnibus sequentibus probatur, ꝙ castitas animi non amittitur, licet corpus per violentiam corrumpatur: cum nullum peccatum committatur nisi voluntate, [eorũ.] s. hostiũ. Quæ sequuntur, plana sunt vsque ibi, [Ad Dñm.]

f ¶ Ipsa potest.] Quid si culpa sua in hanc violentiam incidisset: puta denunciauit maritus vt fugeret, ne vi hostium opprimeretur, illa autẽ fugere noluit: & sic oppressa est; an dimitti possit a uiro? Sic uidetur: quia quidquid ex culpa sua, &c. 15. q. 1. si quis insaniens. 50. d. studeat. ꝑsumitur. n. se rapinę obtulisset. 23. q. 3. displicet. ff. quod met. caus. si mulier, Arg. contra extra de spon. ueniens. 27. q. 2. desponsata. ff. de re. iur. nullum crimen. 15. q. 6. c. 1. nec imputãdum est ei ꝙ credula non fuit, ff. quod

quod cum fal.tut.l.2.& 50.dis.si quis præpostera. Item & si peccauerit non credendo viro suo: non tamen quãtum adulterium mereretur. 15.q.1.inebriabũt. Io. Quid iuris sit de hoc, in quæstionibus plene notaui B.

AD Deum. [CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ Deus inuocantibus cum consueuit adesse, qui non permittit, aliquam mulierem violari, aut si permittit, non tamen sinit eam culpa aliqua maculari, si non consentit: tantum enim valet integritas mentis, vt & si corpus corrumpatur, tamen in ea dicatur pudicitia seruata. [Nec commisit.] Per consensum volẽdo, vel [nec cõmisit,] idest, appetit [nec permisit] Resistendo. Sequens ca. patet.

α ¶ Item Hieronymus.] *Apud B. Hieronymum nihil tale est inuentum. Sed apud Origenem lib.2. ad cap. 2. epistol. ad Romanos hæc leguntur.* Neque enim fieri potest, vt si ante quis non mœchetur in corde, mœchari possit in corpore.

β ¶ Idem super Lucam.] *Hæc habentur in commentarijs B. Hieronymi in Matthæum, libr.2. cap. 11. & inde est emendatum In Lucam enim nihil extat B. Hieronymi.*

Item Victoriano, epistola 122.

Ans.l. 10.c.52. ¶ In corpore pudicitia violari non potest, si mens inuiolata seruetur. Cap. VII.

AD Deum ingemiscentibus omnino suis aderit, qui suis adesse consueuit: & aut nihil in earum castissimis membris libidine hostili perpetrari permittet [a]; aut si permittit, cum earum animus nulla consensionis turpitudine maculatur, etiam carnem suam defendit [b] à crimine; & quidquid in ea nec commisit, nec permisit libido patientis, solius erit culpa facientis: omnisque illa violentia non pro corruptionis turpitudine, sed pro passionis vulnere deputabitur. Tantum enim in mente valet integritas castitatis, vt illa inuiolata, nec in corpore possit pudicitia violari, cuius membra potuerint superari.

Cap. 1. d. ante c. de castitate in recent. impræ.

Item Isidorus in synonymis, lib.2.

Sent.4.dist.33. Iuo p.7.c. 142. † *al. animi.*

¶ Caro non peccat, si à contagione fuerit anima munda. Cap. VIII.

NOn potest corpus corrumpi, nisi prius animus fuerit corruptus. Munda à contagione anima † caro non peccat [c].

Item Augustinus Honorato episcopo, epistola 180.

¶ Non eripitur pudicitia carnis, si mente seruatur. Cap. IX.

Polyc.l.4. tit.35. Ans.l.10.c.51. MAgis timeamus, ne sensu interiore corrupto pereat castitas fidei; quàm ne fœminæ violenter constuprẽtur in carne: quia violentia non violatur pudicitia, si mẽte seruatur; quoniam nec in carne violatur, quando voluntas patientis sua turpiter carne non vtitur; sed sine consensione tolerat, quod alius operatur.

Item Ioannes Chrysostomus, [idest auctor operis imperfecti super Matthæum. hom. 32. ad cap. 19.]

¶ Nec peccatum, nec iustitia ex opere sine voluntate perficitur. Cap. X.

SIcut enim [d] peccatum sine voluntate opus non facit; ita & iustitia ex opere non consummatur, nisi & volũtas affuerit. Multi enim corpore quidem castitati studẽt; adulterium autem voluntate [e] committunt. Nisi enim ex voluntate sola, fornicatio cõsummaretur; nunquam Dominus diceret, [Qui viderit mulierem ad cõcupiscẽdum eam; iam mœchatus est eã in corde suo. Ergo volũtas sine

Matt.5.

a ¶ Permittet.] Sic nõ permisit Abimelech. su. 32.q.nemo

b ¶ Defendit.] i. nõ imputatur ad crimẽ corruptio carnis. 15. q. 1. c. 1.

c NOn potest.] ¶ Nõ peccat. nam tunc homo peccat, cũ mens per delectationem subiugatur de pe. dist.2. hoc sciendum. & est arg. 22.q.5. si qs coactus contra. Sed ibi de cõditionali coactione, hic de absoluta.

MAgis timeam⁹] CASVS. Dicitur hic, magis timẽdum est, ne amittamus castitatem animi quam corporis. Nam pudicitia mentis nõ amittitur violẽtia corporali: quæ etiam dicitur in carne seruari nisi volũtate consentiat. Hunc credo intellectu litteræ licet Bar. aliquãtulum in fi. variauerit dicens: Ostendit hic ꝙ violentia corporali non violatur pudicitia mentis: sicut nec volũtate nuda perditur integritas corporis.

SIcut enim peccatum. CASVS. Dicitur hic, ꝙ sicuti non nisi voluntate peccatur: ita quis nõ nisi sponte meretur. Nam multi corpore casti sunt, & tamen adulterium committunt: quod probatur auctoritate Domini frequenter enim accidit vt sola voluntate quis peccet, sed tunc gloriosu est si tẽtationi spõte resistit

d ¶ Sicut enim.] Sola voluntatis forma moueret opus. 10.q. 2. hoc ius.

e ¶ Voluntate.] Directa vel indirecta, ne sit contra su.d.50.si quis voluntate.

Cõtinentia est duplex.

a ¶ Debilitati.] Senio, vel sectione, vel naturali frigiditate, hoc dicit littera, q̄a voluntatis continentia est bona, non necessaria, 39. q. 5. qui sit. in fi.

SI Paulus.] Hæc est 2. pars q. in qua dicitur, quod nullus debet superbire de castitate: quia cito perditur, & reparatur difficile, vel nunq̄. Io. de Fā.

CASVS. Hic inuehit Hier. contra Eustochiam, quæ de sua virginitate se nimiū extollebat, & p̄bat q̄ inde se iactare nō debet: cum q̄a cadere pōt, tum quia sola virginitas carnis nō saluat. Et q̄ cadere possit, probat exemplo Pauli quāuis castus esset, tn̄ tentabatur, & cadere timebat: & hoc in prima parte. In secūda parte terret eam per impossibilitatē restitutionis post lapsū. In tertia parte idē ostēdit auctoritate Dn̄i, & auctoritate Esaiæ ad litteram loquentis de Babilonijs, q̄d mystice referri pōt ad aīam fidelē, quæ cecidit per peccatū: Sc̄da pars incipit ibi: [Caue q̄so.] Tertia pars ibi, [Timeamus illam.] Et scias q̄ eodē modo ponūt hunc casum H. & B. eo excepto q̄ H. addit ibi auctoritatem & videre poteritis si verū vobis dico. Litteræ autē expositio ī apparatu plene notatur, & ideo ī expositione supersedeo.

b ¶ Vas.] i. electus ad prædicandum, & dicitur vas, quia plenior [1], fuit alijs, vt 23. q. 7. c. 1. *(marg.: 1 Scilicet gratia p̄dicādi.)*

quin fuerit corrupta, quia factum non potest non esse factum, vt ff. de cap. in bello. §. factæ, sed secundum hoc idem esset in cæco. Respond. quod hic dicitur, non refertur ad carnis corruptę restaurationē, sed ad virginalis palmæ retributionem, & dic non pōt, idest, nō congruit eius

opere † frequenter peccat. Illa est gloriosa continentia, non quam transgredi non potest necessitas debilitati [a] † corporis; sed quam complectitur voluntas sancti propositi. *(marg.: † al. corpore. † al. debilitatis.)*

Item Hieronymus in epistola ad Eustochium de custodia virginitatis.

¶ Virginitas carnis non seruatur mente corrupta.

Cap. XI.

2 SI Paulus Apostolus vas [b] electionis, & separatus in Euangelium Christi, ob carnis aculeos, [c] & incentiua vitiorū reprimit corpus suum, & seruituti subijcit, ne alijs prędicans, ipse reprobus inueniatur: & tamen videt aliam [d] legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ, & captiuum se in legem duci peccati: [e] si post nuditatem, ieiunia, famē, carceres, flagella, supplicia in semetipsum reuersus [f] exclamat: [Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?] tu te [g] putas [h] securam esse debere? ¶ Caue, quæso, ne quando de te dicat Deus: [Virgo Israel cecidit; & non est, qui suscitet eam.] Audēter loquar; cum omnia possit Deus, suscitare [i] virginem non potest post ruinam. Valet quidem liberare de pœna: sed non vult coronare corruptam. ¶ Timeamus illam prophetiam; ne in nobis etiam compleatur, [Virgines bonæ deficient.] Obserua quid dicat, [virgines bonæ deficiēt,] quia sunt, & virgines malæ: [k] [Qui viderit, inquit, mulierē ad concupiscendum eam, iā mœchatus est eā in corde suo.] Perit ergo, & mēte virginitas. Istæ sunt virgines malæ, virgines carne, non spiritu; virgines stultæ, quæ oleū [l] non habentes excluduntur a sponso. Si autem, & illæ, quæ virgines sunt, ob alias tamen culpas virginitate corporum non saluantur, quid fiet illis, quæ prostituerūt mēbra Christi, & mutauerunt templum sancti spiritus in lupanar? Illico audierit. [Descende, [m] sede [n] in terra vir-

(marg.: Act. 9. & 13. & Roman. 1. — 1. Cor. 9. — Rom. 7. — 2. Cor. 11. — Rom. 7. — Amos 5. — Amos 8. — Matt. 5. — Matt. 25. — Esa. 47.)

c ¶ Aculeos.] i. motus primos; de quibus timebat cadere in secundos, & qui surgunt in nobis, & sine nobis. de pœn. dist. 2. inter hæc sciendum.

d ¶ Aliam.] i. sensualitatem siue concupiscentiam quæ dicitur lex, quia ligat, & trahit ad peccatum, vnde dicit alibi, Ago quod nolo. *(marg.: Sensualitas est lex.)*

e ¶ In legem duci peccati.] Idest, in peccatum: quia ligat hominem.

f ¶ In semetipsum reuersus.] i. propriam fragilitatem considerans.

g ¶ Tu te.] Arg. quod non licet maiori, nec minori, vt 8. q. 1. si ergo. & 11. q. 2. magnum. & quod negatur maioribus, multo potius minoribus, C. de reuo. do. his sol. s, in fi. & quod maioribus dignitatibus non est concessum, hoc sibi non audeant vendicare minores, vt C. de decu. l. vit. lib. 10. *(marg.: Minores nō pōt q̄d maiorib. est denegatum.)*

h ¶ Putas.] Ar. q̄ Paulus fuit virgo, cum sit comparatio inter eum, & Eustochium, quæ fuit virgo.

i ¶ Suscitare.] Idem dicit lex, q̄ virginitas restitui non potest. C. de rap. virg. in princ. Sed nonne exoculato pōt restituere visum? quare ergo non virginitatem? Quidam sic intelligunt, idest quod Deus non potest facere eius potentiæ vt aureola coronet corruptos. hoc. n. esset contra iustitiam, & ideo illud non potest, vt arg. de pę. dist. 2. charitas. *(marg.: Virginitatē Deus restituere nō potest.)*

K ¶ Malæ.] Arg. ff. de dolo, l. 1. §. 2. nam ideo dixit prætor dolus malus, quia est, & bonus.

l ¶ Quæ oleum.] i. pinguedinem bonorum operum, vel idest, pietatem. 45. d. disciplina.

m ¶ Descende.] Verba sunt Esaiæ prædicētis ad litterā futuram Babyloniorum captiuitatem per Darium, & Cyrum regem Medorum & Persarum, & exequitur secundum hoc propheta ad litteram quasdam miserias, quas paupérculæ mulieres solent sustinere: & verba imperatiua resoluenda sunt in verba futuri temporis. *(marg.: Babylonij p̄ quos fuerūt ducti in captiuitatem.)*

m ¶ Descende.] Idest. descendes.

n ¶ Sede.] i. sedebis, quod ideo dixit propheta propter nimiam futurorum certitudinem. Et est arg. q̄ verbum præsentis tp̄is ponitur pro verbo futuri, sic exponit. traditur, idest, traditurus est, ff. de pub. l. 1. & est argu. ff. de verb. sig. verbis. sicut econtrario verbū futuri loco p̄sentis, vt sup. 21. di. in nouo. 50. dist. ponderet. & exponitur a Hier. hæc littera moraliter circa fidelē aīam quæ præuaricata est per peccatum, & hoc duobus modis, vel inuitaa- *(marg.: Verbū vnius temporis sæpe pro alio ponitur.)*

uitando ad pœnitentiam,& tunc proprie tenentur verba, Descende,id est, humilia te per pœnitentiam. Sede in terra,idest in cinere,& cilicio.

a ¶ Virgo.] Id est,sterilis. Vel virgo prius filia Babylonis,id est, filia confusionis: quia mens tota facta confusa est

pient. Denuda crura tua, i. per confessionem denudasti actiones tuas. Transi flumina,id est, trãsisti per temporalia eis inhærendo,& idcirco reuelabitur,&c.

l ¶ Hoc est thalamos.] Hæc littera vult, quod præcedens moraliter intelligatur.& est sensus.idest,postquam recessisti à sponso tuo & fratruele,i. Christo. Christus enim, & ecclesia sunt fratrueles, qa de Iacob Christus;de Esau ecclesia, id est,de gentibus pcessit. 35. q. vlt.§.si vero.& hęc sunt verba Hieron.

go [a] filia Babylonis:sede in terra:nõ est filię Chaldęorũ [b] thronus: [c] non vocaberis vltra mollis,& delicata. [d] Accipe molam, [e] mole farinam, [f] discooperi [g] velamen tuum: denuda [h] crura: trãsi flumina, [i] reuelabit† ignominia tua: apparebũt opprobria [k] tua.] Et hoc post thalamos [l] filij Dei post oscula fratruelis, & sponsi: illa de qua quodam sermo propheticus concinebat: [Astitit regina [m] à dextris tuis in uestitu deaurato [n] circumdata varietate;] nudabitur, [o] & posteriora [p] eius ponẽtur [q] in faciẽ ipsius. Sedebit ad aquas [r] solitudinis; & posito [s] vase, [t] diuaricabit [u] pedes suos omni trãseunti, [x] & vsq; ad verticem polluetur. Rectius fuerat hominum subijsse coniugium, ambulasse per plana;quam ad altiora [y] tendentẽ,in profundũ inferni cadere. Ne fiat,obsecro, ciuitas [z] meretrix fidelis Sion, ne post trinitatis hospitium ibi dæmones [a] saltent,& sirenæ † [b] nidificent,& hericij. [c]

† al. folium]or. Cant. 1.
Psal. 44.
Ezech. 16.
Esa. 1.
Esa. 34.
† al. sirene.

Item August. serm. 3. de communi uita clericorum,& epist. 109. ad monachas.

¶ *Multis locis restitutum est hoc caput ex vetustis exemplaribus,& originali.*

¶ Corpore intacto castitas nonnunquam amittitur.
Cap. XII.

3 Nec solo tactu,sed affectu quoq; & aspectu,appetitur,& appetit fæmina. Nec dicatis vos animos habere pudicos,si habeatis oculos impudicos: [d] quia impudicus oculus impudici cordis est nũcius: & cũ se inuicẽ sibi,etiã tacente [e] lingua, conspectu mutuo corda nun-

m ¶ Regina.] Idest. quælibet sancta uirgo vel sancta ecclesia.
n ¶ Deaurato.] Charitate, & castitate. de pę. d. 2. pricipiũ.
o ¶ Nudabitur. Veste virtutum, & bonorum operum.
p ¶ Et posteriora.] Id est,peccata, quæ habuit quasi post dorsum relicta, cũ ante se debuerit ea habere.
q ¶ Ponentur.] In futuro sæculo.
r ¶ Ad aquas.] Id est,inter hęreticos.
s ¶ Et posito,] Id est, deposito.
t ¶ Vase.] Scilicet cordis.
u ¶ Diuaricabit.] Id est diuidet,& committet varios suos affectus.
x ¶ Omni transeunti.] Id est, Dæmonibus, vel idest,omnibus opera sua.quia in omnia omnibus aperta erunt.

sa est de pœni.dist.3.§.item ait.

b ¶ Chaldæorum.] Chaldæi 1 græce feroces intelliguntur,valde.n.feroces sunt qui proprias voluntates sequẽtes non moribus suis parcere sciunt. Et est Chaldæa regio,ubi Babylonia ciuitas est in ea sita.

1 Et dic Chaldæorũ .i. dæmonũ q. di. simul nõ põt quis esse fili⁹ Dei, & diaboli, nec simul habere virtutes & uitia, sup.ea. q.1. cum renunciatur & loquitur per similitudinem, quia Chaldæi, &c.

c ¶ Thronus.] Id est,dignitas regalis aufertur ei. Vel thronus,id est,remuneratio æternæ vitæ.
d ¶ Non vocaberis ultra mollis,& delicata.] Id est,amodo non viues in delicijs quo ad virtutes,supple nisi pœnitueris.
e ¶ Accipe molam.] Timoris per contritionem.
f ¶ Mole farinam.] Examina peccata tua, & malas cogitationes.
f ¶ Mole farinam.] Vel pro paupertate,uel aliter.
g ¶ Discooperi.] Id est,confitere peccata tua.
h ¶ Denuda.] Per confessionem.
i ¶ Transi flumina.] Id est,desere caduca,& fluentia. supple,quòd nisi hoc feceris,reuelabitur,&c.
K ¶ Opprobria.] In die iudicij.de pœ.dist. 1. §. non ita. Exponitur etiam mystice hæc littera, ita ꝙ improperet vitium fideli animæ,& tunc resoluuntur uerba in præteritum tempus descende,i. descendisti ab altitudine uirtutum ad vitia. sede in terra, id est, sedisti terrenis infecta. virgo ut prius. Accipe molam.i.accepisti mundanarum rerum circuitum Mole, id est,moluisti. i. dissipasti cogitationes tuas eas affectui mancipando. Discooperi, idest discooperuisti hypocrisim tuã: amodo enim apparet qualis prius extiteris: discooperuisti te uirtutibus: Nam virtutes velamina sunt animæ.de pœn.dist. 2. sa-

x ¶ Trãseunti.] Diabolo Transiens dicitur diabolus, quia dicũt animæ,ipsi diabolo, Incuruate.vt trãseamus super te.& ibi,Exinani te vsque ad fundamẽtum in ea. de pœ.dis.3.in salicibus. Diabolus dicitur transiens.
y ¶ Quam ad altiora.] Argum.quod melius est non incipere,quàm ab incepto desistere.melius est enim non uouere,quàm à uoto cadere. 12. quæs. 1. certe. 27. quæstio. 1. nuptiarum.
z ¶ Ciuitas.] Id est,anima,quæ agit bene.de pęn. dist. 4. in domo.
a ¶ Dæmones.] Id est,prauæ cogitationes.
b ¶ Sirenæ.] Id est,delectationes,quæ mergebant.
c ¶ Hæritij.] Id est, errores uel solicitudines mũdanæ quæ pungunt. Io.

Nec solo affectu.] Hæc est tertia pars q. in qua probat,quod ex sola voluntate fugit castitas, & hoc probat per duo c. Ioan. de Fant.& istud cap. est de regula beati Aug. Archid.

CASVS. Dicitur hic,quod tribus modis peccet homo in mulierem,s.tangendo,desiderando, & vidẽdo: sed non quodlibet uidere est peccatum, sed uidere ad concupiscendum,& causa delectationis, & hoc videre prohibetur in seq.c. Sic posuit H. hunc casum,& etiam Beneuẽ.

[De moribus.] Id est,de actibus.
d ¶ Impudicos.] Hoc pependitur,si sunt uagi, ut sup. d. 23. his igitur. unde illud Auerte oculos tuos,&c.
e ¶ Tacente lingua.] Arg. ꝙ operibus loquimur sicut & uerbis,ut 43. d. sit rector.& 11. q. 3. existimant, extra de appel.

tiant impudica,& secúdum concupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore,etiam intactis ab immunda violatione corporibus fugit castitas ipsa de moribus.

Item Gregorius in Moralibus,lib 21.c.9.

¶Adulterium perpetratur,cum vel innupta turpiter concupiscitur. Cap. XIII.

QVi viderit mulierem ad concupiscendum[a] eam;iam mœchatus est eam [b] in corde suo.] Quia enim græco vocabulo mœchus adulter dicitur;cum nõ aliena cõiunx,sed mulier videri prohibetur; aperte veritas ostendit:quia etiam solo visu, cum turpiter vel innupta cõcupiscitur, adulterium [c] perpetratur. Quod tamen plerũq; ex loco,vel ordine [d] cõcupiscẽtium discernitur:quia scilicet sic hunc in sacro ordine studiosa [e] cõcupiscentia,sicut illum adulterij inquinat culpa:in personis tamẽ non dissimilibus idem luxuriæ distinguitur [f] reatus. Deut.5. Math.5.

4 *Quamuis autem violenter oppressæ pudicitiam non amiserint,incontaminatis tamen se non audeant exæquare virginibus.*

Vnde Leo Papa, epist. 85. al. 87. ad episcopos Afric. cap.5.

¶ Quæ opprimuntur, incontaminatis se virginibus comparare non audeant. Cap. XIIII.

ILlæ autem famulæ Dei,quæ integritatem pudoris oppressione barbarica perdidere, laudabiliores erunt in humilitate,ac verecundia sua;si se incontaminatis [g] non audeant comparare [h] virginibus.[i] Quamuis enim omne peccatum ex volũtate nascatur, & potuerit corruptione carnis mens inuita non pollui;minus tamen eisdem oberit si quod potuerunt animo non amittere, doleant [k] se vel corpore [l] perdidisse. Poly.l.4.tit.34.

Cũ ergo hæc,quæ violentiã passa est,pudicitiã amisisse probari nõ potest,nullo modo cõuincitur fornicationis, vel adulterij crimẽ incurrisse.Vt enim ait Aug.in lib. de bono coniugali,c.4.[Adulteriũ† committitur, cũ vel pro-

† *Huius autem fidei violatio dicitur adulterium cum*]orig.

appel.dilecti.& extra de sponsa.cum apud.sic ff.de leg.3.nutu.

QVi uiderit mulierem.] CASVS. Iste casus subtiliter de littera elicitur,quem H.& Beneuen.eodem modo ponunt.Gre.hic primo ponit verba Domini,scilicet, Qui viderit mulierẽ ad cõcupiscendum eam,iam mechatus est eã in corde suo. Secũdo ostẽdit quare dixerit,mulierẽ, & non vxorem alienam:& quare uiderit,& non tetigerit, & quare mechatus & non adulteratus. Sequens §.patet. & ad probandum id quod dicitur in §.inducit cap. seq.

a ¶ Ad concupiscendum.] Hoc scilicet animo,& dat operã quam pot. ff.de pæ.dist.1.si cui.

b ¶ Iam mœchatus est eam.] Hoc uerũ est in coniugata: nã cum soluta non cõmittitur. Sed nũqd imponemus isti tãtam pœnitentiã ac si factum interuenisset?S.c,sed non tam grauem.

c ¶ Adulterium.]Id est fornicatio.

d ¶ Vel ordine.]Nota secũdum varietatem loci,vel ordinis aliquẽ plus minusue peccare.arg.dist.40.homo Christianus.25.q.8.occid t.sup.17.q.4.qsquis. ff.de pœnis, aut facta.§.locus.25.q.1.nulli,sup.31.q.1.de his, qui frequenter vxores.de pœn.dist.1.aut facta.

e ¶ Studiosa.] Non videtur hoc uerũ ꝙ tantum peccet clericus studiosa cõcupiscentia, quantũ laicus ipso facto.videtur enim,ꝙ magis peccet clericus studiosa cõcupiscentia: nã tñ peccat quilibet studiosa uoluntate committendi adulteriũ quãtũ ipso facto.inf.de pœ.d.1.si cui.& ita uel æqualiter peccat clericus,uel magis pp gradum altiorem quã laicus. Quod ergo hic dr, referas ad ecclesiæ opinionẽ, non ad ueri essentiã. Sic ergo secundum canones cõmittitur adulteriũ solo animo similiter periuriũ,ut 22.q.5.qui pietate.idem in furto,& alijs criminibus, ut de pœ.d.1.ead. propterea 14.q.5. si quid.sed secũdũ leges solo animo non committitur furtum,ut ff.de acq.pos.possidere.§.si rem.nec adulterium.ff.de adulte.l.pen.

1 Arg.ad hoc 40.d. homo Christian⁹. Adulterium & periuriũ solo animo cõmittũtur.

f ¶ Distinguitur.]Per contemptum.

QVAMVIS.Hæc est 4.pars q.in qua dicitur, ꝙ si fæmina inuita perdidit uirginitatem,nõ tamen debet se adęquare incontaminatis uirginibus.Io.de Fant.

ILlæ autem famulæ.] CASVS. Dicitur hic, quod si quæ uirgines inuitæ fuerint violatæ, laudabiliores erũt si se corpore integris virginibus nõ audeãt comparare: quia etsi integrã mentem habeant, cũ non fiat peccatũ nisi voluntate: dolere tñ debent de iactura corporali.

g ¶ Incontaminatis.]Scilicet mente,& corpore, exemplum,sup.27.q.2.§.cum ergo ibi uouerat.

h ¶ Comparare.]Ex toto, ut uelint consecrari inter uirgines,arg.dist.26.acutius,supra.ea.q.cap.finge.uel ut habeant aureolam.27.q.1.nuptiarum.

i ¶ Virginibus.]C.de nupt.Imperialis. uer. nam omnis.

K ¶ Doleant.] Quia forte propter peccatum præcedens hoc eis accidit.arg.22.q.2. si quælibet.aliàs quare dolebunt,cum non peccauerint?

l ¶ Vel corpore.] Scilicet per peccatum originale, quod est in eis,propter quod possunt corrumpi.

CVM ERGO.CASVS. Concludit Grat.ex præallegatis. quod hæc de qua mentio fit in themate, non amisit pudicitiam animi: & ideo adulterium uel fornicationem non cõmisit,quod probat auctoritate August.& Hieronymi.[Ei,]Id est fideli. Sequentia duo cap.patent.

a ¶ Io-

a ¶ Instinctu.] Vt cum appetit, & instigat aliquem ad coitum.
b ¶ Vel alienæ.] Vt cum appetitur, & consentit alienæ libidini. De hoc no. sup. ead. q. 2. quidquid.
c ¶ Fides.] Coniugalis, quam alter coniugum alteri debet.

e ¶ Corporalem.] Arg. pro leprosis, ut extra de coniu. lepr. quoniam. quia potius periculum corporis quàm animæ incurrendum est. 30. q. 1. §. 1. cum alterum euitari non potest arg. 11. q. 3. nō solum. §. cum ergo 22. quæst. 5. c. 1.

Iuo p. 8. c. 102. Pann. l. 7. c. 22.

pria libidinis instinctu; [a] *vel alienæ* [b] *cōsensu cum altero vel altera contra pactum coniugale concubitur; atq; ita frangitur fides:* [c] *quæ in rebus etiā corporeis & abiectis* [d] *magnum animi bonum est: & ideo ei a salutem quoq; corporalem* [e] *qua etiam vita ista continetur, certum est debere postponi.*

a ¶ Et ideo ei.] *Apud B. Augustinum legitur*: & ideo eā saluti quoque corporali, qua etiam vita ista continetur, certum est debere præponi. *Sed ob gloss am, & quoniam idem est sensus, nihil mutatum est.*

Et Rabanus, & Beda in quæst. in Exodum.

Item Isidorus super Exodum, c. 29.

¶ Mœchatur, qui alicui præter matrimonij fœdus, miscetur. Cap. XV.

Iuo p. 8. c. 107. Pann. l. 7. c. 23.

NOn mœchaberis.] id est, nè quisquam præter matrimonij sui fœdera alijs fęminis misceatur ad explēdam [f] libidinem. Nam specialiter adulterium facit, qui præter suam [g] ad alteram accedit.

Item Augustinus de adulterinis coniugijs, lib. 2. c. 13.

¶ Qui viuente vxore sua, alteram cognoscit, adulterium committit. Cap. XVI.

Iuo p. 8. c. 241.

PVto Christianum neminem reluctari, illum adulterū esse, qui vel diu languente, [h] vel diu absente, [i] vel continenter viuere cupiente sua vxore, alteri commistus est fœminæ.

5 *Cum ergo nihil istorum in ista deprehendatur fuisse, quia nec ꝓpriæ libidinis instinctu, nec alienæ cōsensu, nec viro suo languente, vel absente, vel continenter viuere cupiente adhæsit alij, sed violēter aliena libidine oppressa, vim pertulit; apparet; quod nec adultera, nec fornicaria dici potest. Vnde nec aliqua occasione valet dimitti. Cum enim Iudæi quærerent à Christo, vtrū liceret homini vxorem suam dimittere quacumque ex causa; respondit; eis.* [*Non legistis, quia, qui fecit eos, ab initio masculum, & fœminam creauit eos; Quod ergo Deus coniunxit homo non separet.*] *Deinde sermonem suum ita conclusit; vt diceret, neminem posse dimittere vxorem suam, excepta causa fornicationis. Hinc Apostolus ait ī epistola ad Corinthios.*] *His, qui matrimonio coniuncti sunt, præcipio, non ego, sed Dominus, vxorem a viro non discedere. Vnde datur intelligi, quòd qualescunque fuerint vir, & uxor, ex quo coniugali affectu sibi adhæserint, ulterius ab inuicem discedere non valent.*

Matt. 19. Gen. 2. 1. Cor. 7.

Vnde Ambrosius in Hexaemeron, li. diei quartæ, scribit.

Lib. 5. c. 7.

¶ Qualiscumque sit vir, ex quo semel placuit, non est dimittendus. Cap. XVII.

Iuo p. 8. c. 232. Pann. l. 6. c. 103.

HOrrēdus, a & incultus est vir: q semel [k] placuit: nūbet seruare, scilicet ne cum altero uel cum altera coeat. 27. q. 2. omne.

f NOn mœchaberis.] ¶ Explendam. Nec etiam ob aliam causam.
g ¶ Qui præter suā.] Et ita ille tantū cōmittit adulteriū, q habet vxorē: vel q est coniugata, quandoq; tñ large sumitur adulterium. su. ea. q. 4. nemo.
h PVto.] ¶ Lāguēte. Inf. ea. q. 7. quod proposuisti cōtra. Sol. illud à falsarijs dictu? stud authenticū esse videt. Vel illud de desponsata tātū, istud de cognita. Vel illud reꝓbatū est, hoc diuina auctoritate firmatū. Vl' v. n° dic q illud de arcta lo q t.
i ¶ Absente.] 34. q. 1. cū per bellicā. cōtra sed ibi de illo q nescit uiuere: h c de illo qui certe scitur viuere.
CVM ERGO NIHIL. Hæc est 5. pars q. in qua dr, q post, quam semel placuit quis, eo viuēte alter superduci non pōt. Io. de Fant.
CASVS. In fem G. ex supradictis, q hæc mulier, de qua dr in themate, nō est fornicata, nec debet dimitti. Et q dimitti nō dēt, ꝓbat aucto ritate Dñi, & auctoritate Apostoli. & ad hoc inducit sequē. c.
HOrrēdus. CASVS. In hoc c. reprehendit Ambr. mulieres, quæ viros suos mutabant frequenter, cum eis displicebant: unde ostēdit quod virum semel dilectū amplius dimittere nō pt, cū semel sibi placuit: nā & hoc facit equ° de suo compari. nō est ergo mutandus vir, nec alius superducendus. Sequen. duo c. plana sunt.
K ¶ Semel.] Ar. q sufficit semel consentire, ut sup. dist. 4. in istis. & 8. q. 1. 2. dilectissimi, & arg. ff. de mu. & ho. ut gradat m. §. 1. argum. contra, sup. 12. q. 1. certe. argu. C. de rep. hęre. l. vltima. C. de nō num. pecun. generaliter. ff. de negot. gest.

i Q ia dr q nemo excepta cā fornicationis, &c. sup. e. q. 1. d i xit.

d ¶ Et abiectis.] i. in quantumcunque vilibus valet fides coniugalis.

Pomponius,arg.sup.3.q.3.§.spatium,sup.d.72.placuit.
a ¶ Putat.]Arg.ff.ad legem Aquil.proinde.arg.ff. de ædil.edi.cum eiusdem l.plerumque.
b ¶ Riualem.]Riuales proprie dicuntur,qui per eundē riuum aquam ducunt,ut ff.de aqua quot.& æsti.l.1. similiter hi exquisita similitudine riuales dicūtur, qui cum eadem muliere habēt consuetudinem, cū qua accedunt quasi ad eundem riuum.
c ¶ Incognita.] An sit iusta vel nō.i.nō probata causa,&c.
d ¶ SI vxorē.]¶ Horribile.]Arg.pro leprosis ꝙ non debent dimitti,ut ext. de cōiug.lep.c.2.vnde & Hugo.dicit,ꝙ debet maritū sequi mulier.& pro Hug. est argu.12.q.2.vnaquęque.& extra eo. quoniam.Quod autem dicitur ext. eo. cap.1.quod non cogit sequi,potest intelligi in eo casu qn̄ reliquus hoc nō petit.nā si peteret,bene teneretur sequi, vt extra eod.tit.quoniam. Vel dic quòd illud nō tenet quod ibi dicitur: quia est contra pręceptū.Domini. Sed pone ꝙ vir vult retinere apud se uxorē leprosā, nūquid potest? Videtur quòd sic, quia uxor tenet uirum sequi, sed non ecōuerso,ut 13.q.2. vnaquæque. Ecōtra videtur quod uicini non tenētur pati illam esse inter eos: quia de iure debet remoueri ab alijs, ut sup.dist.7.testamētum.& 33 q.2. hoc ipsū.& extra de eccles.æd.fi.c.1. & ēt de consuetudine,ut extra eo. quoniam. Ego credo quòd alter reliquū debeat taliter sequi,ut quādoque ueniat ad ipsum, & quam cito soluerit debitū, recedat,arg.54.di.si seruus.in fi. sed sponsa de futuro etiā propter aliàs deformitates non tenetur sequi sponsum, ut extra de iureiur.quemadmodum.

h ¶ Conditione.]Quo ad debitum reddendum, & fidem seruandā,nō aūt in alijs, ut potes ponere per te exēpla. ff.de his qui no.infa.uxores.33.q.5.manifestū,&c. noluit.&c.hæc imago.33.q.1.si quis acceperit.nā in uoto abstinētiæ uir est maior:similiter in accusatione secūdū leges:

Riuales qui dicuntur.

quid vir frequenter est eligendus?Comparem suū & bos requirit,& equus diligit:& si mutetur alius,trahere iugū nescit compar alterius,& se non totum putat.[a] Tu iugalem tuum repudias,& putas sępe mutādum? & si vno de fecerit die,superducis riualē: [b] & statim incognita [c] causa,quasi cognitam † pudoris exequeris iniuriam? †al.cognita.

a¶Horrendus.] *Apud B. Ambrosium legitur*, sed horridus & incultus est semel placuit,&c. *Ante hoc autem capitulum est ca. Adam per Euam.infra.33.q.5.*

Item Augustinus de sermone Domini in monte, lib.1.cap.32.

¶Similiter de vxore intelligatur. Cap. XVIII.

Maritum leprosum an teneatur mulier sequi.

SI vxorem quis habeat sterilem, uel deformem corpore,siue debilem membris,uel cęcam, uel surdam, vel claudam,vel si quid aliud,siue morbis,& doloribus languoribusque cōfectam,& quidquid(excepta fornicatione) cogitari potest vehementer horribile : [d] pro fide, & societate sustineat. Sent.4.d.34. Iuo p.8.c.238. Pann.l.6.c.104.

Item Hieronymus ad Oceanum de morte Fabiolæ. Epitaphium Fabiolę.

¶Non licet viro vxorem dimittere,nisi causa fornicationis. Cap. XIX.

PRæcipit Dominus vxorem nō debere dimitti, excepta causa fornicationis;& si dimissa fuerit,manere innuptam. Quidquid viris iubetur,hoc consequenter redundat [e] in fęminas. Neque enim adultera vxor dimittenda est,& vir mœchus retinendus. Sent.4.d.35. Iuo p.8.c.240. Pann.l.7.c.3.

Item ibidem.

¶ De eodem. Cap. XX.

APud nos,quod non licet fęminis, æque non licet uiris,& eadem [f] seruitus pari [g] cōditione [h] censetur. Iuo ibidem.

Item ex concilio Toletano 12.c.8.

¶Communione priuetur,qui extra causam fornicationis vxorem suam dimittit. Cap. XXI.

6 PRæceptum Domini est,vt excepta causa fornicationis vxor à uiro dimitti non debeat;& ideo quicunque citra culpā criminis supradicti,vxorē suam quacūq; occasione dimiserit;quia quod Deus cōiūxit,ille separare disposuit;tamdiu ab ecclesiastica cōmuniones priuatus, & à cetu omniū Christianorum maneat alienus; quam- Iuo p.8.c.329. Pann.l.7.c.1. *Mat.19.*

1 Ar. ad hoc inf.c.proxi. 21.d.īferior. sup.ea.q.1.si quis uxorē. & q.4.meretrices ſm H. & facit ad hoc qđ leg. & no.31.d.si laicus.& ex. de constit u. translato.

e PRæcipit.] Redundat.] Nam ubi par est ratio, par debet esse iudicium 1 ff.ad leg.Aquil.illud. & inf. q.proxi.nihil.
f APud.] Eadem.]Idest, eiusdem generis:nam in ueritate duæ sunt seruitutes, extra de conue. coniu. quidam.
g ¶ Pari.]Arg.de quibus par ratio attenditur, simile debet esse iudicium,inf.ea.q.7.Apostolus.

leges:sed secundum canones nō ad imparia iudicantur, ut su. ea.q. 1.si qs.& uir potest statim contrahere post mortem uxoris:sed mulier nō potest statim post mortē uiri secundum leges.C.de secun.nup. l. 1.

PRæceptū.]Hæc est 6.pars q.in qua ponitur qui vxore dimissa adhæret concubinæ. Iohā. Fan.
CASVS. Statutum fuit in hoc c. ꝙ qui non dimitat uxorem suam nisi causa fornicationis:quod si fecerit, & admonitus se nō correxerit,cōione priuetur, & suæ dignitatis cingulo spolietur:& quod dr̄. Testimonium.] Idest famā,uel Testimonium.] Id est, inter alios generosos,

Vir & mulier nō dēnt iudicari ad imparia.

Feudum potest auferri excōicato.

sos, & nobiles non potest ferre testimonium.
a ¶ Dignitatis.] Arg. quod si aliquis contemnit excommunicationem, quod iudex secularis vel dominus illius potest eũ priuare feudo suo. Itẽ arg. quod si vnus eps, pp excommunicationẽ, alicui aufert præbendã: similiter & alius eps

c ¶ Quidquid.] ¶ Cogitauerit.] Argu. contra extra de diuor. cap. 1. C. de repu. l. 1. sed illud non tenet. SED QVÆRITVR. Hæc est 7. Pars q. in qua quæritur (vt dicit hic) quare dimittunt hoies vxores pp adulterium, & mulieres non viros. Et respõdetur, quod mulieres probare non possunt Io. de Fan.

diu societatem relictæ coniugis sinceriter amplectatur, & foueat. Itaq; qui iam admoniti à sacerdote semel, bis, terque, vt corrigerentur, ad torum suæ coniugis noluerint redire: ipsi se suis meritis, & à palatinæ dignitatis[a] officio separabunt, & insuper generosæ dignitatis testimonium quamdiu [b] in culpa fuerint, amissuri sunt, quia carnem suam dissidij iugulo tradiderunt.

Iuo p. 8. c. 228. Eph. 5.

Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum. c. 96.

¶ De eodem. Cap. XXII.

QVidquid mulier tua contra te cogitauerit [c], aut fecerit, vel si te accusauerit; non est, excepta causa fornicationis, reijcienda, vel odio prorsus habenda, quæ est *a* Apostolo præcipiente, sicut ecclesia à Christo diligenda.

a ¶ Quæ est.] *Hac vsque ad finem addita sunt ex ipsis responsionibus.*

7 *Sed quæritur cum sit par vtriusque conditio, cur communicantes* [d] *viri cum adulteris vxoribus non conueniãt; cum econtra vxores in consortio adulterorum virorum manere videantur.*

De his ita scribit Innocentius Papa, epist. 3. ad Exuperium episcopum, cap. 4.

¶ In vtroque sexu adulterium pari ratione punitur. Cap. XXIII.

Sent. 4. dist. 35. Iuo p. 8. c. 214.

CHristiana religio adulterium in vtroq; sexu pari ratione condemnat. Sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant, & non habent latentia peccata vindictam. † Viri autem liberius vxores adulteras apud sacerdotes [f] deferre consueuerunt: & ideo mulieribus prodito earum crimine communio denegatur, virorum autem latenter commisso, non facile quisquam ex suspicionibus abstinetur: qui vtique submouebitur, si eius flagitium detegatur. [g] Cum ergo par causa sit, interdum probatione cessante, vindictæ [h] ratio conquiescit. [i]

† Concor. l. cũ fratrem & ibi Bald. C. de his q. ut indig.

QVAESTIO. VI.



ECce, quod ista dimitti non valet, cum à fornicatione innocens inuenatur. Sed ponatur [k], quod ipsa sit adultera: quæritur, si

1 De hoc habetur. 7. q. 1. si quis presbyter. Criminosus post pęnitẽtiam an possit admitti in testem.
2 De hoc satis disputat ipse B. Brix. in quæstione sua uene riali. quæ incipit. Itẽ quæritur utrum ubi uideas.

CASVS. Quæritur Gr. hic incidenter, quare viri non cohabitent vxorib. adulteris: sicut econuerso: sed quare hoc contingat, in sequen. cap. dicitur.
d ¶ Communicantes.] Id est, simile adulterium perpetrantes, sicut & mulieres.
e ¶ Non cõueniant.] Vt possint accusari de adulterio, sicut vxores.
CHristiana.] CASVS. Probatur in hoc cap. quod vxor põtest æquè accusare virũ suũ, sicut ecõuerso 3. sed nõ solet hoc ita freqnter accidere, triplici de cã, scilicet pro verecũdia, itẽ pro timore, itẽ quia vir cautius peccat, nec sic de facili deprehenditur. Quod postea sequitur, planum est.
f ¶ Apud sacerdotes.] Arg. adulteros tantũ ab ecclesia iudicandos. 33. q. 2. seculares, inf. 35. q. 6. multorum.
g ¶ Detegatur.] Hic manifeste hẽs, quod vxor potest accusare virũ de adulterio: licet secus videatur secundum legem. De hoc not. sup. eo. q. 3. §. hoc ĩ mulieribus.
h ¶ Vindictæ.] Q. d. non deficit ius, sed pbatio, vt ff. de test. tut. duo sunt Titij.
QVędam cum fratre viri sui dormiuit, a decretum est, vt adulteri nūquam coniugio copulentur: illi vero b, cuius vxor stuprata est, licita coniugia non negentur.

5.cap.c.101. ¶ *Simile legitur lib.5.capitularium, c.19.*

Sic & illud Moguntinensis concilij intelligitur.

¶ Disiungantur, & nunquam coniugio copulentur, qui quodlibet infra subiectorum admiserint. C. XX.

Burc.l.17.c.9. Iuo p.9.c.71. & 77. Pann.l.6.c.121.

SI quis viduam vxorē duxerit, & postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu cū duabus sororibus, c aut si qua cum duobus d fratribus, seu cū patre & filio, si q̃s relictam fratris, si quis neptam, aut nouercam, aut nurum aut cōsobrinam, e aut filiam auunculi, aut eius relictam, aut priuignam f polluerit: eos g disiungi, & vlterius nunquam in coniugio copulari præcipimus.

¶ *Sensus huius capitis est in concilio primo Moguntino, cap.56. & 2 sub Rabano, ca.29. & lib.5.c.101. vbi etiam pleraque eadem verba habentur.*

Item.

In conc. Vormaciensi, c.63.

¶ Sororem vxoris polluens neutram habere valet. C. XXI.

† al. Hit. Sent.4.dist.34. Burc.l.17.c.3. Iuo p.6.c.69.

QVi dormierit h cū duabus sororibus, & vna ex illis antea vxor fuerit; neutram i ex ipsis habeat; nec ipsi adulteri nunquam in coniugio k copulentur. l

Item illud Gregorij.

¶ Causa adulterij vxorem relinquens continentiam seruet. C. XXII.

Sent.4.dist.34. Polyc.l.6.tit.4.

HI † vero, qui vxores suas in adulterio m deprehendunt, n non licebit nec eum, nec eam; aliam vxorē accipere, vel alium virum, quamdiu ambo viuunt. o Si autem adultera mortua fuerit; vir eius, si vult, nubat, tantum in Domino: adultera p vero nunquam, etiam si mortuus fuerit vir eius: omnibus tamē diebus vitę suæ acer-

f ¶ Priuignam.] Propriā. sed de hac præmiserat. Vel intellige priuiginam auunculi de alio progenitā vel de secūdis nuptijs, vt 35.q.vlt. fraternitatis.
g ¶ Eos.] Scilicet adulteros. vt inf.e.§. quamuis vel viros, vel vxores.
h QVi dormierit. su.27.q.2.qui dormierit.
i ¶ Neutram.] Quia in se debitū non exiget ab ea, & ita non habet eam, habetur tamen ab ea: quia ipsa petēte tenetur ei reddere debitum. & ita nō habet, sed habetur, 1 nec distiguo an fuerit occultus īcestus, an manifest⁹, vt extra de eo q̃ cog. consan. vxo. suæ, discretionem. De hoc notaui 27. q. 2. qui dormierit.
k ¶ In cōiugio.] 33. q.2. si quis cum duabus contra. sed ibi soluitur.
l ¶ Copulētur.] Etiā alijs: quia aliter nō esset quæstio.
HI vero.] CASVS. Dicit hic, ꝙ si quis vxorē suā in adulterio inuenerit, & eam propter hoc dimiserit: donec ambo viuunt, contrahere non poterunt: sed vir post mortem vxoris aliā ducere potest. illa si superstes fuerit, sub perpetua pœnitētia continebit. Vel dic nec eum nec eam, i. adulterum & adulterā. sed prior expositio verior videtur, id est, maritum & adulteram.

Vir quandoque habetur ab vxore, & non hēt eā.
1 Tali incestuoso, & adultero vxor non dēt debitum reddere, immo potest se auctoritate Domini denegare. 32.q.1.dixit. nisi & ipsa a tali primo debitum exigat, quia postea vī facta recōciliatio tacite: vnde de cętero nō hēt ꝙ obijcere possit, ut vt extra de adulte. si vir. ext. de cōiu. le. pposuit. & c.vlt. ext. de eo. q̃ du. in ma. veniens Atch.

2.qui dormierit.
b ¶ Illi vero.] Omnia ista cap. vsque ad §. quamuis. exaudi per c. hi vero. quod est glossa omnium, quę omnia in ducuntur ad probandum, quod incestuosi non possunt matrimonium contrahere.
SI quis viduam.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ si quis adulteratur cum affine vel consanguinea, perpetua continentia eis debet indic. Sequ. cap. planum est, & habuisti sup.27.q.2. qui dormierit, & ibi inuenies expositionē.

m ¶ In adulterio.] Scilicet incestuoso nam quod alij adulteri contrahere possunt, habes 31.q.1.c.2.
n ¶ Deprehendunt.] Et nolunt eas de cætero habere in coniugio.
o ¶ Viuunt.] Per hoc determinantur omnia hæc ca. post mortem enim adulterantis licet alij contrahere, ante non.
p ¶ Adultera.] Supra proxi.q.1. si quis contra. supra. ea. q. Apostolus. cōtra. Ex ca. illo colligitur ꝙ mortuo viro for-

fornicatore, adultera possit alteri nubere, sed qualiter hoc soluetur, supra determinatum est 31.q.1.si quis.

a ¶ Pœnitentiæ.] Interioris, quæ dicitur continua memoria. de pœn.d.4.Iudas.

Vagatur Grat. pro solutione illius [illegible] quod proposuisti. & cum non inueniat, somniando [illegible] it S. Gregor. minori, quod egregius doctor S.Greg. [illegible] maio. [illegible] bit Augu.35.q.3. quædam lex, sed hic casus reprobatus est supra.

rimæ pœnitentiæ [a] lamenta persoluat.

Item ex decreto Zachariæ Papæ.

¶Neutram habeat, qui sororem vxoris polluit.

C. XXIII.

Concubuisti cum sorore vxoris tuæ? si fecisti, neutrã habeas: [b] & si illa, quæ vxor tua fuerit, cõscia [c] sceleris nõ fuit, si se continere [d] non vult, nubat [e] in Domino cui velit. Tu autem, & adultera sine spe coniugij permaneatis: & quamdiu vixeritis, iuxta præceptum sacerdotis, pœnitentiam agite.

Sent. ibidem. Burc.l.19.c.5. fol.273.

Item ex concilio Triburiensi.

¶Cum nouerca, vel filiastra, vel sorore suæ vxoris dormiens ad coniugium peruenire non poterit: viris tamen earum legitima non negantur coniugia.

C. XXIV.

Si quis cum nouerca sua dormierit; neuter ad coniugiũ potest peruenire: sed vir [f] eius potest, si vult; aliam accipere, si se continere non potest. Similiter [g] si quis cum filiastra sua, vel cum sorore vxoris suæ dormierit, obseruandum est.

Ex conc. apud Vermerias. Burc.l.17.c.11.

Quamuis illud, quod in fine Moguntinensis [h] concilij ponitur, a nonnullis non de legitime cõiunctis, sed de fornicarijs dictũ intelligatur, videlicet, vt fornicarij discedant ab inuicem, & sine spe coniugij permaneãt. Illud vero [i] Gregorij ad Bonifacium, Anglicis a pro tẽpore permissum est quibus B.Gregor. in quarta, & quinta generatione coniugia contrahi permisit: alias autem inane [k] esset, cũ Augustinus dicat in libro de sermone Domini in monte: [Si vxorem [l] quis habeat sterilem, &c.]

Item Nicolaus ad Carolũ Moguntinensem episcopũ.

sup.ea.q.5.si vxorẽ.

a ¶Anglicis.] *Vere hic auctor glossæ animaduertit Gratianũ quod Gregorius tertius scripsit ad Bonifaciũ legatũ Germaniæ pro causis Germanorũ, & retulisse ad ea, quæ multo ante S.Gregorius primus scripserat ad Augustinũ Anglorũ episcopum, dispensando cũ Anglis ad fidẽ nuper cõuersis super gradibus cõsanguinitatis, & affinitatis. & habetur inf. 35.q.2.& 3.c.quædã lex. & q.5.c.ad sedem.*

¶Ob infirmitatem, vel damna corporis, coniugia solui non licet.

6 C. XXV.

Hi, qui matrimonium sani cõtraxerint, & vni ex

L.2.sent.Pau.ti.19. in iterpretatione legis 4.in Co. Theo. Sen.4.d.34.

Concubuisti.] CASVS. Dicitur hic, quod si quis concubuit cũ sorore vxoris suæ, neutri debet de cætero commisceri. vxor vero si conscia sceleris non fuerit, & post mortẽ eius nubat cui vult. adulter vero, & adultera sine spe coniugij permanebunt in pœnitentia.

b ¶ Neutrã habes.] Haberis tamẽ ab ea, vt notaui supra ead. qui dormierit.

c ¶ Conscia.] Tanquam lena: quia procurat vt adulteretur sup.ea.q.1.c.1

d ¶Si se continere.] Vel si manifestum est viri adulterium, & eum nõ corrigit. Et est argu. ad quæstionem de medico, qui cognouit uxorẽ patientis ex dissolutione viri, vel dissimulatione viri, vel persuasione. 1

1 Adde ad hanc gl. not. in l.1.§. si publico.ff. ad adul. gl. in l. cui mulier. ff. solu. mat.

ADDITIO. Scilicet quòd post mortem mariti possit contrahere medicus. Io. de Fant. Et dic quod si vir persuasit, non potest ei obijcere: quia obstat ei exceptio. mulier tamen male fecit secũdum Bar. Brix. Quod dic, vt plene disputauit in sua quæstione dominicali, quæ icipit Cum quidam grauiter ægrotaret, &c. vbi soluit.

e ¶ Nubat.] Post mortem mariti vel eo viuente, si erat tãtum sponsa de futuro. extra de iureiur. quemadmodum.

Si quis cum nouerca.] CASVS. Dicitur hic, quod si quis cũ nouerca sua adulteratur, tam ille quã illa perpetuo contineant: vir vero vxore sua mortua aliam accipiat. Idem in similibus.

f ¶ Sed vir. Post mortem vxoris, sup.ea.hi vero qui.

g ¶ Similiter.] Sed contra inf. prox.q.2.si quis eũ duabus, sed hic rigor, ibi mĩa, vel hic vna erat vxor, ibi non.

QVAMVIS. CASVS. In hoc §. G. primo determinat finem illius c. si quis vidua. Secundo determinat illud c. quod proposuisti. & vtrumque male, secundum Ben. & H. Casus autem. §. satis patet, & per te videbis: quia inuenit Galiã solutionẽ ad illud c. quod proposuisti.

h ¶ Moguntinensis.] Supra ea.q. si quis virum.

i ¶ Illud vero.] Quãdoque bonus dormitat Homerus. 2

2 Conc. glo. in l. recusari & no. in l. Clodius. ff. de acq. poss.

k ¶ Inane.] Non est inane, sed tolerabilius vt quis infirmitate carnis ad vnam, quam ad plures diuertat: quod ibi permittuntur. argum. infra proxi. causa. q. 2. si quod verius est.

Ans. l.10.ca.27. Burc. l.9.ca.28.

l ¶ Si vxorem.] Sup.ea.q.5. si vxorem.

Hi qui.] Hęc est.6. pars q. in qua dicitur, quod furiosi non possunt contrahere. sed si ante furiam contraxerunt, tenet matrimonium. Ioan. de Fant.

Pol. l.6.ti.4. Iuo par. 8. c.166. Pann. l.6.ca.93.

CASVS. Dicitur hic, quod si duo sani matrimonium contrahant. & consentiãt, pro nulla infirmitate superueniente debẽt separari. Sequens cap. patet cum sequenti §. & ad probandum quod dicitur in §. inducit sequens c.

a ¶ Non

a ¶ Non possunt.] Argum. si res peruenit ad eum statū, &c. arg. ff. de iti. actuq; priu. l. 1. quod enim recte actum est, corripi non potest, &c. 1

1 Quod le. & no. su. 1. q. 7. si qs omnē, in prin.

b ¶ Aut membris.] Hic idem repetitur.

c ¶ Exsecti.] De istis castratis quidam sunt castrati, quidam

tisfacit viro siue resoluat siue non: nec requiritur, ꝙ sēper in matrimonio sit filiorū procreatio: quia sufficit, quòd non euitent prolem, vt sup. ea. q. 2. solet.

d Neque furiosus, neque furiosa.] Quia non possunt consentire, arg. 15. quæst. 1. aliquos. possunt tamen si habeant dilucida interualla, vt extra de spon. dilectus, argum. 7. quæst. 2. quamuis. alias nō valet. 27. quæst. 2. sufficiat. 17. q. 2. Gōsaldus.

Furiosus cō sensu caret.

Castrati an possint matrimonium contrahere.

duobus amentia, aut furor, aut aliqua infirmitas accesserit; ob hanc infirmitatem coniugia talium solui non possunt.[a] Similiter sentiēdum de his, qui ab aduersarijs excœcantur, aut membris [b] truncantur, aut a Barbaris exsecti [c] fuerint.

Item Fabianus Papa.

¶ Furiosus, & furiosa matrimonium contrahere non possunt. Cap. XXVI.

Bur. l. 9. c. 30. Iuo p. 8. cap. 168. Pān. l. 6. c. 93. — Paulus ibidem. Sent. ibidem. Poly. ibid. Ans. l. 10. c. 28.

Neque furiosus, neq; furiosa [d] matrimoniū cōtrahere possunt: sed si contractum fuerit, non separētur.

7 *Vt ergo ex præmissis colligitur, non licet huic, dimissa vxore, aliā ducere. Manet enim inter eos quoddā vinculum coniugale, quod nec ipsa separatione dissoluitur.*

Vnde Augustinus ait in libro de bono coniugali, c. 7.

¶ Sterilem vxorem dimittere, & causa fęcunditatis aliam ducere alicui non licet. Cap. XXVII.

Iuo p. 8. c. 254. Pann. l. 6. cap. 28. & 105.

Tantum valet illud sociale [e] vinculum coniugū, vt cum causa procreandi conligetur, nec ipsa causa procreandi soluatur. Posset [f] enim homo dimittere sterilem vxorem, & aliam [g] ducere, de qua filios habeat: & tamē non licet. *Item c. 15.* ¶ Manet vinculum nuptiarum, etsi proles, cuius causa initum est, manifesta sterilitate non subsequatur: ita, vt iā scientibus coniugibus nō se filios habituros separare se tamen, vel ipsa causa filiorum, atq; aliis copulare non liceat. Quod si fecerint; cū eis, quibus se copulauerint, adulterium committunt; ipsi autē coniuges manent. Plane vxoris volūtate adhibere aliam, vnde communes filii nascantur vnius commistione, ac semine, alterius [h] autē iure, ac potestate, apud antiquos [i] patres fas erat. Vtrum & nunc fas sit, temere † [k] non dixerim.

† *al. non temere dixerim.*

Idem libro primo de nuptijs, & concupiscentia, c. 10.

¶ De eodem. Cap. XXVIII.

Sent. 4. dist. 31. Iuo p. 8. c. 12. Pann. l. 6. c. 74.

Vsque adeo manent inter uiuentes semel inita iura nuptiarū, vt potius sint inter se coniuges, qui ab alterutro separati sunt, quā cū his, quibus aliis adhęserunt. *& paulo post. a* ¶ Manet inter viuentes quoddam vinculum coniugale: quod nec separatio, nec cū altero copulatio possit auferre; manet autē ad noxam criminis, non ad vinculum fęderis; sicut apostata anima velut de cōiugio Christi recedens, etiam fide perdita sacramentū [l] fidei nō amittit, quod lauacro regenerationis accepit. Redderetur .n. proculdubio redeunti, si amisisset absedens. Habet [m]

VT ERGO. Hæc est 7. pars quæstionis, in qua redit ad propositum principale. s. ad ostendendum, ꝙ altero viuente, non potest alter contrahere. Ioan. de Fant.

Tantum valet.] CASVS. Dī hic ꝙ tam forte est vinculum matrimonij. vt quamuis causa prolis contrahatur, tñ pro sterilitate nō se paratur: immo si aliam causa prolis superduxerit, adulterium erit, etsi vera vxor cōsentiat: quāuis apud antiquos patres obtinuerit aliter. Beneu.

e ¶ Sociale.] .i. matrimonium, quod duos sociat. Et est argum. ꝙ causa cessante non cessat constitutio, vt sup. ea. q. 1. dicit, sup. 61. distin. §. his omnibus contra. Sol. hoc & illud nō tangunt se. nam ibi causa appellatur, pro qua excludenda aliquid cōstituitur, vt ibi, & ff. de postu. l. 1. §. sexū. hic vero appellatur pro qua habenda matrimonium contrahitur.

f Posset.] De facto 2.

g ¶ Aliam.] Sup. dis. 56. Ismael.

h ¶ Alterius.] Scilicet vxoris.

i ¶ Apud antiquos.] Sup. ea. q. 1. dixit.

2 Similēs. q. 6. hęc q ppe, ver. nam cū, &c.

K ¶ Temere non dixerim.] Melius est pie dubitare, quam temere diffinire. Dic

dam caste nati. i. frigidi & isti non possunt contrahere, infra prox. quæs. 1. si vero. Alij castrati. s. spadones bene possunt. arg. 27. q. 1. nuptiarum. inf. prox. q. 5. qđ Deo. ff. de iure do. si serua. §. si spadoni. Alij dicunt melius, q necisti possunt contrahere, cum cognoscere vxorem non isti possunt, & exiguntur in matrimonio tria bona &c, vel sup. 27. q. 2. omnc. Vel dicas, ꝙ si habet virgam erectam, siue resoluat sperma siue non, ꝙ sit ibi matrimonium, nam talis satisfacit mulieri, sicut mulier sa-

temere non dixerim, idest, nullo modo dicam: quia temerarium esset dicere, & sic sentire.

Vsque adeo.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ manet character matrimonij, & vinculum coniugale, etiam si diuortium interueniat. sicut manet character baptismatis, etsi apostatando a charitate recedat.

l ¶ Sacramentum.] Idest, characterem.

m ¶ Habet autem hoc.] Sup. 1. q. 1. quod quidam, supra 12. q. 1. scimus. 3.

3 De hoc 23. q. 4. quid faciet. Arch.

Cum



Vm itaque, CASVS. Hic proponitur 8. quæſt. qua quæritur, an liceat ducere infidelem ſub ea conditione, vt conuertatur: & certum eſt quod non, propter imparem cultum, vt ſup. 28. quæſt. 2. decimæ. ſed ſponſalia, vt dicit H. ea conditione cōtrahi poſſunt, vt 28. quæſtio prima, non oportet. Idem etiam poſſet dici in matrimonio. licet H. contradicat. Sed q̃a Hæc quæſtio determinata erat, ideo ponit aliam quæſtionem. ſ. an liceat alicui peccare vt infidelem ad fidem conuertat: & dicendum eſt quod non, vt in capit. ſequen.

Mulier infidelis an poſſit duci ſub ea conditione, ut cōuertatur.

a ¶ Cum itaq.] Hęc fuit 8. quæſtio, an liceat ducere vxorem infidelem ſub ea cōditione, vt conuertatur? Et certum eſt ꝙ pure non poteſt contrahere cū ea. vt 28. quæſt. 1. c. caue. & c. ñ oportet. ſed omittit magiſter quæſtionem illam, quam poſuit ſuperius in themate: quia determinata erat ſu. 28. q. 1. nō oportet. & ponit aliam, quæ ſimiliter determinata eſt 14. diſtinctio. quod ait.

NOn ſolum.] CASVS. Dicitur hic ꝙ ſi fidelis vxorem ſuam fidelem dimittit, & paganam ſuperducit hac cōditione vt baptizetur, manifeſtum eſt eum mœchari. Nam & ſi ſolutus eſſet ab vxore & votum emiſiſſet, ſub ea conditione, ſibi contrahere non liceret, cum votum debeat adimplere: ſed ſi abſolutus fuiſſet, hoc ei ante votū facere licebat: ſed votū factū nulla conditione rumpetur, cum ſine conditione fuerit emiſſum.

ligũtur conditiones in iuramento: quod falſum eſt, vt notaui ſup. 27. q. 2. §. 2. q̃a generales intelliguntur, & ſi nō ſpeciales, vt ſi Deus voluerit, ſi vixero, ſi potero: 1 ſed ſpeciales non intelliguntur niſi exprimatur, vt ſi hoc fecerit. vt C. de cond. ob turpem cau. ſi repetendi. ff. de

Cōditiones aliquæ ſunt in iuſis intelligendæ.

1 No. hic H. ꝙ ſi q̃s fecit uotū de carnib. nō edendis, & infirmetur: ita ꝙ eſt in periculo niſi ueſcatur carn.bus ꝙ aliter euadere nō pōt. de p̄cepto maioris pōt comedere carnes: quia caſus eſt neceſſitatis. & in hmōi uoto tacita ieſt conditio .ſ. niſi neceſſitas cogeret uel pręceptū maioris ad. eſſet. Arch.

autem hoc, qui receſſit ad cumulum ſupplicij, non ad meritum præmii.

α Et paulo poſt.] *Apud B. Auguſtinum hic interijcitur, c. deniq. ſupra 31. q. 1. Addita vero nōnulla ſunt, & emendata in hoc capite ex ipſo originali, quemadmodum & in præcedenti.*

QVAESTIO. VIII.



Vm itaque [a] probatum ſit, quod hic vxorē ſuam dimittere, & aliam ducere non poteſt; quæritur, ſi liceat ei hac cōditione peccare, vt infidelē ad fidem adducat. Quod non poſſe fieri Auguſtinus affirmat in libro primo de adulterinis coniugijs, c. 24. ita dicens.

¶ Non debet aliquis à continentiæ voto recedere, etiam ſi infidelis Chriſtianam ſe fieri polliceatur.

Cap. I.

NOn ſolum mœchandum non eſt (quod facit, nō quidam,[b] ſed omnis, qui dimittit vxorem ſuam, & ducit alteram [c], etſi propterea duxerit, vt faciat Chriſtianam;) ſed etiam quiſquis non alligatus vxori continentiam Deo vouerit; nullo modo debet iſta cōpenſatione [d] peccare, vt ideo credat vxorem ſibi eſſe ducendam, quia promiſit [e], quæ nuptias eius appetit, futurā ſe eſſe Chriſtianam. Quod enim cuiquam, antequam vouiſſe, licebat, cum id ſe nunquam facturum vouerit, non licebit: ſi tamen id vouerit, quod vouendum fuit, ſicuti eſt perpetua virginitas, vel poſt α experta connubia ſolutis a vinculo coniugali, vidualis caſtitas, ſeu ex cōſenſu vouentibus †, & carnalia debita ſibi inuicem relaxātibus fidelibus, caſtiſque coniugibus (quod alterum ſine altera, vel alteram ſine altero vouere fas non eſt) iugis continentia. Hæc ergo. & ſi qua alia ſunt, quæ rectiſſime vouentur, cū homines vouerint; nulla conditione [f] rumpenda ſunt, quæ ſine vlla conditione [g] vouerint.

Iuo p. 8. c. 173.

† al. viuentibus.

α ¶ Vel poſt.) *Hic locus in vulgatis B. Auguſtini codicibus, & etiam apud Iuonem vſq; ad ver.* Hæc ergo *paulo aliter habes.*

b ¶ Quidam.] Cognoſcendo aliam non dimiſſa ſua.

c ¶ Ducit alteram.] Mœchatur.

d ¶ Compenſatione.] Argum. ꝙ in illicitis compenſatio non debet admitti. vt 33. quæſt. 5. ſi dicat. 1. quæſt. 1. non eſt putanda 22. quæſt. 1. primum. & capit. ne quis. & cap. facias, ſup. diſtinct. 40. ſi euangelica. 14. diſt. quod ait.

e ¶ Quia promiſit.] Hic collige, quod licet interdum ſub conditione contrahere, vt ſupra 28. quæſt. 1. non oportet.

f ¶ Conditione.] Ex hoc uſ, quod nunquam ſubintelde uerbor. obligat. quidquid. niſi ubi lex permiſit aliquid tacite agi inter contrahentes, tunc enim illud pro expreſſo habetur, ut ff. ſi certum pet. cum quid. ff. de uerbor. oblig. triticum. quandoque lex ipſa ſpeciales conditiones ſubintelligit, ut in ſtipulatione dotis ſubintelligitur hæc, ſi nuptiæ fuerint ſecutæ, ut ff. de iure do. ſtipulationem. & hoc ſi non immoderatum quid pręcipitur, ut ff. de oper. lib. ſi libertus. extra de iureiuran. Quintauallis.

g ¶ Conditione.] No. arg. a contrario ſenſu, ſubaudiuntur & aliæ conditiones. ut dixi 27. q. 2. §. 1.

Qui

Qvidam vir.]CASVS. Post matrimonij impedimēta expedita superiꝰ, supponit Gratianus causam trigesimā tertiam, in qua tractat de impotentia coeundi & de enormitate delicti, & de tempore feriarum; & alia

CAVSA XXXIII.



Vidam uir [a] maleficijs impeditus, uxori suæ debitum reddere non poterat. Alius interim clanculo eam corrupit; à uiro suo separata, corruptori suo publice nubit: crimen, quod admiserat, corde tantum Deo confitetur: redditur huic facultas cognoscendi eam: repetit uxorem suam, qua recepta, ut expeditius orationi uacaret, & ad carnes agni [b] purius † accederet, continentiam se seruaturum promisit: uxor uero consensum non adhibuit.

† al. purus.

1 Hic primum quæritur, an propter impossibilitatem coeundi, à uiro suo aliqua sit separanda.

2 Secundo, an post separationem ei nubere ualeat, cum quo prius fornicata est.

3 Tertio, si sola confessione [c] cordis crimen possit deleri.

4 Quarto, si tempore orationis quis ualeat reddere coniugij debitum.

5 Quinto, an uir sine consensu uxoris continentiam uouere possit, uel si minus, uel terroribus licentiam uouendi ab ea extorquere ualeat.

QVAESTIO I.

Qvod autem [d] propter impossibilitatem reddendi debitum mulier a uiro suo separari non possit, auctoritate Euangelica, & Apostolica [e] probatur. Sic enim Christus ait in Euangelio. [Nulli licet dimittere uxorem suam, nisi causa fornica-

Matth. 19. su. 28. q. 1. c. Idololatria, §. Item si infidelitas.

alia quædā annectit. Vt autem hæc & alia faciat, pręmittit thema, de quo quinque elicit quæstiones.

a ¶ Quidam vir.] Tractauit Gratianus supra de impedimento matrimonij, ꝙ procedit ex animo, & etiam de eo quod procedit tam ex animo, quam ex corpore coniunctim: nunc tractat in causa ista de eo quod procedit tantum ex corpore: tractat etiam de quibusdam alijs impedimentis, vt de frig. & malefic. c. 1. & 3. & de enormitate delicti, vt inf. q. 2. de his, & sequentib. & de tempore feriarum, vt inf. q. 4. per totum.

b ¶ Agni.] Idest, Christi, de quo dicitur, ecce agnus Dei. de consec. dist. 4. nemo.

c ¶ Confessione.] Idest, contritione.

Qvòd autem.] Hæc q. diuiditur in tres partes. In prima quarum probatur quòd frigiditas separat matrimonium. Secunda ibi: [Hoc autem.] Tertia ibi: Ecce quod impossibilitas.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 1. quæstio, in qua quæritur, an impossibilitas coeundi separet matrimonium. Et distingue quod est triplex impossibilitas. Vna quæ procedit ex animo, vt in furioso, vt sup. proxi. q. 7. neque furiosus. Alia quæ procedit ex corpore, vt in maleficiato & frigido, vt inf. ead. c. 1. 2. & 3. Tertia prouenit ex vtroque, vt in puero: quæcunque autem impossibilitas sit, non impedit matrimonium contractum, & consummatum, sed bene cōtrahendum, vt inf. eo. §. & c. sequentib. in puero autem non impedit contrahendū, vt 31. q. 2. si verum. Probat ergo in hoc §. auctoritate Euangelica, & Apostolica ꝙ impossibilitas nō dirimit matrimonium cū sola fornicatio dirimat. postea soluit dicens, quod impossibilitas dirimit matrimonium, non consummatum sed consummandu, & ad hoc inducit sequentia cap.

d ¶ Quod autem.] Hic depingitur 1. q. an. s. impossibilitas coeundi separet matrimoniū. Et nota ꝙ est triplex impossibilitas ex aīo, vt in furioso, sup. prox. q. 7. neque furiosus. Alia quæ procedit ex corpore, vt in frigido & maleficiato 1 j. e. c. 1. 2. & 3. Tertia quæ fit ex vtroque vt in puero, vt 30. q. 2. vbi triēniu. Vel sic distinguas. Alia est naturalis impotentia, vt frigiditas: alia accidentalis, vt maleficium & quæcūque sit impotentia, si matrimonium pręcessit illā, ita ꝙ effecti sunt vna caro: pp nullam causam superuenientē possunt separari, vt su. prox. q. 7. hi q matrimonium, nisi propter fornicationem, vt sup. prox. q. 1. dixit. Vbi vero impedimentum pręcessit matrimonium, refert vtrum sit perpetuum, quia tūc separari possunt, arg. inf. ea. si per sortiarias. si temporale, nequaquā. Et no. ꝙ licet iura emanauerint diuersa super hoc. s. vsque ad quod tempus deberent manere simul ad hoc vt maleficium videatur perpetuū, vt ext. de frigidis, & malefic. ca. 1. & C. de repud. in causis, tamen per Cœlestinū tempus determinatum est triennium 2, vt in eo. tit. laudabilem. Et idem dicit auth. de nup. §. per occasionem, in coll. 4. hoc tñ exaudi, cum ante triennium non potest constare de impedimento naturali, vt colligitur in prædicta decr. laudabilem. & hoc dico tam in frigido, quam in maleficiato, & hoc triennium currit a tempore quo tentauerunt coire, vt colligitur in auth. prædic. vbi autē dubitatur, an præcesserit maleficium, an secutū sit, præsumendum est quod secutū sit post matrimonium, arg. C. de adil. edic. l. 3. & hoc fauore matrimonij. 35. q. 6. uidetur. palea est.

Impossibilitas coeundi est triplex. 1 No. ext. de frig. & mal. 1 fi. 2 Dic ꝙ hoc ext. de fri. & malefi. litteræ. in fi. Sed q si uir uadit ad sanctū Petrum, & stat per tempus, nunquid istud tēpus cōputabitur in isto triennio? Dicit Gul. Nazo. ꝙ nō. argu. ext. de cōcess. pręb. quia diuersitatē. sed adhuc simul cohabitabūt p tm tēpus. si. 2. q. 7. anteriorū. §. adhoc. ext. de eo, q mit. in pos. cum sicut & in pręd. dec. litterę. cū ex iusta cā f. erit absens extra de of. de leg. cōsultationibus. Archid.

e ¶ Et Apostolica.] Sophisticè inducit Gratianus omnia ista: quia de consummato matrimonio intelliguntur.

a ¶ Qua.] Scilicèt corporali.
b ¶ Non legi.] Tantum.
c ¶ Officio.]Carnis,27.q.2.§.ecce.
d ¶ Officio.]Idest,carnali commistione.

QVòd autem.]CASVS.Dicitur hic, ꝙ si mulier conqueratur de frigiditate uiri, & hoc probat per aspectū corporis, uel legitimos testes, potest accipere alium: ille uero contrahere non pōt. & si cōtraxerit separari iubet. Nubere.]. i. cōmisceri.
e ¶ Nubere non possunt. Idest, sibi reddere debitum, propter naturalem frigiditatem.
f ¶ Scriptum est.] Primo libro cap. Caroli scilicet ix. in Lombarda.
g ¶ Probare.] Arg. ꝙ mulieri quandoque defertur ꝓbatio, cū de commistione carnis cōtrouersia est. ar. su. 27. q. 1. nec aliqua. Sed cōt. inf. ea. si quis acceperit. sed illud solutū est. 27. q. 2. quod autem.
h ¶ Per iustū.] su. 2. quæst. 5. cōsuluisti. contra. sed hic appellat uerum iudicium non candēts ferri, uel feruentis aquæ, uel huiusmodi: sed legitimorum testiū.
i ¶ Iudicium. Per aspectum corporis, si uirgo est, quia aliud est in corrupta, ut ī. cap. proxim. & quid iuris sit, notaui sup. 27. quæst. 2. quod autem. melius enim ꝑpenditur oculis aliquid instit. de gra. cog. §. hactenus. quę tamē inspiciunt, debēt esse peritę. ff. de uen. insp. l. 1. quasi uisus sæpe fallitur, & 27. q. 1. nec al. qua.

REquisisti.]CASVS. Beneuent. sic ponit casum hūc dicens: Si uir, & mulier in matrimonio copulantur, & uir frigidus petat diuortium, dicatur ei, si hanc non potest habere ut uxorem, habeat eam ut sororem: si enim hanc præ frigiditate cognoscere non potest, eadem ratione nec aliam. Si uero mulier diuortium petat, & uir consentit, uterque septima manu frigiditatem probet naturalem, & deinde uxor alium accipiat. si autem aliam uir acceperit, & appareat eos eam periurio decepisse: unde peracta pœnitentia de periurio, eorum matrimonium redintegretur. Licet littera uideatur obscura, tamen iste casus satis ex littera elicitur. Innupti, præceptum est quantum ad uirū, & cōsilium quantum ad mulierem, simile est 28. dist. presbyterum. Sequens. §. patet. Et ad hoc probandum quod dicitur in §. inducit c. sequens.

K ¶ Pro uxore.] Consilium est, ut extra ead. accepisti.
l ¶ Innupti.] Præceptum est quantum ad uirum, quantum ad illam consilium & ita uerbum semel positū tenetur æquiuoce. 28. dist. presbyterum. & ibi Ouidius.
Demophoon uentis, & uerba & uela dedisti.
m ¶ Naturaliter.] Idest, naturali frigiditate impediente. Et est argu. ꝙ frigiditas est perpetuum impedimentum. ar. inf. e. q. 5. qui sitit. su. prox. q. 5. sicut. licet quidā dicant ꝙ nullum impedimētum est perpetuum, nullus enim est ita frigidus (vt dicunt) quin ope medicorum ei possit subueniri: quod non credo, cum frigiditas, quæ est naturalis proprietas, per accidentia non immutetur. extra de celebr. miss. cum Marthæ. §. quæsiuisti. Similiter quidam dicunt, ꝙ nullum maleficium est perpetuum, quin saltem per ipsum auctorem possit sanari. *Frigiditas nunquam mutari non potest.*

tionis:] vel qua [a] alter eorum, sicut Augustinus exponit, fornicatus fuerit, vel ad quam alter alterum pertrahere voluerit. ¶ Item Apostolus: [Mulier, quanto tempore vi- *Rom. 7.*
uit vir eius, allegata est legi ipsius.] non legi [b] sibi reddēdi *1. Cor. 7.*
debitum: sed non transferēdi se ad alium. ¶ Item. [His, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem a viro non discedere, nisi causa fornicationis. Euangelica itaq; & Apostolica auctoritate ꝓhibetur mulier à uiro suo discedere, nisi ob causam illam cunctis notissimam: qua interueniente si discesserit, oportet eam manere innuptam; aut reconciliari uiro suo. Vnde datur intelligi, quòd impossibilitas reddendi debitum non facit coniugij dissidium. His ita respondetur. Coniugium confirmatur officio [c], ut supra α probatum est: postquam uero officio [d] confirmatum fuerit; nisi causa fornicationis, non licet uiro uxorem dimittere, uel uxori à uiro discedere. Verum antequam confirmetur, impossibilitas officij soluit uinculum coniugij.

α ¶ Vt supra.] *Videtur indicari c. non dubium, & c. cum societas. supra 27. q. 1. de qua re ibi notatum est.*

Vnde scribit Gregorius Ioanni β Rauennati episcopo.

β ¶ Ioanni.] *Repetenda sunt, quæ sunt notata in hoc idem caput supra 27. q. 2.*

¶ Licet mulieri alteri nubere, quam ob frigiditatem vir cognoscere non poterit. Cap. I.

QVod autem interrogasti de his, qui matrimonio iun- su. 27. q. 2. quod autem.
cti sunt, & nubere non possunt [e], si ille aliam, vel illa Sent. 4. dist. 34.
alium ducere possit? De quibus scriptum est [f]: [Vir & Burc. l. 9. c. 40.
mulier, si se coniunxerint, & postea dixerit mulier de vi- Iuo p. 8. c. 178.
ro, quòd non possit coire cum ea, si potest probare [g] per Pann. l. 6. c. 115.
iustum [h] iudicium [i], qui verum sit; accipiat alium. Si au- Ans. l. 10. cap. 26.
tem ille aliam acceperit; separentur. Capitul. 6. c. 55.
Iuo p. 8. c. 80.

Item ex epistola eiusdem.

Cap. II.

REquisisti de his, qui ob causam frigidæ naturæ dicūt Sent. ibidem.
se non posse inuicem operam carni dantes commi- Poly. l. 6. tit. 4.
sceri. Iste vero si non potest ea vti pro vxore [k], habeat Ans. l. 10. c. 25.
eam quasi sororem. Quòd si retinaculum coniugale vo- Burc. l. 9. c. 44.
luerint rescindere; maneant vtrique innupti [l]. Nam si Iuo p. 8. c. 182.
huic nō potuit cōcordare naturaliter [m]; quomodo alteri Pann. l. 6. c. 116. ex Greg. 2.

a ¶ Pa-

a ¶ Patet.]not.ꝙ sequentia probantur per præcedentia. inf.34.q.1.c.1.in fi.54.di.fraternitatem.& C.de adul. si qui. Itē hic ex postfacto patet retro fuisse matrimoniū. vt extra de frigidis & male.fraternitatis. & hoc est notabile,ꝙ eo ipso ꝙ alius vel alia superinducitur,præsumi- potentiæ coeundi,2 & hoc probauit, & lata est sententia,nunquid si contraxit, restituantur postea priora connubia? Non quia totum ius suum uidetur in iudicium deduxisse. unde idem esset ac si per frigiditatem & maleficiū separarentur. argum.extra de cau.pos.& propri. cum super electione C.de an.excep.l.vl. secus tñ est in personali actione,ff.d. ex cept.rei iudic. & an eadem.§.actiones.

Probatio nō admittitur contra iuris præsumptionē.

2 Quā ꝓponere non cogitur ar.ext. de iud. dilecti.& no. 8. d. quo iure. Et quæcūq; sit de cā impotentię sufficit,dum tñ ꝑpetua sit. ext.de fri.ꝙ sedem.secūdū Hu.quin to no.eo. ti. litteræ, quæ decr.facit ꝓ primo dicto huius glo.vt patet in fin. primi respō si ib.,pater. ꝙ talis petitio.sit admissa.Arch.

conueniet?Si igitur vir aliam vult vxorem accipere,manifesta patet a ratio, † quia suggerente diabolo odij fomitem,exosam eā habuit, & idcirco b eam dimittere mēdacij falsitate molitur.Quod si mulier causatur,& dicit, Volo esse mater,& filios procreare,& vterque eorum septima manu c propinquorū tactis sacrosanctis reliquijs, iureiurādo dicat, tu nunquam per commistionem carnis coniuncti,vna caro effecti fuissent ; d tūc videtur mulierem secundas nuptias contrahere posse.Humanum e dico propter infirmitatem carnis eorum.Vir autem,qui frigidæ naturæ est,maneat sine coniuge.Quod si & ille aliam copulā acceperit, f tunc hi,qui iurauerint, g periurij h crimine rei teneantur, & pœnitentia peracta priora i cogantur recipere connubia.

† al.ratione.

Rom.6.

Sent.4.d.34.

Hoc autem seruari præcipitur, cum uterque idem fatetur.Cæterum si uir asseruerit se reddidisse debitū uxori,& illa diffitetur, cui potius fides habenda sit, merito quæritur.

De his in concilio apud Compendium habito, ita statutum est.

Sen.ibidem.
Burc.l.9.c.42.
Iuo p.8.c.180.
Pann.l.6.c.119.

¶In veritate viri consistat, si mulier negat se cognitam ab eo. Cap. III.

SI quis acceperit uxorem,& habuit eam aliquo tempore, k & ipsa fæmina dicit, quòd nunquā coisset cū ea, & ille vir dicit, quòd sic fecit: in veritate viri consistat: quia vir caput est mulieris.

Ecce,quod impossibilitas reddendi debitum,vinculum soluit coniugij. Sed hoc de naturali impossibilitate statutum est.Hæc autem maleficij impedimento, non frigiditate naturali debitum coniugale prohibente, à viro suo separata est.Vnde quæritur,si liceat ei etiā in hoc casu à viro suo discedere,& alij se copulare.

De his ita scibit Hincmarus Rhemē. archiepiscopus.

g ¶ Hi q. iurauerit.] .i. vir & vxor, non cōsanguinei testes, qui secum iurauerūt:illi enim nō iurauerunt sic esse verum, sed credere sic esse verum,sicut illi,s. vir & vxor dicebant.argu.35. quæstio.6.de parentela. & ext.de testi.quoties.

h ¶ Periurij.]Et ita vterque fuit in culpa, alias quod in fi. dr,iniquum esset.

i ¶ Priora.] Et hoc cū vterq; contraxit, alias exciperet contra adulterātem de adulterio.ext. de diuort.significasti.Vel hoc innocens, excipere non vult.argu. 28.q.1. idololatria.

SI qs acceperit.] CASVS. Dr hic, ꝙ si vxor dicat, ꝙ vir cognoscere eam non pot,& vir contrariū asserit, assertioni viri standum est,cū uir caput sit mulieris.nisi ab aduersa parte contrarium probaretur.Sequēs §.patet[Hęc,] idest,de qua fit mentio in themate.

K ¶ Tempore.]Plus quam per duos mēses, quia enim statim non proclamauit uirum esse impotentem, postea non creditur ei, sed uiro,qui contrarium dicit,ut ext.de frig.& malefi.c.1.nam et ex tēpore præsumitur aliquam non esse coactam, ut extra de despon.ad id 1.q. 1. constat.Item uel ideo potius creditur uiro quam uxori: quia vix aliquis inuenitur impotens ad coeundum, ut 50. dist. quia tua.hanc credo esse causam,quare uiro creditur in hoc casu . Sed Petrus Hispanus alias assignauit rōnes,quia uir stat pro matrimōnio,ꝙ fauorabile est.Item quia fuit sola cum solo , creditur cognita ab ipso,ut 32.q.1.dixit.27.q.1.nec aliqua iuxta illud Ouidij A iuuene & cupido credatur reddita uirgo?& hoc potest intelligi de illa,quæ prius fuit corrupta,sed si fuit uirgo, quando iuncta fuit ei,potius crederetur probationi suæ, quam facit per aspectum corporis,ut su.e.c.1.ext.de prob.propos uisti.tñ nisi mulieres essent peritissimæ , potius esset credendum uiri sacramento:quia res illa occulta est,& non peruia uisui & oculus plerumque fallitur,ut 27.q.1.nec aliqua.& in talibus sæpe sacramētum unius statur,ut dum quæstio est de sumptibus factis,vt C.de iud.sancimus.2.q.1. in primis.Vel dū est quęstio de dāno dato.sacramento unius cre-

Vxori virū impotētem alleganti utrum sit credendum.

mitur hoc ex odio fieri.Et est præsumptio iuris, contra quā non admittitur probatio.immo statim ius pronunciat esse puniendum,arg.ad hoc inf.ea.q.2.sæculares.

b ¶ Idcirco .] Quasi dicat si vir petat diuortium,ut pater fiat:non audiretur : si autem petat ut exoneretur oneribus matrimonij , audiretur : si mulier petat ut fiat mater , audiretur . non dico uirum quo ad hoc audiendum,si se frigidum sciret : 1 cum contraxit. extra de eo,qui duxit.c.1.

1 Ad hoc C. de spō.l.vlt. in fi.& adde qđ not. inf. c.prox.Arc.

c ¶ Septima manu.]Hoc intellige cum hæc non erat uirgo : quia si esset virgo, tunc sufficeret uerum iudicium per obstetrices,ut c.præcedenti,cum sacramento tamen vtriusque.inf.35.q.3.extraordinaria.Et not.quod sufficerent in casibus huius c.duo. si septem haberi non possunt.Item eis solis crederetur,si de hoc fama esset. arg. 37.q.6.si duo.

d ¶ Fuissent.] & ꝙ operam dederunt.alias non sufficeret,ut hic in principio ca.notatur.

e ¶ Humanum.]Ea humanitate qua Apostolus permisit secundas nuptias 31.q.1.hac ratione.

f ¶ Acceperit .] Pone ꝙ mulier dixit eum impotentem ad reddendum debitum , non proponendo causam im-

creditur. C. unde vi, ſi quando. hæc autem quæ dixi, uera ſunt, quando vnus fatetur, & alter negat? ſed ſi uterque fatetur qđ non interceſſit commiſſio: tunc expectabitur per trien nium, ſi antea non poteſt conſtare, ut extra. de frigi. & male. laudabilem. Sed quid ſi mulier ſciebat virum eſſe frigidum ab initio, ſatis uidetur quod tunc non poſſit petere ſeparationem. arg. extra de frig. & male. c. 1. & C. de ſpon. l. vlt. ubi dr̃ ꝙ imputet ſibi ſi ſcienter coniuncta ſit turpi perſonę vel impotẽti coire: & quia ſero accuſat mores, quos ducendo eam in matrimonio comprobauit, vt ff. de adul. ſi vxor, in fine. de viro autem potius uidetur, ꝙ ille nõ poſſit recedere a muliere, ſi ipſa vult cohabitare ei, cum ipſe ſciuerit ſe frigidum, arg. extra de eo, q̃ dux. in ma. c. 1.

Mulier, quæ ſcienter cum frigido contraxit, an ſeparationem petere poſſit.

a Si p ſortiarias.] CASVS. Dicitur hic, quod ſi maleficiatus ducit aliquam in vxorem, & ei commiſceri non poteſt, ſtudere debet vt pænitentia & exorciſmis ſanetur, exemplo domus Abimelech. & ſi ſanari nõ poterit, ſeparari ualebunt. & ſi alijs poſtea fuerint copulati, nõ ſeparabũtur reſtituta utriq; potẽtia coeũdi. Sequẽs §. patet. Nec dr̃ hic contrarium ca. Gregorii: quia ibi loquitur in frigido: hic in maleficiato.

b ¶ Atq; maleficas,] ſ. 23. q. 4. de Tyrijs.

c ¶ Abimelech.] Regem Geraris, ut 32. q. 4. nemo.

d ¶ Separari.] Niſi ipſa uxor dicat procuraſſe maleficium, cum ſua culpa ad hoc deuenerit. 55. diſt. ſi Euangelica. ff. quod metus cauſa ſi mulier. 15. q. 1. ſi quis inſaniens.

e ¶ Concumbendi.] Cum alijs, non cum prioribus, tunc enim non eſſet perpetuum maleficium.

f ¶ Nequibunt.] Hic potius ignarus dicẽdus eſt: quam gnarus. nam dixit Cardi. qđ iſte finis non tenet, quia ut dixit, nullum maleficium eſt perpetuum, quin ſaltẽ per ipſum auctorem tolli poteſt. Alij dicunt contra, ut ſup. e. requiſiſti. Vel intellige poſt triennium.

Maleficium nullum ſecũdũ aliquos eſt ꝑpetuũ.

¶ Quid de his, qui maleficijs impediti, coire non poſſunt. Cap. IIII.

SI per ſortiarias,[a] atq; maleficas,[α] [b] occulto, ſed nunquam iniuſto Dei iudicio permittente, & diabolo pręparante, concubitus non ſequitur, hortandi ſunt, quibus iſta eueniunt, ut corde cõtrito, & ſpiritu humiliato, Deo & ſacerdoti de omnibus peccatis ſuis puram confeſſionem faciant, & pro ſuis lachrymis, & largioribus eleemoſynis, & orationibus, atq; ieiunijs Domino ſatisfaciant, & per exorciſmos, ac cætera eccleſiaſticæ medicinæ munia, †miniſtri eccleſiæ, tales, quãtum Dominus annuerit qui Abimelech,[c] ac domum eius Abrahæ orationibus ſanauit, ſanare procurent. Quod ſi forte ſanari non potuerint; ſeparari [d] valebunt: ſed poſtquam alias nuptias experierint illis in carne uiuentibus, quibus iuncti fuerãt, prioribus, quos reliquerant, etiam ſi poſſibilitas concumbendi [e] eis reddita fuerit, reconciliari nequibunt. [f]

Sent. ibidem. Iuo p. 8. c. 194. Pann. l. 6. c. 117.

† al. munimina.

α ¶ Maleficas.] *In vulgatis ſequebatur, artes. quæ vox abeſt a pleriſque ueruſtis codicibus, ac cæteris collectoribus.*

Sed in hoc videtur contrarius præmiſſo capitulo Gregorij. Ibi enim poſt poſſibilitatem redditam iubetur ſeparari ab eo, cui ſecundo nupſerat, & redire ad primũ. Hic autem viuente eo, cui ſecundo copulata fuerat, primo reconciliari non poterit.

QVAESTIO II.



QVod autem ei, cum quo prius fornicata fuerat, poſt ſeparationem nubere poſſit; ſuperius [g] probatũ eſt. Mortuus eſt enim ſibi vir eius. Ex quo iudicio eccleſiæ ab eo ſeparata, ab eius lege ſoluta eſt. Vnde iuxta Apoſtolũ, nubat, cui vult, tãtum in Domino ¶ Sed quæritur,[h] ſi ſine eccleſiaſtico iudicio, nulla cã diſſidij rationabiliter probata ab ea diſceſſiſſet, an eſſet cogendus redire ad eam. De hoc ita ſtatutum eſt in concilio Carthaginenſi, cui interfuit Auguſtinus, cap. 30.†

1. Cor.

† al. 25.

QVod autem.] Hæc q. diuiditur in 10. partes. In quarum prima probat per 3. ca. quod ſi quis dimittat uxorem ſine iudicio eccleſiæ, cogendus eſt ad illam redire. Secunda ibi, ¶ Siue de coniugij.] Tertia ibi.] In hoc capitulo.] Quarta ibi.] In præmiſſis. Quinta ibi, [Nunc autem.] Sexta ibi,] De pœnitentib.] Septima ibi,] Latorem,] Octaua ibi,] Si quis.] Nona, ibi.] Quos.] Decima ibi. [Antiqui.] Io. de Fant.

CASVS. Hic intulatur 2. quæſt. ſ. an aliquis contrahere poſſit cum illa, quam polluit per adulterium. Sed quia hęc qõ fuit determinata ſup. 31. q. 1. Ideo Magiſter annectit aliam incidentẽ, ſcilicet an uir ſit reſtituendus uxori, a qua propria auctoritate receſſit, uel econuerſo. Et certũ eſt ꝙ ſic, niſi in caſibus notatis in ſumma huius quæſtionis, & extra de reſtitu. ſpo. litteras. iſte §. patet.

g ¶ Superius.] Supra 32. q. 1. in prin.

h ¶ Sed quæritur.] Quia 2. q. nõ habebat dubitationem, ideo ponit aliam incidentẽ, quæ ſimiliter qõnem non habet, quia ſemper eſt reſtituenda niſi in tribus caſib. Si publice ſit adulterata. Vel niſi teneatur de uiri ſęuitia. inf. ea, ſiue. & extra de diuor. ſignificaſti. uel niſi dicantur conſanguinei in gradu indiſpenſabili, & incontinẽti probetur exceptio extra de reſtit. ſpol. litteras. & tamẽ in eodẽ caſu fit reſtitutio quo ad oĩa, niſi quo ad carnale cõmercium, ut ibi dr̃ in ſi Quart⁹ caſus p̃t eſſe qñ uxor propria uoluntate recedit a uiro, 1 ut 27. q. 2. Agathoſa, Vel

Vxor, quę a uiro diſceſſit, in tribus caſibus ſibi non reſtituitur.

1 Sub, nec petit ſe reſtitui quod dic ut ſo. extra de adul intelleximus. Arc.

Vel cum vir de licentia vxoris recedit ab ipsa, ut ibidem.

SAeculares.]CASVS. Quidam erant cõiugati, qui nullam causam rationab.lem prætendentes, vxores suas sine iudicio ecclesiastico dimittebant, & ideo in concilio.

uinciæ 35.q.6. multorum. Hodie etiam archipresbyter causam huiusmodi tractare potest. argu. extra de consan. & affini.ca.1. Sed certe & hodie ad episcopalem iurisdictionem cognitio matrimonialis causæ spectat. Vnde nec abbates, nec alij possunt de matrimonio cognoscere, nisi ex concessione vel alia causa legitima id habēt, vt extra de exces.p̄la. accedentibus. Præscribi enim potest talis iurisdictio, vt extra de præscr. auditis in fi.

Matrimonialis causa ad ep̄m ptinet.

¶ *Etiam in codicibus manuscriptis, & apud Iuonē par.8. c.328. citatur ex cōcilio Carthaginensi, in quo nullo inuētum est; sed in Agathensi.c.25. (ex quo citat. Iuo eadem parte octaua, c.321. & capitular.7.c.305.*

¶ Non licet alicui vxorem dimittere, nisi causa dissidij primum ecclesiæ probetur. Cap. I.

Iuo p.8.c.231. & 328. Pann.l.6.c.106.

SAeculares, qui cōiugale consortium nulla [α] grauiori culpa dimittunt, vel etiā dimiserunt, & nullas causas dissidii probabiliter [a] proponentes, propterea sua matrimonia dimittunt, ut aut illicita, aut aliena præsumant; si antequam apud episcopos comprouinciales [b] dissidi causas dixerint, & prius quam in iudicio damnentur, vxores suas abiecerint; a communione sanctæ ecclesiæ, & populi cœtu, pro eo quod fidem, & coniugia maculant, excludantur.

α ¶ Nulla.] *In recentioribus conciliorū editionibus in concilio Agathēsi legit̄,* sine grauiori. *in capitularibus,* absq; grauiori. *sed in antiquis editionibus Parisiensibus cōcilio rum, & duobus codicibus Vaticanis,* consortium grauiori.

Item Ambrosius super Lucam, ad c.16.

¶ Lex diuina prohibet virum vxorem dimittere, nisi causa fornicationis. Cap. II.

AN, quod in subditos [c] nefas est, in cōparem [d] fas est? dimittis ergo vxorē quasi iure [β] sine crimine, & putas id tibi licere, quia lex humana non prohibet? Sed diuina prohibet. [e] Qui hominibus obsequeris, Deū verere; audi legem Domini, cui obsequuntur etiam qui leges ferunt. [Quod Deus coniunxit, homo non separet.]

Matth.19.

β ¶ Quasi iure.] *Sic etiam in vulgatis B. Ambrosii codicibus. In tribus Gratiani manuscriptis est,* quam scis viuere sine crimine.

Item Nicolaus Papa Carolo Regi.

† al. de

In præfatione Isidori in volumen conciliorum.

¶ Absque causę cognitione a viro suo dimissa, ad omnia restituatur. Cap. III.

HIstoria ecclesiastica, ab Eusebio Cæsariēsi episcopo confecta, da muliere quadam, quæ pro † castitate a marito accusabatur, ait. [Præceptum est ab Imperatore lege lata, ut primo [f] permitteretur ei rem familiarem [g] libere diutius ordinare; tunc demum responderet obiecti s. Hoc [h] omnes leges [i] tam ecclesiasticę, quam vulga-

Ibidem inferius.

AN quod.] CASVS. Dicit hic quod si non licet alicui dimittere subditos suos sine cā p̄babili, multo minus licet viro vxoré suam dimittere sine cā. Nam etsi lex humana hoc pmittat: lex tñ diuina hoc p̄hibet, cui obsequitur lex humana.

c ¶ In subditos.] Scilicet renunciare episcopatui. extra de renunc. nisi. & ext. de regu. licet. Vel sicut subditi nō possunt deserere. 1 prælatū. 15.q.1. inolita. Vel sicut p̄latus nō potest sine cā punire subditos. 86.d. si q s.

1 18.q.45. nō c. Arch.

d ¶ In comparem.] Scilicet, vt vir dimittat vxorem sine causa, vel cōdemnet p̄ter ordinem iudiciarium. Ioan.

2 2.q.1. nemo. sup. 30. q.5. nullā.

e ¶ Sed diuina prohibet. Su.27.q.2. sūt. ī auth. vt liceat mři, & auię. §. cās. Lex. n. humana admittit diuortium in alijs casibus p̄ter fornicationem, vt C. de rep. consensu.

HIstoria.] CASVS. Dī hic, q̄ si vxor a viro spoliata ab eodē de adulterio accusatur; præceptum est ab Imperatore, vt primo restituatur, q̄ respondeat obiectis. quod

In Carthaginen. fuit statutum, vt nullus coniugatus dimittat uxorem suam, nisi causa dissidij probata fuerit apud episcopum: qđ si quis cōtrafecerit, communione priuetur. Aliena coniugia. Idest, alias vxores. si autem [...] vxores suas. Vsque ib [...] pendet constructio.

a ¶ Probabiliter.] Nota quare dicit probabiliter; hoc enim forte dicit, quia propter fornicationis suspicionē probatam ecclesiæ, licebit ei vxorem dimittere, ut sup. 32.q. [...] dixit.

b ¶ Comprouinciales.] Distributiue [...] iste apud suum, & ille apud suum. non. n. propter tales causas ij si prouinciales reuocantur, vel melius, hoc olim cōtinuit: Quia causa matrimonij tractabatur apud episcopos pro

si hoc obtinet in secularibus, magis debet hoc in ecclesiasticis obtinere.

f ¶ Vt primo.] Ex quo ergo mulieri primo restituūtur res suæ, multo potius vir est ei restituendus & sic facit ad propositū G. Alij ponunt casum sic. Quærebatur an mulieri accusatæ de adulterio dandæ sint induciæ? Rñ q̄ sic. sed hoc nō vī posse stare, quia in crimine adulterij nulla datur dilatio, vt ff. de adult. in crimine: sed pōt dici, quod hoc verum est cum agitur criminaliter.

3 Scilicet p̄paratoriæ. Ioā. de Fāt. qui hic approbat istū casus positionē: & quidam alij, vt dī in gl. seq.

g ¶ Rem familiarem.] Et hoc intelligunt quidam de præparatoriis inducijs, alij de restitutorijs.

h ¶ Hoc.] Scilicet restitutionem fieri.

i ¶ Omnes leges.] De hac materia loquentes.

res, publicæq; præcipiunt.] ¶ Si autem de mulieribus, & sæcularibus viris hæc constituta sunt, multo magis ecclesiasticis hominibus; & sacerdotibus sunt concessa.

¶ Huius mulieris meminit Iustinus in primo Apologetico pro Christianis. & Eusebius ecclesiasticæ historiæ lib. 5. c. 16. Verba quidem huius capitis in epistolis Nicolai impressis, aut manuscriptis non sunt inuenta: sed habentur fere eadem in præfatione Isidori in suam canonum collectionem: Præstat tamen Iustinum, & Eusebium adire. Fortasse autem in hoc caput translatus est titulus ex sequenti.

Item Nicolaus Papa in epistola Carolo Regi.

¶ Nisi post restitutionem, neque de coniugij fœdere, neque de adulterij crimine inter virum, & vxorem iudicium est agitandum. Cap. IIII.

2 Siue [a] de cōiugij fœdere, siue de adulterij crimine iudicium agitādum sit; nulla ratio † patitur Thietbergam cum Lothario posse inire conflictum, vel leuissimū controuersię subire certamē: nisi prius ad tempus fuerit reddita [b] suę potestati, & consanguineis proprijs libere sociata. Itaq; † etiam locus [c] prouidendus est; in quo nulla sit vis multitudinis formidāda; & non sit difficile [d] testes producere, vel cęteras personas, [e] quæ tam a sanctis canonibus, quam a venerādis Romanis legibus in huiusmodi controuersiis requiruntur.

Poly. l. 6. tit. 4. Burc. l. 9. c. 52. Iuo p. 8. c. 116. Regino. l. 1. Chronographiæ.

† al. inter quos) orig.

¶ Epistola ex qua acceptum est hoc caput, habetur Romæ in codice monasterij Dominicanorum, & ex ea aliqua sunt addita, & emendata.

3 *In hoc capite [f] quāuis videatur causa exposita, [g] quare sua auctoritate non licet alicui vxorem dimittere, qua cessante, ipsa quoque prohibitio cessare uidetur, tamē qa ipsa separatio pœna est, & pœna nulli est inferenda, nisi p iudicem; generaliter hoc intelligendum est; vt siue ob causam præmissam, siue nulla causa existēte, nō liceat alicui sua austoritate vxorem dimittere: Quod etiam de pœna homicidij, uel qualibet [h] alia intelligendum est.*

Vnde Nicolaus Papa scribit Rodulpho Bituricensi archiepiscopo.

¶ Coniugia pœnitus interdicantur his, qui suas coniuges occidunt. Cap. V.

INterfectores suarum coniugum sine iudicio, cum non addis, adulterarum, [i] vel aliquid huiusmodi, [k] quid

Sent. 4. dist. 38. Iuo p. 8. c. 125. Pann. l. 7. c. 15.

Matrimonio accusato potest vxor petere ut detur libertati suæ.

z In ista decī. no. Iu. qđ cū iusta est appellatio, eo ipso qđ locus non tutus assignatur, & si nō petat locū securū, dēt tñ iudex eū sibi offerre. Arch.

Siue de coniugij.] Hæc est 2. pars q. in qua probat, qđ .i. fœmina in iudicio contendat cum marito, reddenda est suæ libertati. Io. de Fant.

CASVS. Dicitur hic, qđ siue causa Thietbergæ super fœdere matrimonij agitetur. siue a Lothario accusaretur de adulterio primo, Thietberga suæ potestati & suis cōsanguineis est restituēda, & locus securus est assignandus, vbi testes posśit sine difficultate produci, & cā sine formidine vētilari.] In hoc capite quamuis videatur causa exposita.] sup. ea. sęculares. vbi đt, aut illicita.] &c. Casum, §. per te uidere poteris.

SED HVIVSMODI. CASVS. Gra. soluit prædictam cõtrarietatem, dicens, ꝙ huiusmodi interrogationes, si sacerdos peccauerit, &c. inferunt difficultatem & varietatẽ: ꝙ difficile fiet vt aliqua singularis ꝑsona oret pro ipso: & ad hoc probandum quasdam auctoritates inducit.
a ¶ Non

¶ Primo regum libro c.2. legitur. Si peccauerit vir in virum: placari ei potest Deus. Si autem in dominum peccauerit, quis orabit pro eo? *& sic affertur à B. Ambrosio lib.1 de pœnitẽtia.c.8. & alijs patribus. B. tamẽ Gregorius in c.2. primi Regum c.3. ex hac ipsa vulgata lectione elicit sententiam, quam nunc affert Gratianus, vt notatum est supra dist.50. c. alienum.*

Sed huiusmodi interrogationes nõ semper [a] negationẽ inferunt: sed potius difficultatem; [b] vel raritatem notãt, vt est illud Euãgelij: [Quis putas est, fidelis seruꝰ, & prudens &c.] Hinc etiã Ambrosius. [Deus, quis [c] similis tibi? non vtique nullus, quia imago patris filius est.] Similiter igitur accipiẽdũ [quis orabit pro eo? hoc est singularis vitæ aliquis debet orare pro eo, qui peccauit in Dominum.] & infra. [Nã quomodo Ioannes diceret non orandũ pro delicto grauiore, qui legisset Moysem rogasse, [d] & impetrasse, vbi erat præuaricatio volũtaria? qui sciret etiam Hieremiam rogasse? [e] Potest etiam secundum Augustinum, aliter intelligi illud Ioannis:] Est peccatum ad mortem, &c. [vt nulla sit eius, & superiorũ cõtrarietas. Ait.n. [Est peccatum ad mortem, nõ pro illo [f] dico, vt roget quis. De quo peccato, quoniam nõ expressum est possunt [g] multa, & diuersa sentiri. Ego autẽ dico id esse peccatũ, fidem, quæ per dilectionem operatur, deserere vsque ad mortem. [h] Hæc est etiam blasphemia in Spiritum sãctum, quam neque in hoc sæculo; neque in futuro remittendam [i] Dominus in Euãgelio asseruit. Siue autem delectatione peccati, siue desperatione veniæ, vsq; ad mortem quis in peccato perseueret, iustum est, vt sine fine puniatur, qui sine fine peccauerit.

Vnde Gregorius Papa, lib.4. dial.c.43.

Matth.12.
Lib.1.de pę.cap.8.
Psal.82.
Ibidem c.9.
Exo.32.
2. Mach. vlt.
De correp. & gratia, c.12.
1.Io.5.

a ¶ Non semper.] Sup.32.q.7. quid in omnibus, ff. commo. l. ad eos, ff. locati, l. sed & de damno.
b ¶ Difficultatem.] Hoc referas ad delicti varietatem, & ad intercessorem spiritualem.
c ¶ Deus quis.] Quia imago, & etiam quælibet fidelis anima inf. dist. prox. illa anima. sed & homo habet similitudinem Dei, inf.33.q.5. hæc imago. triplex est igitur imago, siue similitudo, identitatis, secundum quam tantum filius Dei est imago patris: imitationis, secundũ quam dicitur, quod magna nauis est imago alicuius domus, & discipulus magistri: similitudinis expresse, vt sigillum in cera depingitur.
d ¶ Rogasse.] Pro peccatis Hierusalem, vnde in libro Machabæorum legitur, ꝙ Iudas Machabæus cum deberet pugnare cum suis paucis contra Nicanorem, qui erat cum multis, ad confortationem suorum retulit somnium quod in præcedenti nocte viderat in hunc modum. Viderat Oniam sacerdotem manus ad cœlum protendentem, & orantem pro populo Iudæorum, & postea apparuisse alium virum ętate & gloria mirabilẽ circa illũ Oniã. & dixisse: Hic est amator populi Israel: hic est qui multum orat pro populo, & pro ciuitate sancta.
e ¶ Hieremiam.] Dei prophetam, extendisse autẽ Hieremiam dexteram, & dedisse Iudæ gladium aureum, dicentem: accipe sanctum gladium, munus missum a Deo quo deijcies aduersarios populi mei Israel. qua visione confortati, qui erant cũ Iuda, impetũ fecerunt in hostes, & Nicanorẽ interfecerunt, & xxx. millia de suis.

Imago est triplex.
Iudæ Machabæi somnium.

POTEST. CASVS. Ponit Grat. aliam solutionem, & ad auctoritatem Ioan. vt intelligatur de eo, qui peccat in spiritum sanctũ & contra fidẽ, pro quo non est orandũ post mortem, si vsque ad mortem in tali crimine perseuerauerit. & ad hoc probãdum inducit cap. sequens. Non dico,] i. non præcipio. [Dico.] i. præcipio.
f ¶ Pro illo.] Quia non sequitur, ꝙ in carne nõ ꝓmeruit, sup. ea. multiplex, §. 1. Dico vt pro eo nõ roget quis post mortẽ & ita exaudi pro peccato in spiritum sanctũ, quod est finalis impœnitentia, vt hic innuit Augu. quo casu exaudi su. 13.q.2. pro obeuntibus. licet H. illud intelligat de specialibus orationibus.
g ¶ Possunt.] Ar. qđ nõ est diffinitũ, posse diffiniri. 22. q. 5. hoc vr̃. ar. contra. 31. q.1. ꝙ si dormierit. 2.q.5. consuluisti.
h ¶ Ad mortẽ.] Vnde alibi Aug. Tanta labes est illius peccati, vt humilitatem pœnitentiæ subire nõ possit: quod quidẽ cõmittit quisquis, qui ex sola īuidia vnitatẽ ecclesiasticã īpugnat, & diabolo scienter attribuit opera spũs sancti. vnde nec Christus in passione pro talib. orauit, sed pro eis, qui ignoranter crucifigebant eum, dicens, Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt.
i ¶ Remittendam.] Peccatum in spiritum sanctum dicitur generaliter omne peccatum mortale, quia per vnam personam offendit & aliam: specialius vero peccatum est; quod ex odio vel ex malignitate procedit: nam spiritus sanctus est amor & benignitas. secundum alios peccatum in spiritum sanctum est obstinatio mẽtis. Est autem obstinatio mentis in peccato obdurata pertinacia, quam impœnitentia finalis comitatur: prouenit autem huiusmodi obstinatio interdum ex desperatione, puta cũ quis credit suorũ delictorũ magnitudinẽ diuinã misericordiã excessisse, & ob hoc de vitijs ascẽdit ad vitia, iuxta illud, quod ait Cain: maior est iniquitas mea quã veniam merear, vt inf. §. denique. Interdum ex præsumptione: puta cum quis securus delinquit, tanquam Deus ꝓ tẽporali flagitio non sit æternum supplicium daturus: in quo peccati genere refert Hie. se Origenem deprehendisse, qui post mortem anathematizatus est, vt 24.q.2.c. vlt. ver. itẽ si ad tempora. Vel putans in articulo mortis sufficienter pœnitere, vt latro, de quibus Apostolus: Maledictus homo qui peccat in spe. Item in spiritum sanctum peccatum est secundum alios fraternæ gratiæ inuidia: puta si de gratia à Deo fratri collata inuideas, ne tibi præferatur.
arg.

Ecclesiasticam vnitatẽ impugnare grauissimũ est.
Peccatum in spiritum sanctũ quod dicitur, & quot sint eius species.

arg. sup.8.dist.qui contempta.Item secundum alios peccare in spiritumsanctum est blasphemia in personam spiritus sancti. de talibus habetur, de consecr.distin.hi vero hæretici. Item secūdum alios peccatū in spiritum sanctum est finalis impœnitentia, peccatum.s.quod durat vsque ad mortē, vt vsque, inclusiuū sit, qđ hic Aug. potius velle videtur inf. distin.inter hæc hircū. Sed solet q̄ri, vtrum finalis, impenitentia possit desinere esse. Resp. Iste terminus finalis impenitentia, duobus modis accipitur. Inest enim alicui impœnitentia finalis, quando non habet ꝓpositū penitendi. hoc potest desinere esse: quia hoc propositum pōt habere in hoc instanti, & cras nō. Item est etiā finalis impenitētia .i. quædā qualitas, quę inest alicui ex eo ꝙ nūquam penitebit. ista non potest desinere esse subiecto existente: quæ si ponat, oporteret dici, quod nūquam eam habuit.

Impœnitentia finalis capitur duob. modis.

1 Supradicta breuiter cōp̄hendas: & dic ꝙ sex modis in spiritum sanctum peccatur: duobus modis erga Deum, præsumptione, vt Origenes, desperationes, vt Iudas. inf. eo. dist.3. sceleratior. Duobus erga proximum. Odio fraternæ cogitationis & impugnationis agnitæ veritatis. 11. q. 3. nolite timere. Duob. erga seipsum: finali impœ̄nia & pœnitere pœnituisse, 17.q.4. sunt qui, & adde ꝙ de hoc ēt not.inf.dist. 2.sciendum. Ar.

Voluissent.] CASVS. Dr̄ in hoc c. ꝙ mali vellēt semper viuere, vt semp in pecccato manerēt. vnde ad magnā ptinet iustitiā iudicantis vt perpetuo sint in supplicijs, q in hac vita semp volūt esse in peccato.

a ¶ Nūquam.] Assidue enim peccantiū nō miseretur Deus, vt sup.9;.dist. diaconi, & venia impenitenti.& c.24 q.2.legatur, & ideo semper obnoxij pœnæ pe.ntent, vt infra dist.7.in fine.

vsque ad §.denique.
c ¶ Si nemo.] Sup.ea.dist.nemo potest.
d ¶ Paradisum.] Sup.ea.dist.ecce nunc tempus.
e ¶ Frustratur.] Sup.ea.dist.agite.
f ¶ Consequi.] Sup.ea.dist.c.nullus.

g ¶ Si

C. LX.

Voluissent iniqui, si potuissent, sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare. Ostēdūt enim, quia in peccato semper viuere cupiunt, qui nūquam [a] desinunt peccare, dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicantis pertinet, vt nunquam careant supplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato. Aug.11.c.153.

4 *Ex his [b] itaque apparet, quod sine confessione oris, & satisfactione operis peccatū nō remittitur. Nā si necesse est, ut iniquitates nostras dicamꝰ, vt postea iustificemur, si nemo [c] potest iustificari à peccato, nisi antea confessus fuerit peccatū, si cōfessio paradisum [d] aperit, veniam acquirit, si illa solum confessio vtilis est quæ fit cū pœnitētia (in quo notatur aliud esse confessio, aliud pœnitētia, siue interior, siue exterior accipiatur, si ille, q ꝓmittit veniam occulte, apud Deum, non apud ecclesiā pœnitentiā agenti, frustratur † [e] Euāgelium, & claues datas ecclesiæ: promittit etiam quod Deus negat delinquēti: si nemo potest consequi [f] veniā, nisi quantulamcūque, & si minorem quàm debeat, peccati soluerit pœnā: si solis [g] sacerdotibus ligādi, [h] soluēdiq; potestas [i] à Deo tradita ē: si nullus ueniā accipit nisi ecclesiæ supplicationibus, [k] ipsā impetrare contendat: Concluditur ergo, quid nullus ante cōfessionem oris, & satisfactionē operis, peccati abolet culpam. Denique, [l] vt perspicue appareat neminem sine confessione à peccato mūdari, ab ipsius humani generis principio sumamus exordiū. Peccato trāsgressionis primi parentes corrupti, à Domino sūt requisiti de culpa, vt peccatum, quod transgrediendo cōmiserant, confitendo delerēt. Serpens [m] autem de culpa requisitus non est, quia per cōfessionem [n] non reuocabatur [o] ad vitam. Cain quoq;, cū primæ præuaricationi fratricidiū addidisset, similiter a Domino de culpa req̄situs est, dū ei dicitur [Vbi est Abel frater tuus?] Sed quia superbus peccatum suum cōfiteri noluit, potius mendaciter negando Deum fallere, conatus*

† al.frustras.

Matth.16.

Gen.3.

Gen.4.

EX HIS. Hæc est 4.pars dist.in qua probat per 36.auctor.quod si quis nō cōfitetur, nō soluatur. si petijt, sufficit confessio, quæ fit primo Deo, deinde sacerdoti, qui loco Dei it dicat. Io.de Fan.

CASVS. Concludit Grat.ex præallegatis eorum sententiam in vnum perstringens, ꝙ peccatum non dimittitur sine oris confessione, & operis satisfactione Postea per multas probationes, & multa argumenta nititur idem probare, incipiens a peccato primi hominis, quod non nisi confessione est dimissum, & probatio Grat. protenditur vsq; ad illum §.His auctoritatibus. Et non facit §. vlt.c.nisi vsq; ad §.illū.Ex his omnibus. Quidam tñ faciunt ibi duo cap.s.Puteus,] & [Introite.] Vnde secundum quod habetur in libris suis postea ponunt in glo. Sed certe non videtur, ꝙ ibi debeant esse c.etiam secundum Grat.& si aliquod est ibi, casus est planus. Idem etiam voluit Benedictus.

b ¶ Ex his itaque.] Infert ex præmissis auctoritatibus

g ¶ Si solis.] Sup.ea.dist.verbum.
h ¶ Ligandi.] Id est, imponendi satisfactionem vel relaxandi.
i ¶ Potestas.] No. solis sacerdotibus potestatem ligandi traditam.
k ¶ Supplicationibus.] Sup.ea.dist.multiplex.
l ¶ Denique.] Ab isto loco vsque ad c.quamobrem.ꝓbat 23. auctoritatibus, s.peccatum non dimitti sine oris cōfessione. auctoritates veteris testamenti inducit vsque ad §.in Euangelio. Ab illo §.in Euangelio, vsque ad §.ex his. inducit auctoritates noui testamenti, & post ex omnibus concludit in §.ex his.& omnes illæ auctoritates intelliguntur cum quis confiteri contemnit.
m ¶ Serpens.] Id est, diabolus, qui serpente vtebatur tā quam organo, vel intellige ad litteram.
n ¶ Confessionem.] Et quia in seipso inuenit originem peccati.
o ¶ Nō reuocabitur.] Quia irreuocabile fuit peccatum eius,

Pctm̄ diabo li fuit irremediabile sed hoīs remediabile

eius, & impossibile est eum reuocare ad pœnitentiam. vt inf. dist.2.§.quod autē reprobi.vers.impossibile, hominis autem peccatum fuit remediabile, & hoc duabus de causis:quia totum genus humanum perierat de peccato Adæ, sed non tota angelica natura peccato diaboli.

ruffa.Similiter in domo dicebatur lepra talis macula,& macula in pariete pallore vel rubore deformis, & omnia ista iudicabantur arbitrio sacerdotis. si enim in homine lepra non erat perspicua,recludebat eum sacerdos in domo suo septem diebus:quibus expletis,si non creuerat lepra, iterum recludebat eum alijs septem diebus, quod si nec tūc creuerat, mūdum eum iudicabat: qa si scabies erat,lauabat homo vestimenta sua & mundus erat. Cū vero perspicua erat lepra, separabatur, id est, iudicabat immūdus ad arbitriū sacerdotis & habebat homo vestimēta sua dissuta, idest, facilia ad induendum, vel exuēdum, vt sic cognosceret: & caput rasum.3 vt posset cognosci: osque veste cōtectum,ne fætorē loquendo diffunderet, & habitabat solus extra castra, ita vt à mortuo nihil differre videretur. Item si lepra vestis erat perspicua, cōburebatur vestis;si dubia,recludebatur septē dieb9, si creuerat macula, adiudicabatur lepra:si non creuerat, abluebatur vestis,& recludebatur alijs vij.diebus: post quos si sacerdos inueniebat creuisse leprā,rūpebat eā. Similiter ostiū domus leprosæ claudebat vij. dieb. post quos si sacerdos inuenisset creuisse leprā, iubebat erui lapides leprosos & proijci extra ciuitatem.& domum radi intus per circuitū, & puluerē rasuræ spargi ext.ciuitatē in loco immūdo, & alios

3 Al.nūdū.

est dicens:[Nunquid custos fratris mei sum ego?] indignus venia iudicatus est.Vnde in desperationis profundū mersus est,dum ait:[Maior est iniquitas mea,quam vt veniam merear.] vagus, & profugus exijt a facie Domini, significans eos, qui peccata sua confiteri dissimulant, cōspectu diuinæ miserationis indignos haberi Reges[a] *que, qui ignorantia ducti in Abraham deliquerant, non nisi eodem orante, sanari meruerunt. In quo figuratur, quod passiones*[b] *morum non sanantur, nisi orationibus*[c] *ecclesiæ. Moysi quoque præcipit*[d] *Dominus, vt lepra*[e] *siue in cute, siue in domo,*[f] *siue in veste, siue in crine appareret, sacerdoti ostenderetur, & iuxta eius arbitrium separata,*[g] *eius iudicio contaminaretur,*[h] *vel mundaretur. Saul quoque cum à spiritu maligno vexaretur, non poterat ad sanæ mentis officium redire, nisi prius Dauid psalterium arriperet,& coram eo psalleret,& ita ab eius vexatione cessaret diabolus. ¶ In quo mystice ostenditur, quod quicunque diabolo propter peccata mancipatur, ab eius dominio eripi non valet;nisi Dauid,id est, ecclesia, psalterium accipiat; & coram eo psallat,id est, spiritualis gratiæ eum participem faciat & salubriter admonendo,& pie pro eo orando, & exempla boni operis sibi præbēdo,diabolum ab inuisibili eius vexatione cōpescat. Dauid quoque,cum adulterium commisisset,& homicidium, non ante audiuit a propheta,*[i] *Transtulit a te peccatum tuū Dominus,] quam ipsum peccatum cōfiteretur. Prius enim prophetæ peccatū redarguenti cōfessus est,& postea audiuit:[Trāstulit Dominus peccatū tuū a te.] Achab*[k] *quoque, cū de innocentis*[l] *sanguinis effusione sententiam cominātis Dei audiret,induit seipsum cilicio,satisfaciēs Deo per pœnitentiā.Vnde Dominus ad Heliā ait: [Quoniam Achab reueritur est faciem meā,non inducā malū in diebus eius.] Niniuitæ cū audirēt: Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. Ex edicto regis, & principū pœnitentiā agerūt,dicētes:[Quis scit,si cōuertatur,& ignoscat Deus,& relinquat*[m] *post se benedictionē?*

Gen.12.& 16.

Leuit.13.& 14.

1.Reg.16.

2.Reg.12.

3.Reg.2.

Ioan.3.

li.Item homo incitatorem habuit ad malum:quod non habuit angelus:& ideo per alium iste non debuit iuuari,sicut nec ille per se potuit surgere.& ideo peccatum diaboli fuit irremediabile,& non peccatum hominis.

a ¶ Reges.] Pharao. 1 rex Ægypti, de quo habetur sup. 22.q.2.cap.vtilem §.ecce quæ & Abimelech. 2 rex Geraræ,de quo habetur 32.q.4.nemo sibi.& sup.33.q.1.si per sortiarias.

1 Gen.12.c.
2 Gen.20.

b ¶ Passiones.] Id est,delicta.15.q.1.illa.

c ¶ Orationibus.] Supra.33.q.1.si per sortiarias.

d ¶ Præcepit.] In leuitico.

e ¶ Vt lepra.] Id est,aliqua macula. Sunt autem quattuor genera lepræ.in cute,in capillis,in domo,in veste. In capillis lepra dicitur alopecia.fluentibus sanie capillis, si in caluitio vel in alia parte capitis albus vel ruffus color inuentus fuerit.plaga lepræ est. In cute lepra cognoscitur,si in ea fuerit alba,i.pallida albedo.vel pustulæ, & huiusmodi lepra vestis erat macula alba, vel

Lepræ genera sunt quattuor.

lapides substitui ī domo,& luto alio liniri domū,quod si iterū rediret macula, & perseuerans lepra est,destruebatur domus & ligna,& lapides.& puluis extra ciuitatem proijciebantur in locum immundum.

f ¶ In domo.] Non dicit hic de veste, & de domo, quod ei ad litteram possit lepra inesse: sed si domus, vel vestis offeretur ab aliquo in ministerium deputanda, antea sacerdoti offerebatur, & si aliqua inerat macula, qua à ministerio impediretur,sacerdotis iudicio relīquebat.

g ¶ Separata.] Quo ad officium vel ministerium.

h ¶ Contaminaretur.] Domus, vel vestis,vel cutis, idest,contaminata vel immunda indecaretur.

i ¶ Propheta.] Scilicet Nathan.

K ¶ Achab.] Infra eo.d.3.§.ecce Achab.

ADDITIO. Et 50.d.c.si post.§.econtra.

l ¶ Innocentis.] Scilicet.Nabutæ.

m ¶ Et relinquat.]Scilicet nobis,qui eum sequimur vel post comminationem à se datam.

a ¶ In-

Hac humilitate satisfactionis † imminentē subuersionē euadere meruerunt. Quorum exemplis euidenter ostenditur, quod nullus à Deo consequatur veniã, nisi primũ satisfecerit sibi per pœnitẽtiã. Nabuchodonosor quoque propter superbiam suam à rationabili † mente in bestialem[a] aĩum cõmutatus est, atque à regno suo profugus recedens non ante regnũ recepit, quàm conuersus Dẽu prædicauit. Denique plebs Israelitica ob culpã suæ trãsgressionis captiuitati tradita, nõ ante liberari meruit, quam sua peccata cõfitens, Danielis, & aliorum sanctorũ precibus veniam accepit. In Euãgelio[b] quoque uenientes ad Ioannẽ, vt baptizarentur ab eo, baptismo pœnitentiæ,[c] primũ cõfitebantur peccata sua, ostendẽtes, quòd quisque debet peccata sua damnando confiteri, & innouationem melioris uitæ promittere, si regenerationis desiderat gratiam accipere. Christus quoque alios legitur suscitasse a mortuis, alios a lepra mundasse, alios illuminasse, aliorũ mẽbra paralysi dissoluta consolidasse; omnium tamen sanitatẽ petitio ꝓpriæ vocis, vel amicorũ[d] legitur præcessisse. Luca enim referente dicimus, ꝙ pro socru Petri prius rogatus est, qua eã sanitati redderet. Leprosus vero ille, quem Dominus descendens de mõte mundauit, prius clamauit ad eum: [Domine si vis, potes me mundare,] quem pòstea tangendo mũdauit. Cæcus quoque dum clamaret ad eũ: [Miserere mei fili Dauid] interrogauit eum Iesus: [Quid vis, vt faciã tibi?] ait, [Rabboni,[e] vt videã lumen.] Tres quoque mortuos[f] audiuit, quos aliorũ orationibus reddidit vitæ. Quartũ[g] quoque discipulo nũciante audiuit, sed quia defuerũt viui, quia ꝓ eo p̃carẽtur, resuscitari nõ meruit. ¶ Quibus nimirum exẽplis euidentissime datur intelligi, quod ille, quẽ grauioris culpæ macula inficit, nisi confessione proprij oris, uel ecclesiæ intercessione suffragãte, sanari nõ poterit. Hinc pœnitens[h] ille, qui prius tacẽdo peccata, flagellari meruerat, postea correptus dicebat: [Quoniam tacui,[i] inueterauerunt ossa[k] mea, dum clamarem,[l] tota die] Hinc Christus ex persona membrorum ait: Non absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum.] Quod Augustinus exponit dicens: [Puteus est humanæ iniquitatis profunditas, in quem si cecideris, non claudet[m] super te os suum, si tu non clauseris os[n] tuum: confitere ergo, & dic: De profundis clamaui ad te Domine, & euades. Claudet super illum Dominus qui in profundo[o] contemnit, a quo mortuo, velut ab eo, qui non sit, perit confessio.] Hinc idem propheta ait: [Introite portas eius in confessione,] Ostendens ad portas misericordiæ non nisi per confessionem peccati aliquem posse pertingere. Hinc etiam Beatus Ioannes Baptista, & Saluator noster exordium prædicationis suæ a pœnitentia sumpserunt, dicentes: [Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Ostẽdentes ad regna cœlorum neminem posse pertingere, nisi primum per pœnitentiam Deo curauerit satisfacere. Hinc etiam in actibus Apostolorum legitur, quod credentes veniebant ad apostolos, annunciantes actus suos.

¶ Ex his omnibus facile monstratur, sine confessione nullum veniam posse promereri.

Right margin: † al. & satisfactione. — Dan. 4. — † Al. rationale. — sup. 17. q. 4. miror. — Dan. 9. — Io. 11. — Io. 11. — Luc. 17. — Matth. 9. — Marc. 2. — Luc. 4 — Matth. 8. — Mar. 1. — Luc. 5. — Mar. 20. — Luc. 18. — Matth. 5. — Luc. 7. — Io. 11. — Psal. 31. — Psal. 68. — Glos. interli. & ord. ibi. ex Au. Sent. 4. d. 17. — Psal. 129. — Prou. 19. — Eccl. 17. — Psal. 99. — Matt. 3. — Act. 19.

Inner margin: 1 Hũc Christus suscitauit ĩ domo. i. in cogitatione, secundum H. inf. ea. §. ecõtra. — 2 17. dis. nec licuit. extra de, ind. cum nõ ab homine. Archid.

a ¶ In bestialẽ.] Supra 17. q. 4. miror.
b ¶ In Euangelio.] Hic trãsfert se ad auctoritates noui testamenti.
c ¶ Pœnitẽtiæ.] Nõ remissionis: nam vetẽribus ad illud requirebatur pœnitẽtia: nõ autem in nostro baptismate, qđ remissionis est, vt inf. de cons. d. 4. sine pœnitentia.
d ¶ Vel amicorum.] hoc, .n. Deus amat, vt multi rogẽt ꝓ eo. fleat.
e ¶ Rabboni.] Idest, magister.
f ¶ Mortuos.] s. filiũ 1 archisynagogi, filiũ viduæ & Lazarũ.
g ¶ Quartum.] Vnde hoc Gratianus habuit, ignoramus: nisi dicat hoc de Matthæo itelligi: cui cũ Dñs diceret; Sequere me, ĩndit Dño, Pater meus mortuus est, volo eũ sepelire & tunc Dñs ait; Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.
h ¶ Pœnitẽs.] Dauid vt inf. d. 3. ille rex.
i ¶ Tacui.] Peccata.
k ¶ Ossa.] Virtutes, qbus aĩa sustẽtatur, vt ossibus corpus.
l ¶ Dũ clamarem.] Iactando me de meritis meis.
m ¶ Nõ claudet.] Id est, non constringet te finaliter.
n ¶ Nõ clauseris os.] non confitendo.
o ¶ In profundo.] Vitiorũ: vnde peccator cũ 2 venerit ĩ ꝓfundũ vitiorũ, cõtẽnit.
EX HIS OMNIBVS CASVS. Infert Grat. ex supra dictis quod sine cõfessione nullus veniã meretur, & ad hoc inducit sequentes auctoritates. Sequentia tria, cõplana sunt, scilicet Sufficit. & non sufficit, & cognouit.] Illud ãt e. quod postea sequitur.

tur, scilicet aliud] [illegible] tum est supra 11.q.1.& ibi casum inuenies. Per tamen sic breuiter ponit hic casum. Dicitur hic, quod abstinere debet a multis, qui vnum illicitum committit: & ita probatur, quod satisfacere tenetur.

a POenitentia. ¶ Non negetur.] nam quod diffidentia

e NOuit.] Sententiam.] comminationis, vt 22.q.4. incommutabilis. & in hoc similis est prætori quo ad interloquutoriam. ff. de re iud. quod iussit.

f ALiud.] Sup. 11.q.1. aliud.

g ¶ Reposcere.] Sup. 14.q.1. quod debetur.

Hinc etiam Leo Papa ait. epist. 78. al. 80. ad episcopos Campaniæ.

Cap. LXI.

† al. enim ‡ orig. — inf. e. c. quamuis. Poly. li. 3. tit. 10. Iuo. p. 15. c. 167.

SVfficit pœnitenti † illa confessio, quæ primum Deo offertur, tum etiam sacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedit.

Item ad Rusticum Narbonensem episcopum, epistola 90. al. 92. c. 7.

C. LXII.

Bur. l. 9. ca. 123. Iuo p. 15. c. 135.

POenitentia, quæ dilata est, cum studiosius petita fuerit, non negetur [a]; vt quoquomodo ad indulgentiæ medicinam anima vulnerata [b] perueniat.

Item August. in sermone de pœnitentia. al. lib. de pœnitentiæ medicina.

C. LXIII.

Beda. 2. Cor. ca. 12. † al. factis. Sent. 4. dist. 16. Pola. l. 6. tit. 20.

NOn sufficit [c] mores in melius commutare, & à præteritis † malis recedere, nisi etiam de his, quæ facta sunt, satisfiat Deo per pœnitentiæ [d] dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis, & ieiunijs α.

α ¶ Et ieiunijs.] *Hoc non est apud B. Augustinum, neque Bedam, neq; magistrum sententiarum, neque Polycarpũ.*

Item Ambrosius in c. 1. Lucæ.

C. LXIV.

NOuit Dominus mutare sententiam [e], si tu noueris emendare delictum.

Item Leo Papa, epist. 90. al. 92. ad Rusticum, c. 8.

C. LXV.

11.q.1. aliud. † al. iuste. Ansl. l. 11. c. 141.

ALiud [f] quidem est debita iuste † reposcere [g]; aliud propria [h] perfectionis amore contemnere. Sed illicitorum veniam postulantem oportet a multis etiam licitis abstinere, dicente Apostolo: [Omnia mihi licent [i], sed non omnia expediunt [k].] Vnde si quis pœnitens habeat causam, quam negligere forte non debeat, melius expetet ecclesiasticum, quam forense iudicium.

1. Cor. 6.

Item Hieronymus in c. 1. Ioelis.

C. LXVI.

Sent. 4. dist. 17. † al. comedit Pascha] orig. Luc. 12. ... Malac. 3.

QVi sanctus sacerdos est, & comedit † in Pascha [l] Domini; accingatur baltheo castitatis, & audiat cum Apostolis: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernę ardẽtes in manibus vestris.] Qui autem peccator [m] est, & quem

h ¶ Propria.] ff. de minor. si iudex.

i ¶ Licent.] Hoc exposui sup. 11. quæst. 1. aliud.

K ¶ Expediunt.] Vt debitum repetere, vt su. 14. q. 1. quod debetur. sed non expedit cum scandalo. Item temporalia accipere. 1. q. 1. Iudices. Item omnib. cibis indifferenter vti licet 11. q. 4. ad mensam, sed non expedit. 28. q. 1. omnis. Item vxorẽ gẽtilem derelinquere licet. 28. q. 1. iam nũc. sed nec expedit, vt e. q. 1. sic enim.

Expediunt non omnia.

QVi sanctus.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod sacerdos, qui bonus est, & digne vult accipere corpus Christi, debet in castitate permanere: peccator autẽ quem conscientia propria remordet, pœnitere dẽt, & ingredi ecclesiam, de qua fuerat propter peccata egressus. Lucernæ ardentes, idest, opera nostra sint ardẽtia charitate, & alijs lucentia per exemplum.

l ¶ In Pascha.] i. in transitum de vitijs ad virtutes: quia pascha transitus interpretatur. de consecr. dist. 4. per aquam.

m ¶ Peccator.] Ex hoc vñ, quòd constitutus in mortali possit sit auctoritate sua à cõione sacramentorũ abstinere, iuxta illud, Probet seipsũ homo, & sic de pane illo edat, &c. & ideo laudatur mulier, quę menstrua patitur, si ex reuerẽtia abstinet supra, 5. dis. ad eius. & ar. infra de consec. dist. 2. quotidie. sed contra. supra ea. dist. sunt qui arbitrãtur. & in c. facilius & in fra [illegible] in actione. In

Peccati conscius an possit propria auctoritate a cõione abstinere.

tia ætatis, & c. 32. quæstio. 2. ancillam. inf. ead. distinct. 7. nemo.

b ¶ Vulnerata.] Delictis.

Vide conc. Trid. sess. 14. c. & can. 13. — c NOn sufficit.] Quoad famam exteriorem sufficit enim quoad Deum * dummodo nõ contemnat.

d ¶ Per pœnitentiæ.] inf. ea. dist. si peccatum Dauid.

contrarijs istis dicitur, quod nemo auctoritate sua, sed sacerdotis debet abstinere a communione altaris. Sol. abstinet quis peccati conscius aliquando propter reuerentiam: quod commendatur, vt hic, & in similibus. Aliquando propter satisfactionem del[icti] putãs talem abstinentiam prodesse etiam nõ iniuncta ei aliqua pœnitentia

remordet [a] propria conscientia; cilicio accingatur,& plã gat vel propria delicta, vel populi: & ingrediatur ecclesiam [b], de qua propter peccata fuerat egressus; & cubet vel dormiat in sacco: vt præteritas delitias, per quas offenderat Deum, vitæ austeritate compenset.

Ecclesiæ ingressus quibus est interdicendus.

Idem in Amos prophetam, ad c. 9.

C. LXVII.

Si agamus [c] pœnitentiam; ipsum quoque suæ pœnitebit sententiæ. Rursum [d], iuxta eundem [e] Hieremiã [α] promittit prospera. Si negligentia dissoluamur; & illum pœnitebit sponsionis suæ, promissaque mutabit. Cuius rei exemplum Niniuitas, & Hierusalem habere possumus: quorum alij de imminentibus suplicijs liberati sunt: alii, quæ patribus promissa fuerant, perdiderunt.

Hierem. 17.

α ¶ Hieremiam.] *Sic est emendatum ex ipsis commentarijs B. Hieronymi, & vno vetusto exemplari Gratiani. Nam in cæteris est, quemadmodum in vulgatis.* iuxta eundem Hieronymum promittit prospera, si pœnitentiã egerimus. Quod si negligentia? &c.

Idem super Danielem ad c. 4.

C. LXVIII.

Qvamobrem [f] rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis [g] redime [h], & iniquitates tuas misericordiis pauperum: forsitan [i] ignoscet Deus delictis tuis.] ¶ Si prædixit sententiam Dei, quæ

tia à sacerdote: quod inhibetur in contrarijs. Sed & in illo casu vbi ob reuerẽtiam abstinetur propter criminis conscientiam, distinguo, vt si scandalum ex eius abstinẽtia oritur, compelli potest à prælato suo ad sumendum Eucharistiam, vel petendum: arg. inf. de consec. dist. 2. si quis intrat. & c. sæculares. si vero non est scandalum, bene facit abstinẽdo. inf. de cons. dist. 2. quotidie. hodie tamẽ videtur tolli ista dist. vt extra de pœnit. & remiss. omnis.

a ¶ Remordet.] Secũdũ quod notaui sup. 16. q. 1. monachi.

b ¶ Ecclesiã.] Idest, vnitatẽ ecclesiæ per fidem & charitatẽ. nec. n. intelligi põt de ingressu corporalis ecclesiæ. Nemo namq; pro peccato aliquo arcendus est ab ingressu ecclesiæ: nisi sit excommunicatus, vel ĩterdictus ex iusta causa.] ead. q. 4. vir cum ꝓpria. 11. q. 3. excommunicatos.

Si agamus.] CASVS. Dicit Hier. ĩ hoc c. ꝙ sicut Deus propter pœnitẽtiam reuocat sententiam in contumaces latã, ita propter negligentiam pœnitẽdi bona reuocat, q̃ promisit. & hoc probat exemplis, scilicet Hierusalem & Samariæ, ex quibus ciuitatibus quidam fuerunt à supplicijs liberati: alij vero bona, quæ fecerunt, perdiderunt. [Rursum.] verba sunt Gratia. vsque ibi, [Promittit.] Quorum. scilicet habitatorum.

c ¶ Si agamus.] CASVS. Dicit Hieronymus, quòd sicut Deus propter pœnitentiam reuocat sententiam etiam contra contumaces latam. ita propter pœnitendi negligentiam bona reuocat, quæ promisit. & hoc probat exẽplis Hierusalem, & Samariæ, Nabuchodonosor, & Ezechiæ.

d ¶ Rursum.] Verba Gratiani.

e ¶ Eundem.] Scilicet Amos, de quo locutus fuerat Hieronymus.

Qvamobrem.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima ponuntur verba Danielis interpretantis visionem Nabuchodonosor, & dicentis sibi. placeat tibi consilium meum, peccata tua eleemosynis redime, &c. In secunda ponuntur verba Hieronymi dicẽtis, inutile videri consilium prophetæ. Ex quo enim prædixit sententiam in visione regis: quid valeat consilium eius, cum sententia Dei mutari non possit? Qui respondet dicens ꝙ sæpe sententiam comminationis reuocat Deus: sicut apparet exemplo Ezechiæ regis, & Niniue ciuitatis. & licet res admiserit consilium prophetæ, & sententia dilata fuerit: tamen fuit postea inflicta: quia locutus fuit superbiã dicens, Nõne hæc est Babylon magna, &c. Secunda pars ibi, [Si prædixit.] Et Niniuitarum, hoc est in Iona propheta. [Irreuerentiam,] Idest male, & cõtra reuerentiam & æquitatem. Quæ autem fuerit visio, dicitur in apparatu, & in historijs dicetur.

Nabuchodonosor vidit somnium.

f ¶ Quamobrem.] Illud tangit, quod Nabuchodonosor vidit in somno arborem in medio terræ pertingentem vsque ad cœlum, & sub ea habitabant animalia & bestiæ, & in ramis volucres, & ex ea vescebatur omnis caro: & ecce vigil & sanctus de cœlo descendit, & ait, succidite arborem, & ramos & fructus eius, & fugiẽt ex ea bestiæ ꝙ volucres: sed germen eius in terrã sinite: & cũ feris sit pars eius, & ab humano commutetur cor eius. & septem tempora commutentur super eam: quod somnium Daniel interpretatus est, & ait: Tu es rex arbor ea quæ inualuisti, & potestas tua in terminis terræ, & audiuisti peruigilem altissimi sententiam super te: & ab hominibus eijcient te, & cum feris erit habitatio tua: fœnũ vt bos comedes: vij. tempora. i. vij. anni mutabuntur super te, & relinquetur tibi semen vel germẽ radicis: quia regnum tuum restituetur tibi. quamobrem audi consilium meũ, Peccata tua eleemosynis redime: forsan ignoscet tibi Deus. Post annum autem deambulabat rex in aula sua, & superbe loquebatur dicens, None est hæc Babylon, quam ego ædificaui in robore regni, & in gloria decoris mei? Adhuc erat sermo in ore eius, & ecce vox de cœlo dicens. tibi dicitur Nabuchodonosor: regnum tuum transit a te, & cum feris habitabis septem temporibus, donec scias ꝙ dominetur altissimus vniuersis regnis hominum, & statim ex hominibus abiectus est, & vt bos fœnum comedit, & rore cœli caput eius infectum est, &c. donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent, & vngues eius quasi vngues auium.

g ¶ Eleemosynis.] Eleemosynæ namque a morte liberãt peccatorem, qui per delicta subruerat, vt inf. ea. dist. medicina. sup. ead. dist. miror.

Eleem[osyna] liberat [a] morte.

h ¶ Redime.] Istud redime, ponit priuatiuè: quia proprie nõ est hæc redemptio. si. ff. comm. si vt. §. vlt. ff. de le. commiss. l. fundo. ff. quod vi, aut clam, si vitem. §. 2.

i ¶ Forsitan.] Sup. dist. 86. non satis. dubitanter dixit; qa deesse potest contritio cordis, arg. su. ea. q. 2. admonere. & non valent eleemosynę, nisi ex bono fonte, &c. vt 86. dist.

dist. non satis. Vel ideo sub dubietate posuit, ne securitas negligentiam,& negligentia offensam præstaret, vt inf. ea. prædixerat. Vel ponitur, forsitan, assertiue, vt in Euangelio, forsitan & patrem meum cognouissetis, &c. inf. dist. 4. ne forte. ff. de rei vend. item si. §. 1.
a ¶ non

ti bona; cur inferret mala agenti mala: & hoc sequitur æquum est enim, vt sicut male agentibus infert mala: sic bene agentibus parcat, & conferat bona.
e ¶ In reuerentiam. Id est, contra æquitatem, reuerendam, vel ad hoc vt omnes eidem reuereamur tantum.

mutari non potest [a]; quomodo hortatur ad eleemosynas, & misericordias pauperum, vt Dei sententia cōmutetur? Quod facile soluitur Ezechiæ regis exemplo, (quem Esaias dixerat esse moriturum [b]) & Niniuitarum, quibus dictū est, [adhuc quadraginta dies, & niniue subuertetur. [Et tamen ad preces Ezechiæ, & Niniue, Dei sententia cō mutata est α [c], non vanitate iudicij, sed eorum conuersione qui meruere indulgentiam. Alioquin [d] & in reuerentiam† [e] loquitur Deus se mala minari super gentem; & si bona fecerit, minas clementia commutare. Rursum bona agēti se asserit [f] polliceri; & si male fecerit, dicit se suam mutare sententiam, nō in homines, sed in opera, quæ mutata sunt. Neque enim Deus hominibus, sed vitijs [g] irasci tur; quæ cū in homine nō fuerint, nequaquā punit quod mutatum est. Dicamus & aliter. Fecit quidem Nabuchodonosor iuxta Danielis cōsilium misericordias in pauperes: & idcirco vsque ad mensem duodecimum [h] in eum est dilata sententia. Sed quia postea ambulans in aula Babylonis gloriatur, & dicit, [Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni in robore fortitudinis meæ, & in gloria nominis mei?] bonum misericordiæ perdidit malo *superbiæ*. [forsitan [i] ignoscet Deus delictis tuis.] Cum beatus Daniel præscius futurorum de sententia Dei dubitet, [k] rem temerariam faciunt, qui audacter [l] peccatoribus indulgentiam pollicentur. Et tamen sciendum, quòd si Nabuchodonosor bona opera facienti venia repromittitur; multo magis alijs promittitur, qui leuiora peccata commiserunt.

4. Reg. 20. Esa. 38. Iona 3.

† *Hieremia.*) orig. vera lectio.

Dan. 4.

α ¶ Commutata est.] *Quæ sequuntur, ut etiam multa alia emendata, & locupletata sunt ex originali præter uerbum*, reuerentiam, *(quod esse debet*, Hieremia, *) idque ob glossam.*

Origenes hom. 3. ad c. 3. Iudicum, & ibi gl. ordinaria.

Idem.

C. LXIX.

Vide [m] benignum Dominum misericordiam cum seueritate miscentem [n], & ipsius pęnæ modum iusta, & clementi liberatione α pensantem. Non in perpetuum tradidit pęnæ delinquentes, sed quanto β, inquit, tēpore seruierunt Baalim, tanto seruiant Chusarsaton † [o] hoc est octo annis. Disce, & hoc, ô tu auditor, quisquis ille es, qui tibi conscius es alicuius erroris: & quanto tempore errasse te nosti; quanto tempore deliquisti; tanto [p] nihilominus [q] tempore humilia te ipsum Deo, & satis-

† *al. Cursanthaim.*

f ¶ Asserit.] Dominus loquens Hieremiæ. & sunt verba Hiero. sup Danielē.
g ¶ Vitijs.] sup. Dist. 86. odio.
h ¶ Ad mēsem xij.] vsque ad annū, peccata eleemosynis redemit, post superbiuit.
i ¶ Forsitan.] Verba Danielis.
K ¶ Dubitet.] Idest, ꝓponat ſm formā dubietatis. Vel dic, vt supra in princ.
l ¶ Audacter.] Sup. 8. q. 1. si ergo. 32. q. 5. si Paulus. hoc aduerbiū determinat verbum vel participiū. arg. ad hoc. 93. dist. diaconi.
Vide benignū.] CASVS. Filij Israel seruierunt viij. annis Regi Mesopotamiæ, & postea liberati sūt ab Othoniele. Dicitur hic ꝙ in illo facto significatur, quod quāto tēpore aliqs stetit in peccato seruiendo diabolo, tanto tempore debet esse ī pęnitentia seruiendo Deo. In fine dicitur, quòd sicut illi non fuerūt liberati nisi ad instātiam precū; ita nō liberantur aliqui nisi ꝑ preces.
m ¶ Vide.] ô tu auditor.
n ¶ Miscentem.) Su. d. 45. disciplina.
o ¶ Chusarsaton.) Quæ humiliatio eorū interpretatur in libro Iudicū. hic est diabolus, cui humiliādæ, & affligendæ traduntur animæ, q̃ Christi humilitate, cōtempta in superbiam se extollunt. Chusarsatō iste fuit rex Syriæ & Mesopotamiæ: cui seruiuit Israel viij. annis, eo ꝙ præuaricatus est in præceptis Domini seruiendo idolis mortuo Iosue: quem liberauit Othoniel frater Calephin, in quo erat spiritus Domini, postquam populus clamauit ad Dominum tradito Chusarsaton in manus Othonielis in pugna, quando pugnauit contra eum, ut legitur in lib. Iudicum 2. & 3.
p ¶ Tanto.] .s. saltem, & non plus. 47. dist. omnes.
q ¶ Nihilominus.) Inf. d. 3. productior. contra sed ibi de peccato primi parentis tantum. Vel de pœna interiori: hic

Chusarsatō quid repræsentet.

a ¶ Non potest.] Idest, non contingit hoc secundum eos, contra quos hic loquitur.
b ¶ Moriturum.] Propter peccatum, quod commisit quando superbiuit de victoria, quam habuit de inimicis, eam sibi attribuens.
c ¶ Commutata est.] Non per iudicij ueritatem, sed eorum mutatione, qui conuersi per pœnitentiam meruerunt liberari.
d Alioquin.] Id est, nisi præstaret indulgentiam agen-

hic autem de exteriori.

a ¶ Pœnitendo.] Sup. ead. dist. voluissent, §. ex his, vers. quartum quoque.

b ¶ Suscitauit.] Othonielem. i. filium Senem fratrem Caleph. minorem 1. cui Caleph Azam filiam suam dederat in vxorē pro eo ꝙ dederat ei ciuitatem Cariatsepher, i. ciuitatem litterarum. hic ergo Othoniel quasi saluator filij Israel est missus, cū super eos est dux constitutus Domino. interpretatur aūt Othoniel tēpus mihi Dei 2. hoc est aliquis militiæ cœlestis angelus, q sibi tps a Deo dispensatum accipiens mittitur in adiutoriū eorum, qui hæreditatem capiunt salutis. Hug.

Othoniel fuit filius Senem.

1 In quo fuit spiritus Domini: & iudicauit Israel, de quo habetur Iudicum 3. c.

2 Ita etiam ponit H. & Laur.

ECclesia Christi.] CASVS. Dr̄ hic, ꝙ peccator non est in ecclesia, q̄ nō habet maculam neq; rugā, sicut olim habuit. q vero vult esse in ecclesia, vadat ad medium, vt purgetur a macula, & fiat de ecclesia, quæ est corpus eius.

c ¶ Maculam.] Hæresis, vel mortalis peccati. supra. dist. 21. quamuis. sup. xxi. causa, quæst. 4. recurrat.

d. ¶ Rugam.] Scilicet schismatis, vel venialis peccati.

e ¶ De ecclesia.] sup. 23. q. 4. forte cōtra. & c. hæc autē vita. contra. Sol. Ecclesia quandoque large sumitur, vt grana & paleam complectatur, vt est in cōtrarijs. s. 32. quæs. 4. recurrat. Vel die aliud esse de ecclesia ꝙ hic negatur de malis, aliud esse in ecclesia, quod in contrarijs conceditur. Vel distingue: nā sunt quidam in ecclesia nomine & re, vt boni catholici. vt hic: quidā nec nomine nec re, vt præcisi. sup. 23. q. 4. si quis a catholica. quidam nomine tantum, vt in contrarijs: quidam re tantum, vt de cons. dist. 4 non dubito.

Ecclesia quatuor genera hominū continet.

f ¶ Et maculam.] Vnde propheta. In peccatis dimisi matrem vestram, vt inf. 35. q. 1. c. vlt.

facito ei in confessione pœnitentiæ; nō expectes, vt humilicet te Chusarsaton, & inuito necessitas extorqueat pœnitētiam, sed ipse præueni tortoris istius duritiam †: quia si te ipse emendaueris, si te ipse correxeris; pius est Deus, & misericors, qui vindictam temperet ab eo, qui illā pænitendo [a] præuenit. Sed illud consideremus; quia donec seruierunt Chusarsaton ij, qui traditi fuerant pro delictis suis, & non clamauerunt ad Dominum; nemo suscitatus est, qui saluare eos posset. Cum vero clamauerunt ad Dominum; tunc suscitauit [b] Dominus Saluatorem Israel & saluauit eos.

† al. manus.

α ¶ Liberatione.] *Antea legebatur*, deliberatione. *Emendatum est ex homilia Origenis, quemadmodum, & alia nonnulla.*

β ¶ Quanto.] *Hæc pars videtur potius sumpta ex glossa ordinaria, quam ex ipso Origene.*

Idem Hieronymus in c. 5. epistola ad Ephesios.

C. LXX.

ECclesia Christi gloriosa est, nō habens maculam [c] neque rugam [d], aut aliquid istiusmodi. Qui ergo peccator est, & aliqua sorde maculatus; de ecclesia [e] Christi nō potest appellari, nec Christo subiectus dici. Possibile autem est, vt quomodo ecclesia quæ prius rugam habuit, & maculā γ [f], in iuuentutē, & mūditiam postea restituta est; ita & peccator currat ad medicum, quia nō habent opus sani medico, sed male habentes: vt curentur vulnera ipsorum, & fiant de ecclesia, quæ est corpus Christi.

Luc. 5.

γ ¶ Et maculam.] *Restitutus est locus ex originali. Antea legebatur,* & maculam, & immunditiam, & postea restituta est.

Idem in c. 1. Amos. C. LXXI.

SVper tribus [g] scelerib. Damasci, & super quatuor nō conuertam [h] eum.] Iuxta [i] tropologiam, [k] hoc possumus dicere. Primum peccatū est cogitasse, quæ mala sunt. Secundum, cogitationibus acquieuisse peruersis. Tertiū quod mēte decreueris, opere compleuisse. Quartum, post peccatum non agere pœnitentiam, & in suo sibi complacere delicto [l].

SVper tribus.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima ponuntur verba Amos prophetæ comminātis populo Damasci & Azaeli regi eius qui x. trib. grauiter afflixerat, q. d. si Azael, & populus Damasci semel vel bis tantummodo populum meum esset persecutus, forsitan parcerem illi: sed quia diu expectaui eum ad pœnam, vt conuersus reciperet sanitatē, & ipse abusus patientia mea tertio & quarto affligit: cogor mutare sententiam vt plagis corripiam eum. In secūda parte exponit verba prophetæ moraliter, & sic intendit probare ꝙ Deus non dat veniā nisi pœnitenti. Secūda pars ibi, [Iuxta.] Seq. c. patet. Et nota ꝙ prima tabula dr̄ baptismus, secunda pœnitentia. Sequens c. etiam patet.

Azahel fuit rex Damasci.

g ¶ Super tribus.] Verba hæc sunt Amos prophetæ comminantis Azaheli regi Damasci: qui decem tribus grauiter afflixerat. q. d. si Azahel semel & bis tantummodo populum meum esset persecutus, forsitan parcerem illi: sed quia diu expectaui eum ad pœnitentiam vt conuersus reciperet sanitatem, & econtra ipse abusus patientia mea tertio & quarto afflixit; cogor mutare sententiam ut plagis corrigam delinquentem.

h ¶ Non conuertam eum.] Non expectabo eum, ut conuertatur, sed plagis corripiam eum. Vel lege interrogatiue: non conuertam eum? idest, nonne conuertam eum ab insania sua, flagellando ipsum?

i ¶ Iuxta.] Verba Hieronymi.

K ¶ Tropologiam.] Idest, moralitatem. De hoc quare supr. dist. 37. uino.

Tropologia est moralitas.

l ¶ Delicto.] q. d. qui [illegible] prioribus peccat, si penitet, conuertit Dn̄s ad [illegible] multum clementiæ suæ: si uero non

rō non pænit, auertitur ab eo vultus clementiæ suæ.

a SEcunda.] Tabula.] Procellarum huius mundi quia nauigamus tendentes ad patriam. & incurrimus naufragium ex peccato primi hominis, quo sumus.

b ¶ Festiuitatis.] Scilicet scenophegiæ: in qua Iudæi singulis annis habitabant sub vmbraculis in memoriam quadraginta annorum, quibus in deserto fuerunt sub tabernaculis. quasi dicat ad litteram: sicut enim olim vos de Ægypto liberaui, & habitastis in tabernaculis: sic & nunc educam vos de imminente captiuitate peccatorum, si ad me reuerti volueritis.

Scenophegiæ festiuitas quę erat.

Idem epist. 65. ad Pammachium, & Oceanum.

Sent. 4. dist. 14.

Cap. LXXII.

SEcunda post naufragium tabula [a] est, culpam simpliciter confiteri. Imitati estis errantem: imitamini & correctum. Errauimus iuuenes, emendemur senes: iungamus gemitus, lachrymas copulemus.

Idem.

¶ *Caput hoc est in commentarijs ad c. 3. lamentationum Hieremiæ, qui non sunt B. Hieronymi, sed Rabani.*

Ezech. 18. & 33.

Cap. LXXIII.

QVia diuinitatis natura clemens est, & pia, magisque ad indulgētiam, quam ad vindictā prona: quia non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat: si quis post lapsum peccatorum ad veram pœnitentiam se conuertit; cito a misericorde iudice veniam impetrabit.

Idem in c. 12. Oseæ.

¶ *Antea citabatur ex eodem in Malachiam.*

Cap. LXXIIII.

NE forte peccati memores tardius reuertantur; (Adhuc inquit, sedere vos faciam in tabernaculis, sicut in diebus festiuitatis; [b]) vt quod facit baptisma, [c] hoc faciat pœnitentia, & habitent in tabernaculis Saluatoris, hoc est, in ecclesijs.

Idem in c. 9. Danielis.

Hier. 29. & 52.

Cap. LXXV.

PRædixerat Hieremias [d] septuaginta annos desolationis templi: post quos rursus veniret populus in Iudæam; & ędificaretur templū, & Hierusalē. Quæ res Danielem nō fecit negligentē; sed magis prouocauit ad rogandū, vt quod Deus per suam promisit clementiam, per horum † impleat preces; [e] ne negligentia superbiam, & superbia pariat offensam. Deniq; [f] in Genesi legimus [g] centum viginti annos pænitentiæ constitutos ante diluuiū: qui, quia tanto tempore, hoc est centum annis noluerūt agere pęnitentiam, nequaquam expectat; vt & uiginti

† al. huius.
Gen. 6.

ADDITIO. Per exitum de Aegypto significabatur baptismus siue baptismi redēptio, p istam liberationē effectus pœnitentia. Petr.

c ¶ Qd facit baptisma.] Non tamen quodcūq; vt inf. de conse. dist. 4. sine pœnitentia, vnde semper ista duo, quāuis interdictū generale ponatur, excepta intelligūtur: extra de spons. nō est vobis. Itē hoc facit pœnitētia quod baptismus quo ad vitam æternam, non quo ad hoc, vt petere possit quis iure suo dispēsationem acta pænitentia, vt ext. de vo. c. 1. in fi. & inf. dist. 6. cap. 1.

Baptismus & pœnitentia ministrātur tempore interdicti.

PRædixerat.] CASVS. Hoc cap. inducitur ad probandum; quòd licet alicui venia promittatur, illā tamen debet cum instantia implorare: ne propter desidiā pmissa venia retractetur. Vnde licet Dñs per Hieremiā pmiserit ꝙ filios Israel post lxx. annos desolationis tēpli reduceret ī Hierusalē: Daniel tamen non fuit negligēs in rogādo hanc: ne negligētia offensam pariat. vñ legitur ī Genesi, ꝙ mundus ante cxx. annos nōn defuisset: sed quia homines negligentes fuerunt circa pœnitentiam: ideo post centum annos mundus finitus est.

Tabula qua nauigamus ī hoc sæculo est duplex.

mus morti addicti. Prima tabula est baptismus, vbi purgatur, verus homo, & induitur nouus. 26. dist. deinde. Secunda tabula est pœnitentia, qua post baptismum resurgimus. post baptismum enim lapsi per pœnitentiam reuocari valent, sed non per baptismum. H. ad litteram. Prima tabula est nauis. Secunda tabula est scapha, qua in naufragio periculum vitatur.

NEmo forte.] CASVS. Hierony. exponens verba Oseę prophetæ super Malachi. dicit quod sicut Iudæis promissum fuit ut starent in tabernaculis suis post pœnitentiam in diebus festiuitatis suæ, quam faciebant singulis annis in memoriam quadraginta annorum, in quibus fuerunt in tabernaculis eorum in deserto: ita omnibus peccatoribus promittitur, quòd post pænitentiam redibunt ad ecclesiam, vt quod olim fecit baptismis, nunc faciat pœnitentia.

d ¶ Hieremias.] In epistola quām direxerat ad transmigrationem Babylonis dicēs: Cum impleri cæperint lxx. anni, visitabo & reducam vos ad locum istum.

e ¶ Preces.] Sup. 23. q. 4. obtineri.

f ¶ Denique.] Alia ratione probat quod ab oratiōne nō est cessandum: quia si Deus videt homines negligentes, mutat quod prius promiserat.

Oratio sit assidua.

g ¶ In Genesi legimus.] Vbi dicitur, non permanebit spiritus meus in homine in æternū, q. caro est, id est, fragilis, erūtq; dies eius cxx. anni. q. d. spiritus meus, i. indignatio. i. mea, & ira mea non remanebit in homine in æternum, id est, non erit æterna, quia non reseruabo hominem in æternis cruciatibus, sed ipsum hic puniam

Hominis dies sunt cxx. anni.

i Supra ea. sed & continuo.

tēporaliter, scilicet diluuio. hoc dicit propter illos, qui in diluuio saluati sunt, & conuersi ad Deum.
a ¶ Ante.] Nunquid etiam iudex potest hoc facere post datas inducias? arg. ꝙ sic. ff. de re iudi. quod iussit. idem etiam dices in sententia lata sub conditione. extra de sen. excom. à nobis.
b ¶ Postea.] Arg. ꝙ si teneris mihi librum scribere ad certū terminū, & tantum iā de tēpore est lapsū, ꝙ in residuo scribere nō possis, statim possum agere cōtra te arg. sup. 2. q. 6. appellātē. ff. d ver. ob. hoc iure. Argu. contra. ff. si quis cau. si eū. §. 1. ff. de reg. iur. nulla intelligit. ff. de verb. obli. insulam. ubi soluitur hæc cōtrarietas.
c ¶ Comminatus.] Pœnam. s. diluuij.
d ¶ Abiecit.] Quātū ad præscientiam.

i ¶ Medicamentum.] Idest, eleemosyna.
K ¶ Ipsa efficit.] Vbi deest oportunitas alia faciendi.
l ¶ Date eleemosynam.] s. ordinate, à vobis ipsis incipientes, vt eam vobis primum exhibeatis. infra dist. 3. qui vult.

Eleemosyna primo nobis faciamus.

alij compleantur: sed infert ante, [a] quod postea [b] fuerat comminatus. [c] Vnde & ad Hieremiam dicitur ob duritiā cordis populi Iudæorum: Ne ores pro populo hoc, quia non audiam te.] Et ad Samuel; [Vsquequo luges super Saul? & ego abieci [d] eū.] In cinere igitur, & sacco postulat impleri, quod ꝓmiserat Deus: nō quod esset incredulus futurorum: sed ne securitas negligentiam, & negligentia pareret offensam.

Hier. 7. 1. Reg. 16. Dan. 7.

Item Ambrosius in sermone in Dominica de Abraham.

¶ Operibus misericordiæ Deum non emimus, sed nosmetipsos redimimus. Cap. LXXVI.

MEdicina misericordiæ tollit peccata [e] magna.] Habemus etiā plura subsidia, quibus peccata nostra redimamus: pecuniam habes; redime [f] peccatum tuum. Nū venalis est dominus, sed tu ipse venalis es. Peccatis tuis venundatus [g] es: redime te operibus tuis: redime te pecunia tua, vilis pecunia, sed pretiosa est misericordia. ¶ Eleemosyna, inquit, à peccato liberat. Crimina ergo elemosynis [h] redimuntur.

Eccl. 10. secundum LXX. Tob. 12.

Eleemosyna redemit peccata.

¶ *Caput in habetur 7 libro de Helia, & ieiunio, & ibi hæc antecedunt.* Vt si grauia deliquimus, magnum medicum inuenimus: magnam medicinam gratiæ eius accepimus. [Medicina enim tollit peccata magna.] *Abest autem vox,* misericordiæ. *etiam à loco Ecclesiastici, c.* 10.

d ¶ Castitas. Quæ sola cum fiducia põt Deo animas præsentare. i auth. de lenonib. §. sãcim⁹. co. 2.

e ¶ Misericorditer.] ne īde superbiat homo. 6. q. 1. c. imitare. & ca. sunt plurimi.

f FIcta.] Idest, non finalis.

EX PRÆMISSIS. Hæc est secunda pars disti. in qua magister vult probare, φ charitas semel habita, nunquam excidit, sed quo ad gratiã refertur, nõ quo ad naturam, idest, habendo gratiam peccare non potest.

Ioan de Fant.

C. X.

NOn reuertabantur, cum incederent †:] quia electi quique sic ad bona tendunt, vt ad mala perpetranda non redeant [a]. [Qui enim perseuerauerit vsque in finé, hic saluus erit.] Et, sicut per Salomonem dicitur. [Iustorum semita, quasi lux splendens procedit, & crescit vsq; ad perfectum diem.] In eorum namque animis bonum desiderium, atque intellectus lucis intimæ iam pars diei est: sed, quia vsque ad finem vitæ in virtute proficiunt, ad perfectum diem tunc veniunt, quando ad cælestia regna perducti, in ea luce, quam desiderant, iam minus [b] aliquid non habebunt.

† *al. ambularent.* *Ezech. 1.* *Matt. 10.* *Prou. 4.*

Idem ibidem.

C. XI.

POtest discursus [c], atque mobilitas spiritus sic † intelligi. In sanctorum quippe cordibus iuxta quasdam virtutes semper permanet: iuxta quasdam vero recessurus venit, & venturus recedit. In fide etenim, spe, atque charitate, & in bonis alijs, sine quibus ad cęlestem patriam non potest veniri (sicut est humilitas, castitas [d], iustitia, atque misericordia) perfectorum corda non deserit. In prophetiæ vero virtute, doctrinæ facundia, miraculorum exhibitione electis suis aliquãdo adest, aliquando se subtrahit. *& paulo post.* ¶ In his itaque virtutibus, sine quibus ad vitam minime peruenitur, Spiritus sanctus in electorum suorum cordibus permanet; vnde recte stabilis dicitur. æ In his vero, per quas sanctitatis virtus ostenditur, aliquando misericorditer pręsto est, aliquando misericorditer [e] recedit.

Sent. 3. dist. 31. † *Requisitione alterius consider ationis.* orig.

æ ¶ Vnde recte stabilis dicitur.) *Hæc ex paulo superiore B. Gregorij disputatione alijs verbis huc sunt a collectore translata.*

Vnde Ambrosius super epist. 1. ad Corinthios ad c. 6.

C. XII.

FIcta [f] charitas est, quæ deserit in aduersitate.

¶ *Referuntur verba glossæ ordinariæ, nam Beati Ambrosij sunt hæc,* Simulata charitas in his est, qui in necessitate deserunt fratres.

2 *Ex præmissis* [g] *itaque apparet, quod charitas semel habita, vlterius non amittitur. Qui enim charitatem semel habuerit, criminaliter vlterius peccare non poterit* [h], *vt ad gratiam* [i], *non ad naturam impossibilitas referatur. Quod autem charitatem habens, criminaliter peccare non possit, testatur Augustinus in libro 50. homiliarum, homilia octaua dicens.*

Sent. 3. dist. 31.

CASVS. Cõcludit Grat. ex præmissis, φ charitas semel habita amitti non potest: quia qui charitatem habet: amplius peccare mortaliter non potest, & ad hoc inducit sequens ca. Sed quod dicitur, amplius peccare mortaliter nõ potest; falsum est, nisi coniunctim intelligat,

tiam, qui post modum est peccaturus, nõ agit. & ad hoc inducit argumenta vsq; ad § hæc quæ de charitate.

h ¶ Non poterit.] Cõiunctim intellige: nõ. n. põt simul charitatē habere & peccare su. d. 1. oĩs qui non diligit,

i ¶ Vt ad gratiam.] Scilicet virtutem ipsam, quam dum quis habet, non peccat: nec peccare potest, vt coniunctim intelligatur.

Quia

a Quia radix omnium malorum.] Quo ad genera singulorum, non quo ad singula generum. i. non est malum alicuius generis, s. quod inde procedere non possit & est simile 35. d. ante omnia. 47. d. bonorum.
b ¶ Non possunt.] sup. 32. q. 1. cum renunciantur.

CVM ERGO. CASVS. Infert ex supradictis, quod qui mortaliter peccauit, nunquam habuit charitatem: nec pœnitentiam egit qui mortaliter peccauit. Quod auctoritate August. probat vel probare intēdit. Et scias, quod ex falso ipse concludit falsum.

CVM

C. XIII.

1. Tim. 6. Quia radix omnium malorum [a] est cupiditas, & radix omnium bonorum est charitas, & simul ambæ esse non possunt [b]; nisi vna penitus † euulsa fuerit; alia plantari non poterit. Sine causa aliquis conatur ramos incidere si radicem non contendit euellere.

† al. radicitus.

Cum ergo [c], qui criminaliter peccat, charitatem nunquam habuisse probatur: euidenter colligitur, pœnitentiam non agere, qui quandoque criminaliter peccat †.

† al. peccauit.

Vnde Augustinus.

C. XIV.

Ioan. 4. Charitas est aqua [d], de qua Dominus ait in Euangelio [Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in æternum [e];]

¶ *Hæc sententia non est inuenta apud B. Augustinum; licet in psalmum 103. ad vers.* Qui tegis aquis. *charitatē velit aquis significari: quemadmodum & Prosper, & glossa ordinaria, & interlinearis ad eundem locum.*

Reprobus ergo, cum in æternis mancipiatus [f] incendijs in æternum sitiat: quomodo bibet aquam viuam, aut quo modo potabit aquam salientem in vitam æternam; qui quasi plumbeus [g] demersus in ima, pœnas luit damnationis æternæ? Item. Sine [h] charitate quomodo quis veram cordis contritionem habere poterit? Quomodo ergo delictorum remissionem? quæ si non sunt dimissa; quomodo non omnia prorsus ad pœnam exigenda sunt? Item Dominus: Amen, amen dico vobis, qui credit in me habet vitam æternam. Qui ergo non habet vitam æternā, in Christum non credit [i]. In Christum vero credit, qui charitatem habet. In Christum quippe credere est, amando in ipsum tendere. Hæc est [k] fides [l], vt definit Apostolus, quæ per dilectionem operatur, huic [m] duntaxat remissio delictorum promittitur. Quod si charitas à fide Christianorum seiungi nequit, cui scilicet soli venia promittitur: quomodo qui charitatem non habuerit, fidem Christianorū habuit, id est, in Christum credidit? quomodo ergo veniam delictorum accepit? quam si non accepit, quomodo non omnia prorsus opera æternis sunt ferienda supplicijs? Item dominus, [Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.] Qui ergo non viuit in æternum, non manducauit panem viuum: sed qui non manducauit eū, non credidit. Hoc est n. manducare panē viuum, quod credere [n] in Christum, id est, amando tenere ipsum. Cum ergo reprobus in eum non crediderit, quem non manducauit, & ita fidem Christianorum (qua sola [o] peccata relaxantur) nō habuerit, quomodo si viuit Dominus, cu omne iudicium dedit pater, iudicium perpetuæ damnationis effugiet omnium non solum actualium, sed etiam originalium?

Ioan. 6. — Au. tract. 29. in Ioānem, & de cognitione ueræ uitæ. c. 37. — Gal. 5. — Ioan. 6. — De consec. dist in. 2. c. ut quid, & c. crede & c.

c ¶ Cum ergo.] Ex falso falsum concludit.

Charitas ē aqua.] CASVS. Probat August. in hoc cap. quod qui charitatē hēt, non sitiet in æternū: sine qua nullus habebit vitam ęternā: nec poterit pęnitere, nec contritionē habere. ad quod probandum inducit tres auctoritates Domini. Et nota, quod ab illo loco [Reprobus,] videntur verba August. vt dicit. Hu.

d ¶ Charitas est aqua.] Quia ad medium aquæ lauat, & delet peccata.

e ¶ In æternum.] Id est, in patria. in via autem beatus est qui sitit iustitiam, vt supra eadem, quærendum. — Iustitiam sitiens beatus est.

f ¶ Mancipatus.] Id est, destinatus.

g ¶ Plumbeus.] Pondere peccatorum.

h ¶ Item sine.] Omnia hæc sunt uerba August. vt dicūt quidā [1] vsque. ad §. hæc quæ de charitate. Alij dicunt esse §. ab illo loco, Reprobus autem. — 1 Vt Hu. & B. Brix.

i ¶ Non credit.] à destructione cōsequētis infert.

K ¶ Hæc est.] Inf. de consec. d. 2. vt quid.

l ¶ Fides.] Informata charitate.

m ¶ Huic.] Sup. 24. q. 1. c. si Petrus. contra. sed nec hic vel ibi excluduntur alię uirtutes.

n ¶ Credere.] Crede Deo, credasq; Dēū: plus credo ualere, Si credas in eū, quàm quod ei, uel eum.

ADDITIO. Hoc iō quia credere Deo, est credere uerū esse quod dicit Deus, Credere Deū est credere Deum esse. hoc etiam dæmones credunt. Sed credere in Deū est amando credere in ipsum. Petr.

o ¶ Qua sola.] Sup. 24. q. 1. si Petrus.

HAEC

3 *Hæc, quæ de charitate* [a] *dicuntur, de perfecta intelligi possunt; quæ semel habita nunquam amittitur. Exordia vero charitatis enutriuntur vt crescant: & conculcantur, vt deficiant. Nemo enim repente fit summus, sed in bona conuersatione, quæ sine charitate nulla est, a minimis quisque inchoat, vt ad magna perueniat. Sunt itaque gradus* [b] *non solum inter virtutem* [c] *& virtutem, sed & in eadem virtute.* Sent.3.d.31.

Vnde Gregorius, super Ezechielem homilia 15. scribit dicens

C. XV.

CVm sanctam ecclesiam Dominus suscipit, in gradibus eius dignoscitur: quia eius gloria per illius incrementa declaratur. Quantum enim sancta ecclesia ascēdendo proficit † [d], tantum Deus hominibus ex eius virtutibus innotescit. De his quoq; gradibus beatus Iob loquitur dicens, per singulos gradus meos pronūciabo illū;] omnipotentē quippe Dominū per singulos gradus suos pronunciat, qui per incrementa virtutum, quæ cæpit, ei semper laudem suę pietatis [e] reddit: Si quidam gradus in cordis ascensione non essent, Psalmista non diceret: [ambulabunt de virtute in virtutem.] Nec mirum, si de virtute in virtutē gradus sunt; quando vnaqueq; virtus [f] quasi quibusdam gradibus agitur †; & sic per incrementa meritorum ad summa perducitur. Aliud namque sunt virtutis exordia: aliud profectus: aliud perfectio. Si enim &

Ps. 47. † al. profecerit. Iob. 31. Ps. 83. † al. angetur. Sent.3.d.31.

HÆC QVÆ DE CHARITATE. Hæc est tertia pars dist. in qua probat magister, quod ea quæ dicta sunt de charitate, de perfacta intelliguntur: quia sunt gradus in charitate, sicut in virtutibus est gradus, & perficiens, & incipiens, & perfecta quod intelligitur quantum ad remissionē & intensionē, cum sit simplex & cōtinua. dū enim sumus in via, possumus hr̄e charitatem ad tēpus, & perdere eā: & hoc probat per 27. auctoritates sanctorū patrum, & per multas rōne sub diuersis §. contētas. Io. de Fan. CASVS. Soluit nūc Gratianus pmissas auctoritates, & dicit eas esse intelligendas de perfecta charitate: id est, quę ducit hoīem ad perfectionem vitæ, s. quę est finalis & cū qua homo decedit, illa nunq̄ amittitur. Et inde sumpta occasione ostendit gradus esse ī virtutibus, scilicet spirituales ascēsus de virtute in virtutem, & etiam in eadem virtute. nam quanto quis proficit plus ascendit. Et ad hoc probandum inducit sequētia. c.

a ¶ Hęc quæ de charitate.] Prēmissas auctoritates soluit, & dicit ītelligēdas esse de perfecta charitate & inde sumpta occasione gradus in virtutibus esse ostendit: vsque ad §. econtrario. Et nota quod perfecta dicitur charitas quo ad sufficientiam: & hæc quælibet & quantalibet sufficit ad vitam ęternam habendā. arg. inf. dist. proxi. talis. Et est perfecta quo ad effectum, vt scilicet faciat hominem paratum non pro Christo. supra. ea. charitas. inf. eod. si quis tantam. Et dicitur perfecta quo ad perseuerantiam finalem, de qua agitur sup. ead. vnctio. & cap. charitas.

Charitas pfecta multa facit.

b ¶ Sunt itaque gradus.] Omnis virtus intenditur & remittitur, & ideo gradus merito in ea distinguuntur. sed quia virtus est medium duorum vitiorum, vt dicit Aristoteles. & Horatius: Virtus est medium vitiorum vtrinque redatum; vt in puncto medio, qui est inter duo vitia contraria: videtur quod summa virtus ibi cōstituta sit, quia ergo illud medium seruaret, summe virtuosus haberi deberet. sed in omnibus medium seruare vltra hominem est; ideoque summe virtuosus nemo dicendus est. Ex præmissis sequitur, quod uirtus in ascendēdo non in infinitum protenditur: cum ultra medium intentio 1 nō progrediatur: sed quia etiā extremorum uitiorum nō sunt termini, i. quod mediū eorum nihil sit, puta prodigalitas in infinitū protendi pōt: similiter & sibi cōtraria auaritia, quare uidetur, quod inter ista duo nihil sit medium determinatum. præterea ex quo gradu sunt in uirtute, uidetur quod latitudinem habeant, & quod possint decrescere: sed tamen quod in infinitum possint decrescere, non uidetur: nam sic haberetur quod uirtus alicuius ita parua esset, quod minor ea inueniri nō possit. Præterea illud sciēdū est, quod licet ita sit de omnibus alijs uirtutibus, quòd

Virtus quęlibet intēditur & remittitur.
Medium seruare difficile est.
1 Al. intensio.

quælibet inter duo vitia contraria sit constituta, hoc tā in charitate (quæ forma est aliarum virtutū) non habet locū: quia ei vnū solū vitium, scilicet odiū, opponitur. su. dist. 1. omnis, qui non diligit. Vnde accidit, quod in infinitum possit intendi in via in patria aūt puto quod maior charitas esse nō possit. quā sit supremi ordinis Angelorū.

c ¶ Inter uirtutem.] Improprie dicitur gradus esse inter unam uirtutem & aliam: cum in eadem linea intensionis non disponantur. sed sic ideo dicitur, quia una uirtus alia intensior inuenitur.

CVm sanctum.] CASVS. Iste sic consueuit poni: Gregorius exponit illud uerbum Ezechielis. Et uenit uir ad portam, quæ respiciebat ad Orientem, & ascendit gradus eius, & dum exponeret, introducit auctoritatem Dauid. Deus in gradibus eius dignoscetur, cum suscipiet eam: in principio ergo capituli ponit expositionē illius uersus, Deus in gradibus, &c. Secūdo probat, quod in uirtutibus gradus inueniuntur per auctoritatē Iob dicentis: Per singulos gradus, &c. Dauid dicētis. Et ambulabunt de uirtute in uirtutem, &c. & per illud Apostolorum: Auge nobis fidem, &c. & per similitudinē Euangelij de semente primo producente herbam, & deinde spicam & postea granum. Semen est cogitatio, quæ herbam producit, cum incipit operari: cum autem consummatur, spicam facit: cum autem perseuerat, frumētum mittitur in spicam & eadem similitudo adaptatur in persona Petri. Tertio & ultimo exponit illum uerbum Ezechielis. Et uenit uir, &c.

d ¶ Proficit.] Intensione uirtutum.

e ¶ Pietatis.] Et tanto largiora munera Deus tribuit, quanto per ea religionis suæ dignitatem uiderit amplia 11. arg. 23. q. 4. sicut excellentiam. §. 1. & dic laudem suæ pietatis. id est, laudat Deum de sua pietate 2.

2 Id est per suā [illegible] sericor[illegible] cit eam [illegible] scere, se[illegible] dum H[illegible]

f ¶ Virtus.] Et uitium. infra ead. §. econtrario, & §. non est mirum.

a ¶ Et

ipsa fides ad perfectionem suam non quibusdam gradib.
Luc.17. ducereturn;sancti Apostoli minime dixissét:[Adauge no
bis fidem.]Et quidam[a] venit ad Iesum,qui curari voluit
filium suum:sed requisitus,an crederet,respondit: [Cre-
do Domine:adiuua incredulitatẽ meam.] Pensate rogo,†
quod dicitur. Si credebat,cur incredulitatem [b] dicebat?
Si vero incredulitatem habere se nouerat,quomodo cre-
Mar.9. debat?Sed quia per occultam inspirationem gratię meri-
† al.ergo torum suorum gradibus fides crescit;vno eodemque tẽ-
pore is, qui necdum perfecte crediderat, simul & crede-
bat & incredulus erat. Hos nimirũ gradus Dominus sub
Mar.4. messis nomine describit [c] dicens:[Sic est regnũ Dei; quẽ
admodum si iaciat homo semen in terram & dormiat, &
exurgat nocte,ac die,& semen germinet,& crescat, dum
nescit ille.Vltro enim terra fructificat, primum herbam ,
deinde spicam,deinde plenum frumẽtum in spica: & cũ
ex se produxerit fructus statim mittit falcem, quoniã ad
est tempus messis.[d]] Semen homo iactat in terram, cum
cordi suo bonã intentionem inserit, & postquam semen
iactauerit, dormit: quia iam in spe boni operis quiescit.
† al.in Nocte vero exurgit,ac die, quia inter † aduersa [e] & pro-
spera proficit,& semẽ germinat,& crescit,dum nescit il-
le:quia,dum adhuc metiri incremẽta sua nõ valet,semel
concepta virtus ad perfectũ ducitur:& vltro terra fructi
ficat,quia præueniente se gratia, mens hominis, sponta-
neè ad ꝑfectum boni operis assurgit.Sed hęc eadem ter-
ra primum herbam,deinde spicam,deinde plenũ frumen
tum producit in spica.Herbam quippe producere,est in-
choationis bonæ adhuc teneritudinem habere. Ad spicã
vero herba [f] peruenit: cum se virtus animo concepta ad
profectum boni operis pertrahit. Plenum vero frumen-
tum in spica fructificat,quando iam in tantum virtus ꝓ-
ficit, vt esse robusti,& perfecti operis possit. Sed cum ex
se produxerit fructus,statim mittit falcem: quoniam ad-
est tẽpus messis. Omnipotens enim Deus producto fru-
ctu falcem mittit, & messem suam desecat: q̃a cũ vnum-
quemque ad opera perfecta produxerit; eius temporalẽ
vitam per emissam sententiam incidit,vt granum suũ ad
cęlestia horrea perducat. Cum igitur desideria bona cõ-
cipimus,semen in terram mittimus:Cum vero operari re
cta incipimus:herba sumus:Cum æ autem ad profectum
boni operis crescimus,ad spicam peruenimus:cumq; in
eiusdẽ operationis perfectione solidamur: iam plenum
frumentum in spica proferimur. Herba etenim Petrus
fuerat:qui passionis tempore amorẽ Dominum sequens,
hunc confiteri ante ancillæ vocẽ timebat:Erat.n.iam vi-
riditas in mente:quia credebat omniũ redemptorem:sed
valde adhuc flexibilis,pede cõculcabatur [g] timoris. Iam
in spicam surrexerat,qñ eum quẽ moriturum confiteri ti
muerat, nunciante angelo in Galilæa viuentẽ videbat.Sed ad plenum gra-
num in spica peruenerat, quando veniente desuper spiritu , & suam men-
tem in illius amore roborante ita solidatus est, vt vires persequentium cæ
Act.5. sus despiceret,& redemptorem suum libere inter flagella prædicaret. Nul
lus itaq;, qui ad bonũ propositum adhuc in mẽtis teneritudine esse cõspi-
† al.in citur,despiciat: q̃a frumẽtũ Dei ab † herba incipit,vt granũ fiat.Vir ergo [h]

a ¶ Et quidam.] Vt habetur in Euãgelio Matthæi.

b ¶ Incredulitatem.] .i.modicam credulitatem: qui incipit credere, parum credit, arg. de consec. di. 2. quia passus. & ca. prima, & ita hæc pꝛepositio, in, diminuit hic, non priuat.

c ¶ Describit.] In Euangelio.

d ¶ Messis.] Hucusq. fuerunt verba Euangelistæ.

e ¶ Inter aduersa.] Aliud in aduersis & prosperis, quia in aduersitate crescit, s. ead. vnctio.

f ¶ Herba.] Si herba fuit, ergo charitatẽ habuit: sed quando negauit, mortaliter peccauit. ergo charitatem nõ habuit. ergo nec herba fuit. sed hoc debet referri ad tẽpus ante negationem, & ita distribuite tempora, &c. vt 2. q. 1. peccauerit. Vnde versus.

Petro peccãte, tũc non fuit herba, sed ante.

g ¶ Conculcabatur.] cum Christum negauit.

h ¶ Vir ergo.] De Ezechiele tractatum est, & sũt adhuc verba Gr. ab illo loco, eũ sãcta. &c. In Ezechiele ẽ ita: & venit vir sãctus ad portã, q̃ respiciebat ad viam orientalẽ, & ascẽdit ꝑ gradus eius. Expone, vir. i. Christus: stat in porta: quia ꝑ eũ quasi per portam ad patrẽ ĩgredimur, & sine quo in ciuitatẽ ĩtrare nõ possumus. Itẽ qui in porta est, partim intus est, & partim extra. partim vĩ, & partim abscõditur. ita & Chrs ꝑ humanitatem est visibilis, ꝑ diuinitatẽ inuisi-

Credit parũ qui incipit credere.

Petrus qñ peccauit herba non fuit.

Cœli portã qui est Chrs ingredimur.

inuisibilis vel vir, i. homo venit ad portam. i. Christum, qui dicitur ostium, supra 1. q. 1. ordinationes.
a ¶ Ad portam.] Idest, ad sacram scripturam vel fidem: per quarum vtramque 1 intratur ad patriam.
b ¶ Perducit.] Illa membra sua. s. fideles.

1 Scilicet sacram scripturam.

l ¶ Ad perfectum.] i. ad perfectionem a Deo datam.
m ¶ Quid dicit.] Tu quicūque habes talē perfectionē.
n ¶ Viuere.] Christus est mihi viuere. i. causa quare velim viuere. Ad hoc. n. viuo, vt ipsum magnificem & ipsum mori est mihi lucrum: quia per mortem eius liberor

Christus est mihi viuere, & mori, &c. qd sibi vult.

Q Vi vult.] CASVS. Dicitur hic φ si aliquis habet voluntatē faciendi præcepta Dei, sed impedimēto aliquo detentus ea non facit, modicam habet charitatem, cū non dū possit omnia sustinere pro Christo. cum autē poterit facere pcepta Dei, & omnia sustinere pro Christo, tunc habet perfectā charitatē: quod probat auctoritate Domini: & exemplo Petri.
c ¶ Qui vult.] CASVS. Si quis habet voluntatem sustinēdi omnia pro Christo: & tñ si imminerer ei periculū, in rei veritate non sustineret, reuera iste habet charitatem, licet modicam: quæ postea augetur quando cū effectu paratus est oīa sustinere, qd pbat exemplo Petri.
c ¶ Qui vult.] Quodā motu bono. i. affectionis: nō effectionis, & sic nō est contra, sup. d. 1. votum.
d ¶ Mandata.] i. ardua, & difficilia, vt ponere animam pro Christo, vel fratrib. vt hic in fi. c. habet.
e ¶ Non potest. Scilicet impediente carnalitate.
f ¶ Poterit.] s. facere mandata Dei.
g ¶ Charitatem.] i. opus vel signum charitatis maioris.
h ¶ Petrus.] 50. dist. fidelior.
i ¶ Dicebat.] Dñe animam meam pro te ponam, licet hoc facere non posset.
SI QVIS. CASVS. Dicitur hic, φ si qs paratus sit pro fratribus mori, perfecta charitas est in eo, sed non statim cum nascitur est pfecta, nā primo n[illegible] nutritur: nutrita roboratur, & perficitur [illegible] plana sunt, scilicet,] sicut charitas [illegible]
k ¶ Nascitur.] Sic etiam gradus notantur in conuersione Pauli, nam profitiatus fuit vt cęcaretur, &c. 23. q. 4. displicet.

Charitatem hēt qui pro Christo sustinere paratus est.

vestitus lineis venit ad portam; [a] quia Dominus, ac redemptor noster membris suis intrātibus perducit β [b] ad se: & ascēdit per gradus eius: quia nobis proficientibus: eo nobis amplius exaltatur, quanto altus, & in comprehensibilis esse cognoscitur. In virtute quippe nostrarum mentiū ipse ascendere dicitur; quia tanto ipse sublimior nobis ostenditur; quantum noster animus à rebus infimis separatur.

α ¶ Cum autem ad profectum boni operis crescimus; ad spicam peruenimus,] *Hæc desiderantur in originali.*
β ¶ Perducit.] *In plerisque vetustis, & apud B. Gregoriū legitur*, perducitur; *sed ob glossam non est emendatum.*

Item Augustinus ait in libro de gratia, & libero arbitrio, c. 17.

C. XVI.

Qvi vult [c] facere Dei mandata, † [d] & non potest; [e] iam quidem habet voluntatem bonam, sed adhuc paruā & inualidam. Poterit [f] autem, cum magnam habuerit, & robustam. Quando enim martyres magna illa mādata fecerunt; magna vtique voluntate, id est, magna charitate fecerunt; de qua charitate ipse Dominus ait: [Maiorem hac charitatem [g] nemo &c.] *& paulo post.* Io. 15.
¶ Ipsam charitatem apostolus Petrus [h] nondum habuit, quando timore Dominum ter negauit. Timor enim non est in charitate, sicut ait Ioannes Euangelista in epistola sua; sed perfecta charitas foras mittit timorem. Et tamē, quamuis parua, & imperfecta, non deerat, quando dicebat: [i] [Domine † animam meam pro te ponam.] *Idem super primam epistolam Ioannis, tractatu quinto.* Si quis tantum habuerit charitatem, vt paratus sit pro fratribus etiam mori; perfecta est in illo charitas: sed nūquid mox, vt nascitur, iam prorsus perfecta est? Vt perficiatur, nascitur: [k] cum fuerit nata, nutritur; cum fuerit nutrita, roboratur: cum fuerit roborata, perficitur; cum ad perfectum † [l] venerit, quid dicit? [m] ?] Mihi viuere [n] Christus est, & mori lucrum. Optabam γ dissolui, & esse cū Christo: multo magis optimum manere in carne necessarium propter vos, propter eos volebat viuere, pro quibus paratus erat mori.

† al. mandatum.
1. Io. 4.
† al. Domino.
Io. 13.
Sent. 4. d. 19.
† al. perfectionem.
Philip. 1.

γ ¶ Optabam.] *Hinc vsque ad finem sunt addita ex B. Augustino, quoniam faciunt ad sententiæ integritatem.*

Idem in eandem, tractu nono.

C XVII.

Sicut seta [o] introducit linum; ita timor introducit cha

ror à miseria, & transeo ad fęlicitatem, vel Christus est mihi viuere. i. vita hic & in futuro. hic per fidem & spē, & in futuro per spem. mori pro Christo est mihi lucrū: quia deponam corpus mortale, & resumam immortale.
o Sicut seta.] Sicut. n. seta introducit linum, nec cum co

Timor [illegible] ritatem [illegible] troducit

eo remanet, ita timor charitatem: cum ea tamen esse non pōt.arg.23.q.6.c.iam vero.§.ex his. & infra dist.7. nullus.hoc de seruili. Est & alius initialis, qui partim respicit præmium meriti, partim pœnam supplicij: de tali dicitur, ꝙ augetur charitas, & minuitur timor, infra c. prox. vsque dum fiat perfecta charitas, quæ foras mitti timorem omnem.arg.23.q.6.schismatici.

Timor initia lis quis est.

a ¶ Et conuerso.] Arg. ꝙ charitas decrescere possit:nō ergo aut proficit, aut deficit tu dic,ꝙ charitas crescit & decrescit quantum ad intensionem:aliàs non.

b Charitas.] Perfectissima.] Id est, qua perfectior non possit haberi. Vnde dicit auctoritas. 1 super epistolam ad Ephesios.

Nemo tam perfectus quin possit crescere.

c Si sermo meus.] Idest prædicatio mea.

d ¶ Flete.] Mortalia peccata.argum.infr. distinct.3.inter hæc hircum.

ECONTRARIO. CASVS. Per multas auctoritates ostēdit gradus esse in virtute:adhuc idem ostēdit per suum contrarium,scilicet per peccatum:in peccato enim grad⁹ inueniūtur. Nā sicut nemo repēte fit bonus, ita etiam nemo repente fit malus,

e ¶ Econtrario.] Id est,per suum contrarium.s.peccatum & vitium, quod virtuti est contrariū arg. 8.q.1.sciendum.

f ¶ Ita nemo.] Vnde Iuuenalis.

Nemo repēte fuit turpissimus: 2 accipient te.

Paulatim, qui lōga domi redimicula 3 sumunt.

Sicut tribus.] CASVS. Dicitur hic quod sicut trib.modis ad peccatum peruenitur, scilicet suggestione diabolica, delectatione, & consensu:ita ipsius peccati tres sunt differētiæ,scilicet in corde, in facto,& in cōsuetudine: nam primo in corde consenrit peccato, postea procedit ad peccatum, tertio perseuerat in peccato. Sequens.ca. scilicet, sciendum.] planum est.

g ¶ Ad peccatum.] Idest, actum exteriorem.

h ¶ Suggestione.] Supra distinct.6.testamentum.in fine,palea est.

i ¶ Tāquam.] Mens mala,mors intus:malus actus, mors foris.versus.

Tumba, puella,puer Lazarus ista notant.

1 al.Augustinus.

2 Id est plenus vitijs.

3 Id est, ornamenta.

Christ⁹ tres suscitauit.

ritatem: crescit charitas,minuitur timor, & econuerso.[a]

¶ *Verba B.Augustini sunt hæc*. Sicut videmus per setam introduci linum, quando aliquid suitur, seta primum intrat: sed nisi exeat; non succedit linum: sic timor primo occupat mentem: non autem ibi remanet timor, quia ideo intrauit, vt introduceret charitatem *& paulo superius*, Maior charitas, minor timor: minor charitas,maior timor. *Ex his confectum est hoc caput.*

Item tractatu quinto in eandem.

C. XVIII.

Transpositis aliquibus veribis.

† al. *suffocetur.*

Forte nata est in te charitas,sed nondum perfecta est: noli desperare,nutri eam,ne soffocetur.†

Idem ad Hieronymum,epist.29.

C. XIX.

Sent.3.d.36.

V Charitas in quibusdam est perfecta, in quibusdam est imperfecta;perfectissima [b] autem in hac vita haberi non potest.

¶ *Caput hoc est summa quadam verborum Augustini in loco indicato.*

Idem in libro 50.homiliarum, homilia nona.

C. XX.

Sent.ibidem.

Si sermo meus [c] inuenit in cordibus vestris aliquam scintillam gratuiti amoris Dei, ipsam nutrite, ad hāc augendam vos aduocate *& paulo post*.¶Flete,α[d] nutrite in vobis:ipsa dum creuerit,& flammam dignissimam fecerit;cupiditatum carnalium ligna consumet.

α ¶Flete.] *Non est emendatum ob glossam; nam in multis vetustis codicibus est*,flate *& in originali legitur*.Hāc scintillam boni amoris de qua Dominus dicit: [Ignem veni mittere in terram:& quid volo,nisi vt ardeat?] flate,in vobis nutrite,&c.

Econtrario [e] *etiam gradus in virtute esse probantur: quia & ipsius peccati gradus euidenter apparent. Sicut enim nemo repente fit summus,ita nemo* [f] *repente fit turpissimus.*

Hinc etiam Augustinus ait in lib.1.de sermone Domini in monte,c.23.

C. XXI.

Sent.4.d.16.

Sicut tribus gradibus ad peccatum [g] peruenitur, suggestione,[h] delectatione, consensione; ita ipsius peccati tres sunt differentiæ,in corde,in facto, in consuetudine,tanquam [i] tres mortes:vna quasi in domo,id est,cū in corde consentitur libidini:altera quasi iam prolata,extra portam,cum in factum procedit assertio: tertia, cum vi consuetudinis malæ, tanquam mole terrena præmitur animis, quasi in sepulchro iam putens. Quæ tria

Matth 9. Luc.7.

Hanc

Hanc verbo, hunc motu: lachrymando suscitat illum
Christus & in modico nascitur æger homo.

Ad hoc sup. ead. d. [illegible] §. ex his. versi. tres quoque. & §. nō sunt. & cap. quem penitet.

similiter sequens §. [Non est mirum.] patet.

genera mortuorum Dominum resuscitasse, quisquis Euangelium legit, agnoscit.

Item Gregorius libro 25. Moralium, c. 16.

C. XXII.

SCiendum quippe est, quòd peccatum tribus modis [a] committitur. Nam aut ignorantia, [b] aut infirmitate, [c] aut studio perpetratur: & grauius [d] quidem infirmitate, quàm ignorantia: sed multò grauius studio, quàm infirmitate peccatur.

Idem libro 21. Moralium, c. 3.

C. XXIII.

INter hæc sciendum est, aliud esse, quod animus de tentatione carnis patitur: aliud vero, cum per cōsensum delectationis obligatur. Plerumque enim cogitatione praua pulsatur; sed renititur. Plerumque autem, cū peruersum quid concipit, hoc intra semetipsum etiam, per desiderium voluit. Et nimirum mentem nequaquam cogitatio immunda inquinat, [e] cum pulsat; sed cum hanc sibi ꝑ delectationē subiugat. Hinc etenim prædicator [f] egregius dicit: [Tentatio vos nō apprehendat nisi humana.] Humana quippe tentatio est, qua plerumque in cogitatione tangimur etiam nolentes: [g] quia, vt nonnunquam & illicita ad animum veniant, hoc vtique in nobismetipsis ex humanitatis corruptibilis pondere habemus. Iam vero dæmoniaca est, & non humana [h] tentatio; cum ad hoc; quod carnis corruptibilitas suggerit, per cōsensum se animus adstringit. 1. Cor. 10.

Item Hieronymus ad c. 1. Amos.

C. XXIIII.

SVper tribus sceleribus Damasci, &c. vt supra. Dist. 1. de pœnitentia, c. super tribus.

Non est mirum, si in virtute gradus esse dicuntur: quandoquidem & peccati gradus ita euidenter monstrantur.

¶ Hæc itaque [i] charitas, quæ in Petro ante negationem herba fuit, & in singulis nascitur, antequam roboretur, ante sui perfectionem amittitur, [k] & reparatur. Vnde

a SCiendum quippe.] ¶ Tribus modis.] Aliter assignātur isti tres modi in lege: quia delinquitur ꝗ posito, impetu, casu. ff. de pœn. respiciendum. §. delinquunt.

b ¶ Ignorātia.] Supra. 32. q. 7. quemadmodū. 23. q. 1. si quis dederit. 8. d. consuetudo. 32. q. 4. nemo.

c ¶ Infirmitate.] Su. 25. d. c. vnū. §. criminis. sup. 15. q. 1. §. 1.

d ¶ Et grauius.] Hoc intelligas per accumulationem. sic magis peccat quis ex infirmitate, quàm ex ignorātia; & sic non est cōtra quod dicit auctoritas, Grauius peccat qui peccat in filium, quam ꝗ peccat in patrem: at, cōstat eum, qui peccat per infirmitatē, peccare per impotētiā: & ita peccat in patrē, cui attribuitē potētia. qui aūt peccat per ignorantiā peccat in filiū, cui attribuitur sapiētia: sed quod hic dicitur, nō est referendū ad peccata, quæ cōmittuntur in patrem, & filium, & spiritū sanctū: sed sic debet intelligi: aliquis infirmus est incontinēs & licet sciat in fornicatione esse mortale peccatum: tamē fornicatur tanquam excusetur propter suæ incontinentię infirmitatem: talis plus peccat, qui ex certa scientia, quā qui ex ignorantia, qui scilicet ignorat fornicationē mortale peccatum esse. alleuiat. n. ignorantia etiam si non omnino. Item contrarium est huic loco quod dicit Ambrosius. Grauiter peccas qui promittis tibi impunitatem. Grauius quia cōtemnis. Grauissime quia ignoras. Sed illud dicitur ad terrorem. Vel dic, Grauissime, i. periculosissime. sic deterius i. periculosius 45. dist. vera. quia pœnitētia specialis nō agitur de peccato quod ignoratur, & ita hoc dicit propter difficultatem pœnitendi: argum. inf. dist. 3. Iudas. ver. magnum.

Peccata in patrem & in filium.

INter hæc. CASVS. Ben. hunc casum sic ponit. Dicitur hic, quòd duplex est tentatio, humana. s. & diabolica. Humana est, qñ aliquis ex carnis corruptione incitatur ad peccandum. Diabolica, quādo ex tali suggestione delectationem consequitur, vel consentit. Vnde dicit Apostolus: tentatio vos nōn apprehendat, nisi humana. Sequens capitulum, scilicet [Super.] Habuisti supra. 1. c. super tribus.

e ¶ Inquinat.] Per mortale peccatum.

f ¶ Prædicator.] Paulus in prima epistola ad Corinth.

g ¶ Nolētes.] Vnde & Apostolus, Ago quod nolo. quia primi motus nō sunt in potestate nostra, vt sup. ea. dist. 1. c. su.

Mot⁹ primi non sunt in nostra potestate.

h ¶ Humana.] Nisi de his sine quibus vita ista esse non potest: scilicet venialibus. 25. dist. qualis.

SVper.] HÆC ITAQVE. CASVS. Concludit Gra. hic principale propositum, scilicet quod charitas semel habita potest amitti: cum sæpe amittitur & reparatur. quod dicit verum esse in perfecta: & ad hoc inducit sequentia c. sed verum est, ꝙ quantumcunque sit perfecta charitas in aliquo, dum est in hac vita, potest illam amittere: nisi esset per gratiam confirmata, vt fuit in beata virgine.

i ¶ Hæc itaque.] Ex illo c. sup. ea. d. eum sanctam. infert magister & redit ad propositum principale: & probat adhuc charitatem semel habitam amitti posse, maxime exemplo Adæ, Moysi, & Aaron. 1

1 Quonia[m] secundum Apostolum omnes n[…] scimur fi[lii] iræ. de co[ns.] sec. di. 4. [fi]lium, [pla]missime. Pet.

k ¶ Amittitur.] Inimo & quātumcunq; perfecta sit in hac

Charitas in hac vita, amitti potest: nisi esset per gratiam confirmata, vt fuit in beata Virgine, 25. dist. c. vnum orarium, §. nomine autem.

QVICVMQVE. CASVS. Dicitur hic quod postquam per baptismum aliqui ab originali peccato fuerunt liberati. statim proponitur eis Euangelium, & cum audiunt, credunt, & si quandoque exorbitant, correcti ab hominibus, siue ab omnibus, vel per se, redeunt.

Augustinus in libro de correptione, & gratia, c. 7. Quicunque ab illa originali [a] damnatione, ista diuinæ gratiæ largitate discreti sunt, non est dubium, quod & procuratur [b] eis audiendum Euangelium, & cum audiunt, credunt, & in fide, quæ per dilectionem operatur, vsque in finẽ perseuerant: & si quando exorbitant, correpti emendantur. et quidam eorum, & si ab hominibus non corripiantur, in viam, quam reliquerant, redeunt [c].

Item ibidem.

C. XXV.

2. Tim. 2. † al. Scivit.] orig.

FIrmum [d] Dei fundamentum [e] stat immobile [f] α, habens signaculum [g] hoc: Scit [h] † Dominus, qui sunt eius. Horum fides, quæ per dilectionem operatur, profecto aut animo non deficit; aut, si qui sunt, quorum deficit, [i] reparatur, antequam vita ista finiatur: & deleta, quæ intercurrerat, iniquitate, in finem perseuerantia deputatur.

α ¶ Immobile.] *Abest ab originali: sed non est expuncta ob glossam.*

inf. di. 4. si ex bono.

Idem in eodem libro, c. 9.

C. XXVI.

NVllus eorum ex bono in malum mutatus, finit hãc vitam.

Rom. 8.

Item ibidem.

C. XXVII.

TAlibus [k] Deus diligentibus eum omnia cooperatur in bonũ: vsque adeo prorsus omnia, vt etiam, si qui eorum deuiant, & exorbitant: etiam hoc ipsum [l] eis faciat proficere in bonum [m].

Idem Apostolus ad Galatas 5.

C. XXVIII.

Videtur esse ex glossa aliqua, aut Gratiani verba.

CIrcumcisio non est aliquid [n], neque præputium, sed fides; quæ per dilectioné operatur.] Et hoc olim in vobis, quia currebatis bene per opera fidei ex dilectione.

a ¶ Originali.] Idest, quam ab origine trahit homo: & cum qua nascitur.

b ¶ Procuratur.] Idest, ad vtilitatem eorum legitur, & exponitur.

c ¶ Redeunt.] Operante gratia.

ADDITIO. 12. q. 4. sicut non est Hug.

FIrmum. CASVS. Dicitur hic quod firmum fundamentum Dei finaliter stat: quod ... non ... licet, sed quando ... ... in hac vita ... operatur. Sequens ... talibus. planum est.

d ¶ Firmum.] Idest, immobile est: licet possibile sit eum qui prædestinatus est, non fuisse prædestinatum: verba sunt Apostoli in epistola secunda ad Timothæum, cap. 2.

e ¶ Fundamentum.] Idest prædestinatio.

f ¶ Immobile.] Idest, illi, quos Deus elegit, & immobiliter in fide fundauit, perseuerant firmi: qui autem perijt, non erat finaliter de fundamento, idest, de prædestinatis, inf. dist. 4. c. ex bono. vers. quid aliud.

g ¶ Signaculum.] Idest, hoc habẽs mẽti impressum in signũ amicis, & inimicis: amicis vt accedant: inimicis vt territi fugiãt. hoc scilicet sic, &c. etiam dum sunt mali.

h ¶ Scit.] i. amat & defendit prædestinatos suos, etiam dum mali sunt: & postquam eos cõtinue munit, apparet hostibus & amicis, quod ipsi sunt signacula Dei. Vel signaculum. i. discretionem inter prędestinatos & nõ prędestinatos. Hoc scilicet quod sequitur scit, &c. habẽt enim prædestinati etiam cum sunt mali quendam characterẽ, quò diguntur a dãnandis, vnde ex tribu Iuda duodecim millia signati.

Prædestinati quodã signo distinguũtur a dãnandis.

i ¶ Quorũ fides deficit.] Inf. dist. 4. cap. peccatum. §. verum. c. si ex bono.

K ¶ TAlib.] Deum diligentib. In epistola ad Romanos.

l ¶ Hoc ipsum.] Scilicet deuiare.

m ¶ Proficere in bonum.] Occasionaliter, quia fortiores resurgũt, arg. d. 13. nerui. 63. dis. ca. quia sancta. §. verum. in fi. & dist. 50. considerandum, & c. fidelior. 6. quæst. 1. in, itare. Vel deuiare. i. pœnam, quã subeunt pro deuiatione facit eis proficere: quia cum pœna affliguntur, se recognoscentes humiliantur. i. ... hu miliores fiunt, sup. distinct. proxi. cap. potest fieri 2. uers. illuditur.

CIrcumcisio.] CASVS. Bene. sic exponit hunc casum. Non uidetur hoc facere ad propositum Grat. sed tamen potest adaptari, q. d. Apostolus, si non sit aliquis circumcisus, non impeditur, quo minus possit reparare per pœnitentiam charitatem, quam amisit peccando, si seruet fidem. quæ per dilectionem operatur. Sequens capitulum, & §. Romanos. patent.

n ¶ Aliquid.] Quo ad salutem, quia non recipitur aliquis quia circumcisus, nec re... aliquis quia præputiatus: quoniam indifferentes sunt: nec hoc c. facit ad propositum: sed sic potest adaptari, siue quis circumcisus sit, siue non, poterit per pœnitentiam recuperare charitatem, quam amisit peccan... Vel non est aliquid, idest, non proficit ad salutem sine operibus 3.

2 Nam sicut ... Gr. Oculos quos culpa claudit, pœna aperit. Petr. Charitas per pniãm recuperatur.

3 Sed ĩ Apostolo super ista verba dicit gl. Aequatur pputio circuncisio, his .n. qui in Chro.

a ¶ Non

volunt uiuere, uirtutes appetendæ; sunt & uitia fugiēda: media uero quę īter vitia & virtutes sūt, nec fugiēda sūt, nec appetēda ut est circūcisio & præputium, quæ nihil valent in Christo. Pet.

a N On est tam iniustus.] inf. dist. §. opponitur, ver. non est iniustus.
b ¶ Fecerant communia.] Ecce opus.
c ¶ Ex dilectione.] Quę informat actum siue actionem. Ecce alacritas.
d ¶ Ad gloriam.] Ecce recta & pura intentio.
e ¶ Triplex.] Quod cōmendatur in eis, .s. opus, & alacritas, & recta intentio.
f ¶ Olim.] Quasi dicat, non nunc, ita facit ad propositum.
g ¶ Operati.] Idest, faciendo, pficiendo.
h ¶ Pro quibus.] Id est, pro quorū similibus.
i ¶ Benefaciet.] Aeternaliter remunerādo, vel temporaliter abūdantius quàm si nō pęnitueris. sicut enim prima bona per sequentia mala mortua & irrita facta fuerunt: ita ipsa eadē per pęnitentiā & alia bona sequentia reuiuiscunt, vel quo ad vitā æternā vel quo ad tēporale præmium, vel ad minus supplicium subeundum inf. ea. dist. 3. ver. nihil. vbi de hoc.

Bona prima per sequētia mala mortificantur.

K ¶ Qui de operib.] Quia tēpora gratiæ seruare volebāt præcepta legalia: quod non licet, ext. de constit. translato. Item, de quolibet.

CASVS. Ab isto loco vsque ad cap. quo modo. videtur esse §. Gratiani secundū Ben. quē verū credo, sicut per verba inferius posita apparebit. Quidam tamen faciunt ibi casum, [Omnis. & ibi, [Nemo.] Alij ponūt totum sub illo. [§. Romanos.] Probat ergo Gratianus in hoc §. per magnam circumlocutionem, ꝙ Adam charitatem habuit, quam amisit. Et ad hoc inducit sequentia capitula.

vnde Apostolus: Sacramentum magnū hoc est in Christo & ecclesia, extra de big. debitum.
r ¶ Habebat.] Sed non statim in sua creatione.
s ¶ Item si sine charitate.] Video G. nitentem asserere, ꝙ Adam habuit ex creatione duplicem virtutem. Celebrior autē est sententia, ꝙ Adam duplicem habuit statum ante peccatum. in creatione sola naturalia accepit, quibus proficere vel mereri non poterat: post creationem addita sunt ei gratuita. Vnde dicit Aug. habuit Adam unde posset stare, sed non unde posset proficere & hoc in primo statu. Dicit autem Aug. Et illud habuit primus homo, posse quod uellet: sed nō habuit uelle quod posset: quia & si habuisset, non peccasset. Habuit ergo posse, quod uellet bonum, idest, uirtutes in secundo statu quando cecidit: unde dicitur spoliatus gratuitis, & vulneratus etiam in naturalibus. Habuit ergo in primo statu innocentiam sicut puer. sed charitatem non: unde non erat bonus, & ita habuit quo stare posset, sed non unde mereretur, cum charitatem non haberet, sine qua nemo proficit, nec mouetur ad merendum: sed in secundo statu habuit charitatem secundum quam hæc dicta intelliguntur. 2.

Adam peccatū [...]buit du[...] statum,

2 Idem omnia.

Item ad Hebræos, c. 6.

C. XXIX.

NOn est tam iniustus [a] Deus, vt obliuiscatur operis nostri, &c.

Operis quo omnia sua fecerant cōmunia [b]; & hoc ex dilectione [c], & hoc ad gloriam [d] Dei. Ecce triplex [e] bonū, quasi diceret, olim [f] multa operati [g] estis, pro quibus [h], si pœniteatis de malis, benefaciet [i] vobis Deus. Romanos quoque, & Galatas dum Apostolus redargueret, merito fidei probat assecutos remissionem peccatorum, & sanctificationē in spiritu sancto, & iustitiā bonæ operationis: quæ omnia aut sine charitate, nunquam vere fuerunt in eis; aut veram charitatem habuerunt: à qua postea lapsi sunt, qui de operibus [k] legis gloriabantur.

Item de quolibet adulto Augustinus ait.

C. XXX.

TOlle charitatem: odium tenet [l]. *Item.* Omnis, qui non diligit, odit. *Item in Euangelio.* [Nemo potest duobus dominis seruire [m], aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum sustinebit, alterumque contemnet.] Io. 3. Luc. 16. & Matth. 6.

Adam vero [n] cum in virili ætate à Domino creatus sit, antequā à diabolo tētaretur, dum de latere eius vxor formabatur, dum in ecstasi [o] raptus angelicæ curiæ intererat [p], dū euigilans futura Christi & Ecclesiæ sacramēta vaticinabatur [q], aut charitatem, aut odium habebat [r]. Si autem odium habebat: non fuit diabolus auctor nostri peccati. Itē. Si sine charitate [s] à Deo creatus est: eius similitudinem in creatione sui nequaquam accepit. [t] Item, si sine charitate creatus est, iustus, & innocēs a Deo factus non est: creatura nāque rationis capax, & liberi arbitrij, iustitiæ, & innocentiæ sine charitate particeps esse nō potest. Colligitur ergo, quod Adā antequam peccaret, charitatem habuit, sine qua iustus, & innocens esse non potuit. Gen. 2.

Vnde Augustinus in Genesim ad litteram, libro sexto, cap. 24.

Charitas & odium sunt immediata contraria.

l TOlle.] ¶ Tenet.] Quia charitas & odium immediata contraria sunt circa suum susceptibile, arg. sup. d. 1. omnis qui non diligit, &c. Et est arg. diabolum ante ruinam charitatem habuisse: quia si non haberet charitatem odium teneret, & expone, odium tenet, id est per peccatum Deo fit odibilis.
m ¶ Nemo potest duobus dominis seruire.] Arg. contra ff. de oper. lib. l. penul. 1.

1 Vbi loquitur quā non sunt contrarij: secus si cōtrarij essent, ut hic. Arch.

n ¶ Adam vero.] Verba sunt Gra. vsque ad illud capit. quomodo.
o ¶ In ecstasi.] Scilicet prophetiæ.
p ¶ Intererat.] i. facta erat ei reuelatio, & data scientia, quam angeli habent, & illi qui sunt in cęlesti curia.
q ¶ Vaticinabatur.] Dicens, hoc nunc os ex ossibus, &c.
t ¶ Accepit.] Sed nōn statim in sua creatione.

Quo-

QVomodo renouari.] CASVS. Dr ꝙ non põt homo renouari vel reuocari de vetustate peccati ad nouitatem, in qua fuit primus homo, nisi recipiat iustitiam quam perdidit primus homo, & induat nouum hominem, secundum quod dicit Apostolus, Imaginem.] imaginem

fabulator.] Quia fruebatur colloquio angelorum.
a ¶ Expoliantes.] Hoc habetur in epistola ad Colossenses.
b ¶ Veterem.] .i. habitum peccatorum, & vsum, &c. cũ actibus suis, idest, vbi nec habitus, nec actus peccatorum

C. XXXI.

QVomodo renouari dicimur; si non hoc recepimus, quod perdidit primus homo, in quo omnes moriuntur? Hoc plane recepimus; quia iustitiam, ex qua in peccatũ lapsus est, *& paulo post, ca. 7.* ¶ Expoliantes [a] vos veterem [b] hominem cum actibus suis induite[c] nouum [d], qui renouatur[e] in agnitionem Dei secundum imaginẽ eius [f], qui creauit eum [g]. Hanc imaginem in spiritu mortis impressam perdidit Adam per peccatũ. *& post pauca.* ¶ Stola [h] illa prima iustitia est; vnde lapsus est Adam.

Coloss. 3.

Luc. 15.

¶ *In hoc, & in sequenti capitulo addita sunt nonnulla ex originali, in quo tamen longe copiosius, & clarius hæ sententiæ exponuntur.*

Idem in homilia 11.

In concione ad Catechumenos uerbis hinc inde collectis.

C. XXXII.

PRinceps vitiorum omnium, dum vidit Adam ex limo terræ ad imaginem Dei factum, pudicitia ornatum, temperancia compositum, charitate circumdatum †, primos parentes illis donis, ac tantis bonis expoliauit, insuper & perimet [i]. Namque cum homini abstulisset pudicitiam, continentiam, charitatem, immortalitatẽ, dominio suo eum obstrinxit. *& paulo post.* ¶ Adam amissa temperantia intemperans effectus est: perdita charitate, [k] malus inuentus est.

† *al. splendidum.*

Item Ambrosius libro 6. epist. 41. ad Sabinum.

C. XXXIII.

QVando Adam solus [l] erat, nõ est præuaricatus: quia mens eius adhærebat Deo.

Idem ad eundem eodem libro, epist. 42.

C. XXXIIII.

PRimus homo erat opus Dei recens, cõfabulator [m] assiduus, ciuis sanctorum, complantatus α virtutibus.

α Complantatus est.] *In uulgatis erat,* angelorum complantatus, *quæ uox abest a multis manuscriptis, & ab originali.*

Idem in Hexameron, lib. c. 7.

C. XXXV.

ILla anima [n] a Deo pingitur, quæ habet in se virtutum gratiam renitentem, splendoréque pietatis. Illa anima bene picta est, in qua elucet[o] diuinæ operationis effigies. Illa anima bene picta est: in qua est splendor gloriæ & paternæ imago substantiæ. Secundum hanc imaginem, quæ refulget, pictura pretiosa est. Secũdum hanc imaginem [p] Adam ante peccatum [depictus †fuit:] sed vbi lapsus est, deposuit imaginem cęlestis, sumpsit terrestris effigiem.

(absunt ab ori.

aliquando adsit, homo enim vet⁹ nihil aliud est, quã vetus vita, quæ est in peccato, quod contraximus ab Adam.
c ¶ Induite.] s. habitum virtutis.
d ¶ Nouum.] Hoĩem i. rõnabilẽ mentem.
e ¶ Qui renouatur.] i. magis & magis crescit, & acqrit cognitionem Dei, & illa renouatio fit secundum imaginẽ eius.
f ¶ Eius.] Idest, imaginem eius in rõne, quæ est imago Dei: vnde Esaias, Nõ creditis nisi intellexeritis in spiritu.
g ¶ Qui creauit eũ.] s. nouum hominem in agnitionem sui, ad hoc vt ipsũ Deũ agnosceret.
h ¶ Stola.] Alludit Euangelicæ parabolæ de prodigo filio, 37. dis. c. legimus. §. hinc etiam.
i PRinceps.] Vitiorũ.] Peremit.] i. necessitate moriẽdi adstrinxit.
K Charitate.] Sup. 16. q. 2. uisis. c. cõtra.
l QVãdo.] Solus.] Ar. pro solitudine. 32. q. 1. nuptię. 7. q. 1. illud. contra. sup. 81. d. in omnib. contra ext. de statu monac. c. 3. cõtra ex de off. deleg. prudentiam, cõtra. Sol. per c. 28. q. 1. sæpe.
m PRimus.] Confabulator.) i. per contemplationẽ de illo cogitando. r.
ILla anima.) CASVS. Dr hic ꝙ illa anima depicta est quæ habet gratiã renitentem splendore pietatis, & quæ in se habet effigiẽ diuinę opationis, & imaginẽ paternæ substantiæ. sed hęc oĩa p q̃ designãtur uirtutes, amisit Adã postquã

r Vel dico Confabulator. s. angelorum colloquio frequenter utebatur.

ginem Dei appellat virtutes, quibus homo Deum imitatur. (Stola.) Alludit historiæ de prodigo filio: cui s. pater iussit dari primam stolam. s. uestem charitatis & iustitiæ, quam per peccatum amiserat, quæ historia habet, ut sup. 37. dist. c. legimus. §. hinc etiam. Sequentia tria c. plana sunt, scilicet, (princeps: quãdo, primus.) Cõ

lapsus fuit, Sequentia tria c. patent. s. (similem. sapiens. ut cognouerunt.) Nudi. (uestibus corporalibus.
n Illa anima.) Hæc uerba sunt Apostoli in epistola ad Hebræos.
o Elucet.) per imitationem.
p Imaginem.) Idest, imitationem.

a ¶ Sapiens.] Hæc sunt, scilicet virtutes.
b ¶ Quæ nemo.] sup. 32. q. 5. de pudicitia.
c ¶ Nudus.] à virtutibus.

xit filiam Ietro: ex qua suscepit duos filios.
i ¶ De libro.] Scilicet vitæ præsentis. Vel dic vt supra 45. dist. disciplina.

a ¶ Se-

d Sed nec Adam primus.] aliàs, prius est, idest, in primo statu suo.

Vt cognouerũt.] OPPONITVR. CASVS. Sicut Gratianus opponit ad id quod dictum est supra in princ. in illo §. [Item sine charitate.] vbi dr̃, quod non hẽt charitatem qui postea peccaturus est criminaliter, quod ostendit esse falsum exẽplo Adæ, Moysi, & Aaron, & Dauid, qui habuerunt charitatem; sicut in litera probat: tamen postea amissa charitate peccauerunt mortaliter. ita ponitur casus iste, licet videatur valde prolixus. Vel potest dici, ꝙ opponitur cõtra hoc, ꝙ charitas semel habita deseri non põt. [Si sic permansisset.] s. Adam quod postea dicit. [De cuius spiritu. s. scientia, & gratia, faciendo eos prudentes.] Ad aquas contradictionis: quia & electi desperauerũt de potẽtia Dei quasi contradicentes promittenti. Et ad hoc inducit sequentia c.

e ¶ Opponitur.] Cõtra id scilicet, quòd charitas semel habita deseri nõ potest.

f Omnis clamat.] .i. nulla negat: nam clamare dicitur ex quo non contradicit, arg ff. de vsufru. ac. l. 1. §. vlt. vel omnis, qui loquitur de hac materia si. 1. di. omnes leges aliàs 2. quæstio. 2. omnes leges.

g ¶ Filiæ Pharaonis.] scilicet Thermoth, quæ Moysen de fiscella scirpea, in qua mater illũ exposuerat, suscipiens eum nutriri fecit, & tandem eum adoptauit in filium, vt in apologo inuenitur.

Moysen filia Pharaonis in filium adoptauit.

h ¶ Reliquit. Et fugiens per desertũ in terram Madian, du-

Idem de fuga seculi, c. 4.

C. XXXVI.

Similem Dei esse, est habere iustitiam, habere sapientiam, & in virtute esse perfectum.

Idem libro secundo de Iacob, & vita beata, c. 5.

C. XXXVII.

Sapiens [a] nunquam inanis est; semper in se habens amictum prudentiæ, qui potest dicere: [Iustitiã induebam & vestiebam iudicium.] sicut dixit Iob. Namque hæc mẽtis sunt interna velamina; quæ nemo [b] alius potest auferre, nisi cum aliquem sua culpa despoliauit. Denique sic despoliatus Adam nudus [c] inuentus est. *Iob 27.*

Idem in libro de Isaac, & anima, c. 5.

C. XXXVIII.

Sed nec Adam primus α [d] nudus erat; quando eum innocentia vestiebat.

α ¶ Primus.] *In originali est*, primo, *Sed ob glossam non est mutatum. Vox autem*, homo, *quæ in vulgatis sequebatur, ab est etiam à multis manuscriptis.*

Idem in libro de paradiso, c. 13.

C. XXXIX.

Vt † cognouerũt, quod nudi essent. Et ante quidem nudi erant: sed non sine virtutum integumentis. † Et] orig. *Gen. 3.*

Opponitur [e] etiam illud, quod omnis clamat [f] auctoritas, si sic permansisset, vt erat ante peccatũ; esset translatus in gloriam, quam habituri sunt sancti: sed nemo adultus sine charitate intrat: charitatem ergo habebat. ¶ *Itẽ opponitur de Moyse, cuius fidẽ Apostolus in epistola sua ad Hebræos commendans, dignis præconijs eius merita prædicauit dum se negauit esse filium filiæ Pharaonis [g], malens affligi cum fratribus, quàm perfrui iucunditate temporalis palatij; dum fratri compatiens, Aegyptium sabulo obruit: dum veritus animositatem regis, Aegyptũ reliquit [h], dum diuino vallatus auxilio, regis furorem contempsit; atque in virtute signorum populum de Aegypto eduxit. Quæ omnia quibus laudibus sunt efferenda, si tunc charitas in eo nõ erat: cum non habeat aliquid viriditatis inseramus boni operis, nisi procedat ex radice charitatis? Quomodo autem charitatem non habebat cui Dominus facie ad faciem loquebatur; sicut homo solet loqui cum amico suo? Quomodo charitatem non habebat: qui pro populo supplicans dicebat: [Aut dimitte eis noxam hanc: aut me dele de libro [i] tuo? An non proximum diligebat, qui pro populo se obijciens, illum ab interitu liberauit? An non diligebat Deum, qui pro eo in vituli cultores desæuiens, ipsius vituli caput in puluerem comminuit: atque vt in secessum proijceretur, aqua mistum Israelitis bibendum dedit, nonnullos ex eius cultoribus gladio feriri præcipiens, vt populum, cuius erat interitus maior futurus, reconciliaret Deo? An non charitatem habebat, de cuius spiritu Dominus accepit, &*

Heb. 11.
Exod. 2.
B. Gregorio homil. 27.
Exod. 33.
Exod. 32.
Num. 16.
Exod. 33.

Num. 11. super septuaginta [a] seniores [b] Israel præposuit? Qui tamē
ad aquas contradictionis de Dei potentia siue de eius be-
nignitate dubitās, cum cætera certa fide promisisset, pro-
ducturus aquam de petra, diffidenter excrepuit dicens:
Num. 20. [Nunquid de petra hac potero vobis educere aquam?
Quod nulli leue videatur, [c] cum in pœnam delicti eius,
sibi, & Aaron à Domino dictum sit: [Quia non exaudi-
stis vocem meam, vt glorificaretis me corā filiis Israel,
nō introducetis populum hunc in terrā, quam dedi eis.]
Exo 4. An charitatem non habebat Aaron, quando fratri coad
iutor [d] datus est, vt esset os eius [e] ad populum, vt per eum
Num 23. signa fierent in Aegypto? Qui tamen in cultura vituli
postea consensum [f] populo adhibuit. An charitatem non
habebat quando ex omni multitudine filiorum Israel so-
lus à Domino electus [g] est, vt pontificatu ante eum funge
retur? Si charitatē non habebat, bonus non erat. Si aūt
Num. 16. bonus non erat, cur præ cæteris à Domino in Pontificē ele
ctus est? An charitatem non habebat, quando pro populo
cū thuribulo incēdio se opposuit, [h] & irā Dei placauit? Et
tamē, vt præmisū est, ad aquas cōtradictionis irā Domi-
ni aduersum se postea prouocauit. Nunquid etiā Dauid
charitatē nō habuit, super quē spiritus Domini à die vn-
ctionis directus est? An forte dicetur esse directus sup eū,
1. Reg. 16. vt ex tunc gratiam prophetandi [i] haberet, non vt ex eo
gratiā diuinæ dilectionis acciperet? Quod absurdū plane
Actionis. 1. Reg. 24. videtur de eo sentire, de quo Dominus ait. [Inueni ho-
minem secundum cor meum.] Quo etiam charitatē non
habebat, qui quærenti animā suā pepercit? qui oram cla-
mydis eius præcidit, [k] postea cor suum grauiter percussit
1. Reg. 1. clamās: [Quem persequeris rex Israel, canem mortuum,
& culicem vnū? Quomodo charitatem non habebat, qui
mortem inimici sui tam grauissime tulit? Quomodo cha-
2. Reg. 23. ritatem non habebat, qui aquam de cisterna Bethlehem
suorū periculo sibi oblatam non bibit, [l] sed coram Domi-
no libauit? Quomodo charitatem non habebat, qui irri-
sus à Michol filia Saul, eo quod ante arcam Domini ci-
Psal. 7. tharam, & psalterium percutiēs saltasset, ait: [Ludam,
Psal. 37. & vilior [m] fiam in oculis meis? [Si charitatem non habe
bat, qua conscientia securus imprecabatur sibi ipsi dicēs;
[Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito
ab inimicis meis inanis? Si charitatem nō habebat, qua
Psal. 25. 2. Reg. 11. temeritate iuste se iudicari rogabat, dicens; [Iudica me [n]
Deus secundum iustitiam meam, & secundum inno-
centiam meam super me: Idem: [Iudica me Domi-
ne, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum?] Et
tamen post tot, & innumera alia diuinæ, & supernæ di-
lectionis indicia, quam grauiter deliquerit, nullus ignorat, qui Bethsabeæ [o]
1. Reg. 11. adulterium, & Vriæ homicidium audiuit: Cuius pœnitentiam si sine chari
Psal. 50. tate Domino obtulit, ueram cordis contritionem non habuit. Quomodo er-
go sacrificium cordis contriti, & spiritus contribulati Domino promitte-
re audebat, dicens: Si uoluisses sacrificium, dedissem utique. holocaustis
2. Reg. 12. non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus? & c.] Denique
cum falsæ pœnitentiæ nulla à Deo promittatur remissio, quomodo a prophe-
ta [p] audire meruit, (Dimissum est tibi peccatum tuum,) si ueram cordis
contritionem non habuit? Euidenter itaque apparet eum tunc charitatem

a ¶ Septuaginta.] Supra 84. d. porro.
b ¶ Seniores.] Faciēdo eos prudentes, & peritos ad similitudinem Moysi, nō autem de spiritu eius aliquid subtrahēdo, vt scirent regere populum, cum Moyses iam solus non sufficeret.
c ¶ Videatur.] Scilicet hoc peccatum. 33. quæst. 4. §. cum superna.
d ¶ Coadiutor.] Cū Moyses esset aliquātulum impeditæ linguæ.
e ¶ Os eius.] Loquēdo pro Moyse.
f ¶ Consensum.] Supra 50. dis. c. si post. §. econtra.
g ¶ Electus.] Sup. 95. dist. esto.
h ¶ Opposuit.] Succenso Chore cum familia sua. 7. quæst. 1. denique.
i ¶ Prophetādi.] Nō est sufficiens probatio, quòd charitatē ideo habuerit nam & Saul prophetauit, vt supra 1. q. 1. prophetauit.
K ¶ Præcidit.] Sup. 2. q. 7. cap. plerūque. §. de his.
l ¶ Non bibit.] Sup. dist. 41. deliciæ.
m ¶ Et vilior.] Idest, humilior.
n ¶ Iudica me.] Secundum iustitiam: ergo sciebat se charitatem habere, & bene potest ex reuelatione: aliter non crederem vnde Apostolus: Nihil mihi conscius sum. &c. infra dist. 3. §. adhuc: ver. non enim.
o ¶ Bethsabeę.] Sup. dis. 50. cap. si post. §. econtra.
p ¶ A propheta.] Scilicet Nathan.

Saul prophetauit.

Charitatē se habere an possit aliqs cognoscere.

FV-

FVGERAT SANCTVS. CASVS. Primo ponuntur verba Ambrosij, quæ probant, quod Dauid charitatem habebat cum fugit à facie Saulis. Postea dicit Gratianus, quod Dauid charitatem habebat, & postea peccauit in dinumeratione populi. Postea dicit, quod secundum illam sententiã, quæ dicit, ꝙ charitas, non potest amitti, & quod nunquã habuit charitatẽ qui criminaliter peccat veram remissionem peccatorum in baptismo nõ fuit consecutus, q postea criminaliter peccauit: siue fuerit adultus siue ĩfans, q a ad baptisma accessit: & licet huic sententiæ Iouiniani videatur alludere qđ legitur in epistola Ioannis: Qui natus, &c. sententia tamen illa est veritati aduersa, vt ostẽdit Hieronymus in sequẽti capitulo. Et no. ꝙ secũdum Hu. ibi incipiunt verba Gratiani, [cui sine charitate.] [Generatio.] Id est, gratia. [Quãtũ.] Id est, quantumcunque. Historia autem Dauid habetur, sup. 1. q. 4. ecclesia. §. itẽ Dauid.

ducit etiã auctoritatẽ Iacobi, per quam probat, ꝙ boni possunt peccare. In tertia parte illud idẽ ostẽdit exemplo Dauid, Salomonis, & Iesu filij Iosedech, & quorundam aliorũ, qui peccauerunt mortaliter, licet primo haberent charitatẽ, quod etiã in Angelis contingit. Secunda pars ibi. [Et beatus Iob.] Tertiã ibi Dauid elect⁹) Ille.) s. Ioãnes. (Aduersarius.) s Iouinianus. (Nihil. (s. peccati.) Peccatum fecit.) i. hostiam pro peccato, vel similitudinem peccati, quia similis fuit peccatoribus. (Soluit. (s. Paulus. (Reuera.) verba Hierony. (Non est uolentis.) s. ipsum currere. (Ad calcem.) Id est, finem vel perfectionem,) Nouam imperitiæ factionem,) Id est, nouam, & perniciosam adinuentionem. similiter uerba sunt Hieronymi. (In lumbis.) quantum ad uiros. (Super vmbilicum.) Quantum ad mulieres (Parritionem,) Id est. disputationem, quam cum Iouiniano habebat.

habuisse, & ex charitate sacrificium cordis contriti, & spiritus contribulati Domino obtulisse: alioqui temerarie postulasset: [Auerte faciem tuam à peccatis meis,] & cætera quæ in eodem psalmo continentur, nisi odium mali, & dilectio boni ad humilitatem pœnitentiæ illum prouocasset. De quo etiam sanctus Ambrosius in libro de Isaac, cap. 3. scribit dicens.] Fugerat sanctus Dauid odia Saul regis, non relinquens terras, sed declinans contagia regis immitis, & superbi: quia mens eius adhærebat Deo,] cui sine charitate nullus adultus adhærere potest. Et tamen, quam grauiter in populi [a] dinumeratione postea deliquerit, ipsius delicti pœna [b] indicauit. Item secundum hanc sententiam, [c] qui criminaliter deliquerit, ueram peccatorũ remissionem in baptismo consecutus non est siue in annis infantiæ, siue adultus ad baptismum accessit: quia Dei amorem non habuit, sine quo nemo unquam inuenit gratiam: atque ita secundum hæresim Iouiniani, si uere ex aqua, & spiritu sancto quis renatus [d] fuerit, ulterius criminaliter peccare non potest: uel si criminaliter peccat, aqua tantum, non spiritu probatur esse renatus. Cui sententiæ illud epistolæ Ioannis consentire videtur.] Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius manet in eo. & non potest peccare, quia ex Deo natus est. In hoc enim manifesti sũt filij Dei, & filij diaboli. [Et in fine epistolæ: [Omnis, qui natus est ex Deo, non peccat: sed generatio [e] Dei conseruat eum: & malignus non tangit eum:] Verum hæc auctoritas Apostoli, quantum illi sententiæ faueat, atque illa secta erroris quãtum veritati sit aduersa, Hieronymus ostendit scribens contra Iouinianum, libro 2. in principio.

Psal. 50.

Mutatis verbis, sed incolumi sententia. Sent. 3. dist. 30.

Sent. 3. dist. 30. 2. Reg. 34. & Paralip. 21.

1. Io. 3.

Cap. XL.

SI enim, [f] inquit, omnis, qui natus est ex Deo, nõ peccat, & à diabolo tentari nõ potest; quõ præcipit, vt caueãt, ne tentẽtur; dicẽs: [Filioli custodite vos a simulachris:] & in eadem rursus epistola: [Si dixerimus, quia pecca-

Omissis aliquot verbis. 1. Ioan. 5. 1. Io. 1.

a ¶ Populi.] Sup. 24. q. 1. non afferamus.
b ¶ Pęna.] Su. 1. q. 4. ecclesia. §. itẽ Dauid.
c ¶ Sententiam.] Id est, opinionẽ, quę asserit, ꝙ q peccatur⁹ est, nũquam habuit charitatẽ, vt in principio huius dist.
d ¶ Renatus.] Hoc bene soluit magister in fine.
e ¶ Sed generatio.] Id est, Deus regenerans.

SI. n. inquit.] CASVS. Hoc est cap. Hier. scribẽtis cõtra Iouinianum hæreticum: & protenditur vsque ad §. sequentem (Euidenter.) Et primo opponit Iouiniano ducendo eum ad inconueniens: & ostendendo ꝙ verba Ioannis intelligenda sunt per comparationem. Hu. igitur casum istius c. sic ponit. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima ostendit Hier. ꝙ illa auctoritas Ioannis. Omnis qui natus est ex Deo, non peccat: nõ ita intelligẽda est ꝙ postquã aliqs recepit gratiã, & habuit charitatem, peccare non possit. si enim sic intelligeretur, iam cõtradiceret sibi Ioannes, qui baptizatus dicebat baptizatis. Si dixerimus, ꝙ peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Est ergo sic ĩtelligẽda illa auctoritas. (Qui nat⁹ est ex Deo.] i. qui recipit gratiã Dei nõ peccat, donec pseuerat in ea. In secunda parte procedit circa eadẽ verba Ioannis, & auctoritate Iob & Pauli, & exẽplo Petri pbatur ꝙ qlibet potest peccare, & in

f ¶ Si enim.] primo opponit Iouiniano, ducendo eum ad inconueniens, tandem ostensurus qualiter verba Ioannis sunt intelligenda per compositionem. Hug.

CA-

CASVS. Primo ostendit Hieronymus, quod illa auctoritas Ioannis: omnis qui natus est ex Deo, non peccat, nō ita intelligenda est, quod postquam aliquis recepit gratiam, & habuit charitatem, peccare non possit: si enim sic intelligeretur, ergo contradiceret sibi Ioannes, qui bapti-

Deus verax, omnis autem homo mendax.
c ¶ Et verbum eius.] Scilicet Christi, qui veritas est, vt infra eod. cap. ver. qui dicit.
d ¶ Baptizatus.] Similiter de alijs Apostolis dicendum quod fuerint Baptizati. arg. de consec. dis. 4. cap. quando & cap. si eos.

tū, [a] nō habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis nō est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis, & iustus est, vt remittat nobis peccata nostra, & mūdet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, quia nō peccauimus, mendacē [b] facimus eum, & verbum eius [c] non est in nobis.] Existimo quod Ioannes baptizatus [d] ad baptizatos scripserit, & quod omne peccatum a diabolo [e] fit. Ille peccatorem se confitetur, & sperat remissionem, post baptisma, peccatorum. Et Iouinianus meus dicit: [Ne tangis me, quoniā mundus sum.] Quid ergo? contraria sibi Apostolus loquitur? minime. [f] In eodem quippe loco, cur hoc dixerit, statim edissirit. [Filioli mei hęc scribo vobis, vt non peccatis: [g] sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum: † & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: nō pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. [h] Et in hoc scimus, quod cognouimus [i] eum, si mandata eius obseruemus. Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mēdax est, & in eo veritas non est. Qui autem seruat verbum eius vere in hoc charitas Dei perfecta est. In hoc scimus, quoniam in ipso sumus. Quid dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.] Propterea, inquit, scribo vobis *filioli mei*, omnis, qui natus est ex Deo, non peccat, vt non peccetis, [k] & tamdiu sciatis vos in generatione Domini permanere, quamdiu non peccaueritis: [l] immo, [m] qui in generatione Domini perseuerant, peccare non possunt. [n] Quæ enim communicatio luci, & tenebris; Christo, & Belial? Quomodo dies, & nox misceri nequeunt; sic nec iustitia, & iniquitas, peccatum, & bona opera; Christus, & Antichristus. Si susceperimus Christum in hospitio nostri pectoris, illico fugamus diabolum. Si peccauerimus, & per peccati ianuam [o] ingressus fuerit diabolus; protinus Christus recedit: vnde & Dauid [p] post peccatum: [Redde mihi, ait, lætitiam salutaris tui.] scilicet, quam

1. Io. 2. (margin)

† Adde Al... er. de Ro. ...n. l. 1. C. de ...uffrag... q. ...an officium ...du. de iure ...uino sit li...itū, & me...itorium: u...i ostendit ...aluatorem ...ostrum sæ...ius usum ...uisse offi...io aduoca...ionis. (margin)

2. Cor. 6. (margin)

Psal. 50. (margin)

e ¶ A diabolo.] Saltem per imitationē, nō per suggestionē, quod ipse scilicet sit auctor omnis peccati mortalis cū multa interius eo ignorante committātur mortalia, vnde Aug. Diabolus nō est immissor malorum cogitationum, sed incensor. 16. q. 4. c. vlt. Vel dicitur hoc habito respectu ad initium primi peccati, quod eo suggerente factum est. & vnde omne peccatū propagatū est, hoc, nisi sic exponeres, cōtra diceret illud psalmi stę: Ab occultis meis &c. Et illud incensa igni, & suffossa, &c. inf. eo. c. ver. quanq̄.

Diabolus an sit auctor omnis peccati. (margin)

f ¶ Minime.] Qm̄ in diuina pagina contrarietas vera nō inuenitur. 23. q. 5. quod ergo. 28. q. 1. sic em. sup. e. d. 1. perniciose.
g ¶ Non peccetis.] Dicendo. s. non peccauimus.
ADDITIO. Quasi dicat, ne malā securitatē assumatis dicēdo, vos esse sine peccato. secundum. Hu.
h ¶ Totius mundi.] Etiam infideliū: quia ecclesia bene orat pro infidelibus. argum. supr. ead. distinctio. in cap. charitas est. ver. item proximos. non tamen pro iam mortuis. 12. q. 2. nō existimemus.

Ecclesia pro infidelibus orat. (margin)

baptizatus dicebat, baptizatis: si dixerimus quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Intelligenda est ergo sic illa auctoritas, qui natus est ex Deo, idest, qui recepit gratiam Dei, non peccat, scilicet donec perseuerat in ea. Secundo procedit circa ea uerba Ioannis, & auctoritatem Ioannis, & Pauli probātium quod quilibet peccare potest, inducit etiam auctoritatem Iacobi, & probat etiam quod boni peccare possint. Vltimo ostendit illud idem exemplo Dauid, Salomonis, & Iesu filij Iosedech, qui peccauerunt mortaliter, licet primo haberent charitatem: quod etiam in Angelis cōtingit.

a ¶ Peccatum.] Saltem veniale, & alibi, Cum omnia feceritis: dicite, quia inutiles serui sumus. & Greg. væ iusto, si remota misericordia a Deo iudicetur argu. supra. dis. 1. quem pęnitet.

Serui inutiles sumus. (margin)

b ¶ Mendacem.] Ipse enim dixit omnem hominem peccatorem, cum dixit per prophetam, Omnis homo mendax, & Paulus in epistola ad Romanos. Est autem

i ¶ Cognouimus.] Id est, dileximus.
K ¶ Non peccetis.] Mortaliter. alias contrarium esset ei quod dixi supra, si dixerimus quia peccauimus, &c.
l ¶ Peccaueritis.] Hactenus sunt uerba Ioannis: quæ sequuntur, sunt uerba Hieronymi.
m ¶ Immo.] Hic aperit Hieronymus qualiter uerba siue dicta Ioannis sunt intelligenda per compositionem, scilicet ut quis dum moratur in sanctitate percepta; & generatione Dei, quod peccet mortaliter, est impossibile.
n ¶ Non possunt.] Coniunctim intellige, scilicet permanentes in charitate 33. q. 1. cum renunciatur, supra dis. 50. considerandum.
o ¶ Ianuam.] Dicit Aug. quod illę duæ sunt portæ, quibus intrat diabolus, s. cupiditas, & timor per easdem ecōntrario intrat Deus, isti sunt aperiendæ, illi claudendæ. infra dis. 7. c. 2. & 3.
p ¶ Vnde & Dauid.] Istud non cōtinuatur proximo, sed superiori, si susceperimus. &c.

Diabulos intrat in homines per duas portes. (margin)

a ¶ Mendax.] Saltem opere. 11. q. 3. existimant, 22. q. 5. cauete.

b ¶ Via.] In exemplo via non errans.

ADDITIO. Vel dic via, per quam itur. Hug.

c ¶ Veritas.] In promisso veritas non fallens. 1

d ¶ Vita.] In præmio vita non moriens.

e ¶ Peccatum est.] Magis quã si nesciret, non ideo tamen excusaretur 23. q. 4. ea vindicta.

f ¶ Sic & fides.] sup. 1. q. 1. fertur. &c. sicut vrgeri.

g ¶ Nosse.] Sup. 24. q. 1. didicimus.

h ¶ Dæmones.] Cum credere bonũ sit opus. & collige cõtra multorum opinionẽ diabolum bonum operari. Vnde in epistola ad Corinthios ibi, [Alij discretio spirituum. [vbi dicitur quod & diabolus agit bona seductorie, supra 1. dist. potest.

i ¶ Credant.] Fide: sed quia nõ diligũt, fide illa non merentur.

ELIGAT. Hæc est quarta pars distinctionis, in qua ꝓbat per sex auctoritates. ꝙ null9 est sine peccato, nec ĩfans vni9 diei, & hoc probat primo ꝑ Iacobũ. Secũdo per Dauid. Tertio pro Iob. Quarto per Ioãnem. Quinto per Petrũ. Sexto per Paulum. Iò. de Fant.

k ¶ Si autem.] supple non manet.

ADDITIO. Hæc gl. procedit sine hoc subaudito, non habet locum, si hoc est in textu.

l ¶ Peccatum.] Idest, hostiã pro peccato. nã antiqui peccata dicebãt sacrificia ꝓ peccatis. Vel peccatum, idest, Christum habẽtem similitudinem carnis peccati, idest, mortalẽ, & similem carni peccatrici. Vel peccatum, idest, peccatorũ puniri pœna.

1 Vel dic veritas: ad quã itur. H. vel dic via. imitantibus me veritas diligẽtibus me: uita vsq; in finem perseuerãtibus in me, secundum Hug. Diabolus bonum operatur.

qui lingua non offendit.

ADDITIO. Ideo lingua nostra circuncidenda est: quia dicit Salomon in Prouer. In manibus linguæ vita, & mors. vnde, est circuncidenda per cultellum discretionis. At.

peccando amiserat. [Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mẽdax [a] est, & in eo veritas nõ est.] *Io. ibidem.* Christus veritas appellatur: [Ego sum, inquit, via, [b] & veritas. [c] & † vita. [d]] Frustra nobis in eo plaudimus, cuius mandata nõ facimus; *† absunt a B. Hieronymo.* [Scienti bonum, & non faciẽti illud, peccatum est. [e] *Io. ibidem.* Quomodo corpus sine spiritu mortuum est: sic & fides [f] sine operibus mortua est.] Nec grã de putemus vnum Deum nosse, [g] cum & dæmones [h] credant, [i] & contremiscant. [Qui dicit se in ipso manere, debet, sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.] 4. ¶ Eligat aduersarius è duobus, quod vult: optionem enim damus; manet in Christo, an non manet? Si manet, ita ergo ambulet, vt Christus. Sin autem, [k] temerarium est similitudinem virtutum Domini polliceri; *1. Pet. 2.* non manet in Christo, quia non ingreditur, vt Christus. Ille peccatum [l] non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius: qui cũ malediceretur, non remaledixit, & tanquam agnus coram tondente, sic non aperuit os suum, ad quem venit princeps mundi istius, & inuenit in eo nihil; qui cum peccatũ nõ fecisset, pro nobis peccatum, [l] eum fecit Deus. Nos autẽ iuxta epistolã [m] Iacobi multa peccamus omnes, & nemo mundus a peccatis, nec infans †, [n] si vnius quidem diei fuerit vita eius. Quis enim gloriabitur castum se habere cor? aut quis confidet mundum se esse a peccatis? teneamurque rei in similitudinem præuaricationis Adæ. Vnde & Dauid: [Ecce, ait, in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis cõcepit me mater mea.] Et beatus Iob: [Si fuero iustus, [o] os meũ impia [p] loquetur: & si sine crimine, [q] prauus inueniar: & si purificatus in niue, & lotus mũdis manibus, satis me sorde tinxisti, [r] & execratum est me vestimentum [s] meum.] Verum, ne penitus desperemus, arbitrantes nos post peccata baptismi non posse saluari, statim hoc ipsum temperat. [Et si quis peccauerit, [t] aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustũ: & ipse est propitiatio prò peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.] Hoc ad credentes post baptisma loquitur: & aduocatum pro delictis eorum Dominum pollicetur. Nec dicit, si quid peccaueritis, aduocatum habetis apud patrem, Christum; & ipse est propitiatio pro peccatis vestris, ne eos diceres non plena fide baptisma consecutos: sed: [aduocatum, inquit, habemus apud patrẽ, Iesum Christũ: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, & nõ solũ pro Ioãnis, illorumq; peccatis, sed etiam: pro totius mundi.] In toto aũt

Ioan. 14. 2. Cor. 5. Iac. 5. Iob 14. ex 70. † abest ab orig. Prou. 20. Rom. 5. Ps. 50. Iob 9. ex 70. quibusdam omissis, Ioan. ibid.

q ¶ Et

l ¶ Peccatum.] Alias peccatum fecit se Deus, id est, peccati pęnam pertulit. Vnde illud: Peccata nostra ipse portauit.

m ¶ Epistolam.] In tertio capitulo.

n ¶ Nec infans.] infa. ad. dist. 3. cap. adhuc instant.

o ¶ Si fuero iustus.] Id est, si dixero me esse iustum. idest, sine peccato.

p ¶ Impia.] Vt enim dicit scriptura perfectus est vir,

q ¶ Et si sine crimine.] i. si dixero me sine crimine &c.

r ¶ Tinxisti.] Id est, tingi, permisisti, permittendo me hoc dicere, ò tu Deus.

s ¶ Vestimentum.] Id est, corpus: quod ideo dicitur vestimentum: quia vestit animam. 35. di. c. 6.

t ¶ Peccauerit.] Non excludendo se, sed se eis connumerat, & hoc est qđ sequitur: sed aduocatum habemus, &c.

Corp anim men

a ¶ Om-

mundo, & Apostoli sunt, omnesque [a] credentes. Ex quibus liquido comprobatur post baptisma posse peccari. Frustra enim habemus aduocatum Iesum Christum, si peccari non potest. Petrus Apostolus, ad quem dictum fuerat: [Qui lotus est, nõ necesse habet, vt iterum lauet.] & [Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiã meam. ab ancilla perterritus negat. Et ipse Dominus: [Simon, Simon, ecce inquit; satanas postulauit vos, vt cribaret [b] sicut triticum: ego autem rogaui pro te, ne deficeret [c] fides tua,] *& infra.* ¶ Si non peccamus post baptisma, cur nobis poscimus peccata dimitti, quæ in baptismate iam sunt dimissa? Quid oramus, ne intremus in tentationem, & vt liberemur a malo, si diabolus tentare non potest iam baptizatos? Aliud [d] autem est, si ad catechumenos hæc oratio pertinet, [e] & non conuenit fidelibus, & Christianis. Paulus electionis vas castigat corpus suum, & in seruitutem redigit, ne alijs prædicãs, ipse reprobus inueniatur. *& infra.* ¶ Ad Hebræos quoque scribens ait: [Impossibile est enim eos, qui semel sũt illuminati, [f] & gustauerunt [g] donum cæleste, & participes facti sunt Spiritus sancti, [h] gustaueruntque nihilominus bonum Dei verbum, [i] virtutesque [k] sæculi futuri, & prolapsi [l] sunt, renouari [m] iterum [n] ad pœnitentiam, [o] rursus crucifigentes sibimetipsis [p] filium Dei, & ostentui habentes.] Certe eos, qui illuminati sunt, & gustauerunt Dei donum cæleste, & participes facti sunt Spiritus sancti, gustauerũtque bonum Dei verbum, negare non possumus baptizatos. Si autem baptizati peccare non possunt; quomodo nunc Apostolus dicit: [Et prolapsi sunt.] Verum ne Montanus, & Nouatus hic rideant, [q] qui contendunt, non posse renouari per pænitentiam eos, qui crucifixerunt sibimet filium Dei, & ostẽtui habuerunt; consequenter hunc errorem soluit, & ait: [Cõfidimus autem de vobis dilectissimi, meliora, & viciniora salutis, tametsi ita loquimur. [r] Non enim iniustus [s] est Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendistis [t] in nomine ipsius, [u] qui ministrastis [x] sanctis suis, & nunc ministratis.] Et reuera grandis iniustitia Dei, si tantum peccata puniret, & bona opera non

Io. 13
Matth. 16.
Luc. 22.
Matth. 6.
1. Cor. 9.
Heb. 6.

De montani sectatoribus, vide eũdem in epist. ad Marcellam.

Baptismus passionem Christi significat.

Mors Christi sufficit ad omnia peccata delenda.

a ¶ Omnesque.] Supra dist. 19. si Romanorum.
b ¶ Vt cribraret.] Id est, vt diuersis pænis affligeret, vt essetis palea, id est, mali: sed cribrati estis sicut triticum id est, purgati sicut in area recedit palea, & remanet triticum, vnde illud, vt consecutiuum est hic. simi. 1. qu. 1. benedictio. & c. seq. B.
c ¶ Deficeret.] s. finaliter. Vel loquitur ad Petrũ in persona ecclesiæ, quæ tota non potest deficere. Vel non dicitur Petrus cecidisse: quia statim surrexit. argu. extra verb. sign. nam & ego.
d ¶ Aliud.] Inconueniens est. & hoc probat statim.
e ¶ Pertinet.] Hoc dicebant hæretici.
f ¶ Illuminati.] Per baptismum, & fidem.
g ¶ Et gustauerunt.] Id est, remissionem peccatorum quasi gustu suauem perceperunt in baptismo.
h ¶ Spiritus sancti.] Id est, diuersorum bonorum Spiritus sancti, de quibus exponitur 30. q. 1. peruenit.
i ¶ Verbum.] Id est, Euangelicam doctrinam.
k ¶ Virtutesque.] Id est, immortalitatem, & impassibilitatem futuram iam spe gustauerunt.
l ¶ Et prolapsi.] Grauiter peccando.
m ¶ Renouari.] Per baptismum, non per pęnitentiam, negat iterationem baptismi, sed non negat pęnitẽtiam, quia impossibile est natos ad pęnitentiam, qui semel hoc acceperũt, rursus renouari, id est baptizari: renouar. enim est nouum fieri, nouum autẽ facere lauare est. ext. de reg. iu. c. omni res.
n ¶ Iterum.] Renouari ad recuperandum iustitiam. & eos dico si baptizentur.
o ¶ Ad penitentiã.] id est, noie pęnitentia quasi dicat, non potest quis rebaptizari, vt sic veram agat pænitẽtiam: & si fecerit, rursus crucifiget Christũ quantũ in ipso est: baptismus enim Christi passionẽ significat. infr. de consec. d. 4. proprie. Vel ideo dicit, Rursus crucifigentes Christum: quia sicut impossibile ẽ, quod rursus crucifigatur, ita impossibile est quod rursus baptizetur in pęnitentia. Vel dic, vt in gl. quantum. &c.
p ¶ Sibimetipsis.] Id est, quãtum ad seipsos, quia mors Christi vnũ babtisma cõsecrauit, quod sufficit ad oĩa peccata delenda, sicut & illa mors sufficit ad oĩa peccata tollẽda, qui vero iterat baptismũ quasi illa mors vna, & vnũ ex ea non sufficiat, iterat baptisma & mortem Christi quantũ in se est, vel iterandam insinuat, vt ex ea iterata fiat remissio peccati: quod ẽ impossibile. Sicut enim impossibile est iterum Christũ crucifigi, ita & secundo per baptismum aliquẽ mori peccatis.
q Rideant.] Id est, derideant nos.
r Loquimur.] Dure scilicet terrendo, & increpando, quasi dicat, non diximus hoc putando vos esse tales, scilicet spinis plenos: sed timentes ne tales efficiamini, terremus vos verbis.
s Iniustus.] Quasi dicat, ideo confido de vobis, qui olim bona multa operati estis, pro quibus si pęnitueritis de malis, benefaciet vobis Deus & hoc est, non est, & co. vt sup. e. dist. §. hoc itaque c. non est.
t Ostendistis.] i. ex quo primo bona fecistis opera.
u Ipsius.] Id est, ad honorem Dei, & recte dixit, operis quia ministrastis, &c. Hug.
x Ministrastis.] Hic argu. quod de bonis loquitur post peccatum exhibitis.

ecclesia tota deficere non potest. Petrus nõ dicitur cecidisse, quia statim surrexit.

a ¶ Desperationis.] Quasi dicat nolo vos desperare de veniæ: sed ita locutus sum, vt metu desperationis (qui plerumque retrahit a peccato) vos facerem cautiores.
b Iustitiæ.] Quia non est tam crudelis Deus, &c. sup. ead: dist. non est.

Metus desperationis plerumque retrahit a peccato.

u Fontes.] Non lauantes, sed coinquinantes sup. 2. q. 7. secuti sunt.
x Et nebulæ.] Dæmonum, & dicuntur nebulæ: quasi alios obscurantes 37. dist. vlt.
y Superbia.] Id est, superba vanitate loquentes.

z Pel-

suſciperet. Ita locutus sum, inquit Apostolus, vt vos a peccatis retraherem, & desperationis [a]metu facerem cautiores. Cæterum confido de vobis, dilectissimi, meliora, & viciniora salutis. Neque enim iustitiæ[b] Dei est, vt obliuiscatur bonorum operũ, & ministerij, quod propter nomen eius exhibuistis, & exhibetis [c]in sanctos, & tantum meminerit peccatorum. *& paulo post.* ¶ Liberi arbitrij nos condidit Deus, nec ad virtutes, nec ad uitia necessitate trahimur: alioquin, vbi necessitas[d] est, nec dãnatio, nec corona[e] est. Sicut in bonis operibus perfectior est Deus (non est enim volentis, neque currentis, sed miserẽtis, & adiuuantis Dei, vt peruenire valeamus ad calcem[f]) sic in malis, atq; peccatis semina nostra sunt incẽtiua, [g] & perfectio diaboli. Cum viderit nos super fundamentũ Christi ædificare fœnum, ligna, stipulam:[h] tunc supponit incẽdium.[i] Aedificemus ergo aurum, argentum, lapides pretiosos, & tentare non audebit. Quamquam, & in hoc nõ sit certa, & secura[k] possessio. Sedet quippe Leo in insidijs, & in occultis,[l] vt interficiat innocentem: & vasa figuli probat fornax, homines autem [illegible] tribulationis. Et in alio loco [illegible]: (F[illegible] seruitutem Dei præpara te ad [illegible][n] Iacobus loquitur. (Estote [illegible] auditores tantum. Si quis auditor est verbi [illegible], hic similis est viro, qui considerat vultum[o] [illegible] in speculo, considerauit illum, & statim recedẽs, oblitus est qualis sit.) Frustra monuit, vt iungeret [illegible] post baptisma peccare non poterant. (Qui totam legẽ, inquit seruauerit, & peccauerit in vno; factus est oĩum reus.[p]) Quis nostrum absque peccato?[q] conclusit Deus omnia[r] sub delicto, vt omnibus misereatur. Petrus quoque. (Nouit, inquit, Dominus pios de tentatione[s] eruere.) Et de falsis doctoribus: (Hi sunt[t] fontes[u] sine aqua, & nebulæ[x] turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarũ reseruatur. Superbia † [y]enim vanitatis loquentes pelliciunt[z] in desiderijs carnis luxuriæ eos, qui paululũ effugerant,[a] & ad errorem reuersi sunt.) Nonne tibi videtur pinxisse[b] sermo Apostolicus nouam imperitiæ factionem?[c] Aperiunt enim quasi fontes scientiæ, qui cum aquam non habeant doctrinarum, promittunt imbrem, velut

Rom. 9.
1. Cor. 3.
Psal. 9.
Eccl. 28.
Eccl. 2.
Iac. 1.
Iac. 2.
Io. vi 8.
Rom. 11.
2. Pet. 2.
Pet. ibidem.
† al Superba.) orig.

c Exhibetis.] Hic argu. φ loquitur de bonis exhibitis post peccatum.
d Necessitas.) Arg. φ spado non meret continẽdo, nec pauper parcè viuendo, cum ex necessitate hoc faciat. 33. q. 5. tunc saluabitur. su. 23. q. 4. Nabuchodonosor.

Pauper parce viuendo non meret.

e Nec corona.) Si Deus ad partem nos tãtum cogeret vnã: Tunc nihil afferret gratia, vel meritum 23. q. 6. §. vlt. versus principium.
f Ad calcem.) Id est, præmium bonorum operum, vel ad vitam æternam. Vel calcem, id est, finem quia extrema pars hominis est calx.

Calx qualiter sumitur.

g Incentiua.) Id est, seminaria. ar. 15. q. 1. non est, quia de corde prodeunt malę cogitationes quas diabolus ad consensum, & opus pducit vt su. e. iter hęc sciẽdum. & c. sicut.
h Fœnum, ligna, stipulã.) Venialia, scilicet leuia, grauia grauissima, vt 25. di. c. vnũ. §. criminis.
i Incendium.) Delectationis cõsensus & operis.
k Secura. Non enim est quis tã perfectus quin cadere possit, & hoc etiam ostendit dicens: Sedet, &c.
l In occultis.) Id est in ambiguis. vnde non facile intelligitur quid sit appetendũ, vel quid nõ.
m Fili accedens.) extra de renunciatio. nisi.
n Idem.) Id est, eandem sententiam, non idem nominatiue, scilicet quod post baptismum possit quis peccare, vel quod non possit.
o Considerat vultum.) Non rem, sed vmbram solam videns.
p Reus.) Hoc exponitur. inf. dist. 5. c. consideret.
q Absque peccato.) Saltem originali.
r Omnia.) Id est, omnes homines.
s De tentatione.) Non quod non tentẽtur, sed ne tentationi succumbant, vel si succumbant, eos liberat, & releuat.
t Hi sunt.) Falsi doctores.

z Pellicient.) Id est, alliciunt, & decipiunt. Vndè August. super epistolam secundam Petri. Pellices dicuntur meretrices, a pollutione, vel a pellis formositate: quia incautos alliciunt, & decipiunt. Pelliciunt ergo hæretici animas instabiles variorum dogmatum erroneis sectis. quasi constuprantes luxibus subdendo.

Pellices u[nde] dicunt[ur]

a Effugerant.) Id est, recesserant a peccato per pœnitentiam.
b Pinxisse.) Id est, distinxisse vel denotasse, uel describsisse.
c Factionem.) Id est, nouam hæreticam inuentionem.

a Ad

a ¶ Ad quas.] Idest, quasi ad eas.
b ¶ Et turbinibus.] 2.q.7.secuti.
c ¶ Immundus.] Interpositio est, & debet subiungi, ideo grandia loquuntur, ut qui, &c.
d ¶ Paululum.] Causam reddit quare dixit loquuntur grandia.
e ¶ Vocant.] Illi, qui istorum doctrina recipiunt.
f ¶ Scribens Angelo,] idest, prelato.
g ¶ Defecisti.] finaliter, alias contra est quod sequitur, quod charitatem, &c.

nubes propheticę ad quas [a] perueniat veritas Dei, & turbinibus [b] exagitantur dæmonum, atque vitiorum. Loquuntur grandia, & totus eorum sermo superbia est (immundus [c] est autem apud Deum omnis, qui exaltat cor suum,) vt qui paululum [d] refugerant a peccatis, ad suum reuertantur errorem, & suadent in luxuria ciborum, carnisque delitias. Quis enim nō libenter audiat. Manducemus, & bibamus, & in æternum regnabimus? Sapiētes, & prudentes, prauos vocant [e], eos vero, qui dulces sunt in sermonibus, plus audiunt. Ioannes apostolus, immo in Ioanne Saluator scribens Angelo [f] Ephesi ecclesię. (Scio, inquit, opera tua, & laborem, & patientiam tuam, &c. & quia sustinuisti propter nomen meum, & nō defecisti [g], sed habeo [h] aduersum te, quod charitatem tuam primam reliquisti. Memor [i] esto, vnde cecideris, & age pœnitentiam, & prima [k] opera fac. Sin autem, veniam tibi [l], & mouebo candelabrum [m] tuum de loco, nisi pęnitentiam egeris.] Similiter & cæteras ecclesias, Smyrnam, Pergamum, Thyatiram, Sardis, Philadelphiam, Laodiceam, ad pœnitentiam prouocat. & nisi reuertantur ad opera pristina, comminatur, & in Sardis paucos habere se dicit, qui non coinquinauerunt [n] vestimenta sua, & ambulaturi [o] sunt cum eo in albis, quia digni sunt. Cui autē [p] dicit: [Memento, vnde cecideris, &] Ecce missurus est diabolus ex vobis in carcerem, vt tētemini. & scio. vbi [q] habitas, vbi sedes est satanæ.] & [In mente habe, qualiter acceperis, & audieris.] & [Serua, & pœnitentiam age, & reliqua? vtique ei dicit, qui credidit, & baptazatus est, & stans quondam corruit per delictum. Paulisper de veteri testamento exempla distuleram, quia solent [r], vbicumque contra eos [s] facit, dicere: [Lex, & prophetæ vsque ad Ioannem [t].] Cæterum quis ignorat sub alia † dispensatione Dei omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti, cuius nunc Christiani sunt? quomodo ante Abraham [u] placuit in coniugio, sic nunc virgines placent in perpetua castitate. Seruiuit ille legi, & tempori suo, seruiamus & nos Euangelio, & tempori nostro, in quos fines sæculorum decurrerunt. Dauid electus secundū cor Domini, qui omnes eius fecerat volūtates, & qui in quodam psalmo dixerat, [Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum, & in Domino sperans, non infirmabor. Proba me Domine, & tenta me, vre renes meos, & cor meum.] Postea tētatur a diadolo, & post peccatum pęnitens loquitur. [Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.] Magnum peccatum magna deleri vult misericordia. Salomon ambilis Domini, & cui bis [x] Deus fuerat reuelatus, quia amator [y] mulierum fuit, a Dei amore discessit Manassem [z] impijssimum regem post captiuitatem Babylonicam in pristinam dignitatem liber [a] dierum restitutum refert. Et

Marginal references: Esa.22. — Cor.15. — Apoc.2. — Apoc.3. — Matth.11. — † al. alter. sup. 32.q.4. quis ignorat. — Rom.4. — 1.Cor.10. — Psal.25. — Psal.50. — 2.Reg.12. — 2.Paral.34.

h ¶ Sed habeo.] Hoc corrigendo dicit.
i ¶ Memor.] Sup.d.50. domino sancto.
k ¶ Et prima.] idest similia primis.
l ¶ Veniam tibi.] id est, ad detrimentum tuum.
m ¶ Candelabrum.] Idest, cathedram uel sedē, uel dignitatē. *Candelabrū qualiter sumitur.*
n ¶ Qui non coinquinauerūt.] i. qui non peccauerunt.
o ¶ Et ambulaturi.] Resume, pauci sunt qui &c.
p ¶ Cui aūt.] Suspenditur cōstructio usq; illuc, utique.
q ¶ Et scio ubi.] Scilicet in peccatis.
r ¶ Quia solent.] Falsi doctores hęretici.
s ¶ Contra eos.] Scilicet falsos doctores.
t ¶ Vsque ad Ioānē.] quasi dicat post Ioānē nō habet locum. sed mentiūtur: quia illud uerū est in cæremonialibus.
u ¶ Abraham.) Ecce alia dispēsatio olim alia nunc: q͏a licet altera dispēsatio nūç, & altera olim, tamē quātū ad merita hominū bona uel mala & quātū ad posse peccare post charitatem, idem fuit olim quod nunc, & ideo exēpla ueteris testa. recte īducere possū.
x ¶ Bis.) Prima uice in Gabaon quando sacrificium Deo obtulit, & Deus obtulit ei donū scientię, ut habet in li. Regū 1. alia uice nō legitur reuelatus ei specialiter, nisi quādo composuit cantica canticorum. 36.d. ca. qui ecclesiasticis, §. ecce *1 L.3.c.2. Salomoni bis fuit Deus reuelatus.*
y ¶ Quia amator.) Su.32. q.4. Salomō.
z ¶ Manassem.) Sup. 1.q.7. si quis omnē. iste fuit filius Ezechię.
a ¶ Liber dierum.) f. Paralipomenō: in quo agitur de computatione dierū, & annorum regum Israel.

a ¶ Ab-

a ¶ Ab Aegyptio.] Scilicet pharaone, cũ enim Pharao vellet ire contra regem Medorum, primo aggressus est regem Adremon, qui regnabat tunc in Carchamis. descendit ergo rex. Iosias Iudææ in occursum eius, prohibens ne transitum faceret per Iudæam & misit Pharao ad eum dicẽs: Quid mihi & tibi rex Iuda? non aduersum te venio: ad Euphratem pro pero. misit me Deus ad Medos sine me, ne Deus, q mecum est, interficiat te, non acquieuit Iosias, sed cum rege Adremõ componebat acies suas, vt dimicaret aduersus Pharaonem & forsitan dum transiret à curru in currũ qui sequebatur eum more regio, occisus est a sagittarijs in campis Mageddo.

Pharao regẽ Medorũ oppugnauit.

b ¶ Rege.] Id est, Pharaone.

c ¶ Filius Iosedech. Supra distin. 50. Iesus.

d ¶ Diabolus.] Id est vxor sua.

e ¶ Angelos.] Quo ad naturam eorum nisi essent cõfirmati per gratiam. vnde Plato in Timęo, Dij deorũ, quorum opifex paterq; ego, natura quidẽ dissolubiles, me aũt sic volẽte indissolubiles.

f ¶ Coram Deo.] Id est.cõparatione Domini. H.

g ¶ Si contra seruos Scilicet Mosẽ & Aaron, de quibus præmisit, H.

h ¶ Quanto.] Supra 8.q.1.si ergo.

i ¶ De quibus.] Idest, de numero quorum 1.

lus vtrique sexui per luxuriam dominatur, ad vitios loquens conuenienter dixit. Virtus eius in lumbis, &c. Propheta etiam sub specie fœminæ petulantiam Iudæi increpans ait. in die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus.

s ¶ Ob-

Iosias vir sanctus in campo Mageddo ab Aegyptio [a] rege [b] confoditur. Iesus quoque filius Iosedech [c] sacerdos magnus, quanquam in typo præcesserit Saluatoris, qui nostra peccata portauit, & alienigenam sibi ex gentibus ecclesiam copulauit, tamen secundum litteram post sacerdotium sordidatus inducitur, & stat diabolus [d] a dextris eius: & candida illi vestimenta deinceps redduntur. Superfluũ est de Moyse, & Aaron scribere, quod ad aquã contradictionis offenderint Deum, & terram repromissionis nõ intrauerint: cum beatus Iob angelos [e] quoque, & omnem creaturam peccare posse commemoret dicẽs: [Quid enim? Nunquid homo coram Deo [f] mundus est; aut in operibus suis sine macula vir,] si contra seruos [g] suos nõ credit, & aduersum Angelos suos paruum quid repperit; quanto [h] magis habitantes in domibus luteis: de quibus [i] & nos ex eodem luto sumus. Tentatio est vita hominis [k] super terram. Et cecidit lucifer, qui mittebat [l] ad vniuersas nationes: & ille, qui in paradiso delitiarum inter [m] duodecim nutritus est lapides, vulneratus a morte † Domini [n] ad inferna [o] descendit. Vnde & Saluator in Euãgelio: (Videbam, inquit, satanam, quasi fulgur de cœlo cadentem.) Si altissima illa sublimitas [p] cecidit, quis cadere non possit? Si in cælo ruinæ, quanto magis in terra? Et tamen cum ceciderit lucifer, immo post casum coluber antiquus, virtus eius in lũbis eius, [q] & potestas eius super vmbilicum ventris. Obumbrãtur [s] in eo arbores [t] magnæ, & dormit iuxta iuncũ [u] & calamum, & caricem. Ipse est rex omnium, quæ in aquis sunt [x], vbi scilicet voluptas, & luxuria, & propago, & irrigatio nuptiarum [y]. *& infra.* ¶ Transiuimus ad secundam partitionẽ, in qua negat eos, qui tota fide baptisma consecuti sunt, deinde posse peccare, & docuimus, quod excepto Deo [z], omnis creatura sub vitio sit: nõ qđ vniuersi pec-

su.d.40.Iesus.
Zach.3.
Psal.108.
Num.20.
Iob.15.& 4.
Iob.7.
Es.14.
† *al.morte.*
Luc.10.
Esa.14.
Ezech.28.
Iob.40.
Prope finem secundi libri.

1 Sub. Prauũ quid repetit aduersus habitantes, &c. secũdum H.

k ¶ Tentatio est vita hominis.] Idest, dum viuit homo tentatur.

l ¶ Qui mittebat.] Idest, missurus erat minores Angelos si stetissent sicut modo faciunt Angeli boni H.

m ¶ Inter duodecim.] Iuxta illud. Omnis lapis pretiosus operimentum tuum, inf.ead.principium.ibi tamen non habetur nisi de nouem lapidibus.

2 Glo. est similis ĩ l.ser[illegible] legato §. 1.ff.d[illegible] leg.

Diabolus morte Christi est in inferno religatus.

[illegible]

n ¶ A morte Domini.] Idest, per mortem Domini 2. qui diabolo mundi potestatẽ ademit vel (amore Dei,) quem amisit.

o ¶ Ad inferna.] Hic dicitur ꝙ morte Christi diabolus est religatus in inferno, & erit ibi ligatus vsque ad tempus Antichristi, & tunc non soluetur, non a pœna, sed a vinculis, vt exerceat vires suas in malos.

p ¶ Sublimitas.] idest, Lucifer.

q ¶ [illegible] eius.] Quo ad tentationem virorum, in [illegible] (vt dicitur) sedes luxuriæ est in lumbis.

r ¶ Vmb[illegible].] Quo ad tentationem fæminarum, in [illegible] vmbilico [illegible]tur esse sedes luxuriæ. Vnde Au[illegible] [illegible] semen coitus viri inesse lum[illegible] [illegible] perhibetur, quia ergo diabo-

s ¶ Obumbrantur.] Per ipsum.

t ¶ Arbores magnæ.] Idest, qui magnę videntur, ut sunt hypocritæ.

u ¶ Iuxta iuncum.] idest, hypocritas. qui merito designantur per illa, cum exterius aliquid videantur, & interius sint uani, ut illa. Per iuncum enim, qui est sine nodo exterius, interius autem substantia caret, hypocritæ designantur. Per calamum exterius splendentem & fragilem, sed interius uacuum designantur seculares mundanæ gloriæ deditι & eius splendori, quæ cito trãseunt. Per caricem crescentem in locis palustribus & per manum tangentis vulnerantem, curiositas temporalium designatur, quæ in afluentia nutritur, & crescit & animum pungit.

Hipocritæ sunt iunci similes.

x ¶ Quæ in aquis sunt.] Idest, in fluxu rerum labentium.

y ¶ Nuptiarum.] Saturandæ causa libidinis contractarum, secus si causa prolis 31.q.4.ui cum propria.

z ¶ Ex præcepto Dei.] Idest, secundum præceptum, idest auctoritatem diuinæ scripturæ. Alii corrigunt, & dicunt excepto Deo, & bene.

a ¶ Stan-

a ¶ Stantium.] Idest, states timeant, ne, s. simili cadant ruina.
b ¶ Metus fit.] Idest debeat esse.
EVIDENTER. CASVS. Concludit Gratianus ex præallegatis, charitatem semel habitā amitti posse, cū quis postea criminaliter delinquit. quod non solum de operibus charitatis, sed etiam de ipsa charitate uerum esse ostendit, quod probat exemplo Adæ, Moysi, & Dauid, adijciens hoc posse contigere, non solum circa prædestinatos, sed etiam circa præscitos: ad quod inducit sequentia capitula.

ceciderint, sed quòd peccare possint, & similium ruina, stantium [a] metus fit.[b]

¶ *Vt ea, quæ ad initium huius longi capitis spectant, melius intelligantur, necesse est antecedentia apud B. Hieronymum legere; in quibus obiectio ex verbis sancti Ioannis deducta exprimitur. Omninoque in toto hoc capite sæpe ad originale recurrendum est, quamquam ex eo multa sunt emendata, & nonnulla, quæ magis necessaria videbantur, addita.*

Euidenter [c] itaque ex præmissis apparet, nonnullos charitatem habere, quam postea criminaliter delinquendo amittunt. Quod si quis contendat non de virtute, sed de virtutis opere debere intelligi, deliberet quid respondeat de innocentia Adæ, de iustitia Moysi, Dauid, & cæterorum, qui plena fide ad baptisma accedentes, licet postea prolapsuri sunt, tamen cælestia dona degustant, & spiritus sancti fiunt participes, vt non solum ante humanos, verum etiam ante Dei oculos ex aqua, & spiritu sancto inueniantur renati, qui si charitatem Dei non haberent, aqua tantum regenerarentur, non spiritu. Opera enim, seu sacramentorum participatio, nisi ex charitate procedant, apud Deum nec iustitiam, nec innocentiā præstant. Si enim (iniquit Apostolus) habuero omnem fidem, ita vt montes trāsferam, & si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, et si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest.[d] ¶ Sed quia de prædestinatis ad vitā a nonnullis conceditur, quod charitatem amittant, & amissam recuperent, de reprobis etiam videndum est, an ipsi charitatem habeant, qua amissa, posita damnentur. (1.Cor.13.)

De his ita scribit Augustinus in libro de correptione, & gratia, c.9. (Rom.8.)

C. XLI.

Apostolus sciens nonnullos diligere Deum, & in eo bono vsque in finem non permanere, mox addidit,[e] [his, qui secundum propositum vocati sunt, &c.] *Idem in eodē libro, cap.6.* ¶ An adhuc & iste nolens corripi, poterit dicere, Quid ego feci, qui a non accepi?[f] quem constat accepisse, & sua culpa, quod acceperat, amisisse. Possum, inquit, possum omnino quando me arguis,† quod ex bona vita in malam mea voluntate relapsus sum, dicere adhuc, quid ego feci, qui non accepi? Accepi enim fidem, quæ per dilectionem operatur: sed in illa vsque in finem perseuerantiam non accepi. *In eodem ca.9.* ¶ In bono illos volebat proculdubio permanere, erant vtique in bono, sed in eo non permanserunt. *In eodē c.13.* ¶ Propter huius vtilitatem secreti [g] credendū est quosdā de filijs perditionis, non accepto dono perseuerandi vsq; in finē, in fide, quæ per dilectionē operatur,

† al. arguit] oig.

inf. di.4. ex bono, §. cum ergo.

c ¶ Euidenter.] Ex prolixe allegatis cōcludit Grat. charitatem semel habitam amitti posse. quod non solum de operibus charitatis, sed de ipsa charitate verum ostendit esse, adijciens hoc non solum circa prædestinatos, sed etiā circa præscitos posse contingere. ad quod auctoritatem inducit vsque ad illum locum. item illud Euangelij vbi in contrarium auctoritates inducit duas, videlicet quòd reprobi nō habent charitatem, sed ea de hypocritis intelligēda esse probat auctoritate Gregor.

d ¶ Prodest.] Ad regnum cœlorum obtinendum, vt dist.3. §. pen. & cap. si quis autem.

Apostolus.] CASVS. Probat Augustinus in hoc c. p multas auctoritates, quod multi, qui modo habēt charitatē, futuri sūt mali finaliter [Idem in eodē] verbum est Gratiani sæpe insertum, seq. ca. scilicet multi, planum est.

e ¶ Mox addidit.] In epistola ad Romanos, vbi dicitur, Scimus autem quoniā diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs qui secundum propositum vocati sunt sancti, supra eadem talibus.

e ¶ Mox addidit.] i. postquam dixerat, scimus quoniam diligentibus Deum, &c.

f ¶ Nō accepi.] Perseuerantiam in charitate & in bonis operibus.

g ¶ Vtilitatem secreti.] i. propter secretā hanc dispositionē Dei, quæ vtilis est, alias enim est hic vtilitatem.

1 Quare Deus dat perseuerantiam quibusdam in bono, & quibusdam non hoc. n. ignoratur, inf. d.4. §. verum, & ca. si ex bono fm H. versus.

a ¶ Si-

incipere viuere, & aliquamdiu fideliter, & iuste viuere, & postea cadere, &c.

a ¶ Qui non accepi.] *Restitutus est hic locus ex originali: nam ante valde erat deprauatus. Aac tamẽ, quoniam hæ sententiæ, valde mutilatæ referuntur operæpretium fuerit ad fontem adire.*

Multa similia [a] *de reprobis in Euãgelio* [b] *etiam: [Qui perseuerauerit vsque in finem, &c.] In eodem: [Iterum homo iste incipit, &c.]* Matt. 10. Hæc non sunt inuẽta.

Idem Augustinus in eodem libro de correp. & gratia, c. 8.

C. XLII.

MIrandum est, quare Deus quibusdam filijs perditionis det fidem operantem per dilectionem; nec det in ea perseuerantiam. Summatim collecta sententia.

Item illud Euangelij: [c] *[Non qui cæperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem; hic saluus erit.]* Matt. 10.

Item Gregorius lib. 8. Moralium, c. 35. Potius gl. ord. 2. Paralip. c. 9. in extremo.

C. XLIII.

MVlti [d] bene incipiunt, qui in malo vitam finiunt.

Non autem bene incipit, qui nunquã ex charitate operatur. Quod si ex charitate aliquando aliquid agit; & charitatem aliquando in ipso necesse est esse. Inf. c. prox.

5 ¶ *Illud autẽ Gregorij, qui seduci* [e] *quandoque non reuersuri possunt, &c.] non de omnib. generaliter reprobis, sed de hypocritis specialiter intelligẽdũ est. Quod ex verbis eiusdem euidenter datur intelligi. Cum enim quæstionẽ proposuisset, cur misericors Deus ista fieri permittat, vt Leuiathan* [f] *seu nunc per suggestiones callidas, siue tunc per damnatũ illum, quem replet,* [g] *hominem; vel Solis sibi radios, id est, doctos quosque sapientesque subijciat, vel aurum,* [h] *hoc est, viros sanctitatis claritate fulgentes quasi lutum sibi, vitijs coinquinando substernat: mox in eiusdem quæstionis solutione supposuit dicens.* Iob. 41. Li. 34. moralium. c. 9. & 10. ad cap. 41. Iob.

C. XLIV.

CItius [i] ad hoc respondemus: quia aurum, quod prauis eius persuasionibus quasi lutũ sterni potuerit; aurum ante Dei oculos nunquam fuit. Qui enim seduci quandoque non reuersuri possunt; quasi habitã sanctitatem ante oculos hominum videntur amittere. [k] sed eam ante oculos Dei nunquam habuerunt. Sæpe namque homo multis occulte peccatis inuoluitur; & in vna aliqua virtute magnus videtur: quę ipsa quoq. virtus [l] inanescẽs deficit: quia dum innotescit [m] hominibus, proculdubio Supra in verbis Gratiani.

a ¶ Similia.] Dicit in eodem idem Augustinus.
b ¶ In Euangelio.] Supple sumit idẽ Aug. ista exempla.
c MIrandum.] ¶ Item illud Euangelij.] Nõ qui incipit: quia hęc auctoritas euãgelij, & sequens Gregorij videntur innuere, quod reprobi futuri charitatem nõ hẽant, eas ponit G. & postea soluit.
d MVlti.] His dici põt: Cœpisti melius quã desinis, vltima primis cedũt dissimiles hic vir. & ille puer.
NON AVTEM. CASVS. Infert Gratianus ex supradicto ca. quod qui nõ bene incœpit, charitatẽ habere non potuit. Postea dicit, quod illud quod postea sequitur in auctoritate Greg. s. qui seduci, &c. non est intelligendum generaliter de omnibus reprobis, sed specialiter de hypocritis: quod ex verbis eiusdẽ Greg. intelligitur.
ILLVD AVTEM. Hæc est. 5. pars di. in qua magister loquitur de hypocritis, qui aurum videntur coram populo, sed coram Deo stercus, & hoc probat G. per cap. seq. Io. de Fan.
e ¶ Qui seduci.] Hæc est rota præcurrens Gratiani. vult. n. determinare capitulũ Gregorij, quod statim sequitur, inf. ea. citius ad hoc.
f ¶ Vt Leuiathan.] q. d. siue per propriã suggestionẽ, siue per malum hominẽ, & dãnatum, quem diabolus repleuit malitia, siue per suggestionis ministrum.
g ¶ Replet.] Tristitia
h ¶ Aurum.] Pro sapientia ponitur aurum, inf. ea. d. principium, & ita aliter quam hic sumitur. Aurum pro sapientia ponitur.
i CItius.] CASVS. exponit Greg. ĩ canone isto illa verba Iob sup illo, Sub ipso erũt radij solis, & sternet sibi aurũ quasi lutum. Primo ergo dicit, quod per aurũ designẽt hypocritæ: qui quasi deaurati sũt, cum in superficie videantur habere virtutes, nec habeant. Secundo dicit, quod huiusmodi hypocrisis detegitur in hac vita, quandoque ante finem, quandoque in fine, quandoque nunquam: & cum detegitur, tunc aurum quasi lutum sternitur. Vltimo dicit quã vtilitatem consequantur prædestinati, siue huiusmodi hypocritæ faciant bona, siue publice cadant in peccatum: nam per bonã operationem inuitant perseueraturos ad bonũ operãdum, per casum reddunt bonos cautiores. [Ipsa quoque virtus.] Id est opus virtutis, & ita fere per totum.
k ¶ Amittere.] Hæc de Hypocritis intelligenda sunt, qui videntur deaurati, & fulgidi, & habere virtutes in superficie, cum nec sunt, nec habent, & qui caret vna, caret omnibus, dist. 5. c. fi. de pœ. d. 5. consideret. Hyppocritæ videntur aurati.
l ¶ Ipsa quoque virtus.] Id est, opus virtutis. & ita fere per totum.
m ¶ Innotescit.] Id est, virtus videtur.

a ¶ Appe-

a ¶ Appetitur.] Ab alijs.
b ¶ Virtus ante.] Putatiua.
c ¶ Ante homines.] idest, in conspectu hominum.
d ¶ Placuit.] Supra ead.d.ver.item, §.pen.secundum Augustinum.
e ¶ Per aliquid.] idest, quantum ad aliquid, scilicet bona opera. 1

d ¶ Pla-

laudatur, eiusq; laus inhiãter appetitur [a], vnde fit, vt & ipsa virtus ante [b] Dei oculos virtus non sit, dum abscondit, quo displicet, prodit quod placet. Quæ itaque esse merita apud Deum possunt, quando & mala occulta sũt & bona publica? Plerumq; enim sicut diximus, latet superbia, & castitas innotescit: atque ideo ostẽsa diu charitas circa vitæ finem perdit, quia cooperta superbia vsque ad finem incorrecta retinetur. Alius eleemosynis vacat: propria distribuit: sed tamẽ multis iniustitijs seruit; vel fortasse in linguam in detractionib. exercet, & fit plerumque, vt is, qui misericors fuerat, iuxta vitæ suæ terminũ rapacitatis, & credulitatis stimulis inardescat. Quod valde iusto iudicio agitur, vt perdat ante homines, [c] vnde hominibus placuit, [d] qui hoc vnde Deo displicuit, cõrigere nunquam curauit. Alius patientiæ studet, sed dum inuidere alijs, & seruare in corde malitiam non cauet, fit quandoq; impatiẽs, quia diu latuit dolens. Hi itaque, & per aliquid, [e] aurum sunt, & per aliquid, lutum sunt. Atque hoc aurum, quasi lutum, sternitur, quando occultis peccatis exigentibus, etiam virtus quæ publicæ claruerat, dissipatur. Sed operæpretium [f] credimus, si in his virtutem superni ordinis, [g] subtilius perpendamus. Sępe enim omnipotens Deus occulta quorundam mala (diu † tolerat, vt aperta eorum bona electorum suorum vsibus profutura dispenset. Nam nonnulli mundum nequaquam funditus deserentes, non perseueraturi angustum iter arripiunt, sed ad quærendam angustam [h] viam exemplo, [i] suo eos, qui perseueraturi sunt, accendunt. Vnde plerumque contingit, vt ipsum hoc, quod bene videntur viuere, non sibi, sed solis potius electis viuant, dum exemplis suis ad bene viuendi studia perseueraturos alios non perseueraturi prouocant. Sæpe enim quosdam videmus viam ingredi, ad locum propositum festinare, quos alij, quia euntes conspiciunt, sequuntur, eundemque locum pariter petunt, sed fit plerumque, vt irruente aliquo implicationis articulo [k] post se redeant, qui præibant, & hi ad locum perueniant, qui sequebantur. Ita nimirum sunt, qui non perseueraturi, viam sanctitatis arripiunt. Idcirco enim virtutis iter non peruenturi inchoant, vt eis, qui peruenturi sunt, viam, qua gradiãtur, ostendant. quorum etiam casus vtilitate nõ modica electorum prouectibus † seruit, quia illorum lapsum [l] dũ conspiciunt, de suo statu contremiscunt, & ruina quæ illos damnat, istos humiliat. Discũt enim in superni adiutoris protectione confidere. dum plerosque conspiciunt de suis viribus [præsumentes † cecidisse. Quando ergo bene agere videntur reprobi, quasi planum iter electis sequentibus monstrant. Quando vero in lapsum nequitiæ corruunt, electis post se pergentibus quasi canẽdam superbiæ foueam ostendunt.

Cap. 10.
† Abest ab ori.

† al profectibus.

† Abest ab ori.

Quod ve-

f ¶ Operæpretiũ.] i. vtile credimus, si aperiamus quomodo de istis disponit ad vtilitatũ aliorum, & hoc est, sæpe.n.&c.
g ¶ Ordinis.] idest, intellectus tropologici.
h ¶ Angustam.] Arcta enim est via quę ducit ad vitam. Vnde Virgilius.
Facilis descensus auerni. 2
Sed reuocare gradũ, superasque euadere ad auras.
Hoc opus, hic labor est: Pauci quos æquus amauit.
Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera virtus.
Dijs geniti potuere. 12. quęstio. 2. omnis ætas.
i ¶ Exẽplo.] Hi sũt, qui ad sempiternam vitã proximos mendacio suo opitulante deducant, vt 22. quæst. 2. primum. Ex hoc ergo collige ex quo sensu illud accipiatur.
k ¶ Articulo.] i. impedimento.
l ¶ Lapsum.]
Fælix quẽ faciunt aliena pericula cautũ sup. 27. quęst. 1. c. 1. infra de cõsec. distin. 1. hi duo, & dicit Seneca.
Ruina præcedentiũ solet esse doctrina sequentium.
Facit ad hoc sup. eo. si enim, in fine.
QVOD VERO. CASVS. Dictum est sup. §. cum ergo. in cap. charitas. quod reprobi non comedũt panẽ qui de cælo descendit, neque bibũt aquã viuã. Nunc Gratianus determinat illud, & dicit quod non est ita intelligendũ, quod reprobi sint pęnitus alieni a charitate: sed nõ sunt radicati in charitate. Nã ille dicit comedere & bibere, qui radicẽ habet ĩ charitate. Ille degustat, qui ab ea delinquẽdo recedit: ad quod inducit auctorita-

1 Idest, præsunt de genere bonorum Pet.

Via paradisi est arcta.

2 idest, inferni ab a, quod est sine, & ver veris. Archid.

ritatem Apostoli, sicut diabolus dr̃ recessisse a charitate & sic nacta occasione ꝓbat ꝑ multas rõnes, ꝙ diabolus creatus fuit in charitate, sed in ea non ꝑseuerauit, ad qđ inducit auctoritatẽ Greg.[Negatur.]Ab Augustino.

a ¶ Quod vero.] Soluit Gratianus auctoritatẽ inductã s̃.ea.dist.§. cũ ergo. cap. charitas. ad hoc ꝙ charitas amitti ñ possit & hac occasione diabolũ in charitate creatũ esse ostẽdit, & de Luciferi excellentia multa subiungit.

dicitur non habuisse quia non perseuerauit, quia non dr̃ factum nisi duret factum, vt sup. ead. distin. 1. cogitatio. & 50. distin. diuortium. Sed forte nunquam habuit charitatem, vt dicitur in contrario. Vnde magister hoc dicit allegando, & secundum hoc omnia contraria

ro [a] reprobi negantur [b] comedere panẽ, qui de cœlo descẽdit, vel libere aquam viuam, non sic accipiendum est, vt a charitate penitus credantur alieni, sed vt in charitate radicem figere non intelligantur. Aliud est enim bibere, vel manducare; atque aliud degustare. Vnde in Euangelio [c] de Christo legitur: [Et cum gustasset, noluit bibere.] Bibit ergo aquã viuam, & manducat panem, qui de cœlo descendit, qui in charitate radicem figit: degustat, qui ea aliquatenus communicat, aqua postea delinquendo recedit. De quibus Apostolus dicit: [Impossibile est eos, qui semel illuminati sunt, & gustauerunt donum cœleste, [d] & post hæc omnia prolapsi sunt, & rursus renouari ad pœnitentiam. [e]] Hinc etiam diabolus in veritate [f] stetisse, non in ea creatus esse negatur. Fuit enim in veritate conditus, sed dum de se superbiendo præsumpsit, alienus ab ea factus est. In veritate [g] autem quomodo esse creatus perhibetur, si sine dilectione sui cõditoris creatus esse probatur? Aut quomodo bonus a Deo conditus asseritur, si nihil diuinæ dilectionis in sui conditione acceperit? Quomodo ante superbiæ motum sine vitio extitit, si conditorem suum nullatenus dilexit? Aut quomodo par, siue excellentior cæteris creatus dicitur, si nonnullis eorum in amore Dei conditis, hic ab eius dilectione vacuus factus est? Vnde autem hæc differentia [h] inter bonos & malos angelos processit? Si ex creante, iniustus videtur Deus, qui ante peccatum infert pœnam, [i] vel qui hoc punit, quod creando [k] infudit. Si autem non ex creante, cum non ex traduce [l] restat, vt ex propriæ libertatis arbitrio vitium superbiæ in angelicam naturam processerit. Bona ergo cõdita est, quæ suo vitio [m] a bono in malũ commutata est. Sed quomo bona esse potuit, si dilectione penitus caruit? Neque enim angelus nobis similis [n] factus est: quos vsq; ad certum tempus ætatis infirmitas grauat, vt neque virtus, neque vitium, vllum locum in nobis obtineat. Accepit ergo dilectionem in sui creatione, sicut & cæteri, de quibus dicitur. [Angelicæ virtutes, quæ in Dei amore perstiterunt.] Non ait quæ diligere Deum cœperunt, sed] quæ in eius amore perstiterunt: quæ ex creatione diligere cæperant, vt principium diuinæ dilectionis omnibus credatur esse commune; perseuerantia vero eorum tantummodo intelligatur, qui in retributione hoc accipere meruerunt, vt confirmati vlterius cadere nõ possent, & hoc de se certissime scirent. Vnde bene apud Moysem [o] prius cælum, deinde firmamentum factum esse dicitur, quia nimirum angelica natura prius æqualiter subtilis in superioribus est condita; postea in persistentibus in amore sui conditoris mirabiliter confirmata.

Hinc etiã Gregorius in moralibus multa de perfectione angelicæ creationis replicans, charitate negat repletũ non ea penitus uacuum [p] asserit, quæ si penitus caruisset

Supra ea. charitas est aqua.

Matth. 27.

Hebr. 6.

Io. 8.

B. Greg. 27. moral. c. 25. & glo. ordin. in c. 1. Gen. ad ea verba [fiat firmamentum.] Ex Greg.

Greg. lib. 32. Mor. c. 24. al. 18.

b ¶ Negãtur.] Sup. ea. c. quia radix. §. cũ ergo. & §. ego sum & c. charitas.

c ¶ Vnde in Euãgelio.] Matthæi 27.

d ¶ Donum cęleste.] idest, doctrinam Euangelicam.

e ¶ Ad pœnitentiã.] Per baptismũ hoc ẽ expositũ sup. e. fi. n.

f ¶ In veritate.] Su. 16. q. 2. visis contra.

g ¶ In veritate.] Id est in charitate 1 & hoc dicit allegando.

h ¶ Differentia.] Quod alij sunt boni & alij sunt mali.

i ¶ Pęnam.] Aeternã quod nũquam facit arg. sup. 11. q. 3. illud plane.

k ¶ Quod creando.] Non enim debet punire quod ipse apꝓbauit, vt 23. q. 4. Nabuchodonosor. ff. ad leg. Iul. de adulte. si vxor. in fine.

l ¶ Ex traduce.] Quia angeli nõ fuerũt ex traduce. i. ex p̃iacẽte materia: sicut nec aĩa sup. 32. q. 2. Moyses.

m ¶ Suo vitio.] Sed vnde fuit primus motus angeli ad malũ? Dic ꝙ ex libero arbitrio. Sed in libero arbitrio non fuit malũ, vnde ergo prouenit malũ? Dicas ꝙ ĩ libero arbitrio fuit q̃dã libertas, & ex illa libertate cecidit in malũ. hæc est difficillima quæstio 2.

n ¶ Similis.] Cũ Angelus statĩ fuit post creationem capax rationis, sed homo nõ donec sit adultus.

o ¶ Moysem.] in Genesi circa principiũ.

p ¶ Vacuum.] Supra 16. quæst. 2. visis. cõtra vbi dicit, quod charitatẽ nequit habere ĩ cęlo, sed forte

1 Scilicet informata vel in veritate gratuitorum in qua creatus est sicut oẽs angeli, secundum Hu.

Angeli non fuerunt ex traduce.

Malum vnde ꝓueniat.

2 potest dici ꝙ ex deordinatione appetitus in diuinã assimilationem vltra terminum suæ naturæ a Deo sibi statuto, & ex tali deordinatione secuta fuit auersio a

nunquam ea, quæ de eius excellentia dicuntur, conuenienter de eo intelligi possent.

C. XLV.

Iob. 40.

PRincipium [a] enim *(inquit B. Gregorius)* viarũ [b] Dei Beemoth [c] dicitur: quia nimirum, cum cuncta creans ageret; hunc primum [d] condidit, quem reliquis angelis eminentiorem fecit. Huius primatus eminentiam conspicit propheta, cum dicit. (Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei, abietes non adæquauerũt summitatem eius; platani non fuerunt æquales † frondibus illius, omne lignum † paradisi Dei non est assimilatum illi, & pulchritudini eius: quoniam speciosum fecit eum in multis, condensisque frondibus.) Qui namque [e] accipi in cedris, & abietibus, & platanis possunt, nisi illa virtutũ cęlestium proceræ celsitudinis agmina in æternæ letitiæ viriditate plantata? Quæ quamuis excelsa sunt cõdita, huic tamen nec prælata sunt, nec æquata, qui speciosus factus in multis, condensisque frondibus esse dicitur; quia prælatum cęteris legionibus tanta illum species pulchriorẽ reddidit, quanta ei † supposita angelorum moltitudo decorauit. Iste arbor in paradiso Dei toto, quasi condensas frondes habuit, [f] quot sub se positas supernorum spirituum legiones attẽdit, Qui idcirco peccans, sine venia [g] damnatus est: quia magnus sine cõparatione fuerat creatus. Hinc ei rursum per eundem prophetam dicitur: (Tu signaculum [g] similitudinis Dei, plenus [i] sapiẽtia, & perfectus decore in delitijs paradisi Dei fuisti.) Multa enim de eius magnitudine locuturus primo verbo [k] cuncta cõplexus est. Quid namque boni non habuit, qui † signaculum Dei similitudinis fuit? De sigillo quippe annuli talis similitudo imaginaliter exprimitur, qualis in sigillo eodẽ essentialiter habetur. Et licet homo ad similitudinẽ Dei creatus sit, angelo tamen quasi maius aliquid tribuens, non eũ ad similitudinem Dei conditum, sed ipsum signacul ũ Dei similitudinis dicit, vt quo [l] subtilior † est in natura, eo [m] ĩ illo similitudo Dei [n] plenius credar expressa. Hinc est, ꝙ primatus eius potentiã adhuc insinuans idẽ ꝓpheta [o] subiungit: (Oĩs lapis [p] pretiosus [q] operimẽtũ [r]

Esa. 2. & 14.
Ezech. 31.
† al. aquæ.
† al. lignum pretiosum.
† al. &
Ezech. 28.
† al. si
† al. sublimior.
Eod. li. moral. c. sequenti.
Vide homil. 34. in Euangel.

traria intelligũtur, non de charitate, quam non habuit, sed quam habiturus esset. si stetisset.

PRincipium. CASVS. Hoc c. est Gregorij vsque ad sequentem, §. charitas. Sed interponit sæpe verba Iob vel Ezechielis, vt ea exponat. Intendit ergo Gre. in hoc c. multum commendare Luciferum, ostendendo eius perfectionem, dignitatem, & excellẽtiam, quam in charitate & in alijs gratuitis donis, & naturalibus habuit ante lapsum, & hoc facit inducendo auctoritatem ex verbis Iob & Ezechielis. [Inquit.] verbum est Gratiani, & primo exponit verba Iob, ipse enim est principiũ viarum Dei, &c. [Propheta.] scilicet Ezechiel. [Qui namque.] verba sunt Gregor. [Aurum] verba Gregorij. [In munere.] idest, in adiumento Dei] insinuat, scilicet Iob.

a ¶ Principium.] .i. præcipuum opus inter prima opera Dei, vel primus & dignior inter alios angelos, quorum ministerio paratur. & patet via ad Deum.

b ¶ Viarum] .i. operum, sicut enim in via continetur vestigium itinerantis, sic in qualibet creatura est via. qua quis ducitur ad intelligendam potentiam Dei.

c Beemoth] .i. diabolus. Beemoth interpretatur animal, immũdum, quia diabolus propter superbiam a cælesti beatitudine tanquam im mundum animal alienus factus' est 1.

d ¶ Primum 1.] idest præcipuum. non. n. prius creauit hunc q̃ alios. alias in Salomone cõtra, ibi, Qui viuit in æternũ, creauit omnia simul.

e ¶ Qui namq.] Verba Gregorij exponẽtis prædictam auctoritatem Ezechielis.

f ¶ Habuit] Lucifer.

g ¶ Venia.] Cum enim plus potestatis & pulchritudinis ei commissum fuerat, iõ magis diligi præsumebatur, argum. sup. 2. q. 5. quãto. & inf. d. 3. ca. quamuis. §. quod autem. & c. septies. ideoque tanto magis obsequi tenebatur, & plus puniri debuit. cum nõ fuerit obsecutus. arg. C. de conduc. & pc. conductores. in fine, li. 11. & grauiora facit del cta, &c. vt 11. q. 3. præcipue. 40. di. homo Christianus. infra ead. dist. 5. considerer. sup. ead. d. 1. §. ex his itaque, sup. 23. q. 3. qui peccat.

h ¶ Tu signaculum] Dicitur signaculum propter virtutes expressas, quas recepit a Domino.

i ¶ Plenus.] Idest plenam scientiam habẽs. & perfectionem decoris, & charitatis.

K ¶ Primo verbo.] Hoc scilicet signaculum.

l ¶ Quo] i. inquantum subtilior est natura, idest diuinę naturæ capacior ratione & intellectu.

m ¶ Eo.] idest, intantum.

n ¶ Similitudo Dei] .i. gratia & dilectio, quæ erat Deo similis in illum.

o ¶ Propheta] .s. Ezechiel.

p ¶ Omnis lapis] .i. omnis alius angelus.

q ¶ Pretiosus] .i. pulcher decore virtutum fuit.

r ¶ Operimentum.] idest, inferior eo, sicut vesti-

Beemoth qualiter interpretatur.

1 Vel põt dici animal ꝑ effectũ: quia hoĩes quos peccare facit, nõ hoĩes sed animalia dici posũt. Arch.

Deus præsumitur plus diligere illos quibus plus perfectionis tribuit.

men

tuum, sardius, [a] & topazius, & iaspis, chrysolitus onyx, & berillus, saphirus, & carbunculus, & smargdus.) Nouem dixit genera lapidum: quia nimirum nouem sunt ordines angelorum. Nam cum per ipsa sacra eloquia angeli, archangeli, throni, dominationes, virtutes, principat⁹, potestates, Cherubim, & Seraphim aperta narratione memorantur, quātæ sint supernorum ciuium distinctiones [b] ostenditur, quibus tamē Beemoth iste opertus fuisse describitur: quia eos, quasi vestem ad ornamētum suū habuit, quorum dum claritatem transcēderet, ex eorum comparatione clarior fuit. De cuius illic adhuc descriptione subiungit.) Aurum opus decoris tui, & foramina tua in die, qua conditus es præparata sunt.) Aurum opus decoris eius extitit, quia sapientia claritate cāduit, quam bene creatus accepit. Foramina vero idcirco in lapidibus fiunt, vt vinculati auro [c] in ornamenti compositione iungātur, & nequaquam a se dissideant, quos interfusum aurum repletis foraminibus ligat. Huius ergo lapidis in die conditionis suæ foramina præparata sunt, quia videlicet capax charitatis est conditus, qua si repleri voluisset, stantibus angelis tanquam positis in regis ornamento lapidibus, potuisset inhærere. Si enim charitatis auro se se penetrabilem præbuisset, sanctis angelis sociatus in ornamento, vt diximus, regio lapis fixus maneret. Habuit ergo lapis iste foramina, sed superbiæ † [d] vitio [e] charitatis [f] auro non sunt repleta. Nam quia idcirco ligantur auro, ne cadant; idcirco iste cecidit; quia etiam perforatus manu artificis, amoris vinculis ligari cōtempsit. Nunc autem cæteri lapides, [g] qui huic similiter fuerant perforati, penetrāri se inuicem charitate ligati sunt, atque hoc in munere, isto cadente, meruerunt, vt nequaq̄ iam de ornamēto regio cadendo soluātur. Huius principatus celsitudinē adhuc idē propheta intuēs adiūgit, [Tu cherub extensus, † & protegens in mōte sancto Dei, & in medio lapidum ignitorum perfectus ambulasti.] Cherub quippe plenitudo scientiæ interpretatur, & idcirco iste Cherub dicitur, quia transcendisse cunctos sciētia non dubitatur, qui in medio ignitorum lapidum perfectus ambulauit, quia inter angelorum corda charitatis igne succensa clarus gloria conditionis extitit. Quem bene extentum, ac protegentem dicit. Omne enim, quod extenti protegimus, obumbramus, & quia comparatione claritatis suæ cœterorum claritatem obumbrasse creditur, ipse extentus, & protegens fuisse reperitur. Reliquos enim quasi obumbrando operuit, qui eorum magnitudinem excellentia maiore transcendit. Quod ergo illic [h] speciosus in multis frondibus, quod illic signaculum similitudinis, quod illic cherub, quod illic protegens dicitur, hoc hic voce Dominica [i] Beemoth iste viarum Dei principium vocatur. De quo idcirco tam mira, in quibus fuit, & quę amisit, insinuat, [k] vt territo homini ostendat, quid ipse, si superbiat de elationis suæ culpa passurus sit, si feriendo illi parcere noluit, quem creando in gloriam tantæ claritatis eleuauit. Consideret ergo homo, quid elatus in terra mereatur, si & prælatus angelis angelus in cœlo, † de cœlo in terram prosternitur.

Ezech. 28.

† al. per superbia vitium.

† al extencus.
Ibidem.
Variat paululum a vulgata, sed maiores varietetes in grę ca.

Eod. lib. c. seq.

† al. in cælo prosternitur.

mētum est inferius & indignus se induente, vel ornabat eum sicut vestimentum ornat aliquem.

a ¶ Sardius.] hos ēt lapides enumerat lex. ff. de pub. & vectig. l. interdū. §. species. Qualiter autem lapides veniant in contributione, dicit lex ad leg. Rho. l. 2. §. cum in eadem.

b ¶ Distinctiones] supra d. 89. ad hoc.

c ¶ Auro.] Vnde dicit lex, ꝙ si auro gēma iungatur, non cedit auro, sed ecōuerso aurum cedit gemmæ. ff. de aur. & arg. leg. & si non sunt. §. perueniamus.

d ¶ Superbiæ.] Not. per canonem istum ius incepisse ex ruina angelorum, bonum enim, & ęquū fuit, vt propter superbiam Lucifer puniretur.

Ius vnde incœpit.

e ¶ Vitio.] i. per vitium superbiæ non sunt repleta.

f ¶ Charitatis.] Arg. ꝙ diabolus charitatem 1 non habuit, vt 16. q. 2. visis. Sed cū esset rationis capax innocētiæ particeps sine charitate esse non potuit arg. sup. eadem dist. 2. si quis semel. §. item sine charitate, quod ergo charitate repletus, negatur, comparatione stantiū & confirmatorum dicitur, vel ad perfectionē, & perseuerantiā refertur.

Diabolus an habuerit charitatem.
1 De hoc le. & no. sup. §. prox. in fi. & 27. q. 2. §. ex his omnib. ibi videas.

g ¶ Lapides.] i. ordines Angelorum.

h ¶ Illic.] In propheta Ezechiele, & in Iob.

i ¶ Voce Dominica] i. voce Domini loquentis sibi Iob.

K ¶ Insinuat.] Iob, vel propheta.

CHA-

CHARITAS AVTEM. Hæc est sexta pars distin. in qua concludit magister, & probat multis modis, ꝙ illa charitas, quæ deseritur, dicitur fragilis: quia non durauit, tamen vera fuit, alias nullo modo posset dici, si nulla fuisset. Io. de Fant.

b ¶ Ficta]. i. fragilis & non vera respectu permanentis, Vel non vera, respectu charitatis diuinæ, ad quod similia quędam inducit. In fine concludit, veram charitatem deseri posse.

c Posse autem.] Ex quo enim resistere vitijs est verum posse, ergo non resistere est non posse, sed non resistere est peccare, & ita posse peccare, est non posse resistere, & ita est arg. a contrarijs, arg. 32. q. 4. sicut latius est. & qu. 5. sicut. n.

Vitijs resistere est verum posse.

CA-

6 *Charitas autem*, [a] *quæ in aduersitate deseritur ficta*, [b] *idest, fictilis, & fragilis esse phibetur, sicut fides, ex qua charitas procedit, ficta, idest fragilis apud Apostolum esse negatur. Similiter charitas, quæ in aduersitate deseri potest, dicitur vera nunquam fuisse. Sicut enim Hieronymus cōtra Iouinianum scribit: (Omnis creatura sub vitio est, non quod omnis peccauerit; sed quia nulla est, quæ peccare non possit.) Posset autem* [c] *peccare. vt Augustinus ait, non est aliquid posse; immo aliquid non posse. Vnde ille solus vocatur omnipotens, qui hoc non potest: quia omnia potest, quæ posse est aliquid posse. Sicut ergo eius cōparatione, qui mutabilitatem nescit, omnis creatura vitiosa dicitur, quia mutabilitatis est capax, iuxta illud, (non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens) & (astra* [d] *non sunt munda in conspectu eius,) sic comparatione eius creatura, quæ mutationem non recipit, omnis creatura, quæ permutatur, non vera, sed vana esse probatur. Vnde omnis homo mendax dicitur, & vanitati similis factus. Hinc etiam* [e] *Ecclesiastes. Cuncta, quæ sub sole sunt, i. quæ temporum vicissitudinem recipiunt, non tantummodo vanitas, quæ omni creaturæ ratione mutabilitatis inest, sed etiam vanitas vanitatum, varietate permutationis, quam recipiunt, esse dicuntur. Sic ergo cōparatione diuinæ charitatis nulla virtus vera probatur, aut comparatione eius, quæ non deseritur, illa, quæ amittitur, vera esse negatur. Sicut autem omnis creatura suo modo bona, & vera esse dicitur sic et charitas, quæ deseritur, suo modo bona, & vera esse mōstratur: alioquin a nullo desereretur, si nullo modo in eo esset. Quod enim nullo modo vere est, nullo modo deseri potest. Quod si aliquo modo vere deseritur, & aliquo modo id vere esse oportet.*

Sup. c. si enim. Sent. 1. d. 42.

Li. 15. de Tri. c. 15. & de symbolo, fidei c. 1.

Psal. 142. Iob. 15.

Psal. 115. & 143. Eccl. 1.

DISTIN. III. 1. par

H*Aec de charitate* [f] *breuiter scripsimus propter eos, qui pœnitentiam negant reiterari posse, asserentes, ꝙ sicut charitas semel habita nūquam amittitur, ita pænitētia semel vere celebrata, nulla seq. culpa maculatur: si vero criminalis culpa illā aliqñ sequitur, vera pæ-*

d ¶ Et astra.] idest, angeli.

e ¶ Hinc et ecclesiastes.] i. Salomon.

HAec de charitate.] Hęc di. diuiditur in 12. partes, in quarū prima probat p 12. auctoritates, ꝙ qui semel pœnitentiam ageret, nō peccaret; sed intelligitur de perfecta per locum a destructione. Secūda ibi, [Sed verba.] Tertia ibi, [Ex psona. Quarta ibi Hac auctoritate] Quinta ibi, [quod aūt] Sexta ibi, [Ecce cuius.] Septima ibi, [Item ꝙ.] Octaua ibi, [siue autem.] Nona ibi, [His auctoritatib.] Decima ibi, [auctorites] Vndecima ibi, [Quanquā] Duodecima ibi, [pœnitentia ergo Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 3. d. in qua q̄ritur, an pænitentia sit iteranda, & inducit G. super hoc opiniones varias, & discordantes auctoritates, & dicendum est ꝙ solemnis ſm consuetudinem quarundam ecclesiarū non est iteranda, inf. eo. §. ex persona, publica vero vel priuata sic, sed pro diuersis de'ictis forte posset solennis pœnitentia iterari, vt inf. ea. quamuis, & continuat Grat. in hoc §. dicta dicendis. Casum autem huius §. cum seq. c. scilicet pęnitentia, per te videbis.

CASVS. Supra in præcedenti c. & in alijs auctoritatibus probatum est, quòd charitas habetur, licet postea deseratur. Nunc Gra. exponit quandam auctoritatem August. quæ est supra in princip. distin. scilicet, charitas, quæ deseri potest, &c. Et Pauli, scilicet, charitas nunquam excidit: quia videntur contradicere ei, quod dictum est supra, & quod dicitur ibi, charitas, quæ deseri potest, ficta est, & non vera, idest non est vera respectu charitatis diuinæ, vel respectu eius, quæ deseri non potest, vera tamen est. vnde in fine concludit veram charitatem deseri posse.

a ¶ Charitas autem.] Soluit auctoritatem Apostoli allegatam sup. in prin. dist. duob. modis; quia dicitur primo charitas, quæ deseritur.

f ¶ Hæc de charitate.] Continuat seipsum G. In 2. enim di. hanc q̄onem, quam hic tractat, prælibauit, sed huius gratia aliam præmisit, an. s. charitas semel habita amitti possit, quam in præcedenti d. tractauit, nunc autē ad propositum suum reuertitur, & dicit, [Hæc quæ &c. Hic incipit 3. d. in qua tractatur, an pęnitentia sit iteranda, an non, & ꝙ sit iteranda, multis auctoritatib. & exēplis probatur. Dicimus ergo ꝙ iteranda est, i. iterum puniendus est si denuo peccet, inf. ea. septies. vbi aūt dr̄ ꝙ Pęnitentia non est iteranda, dicimus quod de solēni est in-

Pęnitētia est iteranda.

intelligendum, quæ cum sacramentum * non dēt iterari ar. 1. q. 1. quod quidam. ſm consuetudinem maxime quarundam ecclesiarum, & hoc super eodem crimine, super diuersis autem credit G. solēnem iterari posse, ar gum. inf. e. d. quāuis. hanc quæstionem si tractat G. primo ponit opinionē illorum, qui dicunt ꝙ pœnitentia non est iteranda, quia eā non sequitur mortale peccatum. si. n. eā sequitur mortale peccatum, illa pænitentia vera non fuit: nec veniā obtinuit, & ad hoc multas auctor. inducit. s. ꝗ; ad §. sed verba, & incipit ibi soluere predictas auctoritates, postea ab illo. §. ꝙ aūt, probat auctoritatib. & exemplis, ꝙ pęnitentia sæpe iteratur post infert quæ sit vera, & quæ sit falsa pœnitentia, qua occasione subiūgit, an pænitentia sit dāda, an neganda ei, q vult agere pœnitentiā de vno peccato, & remanere ī alijs.

a Vera pœnitentia] hoc falsum est: quia si ex charitate pęnituit, vera fuit, & saluaretur si tunc decederet, dum sic pœnitebat: auctoritates aūt, quæ in contrarium inducūtur, nō ad diuersa tpa, sed ad idem sunt referēda, vt inf. e. c. in cassum. §. sed verba, vt .s. eo tempore quo pœnitet, hēat propositum non committendi de cætero.

* *Solennitas non est de essentia sacramenti noq; iterari est cōtra rōnem sacramenti, sed tātum repugnat illis sacramētis, quæ imprimunt characterem.*

f Non putarent] .i. non præsumerent illud agere vnde oporteret eos deinceps pęnitere, & ſm hunc intellectū sic intelligēdum est illud ꝙ sequitur, sicut vnum baptisma sufficit ad deletionem peccati, sic & una pœnitētia, huic tamē intellectui repugnat inf. gl. H. s. sēper. inf. e. g ita)

nitentia [a] *non fuit, nec veniam vmquam a Domino impetrauit. Quod ex definitione ipsius pœnitentiæ, & multorum auctoritatibus probare contendunt. Vt enim Ambrosius ait in quodam sermone quadragesima.*

In sermone manuscripto sæpe citato cuius initium: [Ecce nunc, Greg. li. 9. epis. 39. & hom. 34. in Euang.

Sent. 4. di. 14. Iuo p. 15. c. 1. inf. ea. pœnitentiam.

C. I.

POenitentia est [b] & mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere. [c]

Idem lib. 2. de vnica pœnitentia, c. 10.

C. II.

Sent. ibid. sup. d. 50. si quis post.

REperiuntur, α qui sepius agendam, pænitētiam [d] putant, qui luxuriantur [e] in Christo. Nam si vere agerent pænitentiam, iterandam postea non putarent: [f] quia sicut vnum baptisma, ita β [g] & vnica [h] pænitentia. Verū præteriti semper nos debet [i] pœnitere peccati. sed hoc delictorum [k] leuiorum. At ego [l] facilius [m] inueni, qui innocentiam seruauerint, quam qui congrue [n] egerint pœnitentiam.

α ¶ Reperiuntur. *In originali est.* Merito reprehenduntur, qui sæpius agendam pœnitentiam putant, quia luxuriantur, &c. *vt supra d. 50. si quis post.*

β ¶ Ita & vnica. *Locus hic, qui ob glossas incurrentes non est emendatus, apud B. Ambrosium sic habet,* ita vna pœnitentia, quæ tamen publice agitur. Nam quotidiani nos debet pœnitere peccati. Sed hæc delictorum leuiorum, illa grauiorum. Facilius autem inueni, &c.

Item Aug. lib. de dogmatib. ecclesiasticis, cap. 54.

b POenitentia est.) idest, gratia, quæ veræ pænitenti infusa est, facit eum præteriti plangere, & eū munit, vt caueat ne committat quæ fleuit, & quod hic traditur, potius est effectus pænitentiæ, quam diffinitio.

Pœnitentiæ effectus quis est.

c Non committere.) idest, non committendi propositum habere.

REperiuntur.] CASVS. In hoc c. reprehendit Ambro. quosdam. qui solennem pęnitentiam sæpius agendam putant. isti enim spiritualiter fornicantur separando se a Christo. Nam si veram pænitentiam agerēt, numquam iterandam putarent, cum sicut vnum est baptisma, ita vna est pænitentia. In fine dicit Ambrosius, qđ plures inuenit, qui innocentiam seruauerunt, quam qui veram egerunt pænitentiam, sequens ca. patet. Sequens autem c. quod postea sequitur, s. pænitentia, patet similiter, in quo describitur quid sit pænitentia, quid sit pœnitere, quid pæna.

d Pænitentiam.) Solennem. Vel quod hic dicitur, intelligas de pœnitentia exteriori, idest, satisfactione, nam quidam putant sufficere ad deletionem peccati, si quoties peccant, pœnitentiam sibi iniunctam siue satisfactionem agant, licet in voluntate peccandi persistant. inf. ea. sane cauendum. & hoc innuit illud ibi, iterandam.

e Qui luxuriantur.) idest, fornicantur spiritualiter, separando se a Christo.

g ita) su. dist. 50. c. si quis post. §. potest. & aliter inf. ea. dist. c. in tantum. §. siue autem, &c. in salicibus.

h Vnica.) idest, irreiterabilis.

i Semper nos debet.) idest, semper vere pænitere, sed de mortalib. raro contingit. Vnde addit. at ego, &c. q. d. ita de facto contingit sæpe, s. quod quis habet pœnitentiam de minoribus & compunctionem, sed de maioribus non. Vel melius (quod innuit hic) distinguo, vt s. pœnitentia pro leuiorib mortalibus tantum peccatis iniuncta possit iterari, quia non iungitur pœnitentia solennis nisi pro grauissimis. 26. q. 6. c. vlt.

K Delictorum.) Tamen mortalium.

l At ego) Supra. dist. 1. §. al. j econtra, cap. sunt qui arbitrantur.

m ¶ Facilius.) Mirū est quare hoc dicat, cum multi inueniantur in fine pœnitentes resplenduisse. &c. su. 1. q. 7. si quis omnē. & pauci inueniantur ante finē sine mortali peccato, arg sup. 50. dis. quia tua. sed quod dī hic, intelligitur de integritate carnis, s. virginitate, q. d. facilius inuenio, qui seruet uirginitatem, quam qui post corruptionem carnis seruet continentiam, Nam tunc facilius cadet, ut sup. dist. 1. §. al. j ecōtra. ca. sunt qui arbitrantur, unde & sacramēto quādoque, &c. ut 35. q. 6. ab isto. Vel hoc potest intelligi de pœnitentia perfectissima, quæ non solum delet peccata, sed etiam peccandi affectionē quam nunc habere difficillimum est.

Pœnitent[ia] perfectiss[i]ma quæ [...]

n Congrue.) Nā pænitentē oportet uitam mutare, quod sum-

Vitæ mutatio non est facilis. summe difficile est: quia dixit lex, ꝙ non facilis est mutatio vitæ, sed cum magno labore animi fit, vt in auth. de mona. §. hinc autem. coll. 1. arg. inf. ead. sane cauēdū.

a Satisfactio pœnitentiæ.] Inf. ead. dist. §. illud autem Gregorij. ver. satisfactio.

b ¶ Cau-

g ¶ Puniat.] Habitu, non actu. arg. su. dist. 31. si laicus. Ar. contra inf. c. proxi.

Si Apostolus.] CASVS. Probat Aug. in hoc c. ꝙ homo debet continue de peccatis pœnitere & docere exemplo Apostoli, qui peccata per baptismum dimissa continue deplorat nam tā diu debet homo de gratia Dei sperare, quamdiu à pœnitentia sustentatur, dicēte Domino: Vade, & amplius noli peccare. semper ergo doleat & etiā gaudeat de dolore.

h ¶ Si Apostolus.] supra. 32. quæstio. 5. si Paulus.

i ¶ Peccata.] Originalia.

k ¶ Dimissa.] Si dimissa, quare plorat? quia nō est facta plena innouatio. de ꝯs. dist. 4. c. 2. & ideo timet cadere & indignū est eum, qui nō dum stabilem, 1 &c. C. de testa. mili. l. vl.

l ¶ Ploret. Arg. cōtra inf. de cons. dist. 4. si ne pœnitentia, Argu. contra sup d. s. 1. tres autē sunt actiones, Sed illa non ꝓhibet, quin dolēdum sit super peccatis iam dimissis, sed ꝙ iam pro illis non est pœnitentia iniungenda.

1 In suo officio gaudet eo priuilegio, quo gaudet, q. est stabilis. Arc.

m ¶ Super fundamentum.] idest, fidem.

n ¶ Finitur.] idest, de fi...: quod tūc fit, cū memoria peccati habetur, & de peccato non doletur.

o ¶ Deficit.] idest inutilis est, vel efficiē inutilis, idest, per ipsam pœnitens ad vitam nō perducitur: ex quo enim non laborat, fructum non

Cap. III.

Sup. di. 1. sunt q. Satisfactio pœnitentiæ [a] est peccatorum causas [b] excidere, nec earum suggestionibus aditum indulgere.

Idem in libro de vera & falsa pœnitentia, c. 8.

Cap. IIII.

Pœnitentia est quædam dolentis vindicta, [c] puniēs [d] in se quod dolet cōmisisse. & infra. c. 19. Cōtinue dolendum est de peccato, quod declarat ipsa dictionis virtus. [e] Pœnitere enim est pœnam tenere, [f] vt semper puniat [g] in se vlciscendo, quod commisit peccando. Pœna enim proprie dicitur læsio, quæ punit, & vindicat quod quisque commisit. Ille igitur pœnam tenet, qui semper punit quod commisisse dolet.

Sent. 4. dist. 14.

Sent. ibidem. *Pœnitentia itaque est vindicta semper puniens in se quod dolet commisisse.*

In eodem libro, c. 13.

Cap. V.

Si Apostolus [h] etiā peccata [i] per baptismum dimissa, [k] continue ploret, [l] nobis etiam super fundamentū [m] Apostolorū positis, quid præter plorare restat? quid nisi semper dolere in vita? Vbi enim dolor finitur, [n] deficit [o] & pœnitentia. Si autē pœnitentia [p] finitur, quid relinquitur de venia [q]? Tādiu enim gaudeat, & speret de gratia: [r] quamdiu sustentatur a pœnitētia. Dixit enim Dominus (Vade, & amplius iam noli peccare.) Non dixit nec pecces, sed, nec voluntas peccandi in te oriatur. [s] Quod quo modo seruabitur, nisi dolor cōtinue in pœnitentia custo diatur? Hinc sēper doleat, & de dolore gaudeat, & de doloris pœnitentia, si contigerit, [t] semper doleat, & non sit satis, quòd doleat, sed ex fide doleat, & non semper doluisse doleat.

Rom. Ioan. 8.

Sic incipit homilia 34. Æstiuum tempus.

Item Gregorius in æstiuum [u] tempus, [Idest, homilia 34. Euang.

Peccati occasiones sunt fugiendæ. b ¶ Causas.] Idest, vitiorum radicem, non enim sufficit ramos incidere, vt su. dist. 2. ficta, §. ex præmissis, Vel causas, idest oportunitates, vel occasiones peccandi. vt 81. dist. ualet.

c Pœnitentia est.] ¶ Vindicta. [Hic est quædam assignatio illius pœnitentiæ, quæ dicitur operis satisfactio, & intelligitur de perfecta pœnitentia, vt ĩ. ea. cap. quamuis, §. hac auctoritate.

d ¶ Puniens in se. Argu. expressum, ꝙ quis non potest ieiunare per alium: licet contrarium dixerit Hug. sup. 82. dist. presbyter. sed quidquid sit de alijs, videtur ꝙ per filium bene possit quis ieiunare, quia eadem persona cēsetur, vt 35. q. 3. §. hac auctoritate, & magis terrentur patres in filijs quam in seipsis, ff. quod met. cau. l. isti quidem, §. vlt.

Ieiunare per alium vtrū aliquis possit.

e ¶ Virtus.] Idest, significatio & interpretatio.

f ¶ Pœnam tenere.] Alludit etymologiæ vocabuli. unde Bernardus Clare uallis dixit super illum locum Gen. pœnitet me fecisse hominem super terram: Idem est ac si diceret, pœna tenebit me pro peccatis hominum, tenebit inquam me, cum venero super terram.

Pænitet me fecisse hominē qualiter exponatur.

debet percipere. 16. q. 1. generaliter.

p ¶ Pœnitentia.] Quæ præcessit.

q ¶ De venia.] idest, de vitæ munditia, & sæpe æternæ beatitudinis, quam cum venia assecutus fuer. i. q. d. ita reus constituitur per consequens peccatum, sicut erat prius sic exponit Grat. inf. ead. §. hac auctoritate.

q ¶ De venia.] Non tamen intelligas, ꝙ peccata redeant prius dimissa: sed quia ita intrabit gehennam ac si nullum peccatum esset dimissum hoc secundum quosdam, secus secundum alios, qui dicunt peccata iam dimissa redire ut hæc traduntur, inf. ea. §. hac auctoritate.

Delicta iam dimissa an redeant.

r ¶ De gratia.] Factæ promissionis.

s ¶ Oriatur.] Sed si præcepit, nonne sic præcepit impossibile: quia quod non erat in eius potestate? Ar. sup. dist. 2. c. si sermo, §. econtrario. & c. sciendū. Sed expone, voluntas in te non oriatur, idest, in te orta ad effectum nō perducatur.

t ¶ Si contigerit.] Supra 17. quæst. 4. sunt qui opes, sup. 15. q. 8. hi qui. inf. ea. dist. c. in tantum, §. sine autem, &c. in falsibus.

u ¶ In æstiuum.] idest, in homilia, quæ æstiuum incipit.

POenitentiam.] CASVS, Dicit hic primo Gregorius quod digne pęnitētiam agere nō possumus,nisi modum pœnitentiæ cognoscamus: secundo dicit quid sit pœnitentiam agere.Tertio dicit, quod qui sic pœnitentiam agit de aliquibus peccatis,vt iterum alia cōmittat: non dr̄ vere pęnitere.

Gregorius in æstiuū tempus,idest homilia quæ īcipit,ęstiuū tempus.

a ¶ Plangere.]Idest, plangendo de præteritis malis dolere.vł satisfactione satisfacere, secundum præceptum ecclesiæ.

b ¶ Non perpetrare.] idest,in nullo mortali perseuerare, vel ꝑpositum perpetrandi non habere.

c ¶ Cōmittat.]Idest, propositum committendi habeat.

d ¶ Dissimulat.]Idest non vere pænitet.

e ¶ Quid enī ꝓdest.] Quo ad vitā æternā infra.ea.dis.sunt plures. Nam alias bene valet occasionaliter inf.ea.dis.c.nihil.& cap.prim.

SVNT QVI. CASVS. Quidam dicebāt modicum tempus sufficere ad pęnitētiam,vt possint postea ad peccata redire qui reprehenduntur auctoritate Petri in epistola secūda dicētis: Canis reuersus ad vomitum,&c. In fine dicit quid sit agere pęnitentiam.

f ¶ Qui ait. Inf. ead. septies.supra dis.50. ij qui.

g ¶ Virtus.]Idest,effectus pęnitentiæ.

PRoductior.] CASVS.Ostendit Gr. per multas causas, q̄ in c.exprimuntur,ꝙ ꝓductior debet esse pœna quā culpa, & ita cum semper dēat pęnitere, non iterabitur pœnitentia.Sequētia duo c.plana sunt,scilicet perfecta.& ille.

tatis,vt in Paulo.23.q.4.displice.

K ¶ Miseriæ.]In quam venit ex peccato,su.dist.5.ad eius vero.uersus finem.

l ¶ Ad emendationem.]Idest,ad purgationem delicti, vt in paralitico.

Cap. VI.

POenitentiam agere digne non possumus:nisi modum quoq; eiusdem pœnitentiæ cognoscamus: Pænitētia quippe agere est,& perpetrata mala plangere [a] & plagēda non perpetrare.[b]Nam qui sic alia deplorat, vt tamen alia committat,[c] adhuc pœnitētiā agere aut dissimulat[d] aut ignorat.Quid enim prodest,[e] si peccata quis luxuriæ defleat,& tamen adhuc auaritiæ æstibus anhelat? Idē libr.9.epist.39.ad Theotistam. ¶Sunt† qui dicunt pauci tēporis pœnitentiam contra peccatum debere sufficere,vt iterum liceat ad peccatum redire.Recte eos pastoris primi percutit sententia,qui ait:[f](Contingit illis illud veri prouerbij canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti:(Magna est enī cōtra peccatū virtus [g] pœnitentiæ:sed,si quis in eadem pœnitentia perseueret, & infra.¶Pęnitentiam vere agere,est,cōmissa plangere † & † iterum plangenda declinare.

supra ead.pęnitētia est.

† Si autem dicunt orig.

2.Pet.2.

† al flere)orig.
† al.sed iterum) ori.

Item Augustinus tractatu 124.in c.21.Ioannis.

Cap. VII.

PRoductior [h] est enim pęna,quā culpa,ne parua putaretur culpa,si cum illa finiretur & pęna. Ac per hoc vel ad demonstrationem [i] debitę miserię, [k] vel ad emendationem [l] labilis vitæ vel ad exercitationem [m] necessariæ patientiæ [n] temporaliter hominem detinet [o] pœna, etiam quem iam ad damnationem sempiternā reum non detinet culpa:& paulo post.¶ Ira Dei [p] non est,vt hominis,idest,perturbatio [q] concitati animi,sed tranquilla iusti supplicij constitutio.

Facit ad hoc Beda libr.quæst.q.10.

Item Ioannes os aureum in homilia de pœnitentia.

Cap. VIII.

PErfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia [r] libenter sufferre. & infra. ¶ In corde eius contritio est, in ore eius confessio,in opere tota humilitas. Hæc est perfecta, & fructifera pœnitentia.

Supra dis.1.ꝑfecta.

Item Smaragdus in expositione regulæ sancti Benedicti,c.4.

Isidorus de sum. bono lib.2.c.13.

h ¶ Productior,] Supra distin.90.si quis monachus.ar. supr.ead.dist.1.vide benignum.cōtra.Ibidem innuitur, ꝙ quamdiu vr̄ durare peccatum,durare debet. 1 pœnitētia.Sed dic ꝙ non dr̄ ibi, ꝙ pœnitentia non debeat esse productior peccato, sed innuitur ibi, ꝙ si longa fuerit culpa,longa pœnitentia debet esse,non enim erit æquū vt pro vnius horæ fornicatione, non maior iniungeretur ei pœnitētia,sed quod hic dicitur retorquatur ad interiorem pœnitentiam:quia quādocūq; reduco peccatū ad memoriam,debeo inde dolere,infra ea. Iudas.& hoc intellige de pœna,siue de pœnalitate,quam sustinemus pro peccato primi hominis,quia illa est productior. argu.sup.di.1.sicut primi.

Pęnitētia fit longa si longa fuerit culpa.

1 Ad idem 98.distin. c. omnes.

Ad demonstrationem.] Idest,ad custodiam humili-

m ¶ Ad exercitationem.]Sup.ea.dis.1.sicut primi.

n ¶ Necessariæ patientiæ.]Ad vitam æternam.

o ¶ Detinet.]Pœnam ad gloriam Dei manifestandam:vt in cæco nato sup.dis.1.ex his. & ad iudicium futuræ dānationis,ut in Herode,supr.23.q. 4. Nabuchodonosor, & ad cautelam sui & aliorum,vt in Paulo, & vt studiosius illa vita quæratur,quæ erit ab omnibus pœnis aliena,& vt sit fideli certandi materia,& occasio vincendi: qui non vinceret,si non pugnaret,supra distin.6.ca.sed pensandum.

Pœna quare infligitur a Deo.

p ¶ Ira Dei.]Supra 11. quęs. 3. cap. episcopus.§. si ergo iniuste.

q ¶ Perturbatio.]Ecce quid sit ira hominis, & quid ira Dei.

r PErfecta pœnitentia.] ¶ Omnia.] Iniuncta a sacerdote.

Pœni-

POenitentes.]CASVS. In hoc cap. dicitur, qui dicatur vere pœnitentes,& qui non. [Si tamen estis pœnitentes.]Cum effectu.[Cum catena.] idest mãdato ecclesiæ.[Imposturam.]Deceptionem. Sequentia tria c. plana sũt, irrisor. lauamini. inanis, in quibus nihil aliud dicitur, nisi qui dicantur vere pœnitentes,& qui nõ [qui adhuc agit.]idest, habet voluntatem agendi [Illud quod pœnitet.]Idest, de peccato quo pœnitet.[Subsãnare.]Id est, naso torto deridere. Sequentia duo cap. scilicet, qui admissa,& qui admissa patent.[Admissa.]scilicet, peccata.[Nec desinunt considerare.]idest, peccare similia.

Tria sequentia capitula manifesta sunt, s. lauamini. baptizatur,& incassum.

a ¶ Cum catena.]Supra d. 1. agite. argum. contra sup. di. 1. facilius.

a ¶ Catena.].i. in catena, idest, cum mandato ecclesiæ, scilicet secundum quod ecclesia nos ligauit. Et est si. 1. quæst. 1. iudices.

b ¶ Facere imposturam.] idest, ei falsũ imponere, quod. s. iniuste ligans ab ipso. Deus enim neminẽ iniuste ligat. 11. q. 3. c. episcopus. §. si ergo iniuste. Impostor autẽ dicitur, qui falsum aliquid alicui imponit. ff. de ędil. edic. l. ob quæ vitia. §. 1. — *Impostor quis dicat.*

c ¶ Agis.]Actu, vel voluntate.

d [Irrisor.]¶ Subsannare.].i. naso torto deridere.

e ¶ Incõstantia.]Nota inconstantiam reprobari. ff. de procu. in causæ. ff. de offic. pręsi. obseruandum. Arg. cõtra. ff. de col. bo. nonnunquam.

f ¶ Vsu.]Cum præueniuntur a tentatione. inf. d. 5. c. 1.

g ¶ Ea.].i. similia.

h ¶ Esaias.] Adhuc est de c. Isidori, quod sequitur.

i ¶ Lauamini.] Baptismo, vel pœnitentia.

K ¶ Mundus.]Interius.

l ¶ Lauatur.].i. exterius.

l ¶ Lauatur.].i. illa munditia non est ei ad salutem, quia est momentanea, non perseuerans. Vel nõ est mundus ex toto, sed ad tempus, vel in parte.

m ¶ Quę fleuerat.]supra. 15. q. 8. [illegible] qui.

n ¶ Soliloquiorũ.].i. psalmorum, quę sunt excellẽtiora de Christo eloquia. — *Psalmi dicũtur soliloqua.*

o [Inanis.].i. insufficiens ad vitam ęternam obtinendã. Vel carens fructu illius pænitentię, quã non sequitur culpa, cuius fructus est vitatio gehennæ,& adeptio gloriæ.

p Tardius. Argum. contra.

Vulnus Achileio, quod quondam fecerat hosti. — *Ouidius.*
Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.

q Frequenter.]sup. d. 39. diaconi sunt. contra. Sed hoc ad aduerbium, vix, soluit contrarietatem. — *Vel dic quod aduerbiũ iũ positum in*

Cap. IX.

ILle pęnitentiam digne agit, qui, quæ commisit, sic præterita mala deplorat, vt futura iterum non committat. Nam qui plangit peccatum,& iterum admittit peccatũ, quasi si quis lauet laterem crudum; quia quanto magis lauerit, tanto magis lutum facit.

Item Augustinus homilia 41.

Cap. X.

Sent. 4. dist. 15.

Pœnitentes (si tamen estis pęnitentes & non estis irridentes) mutate vitam, reconciliamini Deo,& vos cũ catena [a] pascetis. Qua, inquis, catena? (Quæ ligaueris in terra, erũt ligata & in cęlo.) *Matth. 16.* Audis ligaturam,& Deo putas facere imposturam? [b] pœnitentiam agis, [c] genua figis,& rides,& subsannas patientiã Dei? Si pęnitens es, pęnitet te; si non pęnitet, pęnitens non es. Si ergo pœnitet; cur facis, quod male fecisti? si fecisse pænitet, noli facere; si adhuc facis, certe non es pęnitens.

Sent. 4. dist. 14.

Item Isidorus lib. 2. de summo bono, c. 16.

Cap. XI.

IRrisor est, nõ pœnitens qui adhuc agit, quod pęnitet, nec videtur Deum poscere subditus, sed subsanare [d] superbus Canis reuersus ad vomitum est pęnitens ad peccatum. Multi enim lachrymas indesinẽter fundũt,& peccare non desinunt. Quosdam accipere lachrymas ad pęnitentiam,& affectum pęnitentię non habere constat: quia inconstantia [e] mentis, nunc recordatione peccati lachrymas fundunt, nunc vero reuiuiscente vsu [f] ea, [g] quę fleuerant, iterando committunt. Esaias [h] peccatoribus dicit: *Esa. 1.* (Lauamini, [i] mundi estote.) Lauatur itaque,& mũdus [k] est, qui & pręterita plangit,& flenda iterum non committit. Lauatur, [l] & non est mundus, qui plangit quæ gessit, nec tamen deserit; sed post lachrymas ea quæ fleuerat, [m] repetit.

Sent. ibid.

Item Augustinus in libro Soliloquiorum. [n]

Cap. XII.

INanis [o] est pęnitenia, quam sequens culpa coinquinat. Vulnus iteratum sanatur tardius: [p] frequenter [q] peccans,& lugens vix veniam meretur. Nihil prosunt lamẽta, si replicantur peccata. Nihil valet veniã a malis poscere,& mala denuo iterare. Persiste ergo in cõfessione, esto in pęnitentia fortiter confirmatus, vitam bonam, quam accepisti, tenere non desinas, propositum bonæ vitę conserua iugiter.

a QVi.]Deserunt.] Peccare. Vel quia redeunt ad illa, vel ad alia.

b ¶ Ad sordes.]Quasi hoc inde sequitur,& ita vt, tenetur consecutiue,vt 1.q.1.quisquis,in fi.

quam sequitur mortalis culpa, & respicit hic primo illud c.pœnitentiam quippe agere.

h Non committat.]Idest,non committendi propositū habeat, qui ergo a malis sic mentem reuocat, vt commissa plangat, & plangenda committere non velit,nec satis.

BAptizatur.]Hæc verba,quæ hic ponit Gregorius inueniuntur in libro I. su filij Sirach, qui dicitur ecclesiasticus.

c ¶ Baptizatur.].i.ab soluitur & mundatur de consec.dist.4. nec quemquam.

d ¶ A mortuo.]idest a mortalib.peccatis. historia. Tāgitur hic illud ueteris testamenti, quod si quis tangebat cadauer hominis mortui, erat immundus septem diebus, postea aspergebatur die tertio aqua aspersionis, & sic mundabatur.

d ¶ A mortuo].i.a contactu mortui.] Tangitur,]Quod fiebat in veteri testamēto,quod si quis tāgebat ossa vel corpus mortui hominis,immundus erat septem diebus, postea aspergebatur aqua aspersionis die tertio, & septimo, & sic mundabatur, sicut hic tangitur, & exponitur de consec.dist.4. nec quemquam.

e INcassum.]¶Deseratur.]Finaliter ar.inf.d.4. intermittentes.§. filijs.

f ¶ Frustra.]Quia indecens est prius soluere,&c. extra de renun.literas.Arg. cōtra.C. de ijs qui . vt indig.l.fi.Nam & testamentum imperfectū multū est, inst. quib.modis test.inf. §.pen.

SED VERBA. Hæc est secunda pars di. in qua soluit(& bene) dicens quod auctoritates ita sunt intelligēdæ, vt tēpore confessionis non habeant propositū peccandi Io.de Fant.

pred.c.in fi. f.assidue, soluit contra, nam hic dicit frequēter secundū F.

Mortuū tangens erat septem diebus immundus.

¶Caput hoc non est inuentum apud B.Augustinū:habētur tamen apud Isidorū, quem citat magister,pœnæ eadē in dialogo siue synonymis non longe ante c.de castitate.

Item Greg.in pastorali,par.3.admonitione 31.

Cap. XIII.

QVi admissa plangunt,nec tamen deserunt, [a] considerare solicite sciant,quia flendo,inaniter se mundāt, qui vouendo se nequiter inquināt,cum idcirco se lachrymis lauant,vt mundi ad sordes [b] redeant.

Sentent.ibid. Ans.l.12.c.143.

Idem ibidem.

Cap. XIV.

QVi admissa† plangit,nec tamen deserit, pœnè grauiori culpæ se subijcit:quia† ipsam, quam flēdo impetrare potuit,veniam,contemnit.

Sent.ibid. Beda in 2.Pe.2. † al. qui & — admissum. orig.

Idem ibidem.

Cap. XV.

LAuamini,mundi estote.]Post lauacrum.n.mundus esse negligit,quisquis post lachrymas vitę innocentiā non custodit. Lauantur ergo,& nequaquam mundi sūt, qui commissa flere non desinunt, sed rursus flenda committunt.

Esa.1.

Idem ibidem.

Cap. XVI.

BAptizatur [c] quippe a mortuo,[d] qui mundatur fletib. a peccato,sed post baptisma mortuum tangit,qui culpam post lachrymas repetit.

Eccl.34.

Idem in moralibus lib.1.c.vlt.

Cap. XVII.

INcassum quippe bonum agitur,si ante terminum vitę deseratur, [e] quia & frustra [f] velociter currit,qui prius quam ad metas veniat,deficit.

Sent.ibid.sup.c.pœnitentiam.

2 *Sed verba* [g] *diffinitionis non ad diuersa tempora, sed ad idem tempus referuntur,videlicet,vt tempore,quo deflet mala,quæ commisit,non committat,* [h] *quod adhuc eū flere oporteat. Quod ex sequentibus verbis eiusdem auctoritatis datur intelligi, dum dicitur; (Nam qui sic alia deplorat,vt tament alia committat,* [i] *adhuc pœnitentiā agere aut dissimulat,aut ignorat,*

Hinc August.in Enchiridio,[k] *c.70.*

Cap. XVIII.

SAne cauēdum est,ne quisquam existimet infanda illa

Sent.ibid. Iuo p.17.c.32.

CASVS. Inductis auctoritatibus quæ uidentur innuere quod illa pœnitentia, quam sequitur mortalis culpa, non fuerit vera,incipit nunc respondere, & illas soluere.Et primo soluit primam. Vel illud quod dicitur ibi, pœnitentiam agere digne, dicens quod uerba diffinitionis ad idem tempus, & non ad diuersa referuntur, scilicet vt eo tempore quo pœnitet, non habeat propositum amplius peccandi. Et ad hoc inducit sequentia cap.

g Sed verba.]Hic incipit soluere auctoritates, quæ videntur dicere illam pœnitentiam non fuisse veram, satisfacere negligat,vere pœnitet,licet postea forte casu vel infirmitate peccet,non ex proposito.

i Committat.]Opere,vel voluntate.

K Enchiridio.]idest in libro manuali,& dicitur ab eo quod est in,& chir chiros,quod est manus, 1. liber manualis.

SAne cauendum.]CASVS.Quidam erāt, qui quotidie peccare mortaliter non vitabant, credētes quod per eleemosynas possent ea peccata redimere,sed errabant, cum quotidie sit Deus rogandus de præteritis peccatis, & non emendus, ut occasione eleemosynæ credat quis impune

Pœnitens v re quis di. Enchirid.i est liber ma nualis.

Impune posset peccare. Nam nulli dat Deus licentiam peccandi, quamuis Deus deleat facta peccata, si satisfactio congrua non negligatur. Vt ea, scilicet mala.
a De peccatis præteritis,] Vide quod legitur & no. 97. distin.c.1.ver.ipsa vero, in gl. sic intelligitur, &c. Arch.
b Pro-

f Eleemosina.) Dicitur ab eli, quod est Deus, & Moys, quod est aqua: quia ita extinguit peccatum sicut acqua extinguit ignem dist.45. tria.
g ¶ Dictum est,]In libro Iesu filij Sirach a Salomone.
h ¶ Vt Deo placeamus.] Non ergo se fallant, qui per largas eleemosynas fructus vel pecuniæ sex existimãt impunitatẽ emere: q̃a qui diligit iniquitatem, odit animam suam: & qui odit animam suam, nõ est ei Deus misericors, sed crudelis: si igit̃ vult ei dare eleemosinã, p quam sit munda, odiat eã secundũ seculum, & diligat eã secũdum Deum hac eleemosyna, quam sibi homo primum debet, mundãtur interiora: ergo eleemosyna pecuniæ, quam quis facit manẽs in mortali peccato, nõ proprie dicitur eleemosyna: quia inordinate fit dum a se nõ incipit, & dum sibi crudelis existit, non placet Deo. H.

Eleemosyna vnde dicat.

crimina, qualia qui agunt, regnum Dei non possidebunt, quotidie perpetranda, & eleemosynis quotidie redimenda. In melius quippe est vita mutãda, & per eleemosynas de peccatis præteritis [a] est propitiandus [b] Deus, non ad hoc emendus [c] quodammodo, vt ea semper liceat impune committere. Nemini enim dedit laxamentum peccandi: quamuis miserando deleat iam facta peccata, si non satisfactio congrua negligatur.

Idem ibidem, c.76.

C. XIX.

Iuo p.17.c. 129.

Qvi vult eleemosynam ordinate dare, a seipso [d] debet incipere [e], & eam sibi primum dare. Est enim eleemosyna [f] opus misericordiæ, verissimeque dictũ est [g] (Miserere animæ tuæ placens Deo.) Propter hoc renascimur vt Deo placeamus [h].

Eccle.30.

Idem ibidem, c.71.

¶ Antea caput hoc citabatur ex Ioanne Chrysostomo Restitutum est B. Augustino, quem citant Magister, & Iuo, & concilium Toletanum. 4.c.9.

Eleemosyna in peccato facta non est proprie eleemosyna.

C. XX.

Sent.4. dist. 16.
Iuo p.17.c. 122.
Matth. 6.
† patri tali) orig.

De quotidianis, breuioribus [i], leuibusque peccatis, sine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana [k] oratio [l] fidelium satisfacit [m]. Eorum est enim dicere: (Pater noster [n] qui es in cœlis,) qui iam taliter† [o] patri regenerati sunt ex aqua, & Spiritu sancto. Delet omnino hęc oratio minima, & quotidiana peccata, delet [p] & illa, a quibus vita fidelium scelerate etiam gesta, sed pænitendo in melius mutata discedit: si quemadmodum veraciter, dicitur: (dimitte [q] nobis debita nostra,) quoniam non desunt quæ dimittantur; ita veraciter dicatur, (sicut & nos dimittimus debitoribus nostris;) idest, si fiat, quod dicitur [r], quia & ipsa eleemosyna est, veniam petenti homini ignoscere.

Item Pius Papa, epistola prima.

De quotidianis.] CASVS. Dicitur hic, q̃ leuia peccata sine quibus vita pręsens nõ ducitur, oratione Dominica, scilicet Pater noster, delẽtur, & sicut veraciter dicitur, dimitte nobis debita nostra: ita, & nos dicamus veraciter, sicut, &c. & hęc est eleemosynæ species. Sequens c. nihil patet.
i Breuioribus.]Ratione tẽporis vocat breuia, nã si durant, trãseũt in mortalia 25.distin.c.vnum§. criminis.
K Quotidiana.] Supra, ea. distin. 1. tres sunt actiones.

Quæ ex suo genere mortalia sunt sed fiunt venialia ob ĩperfectionem actus ea, si tẽporis mora & deliberatio accedat, redeũt ad naturã proprij generis, & sunt mortalia.

Peccata publice puniri interest.

b Propitiandus,]Idest, placandus.
c ¶ Emendus.]Idest, non demus ei eleemosinas in pretiũ vt maneamus licite in peccato: alias dicit c. eleemosynis peccata tua redime, su. dist. 1. medicina, inf. e. c. ad huc instant. 1. q. 7. exigunt. Remissio enim peccati non dat licentiam delinquendi. Peccata etiam publice puniri interest. extra de collu. c. 2. Sed tamen non debemus temere ad pænas prosilire, arg. C. de pæ. si operis.
Qvi vult ordinate,] C A S V S. Dicitur hic, q̃ qui vult ordinate eleemosynam dare, primo debet incipere a seipso, scilicet vt se prius corrigat & pęniteat & satisfaciat peccatis suis, & tunc datur eleemosyna ordinate, & hoc probatur per diffinitionem eleemosynæ.
d Seipso,]vt su. 23. q. 5. si non licet, C. de ser. præses. Nec tenetur aliqua actione, qui propter suas conseruandas, alienas merces proijcit, ff. de pręscrip. ver. qui seruandarum, in prin.
e ¶ Incipere,] vt habeat cor contritum, & dimittat ei, a quo læsus est.

l ¶ Oratio.]Infra, ead. dis. 6. qui vult.
m ¶ Satisfacit.]Infra de consecra. dist. 3. aquam.
n Pater noster,] Quia non imponitur maior pænitentia pro veniali, quam vt dicatur Pater noster, vnde dicit cap. quod sufficit perfecta contritio, vel confessio cordis sup. dist. 1. c. vlt.
o Taliter,] q̃ sint filij Dei, & ita veraciter possunt dicere, Pater noster: in quibus non est mortale aliquid.
p Peccata delet,] Non quod peccata mortalia primo cõmissa ea omnino dimittat, sed quia pænitentiam pro mortali iniunctam releuat Delet ergo mortalia quo ad pænam, non quo ad essentiam, sed venialia quo ad vtrũque, sic & aqua benedicta, de consec. distin. 3. aquam sale conspersam 1.
q ¶ Dimitte,]C. de nup. imperialis, versus prin.
r ¶ Quod dicitur,]scilicet, dimittimus, arg. de consec. distin. 2. reuera, in fine, sup. dist. 23. psalmista, & dist. 56. Dominus.

1 Et de cõs. distĩ. 2. cum oẽ. &c. qui n ãducat & ead. seq. &c. omnia Arc.

Pœnitentia sup vno peccato non est deneganda.

a Nihil, Infra, de consec. dist. 5. nihil &c. non mediocriter, sup dist. 86. quid prodest.
b ¶ Prodest.] Ad vitam æternam, prodest tamen ad minus supplicium subeundū, inf. ea. dist. si quis autem nō habens, vnde & pœnitentia non est deneganda super vno peccato, dum quis remanet in alijs, extra de pęni. & remi. quod quidam. Itē ad tēporalia consequēda. 22. q. 2. si quilibet. Item ad citiorē gratiæ appositionē infra. dist. 5. falsas.

EX PERSONA. Hæc est tertia pars dist. ī qua dicitur ꝙ omnes auctoritates, quæ dicunt quod pęnitētia non sit iterāda, de solenni sunt ītelligendæ. Ioan. de Fant.

CASVS. Soluit auctoritates superius īductas Gratianus, & dicit quod capitula superius posita, q̄ hic enumerātur, intelliguntur secundū proximū capitulum, scilicet, nihil. c. vero reperiunt intelligitur secūdum specialem cōsuetudinem alicuius ecclesiæ, & quod dicit ibi. huiuscemodi, de qua. scilicet dictum est in cap. proxi. vel huiuscemodi scilicet plāgentis cōmissa, & committētis: vel pęnitentis de vno peccato, & non de alio & secūdum specialem consuetudinem intelligitur c. sequens cuius casus patet, & habetur hoc supra, 50. distinctione, quāuis, Alij sub illo §. potest: & aliter habet capitul. illud.

c ¶ Ex persona huiuscemodi, De qua loquitur c. nihil.
d Pęnitentis scilicet de vno, & non de alio, vel aliud committentis tunc, vel postea.

posita illud autem, [si Apostolus, in] fine intelligitur secundum quandam dist. quam facit in littera.
h ¶ Hac auctoritate.] Scilicet quamuis.
i ¶ Et illud.] Supra ea. c. reperiuntur.
K ¶ Determinatur.] Scilicet ꝙ de solenni intelligatur.

Nihil [a] prodest [b] homini ieiunare, & orare, & alia religionis bona agere, nisi mens ab iniquitate reuocetur.

Ex persona [c] huiuscemodi pœnitentis [d] etiā illud Smaragdi intelligitur:) Ille pœnitentiā digne agit, &c.) & illud Augustini: Pœnitētes, &c.) illud Isidori:) Irrisor est & non pœnitens.) & illud Esaiæ: Lauamini & mundi estote.) Item & illud Soliloquiorum. (Inanis est pœnitentia, &c.) Similiter & illud Gregorij. (Qui admissa plangūt) &:) Baptizatur a mortuo.) Illud autem Ambrosij Reperiuntur, &c.) non secundum generalem, sed secundum specialem consuetudinem ecclesiæ de solenni pœnitentia dictum intelligitur, quæ apud quosdam semel celebrata non iteratur.

l Item inf. de conf. dis. 5. nihil prodest. Sent. 4. dist. 14. & d. 15. Poly. l. 3. tit. 25.
sup. ead.
Sent. 4. di. 14.

Vnde Augustinus scribit ad Macedonium, epist. 54.

C. XXII.

Qvamuis [e] caute, & salubriter prouisum sit, vt locus illius † humillimæ pœnitentiæ semel in ecclesia concedatur, ne medicina vilis [f] minus vtilis esset ægrotis, quæ tanto magis salubris est, quanto minus contemptibilis fuerit, quis tamen audeat dicere Deo [g], quare huic homini, qui post primam pœnitentiam rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis?

su. dist. 50. quamuis † al. illi. Sent. ibidem. Iuo p. 15. c. 24.

§ *Hac auctoritate [h] & illud [i] Ambrosij determinatur [k] & iterum [l] peccatori per primam pœnitentiam venia dari mōstratur, alioquin nequaquā iterū parceret [m] Deus qui nec dum pepercisset. [Satisfactio [n] quoque pœnitentiæ] &: [vade, & amplius noli peccare,] eundem cū diffinitione intellectum [o] habent. Illud autem, quod in libro [p] de pœnitentia dicitur de perfecta [q] est intelligendū. Sicut enim charitas alia est incipiens, alia est proficiens [r], alia est perfecta [s], sic & pœnitentia alia est incipientium, alia proficientium, alia perfectorum. Sicut autem charitati licet nondum perfectæ, in baptismo datur venia peccatorum, vt quamuis postea grauiter aliquis sit peccaturus,*

su. ea. ca. satisfactio. &c. si apostolus sup. ead. pœnitentia. Sent. 3. dist. 29.

e Qvamuis.] Supra, dist. 50. quamuis.
f Vilis.] Idest, si haberetur vilis, quod contingeret, ex iteratione eiusdem, omne enim rarum, &c. 93. distin. legimus.
g Deo.] Vel Papæ.

HAC AVCTORITATE. Hæc est quarta pars dist. in qua dicitur, quod in pœnitētia sunt gradus sicut in charitate, &c. Ioan. de Fant.

CASVS. Nunc dicit Gratianus, ꝙ secundum hanc auctoritatem, (quamuis.) intelligi potest illud Ambro. scilicet c. (reperiuntur.) illud autem quod dicitur in libro de pęnitentia, s. [pęnitentia est quædā, &c.] de perfecta pœnitentia intelligitur, postea dicitur, quod pęnitentia alia est incipiens, alia proficiens, alia perfecta. Et iuxta hanc distinctionem intelliguntur quædam, ca. superius

l ¶ Iterum,) sicut dictum est, supra, ead. cap. proxi. quā uis, in §.
m Parceret) Quia si prius homini non pepercisset, non ei iterum parcere diceretur, arg. sup. ead. dist. pœnitentia est quædam dolentis.
n ¶ Satisfactio Materialiter tenetur.
ADDITIO. Subau. significatiue, idest, verba ista superius posita pe.
o Intellectum.) idest, vt ad tempus idem referatur, non ad diuersa.
p In libro,) sup. ead. dist. pęnitentia est quædam.
q De perfecta) pœnitentia, idest, perfectorum, vel sufficiente ad salutem, vel duratura vsque in finem.
r Proficiens.) idest, ad salutem sufficiens.
s Perfect.) Quia gradus sunt in ea, vt sup. disti. 2. cum sanctis, & præcedenti §.
t Perfecta.) idest, ad salutem sufficiens.

a Du-

a ¶ Duratura.] Hic datur intelligi, ꝙ quædam dicitur perfecte, i. vsque ad finem duratura.
b ¶ Primum modum.] Quod dicitur perfecta, id est, vsque ad salutem sufficiens, vt cum quis toto corde dolet, & gemit.
c ¶ Per-

qui dicunt pœnitentiam non esse iterandam, & quod pœnitentia postquam peccatur, non obtinet veniam; incipit tractare per multas auctoritates, & exempla, quòd pęnitentia iteratur, & quòd sæpius per pœnitentiam remittantur peccata. Et ad hoc inducit sequentia capit.

tunc tamē intelligatur esse renatus; non aqua tantū (sicut Iouinianus tradidit) sed aqua & spiritu (sicut Hieronymus contra eū scribit; sic & incipiētium pœnitentia venia nō negatur: quæ quadam ratione, perfecta potest dici, quia toto corde gemit, & dolet: licet & alia ratione potest dici imperfecta, quia non vsque in finem duratura [a]. Secundum primum modū [b] perfectionis intelligitur illud Ioānis os aurei: [Perfecta pœnitētia, &c.] Iuxta secundū modum perfectionis [c] illud Augustini intelligitur: [Pœnitentia est vindicta semper puniens in se, quod dolet cōmisisse.] Illud autem [d], [si pœnitentia finitur, nihil de venia relinquitur,] dupliciter intelligi potest. Si enim iuxta quorundam sententiam peccata dimissa redeunt; facile est intelligere; nihil de venia relinqui: quoniam peccata, quæ prius erant dimissa, iterum replicantur. Sicut enim ille, qui ex iusta seruitute in libertatem manumittitur; interim vere liber est; quamuis ob ingratitudinem in seruitutem postea reuocetur [e]; sic & pœnitenti peccata vere remittuntur; quamuis ob ingratitudinē veniæ, eisdem postea sit implicandus. Si aūt peccata dimissa non redeunt; dicitur; nihil relinqui de venia; quia nihil relinquitur sibi de vita munditia, & spe æternæ beatitudinis, quam cum venia assecutus est. Sicut n. argento perfecte purgato, nihil sui decoris relinquitur, si sequenti ærugine fœdatur, non tamen prima, sed sequenti sordida ur; sic expiato per pœnitentiam nihil de venia dicitur relinqui; cum tamen iam non deletis; sed adhuc expiandis coinquinetur.

sup. ead.

sup. ead. Sent. 4. dist. 14. sup. ea. c. si Apostolus.

5 *Quòd autem [f] per pœnitentiam non semel tantum, sed sæpissime peccata remittantur: multorum auctoritate probatur.*

Ait enim Hieronymus in epistola ad Rusticum de pœnitentia.

C. XXIII.

† al. cadet. † al. resurget. Prou. 24. Matth. 18.

SEpties [g] cadit † [h] iustus, & resurgit † [i]. Si cadit, quomodo iustus? si iustus, quomodo cadit [k]? sed iusti vocabulum [l] non amittit, qui per pęnitentiam semper resurgit. Et non solum septies, sed septuagies septies [m] delinquenti, si conuertatur ad pœnitentiam, peccata donātur. (Cui plus [n] dimittitur, plus diligit.)

Luc. 7. Sent. ibidem.

Dauid quoque per pœnitentiam adulterij simul & homicidij veniam impetrauit.

f ¶ Quòd autem.] In ductis auctoritatib. quas inducūt qui pęnitentiam non esse iterandam dicunt, & ꝙ pęnitentia, postquam peccat, nō obtinet veniam: incipit probare per multas auctoritates & exēpla, quòd pęnitentia sæpius iteratur, & ꝙ sæpius per pœnitentiā remittuntur peccata.

Septies.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ iustus septies, i. multoties cadit ꝑ uenialia peccata: & tñ non cadit à charitate, & sūt uerba Salomonis, q̃ Hieron. exponit. Sequens §. 1. Dauid, pater.

g ¶ Septies.] Verbū Septies .i. Salomonis: quod ex omnib. moponit Hieronymus. dis.

g ¶ Septies.] Id est, pro uniuersitate ponitur i. oīb. modis & generib. flagitiorum & tribulationum.

ADDITIO. Et dic ꝙ hæc non est intētio litteræ: nec propter hoc inducitur: sed secundum ꝙ cadit in peccatum, ut sequitur in alia gl. secundum Petr.

h ¶ Cadit.] Id est, affligitur.

i ¶ Resurgit.] Id est, nō perit, sed ꝓficit, uel resurgit, i. nouis operibus proficit.

K ¶ Cadit.] Si intelligas hoc de casu, qui fit post peccatū mortale, exaudi quòd dicit in die, s. vitæ suæ: & tunc est casus a charitate. Si uero intelligas de casu, qui fit per ueniale, per qđ cadit à quadam innocentia, nō à charitate; tunc exaudi de die naturali.

c ¶ Perfectionis.] Quia dicitur perfecta, i. usque ad finem duratura.

d ¶ Illud autem.] Sup. ead. si Apostolus.

e ¶ Reuocetur.] Quod ex leui causa fieri potest. C. de liber. & eorum li. l. [illegible] arg. 15. q. 7. c. 1. dum tamen lege sit comprehensa.

QVOD AVTEM. Hæc est 5. pars dist. in qua probat per quattuor auctoritates, ꝙ semper per ueram pœnitentiam dimittuntur peccata [illegible] de Fini.

CASVS. Positis auctoritatibus inductis, quas inducunt

l ¶ Vocabulum.] Generaliter dicit lex, ꝙ qui possessionem ui ereptam in ipso congressu recipit in pristinam causam uidetur potius reuerti, quàm ui possidere. ff. de ui & ui arm. qui possessionem, arg. sup. d. [illegible] §. hæc ita que, e firmum.

Vim faciens non semper ui possidet.

m ¶ Septuagies septies.] Id est, quandocunque, finitum pro infinito ponitur, inf. ea. adhuc, uersu [illegible] orum, 16. q. 2. [illegible] haber enim.

n ¶ Cui plus.] Hæc fuit responsio Petri, cum Dominus

minus eum interrogauit de fęneratore, qui debitoribus debita inæqualia dimiserat.

Deus qualiter abstulit peccatũ Dauid.

TOtam pœnitentiam.] CASVS. Probat in hoc cap. ꝙ quotiescumque quis reuertitur ad Deum pro peccatis suis, toties parcit ei Deus: quod probatur exemplo Dauid, & per multas auctoritates eiusdem.

a ¶ Abstulit.] Quoad culpam, non quo ad pęnã, inf. ead. illud, & supra dist. 1. sicut primi. vel quo ad pęnam æternam, nõ quo ad temporalẽ, infra distin. 4. capit. intermittentes, §. filijs H.

b ¶ Conuersus.] Supra dist. 1. §. ecõtra.

c ¶ Magna indigebat misericordia.] Idest, magno effectu misericordiæ: nam misericordia Dei æque magna est semper.

d ¶ Rex.] De facto, arg. d. 83. nemo, extra qui fil. sint leg. ꝑ venerabilem.

e ¶ Alium non timebat.] Hic habes vnã expositionem huius auctoritatis: aliã habes sup. dist. 1. & venit. Vel dic ꝙ alium non timebat, qui. s. iuste posset eum punire: cum ipse solus sine peccato sit, sup. q. 7. iudicet.

f ¶ Iustificeris.] Quia cõtinuo pęnituit, lu. ca. dist. 1. & venit.

g ¶ Conclusit.] Idest concludi permisit.

h ¶ Omnia.] Iudæos & Gentiles.

i ¶ Vt omnib.] Quo ad sufficientiam, nõ quo ad efficaciam, sup. ead. distin. 2. citius.

K ¶ Putruerunt.] Cũ peccato iterum consentitur, dum ad actum ducitur.

l ¶ Cicatrices.] i. plagæ peccatorum per baptismum, prout exponitur inf. distinct. 4. ca. vl. Vel per aliud remedium satanæ.

De cuius pœnitentia in eodem libro Hieronymus ait.

In ead. epist. ad Rusticum.

C. XXIV.

TOtam pęnitentiã peccatoris ostendit psalmus quinquagesimus, quãdo ingressus est Dauid ad Betsabee vxorem Vriæ Ethei, & à Nathan prophetante correptus, respondit dicẽs, [Peccaui] statimque meruit audire, & Dominus abs te abstulit [a] peccatum. Adulterio enim iunxerat homicidium; & tamen conuersus [b] ad lachrymas: (Miserere, ait, mei Deus secundũ magnam misericordiam tuam & secundum multitudinẽ miserationum tuarum dele iniquitatem meam.) Magnum enim peccatũ magna indigebat misericordia [c]. Vnde iungit, & dicit: (Multum laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me: quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & delictum meũ contra me est semper. Tibi soli peccaui.) Rex [d] enim erat †, aliam non timebat † [e]. (Et malum coram te feci, vt iustificeris [f] in sermonibus tuis, & vincas, cum iudicaris.) Conclusit [g] enim Deus omnia [h] sub peccato: vt omnibus [i] misereatur. Tantumque profecit, vt dudum peccator & pœnitens transierit in magistrum, & dicat. (Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.) Cõfessio. n. & pulchritudo coram eo, vt qui sua confessus fuerit peccata, & dixerit, (putruerunt [k] & corruptę sunt cicatrices [l] meæ à facie insipientiæ meæ,) fęditatem vulnerum in sanitatis decorem commutet.

2. Reg. 12.

Psal. 50.

† al. eram.
† timebam.] orig.
Rom. 11.
Ps. 57.

Item Ambrosius in apologia [m] Dauid. c. 2.

C. XXV.

ILle rex tantus, [n] ac potens, ne exiguo [o] quidem momẽto manere pęnes se delicti passus est conscientiam [p], sed præ matura confessione; atque immenso dolore reddidit peccatum sum Domino. *& infra.* ¶ Denique Dominum dolor intimi mouit affectus, vt Nathã diceret; (Quoniam pęnituit te, Dominus transtulit peccatum tuum.) Maturitas itaque venię profundam regis fuisse pœnitentiam declarauit, quæ tanti erroris offensam transduxe-

2. Reg. 12.

x Et dr̃ ab apo, ꝙ est re & logos, qđ est sermo, quasi sermonis relatio, vel rñsio. Ar.

m ¶ In apologia Dauid.] Liber excusatorius de Dauid. 1.

ILle rex.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima multis modis excusatur peccatũ Dauid, primo quia diu noluit in peccato manere. Secũdo quia grauiter in corde doluit. Vnde statim fuit ei dimissum peccatum. Tertiò quia si sancti qñq; peccant, credendũ est eis hoc contingere potius fragilitate naturæ, quã libidine peccãdi: & iõ fortius resurgunt, vt non videantur cecidisse. In secunda parte dicit, ꝙ peccatum qñque donatur, qñque deletur, qñque tegitur, & de quolibet exemplum supponit. In tertia parte ponit differentiam inter iniquitatem & peccatum. peccatum enim est opus: iniquitas qualitas mentis. vnde qui vult cauere à peccato, extirpet radicem ipsam peccati: scilicet iniquitatem. Secunda pars incipit ibi, [Peccatum autem.] Tertia ibi, [Peccatum est.]

n ¶ Ille rex tantus.] CASVS. In hoc cap. excusatur multis modis peccatum Dauid, adulterij, s. & homicidij. Primo qui diu noluit manere in peccato. Secundo quia grauiter in corde doluit: quod inde patet: quia statim fuit ei dimissum peccatum. Tertio quia si quãdoq; sancti peccant: credendum est hoc eis contingere potius fragilitate naturæ, quam peccandi lib dine: vnde fortius resurgunt, adeo vt non videatur cecidisse. In secũda parte ponit differentiam inter peccatum & iniquitatẽ, peccatũ. n. est opus iniquitatis: iniquitas est qualitas 2 mẽtis; vnde qui vult cauere a peccato, extirpet radicem ipsius peccati. s. iniquitatem.

Dauid peccatum tripliciter excusatur.

2 al. vitium.

o ¶ Ne exiguo.] Postquam redargutus est à Nathan.

p ¶ Conscientiam.] Arg. ꝙ non dr̃ quis morderi peccati conscientia, ex quo iam de eo pęnituit: vnde subite secure potuit sacramentum, 8. q. 3. Artaldus. licet arg. contra

Conscientia dupliciter sumitur.

contra fit sup.25.dist.primum. Sed no. quod conscientia dupliciter accipit, quãdoque.n. dicitur morsus conscientia delicti vt ibi; quandoque dicitur morsus peccati, vt hic, & secundum quod dicit Horatius.

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

k ¶ Conditionis.] Humanæ.

l ¶ Virtutis.] Inf.ea.inter hæc hircum.

m ¶ Donatur.] Donari dicitur quod nullo iure cogente cõceditur.arg.sup.dist.2.nullus eorum, ff.de reg.iur. donari. Vnde cum primam gratiam possit nemo mereri, patet quòd gratis fit remissio peccatorum.

Gratiam primam nemo mereri põt. Peccatũ qñ dr̃ donari.

n ¶ Donatur.] Donatur peccatũ qñ ita remittitũ vt pro eo nulla pœna exigatur, vt ĩ baptismo deletur, cum interior macula abstergitur, & ad pęnã æternam minime reseruatur.

o ¶ Deletur.] Supra di.1.c.ijs potestatis.

o ¶ Deletur.] Si quidem in baptismo delet̃ originale ne obsit: * nõ vt nõ sit, j. de conse.di.4.c.2.& alluditur hic naturę sanguinis. Humidũ enim naturá habet abluendi: sicut Ioannes ĩ Apocalypsi ait de martyribus: Lauarunt (inquit) stolas suas ĩ sãguine agni. Et Apostolus: Deletũ ẽ chyrographũ p̱ mortẽ Christi, quo diabolo tenebamur obnoxij.76.di. scire debet, versi.item in apologia Dauid deleta scriptura, charta remanet; similiter deleta culpa originali in baptismo remanet ipsa iniquitas, idest, formes peccati ad pœnam tantum, non ad culpam.

Vide notata sup. 15.q.1. si concupiscentia.

p ¶ Per sanguinẽ.] Id est, p̱ passionẽ, id est, per fidẽ, quã qs habet de passione.

a ¶ Transduxerit.[a] *& infra.*] Sancti, qui[b] cõsummare pium certamen gestiunt, & currere cursum salutis, sicubi forte vt homines corruũt,[c] † naturæ magis fragilitate, quam peccandi libidine, acriores ad curendum resurgunt, pudoris stimulo maiora reparantes certamina, vt non solum nullum attulisse existimetur lapsus impedimentum, sed etiam velocitatis incentiua cumulasse.[d] Ergo si currentium[e] non soluitur[f] cursus, cum aliqui forte ceciderint non luctantium[g] contentio: sed inoffensa manent certamina: quin & plerique post vnum, aut alterum lapsum gratia maiore[g] vicerunt, quanto magis agonem pietatis ingressi non debent vnius prolapsionis offensione censeri;[i] cum beatus sit, qui se potuerit reparare post lapsum? *& infra c.4.* ¶ Quòd peccauit, conditionis[k] est: quod supplicauit, correptionis: lapsus communis, sed specialis confessio. Culpam itaque incidisse, naturæ est; delesse, † virtutis.[l] *& infra. c.13.* ¶ Peccatum aut donatur,[m] aut deletur, aut tegitur. Donatur[n] per gratiam; deletur[o] per sanguinem[p] crucis: tegitur[q] per charitatem: similiter, & iniquitas;[r] quæ æstimatur habitudo mentis iniustæ; licet Ioannes in epistola eum, qui fecerit peccatum, & iniquitatem[s] fecisse dixerit; sicut habemus scriptum; (Omnis; qui facit peccatum: & iniquitatem facit;) peccatum est iniquitas;[t] quia in peccato ipso iniquitas est. Tamen, vt nobis videtur, peccatũ est opus iniquitatis, iniquitas autẽ operatrix[u] culpæ, aut delicti. Prius est ergo, vt ipsa iniquitas deleatur, excidatur radix, & seminarium peccatorum; malá tollatur radix, ne malos fructus ferat: aboleatur erroris omnis affectus, vniuersa iniquitatum genera tollantur. Itaque quemadmodum intrans in animam sapientis disciplina imprudentiam tollit, & scientia ignorãtiam; sic perfecta

† al. corruerint.

† al. diluisse.

1. Io. 5.

a ¶ Transduxerit.] Id est, deleuerit quo ad pœnam æternam: aliàs, temporaliter punitus fuit, sup.ea.dist.1.sicut primi.

Pœnitentia est vtilis, licet sequatur offensa.

b ¶ Sancti, qui.] Per hoc intendit probare, q̃ vtilis est pœnitentia, licet sequatur offensa. quædam.s. humana similitudine currendum in brauio vel agone. Nam licet in cursu labãtur, si viriliter postea insistant, lapsus præteritus nullatenus ei imputatur, sic & spiritualis agonista, dum currit ad brauium vocationis æternæ, licet aliquando labatur in via, si post resurgit, lapsus non obest ei: quin etiam stimulo incitatus pudoris, ad consummationem cursus amplius inardescit, 50.dist. fidelior.

c ¶ Corruunt.] Supra 20.q.4. proclmius, inf.eod. inter hæc hircum, in auth. de mona. §. hinc. collat. 1.

d ¶ Cumulasse.] Id est, incentiuum ad bene operandũ augmentasse.

e ¶ Currentium.] Id est, bene operantium. Vel intelligitur ad litteram.

f ¶ Non soluitur.] Sup.ead.dist.3.§.alij ecõtrario, &c. & venit.

g ¶ Luctantium.] Vt fiat contentio, si illi postea obtinuerunt.

h ¶ Gratia maiore.] Supra dist.50.fidelior.

i ¶ Censeri.] Id est, damnari.

q ¶ Tegitur.] Per charitatem, id est, per bona opera. Sicut.n. vnum corpus tegitur per oppositionem alterius, sic peccatum tegitur per bona opera contraria, vt inf.ea. illud.ver. atq; operuit peccata, & texit operibus bonis. Vel referas hoc ad diuersa peccata vt peccatum quod est tantum in voluntate, dicatur donari, originale autem deleri, actuale tegi. Vnde Psal. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, &c.

Peccata qdã̃ teguntur.

ADDITIO. Licet enim peccatum sit donatum & deletum, non tamen videtur esse tectum, immo nudum, & apertum quousque congrua sit satisfactio facta, sic ergo Deus donat peccatum per cordis cõtritionem, & homo delet interius per cordis contritionem, & tegit exterius per confessionem, & per satisfactionem. Pet.

r ¶ Iniquitas.] Supple, aut donatur, aut deletur, aut tegitur.

s ¶ Iniquitatem.] Sic omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit: quia peccatum, & iniquitas, &c.

t ¶ Iniquitas.] .i. ex iniquitate procedit peccatum.

u ¶ Operatrix culpæ.] Sicut charitas bonorum meritorum, vt sup.ea.dist.2. charitas.

u ¶ Operatrix culpæ.] Innuitur ex hac seriæ, q̃ iniquitas nõ est peccatũ, & vice versa: quod aliquibus videtur absurdum, sed non est si vocabuli acceptio multiplicitur atten-

virtus iniquitatem, & remissio peccatorum delet [a] omne peccatum.

α ¶Peccatū est, *In originali vulgato legitur.* omne peccatum est iniquitas: iniquitas aūt operatrix culpæ aut delicti. Plus est ergo; &c. *sed melior visa est Gratiani lectio.*

Idem in eodem libro, c.7.

C. XXVI.

Sent.4.dist.14.

ILlud vero [b] quàm mirabile est, quod Angelo ferienti plebem se obtulit Dauid dicens [Grex iste [c] quid feci, fiat manus tua in me, & in domum patris mei,] Quo facto statim dignus sacrificio iudicatus est, qui absolutione existimabatur indignus. Nec mirū si tali sua oblatione pro populo peccati sui adeptus est veniam, cū Moyses [d] offerendo se domino pro plebi errore, etiam plebis peccata deleuerit? Texit igitur peccata sua, an non? Sed quis hoc neget, cum hic ipse docuerit propheta, quòd remittantur iniquitates, tegantur peccata, non imputentur à Domino? Peccatum remissum sibi esse docuit: sicut scriptum est: [Delictum meum cognosco, & iniustitiam meā non operui. Dixi pronunciabo aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem cordis mei] dixit [pronunciabo & veniam meruit [e], antequam pronunciaret: quanto [f] magis, vbi de se pronunciauit, dicēs] [iniquitatem meam ego agnosco] remissum est ei omne peccatum? licet specialiter de hoc [g] & Nathan propheta respondit, [& Dominus transtulit peccatum tuum.] Ergo remissionem meruit iniquitatis, & texit charitate, atque operuit peccata sua, & texit operibus bonis: nec imputandum est ei peccatum, quia non fuit in eo dolus malitiæ, sed lapsus erroris: deinde † quia non fuit improbitatis æstus, sed vmbra [h] mysterii: & tamen confessus est delictum suum, agnouit iniquitatem, vidit lauacrum, & vidit & credidit: dilexit multum, vt nimia charitate tegere quemuis posset errorem.

† Quam vero illud etiam mirabile. 1. Paralip. 21.

Exo. 32.

Psal. 18.

Psal. 50.

2. Reg. 12.

† al. denique. nō fuit.

6 *Ecce cuius pœnitentia hic commendatur, cui etiam venia per prophetam data mōstratur, quam grauiter postea deliquerit [i], populi multitudo [k] prostrata ostēdit. Achab quoque (vt Hieronymus contra Iouinianum scribit) rex impijssimus, vt sententiam Dei subterfugeret, & euer-* Libro 2.

---

attendatur. Dicitur enim peccatum large & stricte. Quidquid vtique à Deo non est, large peccati appellatione cōtinetur, vt peccatū originale & vitium animæ, quod dicitur habitudo mentis iniustæ. Si enim Deus omnipotens dicitur, quia omnia potest & facit præter peccata, recte quidquid ab eo nō est, peccatū dici potest: cum etiam posse peccare, nō sit aliqd posse, vt sup. ea. distin. 2. charitas, Stricte vero & proprie dicitur peccatū peccātis actio: & ita hic accipitur, scd̄um illud Aug. peccatum est dictū vel factum vel concupitum, qd̄ fit contra legē Dei. & secundū hoc iniquitas non est peccatum. Si enim iniquitas est habitudo mē tis iniustę, & habitudo ē qualitas, & nulla qualitas est actio: ergo nec peccatū, vñ de & hic Ambr. ait: Peccatū est opus iniquitatis, quia ex iniquitate vt ex causa pcedit: sicut ecōtrario bona merita ex charitate prouenire dicuntur, vt sup ea. distin. 2. Charitas. vt mihi videtur H.

Peccatum dicitur large & stricte.

a ¶ Delet.] Sup. 11. q. 3. exstimāt. s. 32. q. 1. cū renunciatur.

ILlud vero.] CASVS. Adhuc Amb. Præsistens in excusatione Dauid, commēdat eum, ꝙ obtulit se morti ꝓ plebe: vñ & veniā adeptus est. Aliud exēplum Moysi, q ꝓ simili facto veniā īpetrauit. & quod ꝓ tali oblatione Dauid sit adeptus veniam sui peccati, scilicet adulterij & homicidij, probat quibusdam auctoritatibus: & quia non fecit hoc dolo, sed errore; & non libidine peccandi, sed causa mysterij occulti. Et habetur hæc historia, sup. 1. q. 4. c. ecclesia, §. item peccato ecclesiæ.

b ¶ Illud vero.] CASVS. Adhuc persistit Ambr. in excusatione Dauid, & commendat eum, quia morti se obtulit pro plebe, & veniam adeptus est: sicut & Moyses impetrauerat veniam pro populo, præterea Dauid peccatum suum non excusauit, sed humiliter confessus est. præterea non fecit hoc dolo, sed errore, non peccandi libidine, sed causa myster.j.

Dauid pro plebe morti se obtulit.

c ¶ Grex iste.] Supra 1. quæstio. 4. capit. ecclesia, §. item Dauid.

d ¶ Moyses.] Supra dist. 45. disciplina.

e ¶ Meruit.] Id est, obtinuit.

f ¶ Quando.] Arg. votum de pręsenti magis obligare quam votum de futuro, arg. cōtra extra qui cler. vel vo. rursus, vbi dicitur, quod simplex votum non minus obligat quàm solenne.

Votū de præsēti plus obligat q̄ votū de futuro.

g ¶ De hoc. Id est, peccato homicidij & adulterij.

h ¶ Sed vmbra.] Sup. 31. quæst. 1. c. si qua, §. sed obijcitur.

ECCE. Hæc est 6. pars dist. in qua intendit probare ꝙ etiam boni & sancti quandoque cadunt & resurgūt. Et hoc probat per 4. c. Io. de Fant.

CASVS. Infert Gra. ex supradictis, qd̄ ille cuius pęnitentia commendatur, & cui per prophetam ostenditur venia data: postea grauiter deliquit in populi numeratione. & iterum postea pęnituit. Achab quoque rex impijssimus per pœnitentiam à Domino veniam impetrauit.

i ¶ Deliquerit.] In populi numeratione.

k ¶ Multitudo.] Prima q. 4. cap. ecclesia, §. item Dauid.

Achab

Achab rex.] CASVS. Cum Achab & Iezabel ab Helia Grauiter redarguerentur de morte Nabuthæ,& eis grauiter cominatus fuisset propheta : ad vocem eius Achab pœnitentiam egit , & veniam à Domino impetrauit. Iezabel vero quia noluit pœnitere,præsenti fuit

sio domus eius differetur in posteros, ieiunio impetrauit, & sacco.

Epi.ad Rusticum.

De quo ad eundem Rusticum scribit idem Hieronymus dicens.

C. XXVII.

Achab [a] rex impijssimus vineam Nabuthæ cruore possedit,& cum Iezabel non tam cōiugio sibi, quã crudelitate cōiuncta,Heliæ increpatione corripitur:hæc dicit Dominus:(Occidisti,& possedisti.)& iterũ : In loco,[b] in quo linxerunt canes sanguinẽ Nabuthæ, ibi lingent sanguinem tuum. Et Iezabel canes comedent ante muros Iezrael.[c] Quod cum audisset Achab, scidit vestimenta sua, & posuit saccum super carnem suam; ieiunauitque,& dormiuit in cilicio.Factusque est sermo Domini ad Heliam dicens : (quoniam reueritus est Achab faciem meam,non inducam malum in diebus eius:)Vnũ [d] scelus Achab, & Iezabel:[e] tamen conuerso † ad pœnitẽtiam Achab , pœna differtur in posteros: Iezabel in scelere perseuerans præsenti iudicio condemnatur.[f]

3.Reg.21.

† conuersus.]orig. al. conuersus.] manusc.

Item Ioannes Chrisostomus de repartione lapsi,(epis. 5.ad Theodorum lapsum.)

C. XXVIII.

Talis,mihi crede, talis est erga homines pietas Dei : nunquam spernit [g] pœnitentiam,si ei sincere,& simpliciter offeratur.Etiam si ad summũ quis perueniat malorum,[h] & inde tamen velit reuerti ad virtutis viam; suscipit,[i] & libenter amplectitur,facit omnia,quatenus ad priorem reuocet statum, & quod est adhuc præstantius, & eminentius , etiã si non potuerit quis explere omnẽ satisfaciendi ordinem,quantulamcunque tamen, & quẽlibet breui tempore gestam non respuit pœnitentiam;[k] suscipit etiam ipsam,nec patitur [l] quamuis exiguæ conuersionis perdere mercedem. Hoc enim mihi indicat Esaias,vbi de populo Iudæorum talia quædam dicit;[Propter peccatum modice cõturbaui eum , & percussi eum, & auerti faciem meam ab eo, contristatus est , & ambulauit tristis; & sanaui [m] eum, & consolatus [n] sum eum.] Euidentius autem nobis testimonium dabit etiam rex ille impius,qui cupiditatis suæ quidem prędam vxoris nequitia quęsiuit,sed perturbatus ipsius sceleris immanitate pœnituit,& cilicio circumdatus; facinus suum fleuit, atque ita erga se Domini misericordiam prouocauit , vt à cũctis [o] eum absolueret peccatis. Sic enim ait Deus ad

Sent.4.dist.14.

Esa.17.apud LXX.

Iezabel præcipitata fuit de turri.

Summe malus aut summe bonus qs esse non potest.

rum in eodem loco singulariter.
c ¶ Iezrael.]Ciuitas est.
d ¶ Vnum.]Id est,simile.
e ¶ Iezabel.] Et ita medicamentum fuit vni ad interitum,&c.vt 23.q.4.Nubuchodonosor.
f ¶Condẽnatur.]Cũ Iehu præcipit Eunuchis,ꝙ eã præcipitarent de turri:quia dixerat ei , Nũqd pax erit Zambri, qui interfecit Dñm suum? id est , filium meum Zaran.

Talis mihi.] CASVS. Dicitur in hoc c.ꝙ tãta est pietas Dei , ꝙ quẽlibet peccatorem ẽt sceleratissimum ad pœnitẽtiam recipit, & ad statum pristinum reuocat, & mercedem tribuit cõuersionis , quamuis exigue . Et hoc probat auctoritate Esaiæ, & exẽplo Achab . Seq. ca.sicut Achab , patet , & de eo habuisti supra, in c.Achab.
g ¶Spernit.]26.q.6. agnouimus.
h ¶Perueniat malorum. Potest ergo aliquis esse summe malus, sed non repẽte , vt su.d.2.c.si sermo. §.econtrario.Sed certe summe bonus nõ potest quis esse, nec summe malus intentione malitiæ vel bonitatis,q̃n alius possit eẽ melior uel deterior.Nam dicit auctoritas,Superbia eorum qui te oderunt, ascendit sp. sed vniuersitate malorum põt quis esse malus, ut referas hoc ad septem uitia principalia.nã illa septẽ benepõt quis cõmittere , uel dic illũ puenisse ad summum malorũ , cuius desperabilis est correctio , ita est desperatus,q putat plus Deum offendisse, q̃ sibi possit remittere , sicut Cain 90.dist. neque.
i ¶ Suscipit.] Deus eum.
K ¶Pœnitentiam.]i. satisfactionem.
l ¶ Nec patitur.]Diligit enim Deus bonum,quod in peccante plantauit inf.ca.prim.
m ¶ Sanaui.]Per pœnitentiam.
n ¶ Et consolatus.]Polysyntheton,i.pluralitas coniunctionum.
o ¶ A cunctis.] Sed quomodo absoluit eũ ab omnibus pecca-

fuit condemnata iudicio.Et cõsueuit notari historia supra 50.dist.c.si post,§.econtra. Quod dicit ibi, [& cum Iezabel:]Cum,propositio est.
a ¶ Achab.] Supra 23.q.8.conuenior.
b ¶ In loco.] Idest,in eadem regione,non enim est ve-

peccatis, cum eius pœnitentia vera non esset? non. n. pęnitebat nisi vt euitaret mala temporalia, vt dicit c. seq. Sed dic ꝙ absoluit eum prout sequitur hic, non inducam mala in diebus eius vnde expone peccatis, idest pœnis. Vel absoluit eum ab omnibus peccatis: scilicet ab illo procedentib. quia cum per falsos testes eum fecerit condēnari, piuria sũt inde secuta. arg. extra de test. sicut. Et nota ꝙ ē triplex peccatorũ venia. Prima cōsistit in pęnę dilatione, sicut hic. Secũda ī culpæ abolitione, q̄ fit p pn̄iam. Tertia in culpę & pęnæ dimissione: ꝙ fit p baptismũ, de cons. dis. 4. si ue. de prima hic, de scđa dis. 2. si quis. B.

Peccatorum venia est triplex.

a ¶ Mala.] Comminata. Alia enim bene induxit. in diebus eius.

b SIcut Achab.] ¶ Mei cã.] Timoris. Et ita videt̃ ꝙ solo amore siue timore quis possit veniam consequi, secũdũ ꝙ sonare vr̃ illa auctoritas: Seruite Dñō in timore, &c. Sed contra, nonne talis ē malus, ergo nihil boni meret. arg. ſ. 50. di. vt constitueretur, vbi dr̃, quod q animo recuperandi honorē supbe agit, pœnitentiam, &c. Item vera nō est pęnitentia, quæ nō fit ex fide per dilectionē operante, vt sup. ead. si Apostolus, iam respōsum est ad hoc in glo. sed quomodo.

Pœnitentia vera q̄ est.

NINIVITÆ. CASVS. Probat Gre. ꝙ postquam aliquis egerit veram pęnitētiā, potest postea criminaliter peccare, ꝙ pbat exemplo Niniuitarum, q ad pdicationē Ionę pn̄iā egerāt, & tñ postea criminaliter peccauerunt. Idē etiam dicit Achab & Iezabel.

c ¶ Sed qualiter.] Ostēso qualiter Achab & Niniuitæ verā egerũt pn̄iam, ostēdit qualiter postea peccauerũt mortaliter.

e ¶ Subuersam.] A Medis.

NAum prophetam.] CASVS. Idem fere dicitur hic quod dictum est in §. Niniuitæ. Casum formabis, quia facilis est, & est prologus Hier. super Naum. Itē in principio Naum. verba sunt. Gratia. sequens §. item quod

Heliam; (Vidisti, quomodo compunctus est Achab à facie mea? quia fleuit in conspectu meo, non inducam mala [a] in diebus eius.) 3. Reg. 21.

¶ Versio hæc, licet nonnihil discrepet ab ea, quæ inter latina Ioannis Chrysostomi opera circumfertur; non tamē longe discedit à verbis græcis. extat enim hoc opusculum manuscriptum in bibliotheca Vaticana.

Item Gregorius in homilia decima super Ezechielem in extremo.

C. XXIX.

SIcut † Achab rex iniquus à propheta reprehensus, cũ contra se diuinam sententiam audisset, pertimuit, & magno mœrore deprehensus est, ita vt prophetæ suo Dominus diceret. (Nonne vidisti Achab humiliatum corā me? Quia igitur mei causa [b] humiliatus est, non inducam malum in diebus eius.) In quib. Domini verbis pensandum est, quomodo ei in electis suis mæror amaritudinis placeat, qui amittere timent Deū; si sic ei & reprobi pœnitentia placuit, qui timebat perdere præsens sæculum, aut quomodo ei grata sit spontanea afflictio pro culpis in eis, qui placent, si hęc ad tempus placuit, & in eis, qui displicebant.

† Sic. orig. & exēp.

3. Reg. 21.

Niniuitæ quoq;, quos Dominus in Euangelio commendat, pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ex misericordia Domini indulgentiam consecuti subuersionis interitum subterfugere meruerunt. Sed qualiter [c] post acceptam veniam Achab vixerit, textus libri Regum declarat: de quo etiam scribit Ambrosius, quod Iezabel vxor eius, cuius inflammabatur arbitrio, cor eius conuertit, & nimiis sacrilegiis execrabilem fecit, & hunc pœnitentiæ eius reuocauit affectum.

Ionæ. 3.

Libro de Nabuthe Iezraelita c. vlt.

De Niniuitis autem in procemio Ionæ scribit Hieronymus.

C. XXX.

SIcut ait Herodotus, [d] Niniue a rege Medorum subuersa est, regante apud Hebræos Iosia. Vnde patet illam prædicante Iona ex pœnitentia meruisse veniam, sed quia postea ad vomitum redijt, ex ira Dei subuersam [e] fuisse.

Sensus non verba.

Item in prologo Naum.

C. XXXI.

NAum [f] prophetam ante aduentum regis [g] Assyriorum, [h] qui populum Israel captiuum in suam regionem transtulerat, fuisse, Hebræorum traditio [i] cōfirmat. Si quidem in fine huius lectionis, prędicti regis aduentũ idem propheta annuntiare monstratur. Sed cũ habitatores Niniuæ, Iona interitũ ciuitatis prædicante, ne diuina

Inter opera B. Hieronymi.

SIcut ait.] CASVS. Probat Hier. in hoc c. ꝙ Niniuitę p pęnitentiam veniam meruerunt: sed quia postea peccauerunt, vt Herodotus historiographus narrat, ciuitas eorum postea est subuersa.

d ¶ Herodotus.] Historiographus quidam.

quod, patet.

f ¶ Naum.] Verba Hieronymi.

g ¶ Regis.] Scilicet Salmanasar.

h ¶ Assyriorum.] Assyriorum metropolis erat Niniuę.

i ¶ Traditio.] Sic construe, traditio Hebræorum confirmat

firmat Naum fuisse prophetam ante, &c.
ADDITIO. Sub. & hoc ideo dicit: quia licet Niniuitæ egissent pœnitentiam de peccato propter quod Naum annunciauit eis subuersionem: tamen postmodum peccauerunt, propter quod captiuati sunt à Medis. Pe.

niam pro peccato, vnde si quis egit pœnitentiam. & illam voluerit iterare, inutilis erit, & errorem suum confirmabant duabus rationib. Prima, quia si Deus toties quoties homo peccat, peccata dimitteret: videretur peccata diligere. Secunda, quia non legitur in Euangelio ꝙ Christus bis illuminauit aliquē cęcum, vel bis suscitauerit aliquē mortuum. Ex quo colligūt, quòd Deus bis eidē homini eadem peccata nō dimittit. Istum ergo errorē hic reprobat: ostendens ꝙ quoties homo pęnitet, toties Dn̄s peccata dimittit. & ꝙ primo loco inducūt hr̄tici, dicit nō valere: in eo nāq; ꝙ Deus est paratus peccata destruere, apparet eū odire. & nō diligere peccata. Itē licet Chr̄us nō bis illuminauerit aliquē, vel bis nō suscitauerit: tamē quandoque quē vno tēpore mūdauit leprosum, alio tp̄e illuminauit cęcū, ex quo sequitur, ꝙ eidē homini bis peccata dimittit, si enim Chr̄s, q se dicit medicū, sæpius nō curaret ægrotū. minor esset medico tēporali, q sæpius nouit ęgrotū curare. Supponit ergo exēpla & auctoritates, & introducit rōnes, p quas ꝓbat, ꝙ Chr̄s eidē sæpius peccata dimittit.

a ¶ Ira denunciatum interitum sustinerent, peccatorum, & impietatis pœnitentiam egissent; accepta Dei misericordia, grauioribus se criminibus implicuerunt. Qua de causa memoratus propheta spiritu sancto plenus iudicium[a] Dei annuncians, ita est locutus[b], (Deus zelans[c], & vlciscens[d] Dominus est.

Num. 1.

In lib. de vera & falsa pęnitentia, cap. 1.

7 *Item, quòd frequenter venia pœnitenti præstetur, testatur Augustinus in libro de pœnitentia, scribens contra quosdam hæreticos, qui peccantibus post baptismum semel tantum dicebant vtilem esse pœnitentiam.*

C. XXXII.

Sent. 4. dist. 14.

† *vt si.*] orig.

Adhuc instant perfidi[e], qui sapiunt[f] plus, quā oporteat[g], non sobrij, sed excedentes mensuram. Dicunt enim, etsi † semel peccantibus post baptismum valeat pęnitentia[h]; non tamen sępe[i] peccantibus proderit iterata: alioqui remissio, ad peccatum esset incitatio. Dicunt .n. quis non semper peccaret, si redire semper posset? Dn̄t enim Dominum incitatorem mali, si semper pęnitētibus subueniret, & etiā ei placare peccata, quibus semper præsto est gratia[k]. Errant autem: immo constat ei multū peccata displicere, qui semper præsto est ea destruere. Si .n. ea amaret; non ita semper destrueret, sed conseruaret, atque vt sua munera, foueret. Semper destruit peccata, quæ inuenit, ne soluatur[l] quod creauit, ne corrumpatur quod amauit. Summunt occasionem hypocritæ isti ex factis Domini. Quem enim cęcum bis illuminauit? quē leprosum bis mundauit? quem mortuum bis suscitauit? non Lazarum, quem † dilexit, non filium viduæ quem misertus matri reddidit, non filium dissipatorem legitur bis suscepisse, non filiam Abrahæ bis à dæmonio liberasse. In nulla persona iterauit factum, docens, vt aiunt, non sæpe à Domino fieri remedium. Dixit mulieri: (Vade, & amplius noli peccare, ne deterius aliquid contingat.) promittens pœnam, non amplius veniam.

Io. 11.
† *quem prius dilexit.*] orig.
Luc. 7. & 15.
Matth. 15.

Io. 8.
† *Qui*] orig.

¶ Quod † aūt multos[m] cęcos & diuerso tempore illuminauerit, & multos debiles cōfortauerit, ostendit in diuersis illis eadem sępe peccata[n] dimitti, vt quem prius

e ¶ Perfidi.] Heretici.
f ¶ Sapiunt.] Id est, inquirunt.
g ¶ Oporteat.] Ille dicitur plus sapere q̄ oportet sapere, q diuinum consilium nimis alte ꝑquirit, &c. vt extra de hęr. cum ex iniūctò, & 43. di. sit rector.
h ¶ Pęnitentia. sup. di. 23. qui episcopus.
i ¶ Sępe.] sup. ea. d. 3. §. sed verba; c. sane.

a ¶ Iudicium.] Scilicet quod captiuarentur à Medis.
b ¶ Locutus.] Scilicet Naum: qui de Niniue prophetauit: sicut & Ionas.
c ¶ Zelās.] Idest, exactor castitatis, quæ si violatur immittit pœnam vt sic. reuocetur ad castitatem. vnde sequitur, vlciscens, &c.
d ¶ Vlciscens.] Vxor prophetæ Domini laudantis, quod de Assyrijs vltus est iniuriarum populi sui: qui captiuati sunt a Medis.
ITEM QVOD FREQVENTER. Hæc est 7. pars dist. in qua probat, quod non tantum sæpe, sed frequenter peccans & pœnitens habet veniam. Ioann. de Fant.

Adhuc instant.] CASVS. Dicebant quidam hæretici, quod Deus post baptismum tantum, semel dat ve-

& sup. 23. q. 4. est iniusta.
K ¶ Gratia.] Idest, per gratiam.
l ¶ Soluatur.] Per mortale peccatum. Ex hoc collige mala non esse creata: iuxta illud, Deus creauit omnia præter peccata, vt dixi sup. ea. ille rex tantus.
m ¶ Quod autem multos.] Licet progressus Aug. non videatur efficax: potest tamen lege confirmari: nam dicit lex, quòd id quod in duob. personis recipitur, hoc etiā in eadem persona recipiendum est, ff. si cer. pe. l. singularia. argum. 8. quęst. 1. in scripturis, quia ibi ex persona Esaiæ, & Hieremiæ ostenditur, quod vnaquæque persona, quæ eligitur, debeat facere, hoc tamen de vna probat, quia qui prius leprosum mundauit, post cœcum illuminauit.
n ¶ Peccata.] Id est, pęnas peccatorum.

Peccata non sunt a Deo creata.

a Sa-

Anima plus similitudinis hēt cum Deo, quam corpus.

sanauit leprosum, alio tempore illuminet † cæcum. Ideo etiam tot sanauit † febricitātes, tot languidos, tot claudos, cęcos, & aridos, ne desperet de se peccator, ideo non scribitur aliquis nisi semel sanatus, vt quisque timeat mergi † peccato. Videmus adhuc quotidie in ecclesia sępe febricitātes, sæpe languidos, sępe passionibus captos, sæpe liberari; vt appareat toties opus miserantis, quoties confessio fit pęnitentis. Quomodo enim corpus, quod vilius [b] est, & ab ipso dissimilius [c] sæpe sanaret; & animam digniorem, & redemptam [d] non toties liberaret? Medicum se vocat, & non sanis, sed male habentibus opportunum [e]. Sed qualis hic medicus, qui malum iteratum nesciret curare? Medicorum enim est centies infirmum visitare, centies [f] curare. Qui ceteris minor esset, si alijs possibilia ignoraret; memor est sui, qui dicit: [Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat.] Quē enim peccatorē exclusit † [g]? Et quod omnibus promisit indulgentiam, alijs quoque promissionibus declarat: Qui me confessus fuerit coram hominibus,] id est, omnis quantumcūque, & quotiescunque peccator, cuiuscuuq; ordinis, etiam si fuerit sacerdos, [cōfitebor [h] & ego eū coram patre meo.] Nam: [qui inuocauerit nomen Domini,] id est, secundum quod nominatur Dominus, id est, qui inuocauerit eum ad se, seruiendo, non contradicendo, vt forsitā sæpe fecit [i] omnis] id est, quicunq; sit ille peccator, (saluus erit.) Omnem [k] enim animam iste promissor saturauit bonis, etiam sedētem † [l] in tenebris [m], & vmbra mortis nullā [n] excipiens animam. Hunc magistrum intellexerat discipulus ille, qui Corinthios per epistolas [o] suas voluit corrigere, & vt ipse testatur [p], ter in litteris suis eos correxit. Oportebat enim vt quoties videret eos cadere: toties iuuaret eos resurgere. Memor enim erat illius qui dixerat: (quorū remiseritis peccata, remittuntur eis.) Scimus autem & primos patres, & in omni tempore ecclesiam Dei semper [q], vsque septuagies septies, (quod est semper peccata remittere. Quam potestatem isti ab ecclesia Dei conantur auferre. Oportet enim sic ecclesiam credere, quæ confitetur se sępe peccare: Negant enim veritatem seducti æ [r], qui se absque peccato audent iactare [s]. In multis enim offendimus omnes, nec infans vnius diei absque peccato super terram esse potest [t]. Quapropter eliminandus est ab ecclesia iste error, qui vnquam pœnitentibus negat indulgētiam. Non enim inquirit, quid Apostolus senserit, qui dixit: (nihil mihi conscius sum [u],

† *illuminauit.*] ori.
† *saluauit.*] orig.
† *mergi.*] orig.
Mar. 2.
Ezech. 33.
† *al. excludit.*
Matth. 10.
Ioelis. 2.
Psal. 106.
Luc 1.
† *sedentes.*] orig.
1. Cor. 13.
Ioan. 20.
Iac. 3.
Iob. 14. ex LXX.

a ¶ Sanatus.] De eadem infirmitate, plene enim curauit de ea, de qua curauit, vt infra ead. sunt plures, sed hic primo curauit leprosum, postea cœcum factum curauit.
b ¶ Quod vilius.] Argum. sup. dist. 38. sedulo, sup. 24. q. 3. si habes.
c Dissimilius.] Nam corpus sola essentia simile est Deo: anima verò pluribus: quia essentia & rōnabilitate ar. sup. e. dist. 2. principium.
d Redemptā.] Sanguine Christi.
e Opportunum.] Id est; vtilem.
f Cēties.] Artis possibilitate: aliàs nunquid cēties ꝓ eodē salario, si cēties recidiuauerit? Vel an toties cōstituenda sūt salaria, quoties fiunt curationes. Nec. n. vnam pęnam bis indulget: immo singulas indulgentias singulæ præueniunt pęnę, vt inf. ea. q ppe. Sufficit semel infirmum curasse argu. ff. de solut. qui res. §. aream. arg. contra sup. ea. dist. 2. quærēdū. & c. quia radix. nec vtiq; liberatur, q nō plene liberat, j. ea. sūt plures. ff. de inter. ac. de ætate. §. nihil. sup. dis. 1. diuortium. contra.
g ¶ Exclusit.] Su. 19. dis. si Romanorum. arg. sup. 28. q. 1. idololatria.
h ¶ Confitebor.] Vocādo eū ad regnum: Venite bādicti, &c.
i ¶ Fecit.] Quia contradicit ante, forte Domino.
K ¶ Omnē.] Per dilectionem ei adhærentem.
l ¶ Sedētem.] Prius.
m ¶ In tenebris.] Id est, peccatis.
n ¶ Nullam.] Supra dist. 19. si Romanorū. sup. e. di. 1. §. alij c. nemo potest.
o ¶ Per epistolas.] s. per primam.
p ¶ Testatur.] In secunda epistola ad Corīthios, vbi dixit. Prædixi enim & prædico vt præsens bis, & nunc tertio absens.
q ¶ Semper.] Septenarius enim numerus vniuersitatis est.
r ¶ Seducti.] Sup. dist. 2. §. item opponitur. & c. si enim inquit. eo enim ꝙ peccatores nos esse non credimus, deterius peccamus, sup. dist. 45. licet plerumque &c. vera iustitia, sup. dist. 25. §. nunc autem, inf. de cons. distinct. 4. firmissime.
s ¶ Iactare.] Cum sit scriptum: si dixerimus, quia peccatum non habemus; nos ipsos seducimus, sup. dist. 2. si enim.
t ¶ Esse potest.] Inf. de consec. dist. 4. à paruulo. cōtra. nā ibi dicitur quod peccato non commoritur baptizatus: ergo non est in eo. Sed dic esse non potest, id est, non pōt incipere esse, arg. de consec. dist. 4. firmissime. est tamen superficiale, ar. quod hic inducit, nec infans vnius diei, &c. cum agatur hic tantum de actuali peccato.
u ¶ Nihil mihi conscius sum.] Id est, nullius mortalis peccati cōscientiam habeo: ipse. n. dicebat: ago. quod nolo. sup. distin. ea. inter hęc, 11. q. 3. senti. &c. inter. verba.

Nihil mi[...] cōscius su[...] qualiter e[...] ponatur.

con-

contra. Sol. hic dicit in persona perfectorum: ibi de imperfectis. Vel dic, non in hoc iustificatus sum: qa potest surripere veniale, i. nõ ex hoc, vt inf. ea. si quis aũt non habens, inf. distin. 7. nullus expectet. Vel dic, nihil mihi conscius sum quo ad mortale: non tamen in hoc, &c.

b ¶ Sciebat.] Et ita potest scire se aliquis habere charitatẽ. sup. 1. q. 1. teneamus. inf. dist. 4. si ex bono.

IN tantum.] CASVS. Dicitur hic ꝙ in tantum quandoque malitia hominum progreditur, vt post pœnitentiam de peccatis suis peccata similia vel grauiora committant: & tamen Deus super eos facit oriri gratiam cõpunctionis, & per pœnitẽtiã eis veniam tribuit, nõ minus quã ante. Sed secundum consuetudinem quarũdam ecclesiarum solennis pęnitentia eis nõ conceditur secũdo, & hoc probat per necessariam probationem. [Solem suũ,] id est, gratiam compunctionis.

a Du- 1. Cor. 4. sed nõ in hoc iustificatus sum.] Sciens enim & iustis peccata solere contingere, non se confirmabat absque peccato, qui se nouit indissolubili vinculo charitatis Christo coniũctum. (Rom. 8. 1. Cor. 7.) Nisi enim sciret sæpe iustos ad veniam, venire, quomodo dubitaret [a] se peccare, qui se sciebat [b] spiritum Dei habere, & intentione mundissima ei seruire? (Io. 13. † abest ab orig.) Cur enim Dominus Petri pedes lauisset, & ecclesiam hoc idem docuisset, nisi quia (quoniam † quotidiana est offensio) oportet, vt quotidiana sit remissio? Cur docuisset orantes dicere: dimitte nobis debita nostra,] nisi ipse misericors perseueraret, qui nos ab hac petitione non vult deficere?

α ¶ Seducti.] *In originali est, in se esse. & videtur indicari locus in epistola Ioannis prima, c. 1. sed ob glossam non est mutatum.*

Item Augustinus ad Macedonium, epist. 54.

C. XXXIII.

Sent. 4. dist. 14.

IN tantum hominũ iniquitas aliquando progreditur, vt etiam post actam pęnitentiam, post altaris recõcilia tionem vel similia, vel grauiora committant. Et tamen Deus facit etiam super tales oriri [c] solẽ suum; nec minus tribuit, quam antea tribuerat, largissima munera vitę, & salutis, & quãuis eis [d] in ecclesia [e] locus humillimæ [f] pęnitentiæ non concedatur, Deus tamẽ super eos patientię suę nõ obliuiscitur. Ex quorum numero si quis nobis dicat: [Aut date mihi cũdem iterum pęnitendi locum, aut desperatum me permittite, vt faciam quidquid libuerit. quantum meis opibus adiuuor, & humanis legibus non prohibeor, in scortis, omnique luxuria dãnabili quidem apud Dominum, sed apud homines plerosq; etiam laudabili: aut, si me ab hac nequitia reuocatis, dicite vtrũ mihi aliquid profit ad vitã futuram, si in ista vita illecebrosissimę voluptatis blandimenta contempsero, si libidinũ incitamenta frenauero, si ad castigandũ corpus meum multa mihi etiam licita & concessa subtraxero, si me pœnitendo vehemẽtius, quam prius, excruciauero, † si miserabilius ingemuero, si fluero vberius, si vixero melius, si pauperes sustentauero largius, si charitate, quæ operit multitudinem peccatorũ flagrauero ardentius,) quis nostrũ ita desipit, vt huic homini dicat, nihil tibi ista proderunt in posterũ: vade; saltẽ vitę huius suauitate perfruere? Auertat Deus tam immanem sacrilegij † demẽtiam. α

(† al. exercitauero. 1. Pet. 4. † al. sacrilegamque.)

¶ Locupletatum est duobus locis caput hoc ex originali.

α ¶ Dementiam.] *Apud B. Augustinum sequitur c. quãuis, sup. ead. dist.*

8 *Siue autem* [g] *quis dicat primam tãtum pœnitentiam*

c ¶ Oriri.] In splẽdore gratiæ suæ.

d ¶ Eis.] Id est, taliter peccantibus.

e ¶ Ecclesiæ.] Vbi est talis consuetudo, qđ solennis pœnitentia non iteratur. Item Lauren.

f ¶ Humillimæ. Id est, solennis pęnitentiæ, id est, tua misericordiæ, licet semel iam iniuncta & suscepta fuerit.

SIVE AVTEM. Hæc est 8 pars dist. in qua ostenditur q̃ sit vera pęnitẽtia, & quę sit falsa, & quod semper vere pœnitenti datur indulgẽtia, sed falsæ nunquã datur, & hoc probat per 7. c. Ioan. de Fan. (1. Al. suscepta & habita.)

CASVS. Adhuc G. reprobat sententiam dicẽtium post baptismum primam tantum tãtum esse vtilẽ: siue dicãt de prima, siue de vltima. Nam ipsi heretici diuersi sunt inter se, quidam. n. dicunt post baptismum tantum pęnitẽtiam primam esse vtilẽ, alij tãtum vltimam, sed vtraque opinio obuiat auctoritati, quæ sæpe pœnitẽti veniã promittit. Quæ autẽ sit vera pęnitẽtia, cui venia conceditur, & quæ sit falsa, cui negatur, probatur per sequentia cap. [Sed Adamantius,] Id est Origenes. in c. 1. & Isichyus in secundo.

a ¶ Dubitaret.] Nõ tamen dixit, dubitauit: sed ideo hoc dixit, ne daret alijs dubitandi occasionem supra, dist. 1. quamobrem.

g ¶ Siue autem.] Adhuc reprobat sententiam dicentium post baptismum primam tantum pœnitentiam esse vtilem, siue dicãt de prima, siue de vltima. Sic. n. & ipsi heretici

Pœnitentia post baptismum sæpius est vtilis.

retici diuersi sunt inter se: quidam enim illorum dicunt post baptismum nullam esse pœnitentiam vtilem, nisi primam. Alij dicunt nullam esse vtilem, nisi vltimam, quarum vtraq; obuiat auctoritati: qua sæpissime venia petenti promittitur, & inde sumpta occasione ostendit auctoritatibus Adamantij & Hesychij quæ sit vera pęnitentia, & quæ falsa.

a ¶ Adamantius.] Id est, Origenes: erat.n. et & hoc nomē, prout in ecclesiastica historia reperitur.

b ¶ Super Leuiticū.] legitur in Leuitico quod Aaron pro peccatis populi offerēs mactauit hircum: & partē domini posuit super altare, & ecce ignis egressus à domino deuorauit holocaustum, & adipes, qui erant super altare: arreptis autem Nadab, & Abiu filij Aaron thuribulis suis posuerunt ignem & incensum desuper, offerentes coram domino ignem alienum: quod eis præceptum non erat: egressusque ignis à dño deuorauit eos & mortui sunt coram dño: iussitque Moyses Misael & Elisapham filios Oziel patrui Aaron portare cadauera eorum extra castra, & congruo honore sepelire: dixitq; Moyses ad Aaron, & filios eius, vt tollerent partes suas de hostiis salutaribus, & oblatis pro peccato, quorum sanguis non erat oblatus in tabernaculum, & comederēt eas: & cū quæreret hircū oblatum pro peccatis principis, inuentus est exustus. cūque super hoc iratus Moyses increparet Aaron, & filios eius, excusabat Aaron dicens: mihi accidit quod vides, quasi ex perturbatione animi factum est hoc: locutus est autem Moyses ad Aarō & Eleazar & Ithamar filios eius, qui residui erāt; tollite sacrificium, quod remansit de oblatione domini, & comederis illud absque fermento. s. extraneæ doctrinæ, quia sanctum sanctorum est, comedetis autem in loco sancto, quod datum est tibi & filijs tuis de oblationibus domini: sicut est præceptum mihi. Item super Leuiticum die viij. erecti tabernaculi cœperunt offerre Aaron & filij eius. Moyses.n. vij. diebus continuis officiū sacerdotis cōpleuerat, & tūc cessauit. Eodem die missus est ignis celitus, qui sacrificia consumpsit: quique iugiter est obseruatus vsque ad transmigrationem Babylonis: nec dicebat aliam ignē apponere ea die cū alijs hostijs, quas acceperat à populo. Aaron obtulit et hircū, de quo hic hr mentio: q totus erat à sacerdotib. deputatus, & ab eis tm̄ in loco sācto deputatus ad comedēdū. Intulerant ergo Nadab & Abiud ignē alienū: Moyses tm̄ primis septē dieb. igne terreno vsus fuit: sed dñs pcepit ei amouere terrenū: q ea die apparebat ignis celitus missus.

1 c. 9. & 10. Aaron sacrificans hircū, & ignis egressus à domino deuorauit holocaustum.

post baptismum vtilem esse, non sequentem, siue contendat quis vltimæ tantum veniam dari, non præcedenti: semper tamen auctoritati aduersatur; quæ sæpissime veniam pœnitenti repromittit. Quæ autem sit vera pœnitentia, cui venia nunquam negatur, & quæ sit falsa, cui nunquam indulgentia promittitur, Adamantius, [a] *& Hesychus super Leuiticum* [b] *testantur.*

Glossa ordinaria in c. 10. Leuitici. Simile in catena in Leuiticum ex scriptoribus græcis, præcipue Origene.

C. XXXIII.

INter hęc hircū [c], qui oblatus fuerat, [d] exustum, [e] &c.]

Hircus pro peccato principis oblatus nō fuit à filijs Aarō comestus.

INter hæc hircum. CASVS. Tangitur hic historia, quę in Leuitico inuenitur. Legitur enim in Leuitico, Aaron occidit hircum pro peccato principis, vel populi, & de adipe & renculis holocaustum fecit domino, filij autem Aaron Nadab & Abiud acceptis thuribulis suis posuerunt ignē alienū vt adolerent incēsum: egressusque ignis à domino occidit eos. Moyses aūt præcepit corpora sepeliri & præcepit Aaron & superstitib. filijs. s. Eleazaro & Ithamar vt sumerent singulas portiones de oblato hirco, & comederēt in sancta sanctorū, quia eius sanguis non erat illatus in tabernaculū, secundum q̄ pręceptū erat, s. vt de sanguine hirci occisi tangerētur & linirētur cornua altaris, & reliquū īferrēt in vase tabernaculi. Inter hæc, hircum, qui oblatus fuerat, cum quæreret Moyses, exustū reperit & cæpit increpare Aarō: qui excusauit se, dicens: Mihi accidit quod vides, ex perturbatione animi, quod cum audisset Moyses, accepit satisfactionem. Hanc ergo historiā mysticat hic Adamātius. In principio ostendit, q̄ pauci sunt, qui veram agant pęnitentiam: hā pp pudorē tēporalem subtrahunt se à cōfessione, plus considerantes præsentia quam futura, plus tēporalia quā æterna. Postea supponit quod significat q̄ Moyses iratus est qñ inuenit hircū exustū. Moyses igit significat prælatum, vel Christū: & filij eius sacerdotes: hircus, affectum Christiani, qui illæsus debet perseuerare: ignis significat quodlibet mortale peccatum. Irascitur ergo Moyses quādo hircum inuenit exustū. qm̄ prælatus ecclesię vel Christus turbatur qñ mortale peccatum destruit in homine affectum, & dilectionem, quam habebat. Postea supponit quia ignem alienum, i. mortale peccatum quilibet debet fugere, & quærere ignē sancti spiritus, qui siccauit sanguinem Hæmorrhoissæ, siccauit culpam latronis, lauat & sanat simpliciter confitentes. [Prępōderant,] ipsi hoīes. (Solis intendit futuris) dicēdo: cras quoq; fiet idē, vel intēdit, i. intendere dēt vere pęnitens. (Lex.) i. (Legislator.) scilicet. Moyses vel Christus. (Nec in eo possunt,) scilicet sacerdotes.

c ¶ Inter hæc hircum. Qui oblatus fuerat pro peccato principis, cum quæret Moyses, exustū reperit: iratusque cōtra Eleazar & Ithamar filios Aarō, qui remanserunt, ait cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto, qui sancta sanctorum est, & data vobis? quasi dicat, cur non fecistis celebrem pęnitentiam peccati commissi, in loco sancto, i. in ecclesia: vt portaretis multitudinē iniquitatum. & regaretis pro ea in conspectu domini, præsertim cum de sanguine illius non sit illatum intra sancta sanctorum, & cōmedere debeatis ea in sanctuario, sicut præceptum est mihi? respondit Aaron. oblata est hodie victima pro peccato, & holocaustum corā domino. mihi autem accidit quod vides, quasi ex perturbatione animi factum est hec, quomodo potuit comedere coram domino mente lugubri in cæremonijs? quod cū audisset Moyses, accepit satisfactionem.

Hirci historia repræs[entatur]

c ¶ Inter hæc hircum.] CASVS. In hoc cap. mysticat Adamantius, & Hesychius in seq. c. historiam illā Leuitici de hirco oblato; quia per Moysen intellige Christū: per Aaron & filios eius sacerdotes: per hircum pęnitentiā, siue animam: per ignem alienum vitia: per nō alienum virtutes uel gratiam spiritus sancti. Primo ergo ponit materiam loquendi de pęnitentia, s. verba Leuitici. Secūdo ostendit q̄ raro pęnitet quis digne: quia obstat uerecundia & amor rerū præsentium, & quia natura prona est ad malum: & sic impetus peccandi superat rationem. Tertio alludēdo historiæ dicit, q̄ peccata sacerdotes per pęnitentiam debent delere, quæ tamen ficte pęnitenti nō est iniungenda. Quarto dicit quod qui offert ignem alienum iustitia. exuitur ab eo; qui autem mundari desiderat, offerat ignem spiritus sancti.

c ¶ Inter hæc hircum.] Id est, dum hæc deferuntur extra castra sepelienda, s. Nadab & Abiud, quos præceperat Moyses honore congruo sepeliri.

c ¶ Hircum.] id est, peccatorem, uel oblationem pęnitentiæ.

d Fuerat.] Quando pęnitentia fuit iniuncta.

d ¶ Fuerat.] Moyses exustum reperit supple, alij habent hircus, & tunc supple exustus repertus est à Moyse.

e ¶ Exustum.] Vitijs: quia non bene pęnituit, i. nō uere.

a ¶ Non

a ¶ Non peccare.]Vera exustio hirci suffocationem pœnitentiæ per aduenientem culpam significat: nam non peccare,&c.& sic continuatur.
b¶Natura.]Id est,vitium quod pro natura innoleuit,vel natura ipsa sup.eo.ille rex.ver.sancti.12.q.1.c.1.1
c¶Fu-

conferens secum,ꝙ ea quæ promittuntur,in certa sunt, & ita spes illorum sera aut nulla est 2.q.47.dist.omnes.
s¶Interim.]Dum sic est piger,& dum cogitat de futuris
t ¶ Impudentia.]Ad mala facienda.
u ¶ Affectus eius.]Pęnitendi.

1 Multi. n. propter fragilitaté natu... terrentur ... penitétia: ...a timét ne ...ossint ferre ...peritatem ...enitétiæ ta... hortandi ...nt,& in ip... onere pœ...itentiæ ad...uandi inf. ...st.Arch.

Non peccare, [a] solius Dei est : emendare, sapientis. Sed raro inuenias qui se corrigat.Rara confessio peccati; rara pœnitentia.Repugnat natura, [b] & verecundia; quia obnoxia est culpæ omnis caro,& quisque erubescit peccatum confiteri;dum magis præsentia cogitat, quàm futura.[c] Vult Moyses [d] peccati vacuam [e] reperire animam vt exuuias [f] erroris deponat,& culpæ nuda [g] sine sui pudore discedat. [h] Sed irrationabilis impetus [i] præuenit, & flamma celerrimi motus animam depascitur,& exurit eius innocentiam.[k] præponderant enim futuris præsentia,serijs iucunda,& læta tristibus, & præpropera tardioribus.Velox [l] enim iniquitas, quæ ad nocendum occasionem suggerit,[m] lenta virtus, & cunctatrix ante iudicat,[n] quàm incipit quid decorum,quid honestū, iniquitas omnia præcipitat. Pigra [o] vero & verecunda pœnitentia,quæ† præsentium pudore [p] premitur [q] †, solis enim intēdit [r] futuris,quorū spes sera, & tardus fructus. Interim [s] pręcurrit impudentia,[t] & spe pręsentium pœnitentia excluditur,& affectus† eius [u] exuritur,[x] & abolетur.Quærit eam [y] lex,[z] & non inuenit,exusta est enim feruore,& fumo iniquitatis.Inde irascitur, [a] & dicit deuorandam [b] fuisse pęnitentiam [c] in sancta†sanctorum, [d] sacerdotes, [e] *quias segnes increpat.* Respōdet [f] Aaron [g] prouidū [h] debere esse sacerdotale iudiciū,[i] nec male† [k] sanæ conscientiæ facile [l] esse credendum id muneris, [m] ne fiat nouissimus error [n] peior priore. Vase [o] enim fętido vel oleum,[p] vel vinum [q] facile corrumpitur. Quomodo autem poterat,vbi ignis alienus [r] erat,peccatum [s] exuri in cōspectu Domini,cui cuncta aperta sunt? quasi dicat, non placet Deo, qui iniustitiam corde inclusam tenet,& se pęnitentiam agere perhibet.Ignis alienus,libido,auaritia,& omnis praua cupiditas. Hic ignis exurit,nō mundat.In quibus enim est,[t] si offerant in cō-

† *al quia.*
† *al.punitur.*
† *al.affectus.*
† *al.sanctis sanctorū.*
† *al.male sana*] Vera lectio.

x ¶ Exuritur.]Sicut hircus ab igne.
y ¶ Eam.]Scilicet pœnitentiam per hircū significatā,& alludit ad factum Moysi. B.
z ¶ Lex.]Id est minister legis, s. Moyses vel quilibet alius p̄latus in eo significatus;vel Christus, vt inf.ea.dis. inter hęc hircum.
a ¶ Irascit.] Alludit illi, quod dixit Moyses,cur non comedistis hostiam, &c.
a ¶Irascitur.]Negligentibus prelatis.
b ¶ Deuorandam.]Id est,celebrandam.
c ¶ Penitentiam.]Id est,hostiam pro peccato, scilicet hircū, per quē pęnitentia designatur.
d ¶ In sancta sanctorum.]Id est in ecclesia.
e ¶ Sacerdotes.]Idest, Eleazar, & Ithamar filios Aaron.
f ¶ Respondet.]Hoc respondisse intelligitur.cū dicitur, mihi accidit, quod &c.
g ¶ Aaron.]Prelatus.
h ¶ Prouidū.]In iniungēda pœnitētia.
i ¶ Iudicium.]43.distin.c.vlt.
K ¶ Nec male.]Volēti confiteri.
l ¶ Facile.]Donec feruescat. sup.d.1.sunt qui.versi.dicimus.
m ¶ Muneris. Pęnitētiam.s.tunc enim melius est quiescere quam exercere infra ea.In salicibus.

2 Et est ratio quia videt cogitantes tarde venire retrahit ab affectu pœnitentiæ. Ad hoc bene faciunt cō cor. hic alleg.oēs secundu Pe.

c¶Futura.]Omne futurum despicitur,&c.vt dixi 47.di. omnes.
d¶ Moyses.]Idest Christus.alludit ad id,quod cum Moyses quæreret hircum oblatum,inuenit eum exustum, id est animam peccato suffocatam,vel pœnitentiam annihilatam.
e ¶ Vacuam.]A peccatto,
f ¶ Exuuias.]Id est indumenta.
g ¶ Nuda.] Idest, denudata per confessionem, aliàs munda.
h ¶ Discedat.] Ab hac vita.
i ¶Impetus.]Vitiorum,designatus per ignem impetuose missum.
k ¶ Innocentiam.]Sup.dist.50.ponderet.
l ¶ Velox.]Vt pote sine discretione agens.
m ¶ Suggerit.] Scilicet ei,qui cum discretione vult agere.
n ¶ Iudicat.]Id est,deliberat.
o¶Pigra.)Quasi dicat piger est homo, & verecundus ad pęnitendum.
p ¶ Pudore.] Quia pudor est ea admittere.
q ¶ Premitur.]Id est,reprimitur.
r ¶ Intendit.]Id est,intendere debet,vel intendit,quasi

n ¶ Fiat nouissimus error.] Per contemptum pęnitentiæ iniunctæ.
o ¶ Vase.]Vnde Horatius. Sincerum est nisi vas, quodcunque infundis acescit, &c. & dicit lex,quod si commodasti mihi vas corruptum scienter, & vinum acuit, teneris commodati: secus si ignoranter. secus in locatore vel venditore: quia ille tenetur siue scienter, siue ignoranter locet vel vendat vas corruptum,vt ff. de commo.in rebus.§.vlt.ff.locati,sed addes.§.1.ff.de act.emp. & ven. tenetur. §. si vas.Item no. idem in seruo locato quod in vase.ff.locati,si tibi domum, §. 1. & i. cum in pluribus seruum.
p ¶ Oleum.]Pietatis.
q ¶Vel vinum.] Scilicet districtionis.
r ¶ Alienus.]Tangit ꝙ Nadab, & Abiud posuerunt ignē alienum.
s ¶ Peccatum exuri.] Idest,pro peccato delendo pęnitentiam fieri.
s ¶ Peccatum.] Id est,hircus.
t ¶ In quibus enim est.]Scilicet ignis alienus,qui alienat à Deo.

spectu Domini,ignis eos [a] cælestis absumit,sicut Nadab, & Abiud cum his,quæ pro peccato fuerant oblata. Qui ergo mundari vult,ignem alienũ [b] remoueat, & illi igni se offerat,qui culpam exurit,nõ hominem. Hic ignis siccauit hæmorrhoissę sanguinem profluentem:hic siccauit culpã latronis.Ignis enim consumens est:sanat enim simpliciter,& pure confitentes.Iudas inquit: (Peccaui tradens sanguinem iustum:) sed in pectore habuit ignẽ alienum:quo inflammante cucurrit ad laqueũ.Indignus autem remedio fuit;quia non pura mẽte pœnituit. Culpã vero eius nõ auferunt sacerdotes,qui dolose offert;† nec in eo [c] possunt epulari, quorum cibus est peccatorũ remessio: Vnde verus sacerdos ait:(Meus cibus est,vt faciã voluntatem patris.)id est,vt peccatores conuersi,& pœnitentes saluentur. Non est enim acceptum Deo sacrificium,nisi verum,& sincerum.

Leuit.ibidem.
Mar.5.
Luc.23.
Deut 4.
Mar.27.
† al se ofier.
† al offerunt.
Io.4.

¶ In hoc sequenti capite afferuntur verba ipsa glossæ ordinariæ quamuis multa sint accepta ex Origene Adamãtio,& Isychio.

Item Isychius libro 2.ad c.10.Leuitici.

Cap. XXXV.

Ibi glossa ordinaria.

ij INter hæc,hircũ,qui oblatus fuerat,& cætera. (Quia omne [d] peccatum per pœnitentiam deletur,& qui [e] prædictum [f] peccatum [g] alterius doctrinæ, & blasphemiæ [h] commiserunt,saluati non sunt, [i] causam mortis [k] eorum Legislator [l] exponit:(Inter hæc hircum,qui oblatus fuerat, &c.) Quia scilicet non comederunt filij Aaron, quod pro peccato erat in loco [m] sancto, id est, pœnitentiam commissi peccati in ecclesia peragi non fecerunt:quibus hoc præceptum est quos Christus in ecclesia vicarios [n] suos constituit. Ipse enim [o] oblationis suæ sanguinem,quæ pro nostro sanguine [p] oblata est, in sanctum, id est, in cœlum, in conspectu patris obtulit. Debet autem comedi hoc sacrificium [q] in loco sancto,

a ¶ Ignis eos.]Id est,vindicta cælitus missa.
b ¶ Alienum.]Sup.1.q.1.sicut Eunuchus.
c ¶ Nec in eo.]Quasi diceret comedendus erat hircus ille à sacerdotibus:intra sancta, non enim oblatũ est de sanguine eius intra sancta.si.n.holocaustum esset, cremaretur cum pelle & fimo,sicut fiebat de vitula ruf. vnã semel ĩ anno: & est sẽsus ad pœnitentiam hominib.imponẽdã, vult vti ministerio sacerdotum vt peccata populi comedant. ipse .n.per se abstulit peccata mũdi in sanguine suo.vnde Apostolus:Christus põtifex fu.bo.&c.p propriũ sanguinẽ introiuit ĩ sancta sanctorum.

Pœnitentia est à sacerdotibus imponenda.

INter hęc]CASVS. In hoc c.primo ostẽdit Isychius, q iõ legislator.i. Moyses q gerit psonã Christi mortẽ eorum exprimit qui ignẽ alienum acceperũt, vt illud peccatũ vitetur maius, qđ hæresim designat.Secundo ostẽdit quid significet illud qđ Moyses pcepit Aaron,& filijs eius,vt portiones oblationis comederẽt in sancta sanctorũ: & significat illũ, q qui vult agere pęnitẽtiam, agere debet illam iuxta præceptũ sacerdotũ,qui sunt vicarij Christi;& q oblatio corporis Christi non dẽt recipi nisi in ecclesia. Tertio ostendit,quod notet verb.illud hystoriæ. Moyses hircum exustũ reperit;& significat quod sicut post mortem filiorũ Aaron,qui sumpserunt ignem alienum,non remãsit hostia quæ significat spiritum sanctum,sed est consumpta: sic post mortem eorum,qui peccant in spiritum sanctum,& decedunt in finali impœnitentia, non relinquitur hostia pro peccatis eorum:quia nullum ecclesiæ sacramentum eis prodest,cum sine vera pœnitentia decedant.

d ¶ Quia omne.]Ita continua,recte pro peccato offertur hircus per quem pœnitẽtia designatur, quia omne peccatum.&c.
e ¶ Et qui.]Scilicet Nadab,& Abiud, hi significant hæreticos,qui alienum ignem,scilicet cupiditatis prauæ doctrinæ in ecclesia accendunt, & qui scripturam sacram male interpretantur & praue: & sic in spiritum sanctũ peccant, cum aliter eam interpretantur quam spiritus sanctus flagitet. tales pseudoprophetæ dicũtur.37.distinct.vino.
f ¶ Prædictum.]Scilicet doctrinæ & hæreseos.
g ¶ Peccatum.)i.per prædictum vitium designatum.
h ¶ Blasphemiæ.)Quia accipiendo ignem alienum blasphemabant,& faciebant contra doctrinam legis,& ideo consumpti sunt.
i ¶ Non sunt.]Sed igne cõnsumpti.
K ¶ Mortis.]Temporalis.
l ¶ Legislator.]Moyses.secundũm mysticum intellectũ auctoritatis exponit dicens ad Aaron, vt habetur in Leuitico hoc est quod locutus est Dominus: Sanctificabor in his qui appropinquant mihi,& in conspectu omnis populi glorificabor,quia per eos datum est exemplũ cæteris quomodo timeant.vt Au.exponit.infra. de consecr.dist.2.& dixit.Et dic sanctificabor.i. sanctus apparebo,etiam in his qui sacrificabant mihi vlciscendo delicta eorum,& non parcendo.Glorificabor.i.laudabor & manifestabor iustus.
m ¶ In loco.]Hoc uerbum mysticat.
n ¶ Vicarios.]Sacerdotes etiam simplices.
n ¶ Vicarios.]Sup.1.q.1.sicut Christus.1
o ¶ Ipse enim.]Ita continua: Aaron obtulit hircum pro peccato populi,ipse autem,scilicet Christus;&c.
p ¶ Sanguine.]Scilicet pęccato secundum illud: Libera me de sanguinibus, id est,peccatis,& alibi,Sanguinem sanguis tangit,id est,peccatum peccato, additur, supra ea.q.2.admonere.uersic.sanguis tuus, id est: peccatum tuum super caput tuum.
q ¶ Sacrificium.]Corporis.

a ¶ Vn-

a ¶ Vnde addit.] Moyses.
b ¶ Ab intelligibili.] Quia spiritus sanctus intelligibiliter & mystice dicitur ignis consumens.
c ¶ Voluntarie.] Id est, in voluntario peccato vsque ad finem durantibus, inf. ea. Iudas.
d ¶ Peccantibus.] Scilicet Nabad, & Abiu.
e ¶ Non relinquitur.] Cum. n. eos subito ignis cælestis consumpserit, non potuerunt purgari per hostiam, cum & quædam crimina essent, quæ nullis sacrificijs mundabantur, vt 32. q. 1. quod autē, quale forsan & istud erat vel potest istud exponi de quolibet sic peccante. i. in peccato perseuerante vsque in finem, Bar.
f ¶ Hostia.] Secunda, scilicet quia semel tātum Christum oportuit pati, nec reliquitur secundus baptismus, relinquitur autem secunda pęnitentia: & tertia: & sic deinceps: voluntarie. n. peccantibus, i. in peccato vsque in finem perseuerantibus iam non relinquitur hostia ꝓ peccato, i. nō iterum immolatur Christus q̃ est hostia pro peccatis, vel sic, id est, non relinquitur locus secūdæ hostiæ, sicut in veteri lege dictū est sępius hostiā ꝓ peccato imolari, vel voluntarie peccātib⁹ nō relinquitur hostia ꝓ peccatis, i. nō ꝓdest Christus, qui est hostia pro peccatis iā s. in hoc sęculo præsenti: per qđ constat ꝙ nec in futuro.
g ¶ Perseuerare.] Su. ea. dis. 1. §. potest.

Peccantibus voluntarie nō relinquitur hostia ꝓ pctō, qualiter exponitur.

scilicet in ecclesia, in propitiationem peccatorum. Vnde addit: [a] (quemadmodum pręceptum est mihi,) id est quemadmodum præcepi, & mandaui. Moyses enim gerit personam Christi: Exustum repperit: quia in spiritum sanctū peccauerant: ab intelligibili [b] igne spiritus sancti oblatio pro pęnitentia, ablata est. Volūtarie [c] enim peccantibus [d] nō relinquitur [e] hostia [f] pro peccato. Nam sicut vera pęnitentia veniā promeretur; ita simulata Deū irritat, quia spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictū. Hoc autem sancti patres irremissibile peccatum, & blasphemiam in spiritum sanctum dixerunt, in † sceleribus vsq; ad finem vitæ perseuerare, [g] de salute sui desperare, & de potentia, & misericordia redemptoris diffidere.

Heb. 10.
cap. 1.
† al. & in

Item Ioannes os aureum homilia 31. in c. 12. epistola ad Hebræos.

Cap, XXXVI.

IVdas pœnituit, sed male, laqueo namque se suspendit: pœnituit etiam Esau, [h] sed male: magis [i] autē iste neque pœnituit. [k] Lachrymæ quippe illæ nō erāt pęnitentiæ, sed animi α violenti, & indignationis ęternæ. Quod ex eius operibus aperitur. [l] & infra. ¶ Non igitur negemus, obsecro, peccata nostra: neque nos impudentia duros efficiat. Sponte nostra peccata puniamus, ne pendamus non sponte supplica. Audiuit Cain à Deo: vbi est Abel frater tuus? (& dixit, (nescio, nunquid nam custos fratris mei sum ego?) Vides, quomodo ex hoc peccatum [m] reddiderit grauius? Verum non ita pater eius audiens: (Adā vbi es?) dixit: (Audiui vocem tuam Domine & timui, quoniam nudus sum, & abscondi me.) Magnum bonum est, vt quis peccata sua agnoscat, & memoriam [n] eorum perseueranter retineat. Nullum inuenitur delictorum tale remedium, sicut eorum continuata memoria.

Matt. 27.
Gen. 4.
Gen. 4.
Gen. 3.

α ¶ Animi violenti.] *Græce est,* ἀλλὰ ἐπηρείας, καὶ θυμοῦ μᾶλλον, καὶ δείκνυσι τὰ ἑξῆς *id est,* Sed potius contumeliosi impetus & iracundię: idque ostendunt, quæ secuta sunt. *Vetustus codex habet,* πικρίας καὶ θυμοῦ *quæ duæ voces coniunguntur etiam à B. Paulo in epistola ad Ephesios, cap. 4. Sunt autem nonnulla in hoc capite partim ex manuscriptis Gratiani codicibus, partim ex ipso originali emendata.*

IVdas pœnituit.] CASVS. Probatur in hoc c. ꝙ mala pœnitētia nulli veniam tribuit; quod probatur exemplo Iudę & Esau, & exēplo Caī. bona vero veniā cōcedit; quod probat exēplo Adę, & Esau. q̃ forte pęnituit de primogenitura vēdita. [Iste, Scilicet Iudas. [Neq; pœnituit recte. Sed hoc H. intelligit đ Esau, q̃ nō pęnituit recte de odio cōcepto cōtra frēm.
h ¶ Esau.] De peccato forte primogenituræ vēditæ 7. q. 1. quā periculosum.
i ¶ Magis.] Correctiuum est.
k ¶ Neq; pœnituit.] Vterque scilicet.
l ¶ Aperitur.] Argu. ex sequentibus comprehēdit præcedētia ar. 50. di. si q̃s diaconus. ar. di. 18. peruenit. ar. su. 23. q. 4. q̃d crudele. ar. inf. 34. q. 1. cum per bellicam.
m ¶ Ex hoc peccatū.] mendacij: quia post homicidiū secutum est mēdacium: quod magis fuit, ar. supra dist. 1. §. alij contra, c. serpens.
n ¶ Memoriam.] Supra dist. 1. cap. quis aliquando, §. his auctoritatibus. ver. item illud Ioan. & hoc idem supra dist. 81. valet. contra. soluitur ibi, memoria, scilicet, ad contritionem, non ad delectationem, inf. dist. 5. cap. 1. 1

Item Ambrosius in libro secundo de pœnitentia, capite xi.

136.

Cap. XXXVII.

Nonnullis verbis omissis.

IN salici-

IN salicibus.] CASVS. Hunc casum sic Ben. ponit. Dicit Dauid, Quomodo cantabimus canticum Domini in ter-

1 Subau. in quo loqtur pręced. cap. valeat quod loquitur de mala memoria peccatorū. Arch.

...rimina q̃ ...m nullis ...crificijs ...mundabantur.

in terra aliena? quod exponens Ambrosius ait: Terra aliena caro est, quæ imperio mentis non subiacet, sed si ista terra domari nō pōt, non debet quis accipere pœnitentiam. Nam si acceperit, & defecerit, ipsa erit inutilis & aufert vsum posterioris: & hoc est quod dicit, insa licibus, &c.] Ego addo hoc, ꝙ licet caro repugnet, mens semper D o dedita sit, nec fides deseratur: q̃a dęmones semper incūbunt miserę animę, dicētes: Exinanite, &c. exponit verba ꝓphetę In salicibus. Id est, hereticis vł valde malis. [In medio eius?] Id est, à medio malorū remoueamus secreta fidei.

pœnitentia simulata facias quod postea indigeas pœnitentia, vt 17.q.4.sunt qui om s.

i ¶ Incumbant.] Scilicet dæmones.

K ¶ Exinanite.] Hoc est dictum in templi destructione à Syrijs: & dic exinanite, id est, euacuate.

bus, [a] inquit, in medio eius [b] suspendimus [c] organa [d] nostra. (Quomodo cātabimus canticum Domini in terra aliena?) Si enim caro menti repugnat, nec subdita est animi gubernaculo, & mentis imperio; aliena est terra, quæ non domatur exercitio cultoris: [e] & ideo non potest fructus charitatis, pęnitentiam pacis α afferre. Melius est ergo tunc quiescere; cum exercere non queas opera pęnitētiæ, ne in ipsa pęnitētia fiat, quod postea indigeat pęnitētia, Quæ si semel fuerit vsurpata, [f] nec iure celebrata: nec prioris fructū obtinet, & aufert vsum [g] posterioris. [h] Sane & cum caro repugnat, mens ad Dominum debet esse intenta: & si opera non sequuntur, fides non deseratur: β & si impugnāt vel carnis illecebrę, vel potestates aduersariæ, maneat mens Deo dedita. Tunc enim maxime vrgemur, γ cum caro cedit. & sunt qui vehementer incūbāt [i] miseræ animę, quęrentes omne auferre pręsidium. Vnde illud est: (Exinanite [k] exinanite vsque ad fundamentum in ea. [l]) Quam miseratus Dauid ait: (filia Babylonis misera.) misera vtiq;, quia Babylonis filia est; quę Dei filia esse desinit; cui tamen medicum inuitat, dicēs; (Beatus, qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram.) hoc est, qui infirmas; & lubricas cogitationes allidat ad Christū, qui omnes irrationabiles motus sui reuerentia, & disceptatione † comminuat.

Ibidem.

Peccatū conparat salici, & organum orationi.

† al. discretione.

α ¶ Pœnitentiā pacis.] *In multis vetustis legitur.* pœnitētię, & pacis. *in originali aūt inpresso.* patientiam pacis.
β ¶ Fides nō deserat.] *In aliquot manuscriptis est,* fides nō deserat; *In vetustioribus B. Anbr. operum editionibus,* fides desideret. *in recentiore Parisiensi,* fides deseruiat.
γ ¶ Vrgemur.] *In nonnullis vetustis legitur.* vrgetur, cum caro non credit.

Item Hieronymus super Matthæum ad c.27.
Cap. XXXVIII.

NIhil Iudę profuit egisse ꝺ pęnitentiam, per quā scelus corrigere nō potuit. Si † quādo frater sic peccat, in fratrem, vt emēdare valeat, [m] quod peccauit: potest ei dimitti: sin autē permanēt opera, frustra voce assumitur pœnitentia. Hoc est, quod in psalmo de eodem infœlicissimo Iuda dicitur: (& oratio eius fiat in peccatū.) vt

Gloss. ord. & Beda ad eundem locum. Sent.4.dist.15. Psal.108.

† al. sed

a ¶ In salicibus.] Id est, a salicib. p quas designantur mali.
b ¶ In medio eius.] Q funt in profundo vitiorum.
c ¶ Suspendimus. Id est subtraximus, & dissoluimus.
d ¶ Organa.] i. orationes nostras, vel ꝯfessiones, quæ inutiles sunt, dū sumus ī peccatis, peccatū enim cōparatur salici propter īfructuositatē. 1.q.1.si fuerit. & organum orationi ꝓp dulcedinē. 45.di. cū beatus. 46. disti. hoc hēt. Nā qūo cantabimus, id est, opera fructuosa faciemus?
e Cultoris.] Animę.
f ¶ Vsurpata.] Id est, nō vere recepta. s. p peccati desertionē.
g Aufert vsū.] Quia ñ solēt petere tales vt eis iterū iniūgāt satisfactio pro illis licet inutilē egerint pęnitentiam: immo nec debent, arg. inf. ea. c. quęrat. §. illud āt Gre. ī fi. & c. pñū.
h ¶ Posterioris.] Scilicet sui ipsius: q̃a postea nō agitur secūdum consuetudinē quarūdā ecclesiarū, int. ea. §. vlt. & sup. ea. di. c. quamuis, hoc. n. de solemni ibi intelligi Hu. sed de alia intelligi. I pōt, nā loquitur Ambrosius de illo, qui adhuc delectatur in peccato, nec proponit illud deserere. Iste melius faceret si quiesceret à confessione, & faceret bona, quę posset, vt Deus illustraret cor eius, vt infra ead. dist. 5. falsas. Si enim superficialem talis agat pœnitentiam, potius grauabitur, quam iuuabitur, vt supra ead. qui admissa, secundum hunc intellectum procede sic. Melius est abstinere à satisfactione pœnitentiæ tibi iniunctæ à sacerdote, s. tamquam bene pœnitenti, quàm exercere confitendo. si quæras opera pœnitentiæ tibi iniungi à sacerdote, scilicet tamquam bene pœnitenti, videas ne in ipsa

I Idē no. su. 2.q.2. ancillam. in fi. vbi videas.

l ¶ Vsque ad fundamentum in ea.] Id est, vsquequo aliquod ædificium virtutum non remaneat in ea vsque ad fundamentum. &. sunt verba dæmonum exhortantium se ad concupiscentias carnis.

NIhil Iudæ.] CASVS. Dicitur, quod Iudas non recte pęnituit, & ideo veniam non impetrauit. Qui autem sic peccat vt ualeat emendare; potest ei venia tribui à Domino, si autem in malis operibus permanet, frustra voce tantum assumitur pœnitentia; (& oratio eius fiat in peccatū. Quod de Iuda dicitur, [& oratio eius, &c.] De eo. s. Iuda, Sequens cap. patet, & per te videbis quod c. sic incipit, Sceleratior.

m ¶ Valeat.] Id est, contingat ipsum emendare detestando &

do & abominando, & Deo digne satisfaciẽdo: non enim intelligitur hæc emendatio rei ablatæ recompensatio, vel restitutio delicti: sed detestatio delicti, & satisfactio, vel si peccat in fratrem, vt per illam dolorem & per illã pœnitentiam valeat emẽdare Deo, i. corrigere, & dolere. ostensum est, quæ sit vera pœnitentia, & quæ falsa, sed falsæ nulla indulgentia datur: vnde patet quod sententia illorum est falsa dicentium, quòd qui pluribus criminibus detinetur, potest de vno indulgentiam impetrare si ne alio: quod pluribus auctoritatibus probare conatur: & postea auctoritate Naum prophetæ, dicentis: Non iudicabit Deum bis in idipsum.

a Sce-

non solum emendare nequierit proditionis nefas, sed proprij homicidij scelus addiderunt.

♂ ¶ Egisse pœnitentiam. *Sic in glossa, ex qua videtur sumptum caput hoc, sed apud B. Hieronymum, & Magistrum*, sera pœnitentia, *apud eundem vero Magistrum paulo post legitur deprauate*, emendare non valeat.

Glossa ord. ad c. 27. ad Matth.

Item Leo Papa in sermone, qui incipit, [inter omnia.] id est tertio de passione Domini.

C. XXXIX.

Sceleratior omnibus ò Iuda, & infœlicior extitisti; quem non pœnitentia reuocauit ad dominum, sed desperatio traxit ad laqueum. Expectasses consummationem criminis tui, & donec sanguis Christi pro omnibus funderetur peccatoribus, informis lethi suspendium distulisses.[a]

Naum 1. ex. LXX.

6 *His auctoritatibus*, [b] *quæ sit vera, quæ falsa ostenditur pœnitentia: & falsæ nulla indulgentia dari probatur, in quo illorum sententia destruitur, qua eum, qui pluribus irretitus fuerit peccatis, asseritur vnius delicti pœnitentia, eiusdem veniam consequi à Domino sine alterius criminis pœnitentia. Quod etiam multis auctoritatibus probare conantur. Quarum prima est illa Naum prophetæ, (non iudicabit † Deus bis in idipsum* [c].*) Sed quem sacerdos iudicat, Deus iudicat, cuius personam in ecclesia gerit. Qui ergo à sacerdote semel pro peccato punitur, non iterum pro eodem peccato à Domino iudicabitur.*

† al. vindicabit.

Item Gregorius super Ezechielem, homilia decima.

b ¶ His auctoritatibus. Ab illo §. si ãt, ostensum est quæ vera, quæ falsa sit pœnitentia, hic latenter subinfert aliam quæstionem, scilicet, an pluribus irretitus criminibus possit de vno obtinere veniam p manendo in alijs. Et primo probat tribus auctoritatib. & vna ratione, vnum peccatũ sine alio remitti posse, vsq; ad §. sed, q ibi allegat p parte aduersa quasiquæstionem terminãdo per auctoritatẽ August. Tertio loco determinat p auctoritates inductas pro parte illa in §. auctoritas. Est ergo determinatio mag. stri, quod nullus põt cõseq. veniã de vno nec quo ad culpã, nec quo ad pœnã, nisi de omnibus satisfaciat: quod sic ostendit. Qui dolet de vno aut ex charitate, aut non: si ex charitate, ergo Deũ diligit, ergo qui noluit Deũ diligere, diligit & odit quæ sibi contraria sunt, ergo quodlibet mortale odit: quod falsum est, si non ex charitate, ergo ille dolor est informis, cum non sit charitate informatus, ergo nõ est opus alicuius virtutis, ergo non est vitæ meritorius: sed indifferens. Forte dices per hanc inductionem non habetur propositum; quia non quærebatur an retẽtis cæteris possit quis promereri vitam æternam: sed an retentis cæteris possit de vno veniam mereri? Respondet, immo idem omnino est, quia si quis dolendo non ex charitate posset de vno veniam mereri, ergo eadem ratione de omnibus alijs: & ita aliquis est vel esse potest sine merito mortis, & sine merito vitæ æternæ, & ita nec bonus nec malus: quod non est verum, sic ergo probatur quod peccatum non dimittitur quo ad culpam, probatur non dimittitur quoad pœnam, nam ratione culpæ & pœna datur, bene tamen concedo, quod tali pœnitenti pœnitentia nõ est deneganda, extra de pœnit. & remiss. quod quidam, quæ tamen dolo ieceps penitent de omnibus, inutilis est quo ad vitam æternam; sed cum pœnitet de omnibus, efficitur vtilis, nec alia satisfactio ei imponitur ab ecclesia pro illo peccato.

Veniã null' peccati non potest quis obtinere nisi de omnib. satisfaciat.

Iudas ante mortuus fit ã Christũ.

a ¶ Sceleratior.] Distulisses, Hic innuitur Iudam morte præuenisse Christum, sed innuit contra Hiero. super Marcum. Cum iniquis deputatus est Dominus, id est, cum iniquis veritas deputata, iniquum reliquit, id est sinistrum; alterum assumpsit, scilicet dextrum, sic faciet in die iudicij: & simili crimine dissimile stipendiũ sortiuntur; alter præcedit Petrum in paradiso, alter præcedit Iudã in inferno, & ita videtur q mors Christi mortem Iudæ præuenerit. Respon. magis in hoc credendũ est Hier. quàm Leoni. Vel forte mors Iudæ secuta est mortem latronis: 2. præuenit tamẽ mortẽ Christi. Christus enim prius quam latro est mortuus, vnde nõ fregerunt eius crura, vel etiam si morte non præcessit, præuenit tamen vulnus Christi lancea infixum, ex quo processerunt sacramenta nostræ redemptionis, & ita mors Christi præcessit, De hoc extra de baptism. & eius effe. maiores, 2. dist. qui episcopus.

1 Scilicet tẽpore.

2 Dicit H. quod eorum it verius du bitatur, sed ãtis verisimile videt, q post quã pœnitẽtia du ctus remisit argẽteos statim ex impatientia dolo ris & desperatione suspensus sit.

HIS AVCTORITATIBVS. Hæc est 9. pars distin. in qua quæritur, si aliquis remanet in aliquo peccato, vtrũ dicatur vere pœnitere, si de alijs seruat & pœnitet secundum mandatum sacerdotis? & est dicendum quod non: sed valet ei postquam ab alio peccato recesserit, tamen allegat pro & contra Io. de Fant.

CASVS. Ostendit Gratianus per auctoritates positas ab illo §. sue.] quæ sit vera pœnitentia, & quæ falsa. hic latenter aliam quæstionem subintrat, scilicet an pluribus irretiti criminibus possint de vno veniam obtinere sine pœnitentia aliorum, & allegat G. pro vtraque parte. Est ergo casus §. talis. Supradictis auctoritatibus

c Bis in idipsum.] q.d. peccatum sufficienter punitum in hac vita non punitur in alia, sed non bis in idipsum, hic, scilicet, per ministrum, quia ecclesia bis pro eo dem peccato non punit, vel potius hæc auctoritas intelligitur de his tantum, qui inter ipsa flagella commutantur in bonum, & corriguntur, & ad charitatem redeunt, profecto tales iterũ nõ puniuntur pro his peccatis: sed si

Deus non iudicat bis in idipsum qualiter intelligatur.

quid inde remansit, delebitur in purgatorio, inf. ead. c. sunt plures. §. auctoritas, versi. intelligitur.

SED QVEM. CASVS. Dictum est supra, non iudicabit Deus bis in idipsum: sed quem sacerdos iudicauit, qui est vicarius Christi, Deus iudicat, qui ergo à sacerdote semel punitur pro peccato, non debet à Deo de hoc amplius iudicari, & ad hoc inducit duo sequentia ca. illa tñ conclusio Gratiani, [qui ergo.] falsa est: quia tunc tantum incipit esse vtilis pęnitentia vnius peccati cum cęperit de alijs penitere.

PLuit Dominus.] CASVS. Primo ponunt verba Amos Prophetæ, quæ Gre. inducit sup Ezechielem. Secundo verba illa exponit Gre. Secunda pars ibi, [Cũ ille. Ciuitatẽ,]. i. animam. Seq. ca. patet. [Fides,]. i. conscientia alterius. [Desit.] id est, non occurrit.

a Relinquit.] Auctoritatẽ hanc exponit Gra. inf. ea. §. illud.

b Corrigit.] Tribus modis q̃s se corrigit à vitijs, & ea resecat s. cum cessat ab actibus eorum, sed non confitetur ea. Secundo, cũ cessat ab actibus eorũ & ea detestatur, ita ꝙ confitetur ea, sed nõ ex charitate, nec cũ charitate, cũ occultet aliquod mortale peccatũ, aliàs de his duobus modis intelligitur quod dicit Gre. Tertio, cũ quis detestatur peccata & errata oĩa ex charitate & deuotione, & ea cõfitetur, vt pro eis satisfaciat, de hoc sup. ea. di. perfecta.

Peccata q̃s resecat tripliciter.

c Octonario. Nota ꝙ à (Beati immaculati,) vsque, (Ad Dominum cum tribularer.) est unus psalmus, & habet 22. dis. & quælibet dist. cõtinet 8. uersus, & ita continet 22. octonarios, nam 8. uersus faciunt unum octonariũ, & hoc est quod dicit, in 18. Octonario.

Beati immaculati continet. 22. dist.

d PRima. ¶ Fides desit.] Id est, conscientia peccati alicuius: desit, id est, non occurrit.

e Pena, &c.]. i. per patientiã & humilitatem, quæ habetur in ipsa penitentia inter ipsa flagella, & peccata, quæ ad memoriã non occurrunt, dimittuntur. hanc expositionem habes inf. e. §. illud, uer. item illud Ambrosij.

ITEM OPPONITVR. CASVS. Adhuc probat G ꝙ potest aliquis ueniã impetrare de uno peccato sine alio. nam hic, super Naum sentire uĩ, ꝙ si in fidelis adulterãdo interficiatur: de adulterio, ꝓ quo satisfecit, nõ punietur. Nã si in adulterio manẽs, de homicidio satisfecit, si pęnitet de adulterio, pro utroq; peccato est ei pœnitentia imponenda iterum secundum aliã opinionem: quod est alienum à ratione. & sunt uerba Gratiani. Item si illa,] quidam dicunt, quòd sunt verba Hieron.

f Non amplius.] Potest ergo aliquis non pœnitens de mortali, debitam pro eo euadere damnationem. Sed quo sensu hoc dixerat Hieronymus, super eundem locũ ostendit dicens: quærat hic aliquis, &c. vt inf. e. d. quærat

C. XL.

PLuit Dominus super vnam ciuitatem, & super alterã non pluit: & eandem ciuitatem ex parte compluit, & ex parte aridam relinquit.[a] Cum ille, qui proximum odit ab alijs vitijs se corrigit:[b] vna eademque ciuitas ex parte compluitur, & ex parte arida manet: quia sunt, qui cum quædam vitia resecant, in alijs grauiter perdurant.

Sent. 4. dist. 15. Amos. 3.

¶ *Similis summa verborum B. Gregorij est in glossa ordinaria ad c. 4. Amos, non tamen eadem omnino.*

Item Ambrosius in 18. *octonario* [c] *psalmi.* 118.

Sermone 18. Gloss. ord. ibi. Zadic.

C. XLI.

PRima consolatio est, quia non obliuiscitur misereri Deus: secunda per punitionem α; vbi & si fides β desit,[d] pœna [e] satisfacit, & releuat.

α ¶ Punitionem.] *Antea legebatur*, compunctionem. *Emendatum est ex glossa ordinaria (cuius caput hoc esse summa quadam,) & magis conuenit cum sententia B. Ambrosij, cuius tamen locum integrum præstat accurate legere.*

β Fides.) *In glossa additur*, idest. conscientia, debiti, *& sic declarat Gratianus, infra, c. quærat.*

Item opponitur de Hieronymo qui super Naum senti re videtur quod si fidelis α *adulterando interficeretur; de adulterio non amplius* [f] *a Deo puniretur* [g]. *Item si illa* [h] *satisfactio* [i] *non fuit quam adulterio viuens pro homicidio obtulit, cum adulterij eum pœnituerit, vtriusque ei pœnitentia imponenda erit: quod à ratione alienum ecclesiastica probatur consuetudine, quæ pro eodem peccato (nisi reiteratum fuerit) nulli bis pœnitentiam imponit* [k]. ¶ *Sed quòd ei crimen sibi reseruat, de alio venia non præstetur; non solum præmissis probatur auctoritatibus Hesychij, Adamantij, Gregorij, Augustini. Smaragdi, Isidori, verum etiam alia auctoritate eiusdem Augustini in libro de pœnitentia.*

Sent. 4. dist. 15. inf. ea. c. quærat aliquis, & c. ignis sup. 23. q. 5. quid ergo.

In lib. de vera, & falsa pœnitentia, c. 9.

Ait enim.

rat. q. d. potius hic ostendit, ꝙ qui per temporale supplicium vel flagitium nõ corrigũtur, postea æternaliter puniuntur. agens de deprehenso in adulterio decollato.

g Puniretur. Si uere confiteretur ar. 23. q. 5. quid ergo.

h Si illa,] Verba magistri sunt, quidam dicunt ꝙ sunt uerba Hieronymi usque ad illud; quod à ratione, & loquitur non secundum generalem ecclesiæ consuetudinem, sed particularem alicuius loci: sed ꝙ sint magistri, patet infra, ea. §. auctoris, circa finem.

i Si illa satisfactio.] id est, pœna, quæ ei inflicta pro peccato fuit.

K Imponit.] Quasi dispensando.

SED QVOD. CASVS. Nunc Gratianus allegat pro alia parte, scilicet quod non conceditur uenia pœnitenti tantum de uno peccato. Quod probat præmissis auctoritatibus, scilicet Hesychij, & Adamãtij & aliorum, qui sequuntur: ad quod inducit sequens cap.

l Non præstetur.] sup. 23. q. 5. quid ergo. sup. ea. dist. ille penitentiam. sup. ea. irrisor, &c. qui admissa. sup. ea. dist. penitentiam agite. sup. ea. dist. cap. pœnitentes.

Sunt

SVnt plures.]CASVS. Dicit Aug. quem pœnitet, oīno pœniteat: quia Christus nullum curauit, quem oīno non liberaret, quia liberauit surdum & mutum ēt a dæmonio, & habentem septem dęmonia de omnib. liberauit. & languidum in corpore & anima liberauit. In fine

te non. ff. fa. erc. in hoc iudicio, ff. de eden. l. 1. §. pœ. & ar. ad quæstionem, an a plurib. excommunicatus diuersis de causis possit ab vno absolui sine alijs.

d ¶ Sanari) & vni 1, non diuersis confiteri, inf. d. 5. c. 1. circa finem arg. ff. de arb. item si vnus, §. item si plures, l. quod tamē, & l. Labeo.

1 Sub. & per hoc nos docuit, Arch.

a ¶ Fidelis.] *Sic est emendatum ex aliquot vetustis, B. Hieronymo & magistro. Nam antea legebatur,* Infidelis, *quemadmodum etiam inf. ea. c. quærat. & c. ignis.*

Sent. 4. dist. 15.

C. XLII.

Matth. 12.

SVnt plures, quos pęnitet peccasse, sed non omnino reseruantes sibi quædam in quibus delectantur,[a] nō animaduertentes dominum simul surdum & mutum, a dæmonio liberasse, per hoc docens nos, nunquam, [b] nisi de omnib. [c] sanari [d]. Si enim vellet ex parte peccata reseruari, habenti septem dæmonia manente vno proficere potuerat [e] sex expulsis. Expulit autem septem, vt omnia crimina simul eijcienda [f] doceret. Legionem autem ab alio eijciens, neminem reliquit ex omnibus, qui liberatū possideret, ostēdens, quod etiam si peccata sint mille [g], oportere de omnibus pęnitere. Laudatus est enim Dominus, quando eiecto dæmonio locutus est mutus. Numquam aliquem sanauit, quem omnino [h] non liberauit. Totum enim hominem sanauit in sabbato, quia & corpus ab infirmitate, & animā ab omni contagione liberauit, & indicans pœnitentiam oportere simul dolere de omni crimine orto in anima, & corpore [i]. Scio enim Deum inimicū omni criminoso. [k] Quomodo ergo, qui crimen reseruat, de alio recipiet veniam? Sine amore Dei consequeretur veniam †, sine quo nemo vnquam inuenit gratiā Hostis enim Dei est, dum offendit perseueranter. Quædam enim impietas infidelitatis est ab illo, qui iustus, & iustitia est, dimidiam sperare veniam. Iam enim foret sine pœnitētia inuenire gratiam. Pœnitentia enim vera ad baptismi puritatem [l] confitentem connatur adducere. Recte enim pęnitens, quidquid sordidum post purificationem contraxit, oportet vt abluat, saltem lachrymis mentis. Sed satis durus est, cuius mentis dolorem oculi carnis nequeunt declarare [m], sed sciat culpabiliter se durū, qui deflet damna temporis vel mortē amici & dolorem peccati lachrymis non ostendit. Non itaque est, vt quis excuset se non habere fontem lachrymarum, qui nonnunquam [n] lachrymis ostendit dolorem [o] temporalium. Quem ergo pęnitet omnino pœniteat [p], &c.

Matth. 16.
Mar. 5.

Matth. 9.

† al. indulgentiam.

1 ◉ *Auctori-*

e ¶ Potuerat:]. s. sanare septē nō successiue, sed simul.

f ¶ Simul eijcienda] ff. de ser. rusti. præd. per fundum.

g ¶ Mille.] Sed nunquid pro vnoquoq; mortali peccato septennis pœnitentia est imponenda? ar. supra 33. q. 2. hoc ipsū, secundum hoc ergo non sufficiet uita hominis ad explēdam huiusmodi satisfactionem. Respō. sine dubio cuilibet mortali septennis pęnitentia dētur, sed tamen quia arbitrariæ sunt huiusmodi pœnitentiæ, arbitrabit, & arctabit eas iudex intra tēpus congruū pœnitendi, ar. 26. q. 7. tempora pęnitudinis, & sup. ea. d. mensuram.

Pnīa septennis cuilibet mortali detur.

h ¶ Omnino.]nota. sup. ea. dist. c. Naum, §. item ꝙ. & c. adhuc contra, sed non tūc, secus erat cum leprosus esset. ideo de hoc non posset sanari, supra dist. 2. §. final. in fine.

i ¶ Corpore]idest, in anima ministerio corporis, nullum. n. peccatum est in corpore tantum, est tamen aliquod voluntatis tantum.

Peccatū nullū est in corpore tantū.

K ¶ Criminoso]cum autem ei, qui in vno deliquit, sit inimic⁹, patet ꝙ talis sit criminosus 2.

l ¶ Puritatem.]ut. s. purificet, sicut baptismus.

2 Sub. quare non consequtur ueniam ab ipso Pet. nam nemo pōt esse filius Dei & Diaboli. sup. ead. distinct. §. hoc idem in fin. uerb. itē ut Christus ait.

m ¶ Declarare] secus dicit lex in iudice. C. ad l. Cor. de fal.

ne supponit, ꝙ non vī vere pœnitere, qui non prorumpit in lachrymas, cum pro temporali damno promptus sit ad plangendum.

a ¶ Delectantur.]Hæc est falsa pœnitentia, vt inf. dist. 5. falsas.

b ¶ Nos nunquam.]s. ea. dist. §. Dauid, &c. ille rex tantus, sup. dist. 1. §. alij econtra. c. non potest quis.

c ¶ Nisi de omnibus.] Sicut nec liberatur pignus licet de parte debiti creditori sit satisfactum, C. de distract. pig. q. tādiu, & dicit lex. ꝙ qui aliquid facere tenetur, faciēdo pro parte non liberatur, ff. de ver. obl. in executione, §. pœn. & snīa non dēt pro parte tenere, & pro par-

Solutio partis non liberat pignus.

vbi. ff. de offic. præsid. obseruandum, supr. 23. q. 4. est iniusta.

n ¶ Nonnunquam.]Idest, aliquando.

o ¶ Dolorem.] Vnde Iuuenalis.
Ploratur lachrymis amissa pecunia veris, & alibi.
Minore tumultu funera planguntur nonnumquam.

p ¶ Pœniteat.] Supra. dist. 1. ca. quis aliquando. §. non sunt, & c. quem pœnitet.

AVCTORITAS. Hæc est 10. pars dist. in qua magister intendit probare per Naum prophetam. & p Apostolum, & per Hiero. & per Aug. ꝙ si aliquis in hac vita fuerit sufficienter punitus, non punitur postea, dum tñ.

inter-

inter illa flagella conteratur, alioquin incipit hic pæna, & protenditur in infinitum Io. de Fant.

CASVS. Soluit nunc G. auctoritates inductas ad probandum, ꝙ quis agendo pœnitentiam de vno peccato sine alio, veniã consequitur de illo pro quo pœnitentiam egit, & dicit quòd illæ auctoritates intelliguntur de his, qui inter ipsa flagella, & supplicia præsentia penitentiã egerunt. & cõmutantur in bonum, super quos nõ consurget duplex tribulatio, qui vero inter flagella duriores efficiuntur, vt Pharao, coniungunt æterna supplicia cũ præsentibus. Ad quod inducit seq c.

est pars illius c. quod habuisti sup. 23. q. 5. quid ergo, cuius casum ibi habuisti.

e ¶ Magna vero.] scilicet quæ temporaliter non puniũtur sufficienter.

f ¶ Quærat.] supra 23. q. 5. quid ergo.

g ¶ Dominus bis].i. nõ punit aliquem pro aliquo facto iterum, pro quo sufficienter cum semel puniuit.

tas [a] illa Naum prophetæ, (non iudicabit Deus bis, &c.) non indistincte ostendit omnia, quæ temporaliter puniũtur, non vlterius a Deo punienda. Quamuis enim Sodomitas, Aegyptios, Israelitas in eremo super eundem locũ dicat Hieron. temporaliter a Deo punitos; ne in æternum punirentur, non tamen de omnibus generaliter hoc intelligendum est, alioqui cuique sceleroso optandum esset, vt cœlesti fulmine percussus, aut aquis submersus, aut a serpentibus vulneratus pro peccatis suis diuinitus interiret vt æternos cruciatus breuis, [b] & momentanea pœna terminaret. Illud etiam Apostoli falsum esset, quod de prostratis in deserto in epist. ad Hebræos scribẽs ait, [propter incredulitatem suam nõ intrauerunt in terram promissionis.] Vbi probatur, ꝙ sicut merito suæ infidelitatis requiem illam amiserunt; ita propter eandem infidelitatem, veram requiem æternæ beatitudinis nullo modo intrauerunt. Intelligitur ergo illud Hieronymi de his tantum, qui inter ipsa flagella pœnitentiam egerunt, quam & si breuem, & momentaneam, tamen non respuit Deus, sicut & illud prophetæ, (non iudicabit † Deus bis in idipsum.) de his tantum intelligi oportet, quos præsentia supplicia in melius commutant, [c] super quos non consurget duplex tribulatio. Qui autem inter flagella duriores, & deteriores fiunt, sicut Pharao, qui flagellatus a Domino, durior factus est, præsentibus æterna connectunt, vt temporale supplicium sit eis æternæ damnationis initium.

Vnde Augustinus in cantico [d] Deuteronomij.

su. d. 1. de pœ. c. quẽ ergo.
Sen. 4. d. 15. su. sceleratior.

Hebr. 3.

Homo [...] lia uita [...] rebit [...] Dei.

Naum 1.
† al. vindicabit.

C. XLIII.

IGgnis succẽsus est, &c.) Hoc est, vindicta hic incipiet, ardebit vsque ad extremam damnationem.

Hoc contra illos notandum est, qui dicunt: (non iudicabit Deus bis in idipsum) ad omnia pertinere flagella, quia quidam hic flagellis, emendantur, alij & hic, & in æternum puniuntur, sicut Antiochus & Herodes. Quod autem super eundem locum de adultero fideli Hiero. sentire videtur, ex eiusdem verbis falsum esse probatur. Exẽplo enim illius, qui Israelitas maledixerat, & qui ligna in sabbato collegerat, ostendit parua peccata breuibus & temporalibus supplicijs purgari, magna vero [e] diuturnis, & æternis supplicijs reseruari.

Ait enim in primum caput Naum.

Sent. in gl. ord. Deuteron. 32. & apud B. Greg. mor. li. 18. ca. 12. Isidorus de summo bono, li. 3. c. 2.
Sent. ibidem.

Filij Dei [...] mus [...] animam [...] corpus.

C. XLIV.

QVærat [f] hic aliquis, si fidelis deprehensus in adulterio decolletur, quid de eo postea fiat. Aut. n. punietur, & falsum est hoc, quod dicitur, (non vindicabit dñs bis [g] in idipsum in tribulatione,) aut non punietur,

sup. 32. q. 5. quid ergo. §. quæra.
Sent. ibidem.

a ¶ Auctoritas.] Soluit auctoritates inductas ad probandũ, ꝙ quis agendo pœnitentiam de vno peccato, & non de alio consequatur veniam de vno, & non de alio.

b ¶ Breuis.] Supra ead. dist. illud, §. ecce cuius, &c. talis mihi.

c ¶ Commutant.] In bonum, & charitatẽ ad veram pœnitentiam.

d ¶ In cantico] Moysi. s. Audite cœli quę loquar, &c. cuius cãtici est versus ille ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima.

IGnis succensus.] CASVS. primo ponuntur verba Moysi in Deuter. quæ talia sunt. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Secundo ponuntur verba Aug. exponentis verba illa, s. præsens pœna continuabitur cum æterna.

HOC CONTRA ILLOS. CASVS. Dicit nunc Grat. quod supradicta auctoritas est contra illos, q. dicunt. Non iudicabit Deus bis in idipsum, ptinere ad oĩa flagella, quia nõ pertinet nisi ad eos, qui inter ipsa flagella corriguntur. Postea respondet b. t iiii. §. itẽ obijcitur, de Hiero. Quidam tamen faciunt vnum, §. ab illo §. auctoritas, vsque ad capitu. quærat, cuius casus facilis est, præterea

a ¶ Fru-

a ¶ Frustrentur.] idest, euitent.
b ¶ Mensuras.] idest, scire quibus & quantis flagellis quælibet peccata sunt punienda.
c ¶ Dehinc.] idest, post hanc vitam.
d ¶ Lui.] idest, puniri.
e ¶ Culpa

f ¶ Cōpensata.] Hic aperte innuit Hier. grauia peccata, de quibus nō agitur pœnitentia inter flagella, & hic puniri graui supplicio, & in futuro punienda æternaliter, leuia vero quæ hic puniūtur sufficienter, pro leui pœna compēsationem vitæ æternæ recipere. I quod in bonis fieri non ambigimus & in malis forte ita fit, sed non credo, q͞a iā remitteretur pec catum quo ad pœnā confitendo de vno, & non de alio: quod negamus. inf. ea. dis. §. his auctoritatibus

Peccata grauia grauiter sunt punienda.

I Quia tpalis pœna succedit in locū æternę quasi in recompensationem. Pet.

& optandum est adulteris, vt in præsentiarum breui, & cita pœna frustrentur [a] cruciatus æternos. Ad quod respondebimus, Deum, vt omnium rerum, ita suppliciorū quoque scire mensuras, [b] & non pręueniri sententiam iudicis, nec illi in peccatorem exercēdæ dehinc [c] pęnæ auferri potestatem, & magnum peccatū magnis, diuturnisque lui [d] † cruciatibus; si quis autem punitus sit, vt ille in lege, qui Israeliticis maledixerat, & qui in sabbato ligna collegerat, tales postea nō puniri, quia culpa leuis [e] præsenti supplicio compensata [f] sit.

† elui.] orig.
Num. 14.

Illud autem Gregorij: (Pluit Dominus super vnam ciuitatem, &c.) Non ad criminis veniam, sed eius referendum est detestationem: vt ideo pars ciuitatis dicatur esse compluta; quia crimen quod dilexerat, detestari incipit, non quod eius veniam consequatur. Criminis autem detestatio pluuia uocatur, quia ex fonte diuinæ gratiæ cordi nostro instillatur; vt vel sic quisque ad veram pœnitētiam perueniat: aut eo minus a Deo puniatur, quo diuturniore delectione peccati maius sibi supplicium accumulasset. Si vero ad indulgentiam criminis pluuia referatur; Euangelicæ sententiæ contraire videbitur. Si enim propter fraternum odium, etiam quæ dimissa sunt, replicantur ad pœnā, multo magis, quæ non sunt dimissa ad vindictam reseruari probantur. Item si secundum Augustinum arbiter [g] suæ voluntatis nō potest inchoare nouam vitam, nisi pœniteat eum veteris vitæ, quomodo ad nouitatem indulgentiæ perueniet, qui odij vetustatē non deposuit? Ad detestationem ergo criminis, vt dictum est non ad eius indulgentiam pluuiam illi pertinere probatur. Item illud Ambrosij: (Et si fides [h] desit, pœna satisfecit,) non de ea fide intelligitur, de qua dicitur, (fides, sine operibus mortua est:) sed de ea, de qua Apostolus ait, (omne, quod non est ex fide,) Idest, omne quod fit contra conscientiam, (peccatum est.) Deest ergo fides, cum non subest conscientia peccati. Sed quia delicta omnia nullus intelligit, est aliquādo peccatum in homine, cuius nō habet conscientiam. Vnde Apostolus ait. (Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum.) Cuius ergo peccati deest conscientia, illius pœna, si patienter feratur satisfacit, & releuat grauatum. Quod autem in fine obijcitur, [i] (si satisfactio [k] illa fuit, veniam impetrauit: si autem veniam non impetrauit, satisfactio non fuit: si autem satisfactio non fuit, adhuc sibi pœna imponenda est:) non procedit argumentatio: satisfactio namque est, dum ipsius causa peccati exciditur, & eius suggestionibus aditus non indulgetur, sed eius fructus non percipitur, [l] impeditus peccato, quod non deseritur, percipietur autem;

sup. c. pluit. Sent. ibidem.
sup. dis. 1. tres. sunt.
sup. ead. prima consolatio.
Iac. 2.
Rom. 14.
Psal. 18.
1. Cor. 14.
Sup. prima consolatio.
Culpa leuis quæ temporaliter punitur.

ILLVD AVTEM. CASVS. Grat. hic respondet quibusdam obiectionibus inductis pro alia parte, & dicit quod illa auctoritas Grat. pluit, &c. intelligitur dicta de eo, qui incipit detestari crimen, non q͞d de eo veniam consequatur: alioquin sententiæ Euāgelicæ cōtradiceret. Et quod hoc sit verū, probat auctoritate Augusti. Quod autem dicitur in c. 1. consolatio. & si fides, &c. pro conscientia fides sumitur: quod probat auctoritate Apostolica. Quod autem dicitur in illo §. item obijcitur, dicit quod nō valet argumētatio ibi facta, sed tunc incipiet ei esse fructuosa pœnitentia de vno peccato, cum cęperit de alijs pœnitere, ad quod inducit seq. ca. quod satis patet cū sequēti §. quamquā, & ad probandum §. inducit c. seq. [quorum primum.] Scilicet cauendum patet.
g ¶ Arbiter.] infra de consec. dist. 4. omnis qui.
h ¶ Et si fides.] Supra 1. q. 1. fertur, 28. quæst. 1. ca. omnes. §. ex his.
i ¶ Obijcitur.] Hic patet illa fuisse verba magistri, s. ead. si illa, &c. & s. ea. §. itē opponitur.
k ¶ Satisfactio.] Su. ea. dist. satisfactio.
l ¶ Nō percipitur.] Ecce plane vis velle, q͞p [illegible] confessio facta, scilicet de vno peccato, adueniente charitate incipiat & viuere, & valere ad vitam æternam. Et quod sic intelligat, per exemplum patet, quod inducit de baptizato, secundum quod dicitur de omnibus bonis, quæ fiunt sine charitate, quod inci-

e ¶ Culpa leuis.] Et tamen mortalis, omnis enim, culpa dicitur leuis, quæ temporaliter punitur, respectu illius quæ æternaliter, sicut quælibet pœna temporalis dicitur leuis respectu æternæ, inf. ead. dist. 7. c. vlt.

incipiant viuere: quod tamen non credo, immo tantum illa bona, quæ fiunt cum charitate: & si postea sunt mortificata, iterum, adueniente charitate reuiuiscunt, si non aduenerit charitas, idem est ꝙ de eis quæ fiunt sine charitate: quia nec illa, nec ista valent, nisi ad bonum tēporale. 1 vel ad illustrādum, vel ad incommodū vitādum, vel ad minorem pęnam subeūdam. Ad excusandum vero magistrum dicimus quod intellexit eā ad hoc valere, quod vlterius ei ꝓ illo peccato nō iniungitur a sacerdote satisfactio alia, vt sup. ea. §. itē opponitur. ver. si illa satisfactio. sicut baptizat⁹ licet ficte, non re baptizatur, de conse. distin. 4. soler. quod tamē R. negat sed melius distinguitur sic, Bona opera, cū charitate facta, & postea mortificata per peccatū, reuiuiscunt iterū per charitatē, ad vitā æternā consequendam: & sic facta olim sine charitate reuiuiscunt, & valent tantum ad temporale pręmium, vel ad minus suppliciū subeundum. ad idem valet bona facta cū charitate, & postea per peccatum mortificata, si homo nunquā ad charitatē redeat, secundū primū membrum intelligūtur illę duæ auctoritates j. ea. c. piū. & c. si qn. & c. Et intellige ꝙ ī alio tēpore fecerūt bona. s. cū erāt boni: ī alio tempore mala. s. cum erāt mali. Vel sic dicatur, ꝙ eodē tempore intelligūtur illæ auctoritate iuxta secundum mēbrum 2 secūdum ꝙ duplicem intellectum magister, innuit, supponendo aliam solutionem ibi, quamquam, &c. secundum tertium membrum loquitur Ezechiel dicens: Si auerterit: &c. & Greg. in c. hoc nobis maxime. inf. 4. dist. §. finis. Huiusmodi ergo bona sine charitate facta, & bona in charitate facta, quæ comitatur mortalis culpa, quam non delet sequens pœnitentia, ad sensum temporalis commodi vel minoris pœnæ proficiunt, non ad vitæ æternæ fructum, ad quem proficiunt facta cum charitate & mortificata per peccatum, si postea redit ad charitatem. Hāc dist. magister innuit. in. f. dist. 4. §. finis. Alij dicunt, ꝙ nunquam reuiuiscunt quo ad vitam ęternam, sicut nec mala quo ad pœnam æternam: secundū quos ponit hic magister tres opiniones. Item in hac opi. est. R. G. & H.

Bona in peccato facta, quo ad aliqua prosūt.

1 Vt inf. ea. cauendū, 22. q. 2. si quælibet. Arch.

Bona. mortificata reuiuiscunt: sed nō mortua.

2 Sed ꝙ bona opera facta cū qs nō est in charitate, immo facit mala eodem tēpore, prosunt, nō quo ad vitā æternā, sed ad tēporale cōmodū, vel ad min⁹ supplicium subeundum.

minori pœna in alia vita. Has tres opiniones ponit magister Laur.

b ¶ Bonum.] Post illud bonum Laur.

ADDITIO. Idest, in illo qui post id bonum peccauit, & postea redit ad gratiam: qui diligitur ad remissionem æter-

cum eius pœnitētia fuerit subsecuta: sicut ad lauacrum ficte accedens, regenerationis sacramentum accipit: non tamen in Christo renascitur: renascetur autem virtute sacramenti, quod perceperat, cum fictio illa de corde eius recesserit veraci pœnitentia.

Sicut etiam Augustinus scribit in libro de pœnitentia.

In lib. de vera & falsa pœnitentia, c. 14. Sent. 4. dist. 15. infra dist. 5. consideret.

C. XLV.

PIum est [a] credere, & nostra fides expostulat, vt cum gratia Christi destruxerit mala priora in homine, etiam remuneret bona: & cum destruxerit quod suum nō inuenit; amet & diligat bonū, [b] quod etiam in peccante plantauit.

Paulo aliter legitur in originali: sed Magister habet fere vt Gratianus.

Ex hoc sensu illud etiam Hieronymi dictum videtur ad c. 1. Aggæi.

Sent. ibidem.

C. XLVI.

SI quādo videris inter multa † mala opera peccatorum facere quempiā nonnulla quæ iusta sunt; non est tam iniustus Deus, vt propter mala multa, paucorum obliuiscatur bonorum.

† *multa opera.* orig.

11 *Quamquam [c] memoria bonorum ad præsentem remunerationem possit referri: sicut Gregorius in homilia de diuite, & Lazaro scribit.*

In homilia 40. habetur sententia.

C. XLVII.

CAuendū [d] nobis est, vt si forte aliqd boni agimus, in pręsenti sęculo remunerationem accipiamus; ne forte dicatur nobis, [receperunt mercedem suam.] Nisi enim diues iste [e] aliquid boni egisset, vnde in præsenti [f] sæculo remunerationem accepisset, nequaquam Abrahā ei diceret: [Recepisti bona in vita tua.]

Matth. 6.

Luc. 16.

Item Ioannes Chrysostomus homilia 67. ad populum Antiochenum.

C. XLVIII.

QVid ergo [g] turbamur? nemo videns mali-

a PIum est.] Remuneret præmio æterno, & secūdum hoc est aliud in bonis, aliud in malis, quæ non reuiuiscunt. Vel de temporali bono intelligitur. Vel de æternam. P.

QVAMQVAM. Hæc est 11. pars. distin. in qua dicitur ꝙ nullum bonum irremuneratum, nullum malum impunitum. Ioan. de Fant. & hoc Probat per tres auctoritates.

c ¶ Quamquam.] Alia solutio. Not. quod in principio huius c. debet esse, videris, alias vides, vbi est fides.

d CAuendum.] Idest, vitandum.

e Diues iste.] De quo hic igitur.

f ¶ In præsenti.] Tantum.

g QVid ergo.] CASVS. Si videamus malos prosperari, & bonos aduersitatem pati, non debemus turbari: quia non est vera retributio boni vel mali. nam sæpe punitur hic innocens, & extollitur; qui non meruit. sed hic ostenditur, quod in futuro erunt præmia & pœnæ, quod quidam non concedunt: & præterea in bonis sunt aliqua mala digna puniri, & in malis aliqua bona digna remunerari. Vltimo. dicit, quod cum malus

Mali hic sperātur, boni patiuntur.

malus hic remuneratur, malo capitis sui fit: quia in futuro punietur, nec pœna eius mitigabitur.
a ¶ Malignos.] Nam vt dicit Claudianus: Tolluntur in altum, vt lapsu grauiore ruant.
b ¶ Qui resurrectionem,] Negantes, scilicet. retributionem

d ¶ Bonus.] C. de vet. iur. enucl. l. 1. §. his itaque tollitur.
POTEST ETIAM. CASVS. Ecce tertia solutio illorum c. pium est, & c. & si quãdo. & c. s. quod ibi dicitur, referatur ad mitiorem pœnam habendam in alia vita, & ad hoc inducitur sequens. c.

gnos [a] prosperitatem habere, turbetur. Non est hic retributio malignitatis, neque virtutis, ac si aliquando contingat, vt aliqua sit retributio vel malitiæ, vel virtutis, non tamen secundum ꝙ dignum est, sed simpliciter, veluti quidam gustus iudicij, vt qui resurrectionem [b] non credunt talibus doceantur. Quando itaque videmus malignum ditescere: non subruamur, & quando videmus bonum mala pati, non turbemur. [c] Illic corona, illic supplicia. Est & alia ratio: quia non potest malus in omnib⁹ malus esse, sed habet aliqua bona, neque bonus [d] in omnibus esse bonus, sed habet aliqua peccata. Cum ergo prosperitaté malus habet, malo capitis sui est. Cui enim pro illis paucis retributionem hic accipit, illic iam plenius punietur.

Sent. ibidem.

Potest etiam referri memoria bonorum ad mitiorem pœnam habendam, vt bona quæ inter multa mala fiunt, non proficiant ad præsentis vitæ, vel futuræ præmiũ obtinendum, sed ad tolerabilius extremi iudicij supplicium subeundum, sicut de fide, & cæteris, quæ sine charitate habentur, Aug. scribit in libro de patientia, c. 26.

C. XLIX.

Ephes. 5.

SI quis autem non habens charitatem, quæ pertinet ad vnitatem spiritus, & vinculum pacis, quo catholica Ecclesia congregata connectitur, in aliquo schismate cõstitus, ne Christum neget, patitur tribulationes, angustias, famé, [sitim, † nuditatem, persecutionem, pericula, carceres, vincula, tormenta, gladium, vel flammas, vel bestias, vel ipsam crucé timore gehennæ, † igni æterni nullo modo ista culpanda [e] sunt: immo vero & hæc laudanda patientia est, (Non. n. dicere poterimus, melius ei fuisset, vt Christum negando nihil eorum pateretur, quę passus est confitendo,) sed existimãdum, fortasse [f] tolerabilius ei futurum iudicium, quam si Christum negando cũcta illa vitaret, vnde & illud, quod ait Apostolus: [Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem auté non habuero, nihil mihi prodest.] nihil prodesse intelligitur ad regnum cœlorum obtinendum, non ad extremi iudicij tolerabilius supplicium subeundum, *& supra ca. 23.* ¶Hæc propter charitatem dicta sint, sine qua [g] in nobis non potest esse vera pœnitentia; † quia in bonis charitas Dei est, quæ tolerat omnia.

† abest ab orig.

† al. gehennarũ.]ori.

1. Cor. 13.

† patientia.] vera lectio.

12 *Pœnitentia ergo, vt ex præmissis apparet, nulli in peccato perseueranti vtilis est, [h] nõ tamen alicui deneganda est: quia sentiet fructũ eius, cum alterius criminis pœnitẽtiam egerit. Sic itaq; pœnitẽtiæ definitio, & cæteræ auctoritates sibi consonantes negant eum agere pœnitẽtiã, qui perseuerat in crimine, vtilẽ videlicet sibi, & fructuosam.*

Quod tamen negandum nõ est. ext. de summa trin. c. 1. [...]ch.

SI quis autẽ.] CASVS. Probat Aug. in hoc cap. ꝙ si quis nõ habens charitatẽ aliqua bona facit, dummodo fidẽ non amittat, valent ei ad mitiorem pœnã sustinendam, sed non ꝓfiunt ei ad obtinẽdam vitam æternã, quod probatur auctoritate Apostoli.
e ¶ Culpanda.] sup. 1. q. 1. teneamus.
f ¶ Fortasse.] No. est assertionis, s. 13. q. 3. tps. sup. 90. d. neq; ad Cain. s. 1. q. 1. vide contra. sed ibi de ijs, q arrogãter hoc faciunt hic de ijs q in faciendo zelum Dei hñt, & si nõ ſm scientiam diuinam.
g ¶ Sine qua.] supra dist. 2. c. vt cognouerunt. §. opponitur, c. fugerat.
POENITENTIA. Hæc est 12. pars. d. in qua soluit magister & bene, secundum Io. de Fant.
CASVS. Infert Grat. ex supradictis, ꝙ pœnitentia nulli perseueranti in peccato vtilis est, non tñ alicui deneganda, quia tunc fructũ eius percipiet, cum de alijs peccatis pœnitentiã egerit. vnde definitio pęnitentię. & auctoritates sibi consonantes, quæ negant eum facere pęnitentiam, qui in crimine perseuerat, intelligũtur de vtil., vel fructuosa. Quod aũt dr̃ pœnitentia semel vsurpata, &c. de solẽni pęnitentia intelligitur, quæ ſm consuetudinẽ quarũdã ecclesiarum iterari non põt, & de hac solenni intelligitur. Non est secundus locus pœnitentię, subaudi, in quibusdam ecclesijs.
h ¶ Vtilis est.] Quo ad pœnam æternam

Pœnitentis perseueranti in peccato an sit vtilis.

nem eorum, quisque in corpore gessit Lau. r.
c ¶ Non turbemur.] In alia vita.

vitandam vel quo ad vitam æternam obtinendam, sed vtilis est quo ad pœnam temporalem: quia ecclesia

sia iterum ei non imponet satisfactionem pro illo peccato 1 nec ille tenetur amplius confiteri: si tamen digne pœnituerit omnium peccatorum, debet illud peccatum confiteri ecclesiæ, s. peccatum simulationis, quo decepit ecclesiam. Et nota, quod illud peccatū primum, de quo satisfacit sine charitate, non remittitur antequam incipiat habere charitatem, tūc enim statim deletur, sup. eo. §. illud autem, versus finē, &c.

1 De hoc & lege & not. u.e.§. illud in fin. ibi videas, & quod dicit ista gl. de verbo ad verbū approbat Pe. vsque in fi. & idem H. & L. quorum fuit ista glo. Arch.

tuor criminum, s. pp odium fraternum, vt in Euangelio, serue nequam, &c. Item pp crimen apostasiæ, vt j. ea. quicunque. Item pp pœnitentiam pœnitentiæ, s. 17. q. 4. sunt qui opes. Item propter contemptum pœnitentiæ, sup. d. 3. si Apostolus. Alij dicunt ꝙ nullo modo redeunt

¶ *Illud autem Ambrosii. (Pœnitentia semel vsurpata, nec vere celebrata, & fructum prioris aufert, & vsum sequentis amittit.) de solemni intelligitur, quæ cum nō vere celebrata fuerit & fructum prioris, i. sui ipsius secuturam præcedenti, amittit (quia veniam, quam impetrare potuit, contemsit) & vsum sequentis aufert, secundum consuetudinem quarundam Ecclesiarum, apud quas pœnitentiæ solemnitas non iteratur. De hac eadem pœnitentia illud etiam intelligitur. (Non est secundus locus pœnitentiæ.)*

Sent. 4. d. 14. sup. ea. in falicibus.

su. d. 50. si quis pōt. Hug. de S. Vict. li. 2. de sac. par. 14. c. 4.

Quia vero.] Hæc dist. diuiditur in septem partes, in quarum prima probat per septem auctoritates, ꝙ peccata redeunt. Secunda ibi, [Eorum vero.] Tertia ibi. [verum.] Quarta ibi, [Finis ergo.] Quinta ibi, [Qui autem.] Sexta ibi, [Verum illa.] Septima ibi, [Antiqua.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 4. d. in qua magister continuat dicta dicendis, & ponit qōnē, an peccata dimissa redeant. Et ponit diuersas opiniones, nam quidā dīt, ꝙ peccata redeūt ad essentiam & reatum & pœnam, sicut bona per sequentē gratiam reuiuiscūt Alij dicunt, ꝙ illa non redeūt, sed alia eiusdem generis. Cum. n. simile quid committimus, redire dīr quadam similitudine, sicut flores redeunt in vere. Tertij dīt peccata redire quo ad reatum tantum. Quarti dicunt peccata redire pp has tantum causas, s. propter odium fraternum, vt in Euangelio, Serue nequam. Vel cum pænitet aliquem pænituisse, vt arg. 17. q. 4. sunt qui opes, vel pp contemptum priæ, vel propter crimen apostasiæ, vt inf. ea. quæcumque. Alij dicunt ꝙ nullo modo redeūt, vt 23. q. 4. si illic. 50. d. miror. Nec ita est in malis vt redeant sicut in bonis, vt arg. de conse. d. 4. quamuis. & hoc credo verum: Dicuntur tamen redire, quia ita damnantur pro sequentibus ac si nunquam eis dimissa fuissent. Primo igitur inducit auctoritates ad probādum, ꝙ dimissa peccata redeant, & circa hoc notat duas opiniones, postea, ꝙ peccata dimissa non redeant, tandem G. approbat illam sententiam, ꝙ peccata dimissa redeant, (In memoriam.) De Iuda e. dictum est, in memoriam redibit iniquitas patrum eius.



Quia vero [a] multorum auctoritatibus supra monstratum est, pœnitētiam vere celebrari, & peccata vere dimitti ei, qui aliquando in crimē recasurus est, quæritur, an peccata dimissa redeant. Huius quæstionis diuersorum varia est sententia alijs asserentibus, alijs contra negantibus, peccata semel dimissa vlterius replicari ad pœnam. Quod autem peccata semel dimissa redeant, multorum auctoritatibus probatur, quarum prima est illa prophetæ: (In memoriam redeat iniquitas patrum eius,) secunda illa, Euangelij: (Serue nequam omne debitum dimisi tibi.[b]

DIST. IIII. Hug. li. 2. de sacr. pa. 15. c. si. Sent. 4. d. 22.

Psal. 108. Matth. 18.

Deinde in lib. psalmorum Aug. ait ad psal. 108. Et Prosper ibid.

Peccata semel dimissa an redeant, sunt opiniones.

a ¶ Quia vero.] Hic incipit. 4. dist. in qua tractatur, an peccata semel dimissa iterum redeant. Et quidam simpliciter dicunt quod redeant, non solum quo ad reatum sed etiam quo ad essentiam, & pœnam, & in hoc videtur declinare G. infra eadem dist. §. vltim. sicut, & actio semel perempta restituitur, ff. si ex noxa. causa aga. sed alio iure in fin. Præterea sicut bonum reuiuiscit per gratiam sequentem, quod prius mortificatur per culpam, ita mala mortificata per gratiam reuiuiscunt per culpam iteratam sup. dist. proxi. c. pium. & c. si quando. Alij dicunt quod non redeunt illa, sed alia eiusdem generis, cum enim forte simile committimus, redire dicuntur quadam similitudine, sicut flores redeunt in vere. Tertij dicunt peccatum redire tantum pp vnum istorum quatdeunt, ar. 23. q. 4. si illic, 50. dist. miror. nec est ita in malis vt redeant sicut in bonis arg. de consec. dist. 4. quamuis, & hoc credo catholice dici. dicuntur tamen redire: quia remissionis beneficium sequenti culpa amittimus ob ingratitudinem, sup. dist. prox. §. hac auctoritate. vers. s. pe. Nam perinde priuatur quis gloria propter sequēs delictum, ac si nulla peccata essent dimissa, vt inf. dist. 5. fratres. pœnitentia enim duo facit, pœnam tollit, & gloriam acquirit, vt sup. d. 1. §. alij econtra c. ecce, Auctoritates autem, quæ videntur dicere, ꝙ redeant, hoc sonāt, ꝙ ita punitur quis pro sequentib. ac si nunquam ei dimissa fuissent. Procedit autem G. in hunc modum. Primo inducit auctoritates quod peccata dimissa redeant, vsque ad §. eorum. Secundo notat circa peccati dimissionem aliquas opinnones eorum, qui dicunt peccata redire. Tertio allegat pro aduersa parte, ꝙ non redeant, & sic determinat distinctionem. Lau.

b ¶ Dimisi tibi.] Quoniam rogasti me. nōne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego misertus sum tui? & iratus dominus tradidit eum tortorib. quousque redderet vniuersum debitum, sic & pater meus cælestis faciet vobis. i. repetet a vobis dimissa, & in hoc facit ad propositum Laur.

SERVE NEQVAM. Historia. Legitur in Euangelio. serue nequam omne debitum dimisi tibi, quia rogasti me, nonne ergo oportuit & te miserri conserui tui, sicut ego tui misertus sum? & iratus dominus eius tradidit eum tortorib. quousq; redderet vniuersum debitū, sic & pater meus cælestis faciet vobis si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Omnia autē quæ sequuntur vsque ad §. eorum, plana sunt. s. si Iudas & §. considerandum, & c. constat, dimitte, & reuertar, quæcumque peccatum, & ea per te videre poteris. (Non autem in æternum) supple, redditur.

Si

a S ¶ Iudas.] Ad eum vel sua.] Contrarius sensus facit ad propositum Gra.
b ¶ Parentum.] Commissa a se, imitando parentes.
c ¶ Iniquitas.] .s.commissa ab eo immitando eos, alias iniquitas patris non respicit filium, nisi[vt dixi] sit sceleris paterni imitator 1.quæst.4. crimen, & per totam legem Lau.
d ¶ Sed iniquitatem.] .i.auaritiam, quam primi parētes eius gerunt, vel originalia peccata Lau.
e ¶ Originalia. Peccatum originale ita dr reputari quia originale ita punitur pro sequentibus ac si dimissum non esset, vt infra.inf.eo. qui te cedit & ita de alijs dic. Sed quare dicit pluraliter, originalia, cū vnū solum sit originale? ponit plurale pro singulari, argu.ff.de ori.iur.l.2.§.exactis deinde regibus, idest, rege, vel propter diuersos effectus quos habet in hominibus originale, quosdam enim facit inuidos, quosdam luxuriosos, quosdam auaros, &c. Item sicut concupiscentia facit puerum concupiscibilē, & adultum concupiscētem, sic & superbia facit puerum superbilē, & adultum superbientē. Vel pluraliter ponit ꝑpter varias appellationes quas habet, dicitur .n. lex membrorū, stimulus carnis, angelus satanæ, lāguor naturæ, fomes peccati, &c. facit sup.d.6. sed pensandum. Palea.

In hominib.

s iniq- eius respi- liū.
Pec- orig. di- uersos effectus.

C. I.

SI Iudas teneret illud, ad quod vocatus est, nullo modo ad eum vel sua præterita, vel parentum [b] iniquitas [c] pertineret. Sed quia non tenuit adoptionem in familia Dei, sed iniquitatem [d] vetusti generis potius elegit, redijt iniquitas patrum eius in conspectu domini, vt in eo etiam ipsa † puniretur, & peccatum matris eius nō deleretur. *Item Rabanus*: ¶ Tradidit eū tortoribus, &c.) Considerandū est, quod dicit, (vniuersum debitum) quia non solum peccata, quæ post baptismum homo egit, reputabuntur ei ad pęnam, verum etiam peccata originalia, [e] quæ in baptismo ei dimissa sunt. [f]

† *ipse.*] orig. Sent.4.d.22.

Item Gregorius lib.4.dialog.c.60.

C. II.

Sent.ibidem.

COnstat ex dictis Euangelii, quod si hoc, quod in nos delinquitur, ex corde non dimittimus, & illud rursus exigitur, quod nobis iam per pęnitētiam dimissum [g] fuisse gaudebamus.

Item Aug. in hom. quintadecima de verbis Domini.

C. III.

† *Dicit ille Deus.*] orig.

Sententia nō verba.

DIxit † Dominus: (Dimitte, [h] & dimittuntur tibi.) si ego prior dimisi, dimitte vel postea. Nam si non dimiseris, reuocabo te, & quidquid tibi dimiseram, replicabo tibi.

Idem ibidem.

C. IV.

Sent.ibidem.

QVi diuini beneficii oblitus suas vult vindicare iniurias: non solum de futuris peccatis veniam non merebitur; sed etiam præterita, quæ iam sibi dimissa credebat, ad vindictam ei replicabuntur. [i]

Item Beda super Lucam, lib.4.c.48.

C. V.

Sent.ibidem.

REuertar [k] in domum meam, vnde exiui.) timendus est iste versiculus, nō exponendus: [l] ne culpa, quam in nobis extinctam credebamus, per incuriam non vacantes [m] opprimat.

Idem ibidem.

C. VI.

† *al. quemcumque.* Sent.ibidem.

QVæcumque † enim post baptisma, siue prauitas hęretica, seu mundana cupiditas arripuerit, mox omnium prosternet intima vitiorum.

f ¶ Dimissa sunt.] Si pœnitet eū suscepisse baptismū, vel ita punietur sufficiēter, ac si non esset baptizatus.

g COnstat.] ¶ Dimissum.] Hic vr̄ ꝙ prius dimittat Deus peccata, quam dimittat homo peccatum, sic ex hoc sequitur impossibile, .s. quod simul esset iust⁹ & iniustus, bonus & malus. Sed dic ꝙ tempore simul fit ab homine dimissio peccati, & a Deo remissio, præcedit tn̄ gratia vtrūque, quæ quando vult & prout vult in homine operatur. Expone ergo hic prius dimisi .i. prius me dimissurum obtuli, quantū in me est, quia bene facere Deus paratus est, Vel ad originale peccatū refertur hoc quod sine merito hominis a Deo remittitur. Vel ad parabolam Euangelicā de seruo. cui dominus decem millia talenta remisit priusquā ille conseruo suo q̄n quaginta.

Peccati dimissio & eiusdē remissio simul fiunt.

h DIxit dn̄s.] Dimitte.] .i. habilem te ostende ad suscipiendam gratiam.

i QVi diuini] ¶ Replicabuntur.] Expone vt sup. hoc est, ita damnabitur, ac si non essent dimissa, & ita expones has auctoritates, inf. de consec. d.4. quomodo. Lau.

K REuertar.] Hæc sunt verba satanæ.
l ¶ Non exponendus. 27.q.1. de viduis.
m ¶ Nos vacantes.] a bonis operibus.
n QVæcumque enim post baptisma.] ¶ Omnium] etiam prius dimissorum.

¶ ¶ Pec-

Item August. in libro quæstionũ Deuteronomij q. 42.

C. VII.

PEccatum[a], quod ex Adam cõtrahitur †, temporaliter redditur [a], quia omnes propter hoc moriuntur, non autem in æternum eis qui fuerint per gratiam spiritaliter regenerati, in eaque permanserint vsque in finem. † *al. trabitur.*

2 *Eorum [b] vero qui hanc sententiam sequuntur, alij dicunt [c], quod peccata reditura dimittuntur secundum iustitiam [d], sed non secundum præscientiam: sicut nomina discipulorum, qui retro abierunt, erant scripta in libro vitæ propter iustitiam, cui deseruiebant, non secundum præscientiam [e], quæ in numero saluãdorum eos non habebat. Sic a latere Dei dicuntur mille casuri, [f] & decem millia [g] a dextris eius, quos tamen diuina præscientia nunquam suis adnumerauerat. Hinc etiam Dominus ait Moysi: (Si quis peccauerit ante me, delebo eum de libro vitæ †,) vt secundum iustitiam iudicis ille peccando dicatur deleri, qui secundum præscientiam nunquam fuerat adscriptus. Hinc Augustinus in epistola ad Corinthios: α (Sed non in pluribus [h] eorum beneplacitum est Deo: etsi in aliquibus communia omnibus sunt omnia sacramenta. sed non communis gratia: ita & nunc baptismus est communis, sed non virtus baptismi.)*

B. Ambrosius libr. 9. com. in episto. ad Romanos in illa ver ba] Iacob dilexi,]& glossa ord. ibidẽ [vt ostenderet diuitias]

Psal 90. *Exo. 32.* † *meo.] orig.* *1. Cor. 10.* Sent. 4. dist. 4.

3 *Verũ hoc de ficte accedẽtibus, vel de his, qui extra ecclesiam baptizantur, intelligitur, qui sacramenti quidem integritatem accipiunt, virtutem vero eius minime assequuntur. Paruulis vero, vel adultis plena fide accedentibus [i] omnia † peccata remittuntur, etsi aliquando recessuri a bono in malum vitam sint finituri.* † *al. omnino.*

α ¶In epistola ad Corinthios.] *Hæc sunt apud Bedam in comment. c. 10. epist. 1. ad Corinthios ex B. Augustino in psalmum. 77. & copiosius apud illos exponuntur.*

Vnde Augustinus in libro de correptione, & gratia, c. 8. & 9.

a PEccatum.] Redditur.] Idest, punitur.

EORVM VERO. Hæc est secunda pars distin. in qua probatur superficialiter, quod peccata redeunt, & secundum præsentem tantum iustitiam dimittuntur, non tamen vere, sicut nomina discipulorum, qui recesserunt. Ioann. de Fant.

CASVS. Assignat nũc Gratianus quandam differentiã inter eos qui dicũt peccata redire. Quidam enim eorum dicunt quod peccata reditura dimittuntur secũdum iustitiam, & non secundũ præscientiam: quod probant exemplo Apostolorũ, qui retro abierũt, sic mali cadunt a præsenti iustitia. Alij dicunt, quod omnino ex toto dimittuntur, & respicit ille §. alium, §.]. ead. c. si ex bono. i. finis, vbi dicit: alij vero. Hæc autem differentia parum valet: sed magister hoc facit vt habeat materiam tractandi de præscientia, & prædestinatione. Quæ autem sequũtur vsque ad c. [Si ex bono.] plana sunt, scilicet.]Si quis. Sed nõ, & §. verum.] & ad probandum quod dicitur in §. inducit ca. sequens.

b ¶ Eorum.] Id est, qui dicunt peccata redire dimissa, duas ponit G. opiniones, que potius in verbis differunt, quam in sensu. quidam enim dicunt peccata dimissa redire, dimissa inquam secundum iustitiam, non secundum præscientiam. Alij dicũt redire peccata dimissa pure, & plene sine p baptismum, siue per pœnitentiam. Vt ergo ista intelligantur & qualiter hæ opiniones conueniant, notandum est, qđ prædestinationis siue præscientiæ, (quia & sub nomine præscientiæ includitur prædestinatio) duplex est effectus, scilicet, & in tempore iustificare, & æternaliter gloriam tribuere. Quo ad primum effectum operatur Deus qñcumque in hac vita peccata dimittit: & hoc est secundum iustitiam peccata dimittere. Quo ad secundum effectum, quando sic peccato dimittit, ne finaliter peccatum redire patiatur, vt ad beatitudinem perducat; & hoc est secundum præscientiam peccata dimittere. Qui ergo finaliter ad peccatum reuertititur, nõ secundum præscientiam, sed secundum iustitiam remissionẽ peccatorum consecutus est; & hoc est, quod hic tangit G. & infr. ead. §. finis, & sic patet duas prædictas sententias non esse contrarias: quia cui peccata dimittuntur secundum iustitiam, plene & pure ei dimittuntur, inf. ead. §. vlt. Lau.

Præscientiæ duplex est effectus.

c ¶Alij dicunt.] Hanc differentiam opinionum non ponit magister, nisi vt tractet de prædestinatione, non qđ sibi in aliquo contradicant. Hoc alij respicit illud, alij quod inuenitur inf. ead. §. finis.

d ¶ Iustitiam.] Præsentem, quæ eis confertur, quibus peccata dimittuntur, Hug.

e ¶ Præscientiam.] Ab æterno enim præsciuit Deus talẽ dimissionem non valere eis ad vitam æternã, nec vsque in finem durare.

f ¶ Mille casuri.] Idest, pauciores, qui credunt se cum Domino iudicaturos.

g ¶Et decem millia.] Idest, plures qui crediderũt se sessuros ad dexteram Dei, idest, in æterna beatitudine: plures enim sunt: qui credunt se saluandos, quam qui credunt se iudicaturos cum Domino, & ideo illi designantur maiori numero, isti minori.

h ¶Sed non in pluribus.] Plures illorum non placuerũt Domino, etsi aliqui eorum, &c.

VERVM HOC. Hæc est tertia pars distin. in qua probat, quod de ficte pœnitentib. intelligatur quod dictum est, quibus peccata non dimittuntur, de alijs non potest intelligi, quamuis postea sint casuri. Ioan. de Fant.

i ¶Accidentibus.] Supra 1. q. 1. sicut ficti. H.

Si ex

SI ex bono.] CASVS. Continuum est capit. Augustin. vsque ad. §. sequentem.] Finis.] & ponitur sic casus secundum Hugo. Primo Augustinus talem fecit quæstionem, Ecce aliqui sunt primo charitatem habentes, & dum in tali bonitate sunt, non moriuntur: peccant postea: & ita facti mali moriuntur. Quærit ergo Augustin. quare non rapuit eos Deus de vita hac dum boni erant, præsertim cum possit eorum futura mala scire, nec potest dici quod alicui hoc non faciat, quod probat auctoritate Salomonis, vnde formauit talem quæstionem, scilicet cur illum dum erat bonus, rapuit Deus, & non istum, præsertim cum posset scire istum peccaturum, & non potest hic, aliquid responderi, nisi quia Deus voluit illi dare perseuerantiam finalem, & non isti quasi ignoretur, postea ostendit quod istam perseuerantiam dat omnibus filijs suis prædestinatis, & non alijs. Et incipit ita facere distinctionem, vel diuisionem, quod quidā sunt mali, sunt tñ filij Dei prędestinatione: quidam sunt boni, & non sunt filij Dei per gratiam Dei ꝑseuerantem, quasi non sunt filij Dei prædestinatione, quia non sunt in bono permansuri. Et circa hanc materiā vagatur Aug. vsque ad finem c. aliquantulum prolixe loquens: tu tñ. diligens lector tene materiam, de qua loquitur, & in dictis non confunderis, Verba Salomonis sunt ibi, Raptus est, &c. Inimicus eius,) idest, Christi. (Regeneraturus.] scilicet Dominus. Beneuen. vero sic ponit hunc casum. Hæreticus mouet quæstionē Augu. quare illa diuersitas sit in ecclesia, ꝙ quidam pie viuentes deficiunt & dānantur, quid autē pie viuentes de hac vita rapiūtur, ne malitia mutet intellectum eorum. Et dicit Aug. Non potest responderi. quia Deus habet de omnibus potestatem, non ꝙ mala futura nesciat, potest aūt ita responderi, hoc ideo contingit, quia quibusdam datur perseuerantia, quibusdam non, quod non de prædestinatis intelligendum est, qui secundum propositum vocati sunt sancti, sed de illis, qui cum pie viuāt vocantur filij Dei, sed postea impie victuri sunt, & in eadem impietate morituri: de quibus dicit Ioannes: (Ex nobis exierunt.) de quorum numero fuerunt discipuli Christi, qui abierunt retro, de quorum numero sunt omnes qui recipiunt sacramentum baptismi, & postea impie viuendo, de bonis facti sunt mali.

a Si ex bono.] Casus huius cap. colligi videtur ex illis duobus inf. de consec. dist. 4. cap. vlt. & 23. q. 3. quidam. versi. Pelagiani. nam isti Pelagiani dicebāt, quod sine gratia Dei ꝑ liberum arbitrium quis possit bonū operari, & sic obijciebant Aug. Dicis, o Augustine, qđ nō potest quis cū ad adultam ætatē peruenerit, bene operari sine gratia diuina, sed iam nemo potest habere vel mereri. ergo Deo non opponente gratiam ex necessitate peccabūt isti, ergo per liberū arbitrium non debet eis tale peccatū imputari. Ad quam obiectionem & consimiles, cum Augustin⁹ nō respōderet sed exclamaret, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incōprehensibilia sunt iudicia Dei, & inuestigabiles viæ eius, deridebant eū His itaq; ꝑmissis diuiditur c. in tres partes. In prima parte ponit Aug. casum, in quo, & ipsi exclamare compelluntur propter rationis defectum: s. cur Deus bonos, quos scit a bono recessuros, & in malo morituros, non prius tollit de medio quam malitia immutentur, & quare quibusdam perseuerantiam dat in bono, quibusdam non, cum apud eum non sit iniquitas, nec personarum acceptio, vt extra de iudi. nouit. In secunda distinguitur inter filios Dei nuncupatione sola, & veros & filios, cuius occasione exponit illud Io. Ex nobis exierunt, &c. In tertia dicit quod perseuerantiam in bono vsque in finem dat Deus solis prædestinatis. Et huius occasione interseruit, quod quidam discipuli Christi sunt veri, quidam nuncupatiui tantum. Hug.

Error Pelagianorum.

Diuisio capituli.

C. VIII.

† De ijs enim differimus, qui perseuerantiam bonitatis non habent, sed ex bono, &c. orig.

SI † ex bono [a] in malum deficiente bona volūtate moriuntur [b], respondeant, si possunt, cur illos Deus cum fideliter, & pie viuerent, non tunc de vitæ huius periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum, aut ne fictio deciperet animas eorum. Vtrum hoc in potestate [c] non habuit? an eorum mala futura nesciuit. Nempe nihil horum [d] nisi peruersissime, atque insanissime dicitur. Cur ergo non fecit? Respondeant [e], qui nos irrident, quando in talibus rebus exclamamus: quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.) Neque enim hoc non donat [f] Deus, quibus voluerit, aut vero scriptura illa mentitur, quæ de morte velut immatura hominis iusti ait, (Raptus est [g], ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animā eius) Cur igitur hoc tam magnum beneficium alijs dat, alijs non dat Deus, apud quem non est iniquitas, neque acceptio personarum, & in cuius potestate est, quamdiu quisque in hac vita maneat, quæ tentatio dicta est [h] sup terram? Sicut ergo [i] coguntur fateri, donum Dei esse, vt finiat homo vitam istam, antequam ex bono mutetur in malum: cur autem alijs donetur, alias non donetur, ignorant, ita donum Dei esse in bono perseuerantiam secundū scripturas (de quib. testimonia multa iam posui [k]) fateantur nobiscum, & cur alijs detur, alijs non detur, sine

Rom. 11.

Sup. 4.

Ibid.

a Ex bono.) idest, ex bona voluntate, vel bonum refertur ad bonum exterius, similiter & malum ad interius in voluntate: & tunc subauditur, moriuntur.

b Moriuntur.] Hoc est dicere, deficientes a bono moriuntur.

c ¶ In potestate.] Vt impetret. Hug.

d ¶ Horum.] Immo perseuerantia in bono donum Dei est. Lau.

e ¶ Respondeant.] Supra 23. quæstio. quarta, de Tyrijs.

f ¶ Hoc non donat.] Idest, donat. arg. ff. de verb. sig. duobus, donat dico secundum hoc, scilicet mori, vel rapi, & est sensus huius litteræ, hoc donat quibus voluerit, aut scriptura mentitur, sed hoc nefas est dicere, vt 23. q. 5. quid ergo. Lau.

g Raptus est] 23. q. 4. ea. vindicta. H.

h Dicta est,] a Iob. supra dist. 2. §. item secundum, & c. si enim inquit. ver. quid enim L.

i Sicut ergo.) Suspenditur istud, sicut, vsque ad versiculum illum, cur alijs. Lau.

K Posui.] in alia parte c. quod non est hic. L.

a ¶ Ignorare.].ff.de leg. non omnium.
b ¶ Filijs suis.]Per præsentem iustitiam.
c ¶ Vt ita].s.quod nō det,idest, subtrahat perseuerantiam.
d ¶ Nam isti.] Quibus Deus non dat perseuerantiam vel pdestinationē. Laur.
e Filios Dei]Secundum præsentem iustitiam.
e Filios Dei.] Secundū pr̨edestinationē. Lau.
f ¶ Nobis]secūdum expositionē,& opinionem nostram.B.
g ¶ Ait Euangelista Ioannes.]In Euāgelio, s. in verbis quæ sequuntur L.
h ¶ Dei.]Pr̨edestinatione.
i ¶ In vnum].i.vnitatem fidei. Lau.
K Futuri).i.filij Dei per gratiam.L.
l ¶ A nobis).i.inter nos Ioan.
m De his)Filij.s.qui non de his,i. de istorū numero,qui,&c.
n Perseuerauerūt).i. vsque in finem non perseuerauerunt,vnde Ouidius.

Sed s.vltima semper Expectanda dies homini est, dicique beatus.

Ante obitum nemo,supremaque funera debet.

Argue prodesse modicum quod desinit esse.

Quod nō durabit cōmoda parua dabit.

Et no. aliquē nō debere dici permanentem, vel perseuerantem,qui vsque in finem nō perseuerauerit, licet longo tēpore in operib. charitatis existat.su.d.proxi.ineassum. H.
o Conformes.)Puritate vitæ mō, & postea beatitudine.L.
p Imaginis filij ei⁹) idest,filij, qui est imago patris vsquequaque eadem cum patre.
q Fuerunt ergo.)Sic ordina, ergo filijs suis non pr̨edestinatis Deus perseuerantiam non dedit L.
r Numero]Secūdum præscientiam.

ADDITIO. Idest pr̨edestinationē: nā secundum præsentem iustitiam bene erant in numero illorum.P.
s ¶ Apostolicam.]Quæ dicit,quod habes quod non accepisti? Et Iacobus,Omne datum optimum,& omne donū perfectum desursum est vnde versus.

Ex ope cælesti fit, si quid habetur honesti.

SI quis positus ĩ vltima necessitate ægritudinis suæ voluerit accipere pęnitentiam, & accipit, [g] & mox recõciliatur, [h] & hinc vadit; fateor vobis, nõ illi negamus qd petit; sed non pręsumimus, quòd bene hinc exit: si securus hinc exierit, ego nescio: pęnitentiam dare possumus, securitatem autem dare non possumus. Nunquid dico, — Sent.ibidem. Poly.l.8.lib.1. Ans.l.11.c.137. Burc.l.18.c.12. Iuo p.15.c.22.

Pęnitentia mortis articulo iniuncta, utrũ sit utilis.

TEmpus. In hac distin. tractatur de pœnitentia finali, scilicet, quæ in fine vitæ quæritur & accipitur, scilicet, an valeat ad æternam vitam consequendam, vel non, & quid si fiat non ex charitate, sed tantum metu diuini iudicij. Et diuidit ĩ duas partes, in prima quarum dicitur, quod dictum est. Pe. Secunda ibi, [quamquam.]Pet.

TEMPVS VERO. CASVS. Hic intitulatur 7.dis. qua quæritur vsq; ad quod tẽpus peccator sit recipiẽdus ad pñiam, hoc est an vtilis sit pñia, quæ iniungitur in mortis articulo. & videtur Aug. in hoc dubitare, nec vult (vt vr) in hoc præcise respondere, arg. inf. ea. si quis positus. Et forte ideo dubitauit: quia considerauit quod de facto contingit, ita vix aliquis potest digne pœnitere in mortis articulo constitutus, dum mundum considerat, dum respicit filios & vxorem: infra e. §. vlt. Vel dubitare se ostendit, non quia dubitet, quid in hoc casu hoc modo G. primo probat vno c. ꝙ pęnitenti nunquã est pęnitentia deneganda: postea adducit in contrarium duo cap. vsque ad §. hoc autem, quæ contraria capitula per alia auctoritates. Aug. soluit.

2 Dicit Hierony. Si ex

e NEmo desperandus est.] Id est de nemine desperandum est. Ar.

f ¶ Maturiore.] 32.q.2.ancilla. cuius hæc pars est. L.

QVAMQVAM. Hæc est secunda pars dist. in qua dicitur, ꝙ si quis vere vult pęnitere, hoc sanus faciat. Pet.

SI quis positus.] CASVS. Quæsitũ fuit ab Aug. an dãda sit pñia in mortis articulo cõstitutis, & an sit eis vtilis. Et respondet dicens, ꝙ nulli est pęnitẽtia denegãda, sed non præsumitur, ꝙ eis sit vtilis, neque eis securitatem promittit: vnde hortatur quemlibet, ut in sanitate pęnitentiam agat, si digne vult ueniam obtinere.

g ¶ Accipit.] Notificatam, non autem impositam, quia in tali articulo non imponitur, ut 26.q.6.presbyteri, &c. agnouimus. & q.7.c.1.Lau.

h ¶ Reconciliatur.] Quia forte erat excommunicatus, uel

damnabitur? Sed non dico, liberabitur. Vis ergo à dubio liberari? Vis, quod incertum est, euadere? age pęnitentiā, dum sanus es. Si sic agis, dico tibi, quod securus es: quia pęnitentiam egisti eo tempore, quo & peccare potuisti. Si autem vis agere poenitentiam, quando iam peccare non potes: peccata te dimiserunt [a], non tu illa [b].

1.q.3.Saluator.

Hæc, & duo sequentia capitula accepta sunt ex homilia 41. B. Augustini, sed primum hoc ordine, multisque verbis mutatis. Atq; ideo Burcardus, & Iuo non ex Augustino, sed ex dictis Augustini citant. Quare nihil mutatum; sed præstat omnino homiliam ipsam legere. Eadem in bibliotheca sanctorum patrum, tomo 7. tribuuntur B. Cæsario Arelatensi episcopo.

Idem in eadem homilia paulo superius.

C. III.

QVi egerit veraciter poenitentiam, & solutus fuerit à ligamento, quo erat adstrictus †, & à Christo corpore saparatus, & bene post pęnitentiam vixerit, sicut ante poenitentiam viuere debuit; post reconciliationem quandocunque defunctus fuerit, ad Deum vadit, ad requiem [c] vadit, regno Dei non priuabitur, à populo † diaboli separabitur.

† al. abstrictus.

† al. consortio.

Idem ibidem.

C. IIII.

SI quis α [d] autem, &c. *& infra.* ¶ Baptizatus ad horam securus hinc exit: fidelis bene viuēs securus hinc exit: agens poenitentiam, & recōciliatus, cum sanus est, & postea bene viuens, securus hinc exit. Agens poenitentiam ad vltimum, & reconciliatus, si securus hinc exit, ego nō sum securus. Vnde securus sum, dico, & securitatem do: vnde non sum securus, poenitentiam dare possum, securitatem dare non possum. *& post pauca.* ¶ Sed vnde scis β (iniquis) ne forte Deus dimittat mihi? verū dicis: vnde? nescio. Illud scio, hoc nescio. Nam ideo do tibi poenitentiam, quia nescio: nam si scirem tibi nihil prodesse [e], non tibi darem. [f] Item si scirem tibi prodesse, non te admonerem, non te terrerem. Duæ res sunt, aut ignoscitur tibi, aut non ignoscitur. Quid horum tibi futurum sit, nescio. Ergo tene certum, dimitte incertum.

Sent. ibidem.

α Si quis autem.] *Apud B. Augustinum sequuntur verba, quæ relata sunt paulo ante in capite,* si quis positus, *vsq. ad ver.* bene hinc exit.

β Sed vnde scis.] *Hæc apud B. August. sequuntur post vltima verba eiusdem capitis,* si quis positus.

Hoc autem quare Augustinus dixerit, Cyprianus ostēdit, libro 4. epist. 2. ad Antonianum dicens.

C. V.

IDcirco frater chariſſime, pęnitentiam non agentes, nec dolorem delictorū suorum toto corde, & manifesta lamentationis suæ professione testantes, prohibendos omnino censuimus a spę communicationis, & pacis; si in infirmitate, atque in periculo cęperint deprecari: quia rogare illos non delicti pęnitentia, sed mortis vrgentis admonitio compellit: nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitauit esse moriturum.

In lib. de vera, & falsa pęnitentia.

Item Augustinus in libro de pęnitentia, c. 17.

vel absolutus per officium sacerdotis à pęnitentia, quæ ei imponi debeat Lau.

a Dimiserunt.] id est videntur dimisisse te.

b Non tu illa.] More humano loquit. semper enim præsumitur contra istum, quod non vere pęniteat: nisi euidens signum appareat. arg. 57. dist. si quis in ægritudine. Hug.

QVi egerit poenitentiam.] CASVS. Dī hic, quod si quis egerit veraciter poenitentiam, & bene post poenitentiam vixerit, post reconciliationem securus hinc exit, sicut post baptismū: qui autē i articulo mortis pęnitētiam agit, vtrum securus hinc exeat, dicit Au. se dubitare. H. autē unū c. facit ab illo ca. [si quis positus] usque ad §. hoc autē] qui §. per se patet.

c Ad requiem.] Scilicet recta uia, ita quod nec purgatorium sētiat pro illis peccatis pro quibus pęnituit * Lau.

* Idest, integre etiam satisfecit.

d SI quis.] Hoc habes su. d. 3. §. ultimo. in c. si quis autem. H.

e Tibi nihil prodesse.] C. de proba. ad probationem.

f Non tibi darem.] sup. 95. d. illud, argum. Hug.

IDcirco.] CASVS. Dī hic, quod qui ueram pęnitentiam nō agunt, & ex toto corde, prohibendi sunt à spe communionis & pacis: quia tales cōpellit ad poenitētiā necessitatis articulus. & nō delictū.

NVllus expectet.] CASVS. Dicit Au. quod nullus debet expectare vt agat pœnitentiam in morte. Nec debet ex eo sumere auctoritatem, quod pœnitentiā latronis Christus in eius fine suscepit: quia ille nō solū pęnituit sed etiam baptismū recepit: vnde nō est mirum, si statim volauit ad patriam sicut est de quolibet qui in suo fine baptizatur. secus est de eo qui pœnitet sine baptismo. Supponit etiā, quod quilibet in morte sua non tantum dēt timere pęnam, sed ēt sperare gloriam.

QVOD QVONIAM VIX. CASVS. Dicit H. quod hęc sunt verba Aug. vsq; ibi, Dixit cōuersum.] Vel pōt dici, quod omnia sunt verba Aug. vsque ad finem, & loquitur Aug. de se in tertia persona, vt dicit H. & casus facilis est, & eum per te videbis: quia multa repetit, quæ superius dixit. Quod

C. VI.

NVllus expectet, quando iam nō possit peccare. Arbitrij.n. quærat libertatem, vt dolere † possit cōmissa, non necessitatem. Qui prius itaq; à peccatis relinquitur, quàm ipsa relinquat, ea nō libere, sed quasi ex necessitate condemnet. Licet.n. latro veniā meruisset in fine de omni suo crimine, non tamē dedit baptizatis peccādi, & perseuerādi auctoritatem. Tunc enim baptizatus est, qui tūc primum in cruce Christum confessus est. Pœnitentia.n. si in extremo hiatu vitæ aduenerit, sanat & liberat ī ablutione baptismi, ita quòd nec purgatorium sentiūt, qui in fine baptizātur: sed ipsi ditati bonis sanctæ matris ecclesiæ sunt recepturi multiplex bonum in vera beatitudine. Illi autem, qui cum potuerunt, nunquam conuerti voluerunt, cōfitentes, cum iam peccare nequeunt, non sic facile acquirunt quod volunt. Oportet enim, vt pœnitentia fructificet ad hoc, vt mortuo vitā impetret. Scriptum est enim sine charitate neminem saluum esse. Non itaque in solo timore viuit homo. Quem ergo sero pęnitet, oportet non solum timere Deum iudicem, sed & iustum diligere: nō timeatur pro pęna, sed ametur pro gloria. Debet enim dolere de crimine, & de omni eius prædicta varietate.

¶ Quod quoniam [a] vix licet, de eius salute Augustinus potuit dubitare. Credo quidem illi; qui dixit: [Quacūq; hora peccator ingemuerit, & cōuersus fuerit, vita viuet,] Dixit conuersum, non tantum versum, vita viuere. Versū quidem puto, qui dolet de crimine: conuersum, qui dolet de omni † eius, quam exposuimus, varietate. Vertitur a peccato, qui iam vult dimittere peccatum: conuertitur qui iam totus, & omnino vertitur, qui iam non tantum pęnas non timet, sed ad bonum Domini contendere festinat. Quæ conuersio, si contigerit alicui etiam in fine, desperandum non est de eius remissione. Sed quoniam vix, vel raro est tam iusta conuersio, timendum est de pęnitente sero. Quē enim morbus vrget, & pæna terret, ad veram vix veniret satisfactioné; maxime, cū filij, quo illicite dilexerit, sint præsentes, vxor, & mundus ad se vocent. Multos enim solet serotina pænitentia decipere. Sed quoniā Deus semper potēs est, semper etiam potest in morte iuuare quibus placet. Cum itaque opus sit non hominis, sed Dei fructifera pænitentia; inspirare eam potest, quandocūque vult sua misericordia, & remunerare ex misericordia quos damnare potest ex iustitia. Sed quoniam multa sunt, quæ impediunt, & languentem retrahunt, periculosissimum est, & interitui vicinum, ad mortem protrahere pænitentiæ remedium. Sed magnum est, cui Deus tunc inspirat. Si quis est igitur, qui veram tunc quærat pœnitentiam; expectet Dei clementiam; maiorem sentiens Dei bonitatem sua nequitia. Sed si etiam sic conuersus euadat, vita viuat, & non moriatur; non tamen promittimus, quòd euadat omnem pœnam. Nam prius purgandus est igne purgationis, qui in aliud sæculum distulit fructum conuersionis. Hic autem ignis, & si æternus non sit, miro tamen modo est grauis. Excellit enim omnem pœnam, quam vnquam passus est aliquis in hac vita. Nunquā in carne tāta inuēta est pœna licet mirabilia passi sint martyres tormenta: & multi nequiter iniqui tanta sustinuerunt † supplicia Studeat ergo quilibet sic delicta corrigere, vt post mortē nō oporteat talē pænā tolerare. Quædā.n. peccata sunt mortalia, & in pænitētia fiunt vitalia †, non tū statim sanata Sæpe enim quidam ægri morerentur, nisi medicarentur: non tamen statim sanantur: languet victurus, qui prius erat moriturus. Qui autem impænitens moritur, oino moritur, & æternaliter cru-

Sent. ibidem.
† al. dolere.
Luc. 23.
1. Cor. 13.
su. si quis autem.
Ezech. 33.
† animi.) orig.
† al. sæpe sustinuerunt.
† venalia), orig.

QVòd autem.] Hæc q. diuiditur in quatuor partes. In quarum prima probat magister superficialiter, quòd tempore festiuo vel ieiunij nullus debet vxorem suam cognoscere, quod est consilium. Secunda ibi, [Cum propria.] Ter- quia quæcunque tempore exactus, semper tenetur debitum reddere, 27. q. 2. si tu. & inf. prox. c. 1. & ponit aliā satis affinem, an liceat tempore orationis vacare coniugali operi in exigendo, & super hoc notat diuersas opiniones, nam quidam 1 inhærentes isti c. dicunt, ꝙ tempore orationis non debet quis cognoscere vxorem suam. Alij vero intelligunt eā de consilio, tu mediam viā teneas [ma ior .n. medijs gratia reb. inest,] Dic ergo ꝙ quandoq; est præceptum non cognoscere eam quandoque consilium. Præceptum est, quod in his dieb. non cognoscat eam cā saturandæ libidinis, nā cum alias peccat venialiter, maxime tamen causa incontinētiæ, sm nos, si eā cognoscat in his diebus peccat mortaliter. Consilium vero est, vbi vult cognoscere eam cā sobolis, vel uitandæ fornicationis, hæc omnia intelligas in exigente, nā ut præmisi, semper exactus tenetur reddere debitum, licet exigens hoc tēpore peccet, arg. inf. eo. q. 5. noluit, dicitur tñ quidam, ꝙ si ei constaret, ꝙ uxor peteret debitum causa libidinis explendę, nō ei redder.

Operi coniugali an liceat tempore orationis uacare.

1 Vt B. Isido.

Maritus exactus semper tenetur reddire debitū.

† al. moritur, vel finitur.

† al. peccandi.

torquetur] orig.

ciabitur. Qui enim impœnitens finitur, † si semper viueret, semper peccaret. At Dei est miserētis, quod operatur finem peccātis, † ob hoc etiam sine fine torquebitur, † quia nunquam ditabitur virtute semper plenius iniquitate, semper sine charitate, torquebitur sine fine.

a ¶ Quoniam vix licet.] *Sic est emendatum editione Plātiniana. Nam antea legebatur*, Quod quamuis licet de eius salute Augustinus, &c. *Neque accusare, sed interpretari voluit Augustinū hoc auctor, sine dubio ipsius sectator. Multa vero alia in hic capite partim ex vetustis Gratiani codicib. partim ex ipso originali sunt emēdata.*

In uigilia Paschæ decius agni.

QVAESTIO IV.



Vod autem [a] orationis tempore coniugali operi vacare non liceat, Beatus Hieronymus in quodam sermone scribit, quod scribit, ita dicens.

¶ Tempore quo vxori debitum redditur, a carnibus agni abstinere oportet. C. I.

Sent. 4. d. 32. Iuo par. 8. c. 87.

SCiatis fratres charissimi, quoniam quicumque vxori debitum reddit, vacare non potest orationi, nec de carnibus agni comedere debet. *Item paulo post.* ¶ Si panes propositionis non poterant ab ijs, qui vxores suas tetigerant, comedi, quanto magis panis ille, qui de cœlo descēdit, [b] non potest [c] ab his, qui coniugalibus paulo ante hæsere complexibus, [d] violari atque contingi? non quo nuptias condemnemus (hoc enim dicimus,) sed quod eo tempore, quo carnes agni manducaturi sumus, vacare operibus carnis non debeamus. [e]

¶ *Prior pars huius capitis vsq; ad ver.* Item, *de industria videtur in summam collecta, reliqua autem ex originali est emendata & aucta*

Item Augustinus sermone 2. de tempore, [idest, de 2. Dominica Aduentus.

SCiatis.] CASVS. Ostēditur in hoc ca. quod continētia præcedente dēt quis accedere ad Eucharistiam, & hoc probat Hier. argumentando de pane propositionis ad panē, qui de cœlo descendit. non ꝙ nuptias condemnaret, sed quia eo tēpore quo māducaturi sumus agnum, est a carnalib. operibus abstinendum. Sequentia cap. plana sunt usque ibi (qui in castigatione) & intelliguntur secundū præmissam distinctionem, uel consilio, uel cum exigitur debitum causa lib. dinis saturandæ.

Tertia ibi,] Hinc etiam [Quarta ibi,] Hæc aut [ ] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur quarta quæstio, qua quæritur an tempore orationis quis ualeat reddere debitum uxori, ut tempore quadragesimali, & ieiunijs statutis, & uigilijs Apostolorum, & similibus, & dicit H. ꝙ exactus semper tenetur reddere, alioquin mortaliter pec at, ut s. p. 27. q. 2. si tu abstines. sed utrum possit exigere de hoc diuersæ sunt opiniones. Nam quidam inhærentes istis, dicunt quod tēpore orationis non debet quis reddere debitum uxori. Alij intelligunt ea de consilio. Tū aūt dicas quod causa incontinentiæ, uel filiorum potest eam cognoscere, & exigere debitum. nec præcipitur ei ut abstineat, sed sub forma prohibitionis dissuadetur ei. sed ex causa saturandæ libidinis non debet exigere, quia tunc mortaliter pe[illegible] secundum H[illegible] secundum alios uenialiter. Et hoc intelligas in exigente.

a ¶ Quod autem.] Omisit magister quæstionem positam in themate tanquam nihil dubitationis habentē;

b ¶ Descendit.] Qualiter descendit habes de consec. d. 2. sicut est uetus.

c ¶ Non potest.] Propter reuerentiam sacramenti. Vel intellige cum causa saturandæ lib. dinis commiscetur ei, uel consilium est alias, cum ex necessitate tenetur reddere, ut inf. prox. c. 1. quare punietur 2, cum tantū pro mortali abstinendum sit a corpore Christi inf. de conse. dist. 2. quotidie. & c. si non sunt.

2 Ar. 24. q. 4. Nabuchodonosor. C. de adul. l. Grecchus.

d ¶ Complexibus.] Et causa libidinis explendæ secundum quosdam.

e ¶ Debeamus.] Quantum in nobis est, alter tamen peccat exigendo, sed reliquus non peccat reddendo, nam & si peccat, qui præcipit, non tamen peccat, qui obedit, 23. q. 1. quid culpatur, uersus finem.

Infideles dicuntur.

a Quotiescumque.] ¶ Festiuitates.] De quibus inuenio in his capitulis, & ĩ.de cõsec.di.3.c.1.Hug.
b ¶ Ab infidelium.] Infideles eos vocat, qui peccant mortaliter.argum.23.q.4.forte.Vel quia non seruant fidem amicis suis. Vel ad differentiam fidelis, 24.distin. Christiano.

iunijs,quib.sic frequentius nititur oratio, intelligitur. vt tempus quadragesimale, quatuor temporum, & sanctorum vigiliæ, extra de obser.ieiu,consilium.
n ¶ Nam secundum legem.] Forensem.i.Romanam, vt C.de fer.quadraginta. vel Mosaicam, vbi dicitur;ecce ad

¶ A coniugali concubitu in sanctorum solennitatibus est abstinendum. C. II.

Quotiescunq; aut dies natalis Domini,aut reliquę festiuitates [a] adueniunt;sicut frequenter admonui, ante plures dies non solũ ab infidelium † [b] concubinarum consortio,sed etiam a proprijs vxoribus abstinere.

Sent.4.dist.32.
† infelici.] uera lectio.

Item Ambrosius in sermone de aduentu Domini.

¶ Diebus ieiuniorum à proprijs vxoribus abstinere oportet. C. III.

Fratres [c] non solum debetis ab omni immunditia abstinere, sed etiam ab vxoribus proprijs studiosissime contineatis. Nullus α omnino vxori suæ ieiunorum diebus coniungatur.

α ¶ Nullus.] *In hoc sermone, qui habetur in manu scriptis in bibliotheca Vaticana, hinc vsque ad finem non habentur. Sed in alio sermone manuscripto de Quadragesima hæc leguntur.* Nullus omnino vxori suæ iungatur ante octauam Paschæ. *In plerisque vetustis codicibus Gratiani hoc loco absunt ista verba*, ieiuniorum diebus. *de quibus tamen B. Ambrosius loquebatur. & ideo sunt etiã in rubrica.*

Idem super epistolam primam ad Corinthios.in c.7.

C. IV.

Sent.ibidem.
Iuo par.8.c.84.
Pann.6.c.21.
† al.purgationis.

Si causa procreandorum filiorum ducitur vxor: non multum tempus cõcessum [d] videtur ad ipsum vsum: quia & dies festi,& dies processionis † [e],& ipsa ratio cõceptus [f], & partus iuxta legem [g] cessari temporibus his debere demonstrant.

sup.dist.5.

Idem Augustinus in libro quæstionum veteris, & noui testamenti.quæst.127.

Vxoris vsus certis diebus cessare iubetur. C. V.

Sent.ibidem.
Iuo par.8.c.89.

Christiano [h] cum vxore sua conuenire aliquando licet, aliquando vero non licet [i]. Propter dies.n.processionis aliquando non licet conuenire, quia etiam a licitis [k] abstinendum est, vt facilius impetrari possit quod postulatur. Vnde Apostolus ex consensu [l] ait abstinendũ ad tempus, vt vacetur orationi [m]. Nam secundum legem [n] in ieiunio cędere †, & iurgari non licet; postea licet,quia maior reuerentia debetur Dei causis.

1.Cor.7.
Esa.58.
† al.cadi.]orig.

Item Ioannes Chrysostomus.

Non vere pœnitentiam agit,qui continentiam non seruat. C. VI.

Qvi in castiga-

c Fratres.] Consilium est.
d Si causa,] ¶ Concessum. Et ita videtur, ꝙ aliquòd tẽpus prohibitũ sit, in quo non debeat vxorem suam cognoscere,causa sobolis ꝓcreãdæ, & ita nõ est consilium, sed fac vim in eo quod dicit videtur:nõ enim dixit,non est. Vel intelligas in casu, in quo loquitur c. quando ¶ cognoscit eam causa sobolis,quia forte in eo casu non debet ad eam accedere: secus si causa incontinentiæ.
e ¶ Processionis.] id est,Rogationum, vt inf.de consec.dist.3. pronunciandum.
f ¶ Conceptus.] Ex quo.s.partus incipit moueri,hoc ẽt consilium est secundum nos, sicut etiam de mẽstruata, dist.5.ad eius vero, licet H.cõtradicat.
g ¶ Legem.] Supra dist.5.§.1.Ioan.
h Christiano] 29.q.1.sic enim.

Licitum dupliciter dicitur.

i ¶ Non licet.] idest, non expedit,& ita licitum dupliciter dicitur.
K ¶ A licitis.] Propter hoc & illud. ĩ. ea.nec vxorem. Dic omnia hæc de consilio intelligenda.
l ¶ Ex consensu.] Hoc non est in Apostolo,sed ibi est sensus auctoritatis Apostoli. vnde est arg.ꝙ potius sit sensus auctoritatis Apostoli attendendus, quam verba,extra de uerb. sig.propterea.
m ¶ Orationi.] Sed dicit auctoritas. Nõ definit orare, qui bene facit,sed quilibet reddendo debitum bene facit.ergo orat: quare ergo cessabit,ut orationi uacet? Resp.orare hic stricte sumitur, secundum ꝙ oratio fieri debet in ecclesia. Vel hoc de exigente: aliud in reddente. extra de conuer.coniug.quidam. Item nonne quotidie est orandum 1? Videtur ergo ꝙ iugis continentia indicenda sit coniugatis; sed nomine orationis tẽpus deputatum ieiunijs,quib.sic frequentius nititur oratio, intelligitur.

Orare non desinit, qui benefacit.

1 Ad hoc 31.d. c.2. & c. si laicus 36. dist.c.vlt.

ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. 18.dist.impietatis. Vel canonicam.15.q.4. placita.Io.

Qvi in castigatione.] CASVS. Dicitur hic,ꝙ si quis inter Dei flagella peccatum cognoscit, & pœnitet, quantum in se est,ab operibus carnis debet abstinere.

a ¶ Qui

a ¶ Qui in castigatione.] s. flagellorum. 1

b ¶ Victus] .i. conuictus & compunctus. Vel melius victus genitiui casus, quasi in abstinentia & parcitate, s. ieiunando, & in ieiunijs se castigando.

c ¶ Nisi egrediatur.] Quantum in se est, vel si vxor cōsentiat,

nitur, & dicitur tamen de eo quod grauius delinquat, quam in primo casu.

e ¶ Intrare. Videtur ergo ꝙ multo fortius quis prohibēdus sit ab ingressu ecclesiæ pro mortali, cum hic impediatur pro veniali, & ita qui est in mortali, non debet

Ecclesiæ ingressus an sit alicui prohibendus.

tione [a] victus [b] se dicit agere pœnitentiam? frustra hoc sermone promittit, nisi egrediatur [c] de cubili suo, & ieiunio continentiam addat. *Ioelis 2.*

Caput hoc aupd B. Ioannem Chrysostomum, ex quo citatur non est inuentum. Sed eadem fere leguntur in commētarijs B. Hieronymi ad c. 2. Ioelis, & copiosius etiam exposita.

Item Greg. in resp. 10. ad interrogationes Augustini.

¶ Ab ingressu ecclesiæ temperare se debet vir cum propria vxore dormiens. C. VII.

Sent. 4. d. 31. Poly. l. 6. ti. 7. Iuo p. 8. c. 88.

2 VIr cum propria coniuge [d] dormiens, nisi lotus aqua intrare [e] ecclesiam non debet, sed neque lotus intrare statim debet, *& infra.* Quamuis enim de hac re diuersę hominum nationes diuersa sentiant, atque alij alia custodire videantur. Romanorum tamen semper ab antiquioribus vsus [f] fuit post admistionem propriæ coniugis, & lauacri purificationē quærere, & ab ingressu ecclesiæ paululum reuerenter abstinere. Nec hæc dicentes deputamus culpam esse cōiugum, sed quia ipsa licita admistio cōiugum sine voluptate [g] carnis fieri nō potest, [h] a sacri loci ingressu abstinendum est, quia voluptas ipsa esse sine culpa nullatenus potest. Nō enim de adulterio, vel fornicatione, sed de legitimo matrimonio susceptus fuerat, qui dicebat: (Ecce enim in iniquitatibus [i] conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea) *& infra.* *Psal. 50.*

ecclesiam ingredi, ꝙ quidam admittunt, 21. d. cleros in fi. & 11. q. 3. nullus sacerdotum. & de pæ. dis. 1. qui sanctus sacerdos est, quod nō est verum, nisi sit excōmunicatus, 11. q. 3. excōicatos. &c. cum excommunicato. vel interdictus, extra de off. de leg. sane. de illis constat, vel nisi sint cōtumaces, 11. q. 3. qui iubente. vel pœnitentes, 50. d. in capite. & quidam sacrilegi. 81. dis. si qui. 5. q. 2. præsēti. & 12. q. 2. de viro. alias quilibet potest ingredi, vt de conse. d. 1. episcopus nullum, 1 q. 1. qui studet. vbi dr̄, ꝙ dominus admisit omnes peccatores intrare ecclesiā præter simoniacos, potius. n. frequentabit ecclesiam, qui est in mortali, vt dominus eum cōuertat ꝑ verba sacerdotis, vt supra de pę. d. 5. falsas, in fi. Quod ergo hic dr̄, dictum est ꝓpter reuerentiam sacri loci, & propter corporalem uiri inquinationem magis quam propter peccatum.

sentiat vt inf. ea. Apostolus.

VIr cum propria.] Hæc est 2. pars q. in qua probatur quando est peccatum cognoscere vxorem suam, & quando non, Ioan. de Fant.

CASVS. Ben. sic ponit hunc casum, Greg. hic primo tractat de eo, qui causa incontinentiæ vitandæ suam cognoscit vxorem. Secundo de eo, qui causa prolis habendæ. Tertio de eo, qui causa libidinis suæ saturādæ. In primo casu consuluit ab ingressu ecclesiæ temporaliter cassandum, & hoc consilium approbat vsus Romanorum, non ad condemnationem nuptiarum, sed quia coniugalis commistio non potest fieri sine culpa, vt probatur auctoritate Dauid. In secundo casu reliquit arbitrio uiri an intret ecclesiam uel nō. In tertio casu præcepit, quod ante ablutionem mentis ad sacram cōmunionē non accedat. H. uero sic ponit, in principio loquitur qn̄ uir accedit ad uxorem, causa incontinentiæ. in medio qn̄ causa liberorum: circa finem qn̄ causa libidinis exaturandæ. In primo casu consulitur uiro ut lauetur aqua, & aliquantulum cesset ab ingressu ecclesiæ, quod fit ad reuerentiam loci propter peccatum, quod fit in tali coitu, & propter corporalē coinquinationem. In secundo casu relinquitur suo arbitrio, & de intrando ecclesiam, & de accipiendo corpus Christi, In tertio nil de hoc uel de illo statuitur, sed ostenditur quod peccat grauius, quam in duobus primis casibus.

d ¶ Vir cū propria coniuge.] CASVS. In prima parte loquitur de eo, qui causa incontinentiæ ad uxorem accedit. Tali consulitur ab ingressu ecclesiæ abstinere usque ad uesperā. In sc̄da de eo, qui cā prolis eā cognoscit, iste talis si vult, nō solū intrare ecclesiā, sed ēt corpus Christi accipere, permittitur. In tertia de eo, qui causa libidinis explendæ: hinc in isto capit. pœnitentia non impo-

f ¶ Vsus.] Arg. pro consuetudine Romanæ ecclesiæ seruanda, & uerum est, cum hoc docet 11. dist. nolite.

g ¶ Voluptate.] Et ita coitus non potest fieri sine peccato, hic applaudit sibi Hug. & sumit opinionem, quod nunquam opus coniugale sine peccato potest exerceri, unde etiam qui debitum reddit, peccat uenialiter? quia semper est ibi quiddam pruritus & uoluptas in emissione spermatis, & ideo Christus noluit nasci ex coitu: quia non potest fieri sine peccato &c. 27. q. 2. omne, ad finem, uidetur ergo quod teneatur aliquis peccare: quia tenetur reddere debitum, ut 27. q. 2. si tu. & infra q. prox. cap. 1. nec potest reddere nisi peccet, ergo tenetur peccare, sed hoc argum. non ualet. Instat H. presbyter tenetur cantare Missam, nec potest cantare nisi hēat linguam, ergo tenetur habere linguam, & secundum H. peccat homo ex necessitate in primis motibus. & ita erit quis perplexus secundum Hug. inter ueniale, quod surgit ex primis motibus & mortale. Nam de primis motibus dicit Apostolus: Ago quod nolo. & surgunt in nobis, & sine nobis, de pœ. distin. 2. inter hæc. P. manducator dixit contra, ut no. 13. dist. nerui. 2 Item ex hoc sequeretur quod bene facere, & male, quia reputatur ei ad sanctitatem, si reddit debitum, ut infra ead. q. proxim. c.

Opus coniugale an possit sine peccato exerceri.

h ¶ Non potest.] De facili, & ideo quia dubium est, aqua aspergitur.

i ¶ Iniquitatibus.] idest, uolūtatib. iniquitas in propria designat crimen, de pę. dist. 3. §. quod aūt, c. ille text. uel dic, iniquitatibus, i. originali peccato, siue fomite, unde theologi colligunt ex hoc, quod plura sūt originalia hmōi, & tunc dic, iniquitatibus, i. cum iniquitatibus, qui

Originalia ſm aliquos sunt plura.

Oportet itaque legitima a carnis copula vt causa prolis sit, non voluptatis, & carnis commistio creãdorum liberorum sit gratia, non satisfactio vitiorum.[a] Si quis ergo sua † coniuge, non cupidine voluptatis captus, sed solũ modo liberorum creandorum gratia vtitur, ipse prěcto de ingressu ecclesiæ, seu de sumendo corpus Dominici, sanguinisque mysterio suo est relinquẽdus iudicio: quia a nobis prohiberi [b] nõ debet accipere, qui in igne [c] positus nescit [d] ardere. Cum vero non amor procreandæ sobolis, sed voluptas [e] dominatur in opere commistionis, habẽt coniuges etiam de sua cõmistione, quod defleãt. [f] *& paulo post.* ¶Tunc autem [g] vir, qui post admistionem coniugis aqua lotus fuerit, etiã sacræ communionis mysterium valet accipere, cum ei iuxta præfinitam sentẽtia ecclesiam etiam licuerit intrare.

† al. suam coniugẽ] orig.

α ¶Legitima.] *Ita emendatum est ex varijs codicibus B. Gregorij. Antea legebatur,* oportet itaque legitimam carnis esse copulam. *Multa etiam alia sunt emendata.*

3 *Hinc etiam*[h] *in diebus abstinentiæ nuptiæ celebrari prohibentur.*

Vnde in Laodicensi concilio, c. 52 legitur.

¶In diebus Quadragesimæ nuptias celebrare non licet. C. VIII.

NOn oportet in quadragesima aut nuptias, vel quælibet natalitia [i] celebrare.

Iuo p. 8. c. 48.

Item ex concilio Martini Bracharensis, c. 48.

¶De eodem. C. IX.

NOn licet in Quadragesima [k] natalitia [l] martyrum celebrare? sed tantum sabbato, & Dominica pro cõmemoratione eorũ oblationes offerre. Sed nec natalitia nec nuptias liceat in Quadragesima celebrare.

Burc. l. 13. c. 10. Poly. 3. tit. 24. Iuo p. 4. cap. 41.

Item ex concilio Ilardensi.

¶De eodem. C. X.

ij NOn oportet a Septuagesima vsq; in octauas Paschæ, & tribus hebdomadibus [m] ante festiuitatẽ

Simile habetur in conc. Salegus. c. 3. Sen. 4. dist. 32. Poly. l. 6. tit. 5. Burc. l. 9. c. 4.

Tempus feriarum vtrũ impediat & dirimat matrimonium.

a ¶Vitiorum.] Scilicet impropria. Arg. dist. 13. nerui.
b ¶Prohiberi.] Idest, dissuaderi.
c ¶Qui in igne.] idest, in ardore concupiscentiæ, idest, in amplexibus vxoris igneis.
d ¶Nescit.] Idest, nescit cõsentire libidinis vxoris suę, sed reddit debitum vxori exigienti.
e ¶Sed voluntas,] Exercendæ libidinis.
f ¶Quod defleant.] Est enim coitus tũc mortale peccatũ ſm Hug. 32. q. 4. origo, sed si causa incontinentiæ, veniale, vt d. 25. c. q. in aliud. §. alias autem ea. 32. q. 2. quidquid. §. his ita immo secũdum nos nec hoc casu est mortale, sed veniale, & hoc iudicat cum dicit quod defleantur.
g ¶Tũc autem] Hoc respicit principium huius.

HINC ETIAM. Hæc est 3. pars. q. in qua ponit tempora, in quib. nuptiæ non sunt celebrandæ, Io. de Fant.

h ¶Hinc etiam.] Hic agit de illo impedimento, quod dicitur tempus feriarum, de quo dicunt quidam, quod impedit cõtrahẽdũ & dirimit iam ꝯctũ, quia contrahitur cõtra cõstitutionem ecclesiæ, ĩ. ead. nõ oportet, & extra de matr. contract. cõtra inter. ec. c. 1. videtur in antiqua. Alij melius dicũt, quod licet impediat, nõ tamẽ dirimit, at. extra de ma. contra. cõtra ĩter. ec. c. vl. ĩ fi. &c. pe. & extra đ tẽp. or di. sane unde matrimoniũ in Quadragesima nõ prohibetur contrahi, sed prohibentur nuptialia conuiuia, & nuptiales solennitates, & solennes traductiones, & carnis cõmistio, põt ergo matrimoniũ contrahi in Quadragesima: sed illa tamẽ non dẽt duci, sicut secũdum leges mulier potest tempore luctus alij viro desponsari, sed non tamẽ traduci, vt ff. de his qui not. infa. solet, §. quæ virum, & hoc est expressum extra de fe. capellanus, argu. ad hoc ff. de ritu nup. si quis officium. Nam cum solo consensu contrahatur, cur non contraheretur hoc tempore? C. de trans. non minorem, & extra de matri. contrac. contra inter. eccle. per totum. Io.

NOn oportet in Quadragesima.] CASVS. Præcipitur hic, ne quis traducat vxorem in Quadragesima, vel anniuersaria faciat, in quibus conuiuia fiunt, & quod dicitur ibi, nuptias, idest nuptialia conuiuia.

i ¶Natalitia.] Non martyrum, sed hominum: vel ad literam intelligas.

NOn licet.] CASVS. Hic recitatur consuetudo ecclesiæ Mediolanensis, & quarundam aliarum ecclesiarum, quæ non celebrant aliquam solennitatem in Quadragesima, nec faciunt id quod sequitur. Vel olim obtinuit, sed nunc non obtinet.

k ¶Non licet in Quadragesima.] Hoc de honestate dicunt quidam, ff. de ritu nup. semper in cõiunctionibus.

l ¶Natalitia.] põt dici hoc esse abrogatam, nã hodie celebrantur bene in Quadragesima. Vel intellige quod nõ dẽnt celebrari, vt fiant ibi conuiuia, & intersint histriones & mimi, qui turpia, &c. & huic intellectui consonat qđ sequitur, sed tm̃ in sabbato, &c. inf. ea. nec vxorẽ. Natales vocantur martyrum passionum dies, quia in eis nascuntur ad vitam, & moriuntur mundo: de consuetudine est in ecclesia Mediolanensi, qđ in Quadragesima nõ celebrant. 1 De his natalibus habes C. de proba. neque natales, Et Virgilius. Meus est natalis Iola, &c. Ioan.

NOn oportet. CASVS. Hic prohibetur certis tẽporib. anni aliquam duci vxorẽ: & si fuerit traducta, separentur ad tempus pro contemptu ad pęnitentiã. Quæ sequunť plana sunt vsque ad quæstionem, s. Pœnitentiã,] per quam mutua vel viua seruitus impenditur.

m ¶Tribus hebdomadibus.] Sed nunquid istæ tres hebdomadæ sunt immediate ante festum sancti Ioannis? subaudi, non, sed cum interuallo inter eas & festum, vt extra de fer. capellanus. & ponit has duas opiniones.

appro-

approbat tamen quod cum interuallo accipiendæ sunt, & incipiunt a diebus Rogationum.

a ¶ Separentur.] Ad tempus, extra de ma. contracto cōtra inter. eccl. litteræ. non est contra. extra e. tit. ex litteris, in fine, quia ibi loquitur de interdicto ecclesiæ, non

ni, Missæ, & tpi, & officio, & canonibus, & vniuersali ecclesiæ indicto vacare licet, & debet & potest, vt de cōse. dist. 2. omnis homo. sup. ea. q. 2. quos. sup. dist. 5. c. 3.

c ¶ Nisi ex consensu.] Nisi pro succursu terræ sanctæ. extra de vo. & vo. redemp. ex multa. in versic. in tanta.

Coniugale debitū non est ī ecclesia reddendū.

sancti Ioannis Baptistæ, & ab aduētu Domini vsq; post Epiphaniam nuptias celebrare. Quod si factum fuerit, separentur.[a]

Item Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum, c. 48.

¶ De eodem. C. XI.

Sent. ibidem. Iuo p. 8. c. 47. Pann. l. 6. c. 3.

NEc vxorem ducere, nec conuiuia facere in quadragesimali tempore conuenire posse nullatenus arbitramur.

4 *Hæc autem seruanda sunt, si uxor consensum adhibere uoluerit, cæterum sine eius consensu, nec causa orationis continentia seruari debet.*

Vnde Augustinus in libro primo de adulterinis coniugijs, c. 2.

¶ Nisi ex consensu communi, orationi coniuges vacare non possunt. C. XII.

Sent. 4. dist. 32. Iuo p. 8. c. 133.

APostolus nec ad tempus, vt vacetur orationi,[b] nisi consensu,[c] voluit coniuges carnali inuicem fraudare[d] debito.

Hinc etiam in secūdo concilio Arelatēsi, c. 22. legitur.

¶ Nisi ex consensu communi, coniugatis pœnitentia non detur. C. XIII.

Iuo p. 8. c. 280. & p. 15. c. 14. & c. 133.

PAenitentiam[e] coniugatis non, nisi ex consensu dandam.

QVESTIO V.

QVod autem sine consensu[f] uxoris uir continentiam uouere non possit, multis auctoritatibus probatur. Ait enim[g] Augustinus super psalmum 149 in extremo.*

Non potest vir continentiam seruare, nisi vxoris teneat consensum. C. I.

Sent. ibidem Iuo p. 9. c. 127.

SI dicat vir, continere α iā volo, nolo aūt, vxor, nō pōt. Quod. n. tu vis, non vult illa. Nunquid per continentiam tuam debes illam facere fornicariam?[h] si alij nupserit te viuo, adultera erit. Non vult[i] tali lucro Deus compensare tale damnum. Redde debitum, & si non exigis, redde. Pro satisfactione β[k] perfecta Deus tibi computabit, si nō, quòd tibi debetur, exigis, sed reddis, quod debetur vxori.

α ¶ Continere.] *Sic etiam apud Magistrum: sed B. Augustinus & Iuo habent*, continere, iam volo, nolo iā vxorem, non potest. Quid si tu vis, & illa non vult.

β ¶ Satisfactione.] *In aliquot manuscriptis, & apud B. Augustinum & magistrum & Iuonem est*, sanctificatione. *Sed ob glossam non est mutatum.*

d ¶ Fraudare.] Sed q̄d si in ecclesia velit vxor debitum exigere a viro, nūquid debet ei redere? Gratianus dicit, ꝙ sic. tu cōtra 1. ar. ff. de sol. ꝙ dicimus. Sed quid si a sacerdote tempore canonis petat debitū? Idem dico, ꝙ non tenetur reddere tunc, arg. 29. dist. c. 2.

1 vbi tūc nō pn̄t exire ecclesiā scd̄m Lau. De hoc ēt not. s̄. 21. dis. quoniā.

e PÆnitentiam.] Publicam. s. & solennem, scilicet p quam ius alterius lęditur.

QVod autē] Hæc quæstio. diuiditur in quinque partes. In quarum prima probat per sex auctoritates, ꝙ vir sine licentia vxoris, & ecōtra, non potest continere, qui etiam meretur reddēdo debitū. Secunda ibi.] Tunc saluabitur.] Tertia. ibi,] Qui vxorem.] Quarta ibi, [Manifestum.] Quinta ibi, [Nec illud.] Ioan. de Fant.

f ¶ Quod autē sine consensu.] Hæc quæstio quinta negatiue soluitur, quia vir nō potest continentiam vouere sine cōsensu vxoris expresso vel tacito, nisi sit sponsa nondum cognita, extra de conuer. cōiug. ex publico, & in casu fornicationis, vt 27. q. 2. Agathosa.

Maritus continentiā sine cōsensu uxoris vouere non potest.

g ¶ Ait enim.] Super psalmo. Laudate Dominum quoniam bonus.

SI dicat vir.] CASVS. Ostendit in hoc c. ꝙ vir sine cōsensu vxoris non potest continere: q̄a displicet Deo cōtinentia uiri, ex qua sequitur prostitutio uxoris, reddat igitur quod debet, scilicet exactus, & quod sibi debitum est, non exigat, & reputabitur pro satisfactione.

non de tempore feriato. Vel ibi prohibetur perpetua separatio, hic permittitur ad tempus.

NEc vxorem.] HÆC AVTEM. Hæc est quarta pars quæstionis, in qua dicitur, quod nec vir sine consensu uxoris, nec contra potest uacare orationibus Ioan. de Fant.

b APostolus.] ¶ Orationi.] Priuatæ, uel priuato loco, quod facere & incipere uelit, sed solenni oratio-

h ¶ Fornicariam,] 27. q. 2. si tu.

i ¶ Non vult.] 14. dist. quod ait.

k ¶ Pro satisfactione.] Quia reddere debitū meritoriū est infra. ea. secundum. 32. q. 2. connubia. contra. sed ibi soluitur.

a ¶ Noti-

Item Alexander Papa II. Landulpho in Corsica.

¶ Non debet extorqueri mulieris consensus ad continentiam Deo vouendam. C. II.

Iuo par.8.c.230. Panno.l.6.c.85.

NOtificasti te morte tenus infirmatum, & peccatorū tuorum recordatione, & terrore valde pauefactū, anxiè quæsisse monachū fieri, & a tua vxore minis, [a] & terroribus eam occidendi, ad hoc licentiam [b] extorsisse, & sic te monasticam † vestem sine abbate [c] sumpsisse, & monasterium petijsse: postea vero, cū sanus factus esses tuæ vxoris reclamationibus, eiulationibus, & plāctibus, tuæq; familiæ dispersionibus deuictus, [α] vtpote pęnitēs domum remeasse, & post multos dies quorundam sapiētum consilio ad iam dictę mulieris cubile redijsse. Nunc aūt, si tibi tua vxore vti liceat, nostrum requiris consiliū. Si ita deniq; est, vt tuus nuncius narrat, nō videtur nobis rationabiliter, neq; sana mente id factū, quoniam, cū omni [d] homini ad monasticam tendenti vitam legaliter, sancte, & iuste sit peragendum; tu cōtra leges minaciter & violēter a tua vxore, partī terrore mortis, partim tuæ infirmitatis dolorib. exinanitus, deuia secutus, nulla, vt dicitur, licentia accepta recessisti, & monasteriū petisti. Non enim violentia, sed ex pari uolunrate, & consensu (sicut sancti patres dicunt) hoc fieri debet, neq; vir [β] monasterium exigere, aut professa continentia habitum cū festinatione [e] debet mutare.

† al. monachicam.

α ¶ Deuictus.] *Iuo habet,* vtpote pęnitens deuictus. *Panormia,* vtpote pęnitus deuictus domum remeasse.

β ¶ Neque vir.] *Apud Iuonem & in Pannormia legitur,* neque vir in monasterium recipiēdus est, nisi vxor illius femineum monasterium elegerit, aut professa continentiam habitum cum festinatione mutauerit. *Sed mutatū non est: quoniam glossa videtur magis conuenire lectioni Gratiani.*

Item ex concilio apud Compendium.

Capit.l.5.c.16.

¶ Vir potest abnuere vota continentiæ, quæ sine eius cōsensu Deo vxor obtulerit. C. III.

Burch.l.9.c.47. Iuo p.7.c.185. & p.9.c.124. Et Beda.1.Cor.7.

MVlier, si sine licētia † viri sui, velū in caput miserit si viro placuerit, [f] recipiet eā iterum ad cōiugiū. [g]

† com. cap.

Item Augustinus ad Ecditiam, epist.199.

NOtificasti te. CASVS. Hug. sic ponit hunc casum. Iste Landulphus timore mortis licentiam ab vxore violenter extorsit, & sic monasterium adiuit victus clamoribus vxoris & familiæ, de monasterio exiens ad domum propriam redijt, quæsiuit postea a Papa an liceret ei vti vxore sua, cui Papa rescribit, & respōdet inquisitioni eius, & non directe, sed p consequētiam ostendit talem cōuersionem nullā esse, & nō tenere, ex quo facta fuit sine spontaneo consensu uxoris. In quo datur intelligi q potest ea uti cognoscendo, reddendo saltem debitum, Seq. c. patet.

a ¶ Minis.] Arg. qđ confessio uel cōsensus ab aliquo contra ipsum extortus non præiudicat illi ar.31.q.1. Lotharius, & 15.q.6. auctoritatem. 1

Cōfessio cōtra aliquem extorta non p̄iudicat illi

1 Hic uideas q no.38.dis. quā ipsis licētia coacta nulla est.

b ¶ Licentiam.] Itē arg. à contrario sensu, quod non potest exire de monasterio qui cū uxoris intrauit 2 licentia. Item arg. quod coactā licētia uel uoluntas nulla ēst: non quia hic non fuit licentia, ut in princ. dr̄: sed quia coacta iō hic nulla dr̄, sed vr̄ contra 15.q.1. merito. ubi dr̄, q coacta uoluntas, uoluntas est. Respond. secus est hic, & ī matrimonijs, ubi exigit uolūtas directa, uel spontanea, extra de spon. cum locum. & in habitus assumptione, extra quod met. cau. c.1. secus est ī iuramēto, ubi nulla excusat necessitas, quia ipsū necessitatis sem p est 22.q.1. ita ergo. consulitur tn̄ isti, ut no.15.q.6. auctoritatem.

2 Ad hoc ī. ea. mulier. c. q Deo. ca. q uxorem, ubi de hoc, 27.q.2. Agathosa. & istis canonibus stat Hu.

Maritus, qui inuito uxore uouit religionem, an post ei⁹ mortem continere debeat.

c ¶ Sine abbate.] Idē si cum abbate.

d ¶ Cum omni.] Ar. qđ prætermissis circumstantijs alicui facto debitis non intelligitur istud esse factum. sup.30.q.5. aliter dist.23. quorundam. sup.17.q.2. Gonsaldus. 1. arg. cōtra extra de reg. & transeunt ad reli. c. ad apostolicam sedem, quia tenet ibi monachatio omissa probatione.

e ¶ Cum festinatione.] Sed nunquid tenetur vir iste cōtinere post mortem vxoris? sic. 3 nec exigere potest: ad monasterium tamē non cogitur redire, extra de conuer. coniuga. quidam, extra eod. tit. placet. sed contradicit extra eod. ti. ex parte. vbi compellitur redire ad monasterium. Sed dic quod ibi vxor dederat licentiam, & ipse solenniter professus erat, vel ibi verbum, compellas, nō extenditur nisi ad verbum dimittat, quod post sequitur in dicto c. ex parte. est consilium. Nec obst. extra eo. ti. cōsuluit. quia ibi non fuit reuocatus ab vxore ea viua & quia iam in monasterio fuerat plus quam p annū, & qa post mortem vxoris fuit per aliquātulum tp̄s in monasterio. Vtrum autem vir, qui sine licētia vxoris intrauit monasterium, auctoritate sua exire possit, dubitari posset, posset, & videtur ex hoc c. quod possit, inf. ea. vna.

3 De hoc ēt not. 27.q.1. nuptiarum. iuxta fin. in gl. hic habes.

f ¶ MVlier placuerit.] In optione ergo viri ponitur si velit eā reuocare sicut in optione prælati est an velit rem vacante sede alienatā a capitulo repetere, vel pretium retinere 12.q.2. si qua de reb. vtrū autem vir teneatur eā reuocare, uel pariter conuerti, uel continentiam uouere dictum est 27.q.2. Agathosa. nam si noluit eam reuocare, episcopus debet eam sua auctoritate extrahere. ar. extra de conuer. cōiug. c.1. nam bonus iudex debet talia corrigere, extra de offi. ord. c.1. ff. de offi. præs. l. præses.

g ¶ Coniugium.] Sed pone q mulier sine licentia uiri intret religionem, immo uiro contradicente, post vir consentit, sed ipsa contradicit, nunquid pōt ipsa exire? Vide-

Videtur ꝙ non: quia vltimus consensus confirmat præcedentes ff. de ser. rusti. præd. per fundum. arg. contra. ff. com. prædio. receptum. vbi dr̃ ꝙ prior consensus dêt du rare. Quidam dicunt, ꝙ exire potest. sed contra eos est extra de eo qui dux. in ma. cap. 1. per quod dico, ꝙ exire non-

bitrio viri poterit. n. saluari sub habitu Susannæ, etsi nõ habeat habitum Annæ. H. breuiter Ben. sic ponit hunc casum. Ecditia & eius vir communi consensu in propria domo vouerant continentiam. postea sine voluntate viri res dotales dedit ecclesijs & pauperibus, & vestem nigram monasticã inuito viro accepit, & quasi pro derelicto maritũ habebat, vnde vir multũ scandalizatus est. Augu. aũt eam de voto multum cõmendat, sed ð alijs redarguit.

¶ Non potest vir continentiæ vota rescindere, quæ eius assensu mulier Deo promisit. C. IV.

Ivo cap. 8. c. 136.
Pan. l. 6. c. 80.

QVòd Deo pari consensu ambo voueratis, perseuerã ter vsque in finem [a] reddere ambo debuistis. A quo proposito si lapsus est ille, tu saltem instantissime † [b] perseuera. [c] Quod te non exhortarer, nisi quia tibi ad hoc ipse consenserat. Nam si nunquam tenuisse eius assensum, numerus [d] te nullus defendisset annorum, *et post pauca.* ¶ Non quia pariter temperabatis a commistione carnis, ideo tuus maritus esse destiterat; immo vero tanto sanctius inter vos coniuges manebatis, quando sanctiora [e] concorditer placita seruabatis. Nihil ergo de tua veste, nihil de tuo auro, vel argento, vel quacunque pecunia, aut reb. vllis terrenis tuis sine arbitrio eius facere debuisti. *& infra.* ¶ Est quidam pro modulo personæ habitus matronalis a viduali veste distinctus, qui potest fidelibus coniugatis, salua religionis obseruantia conuenire. Hũc [f] te maritus si deponere noluit, ne te *a* velut viduam illo viuente iactares; puto, quia non fuerat in hac re vsq; ad dissensionis scandalum producendus magis [g] inobedientiæ malo, quam illius † abstinentiæ bono. Quid est enim absurdius, quam mulierem de humili ueste viro superbire, cui te potius expediret obtemperare candidis moribus, quàm *in nigellis uestibus* repugnare? quia, & si te indumentum monachæ delectabat, etiam hoc gratius posset, marito obseruato, exoratoque sumi, quam illo inconsulto, contemptoque præsumi. Quod si omnino non sineret, quid tuo proposito deperiret? Absit, ut hinc displiceres Deo, quod coniuge tuo nõdum defuncto non indueres, sicut Anna [h], sed sicut Susanna [i].

† al. constantissime.

† al. vllius.

Luc. 2.
Dan. 13.

a Ne te.] *In vulgatis erat*, Ne te puta velut viduam iactare. *Emendatum est ex aliquot vetustis originali, & Beda, & alijs collectoribus, itemque alia multa.*

Beda ibid. & gl. or.
Sent. 4. di. 32. Polyc. l. 6. tit. 4.

Idem in eadem epistola.

¶ Continentię meritum habet, qui pro incontinentia vxoris debitum sibi reddere cogitur. C. V.

SEcundum

a In finem.] Vitæ.
b Instantissime] Ar. ꝙ fides est seruanda ei, qui contra fidem venit 3. 22. q. 4. innocens. ar. contra. 95. d. esto. extra de iureiu. peruenit 1.
c Perseuera.] Sed qd si alter fornicet̃ postea, nunqd reliquus põt ipsum repetere? arg. hic ꝙ non, arg. cõtra ext. de iureur. tua. Dicunt quidã, ꝙ auctoritate epi resti tuetur ei, vt de diuor. extra, litteris.
d Numerus] Arg. cõtra præscriptionem; non. n. præscriptione temporis defenditur quod ab initio de iure cõi nõ potest sortiri effectum, vt 23. d. illud aũt. dist. 100. contra morẽ. su. 1. q. 1. nullus eps.
e Sanctiora,] Ab initio tamen cum contrahunt, contrariam debent habere volũtatem, s. de sobole suscipiẽda, 27. q. 2. omne itaque.
f Hunc.] Ex hoc vr̃, quod vxor non possit facere eleemosynam sine licentia viri, sed istud intelligas de rebus dotalibus, nam dominium rerum dotalium est pœnes mulierem de iure naturali, de iure ciuili est pœnes maritum, C. de rei uend. doce. & de his intelligas hoc ca. Vel si uis intelligere de parafernalib. consilium est hic: nam cui commisit corpus, honestum est ut res committat, C. de pac. conu. hac lege, & extra de dote post diuor. c. ult. Sed quæro cum isti uotũ emisserunt, quare uestes mutare non possunt? Ad hoc dieas ꝙ uir duplicem hẽt seruitutem in uxore, unã quoad debitũ reddendum, aliã quoad ministerium sibi exhibẽdũ, unde licet unam relaxauerit, non tamen alia, ff. de serui. urb. præd. si domus, & ext. de conuer. coniug. quidam.
g Magis] q. d. cum perduxisti eum ad scandalum dissensionis potius malum fecisti uiro non obediendo, quam bonum feceris abstinendo.
h Anna] idest, uidua.
i Susanna.] idest, uxurata.

gedi monasterium siue religione m, & ingressũ põt educere. arg. inf. cap. prox. qa nõ tenuit ĩgressus eius, ut ext. de conuer. coniug. quidã, secus si in ingressu uiri uouisset quia tunc in gressus eius tenet secundum Inn.
3 Cũ ista gl. con cordat Ang. in l. qui seruũ, ff. de uerbo. ob. & Ale. de Imo. in l. cũ proponas. C. de pactis.
, Præscriptio nõ defendit inualidum.

Eleemosyna an possit fieri per uxorẽ sine licentia uiri.

Vxor duplicẽ seruitutẽ uiro debet.

non potest. Sed vsque quo habebit maritus licentiam reuocandi eam? Dicunt quidam; quod intra annum & diem argum. 20. q. 2. puella. Baz dicebat quod intra triẽ nium, 17. q. 2. si quis incognitus. Alij dicunt quod tunc potest reuocare cum primo copiã habuit, post non su. 1. q. 1. constat. Ego dico quod quandocunque potest, vt j. c. proximo 2

QVòd Deo pari consensu.] CASVS. Ecditia cum viro suo in domo propria perpetuæ continentiæ votum emisit. vnde duplex inter eos emersit dissensio. Prima, quia ille per incontinentiam votum volebat violare. Secunda, quia illa econtra tanquam soluta sub veste viduali & nigra de rebus suis disponebat. De prima præcepit Ecditiæ quod quamuis vir peccauerit, illa tamen in uoto continentiæ perseueret. De secunda præcipit, quod tam de ueste quam de rebus dotalibus se regat ar-

SEcundum uerba.] CASVS. Primo probat Aug. quod uir-

vir sine consensu vxoris continere non potest immo tenetur ei reddere debitum,& si non exigat. Secundo dixit ꝙ ille qui nubit, quia aliter continere non pōt, tanquam non nubes & securus expectat diē iudicij, sicut ille qui vēdit,&c.& sicut ille qui emit,&c.] Ad vtrūque quisq̃s supple, sicut. [Non præsumit, superbiendo, & in eis spem ponēdo,& tan guntur hic tria verba Apostoli dicentis: Qui habent vxores, sint tanquā non habentes,& qui vendunt, sint tanquam non vendentes, & qui emunt.sint tanquam non ementes.

a ¶ Secūdum verba.] in quibus dicitur de debito reddendo.

b ¶ Imputaret.] Ar. quod pro completo habetur quod p volentem agere non stat.ne fiat.sup. ,px. cā q.5.proposito.

c ¶ Quisq̃s.] Tāgit il la tria verba Apostoli, qui habēt vxores sint tanquam non habētes, & qui vendunt, sint tanquam nō vendētes, & qui emunt, sint tāquam non ementes, d.31. lex continentiæ.

d ¶ Non faceret.].s. non faciendo eleemosynam.

e ¶ Quia transiet].i. transitorium est.

f ¶ Præsumit.] super biendo cum eis.

g Securus.] Hęc clausula repetitur cum qualibet præcedenti ab illo loco, quisquis,&c.

proficit,vel sufficit ad salutem,sic alia opera absque virginitate, mentis continentia, & castitate sunt imperfecta. In tertio c. quod incipit,qui sitit,multipliciter cōmendat virginitatē carnis,& eam præfert bono nuptiarum, quia plus amat virgines Christus, quia sponte tribuunt

Sap.4.

verba [a] Apostolica, etiam si se vir continere voluisset, & tu noluisses,debitū tibi reddere cogeretur,& illi Deus imputaret [b] † ad continentiam,si non suæ, sed tuę cederet infirmitati,ne in adulterium caderes. ¶Quisquis [c] igitur compatiens infirmitati vxoris reddit,nō exigit debitum,aut si propter propriam infirmitatē ducit vxorem, plangens potius,quia sine vxore esse nō potuit,quā gaudens,quia duxit; quisquis vendit,quod nouit, quia,etsi maneret,beatum non faceret [d],quisquis, quod emit,nouit quia transiet [e],& de his non pręsumit [f],& facit ex eo, ꝙ habet, misericordiam cum non habentibus, securus [g] expectat † diem nouissimum.

† al. imputaret continentiam.
Aug.in P.149.
al. expectet.

¶ *Caput hoc, quod eodem modo habetur in Polycarpo, confectū est ex duobus B. Augustini indicatis locis, verbis nonnullis partim omissis partim mutatis, salua tamen sententia.*

Item ad Armentarium,& Riparium, & Paulinam, epistola 45.

¶Vota continentię sine vxoris consensu reddi non possunt. C. VI.

Sent.ibidem.
Iuo P.8.c.134.

VNa sola causa esse posset,qua te id,quod vouisti,nō solum nō hortaremur, verum etiam prohiberemus implere:si forte tua coniunx hoc tecum suscipere animi, seu carnis infirmitatem recusaret. Nam & vouenda talia non sunt à coniugatis, nisi ex consensu, & voluntate cōmuni,& si pręponere factum fuerit,magis est corrigēda [h] temeritas, quam persoluenda promissio. Neque, enim Deus exigit si quis ex alieno [i] aliquid vouerit,sed potius usurpare uetat alienum.

Item Hieronymus libro primo aduersus Iouinianum.

¶ Absque cęteris operibus nec sola uirginitas saluat,nec cętera absque uirginitate proficiunt. C. VII.

TVnc saluabit [k] mulier,si illos genuerit filios, qui

VNa sola.] CASVS. Quidam sine licentia vxoris continentiam vouerat:quærebatur virum teneretur eam seruare. Et respōdet quod non. quia talia fieri debent de communi consensu viri & vxoris, vnde talis promissio magis est corrigenda,quam adimplenda.

h ¶Corrigenda.] Simile sup.22.q.4. definitio. Et est hic ar. quod si alter sine licentia alterius intret religionem, quod sua a ctoritate potest exire 1.

1 De hoc no. su.ea. c.2.in gl.fi.

i ¶ Ex alieno.] Hoc verum est.si eo animo vouit, vt auferat illi cuius est,alias licitum est alicui rem alienam legaret,vt instit. de leg.§.non solum.licet secus sit secundum canones,vt extra de test.c.filius.

ADDITIO. Secundum T. Sed Vin. & Bene.aliter videntur intelligere,vt ibi no.in gl.cum quis,secundum Gof.

TVnc saluabitur.] Hæc est secunda pars q.in qua probat,ꝙ dēmus esse uirgines,s.mēte & corpore siposs sumus,alias mēte,sine qua nullus saluabitur.Io.de Fan.

CASVS.In hoc c.tria continentur c.in quibus tractatur tam de virginitate mentis,quam carnis. In primo dicitur quod tunc saluabitur mulier, & suam uirginitatem bene seruat, si ideo nubat ut filios pariat ad iustitiam, & vt saluentur.In secundo c.quod incipit ibi, hoc solū, dr quod sicut sola uirginitas sine bonis operibus non

buunt quod eis non fuerat imperatum, unde dicit,non expedit homini nubere,&c. Et no.quod hoc totum con fueuit legi sub uno c. posses tñ legere sub trib. ut facit H. (Saluabitur) non negat Apostolus, quin alias possit saluari, sed hoc dicit, quia sic saluari meretur, & sunt uerba Hiero. exponentis illud Apostoli ad Thimotheū s.saluabitur mulier per filiorum generationem, si permanserint in fide dilectione,& sanctificatione,quod intelligitur quantum in ea est (Radicis, radix filiorum est mater (damnum radicis,) idest corruptionem suæ carnis finis ibi,ubi dicit, (si castrati.) & duæ præcedentes in primo c.ibi, (qui uirgines permansuri.) & in secundo c. (absque uirginitate.) intelliguntur de uirginitate mentis,quæ præcipi potest,& neccessaria est,quia si ne ea nemo saluatur. Principiū uero illius c. (qui sitit.) de uirginitate carnis intelligitur quæ non potest præcipi ante uotum, sed tantum persuaderi, sequens c.patet.

K ¶ Tunc saluabitur.] Exponit Hieronymus illud Apostoli ad Timotheum: Saluabitur mulier per filiorum generationem,si permanserint in fide & dilectione & sanstitate.

K ¶ Saluabitur.] idest,merebitur saluari.

a ¶ Virgines].i.integri in fide.
b ¶ Si quod ipsa].i. virginitatem corporis, & est simplex relatio.
c ¶ Radicis].s.sui ipsius.
d ¶ Cariem].i. corruptionem suæ carnis.
e ¶ Com-

l QVi sitit.] Verba ponit hic Euangelij, & loquitur de siti continentiæ.
m ¶ Nolitis.]Arg.ad ea quæ professionis sunt,neminem esse cogendum, sed persuadendum. nam talia consilij sunt,& nō præcepti arg. 11.q.1.aliud,& 32.q.1. integritas.

Perfectis nō est præcep.

virgines [a] permansuri sunt,si quod ipsa [b] perdidit,acquirat,in liberis,& damnum radicis, [c] & cariem [d] flore compenset,[e] & pomis. [f]

Idem ibidem.

C. VIII.

HOc solum nunc dico, quòd quomodo absque cæteris operibus virginitas [g] sola non saluat, sic omnia opera absque virginitate,[h] puritate,continentia,castitate [i] imperfecta [k] sunt.

Idem ibidem.

C. IX.

Io 7.
Matth. 19.

QVi sitit,[l] veniat,& bibat, qui potest capere, capiat.] Non dicit,velitis nolitis,[m] bibendum vobis est,atq. currendum,sed qui voluerit,qui potuerit currere, atque potare,ille vincet,ille satiabitur. Et ideo plus amat virgines Christus,quia spōte tribuūt, quod sibi non fuerat imperatum, [n] maiorisque [o] gratiæ est offerre quod non debeas,quam reddere quod exigaris,Apostoli vxoris onera contemplati: Si talis est,inquiunt,causa hominis cū vxore,non expedit [p] nubere.] Quorum dominus sententiam probās,rectè quidem sentitis ait,φ non expediat homini ad cęlestia regna tendenti, accipere vxorem,sed difficilis res est,& non omnes capiunt verbum istud,uerū quibus datū est. Alios eunuchos natura facit, alios uis hominū, mihi illi eunuchi placēt,quos castrauit nō necessitas, sed voluntas: libenter illos in meos sinus recipio, qui se castrauerunt propter regna cœlorum, & ob mei cultum noluerunt [q] esse,quod nati sunt. Simulque tractanda sentētia,(qui se,inquit, castrauerunt propter regna cælorum. [r]] Si castrati [s] mercedem habent regni cœlorum; ergo qui se non castrauerunt,locum non possunt accipere castratorum.

Matth. 19.

Finis [t] huius auctoritatis,& duæ [u] præcedentes de uirginitatis [x] affectu intelliguntur, qui non in uoluntate solum,sed in necessitate est, principium [y] uero de effectu intelligitur,qui non in necessitate, & ante uotum,sed in uoluntate est,nec exigitur, nisi repromittatur.

n ¶ Imperatum]sup. prox.11.q.1.integritas. quantum ad corporalem, sed de mētali præceptum est.
o ¶ Maiorisque.]Sic 28. qu.1.iam nunc, nam nemo in necessitate liberalis existit,ff. de adim.le.1. rem legatam.

Liberalis in necessitate ē nemo.

p ¶ Expedit]sup.28. q.1.sic enim. contra sed verum est,φ nō expedit propter onera matrimonij,vt su.prox.q.7.omnes. sed expedit propter fornicationē uitandā. 32. q. 2. c.sicut, §. his ita.
q ¶ Noluerūt].i.noluerunt exercere id, ad quod nati sunt,s. uti copula carnali. Et ita secundum hoc est argu. pro carnali copula,quod nullus est naturaliter frigidus sup.c.q.1.requisisti. alia littera habet, voluerunt esse quod nati sunt, idest, uirgines.

Frigidus naturaliter nullus est.

r ¶ Cœlorum.]Supple inquit,recipiant mercedem in regno cœlorum.
s ¶ Si castrati] Arg. quod de uno conceditur,&c.ut sup.di. 45. disciplina.23.q. 4. forte. Alibi dī, φ de uno negatur, de alio conceditur, vt 25.d. qualis.
t ¶ Finis] Quia præmissa cap. s.tunc saluabitur.& c.hoc solum.&c.qui sitit.æquiuoce vtūtur hoc nomine virginitas, quandoque pro uirginitate mentis,qn̄que carnis, ideo determinat vbi sic vel sic accipiatur.

Virginitas ęquiuocatur.

u Et duæ.s.tunc saluabitur, & alia, s. hoc solum, ibi, absque uirginitate.
x ¶ De virginitatis affectu] idest,quę in mente est.
y Principium.].s.illius c.qui sitit veniat,&c.

Sent. ibidem.
Burc.l.9.c.46.
Iuo p.8.c.184.
Pann.l.6.c.82.
& Beda 1. Cor.7.& gl.ord.
Num. 30.
velari.

Item ex concilio Rhemensi.

¶ Non licet illi ducere uxórem, qui suam uelare permiserit.

C. X.

3 QVi vxorem suam uelare † permiserit, aliam non accipiat,sed similiter conuertatur. [z]

Item Aug. in quæstionibus Numerorum, q.59.

e Compenset.]Quantum in ipsa est.
f Pomis].i.filijs,qui dn̄tur flos & poma,sicut mr̄ radix.
g HOc solum] Virginitas].s.mentis.
h Virginitate].s.mentis.
i Castitate.] Saltem in affectu seruata.
k Imperfecta.] Quo ad vitam æternam promerendam.

QVi vxorem.]Hęc est tertia pars q. secundum Io. de Fant.
z Conuertatur.) Intrando monasterium, si iuuenis est. Vel si senex est,contineat in seculo,extra de conuer. coniug.

coniug.cum sis. Et hic dicit Hug. ꝙ eo ipso,ꝙ dat vxori licentiam, intelligitur vouere, & i.si non exprimat, compellendus est ire ad religionem, vt not.sup.27.q.2. Agathosa,& sufficit tacita licentia,s.permittere, vt hic, & ar.extra de conuer.coniug. consuluit. Alij dicunt,ꝙ qui dat licentiam, nisi expresse voueat continere non tenetur, nec monasteriũ ingredi, immo eam reuocare potest de monasterio. ext. de conuer. coniug.c.1. & quod dicit hic similiter cõuertatur, dicũt nisi malit eam reuocare,sicut enim secundum istos expressus cõsensus exigitur in cõtrahẽdo, ita in separando matrimonio,arg. extra de re.iu.. omnis res. Alij distingunt,ꝙ si mulier sciuit ius, q̃ dedit viro licẽtiam, tunc etiam intelligitur vouere, secus si ignorauit.

Maritus permittens uxorem uelari, an teneatur continere.

2 Et notum solennizare ar.sup.32.d. seriatim,ubi de hoc Arch.

immo peccat vir reuocando,sed præcipitur vxori,vt obediat,simile extra de iureiu. debitores,& 23.q.1.quod copulantur, in fi.

c ¶ Permissa]Continentia.

d ¶ Mulieri]Sup.32.q.1.si quis vxorem.

¶Vota abstinentiæ, quæ mulier permittente viro promiserit,illo prohibente seruare non cogitur. C. XI.

4 MAnifestum est ita voluisse legem,fęminam esse sub viro,vt nulla vota [a] eius, quæ abstinẽtiæ causa vouerit,reddantur ab ea, nisi auctor [b] vir fuerit permittendo. Nam cum ad peccatum eiusdem viri pertinere voluerit,si prius permiserit,& postea prohibuerit, etiam hic tamen non dixit, vt faciat mulier, quod vouerat,quia permissa [c] iam prius a viro fuerat. Viri dixit esse peccatum, quia abnuit, quod prius concesserat;non tamen mulieri [d] vel ex hoc permissum dedit, vt quod † prius vir ei concesserat postea si prohibuerit, contemnatur.

Sent. ibidem.
Iuo p.8.c.98.
Pann.l.7.c.48.

† al.cum.
† al.condemnetur.

Ex præmissis auctoritatibus apparet quod continentiæ vota nec mulier sine consensu viri, nec vir sine consensu mulieris Deo reddere potest. Si autem consensu alterius eorum ab altero promissa fuerit,& si postmodum in irritum deducere voluerit; qui permisit, non tamen valet: quia in debito coniugij æque mulier habet potestatem viri,sicut & uir mulieris,atque ideo,si quilibet eorum alterum à suo iure absoluerit, ad præteritam seruitutem ipsum reuocare non poterit: quia uero in cæteris uir est caput mulieris, & mulier corpus uiri, ita uota abstinentiæ uiro permittente mulier potest promittere, ut tamen eodem prohibente repromissa non ualeat adimplere,& hoc, ut diximus propter conditionem seruitutis, quia uiro in omnibus debet subesse.

Vnde Aug.in lib.quæstionum Gen. q.153.

Manifestũ.] Hęc est 4.pars q. in qua probat,ꝙ vir est superior mulieri Io. de Fant.

CASVS. Dicitur hic ꝙ si vxor votũ abstinentiæ sine consensu viri faciat, vir de legis auctoritate potest illud reuocare sine peccato si vero vir vxori vouẽti cõsenserit, & si peccet vir reuocando, vxor tamen debet obedire reuocanti [Legẽ] Moysi in Genesi.

a ¶ Vota]Quæ scandalizent virum, vt iacere in camisia, uel ieiunare cum ipse pranderet.

¶Mulieres viris suis debent subesse. C XII.

ESt ordo naturalis [e] in hominibus,vt seruiant [f] fœminæ viris,filij parentibus, quia nulla α iustitia est,vt maior [g] seruiat minori.

& glo.ord.Gen.46.
& Beda ad Colos.3.

α ¶ Quia nulla.] *In Pannormia reliqua habentur, ut apud Grat.*

Iuo p.7.c 94.
Pan.l.7.c.43.

Cõiuges quãtũ ad uotum abstinentiæ ñ sũt pares.

2 Ad idẽ facit hoc c.manifestum, & inf.ea.c.hæc imago, & c. noluit. Arc.

b ¶ Nisi auctor.]Mulier ergo non potest facere uotum abstinentię sine uolũtate uiri. Sed nunquid uir potest abstinere sine uxoris consensu?sic 2.inf.ea. cum caput.licet ergo cõiuges sint pares quantum ad uotum continentiæ, non tñ quãtum ad uotum abstinentiæ, & hoc intelligo de quolibet uoto,in quo non fit uxori præiudiciũ quo ad carnale debitum, quamuis in illo uoto,oriatur scandalum mulieri, ut in hoc sit dñia inter uirum,& mulierem.Similiter & de muliere dici potest, ꝙ uouere possit: dummodo per illud uotum mulieris non fiat uiro pręiudicium, uel si non oriatur scandalum uiro ex illo uoto, ut si uouet iacere in camisia cum eo, uel singulis noctib. iret ad matutinas.unde de tali uoto intelligo istud c. aliàs tenetur mulier illud adimplere ẽt uiro ĩuito,ut si uouet ꝙ daret denariũ amore Dei,uel aliquid tale.h.d. H.cano.tñ iste indistincte loquitur.Item uř,ꝙ mulier ista peccet:quia magis obediendum est Deo quam homini, nã scriptum est,Vouete,& reddite &c.17.q.1.in prin. Sed dic ꝙ mulier ista non obedit uiro contra dñm :quia dñs hoc uult inf.e.noluit. eo aũt ipso quod hic uiro conceditur reuocare uotum abstinentiæ prohibetur de uoto cõtinentię. Immo nec hoc uiro cõceditur reuocare uotũ abstinẽtię,

EX PRÆMISSIS. CASVS. Infert Grat.ex supradictis,quod uotum continentiæ facere non potest uir sine consensu uxoris, uel econuerso, & si factum fuerit de consensu utriusque,reuocari non poterit. Si uero uxor de consensu uiri uotum abstinentiæ fecerit, uir tamen illud poterit postea reuocare, quia mulier debet uiro suo subesse in omnibus, & ad hoc inducit sequentia c. quorum primum patet.

e EST ordo naturalis].i.a natiuitate & ortu proueniẽs nam fœmina de corpore uiri est, & alia ratio est, quæ in uelamine corporis eius perpenditur,ut infra,ea. mulier.

f Vt seruiant]Hoc adeo uerum est, ꝙ patronus consentiendo libertæ ut contrahat,amittit in ea operas,cum in officio uiri debeat esse, ut ff. de ope.lib.sicut patronus.

g ¶ Maior.] Dignitate,s.filius,seruiat minori, s. patri, qui non est in dignitate, interdum maior ætate seruiat minori de præcepto domini,ut Esau Iacob. Et quod dicit hic,nulla iustitia est,&c. uerum est secundum uetus testamentum, sed secundum nouum,qui maior est, sit sicut minister, &c.93.d. diaconi,sed melior littera est, hæc iustitia est,ut minor seruiat maiori.

Filiu pote mai

Hæc

HAec imago.] CASVS. Probat hic Augustinus triplici rõne, q̃ vxor debet esse viro subiecta. Prima: quia vir ad imaginem Dei formatus est, & non mulier: & vicarius eius est: quia vnus Dei habet imaginem. Secunda, quia in signum subiectionis mulier habet caput vela-

b ¶ In homine.] Quia sicut processerunt à Deo omnia, sic ab Adam processerunt omnia: hic accipit tantum hoc nomen, homo, in masculino genere: aliàs communis generis est, ut ff. de verb. sign. hominis.

c ¶ Vt vnus.] idest, imago Dei dicitur ipse homo: quia sicut aqua profluxit ex latere Domini, sic etiam Eua ex latere Adæ: item in hoc habet imaginẽ, quia habet rationẽ, & intellectum, 1 sicut Deus,

Oĩa processerit ab Adam.

nisi quod corrupte in ea legitur, maiori seruiat minor. *Sed in originali, a quo non longe discedit Iuo,* quia & illic iustitia est hæc, vt infirmior ratio seruiat fortiori, *ob glossam autem non est emendatum.*

Idem in quæstionibus veteris & noui testamenti ex utroque mixtim, c. 106.

¶ Vir est caput mulieris. Cap. XIII.

Iuo p. 8. c. 95. Pann. l. 7. c. 43.

HAec imago [a] Dei est in homine, [b] vt vnus [c] factus sit α quasi dominus, ex quo cæteri orirentur, habẽs imperiũ Dei, quasi vicarius eius, quia omnis rex Dei habet imaginem: β ideoque mulier non est facta ad imaginem Dei. Sic etenim dicit, (& fecit Deus hominẽ, ad imaginem [d] Dei fecit illum.) Hinc est, vnde Apostolus, (vir quidem, ait, non debet velare caput suũ, quia imago, [e] & gloria Dei est: mulier [f] autem ideo velat, quia nõ est gloria, aut imago Dei.

Gen. 1. Sap. 2.

1. Cor. 11.

α ¶ Factus sit. *Quæ sequuntur emendata sunt partim ex vetustis, partim ex ipso originali, & Iuone. In vulgatis enim Gratiani recentioribus, legebantur* factus sit homo, ex quo cæteri oriantur habens imperium Dei quasi vicarius Dei, quia vnius Dei habet vir imaginem.

β ¶ Imaginem.] *Sequebatur,* & similitudinem, *quæ sunt expuncta, quia neque Apud Augustinum neque in vulgata græca, neque in latina vetustiore, neque apud cæteros collectores habentur. Pulchre vero de hac re disputat Basilius in hunc Genesis locum, & Origenes Periarchon lib. 3. cap 6.*

d ¶ Imaginem.] idest, similitudinem de pœni. dist. 2. illa anima.

1 Ad hoc dĩ tã de fœmina, q̃ de uiro ẽm Hu.

e ¶ Quia imago.] Et ideo non debet celari.

f ¶ Mulier.] Non tamen quælibet: quia non virgines de consuetudine, sed fac vim in eo, quod dicit gloria idest, Deus nõ gloriatur, per ipsam sicut per virum, nam per eam prima præuaricatio est inducta inf. ead. mulier.

& glossa ordi. ad c. 22. Deute.

Idem lib. 5. quæstionum super Deuteronomium, q. 33. Cap. XIIII.

Iuo p. 8. c. 96. Pann. l. 7. c. 45.

SAtis hinc appparet, quemadmodũ subditas fæminas viris, & pene famulas [g] lex esse voluerit vxores; quòd dicens aduersus vxorem vir testimomium, [h] vnde lapidaretur [i] † illa, si hoc verum esse demonstraretur, [k] ipse tamen non vicissim lapidaretur, si hoc falsum esse constiterit: sed tantummodo castigatur, [l] & damnificatur, eique perpetuo iubetur adhærere; qua carere voluerat. In alijs autem causis eum γ qui testimonio [m] falso cuiquam nocuerit, quod si probaretur, ius † fit occidi, eadem γ plecti iubetur † pœna, qua fuerat, si verum esset, iste δ plectendus.

† *al. iustit.* † *al. iubet.*

...dde qua ...a punia... mulier ...tera. ...in l. qñ ...t. & in l. ...itati, & ...authen. ...hodie, ...le adul...

g ¶ Satis hinc.] ¶ Et pene famulas.] Non tamẽ quòd immoderate verberentur. C. de repud. consensu. & supra ea. q. 2. placuit.

h ¶ Testimonium.] idest, accusationem.

i ¶ Lapidaretur.] Et ita videtur, quod in ueteri lege nunquã uir obligabatur pena talionis. Sed tu dic cũ H. q̃ hoc locum habebat tãtum in accusatione adulterij in primo coitu: puta cũ non inueniebat eam virginem, uel dicebat se non inuenisse, & ipsa contrarium probat per aspectum linteaminis, in hoc casu non puniebatur vir talionis pena: sed tantum cetum siclos auri ... dabat patri puellæ.

Vir utrũ puniebat talione in ueteri lege.

γ ¶ Eadem.] *Eodem fere modo apud Iuonem, & in Pannormia. In originali vero,* eademque pœna plecti iubet.

δ ¶ Iste.] *Sic est emendatum ex aliquot manuscriptis & originali, & Iuone.*

K D mõstraretur.] Per aspectum linteaminis sanguinolẽti. Sed nec hodie cũ agit vir ad separationem, sustinet talionem: secus si agatur ad pœnam adulterij criminaliter. extra de pœn... tuæ. ideo au-

Mulieris vio lato per qd cognoscitur.

Item Hieronymus super epistolam ad Titum, in c. 2.

uelatũ, & nõ uir: qa imago est & gloria Dei. Tertia est, qa uir sine metu talionis, secũdũ legẽ poterat mulierem de adulterio accusare, & non econuerso: secus in alijs casibus. Ideoque,] id est, quia fœmina non habet hoc.

a ¶ Hæc imago.] idest, in hòc dicitur habere similitudinem Dei.

tem non punitur uir pœna talionis, quia iam alia uia consequeretur, id quod optauit, quod esse non debet. ff. pro socio. idemque. ff. de condi. insti. quæ sub conditione. §. si quis.

l ¶ Castigatur.] idest, uerberatur.

m ¶ Testimonio falso.] idest, accusatione calumniosa.

Testis nõ est talione puniendus.

hoc ideo ita expone: nam testis non obligatur ad talionem, sed alio modo punitur a iudice, si uarie responderet, ut C. de testi. nullum. Hug. tamen dicit, quod sic. 3. quæst. 9. nihilominus. maxime secundum ueterem legem, argum. extra de cri. fal. capit. falsus. De hoc dictum est 2. quęst. 3. in summa.

CVm caput.] CASVS. Dicitur in hoc capi. quod sicut vir peccat, si non sit subiectus capiti suo: idest Christo: sic Dei prima sententia contemnitur, si mulier capiti suo idest, viro suo non obedierit, cum etiam gentiles fęminæ uiris suis subiaceant. Prima sententia, quæ habetur in Genesi ubi dicit mulieri, sub uiri potestate eris, &c. postea Apostolus idem præcepit.

a ¶ Criminis.] Sup. 9. q. 3. c. 1. sup. 22. q. 5. de forma. supra dist. 95. esto. argu. eãdem cõditionem inferiorum ad media, quæ est mediorum ad extrema 28. dist. ca. qua sunt culpæ.

Vxores quare debent esse uiris subditæ.

b ¶ Blasphematur.] tractabat enim Hiero. illud uerbũ Apostoli ad Titum: Admone adolescentulas esse subditas viris suis, ut non blasphemetur verbum Dei, idest, Euangeliũ. Vel uerbum Dei in paradiso, quatenus viris subditæ essent.

c ¶ Ex Dei lege.] Quia dixit, mulieres esse subditas uiris: Conuersio tua erit ad uirum, & ipse dominabitur, &c.

NOluit itaque.] CASVS. Dicitur hic, quod lex noluit ut mulier possit uotum facere sine uiri consensu, & si fecerit ante nuptias, uir post nuptias poterit reuocare: nec propter hoc mulier rea iudicabitur, si uotũ non seruat, cũ Deus hoc non præcipiat. Sequentia duo capitu. plana sunt per se.

Monachus plus subest abbati quã uxor uiro.

d ¶ Concesserat.] Argu. quod abbas possit reuocare uotum monachi, quod etiam emisit ante monachatum. arg. 20. q. 4. monacho. plus. n. est monachus sub abbate, quam uxor sub uiro, ut 12. q. 1. non dicatis.

Officia uirilia sunt mulieribus interdicta.

e ¶ Contra Deum.] Sup. 14. q. 5. dixit. supra 22. q. 1. si peccatum. sup. 13. q. 4. qui peccat. sup. dis. 26. deinde.

f MVlierem.] ¶ Auctoritatem.] Virilia enim officia mulieribus sunt adempta 3. quæs. 7. c. infamis. §. tria. ff. ad Velleia. l. 2.

g ¶ Nec docere.] In ecclesia masculos sup. dist. 23. mulier. de conse. dis. 4. mulier.

h ¶ Nec testis.] In causa criminali, nisi in illis casibus, in quibus infames admittuntur, nec in testamento insti. de testa. §. testes. nec contra clericos in causa criminali, quia non potest esse, quod ipsi sunt, sup. 2. q. 7. ipsi Apostoli. nec etiam contra laicos, ut no. 15. quæs. 3. de crimine.

i ¶ Neque fidem.] Obligatur tñ si dolose fideiubeat, ut creditorem decipiat, ut ff. ad Velleia. si decipiendi. Item & si priuilegio. Velleiani, renunciauerit, obligatur & tenetur. ff. ad Velleia. l. ult.

k ¶ Nec iudicare.] Nisi in casibus, ut dixi 15. q. 3. de crimine.

Cap. XV.

CVm caput mulieris vir, sit, caput autẽ viri Christus, quęcumque vxor nõ subijcitur viro suo, hoc est capiti suo, eiusdem criminis[a] rea est, cuius & vir, si nõ subijciatur Christo capiti suo. Verbũ autem Domini blasphematur,[b] vel dum contemnitur Dei prima sententia, & pro nihilo ducitur, vel cum Christi infamatur Euangeliũ, dũ contra legem, fidemque naturæ ea, quæ Christiana est, & ex Dei lege[c] subiecta, viro imperare desiderat; cũ etiam gentiles fęminæ viris suis seruiant cõmuni lege naturæ.

Iuo p. 8. c. 67. Pann. l. 7. c. 46.

& glossa. ordi. ad c. 30. Num.

Item Augustinus in quæstionibus Numerorum. q. 59.

¶ Arbitrium viri mulierem sequi oportet in omnibus. Cap. XVI.

Iuo p. 8. c. 68. Pann. l. 7. c. 47.

NOluit itaque lex, mulierem aliquid vouere Deo aduersus animam suam, vt non in aliqua α rerum licitarũ, atque concessarum abstinentiam eiusdẽ votis fęminæ valeat auctoritas, sed virilis. Ita, & si adhuc innuptæ, iam concesserat[d] pater vota persoluere, si antequam persoluerit, nupserit, & viro eius hoc cognitum non placuerit, nõ persoluat, & sit omnino sine peccato, quia mũdauit eam, sicut dicit, idest, mũdam iudicauit. Neque hoc contra Deum[e] fieri putandum est, cum ipse Deus hoc præceperit, hoc voluerit.

α ¶ Vt nõ in aliqua.] *Sic in Pãnormia. Apud Iuonẽ vero*, vt in aliquarum rerum, *In glossa ordinaria.* Id est in rerũ. *Sed totus hic locus longe melius habet in originali.* fęminam sub patre, antequam nubat, & sub viro, nuptam voluit lex vouere ita aliquid Deo aduersus animam suam, idest in aliquarum rerum licitarum, atque concessarum abstinentia, vt in eisdem votis fæminea non præualeat auctoritas, sed virilis.

Item in libro quæstionum veteris testamenti, q. 45.

¶ Nulla est mulieris potestas: sed in omnibus, viri dominio subiecta est. Cap. XVII.

Iuo p. 8. c. 85. Pann. l. 7. c. 49.

MVlierem constat subiectã dominio viri esse, & nullam auctoritatem[f] habere, nec docere[g] enim potest, nec testis[h] esse, neque fidem[i] dare, †nec iudicare,[k] quanto magis non potest imperare.

† al. dicere.

¶ *Restitutum est hoc caput B. Augustino, & ex eo nonnulla addita. Nam antea citatur ex B. Ambrosio.*

Lib. 5. in Gen. c. 7.

Itẽ Ambrosius in Hexameron in tracta. diei quartæ.

a ¶ Adam

a ADam.]Gubernarorem.] Per hoc videtur, ꝙ vir potius debet esse curator vxoris quã extraneus, quod negat lex.C.qui dari tuto.pos.l.2.

Vir non potest esse curator uxoris.

Mulier

Cap. XVIII.

Iuo p.8.c.91. Pann.l.7.c.50.

ADam per Euã deceptus est,non Eua per Adam.Quẽ vocauit ad culpam mulier,iustum est,vt eum gubernatorẽ α a assumat,ne iterũ fœminea facilitate labatur.

α ¶ Gubernatorem.) *Antea legebatur*,vt eam in gubernationem assumat. *Emendatum est ex B. Ambrosio, Glossa enim optime conuenit voci*, gubernatorem.

Item super primam epistolam ad Corinthios in c.2.

Cap. XIX.

Iuo p.8.c.92. Pann.l.7.c.51.

MVlier debet uelare caput, quia non est imago Dei. Sed vt ostẽdatur b subiecta & qa præuaricatio ꝑ illam inchoata est, hoc signũ debet habere, vt in ecclesia ꝓpter reuerentiam c episcopalem nõ habeat caput liberũ, sed velamine tectum, nec habeat potestatẽ loquẽdi, quia episcopus d personam habet Christi. Quasi ergo ante iudicem, sic ante episcopum, quia vicarius Domini est propter peccatum originale β subiecta debet videri.

Mulier quare debeat caput uelare.

β ¶ Propter peccatum originale.) *Apud B. Ambrosium, & Iuonem legitur*. propter reatus originem. *In Pannormia uero*. propter reatum originalem. *Sed ob glossam nõ est mutatum, reliqua uero sunt emendata.*

Item in libro de Paradiso, c.10.

Cap. XX.

5 NEc illud otiosum, f quod non de eadem terra, de qua psalmatus est Adã, sed de ipsius Adę costa g facta sit mulier, vt sciremus unam in viro & muliere corporis esse naturam, vnum fontẽ generis humani. Ideo nõ duo a principio facti vir & mulier, neque duo viri, neq; duæ mulieres, sed primum vir deinde ex eo mulier. Vnã enim naturam volens hominum cõstituere Deus, ab vno principio creaturæ huius incipiens, multarum, h & disparium i naturarum eripuit facultatem.

Eua quare de costa Adæ facta est.

Euidẽtissime itaque apparet ita virum esse caput mulieris, vt nulla vota abstinentiæ vel religiosæ conuersationis liceat sibi sine eius licentia Deo offerre, etiam si viro permittente repromissa fuerit, non licet ei votum operè complere, cum vir voluerit reuocare permissum. Vota vero continentiæ ita alterius permissu ab altero valent offerri, quod post permissionem non valent in irritum deduci.

CAVSA XXXIV.



Vidam vir in captiuitatem ductus est, k postea vxor eius audiens illum mortuum, nupsit alij, demum ille de captiuitate rediens, repetit vxorem suam, illa posterioris amore capta aspernatur thorum prioris viri.

MVlier debet,] CASVS. In hoc cap. quinque rationes assignantur, quibus probatur, quod mulier dẽt velare caput suum, scilicet quia non est imago Dei & quia subiecta debet esse viro suo, & quia prȩuaricatio est inducta per eam, & propter reuerentiã episcopi, quia vicarius est Christi. Sequentia duo cap. patent.

b ¶ Sed vt ostẽdat.] Non solum propter hoc, sed etiam &c.

c ¶ Propter reuerentiam.] Idest, propter reuerentiam sacerdotum, argum. 54. dist. si seruus sciente. & sicut ante iudicem dominum, ita ante vicarium eius sacerdotẽ, sit subiecta viro. Vel propter reuerentiam sacerdotum, id est, ne sacerdotes in eius faciem intuentes inuitentur ad libidinem.

d ¶ Episcopus.] id est quilibet sacerdos de pœn. d. 3. inter hæc hircum 2.

e ¶ Originale.] Quod originem habuit ab ipsa quoad homines.

NEc illud.] Hęc ẽ 5. pars q. in qua ostedit magister causam, quare fuit vnũ principium, unus homo. Io. de Fant.

f ¶ Otiosum est.] Id est, sine causa & mysterio factum.

g ¶ Costa.] Non de pede, ne omnino uideretur famula, nec de capite, ne videretur domina, sed de costa vt collateralis videretur.

h ¶ Multarum.] Quo ad numerũ, vel multarum quo ad genus humanum.

i ¶ Et disparium.] Quo ad sexũ. Vel disparium quo ad speciem, & respicit ad primã creationem.

k QVidam vir in captiuitatẽ ductus est. Quia in præcedenti causa dixerat matrimonium separari propter frigiditatem, & quod viro uiuente separata posset alij copulari, & dubitari posset an idem uideretur

tur faciendum propter hostilem calamitatem vel captiuitatem: ideo subdit causam istam, in qua ostendit quid iuris sit si quis tenetur in captiuitate, & vxor eius interim nubat alij, vt autē hæc, &c. Et no. q hic tractatur de illo impedimento quod dicitur ligatio, ligatio est cum quis ligat alteri vinculo matrimonij, & quodlibet īpedimentū matrimonij dici potest ligatio, sumēdo large siue communiter, nō proprie, ar. 26.q.1.§.1.

Impedimentum ligationis quale est



Traque.] Hæc q. diuidit in 6. partes. In prima quarum probat per duos canones, q mulier non debet contrahere, donec sit certa de morte cōiugis. Io. de Fant. Secunda ibi, [Non satis. Tertia ibi, [Si autē.] Quarta ibi,] Quod autem.] Quinta ibi, [Hinc etiam.] Sexta ibi, [De simplicitate. Ioan. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 1. & 2. q. in secūda nulla est dubitatio. In prima quęstione distinguitur, nam si illa, q̄ nubit viro viuente, & absente, credit vel scit illum viuere, in veritate adulterium committit. si autem nec scit, nec credit, sed habet iustam causam credēdi cōtrariū per ignorantiam facti, quę etiam peritissimos fallit, excusatur. qualitercūque autem nubat, reddenda est primo reuertēti. vtraq; autem quęstio terminatur per c. sequens.

Mulier si credit maritum mortuū: an possit alij nubere.

a Vtraque quęstio.] Si mulieri credit suū maritum mortuum, & habet iustam causam credendi, licite potest cōtrahere, si autem dubitat de morte viri & contraxit, licet nō debeat contrahere, tenetur tamen reddere debitum petenti; sed ipsa non potest exigere, vt extra de secun. nup. dominus noster. & ita in tali casu vir potest eā remouere propter adulterium, cum non habuerit probabilem causam mortis suæ: sed si audierit eum mortuum, licet per falsum rumorem, & tūc nupserit, vir non potest eam de tali adulterio accusare, nisi ipsa procurauerit illum rumorem, vt ff. de adulte. miles. §. mulier. Sed pone quod mulier credit eum viuere & est mortuus, & contrahit. nunquid est matrimonium ibi? sic: ipsa tamen adulterii reatu tenetur, licet adulterium non committat, nam dicit lex quod tenetur quis actione furti, licet subtilitate iuris furtum non committat. C. de fur. si quis seruo. minor tamen pœnitentia ac pœna ei imponitur.

1 Hic videas quod le. & no. extra vt li. non cont. qñi. §. si vero. ver. si autem. in gl. p famā, &c. & de spōsa. in præsentia. Arch. Furtum nō committēs, qñque furti tenetur.

CVm per bellicam.] CASVS. H. sic ponit hunc casum. De duobus quæsiuerat iste. quædam dum putarent viros suos esse mortuos, nupserunt alijs: aliæ vero sciebant viros suos viuere, sed credebant nunquam eos liberandos de captiuitate, sed reuersi sunt postea viri istarum.

1 *Nunc primum quæritur, an sit ista rea adulterij, quæ viuente viro suo, alteri nupsit.*

2 *Secundo, an redeunte primo sit cogenda recedere à secundo, & redire ad primum.*

QVAESTIO I. & II.



Traque quæstio a terminatur auctoritate Leonis Papæ, qui scribens Nicetæ Aquileiensi episcopo, epist. 77. capitul. 1. & sequentibus ait. — In Cod. canonum. cap. 42.

¶ Quæ alij nupserit putans virum suum mortuum esse, illo redeunte ad priorem redire cogitur. Cap. I.

CVm per bellicam cladē, & per grauissimos hostilitatis incursus ita quædam dicatis diuisa esse cōiugia, vt abductis in captiuitatem viris fęminæ eorum remāserint destitutæ, quæ viros proprios aut interemptos putauerint, aut nunquam a dominatione crederent [b] liberandos, & ad aliorum coniugiū solitudine † [c] cogente transierint, cumque nunc statu rerum auxiliante Domino in meliora conuerso, nonnulli eorum, qui putabātur perijsse, remeauerint, merito charitas tua videtur ambigere, quid de mulieribus, quæ alijs coniunctę sunt viris, a nobis debeat ordinari. Sed quia nouimus scriptum, quod à Deo iungitur mulier viro, & iterum præceptum agnouimus, vt quod Deus cōiunxit, homo non separet necesse est, vt legitimarum fędera nuptiarum redintegranda credamus, & remotis malis, quę hostilitas intulit, [d] vnicuiq; hoc, quod legitime habuit, reformetur, omnique studio procurandum est, vt recipiat vnusquisque, quod propriū est. ¶ Nec tamen culpabilis iudicetur, & tamquam alieni iuris persuasor; qui personam [e] eius mariti, qui iam non esse existimabatur, assumpsit. Sic enim multa, quæ ad eos, qui in captiuitatem ducti sunt, pertinebant, in ius alienum transire potuerunt, & tamen plenum iustitiæ est, vt eisdem reuersis propria reformentur. Quòd si in mancipijs, vel in agris, aut etiam in domibus,

Sen. 4. dist. 38. Poly. l. 6. tit. 4. Ans. l. 10. c. 22. Burc. l. 9. c. 55. Iuo p. 8. cap. 244. & 190. 191. 192. Pann. l. 6. cap. 87. † *solitudine.*] orig.

Matth: 19.

Eiusdem epistolæ, cap. 2. — Burc. l. ... 56. Iuo p. ... 191.

rum, quæsierat ergo iste, quid faciendum esset in vtroq; casu. E. respondetur in primo casu, quod separandæ sūt à secundis. & reddendæ primis: & quæ nolunt separari a secundis, sunt excommunicandæ. In secundo vero casu nihil videtur responderi, quia nulla & friuola erat quæstio, quamdiu enim aliqua scit vel credit vel dubitat virum viuere, non debet alij nubere, & si nupserit, adultera erit, vt 32. q. 5. puto.

b ¶ Crederent.] Hæc ratio friuola est, & ideo non curat ei respondere.

c ¶ Solicitudine.] Incontinentię, vel paupertatis.

d ¶ Hostilitas intulit.] Sic supra 16. q. 3. prima.

e ¶ personam.] Sup. 2. q. 1. in primis. nam similitudo attenditur ... illum, qui succedit inuasori, ut ibi: & istum de q... hic.

a ¶ In

a ¶ In coniugiorum.] Arg. ꝙ ecclesia clerico debet restitui de captiuitate redeunti per quantūcumque tempus detentus fuerit, si probat iustum impedimentum: i. cū ecclesia sit vxor clerici. 7.q.1. sicut. & dixi 7.q.1. pastoralis. 13.q. 2. vnaquæque.

b ¶ Per-

mitur ex præterito circa futurū. C. de condic. fur. l. vlt. quandoque præsumitur ex futuro circa præteritum. ff. de cond. inde. si non sortem. §. si decem, aut Stichum.

d ¶ Remissio.] id est, dimissio secundorum virorum.

e ¶ Quod conditio.] Quod necessitas cogit, non est imputādum 22.q.4. inter cętera 7.q.1. pontifices inf. de consi. d.5. discipulos.

Ecclesia est vxor clerici. Istam gl. ... sicut singu. ... ix. in suo ... ctio. versi. ... ecer. ad ... oc ꝙ cleri- ... s detentus ... carcerib. ... quantum ... nq; longū ... pus nō per ... t beneficiū ... um.

C. 3. Burc. l.9.c. 58. Iuo p.8.c. 193.

ac possessionibus rite seruatur; quāto magis in coniugiorum [a] redintegratione faciendum est? vt sic, quod bellica necessitate turbatum est, pacis remedio reformetur? ¶ Et ideo, si viri post longā captiuitatē reuersi, ita in dilectione suarum coniugum perseuerant, [b] vt eas cupiant in suū redire consortium, omittēdum est, & inculpabile iudicādum est, quod necessitas intulit, & restituēdū, quod fides poscit. *& infra c.4.* ¶ Si autē aliquæ mulieres ita posteriorum virorum amore sunt captæ, vt malint his cohærere, quàm in legitimum redire consortium, merito sunt notandæ: ita vt etiam ecclesiastica communione priuentur, quę † de re excusabili contaminationem criminis elegerunt: ostendentes [c] sibimet pro sua incontinentia placuisse, quod iusta remissio [d] poterat expiare. Redeant ergo in suum statum voluntaria redintegratione cōiugia, neque vllo modo ad opprobrium malæ voluntatis trahatur, quod conditio [e] necessitatis extorsit, quia sicut hæ mulieres, quæ reuerti ad viros suos nolunt, impiæ habendę sunt, ita illæ quæ in affectum initum ex Deo redeunt, merito sunt laudandę † iudicio.

Burc. l.c. 57. Iuo p.8.c. 192. Pann. l.6.c.88.

† *al. quia inexcusabiliter conta. &c.*] orig.

† *al. laudabiles indicanda.*

Item Innocentius Papa Probo, in epistola nona.

¶ Viro, vel vxore de captiuitate redeuntibus propria redintegrantur coniugia. Cap. II.

CVm in captiuitate Vrsa mulier teneretur, aliud cōiugium cum restituta Fontanum† commisisse [f] cognouimus. Sed fauore Domini reuersa Vrsa nos adijt; & nullo diffitente vxorē se memorati esse perdocuit. [g] Qua de re domine fili merito illustris, statuimus fide catholica suffragante, illud esse coniugium, quod primitus erat gratia diuina fundatum, conuentumque secundæ mulieris priore superstite, nec diuortio eiecta, [h] nullo pacto posse esse legitimum.

Iuo p. 8.c.245. Pann. l.6.c. 89.

† *Fortunius inisse cognoscitur.*] orig.

Item Hieronymus ad Amandum presbyterum.

¶ Quæ primo viro relicto, secundo adhæserit, nisi secundum relinquens, primo reconciliari non potest. Cap. III.

Sent.4.dist.35. Polyc.l.6.tit.4.

NOn satis animaduer-

CVm in captiuitate.] CASVS. Quædam mulier nomine Vrsa cū in captiuitate teneretur, vir eius aliam duxit. Vrsa postea reuersa Papam adijt, & nullo cōtradicente se vxorem illius esse probauit coram Papa. quare Papa eam vxorem legitimam iudicauit, & non secundam.

f ¶ Commisisse.] Peccatum notat interuenisse in contrahēdo si scienter contraxit: sed si ignoranter cōtraxisset: quāuis nō est matrimonium secundum: nati tamen filij inde habētur ꝓ legitimis quo ad successionem, similiter vbi per consanguinitatem fit diuortiū, quod verum est vbi ignoranter coniūcti sunt ar. extra qui fi. sint legit. cū inter: si autem scienter, quo ad scientem legitimi nō sunt arg. 32.q.2. solet. ar. C. sol. ma. si ignorās & C. de ice. & inuti. nup. qui cō tra. Sed licet H. & L. ita distinguant, falsa tamē est distīctio 3. sufficit enim alteri⁹ ignorantia vt sint legitimi: vt extra qui fil. sint legi. ex tenore, absurdum enim est, ut aliquis sit partim legitim⁹, & partim illegitimus arg. ff. de li. cau. l. duob.

Matrimonio ꝑ consanguinitatem separato an filij prius nati sint legitimi.

3 De hoc ēt no. īf. 35. q. 7. ī summa.

b ¶ Perseuerant.] Et ita videtur, quòd ipsi non compellantur ad eas redire si noluerint, sed supplent hic quidam, maxime. Alij intelligunt hoc de illis mulieribus, quæ viros non credebant mortuos, & tamen contraxerunt, quod no. in prin. cap.

b Perseuerant] sup. 32.q.5. puto in princ. contra, sed illud quando maritus, vel vxor scitur adhuc viuere: istud quando certis indicijs putatur mortuus esse, de pœ. dis. 7.c.3. 30. q.5. cap. si quis. §. incerta.

c ¶ Ostendentes.] Arg. ꝙ ex consequentia operis ex facto præsenti præsumitur circa præteritum 2. ut hic, & 33.q.1. requisisti. & su. 22.q.2. ꝙ ait. & C. de adul. si q̄s. q̄nque præsumitur ex præcedenti facto circa præsens: ut 2. q. 1. in primis in fine, & q.7. non potest, q̄nque ex præsenti circa præsens: ut dixi 50. dist. si quis diaconus. quandoque ex eo quod solet fieri, præsumitur & timetur in futurum, ut 3.q.5. accusatores. quandoque pręsu-

Pręsumitur ex præsenti circa præteritum, &c.

2 Arg. de pę. dis.3. ca. Iudas. vib hoc & 54. dist. multi.

Sed si ambo parentes sciunt impedimentum, uel affectant ignorare, quia non contrahunt, præmissa denunciatione trina coram ecclesia: licet pro legitimo habitū fuerit, tamen filij non sunt legitimi, ut extra de clan. despon. cum inhibitio.

g ¶ Perdocuit.] Sed qualiter probauit hoc? dicit H. per testes 4. Nam in præiudicium matrimonij secundi non crederetur etiam ei, & uiro iurantibus: nisi fama esset de hoc, ut 35.q. 6. si duo. Sed nunquid crederetur uiro & secundæ uxori iurantibus? Dicunt quidam, ꝙ sic, licet uideatur esse causa ipsius uiri: quod non concedo: immo nec confessio ipsorum nec fama sufficit extra de eo qui cog. consan. uxo. suæ super eo.

4 Dicit hic H. ꝙ hic nō erat opus testibus, cum nullus diffiteretur illam esse vxorē: licet à quibusdam credebatur mortua esse Arc.

h ¶ Electa.] Maxime: ut 32.q.1.c. dixit, in fi. & quæst.7. licite. & c. ult. nisi propter impedimentum aliquod factum est diuortium.

NOn satis.] Hæc est 2. pars q. in qua ponit qualiter

 punitur

punitur mulier, quæ ad primum virum nó vult redire. Ioan.de Fant.
CASVS S.H.& Ben.sic ponunt hunc casum. Quidam rapuit vxorem alterius, quæ postea consentiens raptori ad proprium virum redire nolebat. dubitãs ergo Aman

h ¶ Puniri.] Arg. vbi testimonium de auditu valet.
i ¶ In agro.] Nisi & coloni ibi essent, nec clamauit.
K Innoxiam.] su.32.q.5. finge. alias est pars cap. de pudicitia cõtra. su.15.q.1. si quis non iratus, contra, sed ibi lex, scilicet canonica, vel promotionis.

l ¶ Ad

tere [a] potui, quid sit, quod dicere voluit, [b][alio viro per vim accepto.] Quid est, per vim accepto? congregata videlicet multitudine nolentem rapuit. Et quare [c] postea raptorem rapta non dimisit? [d] legat [e] libros Moysi, (Deut. 22.) & inueniet desponsatam viro, si in ciuitate [f] fuerit oppressa, & non clamauerit, [g] puniri [h] quasi adulteram, si autem in agro [i] oppressa sit, innoxiam [k] esse a scelere, & violentum legibus subiacere. Ergo & ista soror, quæ, vt dicit, vim passa est, vt alteri iungeretur, si vult corpus Christi accipere, & non adultera reputari, agat pœnitentiam, ita duntaxat, vt secundo viro, qui non appellatur vir, sed adulter, a tempore pœnitentiæ non copuletur. Quod si durum ei videtur & semel dilectum non potest derelinquere, nec præferre dominum voluptati, audiat Apostolum conclamantem, (1.Cor.10.) (Non potestis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum. Non potestis mensæ domini communicare, & mensæ dæmoniorum) & alio loco, (2.Cor.6.) (Quæ communicatio luci, ac tenebris? qui consensus Christo, & Belial? [l]) Rem nouam loquor, immo non nouam, [m] sed veterem, quæ veteris testaméti auctoritate firmatur. Si reliquerit secundum uirum, & recõciliari priori uoluerit: non potest. Scriptum est enim in Deuteron. (Deut. 24.) (Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & nõ inuenerit gratiam in conspectu eius propter aliquam fœditatem, scribet libellum repudij, & dabit in manus eius, & dimittet eam de domo sua, Cumque egressa adultera † [n] maritum duxerit, (†alterũ) uera lectio.) & ille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudij, & dimiserit de domo sua, aut certe mortuus fuerit, non poterit [o] prior maritus recipere [p] eã uxorem, quia polluta est, & abominabilis facta est coram domino, ne † peccare facias [q] terram tuam, quam Dominus Deus tuus tradidit tibi possidendam. († al. nec.)

¶ *Verba huius capitis in Epistola Beati Hieronymi, & in Polycarpo proxime sequuntur post ea, quæ referuntur sup. 32. q. 7. cap. omnes causationes. Ideoque apud ipsos initium hoc ita habet.* Neque satis animaduertere.

dus presbyter super hoc articulo, duas fecit quæstiones. Hieron. Prima fuit an illa possit remanere cum raptore? huic q̃stioni respõdet Hieron. dicens, quod nõ potest remanere cũ eo: sed dẽt ab eo discedere, & agere pœnitẽtiam: quia consensit in illum. Et respõsio protẽditur vsque ibi,] Rem nouam, &c.] Alia quæstio fuit, si tunc illa iure suo possit repetere virũ suũ, vt ille cogatur eam recipere. Et ad hoc respondet Hiero. & dicit, ꝙ nõ potest illam repetere, vel ille cogi recipere eã. Et hoc ꝓbat auctoritate ve. testa. utens arg. a maiori. si enim ĩ veteri testamento nõ licebat ei, qui dederit libellũ repudij post adulteriũ recipere vxorẽ multo minus licet ĩ nouo cogere volentem ad recipiẽdam adulteram: tũc enim preceptum erat, vt uir nõ reciperet uxorem adulteram: ergo non est mirum, si nunc est permissum uiro ut eam nõ recipiat, si nõ uult. arg. 32. quæst. 1. quod autem. & hęc respõsio protẽditur usque in finem. Intẽdit ergo Hiero. in hoc c. probare, quod nõ potest remanere eum secũdo, & quod primus non est cogendus eam recipere. [Quod dicere,] idest, significare uoluit hæc oratio, quam in epistola tua posuisti, scilicet [alio, &c.]

a ¶ Animaduertere.] Hoc dicit deridendo ipsum: quia malam epistolam composuerat, uel quia uerba nõ erant accommoda sensui ad quem assumebatur. inst. de dona. §. est & aliud.
b ¶ Voluit.] Epistola tua, uel hæc oratio, s. alio, &c.
c ¶ Et quare.) Quem habebat prius, alias, & quare.
d ¶ Dimisit.) Nolendo ad eum redire.
e ¶ Legat]. s. quicunque de tali facto dubitauit.
f ¶ Si in ciuitate) Arg. quod ratione loci pręsumitur cõtra aliquem [1], & quod imputatur alicui si non fecerit id quod ei prodesse possit, sic C. de incest. nup. cum ancillis. quia præsumitur consentire cum potest reclamare, ff. de noxa. si seruus sciente.
g ¶ Et non clamauerit, Argu. aliquem tacite consentire, ut 28. d. diaconi.

Locus facit præsumi cõtra aliquem.
1 De hoc nõ. 18. q. 2. diffinimus.

l ¶ Ad Belial.] Belial interpretatur apostata.
m ¶ Non nouam) idest, non de nouo traditam his, qui audierunt, & est arg. quod si episcopus iurauit, quod nõ daret nouum feudum, & aliquod feudum de antiquis ad eum peruenerit, bene potest ipsum dare, ut extra de dona. per tuas, & ext. de feu. ca. 2.
n ¶ Adultera) Non conuicta de adulterio.
o ¶ Non poterit) Argu. ex quo mulier separata est a uiro auctoritate ecclesiæ, non potest auctoritate sua uir eam sibi reconciliare, quod non est uerum, ut C. de adul. authen. sed hodie, sed quid erit si adultera uelit reconciliari, & uir nolit? uidetur ꝙ uir non compellitur.
p ¶ Recipere.] Vt cogatur a lege eam recipere [2]: Immo ipsa lege prohibetur eam recipere, sed modo tempore gratia non prohibetur. argum. sup. 32. quæst. 1. quod autem.
q ¶ Ne peccare facias.] Inducendo malum exemplum. 11. q. 3. præcipue.

2 Vt C. de adul. castiti.

SI AVTEM. Hæc eſt 3. pars q. in qua quæritur qualiter & quid fiat de fœmina, quæ non vult ſequi virum tranſeuntem de prouincia in prouinciam. & dicitur ꝙ manebit innupta. Io. de Fant.

CASVS. hic dicit Gra. allegando, ꝙ vnaquæque mulier

no copulata. Io. de Fant.

b ¶ Leonis.] Supra ead. cap. 1. Io.

SI virgo.] CASVS. Quædam virgo nupſit alteri viro quem ſolutum eſſe credebat, quęritur vtrum ſit adultera? Et reſpondetur ꝙ non, quamdiu hoc credit. ſed ſi veritate cōperta cū eo remāſerit adultera erit, ſicut qui poſſidet rem alienā bona fide, quādiu credit ſuā eſſe non peccat: ſed ex quo ſcit alienam eſſe, peccat ſi eam nō reſtituit. Sequens §. patet.

c ¶ Poſſidere.] Non dicit, poſſediſſe. nā poſt completam prę ſcriptionem nō ſcit ſe poſſidere alienum ſed poſſediſſe, nec hēt tūc conſciētiam rei alienæ: vnde nō tenetur reſtituere: licet Hug. hoc cōſulat vbi cōſciētia remordet. 27. q. 1. §. 1. & extra de præſcrip. cap. vltim.

d ¶ Cū vero ſcierit.] certum eſt ꝙ in præſcriptione exigit cōtinue bona fides, vt extra de præſcr. quoniā omne. Sed quid ſi poſtea percipiam, ꝙ ille a quo emerā, nō fuit Dominus? ſi ſtatim reſtitutam eā domino, nō poſſum agere de euictione: vt ff. de euict. ſi rem. §. 1. Dīt quidam, ꝙ debeo ſubijcere perſonā, quę a me petat rem illam, vt a me euincat. vt ff. de neg. geſt. atqui natura. §. cum me abſente, ſed adhuc eadem videtur reſtare quæſtio: quia illi qui ſic a me ſubiectus eſt cū

3 *Si autem ineuitabili neceſſitate cogente vir in aliam prouinciam fugerit, & vxor eius eum ſequi noluerit, illo viuente illa innupta permaneat.*

Vnde in concilio apud Vermerias.

¶Quæ virum in captiuitate ductum ſequi noluerit, maneat innupta, quamdiu vir eius vixerit. Cap. IV.

Burch. l. 9. c. 54.
Iuo p. 8. c. 189.
Pann. l. 6. c. 91.

SI quis neceſſitate ineuitabili cogente in alium ducatum, ſeu prouinciam fugerit, & eius vxor, cum valet, & poteſt, amore parentum, & rerum ſuarum eum ſequi [a] noluerit, ipſa omni tempore, quamdiu vir eius, quem ſecuta non fuit, viuit, ſemper innupta permaneat.

4 *Quod autem de coniugatis auctoritate Leonis [b] Papæ dicitur, hoc etiam de virginibus intelligendum eſt, vt ſi præter conſcientiam viro nupſerit alieno, non teneantur.*

Poly. ibidem.

Vnde Aug. in lib. de fide & operibus, c. 7.

¶Non eſt adultera virgo, quæ neſciens viro nupſit alieno. Cap. V.

SI virgo neſciens uiro nupſerit alieno, hoc ſi ſemper neſciat, nunquam ex hoc erit adultera. Si autē ſciat, iam ex hoc eſſe incipiet, ex quo cum alieno uiro ſciens cubauerit, ſicut in iure prædiorum tamdiu quiſque bonę fidei poſſeſſor rectiſſime dicitur, quamdiu ſe poſſidere [c] ignorat alienum; cum uero ſcierit, [d] nec ab aliena poſſeſſione receſſerit, [e] tunc malæ fidei poſſeſſor prohibebitur, tunc iuſte iniuſtus uocabitur.

Emptor inter pſcribendum ſi percipiat uēditorem nō fuiſſe dnm quid faciet.

† al. Sic.

5 *Hinc † etiam ignorantia excuſat eum, qui neſciens dormiuit cum ſorore vxoris ſuæ.*

Vnde in concilio Triburienſi.

liter virum ſuū ſequi tenetur, vt dicit H. vt 13. q. 2. vnaquæque. ſed facit hoc vt inducat c. ſeq.

SI quis neceſſitate.] CASVS. maritus ex cauſa neceſſaria in aliam prouinciam iuit: quæritur vtrum vxor eum ſequi teneatur? Reſpondet, quamdiu vir eius viuit, contineat, vel eum ſequatur. Sequens §. patet.

a ¶ Eū ſequi.] Sic extra de coniu. lepro. peruenit ad nos. ſed ſecundum H. & hoc c. & illa decre. eſt abrogata, & dicit adhærendum decreto qđ eſt ſup. 13. q. 2. vnaquæque. Alij dicunt ꝙ illud decretū eſt conſilium 13. q. 2. vnaquæque. unde ſi uir uult uagari non tenetur eum ſequi: ſicut nec libertus patronum cui operas debet. ff. de oper. lib. quod; niſi aliter mulier non poſſet eligere aliā ſepulturam, quam uiri: quod falſum eſt, extra de ſepult. de uxore. Tamen dicunt quidam, quod tenetur eum ſequi quo ad forum ff. ad munic. filij. §. 1. ſed etiam ſi aliqua ſcienter contrahit cum hiſtrione, tenetur eum ſequi uagabundum. Vel dic ꝙ recedentem tenetur ſequi ex honeſta cauſa. ff. de his qui no. infa. l. quod ait pretor. §. ignorantiæ. 15. q. 1. ſi quis inſaniens. 2.

QVOD AVTEM. Hæc eſt 4. pars q. in qua probat magiſter quod non tenetur mulier inſcia uiro alieno

non habebat mandatum a domino, potui obijcere exceptionem procuratoriam: quod tamen non feci, & ſponte permiſi a me rem euinci. ergo non potero agere de euictione ut dicit illa l. ſi rem. & l. ſi dictum. Ad hoc poteſt dici, ꝙ hmōi exceptiones, quæ ſunt dilatorię iudici, poteſt aliquis omittere, ſed non illas, quæ ſunt dilatoriæ ſolutionis ut ff. mand. ſi fideiuſſor. §. quædam. Item qualiter iurabit iſte de calumnia, cum ſciat ſe mala fide poſſidere? poteſt dici, ꝙ ſub hac forma. iurabis, Iuro ꝙ ueni ad litigandum cauſa mei iuris conſeruandi, ut ff. de bo. lib. ſi quis liberum. Dominus meus dicit ipſum poſſe confiteri, ꝙ res non ſit ſua, quia pudori ſuo debet parcere ff. mand. quintus. qualiter autem iurabit ille qui ſubmiſſus eſt? Certe eodem modo.

e ¶ Receſſerit.] Argu. ꝙ etiam poſt præſcriptionem ex quo ſcit rem alienam ſe emiſſe, teneatur reddere rem præſertim eccleſiæ, cum omne id quod irreprehenſibile eſt, defendit eccleſia, ut 25. q. 1. omne quod, arg. diſt. 54. generales, in fine.

HINC ETIAM. Hæc eſt 5. pars q. in qua quæritur, ſi aliquis aliquam polluit, quam credit ſuam uxorem, utrum peccet? & dicendum ꝙ non. Ioan. de Fant.

In

IN lectum.] CASVS. Mulier quędā sub specie sororis suæ intrauit lectum mariti sororis, ille deceptus eam cognouit, quærebatur vtrum possit vti vxore sua de cætero? Et respondetur, quod si probauerit quod eam putauerit esse suam vxorem, pœnitentiam agat, & vxore sua vtatur: sed illa grauiter pœniteat & semper contineat. Sequens §. patet.

Adulterium non cōmittitur, si coniugata igno rauter cognoscitur.

a ¶ In lectum.] Ex hoc colligitur, quod qui cognoscit coniugatā ignoranter, non cōmittit adulterium. 1 arg. extra de sent. ex com. si vero aliquis, nam si locaui militi tanquam pagano ignorās, possum mercedem exigere nō enim disciplinam cōtemnit, qui militem ignorauit. ff. locati, si ignorans. 2

1 Adde text. in l. uxo. cū ibi no. C. de adult. Cy. in au. hodie. co. titu.

2 De hoc no. extra de ho. significasti. Ignorantia iurō probať.

b ¶ Per securitatē.] idest, iusiurandum. 35. q. 3. exaraordinaria. testes enim habere nō possunt de huiusmodi. & sic patet, quod per iuramentum probatur ignorātia, ut ext. de sen. exc. si vero 2.

c ¶ Probauerit. Arg. quod allegans ignorantiā eā probabit. 1. q. 1. si quis a simoniacis 9. q. 1. ordinationes 3. q. 9. idicas. extra de cle. ĩnotuit.

d ¶ Pęnitentiam.] id est, aliquam satisfactionem ad maiorē cautelā, ne disciplina ecclesię deserať. 23. q. 5. excōmunicatorum. sup. dist. 50. presbyteros. 15. q. 1. si quis insaniens. 2. q. 5. consuluisti. s. d. 50. quia te contra. & id dicit scelus. Vel dicit hoc propter speciem facti: nam adulterium sine dolo nō committitur. ff. de adul. l. penult.

Adulterium non fit sine dolo.

DE SIMPLICITER. Hæc est 6. pars q. in qua dicitur, quod incestuosi uolūtarij non contrahant: inscientes autem post pęnitentiam vij. an. contrahāt. Io. de Fā.

SI quis cum duabus.] CASVS. Quidā cognouit sororē eius, cum qua fuerat fornicatus: quærebatur vtrum possit unquam cōtrahere? Et respon. si veritatem ignorabant, post pęnitentiam vij. ann. possunt. Si autem sciebat, nunquam possunt. Sed duo c. plana sunt, & ea per te uidebis.

e ¶ Si quis cum duabus.] Sup. 32. q. 7. si quis viduam, & si quis cum nouerca.

f ¶ Non ignorauerunt. Sed quare prima punitur: quia forte.

¶ Non cogatur legitimam dimittere vxorem, qui nesciēs dormiuit cum eius sorore. Cap. VI.

Burc. lib. 17. c. 4. & lib. 19. c. 273.

IN lectum [a] mariti absente vxore soror iuit vxoris: quā ille vxorem putans suam esse, dormiuit cum ea. Super hoc visum est, si ipse per securitatem [b] veram hoc probauerit, [c] quod inscius fecerit hoc scelus: pęnitētiam [d] quidem, quæ sibi indicta fuerit, agat, & legitimum suum cōiugium habere permittatur. Illa vero vindicta digna affligatur, & in æternum coniugio priuetur.

[*Item Hermes in libro pastoris, mandato quarto.*]

PALEA, Cap. VII.

Iuo p. 8. c. 412. Pan. l. 7. c. 38. Sent. 4. dist. 35. † *conuiuit.*] orig. ext. de adul. si uir.

EGo dixi pastori; domine, si quis habuerit uxorē fidelem in domino, & inuenerit hāc in adulterio, nunquid peccat vir, si cum illa concumbit? † Et dixit mihi. Quādiu nescit peccatum eius, sine crimine est vir viuens cum illa. Si autem scit vir vxorem suam deliquisse, & nō egerit pęnitentiam mulier, sed permanet in fornicatione sua, & coierit † vir cū illa: reus erit peccati eius & particeps męchationis illius. Et dixi illi. Quid ergo, & permanserit in vitio suo mulier? & dixit. Dimittat illā vir, & vir per se maneat. Quod si dimiserit mulierem suam, & aliā duxerit, & ipse męchatur. Et dixit illi. Quid si, mulier dimisa pęnitentiam egerit, & voluerit ad virum suum reuerti: nonne recipietur a viro suo? Et dixit mihi. Immo, si non receperit eam vir suus, peccat, & magnū peccatum sibi admittit, sed debet recipere peccatricem, quæ pœnitentiam egit. Ergo non debet dimimissa coniuge sua vir aliam ducere. Hic actus similis est in uiro & muliere.

† *conuiuit.*] orig.

¶ *In hoc capite emendata, & addita nonnulla sunt ex originali, & cæteris collectoribus.*

6 *De simpliciter vero fornicantibus, vel cum duabus sororibus, vel eum matre & filia: vel cum patre & filio, idē accipiendum: vt ignorantibus coniugia non negentur, scientibus perpetuo prohibeantur.*

Vnde in eodem concilio Triburiensi legitur.

¶ Matrimonia non prohibentur contrahere, quorum incestum ignorantia excusat. Cap. VIII.

Bur. lib. 17. c. 5. & li. 19. cap. 273.

SI quis cum duabus [e] sororibus fornicatus fuerit, & sororem soror ab eodem antea stupratam nescierit, uel si ipse [α] sororem eius, quam antea stuprauerat, non intellexerit: si digne pœnituerint, & se non continere ualuerint, post annos septem coniugia illis non negentur. Si autem non ignorauerint, [f] usque ad mortem a coniugio abstineant.

¶ *Burchardus etiam citat ex Triburiensi, c. 9. Et quiddam simile habetur in Triburiensi impresso, c. 45. quemadmodum etiam in Vormaciensi, cap. 33.*

α ¶ Vel si ipse.] *Sic restitutum est ex Burchardo Antea legebatur,* vel se sororem.

inf.34.q.2.si quis. cum matre. Burc.l.17.c.12. Iuo p.9.c.72.

Item ex eodem.

¶ De eodem. C. IX.

SI quis cum matre, & filia fornicatus est, ignorãte matre de filia, & filia de matre; ille nunquam accipiet vxorem; illę vero, si voluerint, accipiant maritos. si autem hoc scierint,[a] ipsæ fæminæ, absque maritis perpetuo maneant.

¶ Gratianus hoc idem caput, quod hic citat ex Triburieñ-si, infra 35.q.2. refert ex concilio apud Vermerias; itemque Burchardus, & Iuo sententia habetur in Vuormaciensi, capit. LXIII.

Concordat. Triburien. impressum. ca. 43. Burc.l.17.c.16. Iuo p.9.c.76. † al. resciferet.

Item in eodem.

¶ De eodem. C. X.

QVidam fornicatus est cum quadam muliere: postea filius nesciens factum patris, stuprauit eandem. Quod cũ pater resciret,† de se, filioq; [b]cõfessus est. Statuerunt melius esse, vt taliter lapsis,[c] cum digna pœnitẽtia, legitima permittantur coniugia; quam forte deterius delinquant. Fornicaria autem sine spe coniugij maneat.

CAVSA XXXV.



Vidã vir mortua vxore sua aliã sibi in matrimonio copulauit, q̃ vxori defunctæ quarto gradu cõsãguinitatis, viro aũt sexta linea† adhærebat. Post triẽniũ vero liberis ex ea susceptis accusatur apud ecclesiam, iste prætendit ignorantiam.

† al. linea cognationis.

1 *Hic primum quæritur, si liceat aliquam ex propria cognatione duci in vxorem.*

2 *Secundo, si ex consanguinitate vxoris aliqua possit in coniugem duci.*

3 *Tertio, usque ad quem gradum debeat quisque abstinere siue a proprijs, siue ab uxoris suæ consanguineis.*

4 *Quarto, quare usque ad sextum gradum consanguinitas computatur, ita quod nec ultra protenditur, nec infra subsistit.*

5 *Quinto, quõ gradus consanguinitatis cõputandi sunt.*

6 *Sexto, qui iureiurãdo propinquitatẽ firmare debeant.*

7 *Septimo, an illi, qui de incestuosis nati sunt, filij reputentur.*

8 *Octauo, si ignoranter de consanguinitate, uel affinitate aliqua in uxorem ducta est, an ex dispensatione possit viro suo adhærere.*

9 *Nono, si cõtigerit ecclesiam decipi, & causa cõsanguinitatis aliquam a uiro suo separare, quæ post quadriennium nuptijs hinc inde celebratis deprehenditur non fuisse consanguinea prioris, an secunda coniugia sint rescindenda, & propria sint redintegranda.*

10 *Decimo, si relicta alicuius de propria cognatione ad secundas nuptias transierit, an proles ex eis suscepta possit pertingere ad consortium alicuius de cognatione prioris viri.*

forte post cognitam fornicationem sororis iterũ fornicata ẽ cum illo, vel quia celauit crimen suũ sorori cũ sciret eam sic facturam, vt infra, ꝑ xi. causa. q.2. si q̃s, similiter intelligas in sequen. cap. Sed hæc solutio reprobat infra, ꝑx. q.2. si homo.

a SI quis.] ¶ Hoc scierint.] Vt s. 33.q.2. si q̃s cũ duabus. cõtra, sed solue, vt ibi. Vel aliud est vbi cũ duabus sororib. vt ibi: aliud vbi cũ matre & filia, ꝑpter identitatem ꝑsonæ. inf. prox. caus. q.3. c. cõtradicimus. §. hac. auctoritate. & insuper postea se cognosci ab illo permiserunt.

b QVidam.] ¶ De se filiosq;. Filio quidem confitẽte & præsente in iudicio, alias non præiudicaretur filio, extra de adul. significasti. 15.q.5. ꝑsbyter.

c ¶ Lapsis.] Quia pater cognouit eam postea.

QVidã vir.] CASVS. Expeditis fere omnibus impedimentis matrimonij, quasi in extremis agit de consanguinitate, & affinitate, q̃a de hoc impedimento plura erant dicenda. Ostendit ergo G. vsque ad quorũ gradum prohibeatur copula cõsanguineorum, vel affinium: & qualiter gradus computẽtur in consanguinitate, & affinitate, & quibus accusantib. matrimonia talia sunt dirimenda. Vt autẽ hæc & alia faciat, ꝓmittit thema, q̃ quo x. elicit quæstiones. verũ q̃a pauca ca. de hac causa leguntur, & maxime vsq; ad 7.q. iõ ego Bar. Brix. nihil, vel fere nihil ĩ hac causa mutaui; sed ne de hoc opere aliquid prætermittatur, q̃d scriptũ inueni, solũmodo dil.gẽter correxi. Leges autem c. in quibus inueniens

veniens positum apparatum, cum omnia alia fere sint abrogata per Innocētium, nisi in 6.9.& 10.quæstionib.

a QVod autem consanguineas.] Hic depingitur q.prima, an s.liceat alicui ducere consanguineam suā? Super hoc dicit H.ꝙ in linea transuersali extendit ꝓhibitio vsque ad 7.gradum: hodie vsque ad quartum.extra eo. nō debet.in linea vero descendēte vsq; in infinitū, inst. de nup. §.1.vbi dicit in infinitum.vñ secūdū eū Adam si hodie viueret, nō posset cōtrahere cū aliqua. 1 Alij vero nō faciūt differētiā inter lineā trāsuersalē & ascēdētē. ar.j. e.q.5. ad sedē. ver.illa quoq;.ibi,vltra quos nec cōsanguinitas reperit. Procedit aūt G.hoc modo in qōne ista, primo probat, ꝙ cōsanguineæ duci possūt, & hoc vsq; ad §.his ita.] Secūdo probat cōtrarium vsque ad §.hac itaq;: Ab illo loco vsq; ad finē qōnis ponit diuersas solutiones, quare in veteri test.nō fuit ꝓhibitū, & modo sit prohibitum consanguineam ducere.

b ¶ Vxoris.] Hoc ꝑtinet ad secundā qōnem, non ad hanc.

c ¶ Consobrini.] Melius diceret, fratris patruelis, qa Batuel & Sara de duob.fratribus fuerunt.s.Nachor & Aram.

IN LEGE. Historia legitur in lib.Numer. ꝙ de præcepto Dñi numerati sunt filij Israel, vt eis daretur terra promissionis: & præterita est domus Salphaat, quia non relinquerat filium, quod audientis quandoque ipsius filiæ steterunt ad ostium tabernaculi coram Moyse, & Elazaro & alia multitudine, & dixerunt, Pater noster mortuus est in deserto pro peccato suo, non habuit mares filios, cur tollitur nomen eius de familia? date nobis possessiones inter nos & cognatos nostros. retulit Moyses causam earum coram Domino, quid dixit, Iustam rem postulant, danda eis. Earum ergo cognati dixerunt Moysi, si nupserint viris alterius tribus, quia filij patris familiam sequuntur, minuetur hæreditas tribus Ioseph. & respondit Moyses, ex præcepto Domini: nubant quibus volunt, tamen suæ tribus hominibus: & viri ducant vxores de tribu sua, & cunctæ fœminæ maritos de eadem tribu accipiant.

d ¶ Præcepit.] Hæc fuit vna cā, quare copula consanguineorum fuit præmissa, s.ne ducerent alienigenas. 2

e ¶ Peruenit.] Alias non tenetur 82. dist. proposuisti. Ex hoc patet Iudæos canonibus non ligari.

f ¶ Præceptis.] Supra 32.q.4.dixit.

g ¶ Apostolicis.] Id est, apostolorū, vt inf.e.§.vlt.in fi. vbi exponas apostolis, idest Apostolorum.

h ¶ His ita.] Hucusque allegauit: modo respondet & soluit hoc tantum de causa necessitatis, in sequenti vero §.exequitur de alijs H.

i ¶ Necessitatis.ut in princ.

Consanguinitas vsq; ad quorum gradum impedit matrimonium.

Adā si viueret, vxorem habere non posset.

1 Concor. tex.in l. nuptiæ 3.& ibi bona glo. ff. de nup.

2 Quia per eas ibant ad Deos alienos vt 28.q.1.in princ.Arch.

QVAESTIO PRIMA.

QVod aūt consanguineas[a] nostras, siue vxoris[b] nostræ in coniugium nobis ducere liceat, exēplis, & auctoritatib.probatur. Abraham namq; Sarai filiam fratris sui, sororem videlicet Loth in cōiugem duxit. Gen.11. *Isaac Rebeccā in vxorem accepit, quæ erat filia consobrini[c] matris suæ.* Gen.24. *Iacob duas sorores, Liā uidelicet, & Rachel filias Labā auūculi sui sibi matrimonio sociauit.* Gen.29. *¶ In lege quoq; præcepit Dominus Moysi, ut nullus duceret uxorem, nisi de propria tribu, & familia.* Num.36. *Itē si aliqs absque liberis moreretur, præcepit[d] Dominus, ut frater eius uxorem defuncti sibi copularet, & ex ea semen fratri suo suscitaret.* Dent.25. *Porro ad quoscūque lex ipsa peruenit,[e] eius præceptis[f] probantur obnoxij, nisi quæ uel Euangelicis mādatis, uel Apostolicis[g] institutis euacuata mōstrātur. Nullo autem Euangelij præcepto, uel Apostolico instituto consanguineorū coniunctiones prohibitæ inueniuntur. Vnde sicut ab initio, ita & nunc licitæ probantur.*

¶ His ita[h] respondetur consanguineorum coniunctiones alias causa necessitatis[i] permissæ, alias causa iustæ rōnis inueniuntur impetratæ.† Cum.n.unus uir ab initio, atq; una ex latere eius mulier à Deo formaretur, necessario sorores fratribus copulabātur. Quod autem cogente necessitate fit, cessante[k] necessitate pariter cessare oportet. Tāto ergo nunc damnabilius vsurpatur consanguineorū coniunctio, quanto minus necessaria probatur. Vnde huiusce modi copula postea lege prohibita inuenitur, Domino dicente per Moysem,[l] [Turpitudinem sororis[m] tuæ non reuelabis. Leui.18.

† al.impetrata.

Hinc Augustinus[n] ait in lib.de ciuitate Dei.15.c.16.

¶ Quare constitutum sit, ne consanguineas ducamus vxores. C I.

CVm igitur genus humanum post primam copulam

k ¶ Cessante.] Supra 1.q. 1. quod pro necessitate. & q. vlt.quod pro remedio.

l ¶ Per Moysem.] Glo.super Leuiticū c.18.primo quidem propter hominum raritatem tantum duas personas Dominus exclusit a coniugio, scilicet ut nec filius matri, nec filia patri, copularetur. Sub lege uero excepit fere xii.matrem, nouercam, sororem, neptem, amitam, materteram, uxorem patrui, uxorem fratris. sed hoc recipit determinationem, 8.q.1.olim, priuignam, filiam priuignæ, sororem uxoris, paucas tamen exclusit, ut multiplicarentur homines. Sub tempore uero gratiæ plurimæ excluduntur, extra eo.cap.non debet.

m ¶ Sororis.] Sed nomine sororis secundum uet.test.neptis intelligitur, ut 22.q.2.quæritur. quomodo ergo Abraham duxit neptem suam, ut in prędicto c.colligitur? Dic quod Abraham legem præuenit, & ideo non commisit in legem, ut 32.q.4.dixit.

n ¶ Hinc Augustinus.] Id est, ad ostendendum quod causa necessitatis præmissæ sunt consanguineorum copulæ.&c.

CVm igitur genus. CASVS. Quærebatur cum olim sorores ducerent licite; quare nō licet hodie. Et rñdet Aug.

k ¶Ces-

Arg. quod cum non erant nisi filij Adę, & eius filię, ad multiplicãdum genus humanum oportuit, quòd fratres ducerent sorores suas, & etiã factũ fuit causa charitatis dilatandæ, vt quis plures haberet amicos: & postea cessante necessitate fuit prohibitum, & a gentibus obseruatũ.

a ¶ Religione.] Arg. quod consanguinitas non impedit matrimonium, sed constitutio ecclesię. infra eadem q. 3. coniũctiones. & extra de diuort. gaudemus. frigiditas enim sola, & coactio, & error personę [cum non sit ibi consensus] matrimonium impediunt sine constitutione ecclesię. Item pupillaris ætas, & membri abscissio.

viri facti ex puluere, & coniugis eius ex viri latere marium, fœminarumque coniunctione opus haberet, vt gignendo multiplicaretur, nec essent vlli homines, nisi qui ex illis duobus nati fuissent: viri sorores suas coniuges acceperunt. Quod perfecto quãto est antiquius compellente necessitate; tãto postea factum est damnabilius religione [a] prohibente. Habita est enim ratio rectissima charitatis, vt homines, quib. esset vtilis, atq. honestissima † [b] cõcordia, diuersarum necessitudinum vinculis necterentur, nec vnus in vna multas haberet, sed singulę spargerentur in singulos, ac sic ad socialem vitã diligẽtius colligãdã † plurimę plurimos obtinerent. Pater quippe, & socer duarũ sunt necessitudinum [c] nomina. Dũ ergo hẽt α quis alium patrem, alium socerũ, numerosius se charitas porrigit. Vtrumque aũt vnus Adã esse cogebatur, & filijs & filiabus suis, qñ fratres, sororesque connubio iũgebãtur. Sic & Eua vxor eius vtique sexui filiorũ fuit & socrus, & mater; quę † si duę fęminæ fuissent, mater altera, & socrus altera copiosius se socialis dilectio colligaret. *et inf.* ¶ Sed hoc, vnde fieret, tũc non erat: qñ nisi fratres & sorores ex duob. illis primis nulli hoĩes erãt. Fieri ergo debuit, qñ potuit, vt existente copia, inde ducerentur vxores, quę non erant iam sorores: & non solum istud vt fieret, nulla necessitas esset, verum etiam, si fieret, nefas [d] esset. *& infra.* ¶ Quod humano genere crescente, & multiplicata etiam inter impios Deorum multorum, falsorũque cultores sic obseruari cernimus, vt etiã si peruersis legibus [e] permittantur fraterna [f] coniugia; melior tamẽ consuetudo ipsam malit exhorrere licentiam, & cum sorores accipere in matrimonium primis humani generis temporib. omnino licuerit sic auersetur, quasi licere nunquam potuerit. *& infra.* ¶ Copulatio ergo maris & fęminæ, quãtum attinet ad genus mortalium quoddam seminarium β est charitatis, cęlestis vero ciuitas [g] opus habet, vt noxam generationis euadat. [h]

† honesta] orig.

† al. colligendam.

† al. quod

α ¶ Dũ ergo habet.] *In codicibus B. Augustini impressis, & apud Iuonem, & Pannormiã legitur.* Vt ergo alium quisque habeat patrẽ. *Sed uisa est melior lectio Gratiã.*
β ¶ Seminarium.] *Iuo & Pãnormia habẽt cætera ut Gratianus: tantum loco,* charitatis *habent,* ciuitatis. *Integer uero locus B. Augustini hic est:* Copulatio ergo maris & fęminę, quantũ attinet ad genus mortaliũ, quodã seminariũ est ciuitatis. Sed terrena ciuitas gñatione tantũmodo, cęlestis ãt ẽt regñratione opus hẽt, vt gñationis noxã euadat *uerũ ob glossã uer.* ciuitas *nihil est mutatũ. Alia uero multa ex ipso pot. ssimum originali sunt emendata.*

Hac itaq; cõsuetudine, q̃ ab ipso exordio humanæ ꝓpagationis originem habuit, quam nulla lex contra iubendo euacuauerat, excusantur Abram, Isaac & Iacob & cæteri, qui de propria cognatione ducebant uxores. Quamuis etiam alia causa rectissimæ rationis, qua id fa-

Genes. 11.

b ¶ Honestissima.] hic ẽ ar. qđ affinitas non surgat ex coitu fornicatio. nam illa concordia nõ est honestissima. nam infideles sunt ipsę fornicarię. 33. q. 4. quotiescumque. Item est ex hoc cap. arg. quod si hodie vnus solus homo esset cũ sorore sua, posset eam cognoscere licite, & sobolem suscitare. nam tũc o, ad a, reuolaret. 25. d. ab exordio. & esset etiã religionis hoc facere. 32. q. 4. dixit Sara. Itẽ ẽ ar. ex hoc c. quod diuersitas temporis diuersitatem factorũ inducit. 23. q. 4. si ecclesia.
c ¶ Necessitudinũ.] id est, dilectionum.
d ¶ Nefas esset.] Id est, execrabile haberetur post prohibitionem L.
e ¶ Legibus.] Secundum leges enim hoc pmittitur. C. de nu. l. celebrandis. & inf. e. q. 3. quędam lex. I
f ¶ Fraterna.] Id est, inter duorum fratrũ filios.
g ¶ Ciuitas.] Quia nõ est opus ea quantum ad ciuitatem cęlestẽ, sed triumphantem: vbi neq. nubẽt, neque nubentur. 31. q. 1. Deus.
h ¶ Euadat.] Id est, liberetur ab originali peccato, cuius causa contrahitur ab ipsa generatione.

HAC ITAQVE CONSVETVDINE. CASVS. Prosequitur magister solutionem suam, & ostẽdit in hoc §. quod copula consanguinitatis olim pręcepta, fuit propter idololatriam fugiendam. & quę fuit olim pmissa causa mysterij, nũc est ꝓhibita. Pręmitti tamen quandam specialem causam, quare ante legẽ fuit

Matrimoniũ multipliciter impedĩt sine constitutione ecclesię.

Frater ex sorore in casu posset prolẽ suscitare.

r Caueas tibi o canonista simplex ab eo, quod hic legitur, & not. cum textus dicat, fraterna coniugia, vt plenius videre poteris in Arch.

fuit legitima talis copula: quia adhuc non erat lex, quæ hoc prohiberet. & sic excusat patriarchas, qui duxerunt in vxores consanguineas & hoc triplici ratione, s. quia nondum erat prohibitum, & vt idololatria vitaretur, & vt in populo Dei ecclesia institueretur. sed non indigerent excusatione: quia licitum erat de iure naturali. Prima excusatio est in principio. Scda ibi. [Quãnis.] Tertia ibi, [Est autem alia.]

Hebrei Vnde dicuntur.

a ¶ Familia Heber.] A quo descendit Abraham. Vnde & Hebræi dicti sunt, sm Iosephum sm Augustinum dñr Hebræi quasi Abræi ab Abraham.

Chaldæi ignẽ ꝓ Deo colebant.

b ¶ A Caldæis.] Hi ignem pro Deo colebant: quia sicut dicitur Deus esse vbiq;, ita ignis in omni loco etiã in lapidibus inuenitur, iõ Deum ducebant ignem: vn dudixit: ego sum, q eduxi vos de Hur. Chaldæorum. vnde Abraham cõpulsus est cum fratre suo adorare ignẽ; & quia noluit, in ignem proiectus est, vt numen suæ diuinitatis sentiret. sed quia nõ dubitauit, ꝙ De⁹ nõ erat ignis, ideo de igne exiuit illæsus, Aram qui dubitauit, dr, ꝙ sit combustus.

Filij Dei & filij hominũ qui dicũtur.
1 Qui successit loco Abel.

c ¶ Filij Dei.] Filij Dei dicti sũt qui descendunt de familia Seth: 1 quia non colebant idola amore vxorum suarum: & ideo concessum fuit eis vt acciperent vxorẽ de tribu sua: filij Cain, quia colebant idola, dicti sunt filii hominis.

d ¶ A Christo.] Nõ tamen ex toto: quia omnes ex eodem parente descendimus.

e ¶ In peccatis.] Vestris, o Iudæi.

f ¶ Matrem vestrã.] idest, synagogam.

Sacramẽtum fuit inter Chrm & synagogam.

g ¶ Et repudiatam.] est ar. hic, qd sicut ꝑ auctoritatem Domini separatum fuit sacramentũ qd fuit inter Christũ & synagogã: ita hodie auctoritate Dñi posset mrimoniũ separari.

h ¶ Prophetam.] scilicet Oseæ 4. c. vnde expone, idest per aliam prophetiam eiusdem Oseæ.

ILLVD AVTEM. CASVS. Hic respondet obiectioni factæ in 1. §. & duplicem subijcit respõsionem. [sed cũ omnia,] Hæc est prima [quamquam,] Hæc est secunda & verior q. sic respondeat, [quamquam.] & aliter possit responderi scilicet, quia sicut, &c.

i ¶ Illud autem.] Hic respondet 2 tacitæ obiectioni factæ in 1. §. nam videtur esse præceptum, quod accederet ad personas non prohibitas: sicut ad fratris vxorem. 8. q. 1. olim.

2 Et [...] factæ subij[...] spõsio[...]

ctum sit, possit intelligi. Cæteris idololatria fædatis, sola familia [a] *Heber in cultu unius Dẽi remansit. Vnde Abraham à Caldæis* [b] *cum fratre suo Aram in ignem, quem adorare noluit, proiectus est, ut numen sui diuinitatis exurendo sentiret, quem venerando colere contempsit. Ne ergo ex coniunctione infidelium fideles ad idololatriam prolaberentur, & ita Deum offenderent, sicut quondam ante diluuium filij Dei* [c] *commisti filiabus hominum, ipsum ad iracundiam prouocauerant: rectissime cautum est ut Patriarchæ viri sanctissimi nõ nisi de propria cognatione, i de familia fidelium sibi vxores acciperent. Hinc etiam cum filij Israel intraturi terram promissionis a Domino audirent, ne filias Chananæorum sibi in vxores acciperent, nec suas eis nuptui traderent: statim subiunxit Dominus: (ne faciant vos recedere à Deo vestro, & fornicari cum Dijs alienis.) Hinc etiam Esdras, Idumæas atque aliarum nationum mulieres, per quas filij Israel ibant ad Deos alienos, ab eis separari iussit. Est etiam alia causa, quare consanguineorum coniunctiones in populo Dei primum permissæ, vel potius impetratæ fuerunt. Deus. n. sic ab initio salutem humani generis dispensauit, ut primitiuam ecclesiam in illo populo institueret, qui sibi carnis consanguinitate erat propinquus. Vnde de plebe iudaica primum Apostolos elegit, quos quasi fundamentum ecclesiæ instituit, quorum prædicatione de eadem plebe multi ad Deum conuersi, in seipsis originem ecclesiæ perstiterunt. Deinde in cæcitate suæ perfidiæ iudaica plebe relicta, ad gentes, quæ tam fide, quam cognatione carnis a Christo* [d] *erant alienæ, prædicatio Euangelica translata est: & quasi consanguineæ copulam Christus aspernatus, de aliena cognatione sibi vxorem elegit, adimplens illud, quod per prophetam promiserat: (In peccatis* [e] *vestris dimisi matrem vestram,* [f] *quasi adulteram & repudiatam.* [g] *) Et item per alium prophetam;* [h] *(vocabo non plebem meam, plebem meã.) In huius ergo rei sacramentum consanguineorum coniunctiones primum in Dei populo permissæ sunt: nũc autem prohibitæ. Et quia non in vna familia tantum sed in omni multitudine gentium populis fidelium inuenitur; non de propria cognatione, sed de qualibet alia cuique vxorẽ ducere conceditur.* ¶ *Illud autem,* [i] *quod præcepta legis seruanda dicuntur, quæ nec Euangelicis, nec Apostolicis institutis euacuata probantur, verum quidem est; sed cũ omnia figuralia Apostolus probet ad tẽpus esse data, atque ideo ueniente ueritate affirmet illa non ultra esse seruanda, hoc autem, ut supra monstratum est, causa sacramenti a Deo institutum esse probetur; & hoc cũ cæteris figuralibus euacuatum certissime constat; quamquam,*

Genesi. 6.
Deuter. 7.
1. Esdra. 7.
Esai. 50.
Oseæ 4.
Oseæ 2.
Roma 9.
Gal. 5.

a ¶ Con-

a ¶ Consulendo.] Sicut de consilio nubendi, & de non dimittenda infideli, 28. q. 1. sic enim.

Quia ergo.] CASVS. Hic doctores sine arte docentes multa scripserunt de consanguinitate & affinitate, de quibus commodius dicetur, infra ead. quæst. quæstio. 5. & sufficit si hic soluantur secunda quæstio & tertia, quæ ideo simul tractantur, quia quædam cap. promiscue loquebantur de his, vt infra ead. quæst. nullum. & cap. æqualiter, tertiæ quæstionis, quam Gra. prætmittit hic. & secunda est hæc solutio, quod non debet quis cōtrahere cum consanguinea sua in linea trāsuersali vsque in vij. gradum. in recta autem linea super vsque in infinitum, secundum Benedic. & H. vt infra eadem quæstione nulli. & separatur contractum, vt inf. ead. q. qui propinquā, ita dico nisi a Papa fuerit dispensatum, vt inf. ead. q. §. sed idem. & cap. quædam. §. quod scripsi. & q. 5. ad sedem. Secundæ quæstionis solutio apparet ex eo quod dicitur inf. ead. q. nullū æqualiter.

sicut Apostolus quædam cōsulendo [a] addidit, quæ Euangelicis præceptis non inueniebantur definita, nec tamen ideo tanquam temeraria, vel superflua ab alijs Apostolis sunt repudiata; sic et ecclesia post Apost. instituta, quædā consilia † *perfectionis addidit, vt patet de continentia ministrorum, de confectione mysteriorum, de celebratione officiorum, quæ nullatenus respuenda sunt, sed diligenti veneratione suscipienda. Consanguineorum ergo coniunctiones quamuis Euangelicis, & Apost. præceptis non inueniantur prohibitæ, sunt tamen fugiendæ, quia ecclesiasticis institutionibus inueniuntur terminatæ.* †

† *al. consilio.*

† *al. interminata.*

QVAESTIO II. & III.

Quia ergo à consanguineorum [b] coniunctionibus, sicut probatum est abstinere oportet; videndum est vsque ad quem gradum a consanguineis proprijs abstinere oporteat, vel si ex cognatione propriæ vxoris aliquam duci in vxorem liceat.

De his ita scribit Gregorius Papa in concilio Meldēsi.

a Concilio Meldensi.] *Burchardus, Iuo, auctor Pannormiæ citant tantum ex cōcilio Meldensi Magister, Gregorius, Polycarpus ita habent,* Gregorius in decretis. *Ac fieri facile potuit vt Gregorij decretum in aliquo Meldēsi conc. referretur, vnde orta sit ista Gratiani citatio.*

b ¶ Quia ergo à cōsan.] Quæ dicuntur in hac quæstione, fere per totū sunt correcta per cōstitutionem nouam, quę incipit, non debet, extra de consan. & affinit. nec est opus ea legi. B.

¶ Vsque ad septimam generationem nullus de sua cognatione ducat vxorem. Cap. I.

Cōcor. Nicol. in cōcil. Roman. Sent 4. dist. 41. Poly. l. 6. tit. 4. Burc. l. 7. c. 16. Iuo p. 9. c. 51. Pann. l. 7. c. 81.

[...]de affi[...]tem pro[...]pinquita[...]c accipi.[...] in l. san[...]s. C. ne

De affinitate † consanguinitatis per gradus cognationis placuit vsque ad septimam generationē obseruare. Nam & hæreditas rerum per legales instrumētorum diffinitiones sancita, vsque ad septimum [c] gradum protendit hæredum successionem. Non enim succederét, nisi eis de propagine cognationis deberetur.

De affinitate.] CASVS. Statutū est vt cōsanguinitas vsque ad vij. gradum obseruetur, quia per leges hæreditas cognationis vsque adhuc gradū defertur.

c ¶ Ad septimum.] immo vsque ad decimum gradum defertur hæreditas, vt infra ead. q. 5. ad sedem, sed potes dicere, ꝙ minor numerus non excludit maiorē, non enim qui minora cōcessit prohibuit maiora 27. q. 2. sunt qui dicūt. sic 05. dist. illud, 50. dis. si quis diaconus. ff. de arbitr. diem. §. si plures. arg. cōtra. 31. q. 1. quomodo. ff. de vulg. & pup. subst. ex facto. §. item quæro. 1. Vel dic ꝙ loquitur hic de cognatis, qui de iure prætorio succedunt vsq; ad vij. gradum. vt in stit. de success. cogn. §. vltimo.

Numerus minor non excludit maiorem.

1 Ibi dicitur ꝙ qui decedit intra annum x. non dicitur decedere intra xiiij. Arch.

Item Calixtus Papa epi. secunda ad episcopos Galliæ.

¶ Infamia notentur, qui consanguineas ducunt vxores. Cap. II.

Poly. ibidem. Burc. l. 7. c. 1. Iuo p. 9. c. 22.

Simile in concilio Innocentij ij.

Coniunctiones consanguineorū fieri prohibere, quādo has & diuinæ, & sæculi prohibēt leges. Leges ergo diuinæ, hoc agentes, & eos, qui ex eis prodeunt, nō solum eijciunt, sed & maledictos appellant. Leges vero sęculi infames tales vocāt, & ab hæreditate repellunt. Nos vero sequentes patres nostros, & eorum vestigijs inhærentes, infamiæ eos notamus, & infames esse censemus, quia infamię maculis sūt aspersi: nec eos viros, nec accusationes eorum, quos † leges sęculi reijciunt, suscipere debemus. *& infra.* ¶ Eos autem consanguineos dicimus, quos diuinę, & Imperatorum, † ac Romanorū atq; Græcorum leges consanguineos appellant, & in hæredita-

† *al. quas.*

† *al. Imperatorum Romanorum.*

Coniunctiones.] CASVS. Cōtraxerant

te suscipiunt, nec repellere possunt.

Item Fabianus Papa.

¶Affines in quinta generatione copulari possint: in quarta si fuerint inuenti, non separentur. Cap. III.

DE propinquis, qui ad affinitatem per virum, & vxorem veniunt, defuncta vxore, vel viro, in quinta generatione coniungantur: in quarta, si inuenti fuerint, nõ separentur. In tertia vero propinquitate non licet vxorẽ alterius accipere post obitum eius. Aequaliter vir cõiungatur in matrimonio eis, quæ sibi consanguineæ sunt, & vxoris suæ consanguineis post mortem suæ vxoris. — Sent.4.dist.41. Sup. e.c.æqualiter. Poly.l.6.tit.4. & Iuo.

Idem.

Cap. IV.

QVi propriã sanguinis vxorem ducunt, & separãtur, nõ licebit eis, quamdiu vtriq; viuunt, alias vxores sibi in coniugio sociare[nisi ignorantia excusentur. — Fortasse iste Grat.

Vnde in concilio apud Vermerias.

¶Non prohibetur ducere vxorem, qui ignoranter incestum committit. Cap. V.

SI quis cum matre & filia fornicatus est, ignorante matre de filia, & filia de matre; ille nunquã accipiat vxorem; illę vero, si voluerint, accipiant maritos. Si autẽ hoc scierint ipsæ fęminæ, absque maritis perpetuo maneant. — sup.34. q.1. & 2. si quis cum matre.

¶ *De capite hoc dictum est supra 34.q.1.& 2.*

Item ex eodem. — Burc. lib.7.c.14. Iuo p.9.c.73.

Cap. VI.

SI homo fornicatus fuerit cum muliere, & frater eius nesciens eandem duxerit vxorem; frater eo quod fratri crimen celauerit, septem annos, α pęniteat, & post pęnitentiam nubat. Mulier autẽ vsq; ad mortem pęniteat, & sine spe coniugij maneat.

¶ *Burchardus etiam, & Iuo citant ex concilio apud Vermerias.5.sententia vero habetur in Triburiensi.c.44.*

α ¶Septem annos.] *Hæ duæ voces absunt a Burchardo, & Iuone. Apud Burchardum tamen in libro 19.c.5.vbi sacerdos de hoc peccato interrogat pœnitentem, & consilium dat, hæc leguntur,* si fecisti, eo quod fratrem tuum crimen celasti, septem annos per legitimas ferias pœniteas. *In Triburiensi autem,* prædura arceatur pœnitentia, & condigna castigatione.

De his uere qui ignoranter coniunguntur, cæteræ auctoritates intelligendæ sunt.

Vnde Iulius Papa.

¶Ex propinquitate sui sanguinis, vel vxoris vsque in septimum gradum nullus ducat vxorem.

Cap. VII.

NVllum in vtroque [a] sexu permittimus ex propinquitate sui sanguinis, vel vxoris vsque ad septimũ generis gradum vxorem ducere, vel incesti macula copulari. † Præterea quoque illud adiecimus, quoniam sicut non licet cuiquam Christiano de sua consanguinitate, sic etiam nec licet de consanguinitate uxoris suę cõiugem ducere propter carnis unitatem.[b] — Sent.4.dist.41. Bur.lib.17.c.13. Iuo p.9.c.49. Pan.l.7.c.79. † al. commaculari.

sup. qui satan

De

---

rant quidam cũ consanguineis suis matrimoniũ: quęrebatur vtrum isti essent ad accusationem recipiendi, & vtrũ eorum filij essent legitimi? Et respõdet quod nõ quia huiusmodi matrimonia in lege & canone sunt prohibita, & canon taliũ filios non appellat legitimos, & lex tales vocat infames.

DE propinquis.] CASVS. Titius & Titia consanguinei erãt eis mortuis vxor Titij & marit[9] Titiæ voluerunt cõtrahere; quæritur vtrum possint? Et respõdetur, si in quinto gradu erant, possunt, sed si in quarto, non contrahant: si tamẽ cõtraxerint, non separentur; in tertio vero gradu non contrahant aliquo modo: consanguineas vero vxoris sicut proprias debet quis vitare.

SI quis cum.] CASVS. Hoc c. habetur. sup. proxi. quæstio. 2. circa finem causæ.

NVllum in vtroque.] CASVS. Prohibetur hic, ne quis contrahat matrimonium cum sua vel vxoris suæ consanguinea vsque ad septimum gradum.

a ¶ Nullũ in vtroq.] loquitur c. istud in primo genere affinitatis.

b ¶ Vnitatem.] Ergo tantũ per carnis cõmistionem contrahitur affinitas. inf. ea. sane, quod H. dicit. 1. sed tamen prohibetur contrahere cũ aliqua consanguinea illius, propter publicæ honestatis iustitiam, vt 27.q.2. si quis vxorem. Sed contra 4. q.3. c. placuit. §. item in criminali. &. c. si testes. §. item le[illegible]e. sed ibi generi appellat sponsus, non quod reuera sit, sed quo ad q[illegible] benefi[illegible]cium.

Affinitas tãtum per carnis commistionẽ contrahitur.

1 Arg. cõtra. sup. ea. q. 1. cap. ubi de hoc in gloss. hic est argu. ibi plene dixi, & ibi in[illegible]deas pro d[illegible]cto hoc facit dictũ Apost. dicen[illegible] Qui adhæret meretrici [illegible] [illegible]

DE incestis coniunctionibus.] CASUS. Quærebatur de his, qui per incestum, contraxerunt: vtrū sine separatione possent veniam impetrare? Et respondetur, q̄ nō: & enumerantur personæ cum quib. quæ cōtrahunt, incestuosi sunt, & cum cathecumenis vsque ad satisfactio-

Caput hoc vsque ad vers. Præterea. *Burchardus, Iuo, & Pannormia: (nā magister vt Gratianus) citant ex concilio Aurelianensi, c. 10. Ac sane in 3. Aurelianensi impressó, c. 10. multa leguntur ad hanc rem pertinentia. Reliqua vero huius capitis pars in Pānormia (nam cæteri collectores non habent) ex eodem cōcilio refertur, sed a Grat. sup. 27. q. 2. c. qui desponsatam, tribuitur Gregorio.*

Et in Arel. 3. c. 2. in Epaunensi c. 30. in Turonico 2. c. 22. in c. adiectis, c. 200.

Item ex concilio Agathensi, c. 61.

¶ Incestuosi nullo sunt digni nomine coniugij.

Cap. VIII.

Burc. l. 7. c. 4. Iuo p. 9. c. 25. & 40.

DE incestis [a] coniunctionibus nihil prorsus veniæ reseruamus, [b] nisi cum adulterium [c] separatione sanauerint. Incestuosos † vero nullo coniugij nomine deputādos, quos etiam designare funestum [d] est. ¶ Hos enim α censemus esse: si quis relictam fratris (quæ pene prius soror extiterat) carnali coniunctione polluerit: si quis frater germanam vxorem acceperit: si quis nouercam duxerit: si quis consobrinæ [e] suæ se sociauerit: si quis relictæ, vel filiæ auunculi misceatur, aut patrui filiæ, aut priuignę suæ; [f] aut qui ex propria consanguinitate aliquam, aut quam consanguineus habuit concubitu [g] polluerit, aut duxerit vxorem. Quos omnes [h] & olim, & † nūc sub hac constitutione incestos esse non dubitamus, & inter catechumenos [i] vsque ad legitimam satisfactionem manere, & orare [k] præcipimus. Quod ita præsenti tempore prohibemus, vt ea, quæ sunt hactenus constituta, † [l] non dissoluamus. Sane quibus coniunctio illicita interdicitur, habebunt β [m] ineundi melioris coniugij libertatem.

† al. aq. sub hac.

† al. instituta.

α ¶ Hos enim.] *Ita est in Agathensi. In Arelatensi aūt 3. c. 2. (vbi idem repetitur) & apud Iuonem hæc coniungūtur cum superioribus, & legitur,* hos esse. *In Epaunensi c. 30. (in quo idem tractatur argumentum) ductus orationis longe diuersus est. In secundo autem Turonico, c. 22. vbi refertur caput illud concilij Epaunensis (ita scribitur:* Incestus vero, nec vllo coniugij nomine prædicandos, præter illos, quos dinumerare funestum est, hos esse censemus. *In capitularib. adiectis. c. 200. sunt nonnullæ partes huius capitis ex epistolis Greg. Papæ B. Bonifacio archiepiscopo Moguntino missis.*

β ¶ Habebunt.] *Sic in Agathensi, & apud Iuonem. In Epaunensi legitur,* non habebunt. *Sed in Turonico, in quo citatur Epaunense,* habebunt. *Sic etiam infra q. 8. c. hæc salubriter. Ex Gregorio. In capitulari autem indicato plenius hæc sententia exponitur:* Sed quibus illicita coniunctio interdicitur, nisi hi sunt, quos sanctorum patrum decreta coniugio copulari prohibēt, habebunt ineundi melioris coniugij libertatem.

Item ex concilio Ilerdensi, c. 4.

ctionem orare debent, non cum Christianis.

a ¶ De incestis.] sup. 4. q. 5. consanguineorū, ī. q. 8. c. vlt.

b ¶ Reseruamus.] Scilicet vt remaneant insimul.

c ¶ Cum adulterium.] Idest, fornicationem. [1] 32. q. 4. nemo.

d ¶ Funestum.] i. turpe, & indecens, s̄. 34. d. presbyteri.

e ¶ Consobrinæ.] Consobrini dicuntur qui de sororibus nati sunt; hi sunt proprie duarum sororum filij, & fratrum vocantur consobrinorū filij.

f ¶ Aut priuignæ suæ] patrui: & secundum hoc exaudi de priuigna ex secundis nuptijs. Vel dic suæ, id est, propria.

g ¶ Concubitu.] Arg. q̄ affinitas contrahitur per coitum fornicariū sicut per legitimum. vt inf. ea. nec.

h ¶ Quos omnes.] multi alij sunt, qui nō numerantur hic.

i ¶ Et īter cathecumenos.] De hac materia dīt quidam speciale esse in incestuosis, qui non debent admitti vsq; ad Missam catechumenorū tantum: nam dicunt eos suspensos ipso iure quantum ad hoc, sicut simoniacus qui libet suspēsus ē quo ad diuina officia, 1. q. 1. qui studet, & c. quibusdam. de cons. dist. 1. episcopus nullum, abrogatum est, nam dicunt, quod Iudæus, sarracenus, hæreticus non præcisus bene possunt stare vsque ad Missam cathecumenorum, arg. de cōse. dis. 4. Iudæi, nec contradicit 11. q. 3. cum excommunicato. & 1. q. 1. nō licet. nā omnia illa intelliguntur de præcisis, idest, nominatim excōmunicatis, vel de illis, qui sequuntur hæresim iam damnatam.

k ¶ Et orare.] Supra dist. 25. c. 1. contra. inf. de confec. dist. 4. eos quos; contra, sed ibi grauius fuit delictum, & ideo [3]. & c.

l ¶ Constituta.] Dist. persuado, & est arg. pro opi. Hu. q̄ scilicet, dispensatio est eius vt nota. 33. q. 2. in adolescentia. & c. interfectores.

l ¶ Constituta.] i. antiquos canones

m ¶ Habebūt.] Ante incestū de iure communi, vel post si adolescentes sunt, vel etiam senes incontinentes ex dispensatione, 33. quæst. 2. in adolescentia.

1 Glo. est simi. in l. inter liberos, §. Iulianus. alias est l. Iulianus, ff. ad legem Iul.

Consobrini qui sint.

2 Sic ēt dicit Isid. in lib. 9. Etymol. cap. agnati.

Incestuosi quantum ad aliqua sunt ipso iure suspensi.

3 Subau. est grauius iudicatum. 34. q. 1. non afferamus.

¶ Incestuosi vsque ad satisfactionem excommunicentur. C. IX.

DE his qui incesti † pollutione se maculant, placuit, vt quousque in ipso detestādo, & illicito carnis cōtubernio perseuerant, vsque ad missam [a] tātum cathecumenorum in ecclesia admittantur, cum quibus etiam nec cibum [b] sumere vlli † Christianorum, sicut Apostolus iussit, licebit. † — Burc. l. 7. c. 3. Iuo p. 8. c. 29. † al. vllum. † al. oportet.

Item Greg. Papa ad Fœlicem Messanæ ciuitatis episcopum, libro 12. epi. 31.

¶ Nullus ducat in vxorem a consanguineo cognitam, vel aliqua pollutione maculatam. C. X.

NEc eam, quam aliquis ex propria consanguinitate coniugem habuit, vel aliqua illicita pollutione maculauit, in cōiugium ducere vlli profecto licet Christianorum, aut licebit: quia incestuosus est talis coitus, & abominabilis Deo, & cunctis hominibus. Incestuosos vero, nullo coniugij nomine deputandos a sanctis patribus dudum statutum esse legimus. — Iuo p. 9. c. 26. sup. c. de incestis.

Naturæ [c] *videlicet ordine, si vero extraordinarie, non sic.*

Ait enim Vrbanus Papa secundus Hugoni Gratianopolitano α episcopo.

α ¶ Gratianopolitano.] *Antea legebatur.* Vrbanus II. Gratiano Neapolitano episcopo. *Emendatum est ex Polycarpo, & huius Hugoni mentio est apud Segebertum anno 184. & apud Trittemium in Guidone V. Chartusiæ abbate.*

¶ Extraordinaria pollutio in naturalibus non impedit matrimonium. C. XI.

EXtraordinaria [d] pollutio nō nisi β in naturalibus admissa, vel [e] sæpius [f] reiterata † citra maritalem [g] affectum γ si præbitis sacramētis [h] ita esse constiterit, quēadmodum nobis tuis significatum est litteris, non videtur matrimonium impedire, [i] quamuis ipsa sit criminosa, & damnabilis. — Poly. l. 6. tit. 10. † al. repetita.

β ¶ Nō nisi.] *In Polycarpo est*, nisi ī naturalibus admissa.

γ ¶ Affectum.] *In eodem legitur effectum.*

Item Iulius Papa.

¶ Nullus ducat in coniugē relictā consanguineorū vxoris suæ δ vsque in tertiam generationem. C. XII.

δ ¶ Vxoris suæ.] *Sic emendatum est ex uetustis. Nam in uulgatis, erat,* suorum.

ET hoc quoque statutū ē, vt relictā patris vxoris suæ

a DE his.] ¶ Vsque ad missam.] Id est, vsque ad sursum corda, vel vsque ad consecrationem corporis Christi, nam tunc cathecumeni de ecclesia expellebantur: vel vsque ad Euangelium.

b ¶ Nec cibum.] Hoc fit in detestationem criminis, sicut alias aliq́s toleratur ab ecclesia, nō tamē ei communicetur in cibo, vt de vxore clerici, vt 33. q. 2. placuit.

1 Huic c. videtur contra inf. de cons. dist. 1. episcopus nullum. Sed dic ut ibi no. sup. c. prox.

NEc eam.] CASVS. Prohibetē hic aliquis eā ducere in vxorem quam eius consanguineus habuerat, vel cū qua fornicatus fuerat: quia cum talibus nō est matrimonium, sed incestus.

c ¶ Naturæ.] Respicit illud verbum, maculauerant.

EXtraordinaria.] CASVS. Quidam polluerat mulierem extra membrum ad hoc deputatū, & nō cōtraxerat matrimonium cum ea, & hoc poterat constare per iuramētum, quęsitū est, vtrum eius consanguineus illā ducere posset? respondetur quod potest.

d ¶ Extraordinaria.] Id est citra, vel circa naturalia 2 & nō intra: ita quod non attigit claustra pudoris, sed in circuitu palpitabat.

2 Id est, circa membrū ad hoc a natura concessum. Hug.

e ¶ Vel.] Id est, etiā.

f ¶ Sepius.] Quia qua ratione nō impedit prima, eadem nec secunda nec aliqua: secus aūt esset forte si ī nō naturali mēbro tūc impediret pp enormitatem criminis, 32. q. 7. adulterij, & 32. q. 2. c. hoc ipsū, §. hoc aūt.

g ¶ Maritalē.] Affectum, nam si maritalis affectus intercessisset, impediret, ar. extra de spons. iuuenis, nō ppter factū, sed propter consensum, 27. q. 2. si quis uxorem.

h ¶ Sacramētis.] Polluētis & pollutæ. nō enim testificatur p se, sed p eo quitā ducere vult. Et mirum est ꝙ cōtra tam violentam pręsumptionem probatio admittitur. Et ideo est contra, 32. q. 1. dixit. sed hoc fit in defectum probationum, C. de hær. l. pę. & obtinet forte hic cum uirgo erat, & uolebat probare per aspectū corporis, 27. q. 1. nec aliqua, & quod iurat est ex supera būdanti & ad cautelam, arg. 34. q. 2. in lectum. Item auditur hic criminosus testis, & turpitudinem suam allegās, immo non est testis, sed interrogatur de facto suo, 4. q. 3. c. si testes. §. itē serui.

Probatio admittitur cōtra violentam præsumptionem.

i ¶ Impedire.] Talis pollutio nō dēt impedire eū, quin possit ducere cōsanguineā illius. q̄a nec fecit sanguinis commistionē: nec carnis vnitatē. Sed q̄d si aliquis referaret illas seras, & nōdū pcessit ad cōsummationē operis: nūquid talis commistio carnis impedit matrimonium cū cōsanguineis illius? Dic ꝙ nō, quia nec ei ibi sanguinis cōmistio, nec carnis vnitas, sup. c. nullum, &c.

ET hoc.] CASVS. Statuitur hic, ne derelictis consan-

relictam fratris vxoris suæ, relictam filij vxoris suę nemo sibi in matrimonium sumat, relictam consanguineorum vxoris suę vsque in tertiam progeniem nemo in vxorem sumat, in quartam autem, & in quintam, si inuenti fuerint, non separentur.

Idem.

¶A consanguineis proprijs, vel vxoris pariter cuique est abstinendum. C. XIII.

Sup. ead. de propinquis. Sent. 4. d. 51. Poly. l. 6. tit. 4. Burch. l. 7. c. 7. Iuo p. 9. c. 43.

AEqualiter vir coniungatur consanguineis proprijs, & consanguineis vxoris suę.

Item Isidorus ex concilio Maciensi.

¶*In Pannormia citatur, ut hic. Hugo autem,* ex concilio Maticensi, *Burchardus,* Matiscensi, Iuo Manticeno, *nulla Isidori mentione facta. In Polycarpo coniuncte ponitur cum c. coniunctiones. sup. eadē quod quidem est Calixti. Extat autem in concilio Cabilonensi 2. c. 29. & in Vuormaciensi est secunda pars canonis 78.*

sanguineorum vxoris vsque in gradum tertium aliqua ducatur. In quarto uel quinto gradu ducta non separetur. Cap. æqualiter patet.

SAne cōsanguinitas.] CASVS. Sicut mulier dēt consanguineos proprij viri uitare, ita & vir consanguineas uxoris suæ, cum enim una caro sint, utraq; parentela est illis cōmunis.

PRogeniem suā.] CASVS. Cōsanguineam suam vsq; ad septimū gradum debet quis vitare, & quādiu cog[no]scunt se esse affines.

In

¶In parentela propria, & coniugis eadem consanguinitas est obseruanda. Cap. XIV.

Hugo de S. Vict. de sacra. l. 2. p. 11. Sent. ibid. Burch. l. 7. c. 8. Iuo p. 9. c. 44. Pann. l. 7. c. 69.

SAne consanguinitas, quæ in proprio viro obseruanda est, hæc nimirum in vxoris parentela de lege nuptiarum custodienda est. Quia enim constat eos duos esse in carne vna, communis illis utraque † parentela censenda est, sicut scriptum est, (erunt duo in carne vna.)

Item Aug. lib. 22. contra Faustum, c. 61.

¶Nurus non est aliter deputanda, cum filia. Cap. XV.

In regesto B. Greg. l. 12. ep. 31. ad Fælicem.

SI vir & vxor non iam duo, sed vna caro sunt, non aliter est nurus deputanda, quam filia.

Item Gregorius Papa episcopis Galliæ.

¶*Burchardus citat & refert ut Gratianus. Hugo, auctor Polycarpi, & Magister citant absolute Gregorium Anselmus, & Iuo ex epistola B. Gregorij ad Fœlicem. In Pannormia est coniuncta utraque inscriptio, hoc modo,* Ex epistola Gregorij episcopis Galliæ missa, epist. 31. lib. 12. *Extat uero caput hoc in c. lib. 6. c. 80. & in adiectis est prior pars cap. 200. quod in indice tribuitur Greg. Papæ epistolis B. Bonifacio archiepiscopo Moguntiæ missis. Ac sane in ultima Greg. I. epist. tomis conciliorum inserta legitur prior pars usque ad ver.* Generationem.

¶Vsque ad septimam generationem progeniem suam vnumquemque seruare oportet. Cap. XVI.

Hugo ibidem. Sent. 4. d. 40. Poly. l. 6. tit. 4. Ans. l. 10. c. 40. Burc. l. 7. c. 11. Iuo p. 9. c. 79.

PRogeniem suam vnumquemque α vsque ad septimam decernimus obseruare generationem, & quamdiu se agnoscant affinitate propinquos, ad coniugalem copulam accedere denegamus; Quod si fecerint, separentur.

α ¶Vnumquemque.] *Apud B. Gregorium, Anselmum, & Iuonem hoc loco sunt hæc interiecta,* de his qui fideliter edocti sunt, & iam firma radice plantati stant inconuulsi.

β ¶Quod si fecerint, separentur.] *Hæc non habentur, nisi apud Burchardum. Apud B. Gregorium, Anselmum, & Iuonem sequuntur coniuncte cum superioribus uerba capitis, nec eam supra ead.*

Item Nicolaus Papa II Amalphitanæ ecclesiæ suffraganeis.

¶De eodem. Cap. XVII.

Habetur in synodo episcoporum 113. in basilica Constantiniana, c. 11. & 12. Sent. ibidem.

DE consanguinitate sua vxorem nullus ducat vsque post generationem septimam, vel quousque parentela cognosci potest. Laicus uero vxorem simul & concubinam habens non communicet ecclesiæ.

Item ex concilio Vuormaciensi, c. 32.

IN copulatione.] CASVS. Consanguinitatis grad⁹ hic nõ definit, sed quousque agnoscuntur, obseruari iubentur.

NVlli ex propinquitate.] CASVS. Cum cõsanguinea nõ debet q̃s contrahere usque ad septimũ gradum: nec sine benedictione sacerdotis.

QVędã lex.] CASVS. Petebat Aug. ut permitteretur Anglicis contrahere matrimonium secundum ius humanum. Et respondet Greg. ꝙ lex humana permittit commisceri filios fratru & sororum, sed non solet ex talibus proles bona ꝓuenire: & ideo Christiani non debent in quarto uel quinto gradu propinquis coniungi.

QVOD SCRIPSI. CASVS. Mirabatur Fœlix Gregoriũ Anglicis scripsisse, ut liceret eis in quarto gradu contrahere, & quæsiuit vtrum hoc esset ius generale? Et rñdet Greg. se illis hoc specialiter cõcessisse quãdiu iuxta Apostolum essent in fide noui: qui de neophytis ait: Lac dedi uobis potum, non escam.

Porro

¶Quousque inter aliquos generatio recordatur, aut in memoria retinetur: sibi inuicem non copulentur. Cap. XVIII.

IN copulatione fidelium, generationis numerum nõ definimus: sed id statuimus, vt nulli Christiano liceat de propria consanguinitate, seu cognatione vxorem accipere, vsq; dum generatio recordatur, cognoscitur, aut memoria retinetur. Burc. l. 7. c. 2. Iuo p. 9. c. 39. Pann. l. 7. c. 76.

Item ex concilio Lugdunensi. Cap. l. 6. c. 128.

¶Ex propinquitate sui sanguinis vsque ad septimũ gradum nullus ducat vxorem. Cap. XIX.

NVlli ex ꝓpinquitate sui sanguinis, vsq; ad septimũ gradum vxores ducant: neque sine benedictione sacerdotis. Qui autem nupturi erunt; à sacerdote benedicti nubere audeant, nec aliter præsumant. Sent. ibidem. Burch. l. 7. c. 13. Iuo p. 9. c. 48. Pann. l. 7. c. 78.

¶*Cæteri etiam collectores citant ex Lugdunensi. In nonnullis Gratiani codicibus est*, ex Lugdunẽsi. B. *Bonifacius in epistola ad Zachariam Papam mentionem facit synodi Lugdunensis habita à discipulis B. Gregorij in qua de incestis actum fuerat. Simile habetur in cap. l. 6. cap. 128. In concilio etiam Rhemensi Trosleiano cap. 8. inter alia multa leguntur hæc.* Et alibi canonibus præceptum, vt nemo usque ad affinitatis lineam & propinquitatem sui sanguinis connubia ducat: neque virginibus sine benedictione sacerdotis quis nubere præsumat.

Præmissis auctoritatibus quisque prohibetur a coniunctione cõsanguineorum vsque ad septimam generationẽ. Io. Diaconus in vita B. Gregorij. l. 2. c. 37 & 38.

Sed obijcitur illud Gregorij ad Augustinum Anglorum episcopum, c. 6. Beda l. 1. hist. c. 27.

¶Anglis permittitur, vt in quarta, vel in quinta generatione copulentur. Cap. XX.

QVædam lex terrena in Romana rep. permittit, vt siue fratris & sororis, seu duorum fratrum germanorum, seu duarum sororum filius & filia misceãtur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolẽ non posse succrescere, & sacra lex prohibet cognationis turpitudinẽ reuelare. Vnde necesse est, vt in quarta, *a* vel quinta generatione fideliũ licenter sibi coniungantur. Sed idẽ humillimus pater Gregorius post multum temporis a Felice Messanæ Siciliæ ciuitatis præsule requisitus, vtrum Augustino scripserit, vt Anglorum in quarta generatione contracta matrimonia minime soluerentur, inter cætera talem responsionẽ reddidit. Quod scripsi Augustino Anglorum gentis episcopo, alumno videlicet, vt recordaris, tuo, de sanguinis coniunctione, ipsi, & Anglorum genti, quæ nuper ad fidem venerat, ne a bono, quod cæperat, metuendo austeriora, recederet, specialiter, & non generaliter cæteris me certissime scripsisse cognoscas. Vnde & mihi omnis Romana ciuitas testis existit. Nec ea intentione hæc illis scriptis mandaui, vt postquam firma radice in fide fuerint solidati, si infra propriam consanguinitatem inuenti fuerint, nõ separentur, aut infra affinitatis lineam, idest vsque ad septimã generationẽ iungãtur. Sed adhuc illos neophytos existentes, sæpissime eos prius illicita docere, † & verbis ac exẽplis instruere, & quæ post de talib⁹ egerint, rationabiliter, & fideliter excludere oportet. Nam iuxta Apostolum, qui ait: [Lac dedi vobis potum, non escã,] ista illis modo, non posteris, vt pręfixum est, temporibus tenenda indulsimus ne bonum, quod infirma adhuc radice plantatum erat, erueretur: sed aliquantulum firmaretur, & vsque ad perfectionem custodiretur.

Hugo de S. Vit. l. 1. p. 1. c. 16. Sent. 4. dist. 40. Iuo p. 9. c. 6. 55. & 56 Burc. l. 7 c. 19. & 20. Pann. l. 7. c. 56. & 71. Ansl. l. 10. c. 31. Poly. l. 6. tit. 4.

lib. 11. epist. 32.

† *al. docere vitare.*

1 Cor. 3.

¶ *Verba huius capitis vsque ad vers.* Sed idē. *sunt apud Beatum Gregoriū. Verū simul hæc & sequentia sunt apud Ioannem Diaconum in uita Beati Gregorij li.2.c.38.al.37. Hugo, Burchardus, Iuo, & Pannormia citant*, ex epistola Ioannis Constantinopolitani episcopi ad Fœlicem episcopum Siciliæ. *Recitantur præterea hæc eadem Beati Gregorij verba in duabus epistolis Alexandri II. vna, quæ refertur ab Iuone par.9.c.6. & in Pannormia l.7.c.55. & 56. altera, quæ refertur inf. quæst.5. c. ad sedem. Multa autem in hoc capite restituta sunt ex B. Gregorio. & Ioanne Diacono.*

a ¶ In quarta.] *Apud B. Gregorium nec multo secus apud Ioannem Diaconum esse*, necesse est, vt iam tertia vel quartà generatio fideliū licenter sibi iūgi debeat. Nam secūda, quam diximus, a se omnino debet abstinere. *& hoc modo recitatur in epistola Alexandri, inf. q.5. c. ad sedem §. hanc computationem. In altera tamen eiusdem Alexādri epistolā, quæ proxima superiore natione est indicata, legitur*, iam quarta, vel quinta. *Et hanc lectionem secutus est ille, qui hoc loco casum apposuit.*

Item obijcitur illud Cabilonensis concilij.

¶ In quinta, vel sexta generatione nullus amplius copuletur coniugio. C. XXI.

[ibi]dē. [...] 9. c. [...] l. 7. c.

Contradicimus, vt in quarta, vel in quinta, sextaque generatione nullus amplius coniugio copuletur. Vbi autem post interdictum factum fuerit inuentum, separetur.

¶ *Ex Cabilonensi citant cæteri etiam collectores, & Hugo. Extat lib. 5. capitular. cap. 99. Exceptis autem uerbis illis*, vel quinta sextaq; *reliqua fere eadē leguntur in concilio Moguntino sub Carolo, cap.54. & altero Moguntino sub Rabano cap.30. & in Vuormac ēsi in priore parte canonis 78. Nam posterior pars est c. sane consanguinitas, supra allatum.*

ibidē. *Hac auctoritate, dum sexta generatione interdicitur coniugium, in septima permitti videtur. Sed gradus cognationis secundum quosdam varie computantur. Alij namque patrem in primo gradu, filios in secundo ponunt. Alij primum gradum filios appellant, negantes gradum cognationis inter patrem & filium esse, cum vna caro probentur pater & filius. Auctoritates ergo, quæ consanguinitatis copulam usque in septimum gradum prohibent, patrem ponunt in primo gradu, illæ uero, quæ usque ad sextum gradum prohibent, primum gradum filios appellant; atque ita fit, ut eadem personæ secundum hanc diuersitatē inueniantur in sexto, uel septimo gradu. Item illud Fabiani, quo affines in quinta generatione copulari iubentur, videtur esse cōtrarium illi decreto Iulij Papæ. Sicut non licet ulli Christiano de sua consanguinitate uxorem ducere, sic etiam non licet de consanguinitate uxoris suæ coniugium ducere propter carnis unitatem.] Similiter etiam inuenitur contrarium illi capiti Gregorij: [Nec eam, quam ex propria consanguinitate coniugem habuit, &c.] Sed illud Fabiani intelligendum est de duabus sororibus vel personis inter se affinitate coniunctis, ut sunt uxores duorum fratrum, si contigerit unam earum alicui matrimonio copulari, post mortem eius vir non poterit affinem superstitem in coniugem ducere, nisi in quinto gradu affinitatis inueniantur. Vnde qui nouercam alicuius in vxorem duxerit, post mortem eius vxorem priuigni ducere non poterit. Hinc etiam idem Iulius Papa alibi ait: [Relictam consanguineorum uxoris suæ (non ait consanguineam vxoris suæ, sed relictam consanguineorum uxoris suæ) vsque in quartam generationem nullus ducat in vxorem.] Paschalis vero Papa secundus scribens Rhegino episcopo, tertium genus affinitatis assignat, cuius copula non ultra secundum gradum inuenitur prohibita.*

sup. ea. de propinquis.

Porro duorum.] CASVS. Duobus cōsobrinis mortuis, quæsitum est, vtrum eorū uxores vni viro nubere possent vna post aliam? & respōdetur, quòd non, tum propter canonis prohibitionē, tum propter publicam honestatem. Mo-

sup. c. nullū. §. præterea.

sup. ead. nec eam.

sup. ead. & hoc.

Ait enim.

¶ Duorum consobrinorum coniuges uni eidemque nubere non possunt. C. XXI.

Pol. l. 6. tit. 4 Ans. l. 10. c. 34.

Porro duorum consobrinum coniuges quāuis diuersis temporibus, viro uni, alteram post alterius obitum nubere, ipsa, præter auctoritatem canonicam, publicæ honestatis iustitia contradicit. Et nouit prudentia tua, quia ita ab uxoris, sicut a uiri consanguineis abstinendum est.

Illud autem Gregorij, & Iulij Papæ intelligitur de consanguinitate uiri, uel uxoris; ut post mortem alicuius eorum nulli de cognatione defuncti superstes matrimonio copuletur. Demonstratum est, usque ad quem gradum quisque a propria consanguinitate, uel cognatione suæ uxoris abstinere debeat.

Odo.] Hic ponitur quarta q̄stio.

COnsanguinitas. CASVS. Interrogatus Isidorus, quare dicit consanguinitatē in septimo gradu terminari, respōdet, cōsanguinitas in p̄sonas spargit̄, donec finiatur, & usque ad septimum gradum obseruatur, quia tot ætatibus distinguit̄ mundus, quot homi nis status.

E gradibus.] CASVS. Hic intitulat̄ quinta quæstio, hic etiam legendæ sunt arbores, & glossæ earum.

SEries.] CASVS. Sex gradus cōputat hic Isidorus, constituens filium, & filiam truncū, & procedit usque ad trinepotis filiū, quem dicit esse sextum gradum.

AD sedem.] CASVS. Quidam gradus consanguinitatis secūdum leges numerabant, & dicebant cōsanguinitatem terminari in sexto gradu legali: et matrimonium contrahi licitè post illū gradum. Hunc errorem cōgregato concilio reprobauit Papa ostendens primo diuersitatē & diuersitatis rationes inter legalē & canonicam computationem. Secūdo probat consanguinitatem protēdi ultra sextū gradum legalem: & hoc per legem, per Gregorij auctoritatem, per arboris rationē, cuius rami vltra protendū tur vsq; in septimū gradum canonicum, vltra quem cognatio eius non protenditur, nec graduum nomina inueniuntur. Tertio ostendit eos, qui tantum sex gradus canonicos cōstituunt, in consanguinitate & in sententia nō differre a canonica septem graduum com-

QVÆSTIO IIII.



Odo quaritur, quare vsque ad sextum gradum consanguinitatis coniunctio prohibeatur. De his ita scribit Isidorus Etymologiarum lib. 9. c. 6. Ex Aug. l. 15. de ciuit. Dei, c. 16.

¶Quare vsque ad sextum gradum consanguinitas obseruetur. C. I.

COnsanguinitas, dum se paulatim propaginum ordinib. dirimens, vsque ad vltimum gradum subtraxerit, & propinquitas esse desierit, eam rursus lex matrimonij vinculo repetit, & quodammodo reuocat fugiētem. *I*deo autem vsque ad sextum generationis† gradum consanguinitas constituta est, ut sicut ex ætatibus mundi generatio, & hominis status finitur, ita propinquitas generis tot gradibus terminaretur. † *al. generis.*

¶ *Caput hoc emendatum est ex B. Augustino lib. 15. de ciuit. Dei, cap. 16. Vnde primo videtur sumptum.*

QVAESTIO V.



E gradibus vero consanguinitatis, quomodo computandi sint, Isidorus sic loquitur.

¶Quomodo dirimuntur gradus consanguinitatis. Cap. I.

SEries consanguinitatis sex gradibus hoc modo dirimitur: filius & filia, quod est frater & soror, sit ipse truncus; illis seorsum seiunctis, ex radice illius trunci egrediuntur isti ramusculi, nepos, neptis, primus: pronepos, proneptis, secundus: abnepos, abneptis, tertius: atnepos, atneptis, quartus: trinepos, trineptis, quintus: trinepotis filius, & trinepotis fili- sextus.

¶ *Burchardus, & Iuo, & auctor Pannormiæ, qui citant partim Isidorum, partim ex dictis Isidori, ex hoc & capite*, consanguinitas *sup. quæst. 4. vnum caput faciunt, et habent*, Series consanguinitatis septem gradibus.

Item Alexand'r Papa II. omnibus episcopis, & clericis, negnon in iuucibus per Italiam constitutis.

¶ *Sic est emendatum ex Hugone, Anselmo, & Polycarpo, qui hanc eandem epistolam recitant. Ab Iuone autem, & in Pannormia referuntur duo capita alterius epistola eiusdem Alexandri eodem cum hoc argumento, scripta clericis Neapolitanis siue vt in Pannormia, Metropolitanis. Et apud Gratianum erat coniuncta vtraque inscriptio, hoc modo*, Neapolitanis, clericis, & omnibus episcopis, atque iudicibus per Italiam constitutis. *Ex ijsdem vero Hugone, Anselmo, & Polycarpo multa in toto hoc capite sunt emendata.*

¶Quomodo sint computandi gradus consanguinitatis. Cap. II.

AD sedem Apostolicam perlata est quæstio nouiter exorta de gradibus consanguinitatis: quā quidā legum & canonum imperiti excitātes, eosdem propinquitatis gradus contra sacros canones, & ecclesiasticū morē numerare nituntur; nouo & inaudito errore affirmātes,

Hugo ibidem. Poly. ibidem. Ans. l. 11. c. 91. Iuo p. 9. c. 6. Pan. l. 7. c. 55.

quod germani fratres, vel sorores inter se sint in secunda generatione, filij eorum, vel filiæ in quarta; nepotes, vel neptes eorum, in sexta. Tali quemodo progeniem computãtes, & in huiusmodi sexto eam gradu terminantes dicũt, deinceps viros, ac mulieres inter se posse nuptialia iura contrahere. Et ad huiusmodi profanum errorem confirmandum in argumentũ assumũt sæculares leges, quas Iustinianus Im-
l.3.tit. 6. perator promulgauit de successionibus cõsanguineorum. Quibus confisi, ostendere moliũtur, fratres in secundo gradu esse numeratos, filios eorum in quarto, nepotes in sexto. Sic seriem genealogiæ terminantes, numerationem sanctorum patrum, & antiquam ecclesiæ computationem ad nos vsque perductã peruersa quadam calliditate disturbare nituntur. Nos vero Deo annuente, hãc quæstionẽ discutere curauimus in synodo habita in Lateranẽsi cõsistorio, conuocatis ad hoc opus episcopis & clericis, atq; iudicibus diuersarum prouinciarum. Denique diu ventilatis legibus, & sacris canonibus, distincte inuenimus ob aliã atque aliam causam, alteram legum fieri, alteram canonum computationem. In legibus siquidem ob nihil aliud ipsorum graduum mentio facta est; nisi vt hæreditas, vel successio ab vna ad alteram personam inter consanguineos deferatur. In canonibus vero ob hoc progenies computatur, ut aperte monstretur, usque ad quotam generationem a consanguineorum sit nuptiis abstinendum. Ibi præscribitur, ut hæreditas propinquis modo legitimo cõferatur: hic vero, rite, & canonice inter fideles nuptiæ celebrentur. In legibus distincte non numerantur gradus, nisi usque ad sextum: in canonibus autem vsque ad septimam distinguũtur generationem. Hac igitur de causa, quia hæreditates nequeunt deferri nisi de una ad alterã personam; idcirco curauit sęcularis Imperator in singulis personis pręfigere gradus. Quia uero nuptiæ sine duabus non ualent fieri personis, ideo sacri canones duas in uno gradu constituere personas. Vtramque tamen computationem si attente, ac subtiliter perspecta fuerit, idem sensisse, & eandem esse in eis sententiam, atque ad eundem terminum conuenire manifestissimum erit. Iustinianus namque usque ad quem gradum consanguinitas ipsa perduret, in suis legibus non definiuit. Canones vero vltra septimam, nullam numerauere generationem. Sexto quippe gradu determinato, in ipsis legibus subintulit Imperator; [Hactenus ostẽdisse sufficiat; quẽadmodum gradus cognationis numerentur. Namque ex his palam est intelligere, quemadmodum vlteriores quoque gradus numerare debeamus. Generata quippe persona sem- Isidorus le. 9.
per gradum adijcit.] Ecce in his breuibus ver- eod.tit.6. etymo.
bis aperte ostenditur, tales gradus, quales isti cap.5.
computant, non tantum usque ad sextum, verum etiam ultra numerari debere; quippe cum vltra sextum vlteriores gradus numerãdos esse decernat. Vbi enim vlteriores nominat gradus, aperte indicat non sex tantummodo esse gradus; sed sex finitis, adhuc alios numerandos. Nec mirum, cum in præcedentibus ipse firmauerit Imperator, decimo etiam gradu consanguineos sibi inter se posse succedere. Cum decimum nominat, non esse tantummodo sex luce clarius confitetur. Hi ergo euigilent, & aciem mentis, si possunt, intendãt: quos hactenus istiusmodi perculit error. Enimuero, ubi secundum leges inter agnatos, vel cognatos defertur successio; consanguineos esse non dubium est. Neque enim sibi succederent, nisi inter se parentelę vinculo tenerentur. Succedunt autem inter se, teste Iustiniano, in decimo gradu: consanguinei igitur sibi sunt, qui sibi succedunt. Quòd, si in decimo gradu consanguinei sibi existũt, non est terminata consanguinitas (ut isti fatentur) in sexto tantummodo gradu. Quid igitur dicent? Computatis namque gradibus, sicut isti numerant, aut finitur consanguinitas in sexto gradu: aut non. Si finitur, fallaces erunt leges, quibus isti nituntur, quę in decimo gradu sibi succedere consanguineos iubent. Quod si non finitur consanguinitas in isto sexto gradu; falsidici erunt isti, qui ultra illum sextum gradum noluit computare consanguinitatem. Igitur aut leges erunt falsæ, aut isti, qui sic finiunt generationem. Sed, ut ueridicæ leges, & ueraces sint canones, dicamus hoc, quod ueritas habet, scilicet, quòd non terminatur consanguinitas in huiusmodi sexto gradu, sed terminatur secundum canones septimo gradu. Vtraque enim computatio, sicut superius diximus, uno fine concluditur. Namque duo gradus legales vnum gradum canonicum constituunt. Fratres itaque, qui secundum sæculares leges dicuntur in secũdo gradu; † iuxta canones numerãtur in primo. Filij fratrum, qui illic numerantur in quarto, hic computantur in secundo: nepotes vero, qui in sexto ibi, istic numerantur in tertio: sic deinceps, qui in legibus scribuntur in octauo, & decimo, in canonibus definiuntur in quarto, & quinto. Atque hoc modo de reliquis sen-

† Concor. Alex. de Im. in l. si auiæ frater. in fi. C. de suc. edic.

tiendum est: vt qui secundum canones dicũtur in sexto, vel septimo; secundum leges accipiãtur in duodecimo, vel quartodecimo. Hanc computationem intelligens prudentissimus Papa Gregorius, dum quæreretur, in quota generatione coniungi fideles debeant; ipsas sæculares leges in testimonium adducens, Augustino Anglorum episcopo sic rescripsit: [Quędam terrena lex in Romana republ. permittit, vt siue fratris & sororis, siue duorum fratrum germanorum, seu duarum sororum filius & filia misceantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse subcrescere. Vnde necesse est, vt iam in tertia, vel in quarta generatione copulatio fidelium licenter sibi coniungi debeat. Nam a secunda, quam prędiximus, omnimodo debent abstinere.] Ecce hic aperte monstratur, filios & filias fratrum in secunda generatione numerari. Et, si fratrum filij, & filię numerantur in secunda; fieri non potest, vt ipsi fratres non sint in prima. Quòd si fratres computantur in prima, filij eorum in secunda; dubium non est, quin eorum nepotes sint in tertia, pronepotes in quarta, & sic de reliquis vsque ad septimam. Sed sunt quidam qui ex his Gregorij verbis, quibus ait, ut in tertia, vel quarta generatione copulentur fideles, occasionem accipiunt illicita matrimonia contrahendi, dicentes se hoc iuste facere posse: quod prudentissimus doctor sua sententia diffiniuit. Isti itaque, qui se hoc velamento defendere nituntur, aduertant in eiusdem patris sententijs, hoc non generaliter cunctis, sed specialiter Anglorum genti mandasse. Nam postmodum a Felice Messanæ Siciliæ præsule requisitus, an hoc, quod Augustino mandauerat, generaliter cunctæ ecclesiæ tenendum esset: apertissime firmauit, non alijs hoc, quàm illi genti mandasse: ne bonum, quod cœperant metuendo austeriora, desererent, sed & illis, postquam in fide essent firma radice solidati, & vniuersali Ecclesiæ, censuit semper esse tenendum: vt nullam de propria consanguinitate, uel affinitate infra septimam generationem aliquis sibi audeat coniugio copulare. Ecce aperte monstratum est, & ex uerbis ipsius legis, & auctoritate prudentissimi Papæ Gregorij, quid de gradibus consanguinitatis numerandis sentire debeamus. Quamuis alia quoque ratio pari modo ipsos reuincat aduersarios. Nam si, vt ipsi fatentur, in illo sexto gradu consanguinitas finiretur, omnes personarum ramusculos, qui vltra illum gradum in pictura arboris continentur, velut superfluos oporteret detruncari. Sed quia omnes qui in prædictæ arboris pictura numerantur ex vna parentela consistunt, nunquam sine diminutione consanguinitatis à se poterunt separari: ueluti non sine damno cuiusque personæ valent à proprio corpore manus, brachia, & pedes truncari. Illa quoque sacrorum perceptio canonum; quæ iubet a propria abstineri consanguinitate, quamdiu generatio recordatur, aut memoria retinetur, nec à prædicta parentelæ discrepat computatione. Nam in septem gradibus, si canonice, & vsualiter numerentur, omnia propinquitatum nomina continentur. Vltra quos nec consanguinitas inuenitur, nec nomina graduum reperiuntur, nec successio potest amplius prorogari, nec memoriter ab aliquo generatio recordari. Nec uero in hac consanguinitatis computatione, aliqua dehinc valeat ambiguitas remanere; aliam, quã quidam faciunt, numerationem in hac etiam disputatione duximus † finiendam. Sunt enim quidam, qui non à fratribus, sed a filijs eorum, id est, patruelibus, uel consobrinis genealogiam numerare incipiunt: dicentes filios fratrum in prima generatione computari debere, quia fratres quasi quidam truncus, ex quo cæteri ramusculi [illegible]untur, existunt. Sed nec ista graduum computatio, si bene intellecta fuerit, ab ea, quam superius exposuimus, in sententia poterit esse diuersa. Isti enim; qui numerandi initium sumunt a filijs fratrum, non progrediuntur vltra sextam generationem: sed sicut totius mundi sex ętates existunt, & humanę vitę itidem sex; ita & in consanguinitate sex tantummodo autumnat computandas esse generationes; quibus finitis, nouę coniunctionis dicũt posse fieri initium, vt quasi fugientem possit reuocare consanguinitatem. ¶ Hęc itaque computatio, quę incipit a fratrum filijs, & numerat usque ad sextam generationem, tantundem ualet, quantum ea, quę incipit a fratribus, & computat usque † ad septimam. Nec vlla in sensu exsistit diuersitas; quamuis in numero graduum uarietas videatur. Vltima enim generatio, si initium numerandi sumat a fratribus, septima inuenitur: si a filijs fratrum, reperitur sexta. Taliter igitur determinatis gradibus consanguinitatis, Apostolica vos auctoritate monemus fratres, & filij, ut omnibus sic seriem genealogię computandam esse intimetis, quemadmodum sancti patres numerandam esse sanxerunt, & antiquus mos sanctę, & vniuersalis ęcclesiæ per longa

sup. ca. q. 4. & 3. c. quędam lex.

sup. [illegible] & 3. [illegible] putat[illegible]

† al[illegible] tienda[illegible]

sup. [illegible] consa[illegible] tas.

† al. [illegible] tat se[illegible]

longa tempora olim computasse monstratur. Nam, si quis peruersa, & obstinata mente a recto tramite Apostolicæ sedis deuiare voluerit, & aliter, quam nos, in nuptijs celebrandis gradus parentelæ numerare contenderit, † primum pro sua temeritate cœlesti pœna plectatur. postmodum vero gladio perpetui anathematis se nouerit iugulandū. Data Romæ, &c.

attenta-

Item Gregorius Papa.

¶ Quare consanguinitas vxoris ad virum pertinere dicatur, & quomodo affinitas sit computanda. C. III.

.a.d.41. ibid.

PОrro de affinitate, quam dicitis parentelam esse, quæ ad virum ex parte vxoris, seu quæ ex parte viri ad vxorem pertinet, manifestissima ratio est: quia, si secundum diuinam sententiam ego & vxor mea sumus vna caro, profecto mihi, & illi mea, suaque parentela propinquitas vna efficitur. Quocirca ego & soror vxoris meæ in vno & primo gradu erimus; filius † vero eius in secundo gradu erit a me, neptis vero tertio, idque † vtrinque in cæteris agendum est successionibus. Vxorem vero propinqui mei, cuiuscumque gradus sit, ita me oportet attendere, quemadmodum ipsius quoque gradus aliqua fœmina propriæ propinquitatis sit. Quod nimirum vxori de propinquitate viri sui in cunctis cognationis gradibus conuenit obseruari. Qui vero aliorsum sentiunt, Antichristi sunt, a quibus tanto fortius vos oportet cauere, quanto apertius deprehenditis illos diuinis legibus repugnare.

al. filia. al. eoq. mo tique.

¶ *In Polycarpo caput hoc item ac sequens recitatur ex Zacharia. Ac sane Gratianus in extremis verbis sequentis capitis indicat caput hoc fuisse etiam Zachariæ.*

Item Zacharia Papa.

¶ Qualiter parentelæ gradus computantur. Cap. IIII.

n.4.di.40. l.ibid.

PArentelæ gradus taliter computamus. si quidem ego & frater meus vna generatio sumus, primumque gradum efficimus, nulloque gradu distamus. Rursus filius meus, fratrisque mei filius, secunda generatio sunt, ac gradum secundum faciunt, nec a se aliquo gradu separantur. Atque ad hunc modum cæteræ successiones numerandæ sunt. Porro de affinitate quam dicitis parentelam, &c.

ut superiore capite Gregorij.

Item Alexander Papa secundus.

¶ Aequiuocatio est, cum soror vxoris cognata vocatur. C. V.

QVod autem frater, sororve vxoris tuæ cognati tui dicuntur, æquiuocationis iure fit, & necessitate vulgaris appellationis potius, quam vlla causa cognationis. Vxor enim fratris fratrissa † potius, quam cognata vocatur. Mariti frater leuir dicitur. Duorum autem fratrum vxores vocantur ianitrices, a quasi eādem ianuam tenentes, uel per eandem ianuam intrantes. viri soror glos appellatur. Sororis autem vir non habet speciale nomen, nec vxoris frater.

† al. fratria.

computatione. in fine prohibet sub anathemate, ne in quæstionibus de matrimonio quis aliter gradus aliquo modo quam hic dicitur in hoc c.

POrro.] CASVS. Assignatur hic ratio quare affinitas obseruetur, quia vir & vxor sunt vna caro, & ideo vxoris meę cōsanguinei in eodē gradu sunt affines mihi & meorū cōsanguineorū vxores sunt mihi affines, & affines vxoris meę sunt vitandi in omni gradu, vt mei consanguinei: qui aliud dicit, tamquam Antichristus est vitandus.

Ex Isid. l. 9. [illegible] c. fin. [illegible] 4. dist. Pol. ibid.

PRimo gradu.] CASVS. In hoc cap. prosequitur Isidorus legalem graduum computationem vsque ad septimum gradum, ostendens in quo gradu sunt persona.

¶ *In Polycarpo etiam refertur proxime post c. ad sedem vt ad eundem Alexandrū pertinere uideatur. A uerbo autem*, uxor, *usque ad finem habentur apud Isidorum l. b. 9. c. fi.*

a ¶ Ianitrices.] *Ita etiam legebatur in lege nō facile. ff. de gradibus, antequam locus ab Alciato esset restitutus. lib. 2. disp. ca. 23. Quamobrem nihil mirandum, si Isidorus, aut alius quipiam allatam hic etymologiam excogitauit. Nunc autem in lege illa est,* εἰνατέρες.

Item Isidorus.

† Isi. l. 9. c. 5. In sententijs Iulij Pauli, lib. 4. c. 11. de gradibus.

¶ Nomina graduum superiorum, siue inferiorum, siue ex latere venientium. C. VI.

PRimo gradu, superiori linea continentur pater, mater, inferiori filius, filia, quibus nullæ aliæ personę iunguntur.

¶ Secundo gradu continentur, superiori linea auus, auia, inferiori nepos, neptis, trāsuersa frater, soror, quę personę duplicatur. Auus enim & auia tam ex patre, q̄ ex matre accipiūtur. Quæ personæ sequentibus quoque gradibus similiter pro substantia earum, in quo gradu consistunt, ipso ordine duplicantur. (Istæ personę secundo gradu ideo duplices appellātur: quia duo aui sunt, paternus, & maternus.) Item duo genera nepotum sunt, siue ex filio siue ex filia procreati. Frater & soror ex trāsuerso veniunt, (Idest aut frater a patris, aut frater matris, qui aut patruus, aut auunculus nominatur,) qui & ipsi hoc ordine duplicantur.

Hugo de S. Vict. par. 11. l. b. 2. c. 14. & Burc. l. 7. ca. 28, Iuo p. 9. c. 64. Pan. l. 7. c. 89.

Anianus interpres Pauli.

¶ Tertio gradu veniunt supra proauus, proauia,

auia: infra pronepos, proneptis. Ex obliquo fratris, fororisque filius: filia, patruus, amita, i. patris frater & foror, auunculus, matertera, i. frater matris & foror.

¶ Quarto gradu veniunt supra abauus, abauia, infra abnepos, abneptis. Ex obliquo fratris & fororis nepos, neptis, frater patruelis, foror patruelis, i. patrui filius, filia, consobrinus, consobrina: idest, auunculi & materteræ filius, filia: amitinus, amitina, i. amitæ filius, filia, itemque consobrini, qui ex duab. sororibus nascuntur, quibus accrescit patruus magnus, amita magna, idest, aui paterni frater & soror, auunculus magnus, matertera magna, idest, auiæ tam paternæ, quam maternæ frater & soror.

¶ Quinto gradu veniunt, supra quidem atauus, atauia: infra atnepos, atneptis. Ex obliquo fratris & fororis pronepos, proneptis, fratris patruelis, fororis patruelis, amitini, amitinæ, consobrini, consobrinæ filius, filia, propior cōsobrinus, † propior consobrina, † idest patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ filius, filia, his accrescunt propatrus, proamita.

† al. sobrinus
† al. sobrina.

Anianus interpres.

¶ Hi sunt proaui paterni, frater & soror, pro auunculus, promatertera.

¶ Hi sunt proauiæ paternæ, maternæq; frater & soror, proauique materni. (Hæc species nec alijs gradibus, quam scripta est, nec alijs vocabulis declarari potest.)

¶ Sexto gradu veniunt, supra tritauus, tritauia: infra trinepos, trineptis. Ex obliquo fratris & sororis abnepos abneptis, fratris patruelis, sororis patruelis, amitini, amitinæ, consobrini, consobrinæ nepos, neptis, patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ nepos, neptis, idest propioris sobrini filius, filia, qui consobrini appellantur. Quibus ex latere accrescunt, propatrui: proamitæ, proauunculi, promaterteræ filius, filia, abpatruus, abamita. (Hi sunt abaui paterni frater & soror) abauunculus, abmatertera.

¶ Hi sunt abauiæ paternæ, maternæque frater, & soror, abauique materni.

¶ (Hæc quoque explanari amplius non potest, quam vt auctor ipse disseruit.)

¶ Septimo gradu, qui sunt cognati recta linea supra, infraque proprijs nominibus nō appellantur, sed ex transuersa linea continentur fratris, sororisque atnepos, atneptis, consobrini filij, filiæque.

Ania

¶ Successionis idcirco gradus septem constituti sunt, qui vlterius per rerum naturam nec nomina inueniri, † nec vita succedentib. prorogari potest: (In his septem gradibus omnia propinquitatum nomina continentur: vltra quos nec affinitas inueniri, nec successio potest amplius propagari.

Anian
† Ide
in l.i
cari.c
de i i
& ple
Imo.
vero.
ro.ff.
& glo
pen. i
gra.


¶ *Caput hoc recitatum etiam ab Hugone, & collectoribus extat in libro sententiarū Pauli, additis non vno in loco verbis Aniani interpretis. Pleraq; tamen habentur etiam apud Isidorum lib.9.c.5.*

a ¶ Idest, aut frater.] *Hæc vsque ad ver.* Qui & ipsi. *non sunt loco indicato, sed tantum apud collectores.*

De gradibus consanguinitatis, vel affinitatis, quot sint, quomodo computandi, quibus etiā appellentur nominibus, auctoritate Isidori, atque Gregorij, & Alexandri sufficienter monstratum est.

A R

Non gignunt dextros qui stant in parte sinistra:
Læua dat vxores, dat tibi dextra mares.



FIGVRA Arborea licet ad septimum deberet gradum protendi, cum usque ad eum secundum decreta sit prohibitio cõiugalis. 35.q.3.c.de affinitate. & extra de clan. desspon.c. cum inhibitio. tamen quia per iura noua ipsa coniugalis prohibitio est in tribus postremis gradibus reuocata, ut d.cap. cum inhibitio. & de consang. & affin.c. non debet. ideo usque ad quartam duntaxat figuram hanc duximus extendendam. Nec id ipsum gra duum cognitionem quoquo pacto impedit. Qui enim duorum, aut trium computationem agnouerit, illam etiam usque in gradum centesimum, & eo amplius si opus sit, deducere poterit.

Quam aptissime hæc imprimatur, tum consanguinitatis tum affinitatis arbor, iudicet qui hanc huiusce causæ tri gesimæ quintæ canones & legit, & intelligit.

Consanguinitas est attinentia personarum ex eo pro ueniens, quod una descendit ab altera, uel ambæ ab eadem. Vel est uinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum. Et dicitur a con, quod est simul, uel unitum, & sanguine, quasi sanguinis unitas.

Linea est collectio personarum ab eodem stipite descendentium gradus continens, & numeros distinguẽs, & est triplex, s. graduum descendentium, ascendentium, & collateralium.

Gradus est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quota agnationis, uel cognationis distantia duæ personæ inter se differunt. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum scalarum, vel locorum procliuium, quia gradimur de proximo in proximum.

CONSANGVINITAS PER tres regulas declaratur.

PRIMa regula magistralis pro linea recta. Ascendentium & descendentium quot sunt personæ de quibus quæritur, computatis intermedijs vna dempta, tot sunt gradus inter eas. Si igitur vis scire quantũ distat abauus a Petrucio (Petrucium esse fingimus in cellula vbi est facies) vtroque computato & intermedijs, quinque sunt personæ, deme vnã, quattuor sunt gradus, & sic de alijs.

¶ Pro linea collaterali duæ sunt regulæ.

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat a communi stipite, toto distant inter se, vel sibi attinent. Exemplum pone. Cum facis abauum stipitem inter P. & pronepotem propatrui (nam illi sunt in linea æquali.) quilibet distat a stipite quarto gradu, ergo inter se quarto. De computatione tantummodo canonica loquor.

¶ Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior distat a communi stipite, toto distant inter se. Exẽplum pone faciendo abauum stipitem. P. & filius propatrui sunt in linea inæquali. Computemus ergo a remotiori, s. a P. sed P. distat a stipite quarto gradu, ergo a filio propatrui quarto. Semper intellige secundum canones.

Pro arbore consanguinitatis secundum computationem ciuilem dantur tales regulæ.

PRIMA. In linea recta ascendentium, & descendentium quot sunt personæ, de quibus quæritur, computatis intermedijs vna dempta, tot sunt gradus inter eas.

¶ Pro linea collaterali.

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat a communi stipite, toto duplicato distant inter se, uel sibi attinent. Nam secundum leges quælibet persona gradum facit in collateralibus. Computatio. Legislatorum & ... Decretistarum.

¶ Collateralium ... quot sunt personæ sti pite dempto ... Ad ampliorem optas enucleationem ... Ioannis Andreæ declarationem.



CIRCA Lecturam Arboris diuersis olim diuersimodum modum tenentibus, Ioãnes de Deo Hispanus post illos lecture ipsius arboris nouum modum assumens, per suas metricas regulas ipsius intellectum visus fuit aperire, sed propter multitudinem regularum, & versuum obscuritatem, aliquibus notum ignotum, alijs ignotum ignotius reddidit. Attendens igitur ego Ioan. And. inter decretorum doctores minimus & indignus, inuentionem arboris ex eo fuisse, ut habentibus materiam consanguinitatis, & affinitatis ignotam, nota, & habentibus notam ex oculorum inspectione notissima fieret, antiquorum scripta reuolui, & (prout expedire credidi) compilaui.

¶ Primo quærens ad utramque arborem ad quid fuerit inuentio arboris necessaria: Secundo an sit authentica. Tertio, ad quid in volumine decretalium repetita, quæ olim fuerat in decretis.

¶ Primæ quæstionis ex superius dictis patet solutio. Pro batio enim ad oculos alias vincit. inst. de gradi. §. agna tionis. 27. q. 1. nec aliqua. Ex ostensione enim facti quædam melius percipiuntur, quam elocutione, extra de dona. Apostolicæ. ver. si. Hinc est, quod agrorum mensio subijcitur oculis. 16. q. 3. inter de præscrip. quia ind... te. C. fi. reg. l. 3. Ventris inspectio: an mulier sit prægnãs. ff. de vent. inspi. l. 1. in prin. Locorum pudicitiæ inuesti gatio, an mulier sit virgo. extra de proba. proposuisti. an arcta, de frig. & male. fraternitatis, uel aliter impedita, eo. tit. ex litteris. Iniuria an sit atrox æstimatio. ff. de fer. l. 2. Et litteræ Papales an sint ueræ uel falsæ. de crimi. fal. licet. — Oculis ... ta subijci tur.

¶ Ad secundum dic, quod arbor authentica est, quod pa tet ex canonibus Isidori, & Alexandri, 35. q. 5. c. 1. 2. & vltimo.

¶ Ad tertium dic, quod quia in decretis de consanguinitate, & affinitate tractatur, vtile fuit ibi arborem ponere, & quia in decretalibus est idẽ tractatus, & in hoc volumine utile fuit repetere, ex ... maxime, quia nemini uenit in dubium, id satis esse ualidum satisque famosum, quod repetita lectio probat. C. de emend. iu. co. l. vna. ... quia antiquæ ... materiam il lam multam ... correct... expedire ... secun dum statum iurium nouorum antiquam arborem deci dere.

DEinde ad arborem consanguinitatis specialiter descendamus Et primo quæritur quid sit consanguinitas, & vnde dicatur, quid linea, quid gradus. Secundo quæritur, quomodo arbor formetur, & quare sic formetur, & quare sic punctetur, & interseremus regulas per quas cognoscuntur gradus. Demum ponemus quædam notanda, & quasdam questiones.

¶ Ad primum dico, quod consanguinitas est attinentiã personarum ex eo prouenient, quia una descendit ab altera, vel ambæ ab eadem. Vel est uinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum, quod satis est idem. Dicitur autem consanguinitas quasi sanguinis vnitas, a con & sanguine, q. a de communi sanguine descendit. Et quo ad probationem coniugij non distinguo, an tales consanguinei sint producti ex vxorio coitu, uel ex fornicario, quod est expres sum. ext. de prob. per tuas. — Consang... nitatis d... nitio.

¶ Linea uero est collectio personarum ab eodem stipite descendentiũ gradus continens, & numeros distinguẽs. Et est triplex linea, s. graduum descendentiũ, ascendentium, & collateralium, ut inf. patebit, & ff. de gradi. l. 1. & l. Iurisconsultus. — Lineæ d... nitio & multipli tas.

¶ Gradus est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quota agnationis uel cognationis distãtia duę personæ inter se differunt. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum scalarum, vel locorum procliuium, quia ita gradimur de proximo in proximum, ff. de gradi. l. iurisconsultus. §. gradus. — Gradus ... scriptio.

¶ Formatur autem sic arbor. Primo vide cellulas ascendentium, secundo descendentium, demum collateralium — Arboris sanguini tis forma...

lium. Ascende super cellulam vacuam, quæ remansit ideo vacua, quia non potuit nomen proprium habere, cum aliæ cellulę [exceptis his, quæ per genitiuum nominantur] sumant nomen ab ipsa. Quo enim possemus illam cellulam nominare, quam dicimus filium patris, & fratrem, fratris, patrem filij, & sic de singulis: & eam alij uocant Ioachim, alij Protheam, alij truncum. nos autem a nomine bidelli nostri uocemus eam P truncium. Et scire debes, quod eo intentione hæ cellulæ mediæ ascendentium, & descendentium diuiderentur directe per medium. vt latere dextro illarum cellularum ponerentur nomina marium, vt abauus, proauus, & a latere sinistro nomina mulierum, vt abauia, proauia, &c. quia positi a latere dextro descendunt a maribus, & econuerso. Supra cellulam uacuam est cellula hæc continens pater, mater, & vnum punctum supra, & unum infr. Supra illam est cellula auus, auia, cõtinens duo pũcta supra, & duo infr. Supra illam est cellula proauus, proauia continens tria puncta supra, & tria infra. Supra illa est cellula abauus, abauia, habens quattuor supra, & quattuor infra. Descendendo sub cellula vacua est cellula habens filium & filiam. & habet unum punctum supra, & unum infra. Sub illa habens nepotem & neptem, & duo puncta supra, & duo inf. Sub illa pronepotem & pronepotem, & tria puncta supra, & tria inf. Sub illa abnepotem, & abneptem & quattuor pũcta supra, & quattuor infra.

anoni- est ex- tius ci

¶ Antequam ad collaterales transeamus, scire debes quod punctorum numeratio est numeratio graduum habito respectu ad cellulam uacuam, & puncti superiores denotant computationem secundum ius canonicum, puncti inferiores secundum ius ciuile, &c. Ponitur autem computatio canonica in superiori parte cellularum: ciuilis vero in inferiori, ut detur intelligi excellentia iuris canonici ad ciuile, & maxime quo ad hunc casum, quo instruimur in matrimonijs, quæ licite contrahi possint necne: & cum matrimonium sit sacramentum ecclesiæ, in eo præcipue lex minor est canone extra de secun. nup. c. vlt. & pen. Vides autem ex punctatione prædicta, quod in computatione ascendentium & descendentiũ concordat vtrumque ius, quia in eis semper persona addita personæ per carnis propagationem gradum adijcit.

læ li- nectæ.

¶ Ad inueniendum autem gradus inter eos secundum vtrũque ius, tolle hanc magistralem regulam. Ascendentium & descendẽtiũ quot sunt personæ de quibus quæritur, computatis inter medijs vna dempta, tot sunt gradus inter eas. Si igitur vis scire quantum distat abauus a Petrucio, vtroque cõputato & intermedijs, quinque sunt personæ, de me unam, quattuor sunt gradus. Idem dico de ipso v. ad abnepotem. quia eo modo erit reperiri quinque personas, & sic quattuor sunt gradus. Si uelis scire quot distet abauus P. ab nepote P. inuenies ibi nouem personas computato P. & sic octo erunt gradus. Scias autem quod iste P. non habet totam suam computationẽ in arbore. Scias.n. quod quilibet habet duos parentes, quattuor auos: octo proauos: sedecim abauos, & sic semper ascendentes duplicãtur. Vnde impossibile fuisset tot personas in arbore scribere.

niugalis ibitio ĩ linea pertua.

¶ Quæro an inter ascendentes & descendẽtes prohibitio copulæ coniugalis extendatur quartum gradum? Et dicit Goff. in sum. de consangui. & affinit. §. item quantum, quod non, per decretalem debet. eod. tit. quæ generaliter loquitur. Alij communiter contradicentes inter ascendentes & descendentes perpetuam esse prohibitionem dicunt. & quod de quarto gradu dicitur, in collateralibus locum habet. ad hoc 35. q. 6. progeniem, & duobus capitulis sequent. in quibus dicitur, quod olim non solum vsque ad secundum gradum, sed etiam in quantum notitia erat parentelæ, extendebatur prohibitio. Ex quo ergo certum est alterum descendentem & alterum ascẽdentem perdere prohibitio. l idem insti. de nup. §. I. ff. de titu nup. l. nuptiæ & hoc uerum puto.

ula col- ralium.

¶ Ad collaterales transeamus, & ad fratrẽ & sororem, & causa breuitatis prosequendi solum partem mediam arboris ad modum vexilli, qua intellecta reliqua intelligitur: quod per se patet, dicamus de fratre & descendentibus. Sub cellula fratris, fratris filius filia, ex illa fratris nepos neptis: ex illa fratris pronepos proneptis, & frater P. est cum P. in primo gradu secundum canones, in secundo secundum leges. Eius filius in secundo secundum canones: in tertio secundum leges. Nepos in tertio secundum canones, in quarto secundum leges. Fratris pronepos est ipsi P. in quarto secundum canones: in quinto secundum leges: & sic debet esse vtraque punctatio, & isti sunt collaterales ad P. Et nunc de cellula patris fecimus stipitem. Fac consequenter stipitẽ de auo: ex eo patruus amitinus: ex illa frater patruelis & amitinus, soror patruelis & amita: ex illa horum filius filia: ex illa horum nepos neptis. Patruus est P. secundo gradu, frater patruelis etiam secundo gradu: filius in tertio, nepos in quarto secundum canones. Per leges autem patruus in tertio, frater patruelis in quarto, filius in quinto, nepos in sexto: & sic debet esse vtraque punctatio. Postea fac proauum stipitem, & habet hos patruum magnum, amitam magnam, auum & auiam, auunculum magnum, & materteram magnam. illos non prosequimur. Ex cellula patrui magni propior sobrinus, propior sobrina, ex illa horum filius filia, ex illa eorundem nepos neptis. Et quia P. distat a proauo quem nunc feci stipitem, tertio gradu, ergo a patruo tertio, & a propiori sobrino tertio, & a filio tertio, & a nepote qui exit lineam æqualitatis, quarto secundum canones. Secundum leges vero distat P. a patruo magno quarto, a propiori sobrino quinto, & a filio sexto, a nepote septimo, & sic debet esse utraque punctatio. Modo fac abauum stipitem cum tribus filijs. scilicet, propatruo, proauo & proauunculo, de proauunculo non prosequor. Ex cellula propatrui oritur cellula horum filius filia, ex illa horum nepos neptis, ex illa eorundem pronepos proneptis. Isti omnes sunt cum P. in quarto gradu, quia P. distat a stipite in quarto gradu, & ex illa linea nullus exit lineam æqualitatis, ergo omnes distant quarto. Secundum leges propatruus distat v. filius vj. nepos vij. pronepos viij. & sic debet esse utraque punctatio.

¶ Nunc videndum est, quibus regulis gradus illorum collateralium cognoscantur. Collateralium æqualis lineæ vnam trado regulam secundum canones. — Regula canonica pro collateralib. in linea æquali.

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat a cõi stipite, toto distant inter se, vel sibi attinent, hoc secundum canones. Exemplum pone, quando facis abauum stipitem inter v. & pronepotem propatrui: nam quia illi sunt in linea æquali, quilibet distat à stipite quarto gradu, ergo inter se quarto.

¶ Secundum leges vero aliter est, & sic dicimus regulam. Collaterarium in linea æquali quoto gradu quis distat a cõi stipite: toto duplicato distant inter se, uel sibi attinent. Vides ergo ex superius dictis, & ex punctatione, quod prædicti P. & pronepos propatrui distant octo. Et insurgit illa diuersitas, quia secundum leges quælibet persona gradum facit in collateralibus. Vnde duo fratres faciunt duos gradus: secundum canones uero duę personæ faciunt unum gradum. Vnde (ut patet in cellula fratris) frater est cum P. in primo gradum secundum canones, in secundo secundum leges, sed computatio eorum ob aliud fit, quam nostra. 35. q. 5. c. 2. Bene ergo dicitur secundum leges, quod in æquali linea collateraliũ siue linea sit paris numeri, siue disparis, non est reperire disparem gradum. unde in linea paris numeri secunda, uel iiij. disparis numeri. vel iij. In prima ij. gradus, in secunda 4. in tertia 6. in quarta 8. quod non est secũdum canones, quia in æquali linea disparis numeri habemus disparem gradum, quia in prima primum, in tertia tertium, in quinta quintum: & sic de singulis. — Regula ciuilis pro collateralibus in linea ęquali.

¶ Nunc restat uidere de collateralib in linea inæquali, de quibus traditur talis regula secũdum canones Collateralium in linea inæqual. quoto gradu remotior distat a communi stipite: toto distant inter se. Exemplum pone faciendo abauum stipitem P. & filius propatrui — Regula canonica in linea inæquali.

sunt

sunt in linea inæquali. computemus ergo a remotiori. s. a P. sed P. distat a stipite quarto gradu: ergo a filio, propatrui iiij. & idem in descendentibus usque ad lineam æqualitatis: & hoc est quod dicimus, ꝙ persona addita personæ usque ad lineam æqualitatis nõ crescit gradus quia propatruus, filius, eius nepos, & pronepos omnes distant iiij. gradu a P. Sed aliter secundum leges, secundum quas talem regulam tradimus.

Regula ciuilis in linea inæqualis.

¶ Collateralium in linea inequali quot sunt personę [stipite dempto] tot sunt gradus. unde P. a stipite distat iiij. a ꝓpatruo v. a filio vj. a nepote vij. a ꝓnepote viij. & sic quælibet persona facit gradum. Vides ex supradictis quod P. non potest contrahere cum aliqua de ardore. Distat. n. a summo, s. ab auo: ab imo, s. a nepote: ab extremis collateralium, ab omnibus his quarto: a medijs citeriori: per quod satis patet, ꝙ cum nullo potest cõtrahere. Sed si extremus in collateralibus: ut puta si pronepos propatrui, uel pronèpos fratris, procrearet filiã, posset P. cum illa contrahere. Licet autem contrahatur in quinto gradu, remanet tamẽ consanguinitas: prohibitio enim, quæ per ius positiuũ processerat, potuit tolli. Sed naturalia sunt immutabilia. 5. dist. in princ.


¶ Scire debes, ꝙ communiter dicunt doctores, ꝙ abauus & proauus & auus sunt bigami, dicentes, ꝙ si non essent bigami, non possent filij eorum coniũgi, cum essent fratres: sed de hoc nõ multum curo: quia eadem ratione sic esset de alijs cellulis duplicibus, ꝙ personę earum essent bigami. unde fingamus perinde ac si in qualibet duplici cellula haberemus quattuor personas, ac si diceretur propatruus & vxor, proamita, & maritus, vnde duplicatio posita fuit, ut nomina demonstraret in vtroque sexu, non ut eos coniuges denotaret. Sciendum est etiã, quod in collateralibus æqualis lineæ bene sequitur ista regula affirmando & negando. Ego & tu sumus consanguinei in linea æquali, & ego possum accipere filiam tuam, ergo tu meam. Et negatiue, Ego nõ possum accipere filiam tuam, ergo nec tu meam. Affirmatiua ꝓcedit in linea æquali quarti gradus. Negatiua ĩ tertio vel citeriori. Sed in linea inæquali hoc non procedit affirmando, uel negando: quia si unus est in quarto, alter in tertio uel citeriori. qui est in tertio vel citeriori, potest contrahere cum filia eius, qui est in quarto gradu, & non econuerso. Vide propatruus huius filius & nepos contrahere possunt cum filia P. sed non econuerso.

¶ Demum quæritur, an collaterales, quorum unus est in quinto, & alter in primo. puta filia P. & propatruus possint ad inuicem contrahere? Dicit Hostien. ꝙ non. & hoc no. extra eod. quod dilectio. & c. tua. in summa huius tit. de consan. §. nunquid in v. & j. quod per sua argumenta nititur probare sic, scilicet pater & filius una persona censentur. C. de impu. & alijs sub. l. vlt. Sicut ergo nõ contrahitur cum stipite, sic nec cum filijs stipitis bene facit prædicta decre. tua. ubi fratres uidentur poni ꝓ stipite. Contrarium tenet Bern. quod colligitur ex gloss. quam ponit sup. eod. tit. cap. ult. & Ra. & Ioan. de Deo; & hoc est uerissimum, quod probant verba regulæ positæ sup. eod. cap. ult. dum dicit ibi: descendentium ab eodem. sed certum est, quod propatruus descendit a stipite. Præterea aut dicis, ꝙ est inter eos prohibitio ascẽdentium, & descendentium, aut collateralium: de primo patet negando, quod certum est filium P. nõ descendisse a propatruo. Est ergo prohibitio collateralium: sed certũ est, quod isti distant quinto. quid igitur impediat istos collaterales contrahere, non video. Ioannes Andr.

Quæ tabu[la]

ARBOR

Multa dies, variusque labos huiusce parauit
Artis notitiam, quæ modo clara patet.



AFFINITATIS

DECLARATIO.

AFFINITAS secundum canones est personarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. Et dicitur affinitas quasi duorum ad vnum finem vnitas, eo quod duæ cognationes diuersæ per nuptias secundum leges, vel per coitum secundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, ut ff. de gradibus cognationis lege, non facile. §. affines.

¶ Scias autem, quod affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua persona, qua mediante contrahitur. 35. q. 10. fraternitatis.

¶ Per carnalem copulam viri, & mulieris inter consanguineos mulieris & virum, & inter consanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis eiusdem gradus, cuius est consanguinitas. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem, si vis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, vide quoto gradu est tibi consanguineus tuus, & quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis, & semper in primo genere. Dictum est in regula viri & mulieris, & non viri & vxoris, quia secũdum canones etiam per coitum fornicarium & incestuosum contrahitur affinitas. patet de eo qui cogn. consan. vxoris suæ, c. discretionem. & c. pœn. inter consanguineos mulieris & virum, & cõsanguineos viri & mulierem, ideo dicitur: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos uiri, & consanguineos mulieris nulla est affinitas. Vnde duos fratres contrahunt cum duabus sororibus, pater & filius cum matre & filia. sed est affinitas inter consanguineos mulieris & ipsum virum, & consanguineos uiri & ipsam mulierem. de consanguinitate & affinitate. quod su per his.

REGVLA. Quotiescumque inter vnam personarum de quibus quæritur, & coniugem alterius non est uel non fuit consanguinitas intra quartum gradum inclusiue, nulla est prohibitio, ut inter me & coniugem nepotis mei, non potest esse matrimonium, quia nepos meus est mihi consanguineus intra quartum gradum.

ALIVD EXEMPLVM. Soror mea habuit maritum, ea mortua maritus eius aliam accepit, quo defuncto potero contrahere cum eius relicta: quia inter me & illam relictam nulla est, nec fuit consanguinitas.



D ARBOREM affinitatis, & eius materiam transeamus. Et primo videndum est quid sit affinitas, & vnde dicatur, & quo modo ipsius genera insurgant, & gradus computentur. deinde arborem formemus. Ponemus postea quædam notabilia, & quasdam quæstiones.

Affinitatis definitio. Est autem affinitas personarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela, hoc secundum canones; sed secundum leges est proximitas proueniens ex nuptijs, & requiritur secundum leges, quod legitimæ sint nuptiæ, non interdictæ, vt contrahatur affinitas. ff. de gradi. l. non facile. §. sciendum. Et dicitur affinitas quasi duorum ad vnum finem vnitas, eo quod duæ cognationes diuersæ per nuptias secundum leges, vel per coitum secundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt in ead. l. §. affines.

Affini[...] coitu[...] rium [...] hitur. Sed quod per fornicarium coitum, & incestuosum secundum nos cõtrahatur affinitas, patet de eo qui cog. consang. vxo. suæ, c. discretionẽ, & eo. tit. c pen. Sed consideratio legis fuit circa hæreditates & tutelas deferẽdas, & ne quis cogatur aduersus affinem testimonium dicere, ff. de gradi. l. iurisconsultus, in prin. c. & ff. de testi l. 3. & 4. q. 3. §. itẽ in criminali. versi. item lege Iulia. Sed canon quo ad matrimonia prohibenda considerauit vnionem carnis, quæ insurgit ex copula. Et est videre secundum hoc, quod concurrere potest attinentia consanguinitatis & affinitatis, vt si quis cognoscat consanguineam suam, omnes consanguinei vtriusque sunt vtrique affines. Scias autem quod affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua persona, qua mediãte contrahitur 35. q. 10. fraternitatis. Nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria, quæ fit extra claustra pudoris. 35. q. 3. extraordinaria. & adde quod ibi no.

Et insurgit affinitas ex coitu interdum cum publica honestate, interdum sine, & publica honestas interdũ sine affin. vt si cognosco vxorem vel sponsam, hic impedimentũ est publicæ honestatis, & affinit. si cognosco non sponsam, hic affinitas sola est, si spõsam nondum cognoui, ibi sola publica honestas. Hoc dico, quia si mortua est vxor tua, & vis contrahere de dispensatione ecclesiæ cum consanguinea sua, & ecclesia dispensat, quòd possis contrahere cum illa, nõ obstante quod sit tibi affinis, tali gradu per dispensationem adhuc contrahere non poteris: quia licet sublatum sit impedimentum affinitatis, non tamen sublatũ est impedimẽtũ publicæ honestatis. Debes ergo facere exprimi, quòd possis cum tali contrahere non obstãte impedimento publicæ honestatis pro eo, quod desponsasti consanguineam eius in quarto gradu, & non obstãte, quod est tibi affinis in quarto, pro eo quod dictam desponsatã carnaliter cognouisti, & tunc matrimonium procedere poterit.

Affi[...] genus regula [...] gnosc[...] Genus affinitatis cognoscitur per hanc regulam, sed non gradus. Persona addita personæ per carnis copulam mutat genus, sed non gradum. Isto modo, si is qui est mihi in secundo gradu consanguinitatis, cognoscit mulierem; illa est mihi secũdo gradu affinitatis, & primo genere, si alius eam cognoscit, ille attinet mihi secundo genere affinitatis, & secundo gradu, si ille aliã mulierem cognoscit, illa attinet mihi tertio genere affinitatis, & secundo gradu. Sed quia solum primum genus hodie habet prohibitionem, & quia B. plene tradidit extra

de consang.& affi.c.non dēt.hic circa hoc non insisto. ergo si persona mihi cōsanguinea coniungat sibi aliā personam carnali copula, persona iūcta est mihi affinis primo genere affinitatis. si attinens mihi primo genere affinitatis carnalī copula se alteri cōmisceat, illa attinet mihi secundo genere. si affinis mihi secundo genere aliquam cognoscat,illa est mihi affinis tertio genere.sed eodem gradu.Est igitur videre de gradibus.Certum est,quod affinitas non habet hodie prohibitionem nisi in primo genere,& in illo vsq; ad quartum gradum, licet affinitas non habeat suam specialem computationem graduum, sed computantur gradus affinitatis secundum gradus cōsanguinitatis. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem, si vis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi illa mulier,vide quoto est tibi consanguineus tuus ſm regulas, quas tradidi in proxima arbore, & quoto est tibi ille cōsanguineus toto mulier est tibi affinis ſp & in primo gñe.

[margin: ...finitatis ...us cōpu- ...ficut ...us cōsan ...itatis.]

¶ Nunc formemus arborē,& in medio arboris sunt quattuor cellulæ, & ī prima superiori ponitur primus gradus, in secunda secundus, in tertia tertius, in quarta quartus gradus.Et de his primo quæritur,quare ponantur in medio fratris & sororis. Secundo,quare nō exprimāt attinentiā,dicendo,primus gradus affinitatis, & sic de singulis.Ad primum dic,hoc fuisse,vt detur intelligi,quod affinitas oritur ex cōsanguinitate,& quod ab vtroque sexu virili & fęmineo affinitas contrahat. Ad secundū dic,attinentiam non fuisse expressam,vt illa computatio graduum ad consanguinitatem & affinitatē referatur.vnde soror & frater sunt in primo gradu consanguinitatis, & frater & vir sororis sunt in primo gradu affinitatis, & sic de alijs.Deinde a latere dextro dictæ lineæ ponitͬ alia linea quattuor cellulas cōtinens.In prima scribitur frater, in secunda fratris filius,in tertia fratris nepos, ī quarta fratris pronepos.Ad dorsum huius alia linea continens alias quattuor cellulas, in quarum prima scribitur vxor fratris olim relicta,in secūda vxor filij fratris, in tertia vxor nepotis fratris, in quarta vxor ꝑnepotis fratris.A latere sinistro sūt alię quattuor cellulæ,quarū prima soror, secunda sororis filia,tertia sororis neptis. quarta sororis ꝑneptis.Ad dorsum harū sunt alię quattuor,prima vir sororis olim relictus,scd'a vir filiæ sororis,tertia vir neptis sororis, quarta vir proneptis sororis.Ponuntur etiam aliæ duæ cellulę, una a latere dextero continens,relictus relictę fratris,a sinistris, relicta relicti sororis,quæ secundū oēs ponuntur ad decorem, & ad demōstrandum genera affinitatis,quæ hodie prohibitionem non habēt Adhuc habes duas lineas reflexas, quarum vna oritur in cellula fratris, & terminatur in cellula viri sororis, in qua scribitͬ primū genus affinitatis.Item alia linea reflexa,quæ oritͬ in cellula sororis,& terminatͬ in cellula vxoris fratris,in qua idem scribitur.

[margin: ...oris affi- ...is for- ...o.]

¶ Circa hoc quæro, quare in cellula,vxor fratris scribitur,olim relicta,quod nō ponitur in alijs cellulis inferioribus eiusdē lineæ. Et dic hoc factū fuisse ꝓp cellulā q̄ ponitur ad dorsū illius q.d.frater habuit vxorem,mortuo fratre vxor ab eo relicta contraxit cum alio viro,illa demū mortua iste relictus a relicta fratris vult contrahere cum sorore,nunquid potest?Olim non poterat,quia erat sibi in secundo genere, & primo gradu,hodie vero potest.Idem sit repetitum quo ad cellulam uiri sororis. Quæstio.

¶ Ad cognoscendum ergo gradus affinitatis & genus tam per formam arboris,quam ex prius dictis, tolle hanc solam regulam magistralem. Per carnalem copulam viri & mulieris inter consanguineos mulieris & virum,& inter cōsanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis, & eiusdem gradus, cuius est consanguinitas.Quare dicatur in regula, per carnalem copulam viri & mulieris, & non viri & vxoris,collige ex his,quæ in principio dixi.Inter consanguineos mulieris & virum,& consanguineos viri & mulierem, ideo dixi, quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos viri & consanguineos mulieris nulla est affinitas, vnde duo fratres contrahunt cum duabus sororibus,pater & filius cum matre & filia.Sed est affinitas inter consanguineos mulieris & ipsum uirum,& consanguineos viri & ipsam mulierē. extra de consang.& affi.quòd super his.Primi generis,quare dixerim,etiam ex superioribus patuit,& eiusdem gradus cuius est consanguinitas. vide hoc in arbore, nam frater & soror sunt in primo gradu consanguinitatis, maritus sororis est fratri ī primo gradu affinitatis, & sic vxor fratris sorori, & sic filia sororis est filio fratris, & ipsi fratri in scd'o gradu consanguinitatis,maritus eius in scd'o gradu affinitatis,& ecōuerso,& sic in reliquis.Vnde vir proneptis sororis attinet fratri & oīb.descendētibus,q sunt ī arbore quarto gradu affinitatis.& hoc iō, q̄a toto gradu cōsanguinitatis attinet ꝑdictis ipsa ꝑneptis. Qui sūt in arbore, iō dixi, q̄a si ꝑnepos fratris haberet filiū, ille excederet lineā ęqualitatis,& sic attinet q̄nto gradu,ſm regulas traditas in proxima arbore. Regula magistralis grad⁹ affinitatis & genus manifesta.

Affinitas per notabilia declaratur.

¶ Post hoc notandum est, illud præcise non sequitur. ego & tu sumus affines, ergo filius, quem procreo, est tibi affinis. Nam interdum filius meus mutat genus attinentię, quia ego sum tibi affinis, & ipse consanguineus interdum nihil attinet tibi, interdum mutat gradum, interdum nec mutat genus, nec gradum. Exemplum, si ego & tu sumus affines per appositionem mei, quia s. contraxi cum consanguinea tua, si ex dicta consanguinea tua filiũ procreo, ille est tibi cõsanguineus, non affinis; sed si ego maritus consanguineæ tuæ ex alia muliere filium procreo, ille nec est tibi consanguineus, nec affinis. Si vero tu consanguineus vxoris meæ filium procreas, hic filius nõ mutat genus attinentiæ; quia tu pater es mihi affinis, & ipse affinis, sed si tu & vxor mea eratis inæquali linea, vel inæquali, & eras remotior, quia tu eras in tertio, ipsa in secundo vel primo, tunc ipse filius mutat gradum, quia tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis, & ipse mihi in quarto. Si vero tu & vxor mea eratis consanguinei in linea inæquali, sed vxor mea erat remotior, vt quia ipsa in tertio, & tu in secundo, tunc filius tuus non mutat genus nec gradum, quia tu mihi affinis, & ipse affinis, tu in tertio gradu, & ipse in tertio gradu. Item nota, quod istud etiam nõ sequitur, ego & tu sumus affines, & ego non possum accipere filiam tuam, ergo nec tu meam, quia si habeam consanguineam tuam in vxorem, tu bene potes contrahere cum filia mea, quam habui ex alia muliere quia affinitas non cõtrahitur inter consanguineos uiri, & consanguineos mulieris, sed inter virum & consanguineos mulieris, & inter mulierem & consanguineos viri, vt dixi, & probatur extra de consang. & affinit. quod super his. Sed ego non possum cõtrahere cum filia tua, nisi forsan illa excederet quartum gradum, vt quia esset in quinto. & est simile secũdum quod dixi supra in proxima arbore circa finem.

Affinitatis prohibitio inter ascendentes & descendentes est perpetua.

¶ Nunc quæritur an affinitas inter ascendentes & descendentes habeat perpetuam prohibitionem, an extendatur tantum vsq; ad quartum gradum? Et si teneremus opin. Gofre. de qua dixi supra in arbore proxima circa medium, diceremus quod vsque ad quartum gradum tantum. Sed tenẽdo contrariam opinionem dicemus, quod prohibitio sit perpetua. Dicit enim textus, quod ita abstinere debemus a consanguineis vxoris, ut a proprijs extra de consangui. & affi. cap. 1. 35. q. 3. de propinquis. & c. æqualiter. Si ergo inter consanguineos ascendentes, & descendentes prohibitio extenditur in infinitum: ergo inter affines ad idem. inst. de nupt. §. affinitatis. & dicit lex, quod tales affines ascendentes, & descendentes habentur loco parentum, & liberorũ, ff. de gradi l. non facile, §. & retro. in fin. Eodem modo posset formari quæstio de affinib. quorũ vnus est in primo gradu, alter in quinto, sicut in consanguineis dixi supra in arbore proximo, in fi. An autem liceat diuersis tẽporib. habere in vxores duas cognatas, s. vxores duorum fratrum, & an coniuncti olim in gradu prohibito hodie permisso simul manere possint, de hoc vide not. extra de consang. & affinit. cap. non debet.

Consan[...] nei, & [...] nes qu[...] proh. [...] coniun[...]

¶ Vltimo quæritur ad vtramque arborem, an prohibitio consanguineorum, vel affinium coniungendorum procedat ex prohibitione diuina, an ex humana, & quare facta fuit prohibitio. Breuiter scias quod olim propter necessitatem frater necessario habuit contrahere cum sorore, & consanguinei cum consanguineis, vnde tunc in collateralibus non erat prohibitio. hoc fuit a principio generis humani in filijs, & nepotib. Adę. hoc etiam fuit post diluuium in nepotibus Noe. In Leuitico vero prohibitæ fuerunt fere duodecim personę, quas vide not. ext. de restit. spoli. a. litteras. & de diuor. cap. gaudemus. Demum ius positiuum canonicum prohibuit consanguineos & affines primi generis coniungi in septimo gradu & citeriori, quæ prohibitio postea vsque ad quartum gradum est restricta extra eo. non debet. reuocatis etiam quibusdam alijs prohibitionibus, vt patet. Reuocatio vero fuit ex causa, quæ ibi ponitur, & ext. de testi. c. licet ex quadam. per quod patet, quod prohibitio partim procedit ex iure diuino, & partim ex positiuo. Vnde in secundo gradu æqualis lineæ collaterales contrahere possunt iure diuino, sed non positiuo. Ratio vero prohibitionis sumitur 35. q. 1. §. 1. c. 1. fuit enim propter charitatem ampliandam. Nam si contraherem cum sorore, idem esset pater & socer, mater & socrus, vir & frater, &c. Sed si alium habeo patrem, alium socerum, numerosius se charitas protenderet, in qua vniuersi fideles, & præcipue studentes continue perseuerent per gratiam eius, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Rõ pr[...] tionis [...] monio[...] ter alic[...] sonas d[...] positiu[...]

Nunc

NVnc quæritur.] Hæc quæstio diuiditur in septem partes, in prima quarum probatur per tria cap. quod consanguinei debent computare parentelã ad coniungendũ uel separandum matrimonium, & si defuerit parentela vicini antiquio-

nem non agatur nisi ad pœnitentiã, ut ext. de ac. super his, tñ quia in hoc casu non pñt pœnitere nisi separentur, iudex ab officio suo eos separabit. 1 arg. 24. q. 3. ecce.

COnsanguineos. CASVS. Dicitur hic, quod matrimonium potius accusare debent consanguinei, quam extranei, sed ubi cõsanguinei desunt, extranei audiẽdi sunt, & si consanguinitas probetur, matrimonium separetur.

b ¶ Extraneorum.] arg. ꝙ peregrini, aduenæ, alienigenę nõ recipiantur in causa consanguinitatis, & quod propinqui cæteris personis præferantur, si contradixerint quod est uerũ, ut extra qui mat. accu. poss. videtur.

c ¶ Nullus. Nisi deficiente parentela. ut hic in fine.

d ¶ Accuset. Improprie secundum H. argu. C. de inoffi. test. parentibus, ubi ponitur accusare pro agere. Et nota quod causa matrimonialis nõ est criminalis, nec ciuilis, etiã ubi de crimine agitur in foro ecclesiastico, sed mista. ext. de proc. tuæ.

e ¶ Vel consanguinitatem in synodo cõputet, &c.]Hoc referas ad testem. Et est arg. ꝙ non põt idem accusator esse, & testis in causa criminali, quod verum est, licet quidam consentiant dicẽtes hoc speciale esse in mr̃imonio vt idem sit accusator & testis, sicut est speciale ꝙ nõ iuretur in eo de calumnia, cum sit quæstio spũalis exr. de iuramẽto calum. literas. & ꝙ cõsanguinei admittuntur, & quod nõ omnino ibi obseruatur ordo iudiciarius extra, ut lit. non contest. ad hoc Deus, & quod valet testimonium de auditu infra ca. de parentela, & ꝙ post publicationem attestationum testes possunt induci extra de test. series. & c. licet.

1 Ad hoc facit quod no. sup. 2. q. 1. peccauerit. frater. in 1. glo. in fi. Archid.

Matrimonialis causa est mista.

Accusator. & testis idẽ esse non põt in causa criminali.

QVAESTIO VI.

ps 1 *NVnc quæritur,[a] quibus accusantibus, vel testificantibus consanguineorum coniunctio dirimenda sit.*

De his ita decreuit Fabianus Papa.

¶Consanguinei tantum, vel, si progenies defecerit, antiqui & veraces propinquitatem in synodo computent. Cap. I.

Sent. 4. dist. 41.
Poly. l. 6. tit. 4.
Ans. l. 10. c. 60.
Burch. l. 7. c. 21.
Iuo p. 9. c. 57.
Pann. l. 7. c. 84.

COnsanguineos extraneorũ [b] nullus [c] accuset, [d] vel cõsanguinitatem in synodo computet, [e] sed propinqui, [f] ad quorum notitiã [g] pertinet, idest pater, mater, frater, soror, patruus, auunculus, amita, matertera, & eorum procreatio. Si autem progenies tota defecerit, [h] ab antiquioribus, & veracioribus, quibus eadẽ propinquitas nota sit, [i] episcopus canonice perquirat, & si inuenta fuerit propinquitas separentur.

[*Cælestini Papæ decretum ecclesiæ Florentinæ missum.*]

PALEA. Cap. II.

Extra qui matrimo. accu. pos. c. uidetur.

VIdetur nobis, quod secunda, quam contra ꝓhibitionem ecclesiæ duxit, non sit vxor, etiam si primã non haberet desponsatam Nam quod contra interdictum, & ordinem ecclesiæ factum est, tanquam inordinatũ, ratum non haberi tam diuinæ, quam humanæ legis proclamat auctoritas. Quia igitũ ea, quam inordinate superduxit, prohibitione retinente, vxor non est, cogendus est eam recipere, quam iurauit, & desponsauit, & ex ea prolem genuit, vt iuramenti religio non vilipendatũ, & fides adinuicem promissa seruetur & proles in cultu Dei nutriatũ, & educetur, & alij exinde occasionem peierãdi, † & alias decipiendi assumere non valeant. Quod autem parẽtes, fratres, & cognati vtriusq; sexus in testificationem suorum ad matrimonium coniungendum, vel dirimendum admittantur, tam antiqua consuetudine, quã legibus ap-

† *al peccandi.*

tiquiores. Secunda ibi. [Ecce.]Tertia, ibi, [Hoc iuramentum.]Quarta ibi, [Ad hoc.]Quinta ibi, [Qui uero.]Sexta ibi, [Occasione.]Septima ibi,] Recepturus.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic proponitur sexta quæstio, quæ satis utilis est, & locum habet in causis de facto.

a ¶ Nunc quæritur.] Hæc qõ sexta expeditur inf. ead. c. 1. & 2. & extra qui mat. accu. pos. videtur, & extra de senten. & re iudi. tenor. nam consanguinei præferuntur extraneis ea rõne, quia melius possunt scire suam consanguinitatem cum chartis, cum testibus, cum recitatione maiorum, & alijs argumentis, hoc tñ quod dicitur de consanguineis in testimonijs admittendis, exaudi tantum cum de consanguinitate agitur: nam si super alio ageretur, non sunt admittendi nisi cum eo temperamento quod dixi 3. quæst. 5. in princ. & hoc probatur extra de testi. super eo. Item licet soli consanguinei accusare possint matrimonium, tamen quilibet potest denunciare, ut extra de cogna. spi. tua. & licet per denunciatio-

sangui-- feruntur neis qñ r matri- io est stio.

f ¶ Propinpui.] Hic præferuntur propinqui, & in accusatione adulterij. C. de adult. l. quamuis. & in interdicto de libero homine exhibendo. ff de libe. homi. exhi. l. 3. §. pen. & in accusatione de effusis & eiectis. ff. de effu. & eiect. si uero, §. cum autem.

g ¶ Notitiam. Argu. quod non sit idoneus testis in hac causa, qui non habuit notitiam consanguineorum, quos computat, si suo tempore fuerunt.

h ¶ Defecerit.] Quia non sunt uel nesciunt, uel sunt infantes.

i ¶ Nota sit.]Ante moram quæstionem. extra de consanguinita. & affin. ex litteris. 2

VIdetur.] Hoc c. fuit olim extra de matr. contract. cõtra interdict. eccl. c. 1. sed hic est Palea.

Propinqui præferuntur alijs in certis casibus.

2 Sed quãdo dr̃ nota qõ? dicit Vin. ex quo matrimonij cõtentio est, extra de off. deleg. consultationibus. argu. 22. q. 5. hoc vr̃. Arch.

NOtificamus.] **CASVS.** Quidam mortua uxore ſua duxit aliam, quæ dicebat primæ conſanguinea fuiſſe, dicitur hic quod ſi duo, uel tres de conſanguineis uiri, uel mortuæ vxoris, uel alij teſtes idonei dixerint iurati conſanguinitatem, ſeparentur. ſi uero aliqui hoc dixerint ſine iuramento, ſeparatio hæc nõ fiet, ſed indicetur eis pœnitentia: quia infamati ſunt, & forte peccauerunt.

a ¶ Defunctæ.] Mortua enim erat uxor eius, cuius conſanguineam poſtea accepiſſe dicebatur, uel affinem.

b ¶ Bonę famę.] arg. quod debent eſſe bonæ famæ teſtes in ꝓbanda conſanguinitate, ut extra de teſtib. in litteris. & extra eod. tit. licet. Sed quid ſi criminoſus ſeruus, uel infamis contraxit, nunquid poſſunt admitti ibi homines ſimilis conditionis? Vr, ꝙ ſic 2. q. 7. ſi hæretici. C. de inoffi. teſta. in arenam. Dico quod nõ, ſicut nec dico alias criminoſos teſtes cõtra criminoſum admittẽdos, nec. n. hẽt ibi locũ replicatio, ext. de exce. a nobis.

c ¶ E s. l. i. accuſatoribus. Teſtes. n. non puniũtur antequam dixerint teſtimoniũ. argu. C. de teſti. nullum. eſt tamen arg. hic pro H. quod idẽ poſſit eſſe accuſator & teſtis in huiuſmodi cauſa. 1

d ¶ Contraxerint.] Sed forte non bono zelo diffamauerunt in matrimonio, ut C. de adult. quamuis, in fine.

SI duo.] **CASVS.** Quidã contraxerunt, & erat fama cõtra eos eſſe conſanguineos. dĩ, ꝙ ſi hoc conſtiterit teſtium approbatione, uel eorum confeſſione, ſeparentur, ſi neutrum erit, ab epiſcopo adiurentur, & ſi negauerint, ſibi ſunt relinquendi, ſcientes, quod ſi aliud habent in conſcientia, in mortali peccato ſunt uſque ad ſeparationem.

e ¶ Confeſſi.] Si tamen eos conſanguineos fama publica nunciet, quæ habetur pro uno teſte, idem eſt ſi unus confitetur ſecundum Baz.

f ¶ Sicut eſt fama.] Nam ſine fama nõ ſufficeret eorum confeſſio, ut extra de eo, qui cog. conſan. uxo. ſuæ, ſuper eo licet H. dicat ſufficere ſi uterque iuret ſeptima manu 33. q. 1. requiſiſti. ſed contra cum eſt extra de eo, qui cogno. cõſang. uxo. ſuæ, ſuper eo. ubi dicitur, quod rumor. &c. Sed dici põt, ꝙ aliud eſt ubi ſe conſanguineos dicũt ut hic, aliud ubi turpitudinem allegant, ut ibi, quia nec tunc familiares teſtes admittuntur, ut extra de teſti. in litteris, uel facias unũ in eo, quod dicit, rumor, &c. quia aliud eſt, quam fama. 2. Item ſi adeſt præſumptio violenta cum fama, ſufficit, ut ext. de teſti. preterea.

Matrimoniũ ſerui, an poſſit ad teſtimonia ſeruorũ diſſolui.

1 Nõ eſt falſum ſm id, quod not. 4. q. 4. c. j. in glo. ibi, ſed no. ſ. ead. in ſum. idem ꝙ dicitur hic. Arch.

probatur. Ideo enim maxime parentes, & ſi defuerint parentes, proximiores admittuntur, quoniam vnuſquiſque ſuam genealogiam cum teſtibus, & chartis, tum etiã ex recitatione maiorum ſcire laborat. Qui enim melius recipi debent, quam illi, qui melius ſciunt, & quorum eſt intereſſe, ita vt, ſi non interfuerint, & conſenſum non adhibuerint, ſecundũ leges nullum fiat matrimonium? Quod vero legitur, (pater non recipiatur in cauſa filij, nec filius in cauſa patris) in criminalibus cauſis, & contractibus verum eſt, in matrimonio vero coniungendo, & diſiungendo, ex ipſius coniugij prærogatiua, & quia fauorabilis res eſt, congrue recipiuntur. †

ff. de teſtib. l. teſtis idoneus.

† al. admittuntur.

¶ *Hæc Palea deeſt in pleriſque vetuſtis exemplaribus. Habetur extra qui matrimoniũ accuſ. poſſ. c. 3. ex Clem. III. alias Cæleſtino Flor. epiſcopo, alias eccleſiæ Florentinæ, indeque, & ex aliquot manuſcriptis eſt emendata, verbis aliquot & additis, & ſublatis.*

Item Vrbanus Papa Richardo † Genuenſi epiſcopo.

† al. Cyriaco.

¶ Qui iureiurando propinquitatem firmare debeant. Cap. III.

Sent. 4. c. 41. Iuo p. 9. c. 33. Pann. l. 7. c. 85.

NOtificamus tibi, vt poſtquam tres, aut duo ex propinquioribus iam defunctæ [a] vxoris, eius, qui accuſatur, vel viuæ hanc propinquitatem iureiurando firmauerint, vel tres, aut duo ex antiquioribus Genuenſibus, quibus hæc propinquitas nota eſt, qui bonæ famæ, [b] & veracis teſtimonij ~~ſint, remoto amore~~, timore, pretio, & omnino malo ſtudio, ſupradicto modo conſanguinitatẽ firmauerint, ſine omni mora coniugia diſſoluatur. Quod ſi propinqui, aut extranei verbis tantum propinquitatẽ teſtantur, & iuramento probare vel noluerint, vel nequiuerint, coniugium nullatenus diſſoluatur, ſed competens eis [c] pœnitentia propter infamiam, vel peccati maculam (ſi forte in hac re contraxerint [d] aliquam) iniungatur.

Item ex concilio Vrbani Papæ habito in Apulia.

In codice peruetuſto ex Eugenio ij.

¶ Suæ confeſſioni relinquuntur, quorum inceſtum nullus iureiurando affirmat. Cap. IV.

Sent. ibidem. Iuo p. 9. c. 53.

SI duo, vel tres conſanguinitatem iureiurando firmauerint, vel ipſimet forte confeſſi [e] fuerint, coniugia diſſoluantur. Si vero neutrum contigerit, epiſcopi eos per baptiſmum, per fidem, per iudicium Chriſti in vera obedientia obteſtentur, quatenus palàm faciãt, vtrum ſe (ſicut eſt fama [f]) cõſanguineos recognoſcant: ſi negauerint ſibijpſis relinquendi ſunt: ita tamen, vt ſi aliud cõſcien-

a ¶ Ali-

a ¶ A liminibus segregatos,&c.]Sed dic segregatos quo ad sacramenta, sicut quilibet in mortali peccato existens, 1.q.1.sacerdotes.
b ¶ Atque infames.]Infamia canonica,quæ deletur per penitentiam,6.q.1.infames.
c ¶ Do-

per illud se non obligant ad aliud testes illi synodales, nisi vt nuntient episcopo, quod illicite perpetratur in parochia. Vnde ex quo nunciauerint episcopo, si noluerint quod separentur,oportet quod iterum præstent aliud sacramentum, de quo habes in ca. de parentela in quo plus est,quia debent addere de credulitate, sed testes synodales non iurāt nisi de auditu. Nec contradicit extra de test. quoties, vbi dr̄ quod de scientia debent iurare, nam illud per hoc intelligo. In illo autem cap.ab isto.ponitur sacramentum eorum, qui separantur propter consanguinitatem.
f ¶ Ab accusatore.] Hoc falsum est secūdum quosdam, imò a testibus.

Testes synodales quid iurant.

tia habeant,se a liminib.[a] ecclesiæ,a corpore,& sanguine Domini, a fidelium cōmunione nouerint segregatos atq; infames [b] effectos,donec [c] ab incesti facinore desināt.Si se episcoporum iudicio segregauerint,si iuuenes sunt, alia matrimonia contrahere non prohibeantur. [d]

a *Ecce quibus accusantibus,* [e] *vel testificantib.consanguineorum coniunctiones sunt dirimendæ.Cuiusmodi vero iuramentum ab accusatore,* [f] *sit exigendum,ex Romano ordine α habetur.Est autem huiusmodi.*

α ¶ Ordine.]*Cæteri collectores citant non* ex ordine.*sed, ex concilio Romano sub Greg.3. Ex quibus collectorib. & vetustis Gratiani exemplaribus nonnulla sunt emendata in hoc, & in sequentibus capitibus.*

Poly.l.6.tit.6. Ans.l.10.c.74. Burch.l.7.c.25. Iuo p.6.c.61. Pann.l.7.c.66.

¶ Iuramentum accusatoris. C. V.

j DE parētela illa,quam dicūt esse inter illū N.& istā eius coniugem N quidquid inde scis, & audisti [g] a tuis vicinis, aut a tuis propinquis antiquiorib. quod tu per nullum ingenium,nec propter timorem,nec propter amorem,aut per † præmium,aut per † consanguinitatem celabis epm̄ tuum,aut eius missum,cui hoc inquirere [h] iusserit, quandocumque [i] te ex hoc interrogauerit.Sic te Deus adiuuet,& istæ sanctorum reliquiæ.

† al. propter. † al. ibid.

al istud.

¶ Iuramentum testium. C. VI.

ILlud † sacramentum, [k] quod iste iurauit de illa parētela, quæ inter illum N.& eius coniugem N.computatur,quod tu illud obseruabis, inquātum sapis,aut audisti.Sic te Deus adiuuet.

Burch.l.7.c.26. Iuo p.9.c.29. Pann.l.7.c.87.

3 *Hoc iuramentum non est separationis,* [l] *sed synodale,institutum ab Euthyciano Papa.*

Ait enim.

DE parentela]CASVS. Ostenditur hic qualiter debeant iurare, qui de parentela debent testimonium ferre.
g ¶ Audisti.] Ante motā qōnem, extra de cōsang.& affin.ex litteris. ideo aūt hic admittit testimoniū de auditu, 1 q̄a difficile est q̄ aliqs sciat quousque cōsanguinitas ꝓtēditur, ff.de gra. cog. non facile. circa princ. licet hoc sit correctum per illud extr. de testi. licet.& nota,q̄ secundū q̄ G. inducit hoc c.habes quod accusator dēt iurare de ueritate dicenda, licet non de calumnia, & est argum.ad idē extra de despon. impu.

1 Adde alios casus in q̄b. admittitur, not.do. in l. si arbiter. ff. de prob.

c ¶ Donec.] Arg. q̄ infamia per penitentiam aboletur.
d ¶ Non prohibeantur.] Ratione iuuenilis ætatis, uel ipso iure si ignoranter coniuncti sunt,arg.33.q.2. inter fectores & c.in adolescentia,& 34. q.1.§.1.
ECCE. Hæc est 2.pars huius quæstionis.
e ¶ Ecce quibus accusantibus.] G. prout colligi potest ex rubricis istis, quattuor ponit genera sacramētorum. Primo ponit sacramentum accusatoris in primo cap. de parentela. Secundo ponit sacramentum synodalium testium in c. episcopus. Tertio testium in c. de parentela illa. Quarto sacramentum eorum qui separantur, in capit. ab isto. Dicunt tamen quidam G. deceptum fuisse per consuetudinem Italiæ, quæ est ut accusator debeat iurare iuxta tenorem illius c. de parentela. nam quidam dicunt, quod accusator iurare non debet, quia nec etiam de calumnia in huiusmodi causa iuratur. extra de iur. calumn. litteras, vnde utrumque capitulum de parentela, intelligitur de sacramento testium. sed de parentela primum loquitur de sacramento testium, quod dicitur esse separationis, quia per illud separantur,quorum matrimonium accusatur.In illo autem ca. episcopus, fit mentio de iuramento testium synodalium,quod non dicitur separationis, prout dicit præcedens c.quia per tale iuramentum nulli separantur,quia

Sacramentū quadruplex circa causas matrimoniales.

attestationes. admittitur autem testimonium de auditu tantum. vbi agitur de consanguinitate,alias per auditū non probaretur matrimonium, immo putaretur clandestinum.
g ¶ Et Audisti.] Arg. testimonium de auditu esse recipiendum,ut 3.quæstio.9.§.de his, 14.q.2. super. & cap. quamquam.34.q.1.non satis. hodie non,ut extra de testi.licet.
h ¶ Inquirere.] Simile extra de test.si quis testium. & hic est intellectus.
i ¶ Quandocumque.] Dum tamen ante testium publicationem,extra de test. fraternitatis.& cap. series. Vel dic quod iudex ex officio suo etiam post apertas attestationes potest inquirere a testibus, extra de consang. & affin.c.
k ILlud sacramentum.]Secundum intellectum G hoc iuramentum est testis,præmissum accusatoris, sed melius est, ut primo exprimatur forma,sub qua iurant sequentes H.
HOC IVRAMENTVM. Hæc est tertia pars qōnis.
l ¶ Non est separationis.] i. non fit separatio ad istud inter eos quorum matrimonium accusatur,nisi iterum præstetur sacramentum sequentis cap.quod aperte colligitur extra de testi.cogen.præterea.

EPiscopus.] CASVS. Dicitur hic quod episcopus de qualibet parochia septem uiros ueraces & honestos debet uocare ut iurent qdqd in parochia nouerint contingere pertinens ad correctionem episcopi, quod de hoc interrogari dicunt ueritatem episcopo, uel eius legato.

a ¶Allocutionem.] .i. prædicationem. 10.q.1.placuit.

b ¶Pignoribus.] Id est, reliquis, quibus obligatur sicut per pignora.

Accusator & iudex potest idem esse.

c ¶Amodo.] Arg. qđ sine accusatore ꝙ aliquem inducere testes potest eps, & ꝓnunciare, & ꝙ idem possit esse iudex & accusator simul. 6.q.2.si tantū.11.q.3.p̄cipue.& sup. ead.q.c.1.& 2.q.5.presbyter, si.sup.4.q.4.ca.1.& 2.contra 1.

1 Huic contrario stādū est, & quod præmittitur falsum est, nā eps nō ē accusator & iudex in hoc casus, sed vnus iuratorū accusat, & alius ītroducit testes alios. Arch.

d ¶Postmodū.] Arg. qđ in causa consanguinitatis testimoniū pōt ferre qs de his quæ recēter didicit arg. contra sup. ea. in c. tribus. & ar. extra de consang. & affinit. ex literis. sed hic postmodum nō intelligitur post motam quæstionē, qđ ibi prohibetur, sed postmodum, idest, dē cætero. & sic per æquiuocationem solue. ad hoc proxi. q. quod autem.

e ¶Synodalem.] Immo quælibet causa est synodalis indirecte, ut extra de iudi. nouit.

1 ¶Illud.] Scilicet, de parentela.

AB HOC. Hæc est quarta pars quæstionis. Io. de Fant.

g ¶Separationis.] id est, ad quod fit separatio.

in uno prędictorū graduū, se pro consanguineis habuerunt, ut extra de testi. licet 2. Sed certe testes, qui debent probare consanguinitatē, debēt incipere a principio, & sic descendere usque ad personas illas de quibus quæritur. si incipiunt a duobus fratribus, & bene probant allos

¶Synodale iuramentum. C. VII.

EPiscopus in synodo residens post congruā allocutionem [a] septem ex plebe ipsius parochiæ, vel eo amplius prout viderit expedire, maturiores, honestiores, atque veraciores viros in medium debet euocare, & allatis sanctorum pignoribus [b] vnumquemque illorum tali sacramento cōstringat. Amodo [c] in antea quidquid nosti, aut audisti, aut postmodum [d] inquisiturus es, quod contra Dei voluntatem, & rectam Christianitatem in ista parochia factum sit, aut futurum erit, si in diebus tuis euenerit, tantum vt ad tuam cognitionem quocunq; modo perueniat, si scis, aut tibi fuerit indicatum synodalem [e] causam esse, & ad ministerium episcopi pertinere, quod tu nec propter amorem, nec propter timorem, nec ꝓpter pretium, † nec propter parentelam vllatenus celes episcopum, aut eius missum, cui hoc inquirere iusserit, quādocunque te ex hoc interrogauerit. Sic te Deus adiuuet, & istæ sanctorum reliquiæ. Illud α sacramentum, ꝙ iste iurauit de synodali causa, quod tu illud ex te ita obseruabis, inquantum sapis, aut audisti, aut ab hac die in antea inquisiturus es. Sic te Deus adiuuet, &c.

Poly.l.6.tit.11. Ans.l.5.c.152. Burc.l.j.c.91.92.93.

† al præmium.

α ¶Illud.] *Burchardus legit, istud, & antea hæc uerba præponit hanc rubricam,* Iuramentum cæterorum.

4 *Ab hoc iuramento illud [f] sumptum est, principio paululum deriuato. Porro de iuramento separationis [g] Innocentius Papa II. scribit Othoni Lucensi episcopo dicens.*

¶Iuramentum illorum, qui consanguinitatem probant. Cap. VIII.

ij DE parentela illa, vnde nos consulere voluisti, pro qua ēt est ad nostram audientiam, appellatum, aliorum fratrum scripta suscepimus, qui vtique causam ipsam diuerso [h] modo narrabant. Et primo quidem tam in gradibus, quam in nominibus personarum discordasse, postmodum [i] vero in altero eorum computatores eiusdem parentelæ dicuntur conuenisse. Cæterum in huiusmodi casibus summopere consideranda est qualitas personarum, quæ aliquid contra quoslibet astruere uelint, quæ etiam iusiurandum præstare debent, ꝙ neque gratia, neque pretio, vel timore, vel odio alicuius hoc dicunt contra eos, de quibus agitur, sed potius, quæ cre-

DE parētela illa. CASVS. In quadā matrimoniali causa fuit appellatū ad Papam. Papa causam delegauit Othoni episcopo, & quibusdā aliis, testes in gradibus & in personarum nominibus primo discordauerunt, postea in altero consenserunt. iudices delegati ipsum super hoc consuluerūt. dicit Papa, quod hic considerandæ sunt testium personæ, & qualiter debeant iurare, & esse sine varietate.

Testes cōtra matrimoniū deponentes quid tenentur facere.

b ¶Diuerso. Ergo nulli erat credendum, vt 4.q.3. item qui falso. Vel loquitur hic de diuersitate testium, qui discordant, tenentur. n. testes ex utroq; latere probare cōsanguinitatem, ut extra de consan. & affin. ex litteris. & singulos gradus clare distinguere, & proprijs nominibus nominare personas omnes, uel sufficienti circumlocutione, & debent uidisse quod personæ constitutæ illos fuisse fratres, sed de patre eorum nihil probant, nec inde aliquid sciunt, & alios descendentes, probant gradus, nunquid hoc sufficit? Dico quod sit, quia de stipite non inuenimus cautum, sed tantum de lateribus vt extra de testib. series. & ipsos fratres canon quandoque ponit pro stipite supra ead.q.5.c.1.

i ¶Postmodum.] Ponamus ergo quod Petrus & Berta, qui sunt frater & soror, cōtrahunt matrimoniū, & duo testes bene probant Petrum esse filium Ioannis, sed de Berta nihil sciunt. Item alij duo probant Bertam esse filiam Ioannis, sed de Petro nihil sciunt, separabitur ne tale matrimonium? Dicunt oēs ꝙ non: 2 quia nec isti duo pro-

2 Ista ... tentia ... rentij ... quo fa... presse ... de test. ... cet. & ... no. in ... dic. & ... sniam ... Bert. & ... in præ... cet. A...

probant consanguinitatem, nec illi duo, nam aliud probant isti, & aliud illi. Sed qui hoc dicunt, cæci sunt: quia si probaui aliquem esse filium alterius, illum esse patrem istius probaui, sed in casu isto probatum est iudici, ꝙ Ioannes est pater Petri: similiter est ei probatum ꝙ Ioannes est pater Bertæ. ergo constat iudici, ꝙ idem est pater vtriusque: ergo consanguinitas est probata, & forte primi melius dicunt.

dant [a] ita verum esse, & ita se à suis antecessoribus audiuisse. In quibus omnibus non debet aliqua uarietas, vel contrarietas [b] inueniri.

5 *Qui uero separantur ab inuicem, huiusmodi iuramentum præstabunt.* †

† al. præstabant.

¶ Iuramentum separationis. Cap. IX.

Polyc. l. 6. tit. 4. Ans. l. 10. c. 75. Burc. l. 7. c. 27. Iuo p. 9. c. 63. Pann. l. 7. c. 88.

AB isto die in antea, quòd tu per nullum ingeniũ te sociabis huic tuæ consanguineæ. α N. cum qua cõtra legem, & rectam Christianitatem adulterium & incestum perpetrasti; nec in coniugio, nec in adulterio illam tibi sociabis, nec cum illa ad vnam mensam mãducabis, & bibes, aut sub vno [c] tecto manebis; nisi forte in ecclesia, aut in alio publico loco, vbi nulla mala suspicio possit esse, & ibi corã testibus idoneis pro certa necessitate pariter colloquamini; nec aliam coniugem accipies, nisi forte post peractam pœnitentiam tibi licentia [d] data fuerit ab episcopo tuo, aut eius misso. Sic te Deus adiuuet, [e] & istæ sanctorum reliquiæ.

α ¶ Consanguineæ.] *Quæ sequuntur vsque ad ver.* perpetrasti. *addita sunt ex Burchardo & Iuone, itemque alia nonnulla.*

6 *Occasione vero consanguinitatis vxorem suam dimittere, & aliam ducere non licet alicui, nisi causa primum probata fuerit.*

Vnde Alexãder Papa II. Gulielmo de Monstrolio. †

† al. Monasteriolo.

¶ Nisi coram ecclesia consanguinitate probata uxorem dimittere non licet. Cap. X.

Iuo p. 9. c. 32. Pann. l. 7. c. 82.

MVltorum relatione cognouimus, te propriam velle abijcere [f] vxorem, & adhærere alteri, prætendẽtẽ consanguinitatis occasionem. Vnde Apostolica auctoritate interdicendo mandamus tibi, vt hanc, quam nunc habes, uxorem, nullatenus præsumas dimittere, vel aliã ducere, donec episcoporum religiosorum concilium [g] causam istam examinauerit.

7 *Recepturus uero eam, quam iniuste dimisit, hoc modo iurabit.*

¶ Reconciliationis iuramentum. Cap. XI.

Polyc. ibidem. Burc. l. 9. c. 81. Iuo p. 8. c. 217. Pann. l. 7. c. 41.

AB isto die in antea istam coniugem tuam N. quam iniuste dimiseras, [h] ita tenebis, sicut per rectum maritus suam debet habere coniugem in dilectione, & debita disciplina, nec eam per ullum malum ingenium a te separabis, nec ea uiuente aliam accipies: Sic te Deus adiuuet, &c.

Quod autem unius [i] testimonio coniugia apud quosdã dirimuntur, nulla rõne ratum habetur. Cũ enim Dominus dixerit: [*Omne uerbũ [k] stabit [l] in ore duorum, vel trium testium.*] *Item cum in Ilerdensi concilio, c. 20. dicatur:* [*Omnis cõtrouersia, quæ de ecclesiasticis rebus fit,*

Deuter. 17.

a ¶ Quia credant.] sufficit, quòd iurent de credulitate: nec est cõtra, extra de testi. quoties, illud enim intelligo per hoc, & ita præstant isti duo sacramenta. Ioan. de Fant.

b ¶ Vel cõtrarietas.] Hic respondet quæstioni factæ. Ioan.

QVI VERO. Hæc est 5. pars huius quæstionis.

c AB isto die] Sub uno.] idest, loco suspecto: nam qui male agit, & c. 18. q. 2. perniciosam.

d ¶ Licentia.] Cũ sit senex. Si enim esset iuuenis, de iure communi posset contrahere, secũdum quosdam, vt not. 33. q. 2. in adolescentia.

e ¶ Deus adiuuet.] Sed clericus cum separatur a concubina sua, nõ debet iurare, ut extra de cohabi. cleri. & mu. clericos.

OCCASIONE. Hæc est sexta pars q̃stionis.

MVltorum.] CASVS. Iste cõsanguinitatis occasione volebat vxorẽ suam dimittere: prohibet Papa ne dimittat, nisi prius causa fuerit in concilio probata.

f ¶ Abijcere.] Propria authoritate: qđ non licet. 33. q. 2. ca. 1. & 2.

g ¶ Concilium.] Hoc olim. Vel exaudi distributiue, De hoc no. 33. q. 2. c. 1.

RECEPTVRVS. Hæc est septima pars quæstionis.

h AB isto.] ¶ Dimiseras.] Auctoritate propria: uel per ecclesiam si fuit decepta.

i ¶ Quod autem vnius.] Hęc quæstio incidenter proponitur.

k ¶ Omne uerbum] sup. 2. q. 4. §. 1. & ca. placuit.

l ¶ Stabit.] Nisi in casu de conse. distin. 4. placuit, & 86. dist. tanta, & 8. q. 3. talia.

Filij ex matrimonio illicito nati possunt esse legitimi.

QVod autem.] CASVS. Hic intitulatur 7. quæstio, quæ modicam habet dubitationem. a ¶ Quod autem.] Si parentes nesciũt impedimentum, non est dubium quin filij sint legitimi, vt extra qui fi. sint leg. cum inter. Si autem unus sciuit. & alter nesciuit, dicunt quidam, ꝙ quantum ad scientẽ non sint legitimi, sed q̃tum ad ignorãtem sunt. ar. 32. q. 2. solet quæri. & C. solu. mat. si ignorans. Sed licet. H. & L. ita dixerint tamen reprobatur eorũ distinctio, ext. ea. ex tenore: qa inconueniẽs esset, ꝙ aliquid esset partim legitimus, & partim illegitimus, sicut nemo potest esse partim liber, & partim seruus, ff. de li. cau. duob. sed si ambo parentes sciunt impedimentũ, tales filij non sunt legitimi, licet ecclesia habuit illud pro matrimonio, ut ext. de clandesti. desp. cum inhibitio.

QVid est.] CASVS. Cũ de incestu soleãt filij nasci, quæritur quare dictum sit in ueteri lege, qui dormierit, &c. Et respondetur, quod legitimi non sunt, nec parentib. succedunt. b ¶ Quid est.] Dubitando dicit, & tamẽ soluit, & interrogãdo respondet, sic 22. q. 2. quod ait. c ¶ Sine filijs.] s. legitimis. Dicuntur. n. non esse filij, qui non sunt boni 12. q. 2. non liceat. arg. 32. q. 4. dicat. & 4. dist. multi. ergo verbo generali legitimi continentur. ext. de iu. iur. Quintauallis. ff. de op. li. si libertus.

Filius nõ est qui bonus non est.

DE his uero q.] Hic depingitur Octaua quæstio, qua quæritur, quo gradu possit dispensari cum consanguineis, vel affinibus. Et quidem in tertio Papa solus; sed i. primo & secundo non potest, vt dicunt: quia in Leuitico prohibitus fuit uterque in consanguinitate & affinitate, sed hoc falsum est, ut extra de diuor. gaudemus, vt notaui 30. q. 3. Picta cium. & sunt tria, quæ inducunt hanc dispositionem, proles, & tempus, inf. e. cap. 1. ff. de ritu nup. qui in prouincia. & reformatio pacis, ut extra de despon. impub. accessit. In parte decisa. & hæc est indirecta dispensatio. In hoc. n. casu tantum videtur dispensare, ꝙ post spatiũ longum admittunt accusatorem, nisi accusatus ipsum sponte admittat, vt extra qui matri. accu. pos. per tuas.

Dispensatio circa matrimonia incitur ppter. De tria.

secundum diuinam legem sub duobus, vel tribus testibus terminetur, Domino dicente: [non unus stet contra alium,† α sed in ore duorum, uel triũ testium stet omne verbum.] Itẽ cum alibi dicatur, [nullius personæ β quãtumlibet exercitatæ testimonio aliquid credatur,] euidentissime apparet, unius assertione coniugia non esse dirimenda.

Deuter. 19. Matt. 18. † al. aliquem. Burc. l. 7. c. 17. Iuo p. 9. c. 52. Pann. l. 7. c. 82.

α ¶ Contra alium.] *In Deuteronomio hæc adduntur,* q.d quid illud peccati & facinoris fuerit. *In Euangelio autem sunt tantummodo sequentia,* ut in ore duorum, &c.

β ¶ Nullus personæ.] *In codice Theodosiano, li. 11. tit. 14. legũtur hæc uerba,* nũc manifeste sancimus, ne unius omnino testis responsio audiatur, etiam si præclaro curiæ honore præfulgeat, *quorum similia recitantur ab Iuone par. 16. ca. 204. Et Grat. sup. 6. q. 2. in princ. hanc eandem fere sententiam attulit.*

QVAESTIO. VII.



Vod autem [a] quæritur, si illi qui de incestuosis nascuntur filij reputentur. Aug. in lib. quæstionum super Leuiticum c. sen. q. 76. determinat, ita dicens.


¶ Non appellantur filij, qui de incestuosis nascuntur. Cap. I.

Leuit. 20.

QVid est. [b] (Quicũque γ dormierit cũ cognata sua, sine filijs [c] morietur,) cum filij ex huiusmodi coniunctionibus, & ante nati sint, hodieque nascantur? An hoc intelligendum est lege Dei cõstitutum, ut quicũque ex eis nati fuerint, non deputentur filij, idest, nullo parentibus iure succedant?

γ ¶ Quicunque dormierit cum cognata sua.] *Hæc uerba non sunt hic apud B. Aug. sed initio ipsius quæst. 76.*

QVAESTIO. VIII.



E his [d] uero, qui ignoranter cõiuncti sunt, in quo gradu consanguinitatis, uel affinitatis ex dispensatione ecclesiæ relinquantur, Gregorius in Regesto definit, dicens.

¶ *In Polycarpo citatur ex Gregorio in Decretis.*

¶ Non separentur qui infra septimam generationem ignoranter copulantur. Cap. I.

Polyc. l. 6. tit. 4.

DE gradibus vero cognationũ, qui infra septimã generationem in matrimonio sunt inuenti, si nescien-

DE gradibus.] CASVS. Quærebat quidam episcopus de consanguineis & affinibus primi generis in matrimonio copulatis, quid esset faciendum? Respondetur, qui in quinto gradu, uel ultra per ignorantiam pridem coniuncti sunt, & filios genuerunt, tolerentur, donec

donec Greg. & ille simul loquantur coniuncti vero intra annum in quinto gradu vel sexto, separentur & ne de cætero tale quid fiat, prohibeatur: si qui contrafecerint, cum graui pœna separentur.

a ¶ Multa.] Arg. ratione diuturnitatis posse fieri quod alias

d ¶ Ore ad os.] Et ita permittit in suspenso.

d ¶ Ore ad os.] Sed si quis recenter contraxerat, vel contraheret cum aliqua, ꝙ tunc separentur. Et hoc est quod dixit, infra anni coronam.

e ¶ Indulgentiam.] Sed si obijcio tibi, aut Papa dispensauit, aut nõ? Si dispẽsauit, ergo statī fuit matrimonium. Quare ergo dicit, non separenẽ, donec nobis loquãtur? Si non dispensauit, quomodo ergo permisit eos esse in incestu? Itẽ quare secundũ hoc subiungit. Hoc aũt dico secundum indulgentiam? Sol. Papa non statim dispẽsauit in matrimonio: sed dispensauit in hoc, ꝙ debet differri cognitio causæ, vel etiam prolatio sentẽtiæ, & ideo medio tempore alter alteri non debuit negare debitũ; cũ adhuc non cõstaret de cõsanguinitate, ut extr. ut li. pen. laudabilẽ. Vel dic, ꝙ dispensauit sub conditione, si constaret de pręmissis. Vel expone, non separenẽ, quantum ad cohabitationẽ, sed per hoc non dat eis licentiã commiscendi.

Cã pendente super matrimonio nõ est denegandũ debitum.

tes fecerint, & iam multa [a] curricula annorũ sint reuoluta, ita vt filios [b] habeant, in sexto qui inuenti sunt, aut fortasse [c] in quinto, huiusmodi non separentur, donec nos Dño permittente, ore ad os [d] loquamur. Hoc aũt dico secundum indulgentiam, [e] non secundum imperiũ. Qui vero de his duobus gradib. nouas contraxisse nuptias videtur, i. infra anni coronam [f] modis omnibus se parentur. De cętero vero generali per omnem prouinciam statuta percurrentia taliter firmẽtur, vt nullus audeat deinceps tale scelus perpetrare: & qui fecerint, sine retractionis misericordia acrioribus puniti vltionib. separentur. Hi vero, qui propinquas sanguinis vxoris suæ in matrimonio sibi sociauerunt, sicut iam dudum vobis scripsimus, qui in eodem gradu inuenti sunt, separẽtur; aut suspendatur eorum causa, vsque dum nos insimul Domino auxiliante conueniamus. *Idem.*

¶ De his, α qui post mortuas vxores, secũdas contrahere nuptias voluerint, iuste, & honeste, & rationabiliter prospeximus ab earum consanguineis vsque ad quartum [g] gradum genealogiæ abstinere. Hoc nos secundũ indulgentiam sanctæ matris ecclesiæ mitius prælibauimus. [h] Cæterum iuxta sæcularium β legum censurã dignis coercionibus, grauibusq; disciplinæ inuentionib. † hæc omnia mala, & illicita modis omnibus resecanda sunt, vt in futuro deinceps tempore cuncta quiescant.

† *al. inuectionibus.*

α ¶ De his qui.] *In Polycarpo hæc verba sunt ex eodem Greg. sed habentur coniuncte cum c. de affinitate. supra q. 2. & 3. & proxime antecedunt huic cap. de gradibus.*

β ¶ Iuxta sæcularium.] *De pœna incestorum est in nouella 12. Iustiniani. & in cap. l. 7. cap. 432. & 435. & in adiectis cap. 124. & 127.*

Idem Fœlici Messanæ ciuitatis episcopo.

¶ In quarto, & quinto gradu qui coniuncti inuenti fuerint, separentur. Cap. II.

In conc. Tol. 2. c. 5. Poly. lib. [illegible] Ans. li. 10. c. 39. Bur. li. [illegible] c. 6. Iuo p. 9. c. 42.

HAec salubriter præcauẽda sancimus, ne qs fideliũ propinquã sanguinis sui, vlqueq̃uo affinitatis, [i] lineamẽta generis successione cognoscunt, matrimonio [k] sibi desideret copulare: sed, sicut α a maiorib. nostris definitũ est, ita modis omnibus obseruetur: quoniam vsque ad septennarium numerum parentelæ nulli vnquã

f ¶ Anni coronam.] Idest, anni circulum vel reuolutionẽ. Nota noua matrimonia dici q̃ non sunt annua. Similiter mãcipium dicitur nouũ quod nondum seruiuit per annum, ff. de publ. & vect. interdũ. §. quoties. similiter vinum, ff. de vino, tritico, & oleo legato. l. vetus. [1]

Mancipium dr̃ nouũ qd̃ per annũ nõ seruauit.

DE HIS QVI POST MORTVAS. CASVS Mortua vxore debet vir ab eius cõsanguineis vsque ad quartum gradum abstinere, & hoc fit ex dispẽsatione: quia de rigore iuris esset puniendus.

1 Et hẽs hic arg. ꝙ nõ dicuntur noualia, quæ annũ excedũt; similiter nec nouum feudum. Arch.

alias fieri non debet, sup. dist. 4. denique. & 95. dist. ecce. 1. q. 1. cito. sup. 24. q. 1. schisma contra.

b ¶ Filios.] No. filiorum susceptionem & annorum lõga curricula dispensationem inducere, ne matrimoniũ separetur: hodie autem longitudo temporis non excusat, vt extra de consang. & affin. non debet. Ioan.

c ¶ Aut fortasse.] Ideo dubitando dicit, quia in quinto gradu non dispensandum, nisi ex magna causa. Dicunt autem quidam, ꝙ dominus Papa in hoc c. dat generalẽ formam omnibus prælatis, quod vbi inueniunt aliquos in tali gradu, & illa tria præcedũt, non separent eos, nec de causa cognoscant: alias sic.

g ¶ Ad quartum.] Si intelligas hoc de secundo genere affinitatis, tunc nulla est ibi dispensatio: nec illud quod sequitur, hoc nos, spectat ad illud genus affinitatis, sed ad primum.

h ¶ Prælibauimus.] Idest, olim concessimus quibusdã.

HAec salubriter. CASVS. Præcipitur hic, ne quis suã ducat consanguineam quãdiu consanguinitas vsque ad septimũ gradu cognoscitur: & q in quarto gradu vel quinto iuncti sunt, sepatẽtur. quia in veteri lege prohibetur quis ad proximam sui sanguinis accedere.

i ¶ Affinitatis.] Consanguinitatis signa vel vestigia.

k ¶ Matrimonio.] Idest, vsque ad septimum gradum.

Ince-

INcestuosi.] CASVS. Qui incestas nuptias contrahunt: quamdiu in crimine sūt, excommunicati debent esse: & si alter moriatur in illa coniunctione, superstes non debet contrahere.
a ¶ Incestuosi.] Primam partem huius cap. intellige de exclusione sacramētorum: secundum autem de anathemate. & tunc dicit. Nō sumāt cibum spiritualem. De hoc dictum est supra eadem quæstione tertia, de incestis duodecima quęstione 2. indigne.
b ¶ Manent.] Post admonitionem.
c ¶ Aut cathecumenos.] 11.q.3.ad mensam cōtra. Sol. expositio illa, quæ sequitē idest, cum Christianis, & c. nō refertur ad totū id quod præmissum est, sed ad aliā partē, inter Christianos non habenē. Vel non de omnib. gentibus hoc intelligendum est, sed de gētib. cathecumenis
d ¶ Sed soli.] Christiani.
e ¶ Maneat.] Quid iuris in hoc casu, notaui 33. quæstio. 1. §. de pœnitentibus. Vnde

SCriptura dicit: [Quotieſcunque enim ederitis Panē iſtum, & calicem iſtum biberitis, mortem Domini annũciabitis, quoadusque veniat.] Quotieſcunque ergo calicem in commemorationem Domini, & paſſionis eius offerimus; id quod cōſtat Dominũ feciſſe, [f] faciamus. Sed vide † frater chariſſime, ſi quis de anteceſſoribus noſtris vel ignoráter, [g] vel ſimpliciter [h] non hoc ſeruauit, & tenuit, quod nos Dñs facere & exemplo, & magiſterio ſuo docuit: poteſt ſimplicitati eius de indulgentia Domini venia cōcedi: † nobis vero nō poterit ignoſci, [i] qui nunc à Domino admoniti, & inſtructi ſumus, vt calicem Domini cum vino miſtum, ſecundum quod Dominus obtulit, offeramus.

† *& viderit.*] ori.

† Cōco... §.ſi.ff.d... & l. ſi ... id.§. do... ď iuriſd... iud. & i... de inſtr... & fide.§... autē om...

Item ex concilio Martini Bracharenſis. cap. 55.

¶ Præter panem, vinum, & aquam in ſacramento nihil debet offerri. Cap. IIII.

NOn oportet aliquid aliud in ſacramento † offerri præter panem, viuũ, [k] & aquam, quæ in typo Chriſti benedicuntur, quia, dum in cruce penderet, de corpo-

† *al. ſanctuario.* 10. 19.

a ¶ Spiritale.] Spiritale dicitur corpus, quod nihil habuit, quod ei obſtaret, ſicut Chriſtus ianuis clauſis intrauit ad diſcipulos, palpabilem tamē ſe exhibuit, quod non faceret ſpiritus. Vnde Spiritus nec carnem nec oſſa habet, &c. ad cuius ſimilitudinem corpora noſtra agilia erũt: vt licet clauſa eſſent in ſolidiſſimo corpore ferreo, vel marmoreo, poſſint tamē exire. Vel ideo ſpirituale, quia ibidem ſignatur noſtra redemptio inf. e. cũ omne. Vel ſpirituale, quia cęleſte efficitur: & tũc rei ſpiritualis & cæleſtis, ſ. cōiũctionis eccleſiæ ad Chriſtũ efficit ſacramētũ, vinũ. n. ſanguinē aqua uero plebem ſignificat. horũ autem confuſio ſalutis noſtræ eſt ſacramētum: in cōmiſtione. n. vini & aquæ conſignatur plebis p Chriſtum facta redēptio. inf. e. cũ omne.

Agilitas eſt dos corporis glorioſi.

b ¶ Calix.] No. diuerſitates circa illud ſacramētum inter doctores. nã dicũt quidam, ꝙ ex vino ſine aqua nō poteſt cōfici ſanguis Chriſti H. dicit ꝙ poteſt, licet non debeat fieri. Itē dicunt aquã eſſe admiſcendam in calice de honeſtate tantũ * verumtamen vbicũque admiſceatur, cōficietur ſanguis. Itē dicunt quidam, ꝙ ex nectare, vel vino cocto conficietur quid quid ei admiſceatur. H. tamen dicit quod nō: quod uerius eſt. Item de aceto conficitur * ſi ex vino factum fuit, alias non: quia prope eadem via eſt. ff. de contrah. empt. in venditionibus. tamen in omnibus his miſturis tranſubſtantiatur. Item not. ꝙ de agreſta non poteſt confici ſanguis. inf. ea cum omne. contra de muſto ex uuis & racemis poteſt ex neceſſitate, de alijs nō. ſ. de pomis & huiuſmodi. Sed quando dicemus ꝙ poſſit? qñ incipit eſſe vinũ. Sed quãdo incipit eſſe, conſulendus eſt vſus in hoc caſu. Item circa panem no. quòd de alio pane non poteſt confici corpus Chriſti, niſi de frumento, vt inf. ead. in ſacramento. & ſi alia farina admiſceatur frumento, illa nō tranſubſtantiatur. & in hoc nō eſt diuerſitas. Sed in alio eſt, quia dicit H. quod nō poſſumus conficere niſi de frumento, uel de pane fermentato in eccleſia occidentali, & ſi fiat, nihil agitur. Baz. contra, quod conficiatur corpus Chriſti. Item nec confici poteſt ſi farina non cũ aqua, ſed cum alio liquore admiſceatur.

Sãguis Chriſti utrũ poſſit ex uino ſine aqua confici.

* *Admiſcetur de præcepto conc. Tri. ſeſſ. 22. c. 7.*

* *Non de aceto propriè, ſed de vino aceſcente, licet peccet qui ex tali conficit. S. Tho. p. 3. q. 74. ar. 5. ad 2.*

Panis ad conficiendũ debet eſſe ex frumento.

c ¶ Nec corpus.] i. panis ſub cuius ſpecie iacebit corpus Chriſti, qui eſt tranſubſtantiatus in corpore Chriſti.
d ¶ Poteſt.] Id eſt, non poteſt confici ex farina ſola, ſcilicet ex ſolo pane multorum compage conſolidato, nec aqua, ſola, &c.
e ¶ Niſi utrumque.] Id eſt, farina & aqua. Quid ſi ex melle uel alio liquore fuerat farina aſperſa, nunquid tranſubſtantiatur ille panis in corpus Chriſti? non.

SCriptura, dicit.] CASVS. Dicitur hic quòd vino quod offertur in ſacrificio, aquam miſcere debemus, ſicut Dominus fecit. ſi quis autem ex antiquis hoc prætermiſerit, poteſt ei venia concedi: nobis autem qui per ſcripturas inſtruimur, non ita parceretur.
f ¶ Feciſſe.] Vide violentiſſimum arg. contra Græcos, uerisimile enim eſt, ꝙ Dominus azimis vſus eſt pp ritũ Iudæorum, & nos azimis uti debemus. G. tũc in diebus eorum non erant fermenta. uerisimile tamen uidetur quod alicui doctorum eorum reuelatũ fuerit quod conficerent in fermentatis. arg. cōtra inf. diſt. 13. noſſe.

Græci co... ciunt in... nibus fe... tatis.

g ¶ Ignoranter.] Arg. ꝙ ignorantia iuris excuſat 1 ſ. 24. q. 1. ſi quis dederit. ſup. diſt. 8. conſuetudo. 31. q. 1. de his. ſup. diſt. 52. ſolicitudo.

1 Scilicet... tim, ſed... ex toto...

h ¶ Vel ſimpliciter.] Sed nonne exemplum Domini ita potuit eos inſtruere ſicut & nos? quare ergo excuſabantur? Sed dic quod nos docuerunt patrum ſacræ ſcripturę de ipſo Chriſto, quas forte ipſi non habuerunt.
ADDITIO. Arg. ſupra 96. diſt. in ſcripturis.
1 ¶ Ignoſci.] Arg. poſt admonitionem non eſſe parcendum 12. q. 2. indigne.

NOn oportet.] CASVS. Hoc cap. patet. In typo,] id eſt in figura & ſignificatione. Hęc tria vnũ ſunt.] id eſt in unum corpus Chriſti tranſeunt. Similiter ſequens cap. patet.
k ¶ Præter panem vinum.] Queritur an uinum & aqua tranſeant in ſanguinem tantum; reſpondit ſic. extra de cel.

cel.mis.cum Marthæ.§.verum. Alij dicunt ꝙ non: sed vinum in sanguinem,& aqua in aquam,* idest, vitalem humorem aquaticum: sicut enim in humano corpore quattuor humores sunt ad instar quattuor elementorum extra e.in quadam, sic in corpore Christi, unde sic ex-

sicut dicitur ab eis, qui experti sunt, lolium de frumento nascitur, ut dist. 50. nas. 1. nunquid si de lolio fiat panis, ille per verba transubstātiatur? non, nunquid si frumento addatur piper, convertitur in corpus Christi? nō, sed reliquum tantum, quare non ita reliquum conuertitur si fermentū addatur? Quia ibi nihil est azimi, cuius possit fieri consecratio: ideo nihil conuertitur. arg. 24. q. 3. resecandæ.

* Aqua vertitur in Vinum, & vinum in sanguinē. S.Tho. in 3. p. q.74. ar 8. in corp. al. Sacramentis.

Piper frumē to additum non transit in corpus

* Immo etiā in fermentato conficitur peccaret tamen presbyter in ecclesia latina conficiens de pane fermentato. S. Tho.p.3. q.74. ar.4. In corp.

re eius sanguis effluxit & aqua. Hæc tria vnum [a] sunt in Christo Iesu: hæc hostia [b] & oblatio Dei in odorem suauitatis.

Item ex concilio Carthaginensi 3. c. 24.

Et in Afric.c.4.

¶De eodem. Cap. V.

IN sacramento † corporis & sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quàm ipse Dominus tradidit, [c] hoc est panis, & vinum aquæ mistū, *& infra.* ¶Nec amplius in sacrificijs † offeratur, quam de vuis, & frumentis. [d]

Burc.l.5.c.3.& 14.

† al primitijs.

Item ex sexta synodo c. 28.

¶Oblationis sacrificio vuas nemo coniungat. Cap. VI.

DIdicimus, quòd in quibusdam ecclesiis sacerdotes sacrificio oblationis coniungant vuas, quæ secūdum vsum in altari offeruntur: & sic simul vtraque populo dispensent. Præcipimus igitur, ut nullus sacerdos hoc vlterius faciat: sed in remissionem peccatorum populo oblationem solā distribuat: & vuas seorsum benedictas [e] populus, qui petierit, accipiat, & fructuum α gratias agat. ¶*Est quasi summa quadam canonis citati. Nam in eo plura aliquanto verba sunt, sed eodem fere sensu.*

α ¶Et fructum.] *Græce est,* πρὸς τὴν τοῦ δοτῆρος τῶν καρπῶν εὐχαριστίαν, *idest,* ad reddendas gratias fructuum datori.

Item Iulius Papa episcopis per Aegyptum. β

β ¶Per Aegyptum.] *Apud cæteros collectores legitur,* per Aegyptum missis. *Sed in Micrologo, c. 19. citatur ex eodem Iulio episcopis Aegypti. Eadem autem fere habentur nunc in Bracharensi, 3. c. 1. est sententia summatim collecta in Vuormaciensi, c. 4.*

¶De his, qui sacrificando varie errabant. Cap. VII.

Poly.l.3.tit.9.
Ans.l.9.c.53.
Burc.l.5.c.1.
Iuo p.2. c.11.& 12. & 85.
Pann.l.1.c.147.

CVM omne crimen [f] atque peccatum oblatis Deo sacrificijs deleatur, [g] quid de cętero pro delictorū expiatione Domino dabitur, quando in ipsa sacrificii oblatione erratur? [h] Audiuimus enim quosdam, schismatica ambitione detentos, contra diuinos ordines, & Apostolicas institutiones lac pro vino in diuinis sacrificiis dedicare: alios quoq; intinctā Eucharistiam populis pro complemento cōionis porrigere: quosdam etiam expressum [i]

DIdicimus. ¶CASVS. Hu. sic ponit hunc casum. Hęc consuetudo erat apud quosdam quod vuas benedicebāt benedictione sanguinis: & simul cum corpore Christi populo distribuebāt quod ne de cætero fiat, præcipit synodus.

e ¶Benedictas.] Benedictione vulgari, non illa speciali appropriata Eucharistiæ. j.ea. accipite, & solet vua benedici in festo sancti Sixti.

CVm omne crimen.] CASVS. Hu. sic ponit hūc casum: in hoc c. Iulius papa quosdā in sacrificij oblatione errantes reprehendit. Quidam enim lac pro vino offerebant. Alij intinctam Eucharistiam populo distribuebant Alij botrū integrū sacrificabāt: & postea exacinatū uel expressum in calice dabāt. Alij pannum lineum tinctū musto per totum annum reseruantes, tēpore sacrificij partē eius in aqua lauabāt: & sic offerebant. Io. ponit ergo prius istos quattuor errores: Postea per ordinem destruit, & remouet oēs tales errores, asserens in oblatione sacrificij nihil esse offerendū nisi panē, & vinum, & aquam: ergo non lac, nec vua ibi debet offerri. Item nec aqua sola debet offerri, quod videntur facere illi, qui prædictum pannum lauant. (Vinum expressum) idest, Botrum: uel vuam expressam quasi degranatam & exacinatam in calice. Vel uinum expressum de botro post consecrationem, uel ante consecrationem, sed non apponebant aquam.

expone: hæc tria sunt unum in uno Christo, & hæc tria sunt tria, & tantum tria: quia vinum in sanguinem, & aqua in aquam, & panis in corpus conuertitur.

a ¶Vnum.] idest, in unum transeunt corpus Christi: tamen hoc in illud, & illud in aliud. & tertium in aliud conuertitur: & tamen pro uno reputatur, ut inf. ead. l. comperimus.

b ¶Hostia.] & nihil ibi conuertitur.

c IN sacramento.] ¶Tradidit.] arg. ꝙ Dominus miscuit aquam cum vino, su. ea. scriptura & nos miscere debemus: quia docti viri cautela, & c. 81. dist. legitur.

d. ¶Et frumentis.] idest, panem frumēti: quia Christus fuit granum frumenti, de pœ. dist. 2. cum sanctam, sed

f ¶Cum omne crimen.] Quattuor errores extirpantur in canone isto.

g ¶Deleatur.] i. cū ad hoc sacrificium offeratur, ut per ipsum peccatum deleatur, j. ea. d. species & similitudo.

h ¶Erratur.] Quod fit in calice.

i ¶Expressum.] i. degranatum botrum, nam ex vino

expresso licenter hoc fieret: Vel expressum post consecrationem, ut tunc uide sanguinis fumatur: ante enim liceret, I vt infra ead. dicitur, sanguis enim Domini prelo crucis, & cæteris instrumentis passionis de corpore eius pressus emanauit. extra de celebr. Miss. cum Marthæ, ver sic. al iquibus.

cum etiam dixerit: tu dixisti. Alij dicunt, quòd in aure Ioannis dixit: qui intingit, &c. Vel dic, ꝙ non prodidit, quia dixit talibus, qui poterant prodesse, & non obesse. 22. q. 5. hoc videtur Io.

g ¶ De expresso.] Hic de tertio errore, scilicet post consecra-

I Hic vult dicere, ꝙ ante consecrationem bene licet exprimere: & sic consecrare. Arc.

a ¶ Quod quàm sit Euãgelicæ.] hæc omnia prædicta respicit: & sic vltimum prohibetur: si enim non esset illicitum, hoc inter alia reprehensibilia non connumeraretur: cum omnia, quæ simul in prohibitione ueniũt, simul prohibita intelligãtur. arg. 7. q. 1. denique. ter. addẽdo. ff. de uerb. obl. Titia. & ff. de ui. & fact. ign. regula. §. vlt. & ultimo loco posita per se prohib tur. Vel refertur tantum ad ultimum: & sic expresse ultimum prohibetur. Dicunt tamen quidam, quòd vltimum hic non prohibetur.

b ¶ Cum enim magister.] Hic extirpat primum errorem.

c ¶ Illud vero.] & ita extirpat errorem secundum.

d ¶ Intinctã.] ut j. ea. no. super c. presbyter, contra ibi dr, ꝙ seruari debet intincta ad opus infirmorum, quod non reprobo: licet non necesse sit quod intingatur, sed H. dicit illud esse abrogatum.

e ¶ Et seorsum.] Sed nunquid uerum est, ꝙ separatim consecretur corpus Christi, & separatim sanguis? Dicunt quidã ꝙ non fit trãsubstantiatio nisi in ultima syllaba totius formę prolata. Alij uero dicunt, ut Hug. quòd cum dicit, Hoc est corpus meum, quod transubstantiatur sub illa conditione, scilicet si statim subiungat, Hic est sanguis meus, aliter non. Alij dicunt, incertum esse in rerum natura utrum incontinenti sit corpus Christi. ff. de iud. l. ed & si. §. vlt. Sed ego dico, quod si per copulatiuam duo dicuntur, tunc in prolatione huius uocis. Hoc est corpus meum, transubstantiatur corpus, * & in prolatione consequentis uocis, siue locutionis transubstantiatur sanguis, sed si per copulatiuam tãtum unum dicatur, tunc fiet tantum in vltima littera transubstantiatio. De hoc not. inf. ea. qu a corpus.

Corp⁹ Christi & sãguis an consecrẽt separatim.

* Ex vi verborum consecrationis separatim panis transubstantiatur in carnem, & vinum in sanguinem: sed ex vi naturalis consecutionis, transubstantiato pane in carnem totus adest Christus, itemque transubstantiato vino in sanguinem.

vinum in sacramento Dominici calicis offerre: alios vero pannum lineum musto intinctum per totum annũ reseruare, & in tempore sacrificij partem eius aqua lauare, & sic offerre. Quod quàm sit Euangelicæ,[a] & Apostolicæ doctrinæ contrarium, & consuetudini ecclesiasticæ aduersum; non difficile ab ipso fonte veritatis probabitur, a quo ordinata ipsa sacramentorum mysteria processerunt. Cum enim magister [b] veritatis verum salutis nostræ sacrificium suis commendaret discipulis; non illis lac, sed panem tm̃ & calicem sub hoc sacramento cognouimus dedisse. Legitur enim in Euãgelica veritate: [Accepit Iesus panem, & calicem, & benedicens dedit discipulis suis.] Cesset ergo lac sacrificando † offerri: quia manifestũ, & euidens Euangelicæ veritatis exemplum illuxit, ꝙ præter panem & vinum, aliud offerri nõ licet. † Illud vero, [c] quod pro complemento communionis intinctam [d] tradunt Eucharistiam populis, nec hoc prolatum ex Euangelio testimonium recipit, † vbi Apostolis corpus suum & sanguinem commendauit. Seorsum em̃ panis, & seorsum [e] calicis commendatio memoratur. Nã intinctum panem alijs Christum præbuisse nõ legimus, excepto illo tantum discipulo, quem intincta bucella, magistri proditorem [f] ostenderet, non quæ Sacramenti huius institutionem signaret. Nam ꝙ de expresso [g] botro, idest, de vuarum granis populus cõmunicatur, † valde est omnino confusum: sed si necesse sit, botrus in calice comprimatur,[h] & aqua misceatur: qua calix Dominicus iuxta canonum præcepta vino, & aqua permissus debet offerri: quia videmus in aqua populum intelligi,[i] in vino uero ostendi sanguinem Christi. Ergo cum in calice vino aqua miscetur; Christo populus adunatur, & credentium plebs ei, in quem credit, copulatur, & iungitur. Quæ copulatio, & coniunctio aquæ, & vini sic miscetur in calice Domini, vt mistio illa nõ possit separari. Nam si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi esse incipit sine nobis: [k] Si vero aqua sit sola: plebs incipit esse sine Christo. Ergo, quando botrus [l] solus offertur

Ioan. 13.

† al. in sacrificio.

† al. finit.

† al. receperunt.

† al. communicat.

Sent. 4. dist. 10.

f ¶ Proditorem. Cum dixit, hic me tradet. Sed constat oppositum de proditione: quia Dominus non prodidit ... de futuro, sed de præterito: ... dit. Vel dicas tamen, quod hoc fecit ad instantiam eius,

secrationem. Vel expresso, idest, non misto cum aqua.

h ¶ Comprimatur.] Arg. quod uini defęcatio non est necessaria ad confectionem.

i ¶ Intelligi. Nam legitur in Apoc. Aquę multæ populi multi. Item aqua ... pænitent a. 3. dist. 6. testimentum. Quandoq; dicitur scriptura. 32. q. 5. si Paulus, quandoque dicitur aqua tentatio, Vt Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ, &c.

K ¶ Sine nobis. idest, nobis non profuisse ostenditur: quod tamen falsum est. secundum Bar. hoc enim expositum habes. sup. ea. dist. sicut.

ADDITIO. Et quod dicit ibi, sine Christo. hic dicit, sine nobis, quod est falsum, secundum Hug.

l ¶ Ergo quando botrus.] Hic videtur rñdere quartæ I quæstioni, ubi innuitur ꝙ sicut ipsi, q botrũ offerebãt, ... ita qui pãnũ intinctũ lauabant, ipsam aquam offerebant. Vide & contra Euangelicam

Aqua m... pliciter ... pitur.

I Alij d... ꝙ est a... reproba... tertij ... ris: rep... tio aũt ... ti est, j... & ideo ... Archid.

Chr... traditorem ... prod...

licam formam offerentes, non conficiebant. Quid autẽ si aqua saporem vini admittat ex panno? non tamen est vinum: quia aliquando aliunde non ex vino talem admittit saporem: ideoque non consecrabitur in sanguinẽ, & ꝙ hęc hęresis sit, est ar. 24. q. 3. q̃dã. ver. aquarij. a ¶ Effi-

tus, ibi: & ideo.

Nihil.] Hæc est 2. pars dist. secundum Io. de Fant. CASVS. Hoc cap. planum est vbi incipit magister tractare de reuerentia sacramenti suscipiendi, & tractandi, & conseruandi.

in quo vini tantum efficientia [a] designatur: sacramentũ nostræ salutis negligitur, quod per aquam significatur. Non. n. potest calix Domini esse aqua sola, aut vinum solum; nisi vtrumque sibi misceatur. Et ideo, quia iam ex hoc plurima, & multiplex maiorum manauit sententia, [δ] omnis deinceps talis error, atque pręsumptio cessare debet: ne peruersorum ordinata compago statum veritatis eneruet. Et ideo nulli deinceps licitũ sit aliud in sacrificijs diuinis offerre, nisi iuxta antiquorum sententiam conciliorum panem tantum, & calicem vino, & aqua permistum. De cætero aliter, quàm præceptum est, faciens; tamdiu a sacrificando cessabit, quamdiu legitima pœnitentiæ satisfactione correctus † ad gradus sui officium redeat, quod amisit.

† *al. correptus.*

α ¶ Expressum vinum.] *Sic apud Iuonem, & in Pannormia, & in Bracharensi. In aliquot tamen vetustis est,* expressum botrum. *vt paulo inferius in hoc eodem cap. Sed Burchardus habet,* non expressum vinum.

β ¶ Alios vero pannum.] *Hæc vsque ad ver.* Quod quã sit, *nõ sunt in Bracharensi, neque etiam illa,* sed si necesse sit, *vsque ad uers. quia.*

γ ¶ Iuxta canonum.] *In Bracharensi est,* iuxta quod quidam doctor edisserit. *Significatur autem B. Cyprianus citatus supra ead. in sanctificando.*

δ ¶ Sententia.] *In Bracharensi sequitur,* quorum pietas in Deum religiosa sacramẽtorum horum & efficientias copiose disseruit, & institutiones verissime declarauit.

Item Alexander Papa quintus a Petro, epistola 1.

¶ Nulla oblatio corpori & sanguini Christi comparari valet. Cap. VIII.

Burc. l. 5. c. 5. Iuo p. 2. c. 15. & 68.

2 Nihil in sacrificijs [b] maius [c] esse potest, quã corpus [d] & sanguis Christi: nec vlla oblatio hac potior est: sed hæc omnes præcellit, quæ pura conscientia Domino offerenda est, & pura mente sumenda, atq; ab omnibus veneranda: & sicut potior est cæteris; ita potius excoli, & venerari debet.

Item Innocentius Papa Decentio Eugubino episcopo salutem, epistola prima, cap. 1.

¶ Ante confecta mysteria pacem non debemus offerre. Cap. IX.

3 Pacem igitur asseris ante confecta mysteria quosdam populis impertiri, vel sibi inter se sacerdotes tradere: cum post omnia, (quæ aperire [e] nõ debeo) pax sit necessario indicenda: per quam constet populum ad omnia; quæ in mysterijs aguntur, atque in ecclesia celebrantur, præbuisse [f] consensum, ac finita esse, pacis concludentis signaculo demonstrentur. [g]

b ¶ Nihil in sacrificijs.] De suscipiendi reuerentia & consecrandi & tractandi agit vsque ad illud c. sacerdotum, scilicet in 22. cap.

c ¶ Maius.] Præter charitatem: quæ cũ nõ sit in sacrificijs, plus confert q̃ corpus, vt 1. quæst. 1. interrogo.

d ¶ Quam corpus.] Idest, nullum sacramentũ [1] dignius est isto quantũ in se ipso est. Quatuor. n. modis vnum sacramentum dignius est alio, scilicet ratione efficaciæ, vt baptismus, de pę. d. 7. nullus. Ratione sanctitatis, ut Eucharistia, 1. q. 1. multi, ratione significationis, ut cõiugium. extr. de big. debitum. 26. distin. acutius. Quidam tñ remouerunt istum modum ratione conferentis, vt cõfirmatio, inf. dist. 5. de his vero. & c. seq. ratione vtilitatis. 1. q. 1. interrogo.

[1] De hoc no. 95. dist. ecce & 1. q. 1. multi. Ar. Sacramẽtum unũ est altero dignius quatuor modis.

Pacem.] Hæc est tertia pars dist. ĩ qua reprehendũtur qui primo dabãt pacẽ, q̃ sumerent corpus Christi. Arch. CASVS. Dicebãt quidam pacem in missa esse dãdam ante cõsecrationem dominici sacramenti: sed dicit Inn. hoc nõ esse faciendũ, sed post consecrationem Dominici corporis pax debet dari antequã sacramentum illud sumatur. Seq. c. patet. & quod ibi dicitur, olim in primitiua ecclesia seruabatũ.

e ¶ Aperire.] Q. e. s. secrete agũtur in canone. Vel nõ debeo, i. non possum. Nam quædã sunt ibi quæ nõ posset humanus intellectus aperire, 1. q. 1. multi.

f ¶ Præbuisse.] Sup. ca. dist. 1. episcopus Deo. Et nota quod per osculum cõsentit quis alij vt dixi 63. dist. cum Adrianus.

g ¶ Demonstrentur.] Non tamen in Missa defunctorũ datur

Pax non detur in Missa defunctorũ nec iter monach.

a ¶ Efficientia.] i. vini materia. Dicunt quidam, quod hic incipit reprobatio quarti erroris: quod non credo: sed est prosecutio tertij, sed inferius reprobatur quar-

Corp⁹ Christi saltem semel in anno suscipiatur a laicis.

datur pax: quia iam non sunt in perturbatione huius mundi: sed quiescunt in Domino. nec inter monachos, quia mūdo mortui sunt, 2.q.7.placuit.16.q.1.placuit 2.

a Peracta.] ¶Communicent.] Quia corpus, & sanguinem ministrant. nam laici ter in anno tantū infra eadem sæculares. Vel hoc est antiquum: nam hoc hodie videtur relictum arbitrio cuiuslibet i inf.ea.quotidie.imò hodie semel in anno oēs debent. extra de pœ.& remis.omnis.

Immo obtinet extra de pę.c.omnis. Arch.

Relatū.] Hęc est quarta pars dist. in qua dicitur, ꝙ quoties quis el brat, toties sumat Eucharistiam. Io.de F.nt.

CASVS. Quidā presbyteri plures Missas in die vno celebrabant: & in qualibet corpus & sanguinē Christi cōsecrabant, sed tūn in vltima sumebant. Hanc pessimam cōsuetudinem concilium redarguebat, statuens ꝙ quoties sumat presbyter corpus & sāguinem Christi, toties illud ꝯficiat: & q cōtrafecerit, per annum remoueatur a cōione sacramentorum.

b ¶Sacrificia.] Innuitur ex hoc c. ꝙ uno die nō possunt ab eodem plura sacrificia celebrari in vno canone. qđ falsum est. Sed tu dic hoc solū hic reprobari non toties sumere quoties conficitur. Nota hic plurima dici de duobus: quia plura 2 nō licet sup.e.d.1. sufficit. nisi in natiuitate s̄.ea.d.1. nocte. inst. de iur.perso.in fi.

a Scilicet sacrificia quā duo offerri,

c ¶Qua se.] Sup.25. q.2. ita nos. s̄.17. q.4.frater.12.q.2.cap. qui: & humani.

d ¶Anno.] Supra d. 74.episcopus.

e ¶Toties.] Sicut lex dicit i abolitione. 2. q.3. præuaricator.& tot denunciationes dēnt fieri, quot opera ædificantur. ff. de op.nou.nunc. de pupillo.§.si plurimum.

Comperimus. CASVS. Hunc casū ponit sic H. Erant quidam sacerdotes, qui ordine debito consecrabant corpus & sanguinem Christi. corpus sumebāt, sed a sanguine abstinebant, de quo miratur Gela. & dicit se nescire qua superstitione hoc faciebant, & præcepit vt aut ambo sacramenta sicut consecrantur, accipiant: aut ab vtrisque cessent, quia in sacrificante unum sine altero accipere, sacrilegium est.

f ¶Portione.] Idest, specie panis, quæ tantum sacrum corpus significat.

g ¶A calice.] Idest a specie vini, quæ significat sacrum sanguinem.

h ¶Aut integra.] Idest, integre. sub vtraque enim specie Christus integre sumitur, & hoc intelligo de conficiente, nam infirmus uel sanus in necessitate sine vino corpus sumere potest.

i ¶Qua diuisio.] Hoc de speciebus ipsis exterioribus intelligitur: impossibile est enim corpus Christi sine sāguine sumi, & vice versa. sic. n. speciem panis siue vini quis sumat, utrumq; sumit & dicūtur hic duo sacramēta, & unum propter unum contentum: reuera enim sunt ibi plura sacramenta, nam accidentia panis sunt tantum

Item Anacletus Papa, epistola prima.

¶Tribuebatur Calixto. Restitutum est Anacleto ex aliquot vetustis exemplaribus, & Burchardo, cui Anacleto tribuitur etiam sup. de consecr dist. 1. episcopus.

¶Ecclesiasticis liminibus careat minister, qui post consecrationem communicare contemnit. Cap. X.

Peracta consecratione omnes communicent,[a] qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus. Sic enim & Apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet ecclesia.

sup.de consf. dist.1. omnes fideles. Burc.l.3.c.77.

Item ex concilio Toletano duodecimo, cap. 5.

¶Quisque sacerdos, quoties Missam celebrat, toties sacram communionem percipiat. Cap. XI.

4 Relatum est nobis, quosdam de sacerdotibus non tot vicibus communionis sanctæ gratiam sumere, quot sacrificia [b] in vno die videntur offerre, sed si in vno die plurima per se offerant sacrificia, in omnibus se oblationibus a communione suspendant, & in sola tantum extrema † sacrificij oblatione communionis sanctæ gratiam sumant: quasi non sit toties illi vero & singulari sacrificio participandum, quoties corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, immolatio facta constiterit. Nam ecce Apostolus dicit. [Nonne qui edūt hostias, participes sunt altaris?] Certum est, quod hi, qui sacrificātes non edunt, rei sunt Dominici sacramenti. Quicunq; ergo sacerdotum deinceps diuino altario sacrificium oblaturus accesserit, & se a communione suspenderit; ab ipsa, qua se [c] indecenter priuauit, gratia communionis anno [d] vno repulsum se nouerit. Nam quale erit illud sacrificium, cui nec ipse sacrificans particeps esse cognoscitur? Ergo modis omnibus est tenendum, vt quotiescunque sacrificans corpus & sanguinem Iesu Christi domini nostri in altario immolat, toties [e] perceptionis corporis & sanguinis Christi participem se præbeat.

Iuo p.2.c.114.

† al. extremi.

1. Cor. 10.

Item Gelasius Papa Maiorico, & Ioanni episcopis.

¶Corpus Christi sine eius sanguine sacerdos non debet accipere. Cap. XII.

Comperimus autem, quòd quidam sumpta tantummodo corporis sacri portione,[f] a calice [g] sacri cruoris abstineant. Qui proculdubio (quoniam nescio qua superstitione docentur obstringi) aut integra [h] sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur: quia diuisio [i]

Micrologus. c. 19. Algerus. l. 2. c. 8. Poly. l. 3. tit. 9. & 30. Ans. l. 6. cap. 147. Iuo p. 2. c. 89.

tantum sacramentum corporis Christi: & accidētia vini sunt tantum sacramentum sanguinis Christi: quia certe sub specie panis est corpus & sanguis Christi: immo totius est Christus, similiter sub specie vini non tamē est ibi duplex sumptio corporis, & sanguinis Christi: nec

non per transubstantiationem.

a ¶ Vnius.] Sic & pupillus necesse habet omnia negotia, quę tutor fecerit, rata habere: vel omnia respuere ff. de admini. tuto. cum quæritur. Arg. 12. q. 2. quia cognouimus. ff. de procur. in causæ.

Vnius[a] eiusdemque mysterij sine grandi sacrilegio non potest prouenire.

¶ De hoc cap. notatum est supra 25. q. 1. c. fi. apud Anselmum, & in Polycarpo tit. 30. (nam in nono titulo est caput per se) esse partem epistolæ, quæ ibi refertur.

Item Augustinus de ecclesiasticis dogmatibus, c. 53.

¶ Eucharistiæ communionem qui quotidie accipit, nec reprehenditur, nec laudatur. Cap. XIII.

Valfridus de rebus eccl. c. 12.
Sent. 4. dist. 12.
Alge. l. 1. c. 23. & 10.
Poly. l. 3. tit. 16.
Ans. l. 9. c. 9.
Barc. l. 5. c. 15. & 16.
Iuo p. 2. c. 25. & 26.

QVotidie Eucharistię communionem percipere nec laudo, nec vitupero, [b] omnibus tamen Dominicis diebus communicādum suadeo, & hortor: si tamen mēs sine affectu [c] peccandi sit. Nam habentem adhuc voluntatem peccādi, grauari [d] magis dico Eucharistię perceptione, quàm purificari.[e] Et ideo, quāuis quis peccato mordeatur, peccandi tñ non habeat de cætero volūtatem, & cōmunicaturus satisfaciat lachrymis, & orationibus. & confidēs de Domini miseratione, qui peccata piæ confessioni donare consueuit, accedat ad Eucharistiam intrepidus, & securus. Sed hoc de illo dico, quem capitalia, & mortalia peccata non grauant. *Idem epist. 118 cap. 3.* Dixerit quispiam nō quotidie [f] accipiendā Eucharistiam: alius affirmet quotidie: faciat vnusquisque quod secūdū fidem [g] suam pie credit esse faciēdum. Neuter enim eorum exhonorat corpus & sanguinē Domini, si saluberrimum sacramentum certatim honorare cōtendunt. Neq; enim litigauerūt inter se,[h] aut quisquam eorum se alteri præposuit, Zachæus, & ille Cēturio, cum alter eorū gaudens in domum suam suscepit † Dominum, alter dixit, [non sum dignus, vt intres sub rectum meū.] Ambo honorificantes Saluatorem diuerso, & quasi contrario modo, ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consecuti. Ad hoc valet: α quod manna secundum propriam voluntatem in ore cuiusque sapiebat.

Amalarius de eccl. offi. c. 12.
Gabilon 2. c. 46.
Beda 1. Cor. 11. & ibi gl. or. Eugippus.
Luc. 19.
Matth. 8.
† *al. susceperit.*
Sap. 16.

¶ Caput hoc ex duobus Beati Aug. locis cōfectū, & i summā redactū ex ijsdē, ubi opus esse visum est, & emēdatū

ADDITIO. Ad idē C. de iure delibe. quidam. Sed arg. contra ff. de mino. etiā. §. 1

QVotidie.] Hęc est quinta pars dist. 1. in qua probatur per q. capit. quod olī antiqui patres sępius communicabāt secūdum diuersos status ecclesiæ. Io. de Fant.

CASVS. Quærebatur ab Aug. vtrū quotidie esset communicādum. Aug. non vult præcise respōdere ad hoc, sed monet omnes omni die Dominico communicare, qui non sunt conscij mortalis peccati, nec habent propositum peccandi, utrum tamen si unus de duobus putat nō quotidie cōmunicandum: alter vero putat cōmunicandum quotidie: neuter debet reprehendi. Quod probat ex exemplo Zachæi & Centurionis: quorum alter, s. Zachęus Dominum in domo suscepit, alter verò, s. Centurio dixit se esse indignum: nec tamen isti fuerāt inter se diuersi. Non sum dignus.] idest, non iudico me dignū ad hoc, scilicet de accipiēdo corpore Christi quotidie vel non: quisque faciat secūdum, quod credit pie esse faciendum. Sequentia tria cap. patent.

b ¶ Vitupero.] Hoc dicit Augu. ignorās mentes sumentium, vtrum sint dignæ, tanquam qui mentem alterius videre non poterat. 2. q. 5. consuluisti.

Corp9 Christi sumere volēs, quale propositum dēt habere.

c ¶ Mens sine affectu.] Sed quandó dicis, quod mens est sine affectu peccandi? credo quod non proponit firmiter abstinere a quolibet peccato mortali, nisi sit ergo in tali proposito, nunquam debet accipere corpus Christi.

d ¶ Grauari.] sup. ead. dist. 1. in sancta. 13. q. 2. quibus. & c. cum grauia.

Sacramentū uni est salutiferum. alij mortiferū.

e ¶ Purificari.] Et ita quod uni est salutiferum, alij est mortiferum, ut ff. ad legem Aquil. l. qua actione. §. si quis. extra de præscriptio. quoniam omne. 1. q. 1. opponitur uer. ipsa enim salus.

f ¶ Quotidie.] Nam facile non sunt tribuenda, ut de pœ. dist. 1. nonnulli.

g ¶ Secundum fidem.] idest, conscientiam. extra de præscriptio. quoniam omne.

h ¶ Litigauerunt inter se.] idest, fuerunt contrarij tanquam

sti: nec superfluit hæc vel illa sumptio, sicut si comedam in vno prandio & ante potum & post potum, non tamen dicor bis comedere, nec superflue sumitur sub vtraque specie. Nam species panis ad carnem & species vini ad animam refertur, cum vinum sit sacramentum sanguinis, in quo est sedes animæ, ideoque sumitur sub vtraque specie, vt significetur quod utrūque Christus assumpsit & carnem & animam: & quod tam animę, quam corporis participatio ualeat. vnde si sub vna tantū specie sumeretur, ad tuitionem alterius, tantum valere significaretur. Hæc tamen propositio non est concedenda. Vinum transubstantiatur in corpus Christi: nec ista, Panis transubstantiatur in sanguinem. sed potius panis tantum transubstantiatur in carnem, & vinum tantum in sanguinem & tamen vbicumque est caro, ibi est sanguis: sed caro est ibi per transubstātiationem, & sanguis per commistionem: sicut anima est ibi per vnionem,

...ū trāsub ...atur in ...us: hæc ...positio ...cedenda ...est, nec ..., panis, ...substan...tur in san...nem.

a Id est quia ad vnum & eundem effectum tendunt. Arch.

quam litigantes inter se. Argu. quod quandoque ea, quæ in superficie videntur contraria, non sunt contraria, quia habent eundem effectum 1 si. sup. 22. q. 2. beatus. 8. q. 1. in scripturis. supra 14. q. 1. quod debetur. supra 23. q. 5. prodest, & q. 1. noli. sup. 35. q. 5. ad sedē, arg. diuersarum sententiarum neutrā reprobari. 8. q. 1. in scripturis.

nachi faciunt.

i ¶ Reconcilientur.] Finita pœnitentia, ut sup. 26. q. 6. si quis de corpore. Vel consuetudini quarundam ecclesiarum alludit, & secundum primum intellectum illud est expressiuum veritatis: sicut illud Ioan. Quasi vni, &c.

a SI quotiescūque effunditur.] idest, significatur effundi.

b ¶ Sanguis.] i. in commemorationem effusionis ipsius offertur. inf. e. iteratur. q. d. quotiescunque fit commemoratio sanguinis Christi.

c ¶ Debeo.] idest, debeo semper præparare me habilem & dignum ad accipiēdū. vt inf. ea. non iste.

d SI non sunt.] Vel fuerunt.

Mortale quod est dignum excōicatione.

e ¶ Excōicetur.] idest dignus sit excōicari. Omne enim mortale peccatum dignū est excōicatione, ut sub. 6. q. 1. illi qui. s. 11. q. 3. nullus sacerdotum. 22. q. 1. c. vl. & c. i sacris. Vel excōmunicentur in sacramentis, alias tantum pro contumacia potest quis excommunicari. 11. quæstio. 3. certum.

ADDITIO. Sub. tantum potest quis excōicari excommunicatione maiori. q. 3. certū. Per de hoc dixit 2. q. 1 nemo.

f ET si non.] ¶ Nisi forte. Tunc idipsum etiam abstinere peccatū est, inf. ea. si quis intrat.

g ¶ Et natali.] Vel nisi ratione pœnitētiæ iniūctæ in illis diebus a communione cessare teneat, vt 33. q. 2. cap. admonere. Alij dicunt tantū in Pascha esse pceptum. extra de pœnit. & remis. omnis.

IN cœna.] CASVS. Quidam in cœna Domini propter negligentiam non cōmunicabāt: sed dicit Papa, quod oēs debent cōmunicare: nisi sit eis interdictum propter peccatum: cum etiam pœnitentes illa die reconcilientur ad percipiendam communionem.

h ¶ Demonstrat.] Sic olim: modo sic non est: sed mo-

Si

& auctum. Algerus autem, & Valfridus Strabo citant vsque ad vers. Idem. *ex Gennadio Massiliensi presbytero, quem B. etiam Thomas quodlibet. 12. ar. 1. facit auctorem libri de ecclesiasticis dogmatibus. Et Platina in vita Symmachi, & Magister Senten. lib. 2. dist. 8.*

a ¶ Ad hoc valet.] *Locus integer legēdus est in originali.*

Item Ambrosius lib. 4. de sacramentis, c. vlt.

¶ Qui semper peccat, cœlestis sacramenti medicinam semper accipiat. Cap. XIIII.

Alg. l. i. c. 22. Sent. ibidem. Poly. ibidem. Burc. l. 5. c. 18. Iuo p. 2. c. 28.

SI quotiescunque effunditur [a] sanguis [b] Christi, in remissionem peccatorum effunditur; debeo [c] illū semper accipere, vt semper mihi peccata dimittantur. Qui semper pecco, semper debeo habere medicinam.

Item Hilarius episcopus.

¶ Non abstineat a corpore Domini, nisi qui excommunicari meretur. Cap. XV.

Alger. ibidem. Poly. l. 3. tit. 16. Burc. l. 5. c. 18. Iuo p. 2. c. 28. Rabanus de instit. cler. c. 31.

SI non sunt [d] tanta peccata, ut excommunicetur [e] quis, non se debet à medicina corporis & sanguinis Domini separare.

¶ *Cæteri etiam collectores, & Algerus citant ex Hilario. Apud B. Augustinum epistola 118. hæc habentur,* Si peccata tanta non sunt, vt excommunicandus quisquā homo iudicetur, non se debet à medicina Dominici corporis separare. *nec multo aliter apud Bedam. 1. Cor. 11.*

Item Fabianus Papa ait.

¶ Ter in anno quisque fidelium communicet. Cap. XVI.

Sent. 4. dist. 12. Poly. ibidem. Burch. l. 5. c. 27. Iuo p. 2. c. 27. Ans. l. 1. c. 151.

ET si non frequentius, saltem in anno ter laici homines communicent (nisi forte [f] quis maioribus quibuslibet criminibus impediatur,) in Pascha videlicet, Pentecoste, & Natali [g] Domini.

¶ *Apud eosdem collectores eodem modo citatur. Verum præter vltima verba,* In Pascha videlicet, &c. *habentur in concilio Turonensi. 3. c. 50. & cap. 1. 2. c. 45.*

Item Soter Papa ait.

In Cabilon. 2. c. 47.

¶ Etiam in cœna Domini sacram communionem debemus accipere. Cap. XVII.

Poly. ibidem. Burc. l. 5. c. 20. Iuo p. 2. c. 30.

IN cœna Domini à quibusdam perceptio Eucharistiæ negligitur: quæ quoniam in eadem die ab omnibus fidelibus (exceptis ijs, quibus pro grauibus criminibus inhibitum est) percipienda sit, ecclesiasticus vsus demonstrat, [h] cum etiam pœnitentes eadem die ad percipienda corporis & sanguinis Dominici sacramenta reconcilientur. [i]

Item ex concilio Martini Bracharensis, c. 83.

in cap. synod. ærarum.

¶ Proijciatur ab ecclesia, qui a communione sacramenti se pro luxuria sua auertit. Cap. XVIII.

ex conc. Antiocheno. c. 2.

SI quis intrat in ecclesiam Dei, & sacras scripturas au

SI quis intrat in ecclesiam.] CASVS. Quidam erant graue viuentes, & ideo subtrahebant se a cōmunione.

ne corporis, & sanguinis Christi, quare præcipitur hic, vt donec agant pnīam, excommunicentur, & post pœnitentiam recipiantur ad cōionem. Sequens cap. patet. a ¶ Et pro luxuria.] idest, superstitione sua credens for te non esse communicandum. 1 28.q.1. idolatria. Vel id tali peccato. 2 sed quia in delictis luxuriando incorrigibilis deprehenditur. de pœnitentia dist. 1. sunt qui arbitrantur. 2 Subaudi ꝙ cōmitteret si indigne sum psisset corp⁹ Christi.

S c ¶ Donec pœnitentiam.] inf. ead. c. hi, qui. d Æculares.] Non credantur. Nisi ob humilitatem vel delicti conscientiam abstineant. sed Baz. dixit, semel in anno præceptū esse cōmunicare quo ad laicos. Vel dic hoc ī clericis, illud in laicis nam uita clerico rum debet esse religiosior quam laicorum, supra distin. 4. 3 Vel sit eis denique. 3 iniunctū in pœnitentia. Clerici debēt esse deuotiores q̄ laici.

Vel contē cōione ca. di- omnes Hug.

dit, & pro luxuria [a] sua auertit se a cōmunione sacramēti, & in obseruandis misterijs declinat cōstitutam regulam disciplinæ, illum talem proijciendū [b] de ecclesia catholica esse decernimus, donec pœnitentiam [c] agat, & ostendat fructum pœnitentiæ suæ, ut possit communione percepta α indulgentiam promereri.

α ¶ Communione percepta.] *In recentioribus conciliorum editionibus legitur,)* vt possint communione percepta indulgentia promereri. *Editiones vero antiquæ, & Vaticini codices habent ut Gratianus. Concilij Antiocheni c. 2 (vnde hoc videtur sumptum) hæc sunt verba,* καὶ παρακαλέσαντες τυχεῖν συγχωρήσεως, *i.* & implorantes consequi veniam possint.

Item ex concilio Agathensi, c. 8.

¶ Non habeantur catholici, qui his tribus temporibus communicare desinunt. † Cap. XIX.

† al. paruipendunt. Burc. l. 3. c. 23. Iuo p. 2. ca. 33.

S Aeculares, [d] qui in Natali Domini, Pascha, & Pentecoste non communicauerint, catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur.

In concilio Toletano, 1. c. 13.

¶ Corripiantur, qui in ecclesia communicare contemnunt. Cap. XX.

H I, qui intrant in ecclesiam, & deprehenduntur nūquam communicare, [e] admoneantur. Quod si non communicant, [f] ad pœnitentiam accedant. Si communicant, [g] non semper abstineant, β [h] si non fecerint, abstineantur. [i]

β ¶ Abstineant.] *In originali legitur,* abstineātur, *quemadmodum in fine capitis etiam in vetustis Grat. Sed hoc loco interpretatio glo. magis conuenit uerbo,* abstineant.

Item ex concilio Eliberitano.

¶ Ante sanctam communionem a propria vxore quisque contineat. Cap. XXI.

Burc. l. 5. c. 22. Iuo p. 2. ca. 23. Pann. l. 5. c. 152. † al. quinque aut septem. glossa ordin. 1. Cor. 11. Sent. 4. distin. Amalarius lib. 3. capit. 35. Alcuinus f. 79 Micrologus, c. 17. Rabanus de instit. cleri. c. ult. Alg. l. 1. c. 19. Ordo Romanus solu. 5. Pan. l. 1. c. 141.

O Mnis homo ante sacram communionem a propria vxore abstinere [k] debet tribus, aut quatuor, † aut octo diebus, γ nec inter catholicos cōnumerabitur, qui in istis videlicet temporibus, Pascha, Pentecoste, & Natali Domini non communicauerit.

γ ¶ Nec inter.] *Hæc vsque ad finem absunt hoc loco a Burchardo, & Iuone, suntque summa quadam capitis, sæculares. sup. ead.*

Item Sergius Papa ait.

¶ Quare tres partes fiant ex corpore Christi. Cap. XXII.

6 T Riforme est corpus Domini. Pars oblatæ ♂ in cali-

H I qui intrant ec clesiam.] CASVS. Quidā erāt intrantes ecclesiam, & nō communicabāt. Dicitur hic, ꝙ tales debent admoneri vt communicent, sed si cessauerint pp mortale peccatū accedāt ad pœnitentiam, q̄ si nō fecerint, excōmunicentur. Seq. ca. patet, in quo bonū datur consilium.

e ¶ Communicare.] idest, si dicunt se tales esse, ꝙ non sunt digni cōmunicare, scilicet propter consciētiam criminum.

f ¶ Si nō communicant.] Idest, si digni non sunt.

g ¶ Si cōmunicant.] idest, si dignos se cōmunione faciūt, idest, si tales dicunt quòd sunt communione digni.

h ¶ Abstineant.] idest, si alijs temporibus, non tamen illis temporib. abstineāt, scilicet Pascha, Pentecoste, Natali Dñi.

i ¶ Abstineantur.] idest remoueantur.

i ¶ Abstineantur.] A cōmunione. Vel abstineātur, id est, excommunicentur.

k O Mnis homo.] ¶ Abstinere.] Quātum in se est, vt non exigat, exactus reddere debet quolibet tempore, vt 33. q. 5. si dicat. non enī est præceptum ꝙ hic continetur, ut not. 33. q. 8. uir cum propria. q. 23. dist. c. ult.

idest, pro luxuriosa vita sua, sine qua pauci. di. 50. quia tua.

b ¶ Proijciendum.] Cur arguitur, unde commendari debet? quia pro peccatis sui abstinet a corpore Christi. Sed nō arguitur, quia separat se a sacramento pro mor-

T Riforme est corpus.] Hæc est sexta pars distin. in qua dicitur ꝙ tres partes fiunt de corpore Christi, & tres habēt significationes H.

CASVS. Ostenditur in hoc c. quid significēt tres partes, quæ fiunt de specie panis, & dicitur quod significant my-

mysticum corpus Christi: quod triplex est. Nam pars, quæ ponitur in calicem, significat corpus Christi, quod resurrexit, pars comesta significat corpus Domini, dum fuit in vita præsenti. pars remanens significat corpus Christi, dum fuit in sepulchro.

tur, non enim in stomachū descendunt: quare per secessum non emittuntur; licet enim ex ipsis aliquis reficiatur, non tñ incorporantur: nec in stomachum descendunt: nec per secessum emittuntur interdicto.n.odore recreatur 2 homo: qui tñ nec in stomachum, nec in secessum

Species ... crales a... scendar... stomach... 2 De ho... §.eo.in ... ibi uide...

De hoc no. §.eo. compe rimus.

Corporis Christi partes quid significant.

a ¶ In calicem] Quia iunctura corporis 1 Domini cum sangui ne, designat vnionē corporis cū anima.
b ¶ Ambulans.] i. designat corpus Domini in eo statu, in quo fuit ante passionem: vel designat ecclesiam adhuc militantem.
ADDITIO. Sub quæ dicitur spirituale corpus Christi infra, ea. dist. quia passus.
c ¶ Finē.] Hodie nō seruant, sed duæ partes siccæ comeduntur. Prima sicca pro animab. sanctorum ad laudem Dei. Altera sicca pro illis, qui sunt in purgatorio. Tertia cū sanguine, pro illis, qui sunt in peccato viuentes.

Tribus gradibus] Hæc est 7. pars dist. in qua dicitur, ꝙ sacramenta Dominica tractantur a tribus ordinibus. Ioan. de Fant.
CASVS. Ostendit hic primo a quibus ordinib. sacramenta conficiātur Eucharistię. Secundo dicitur, qđ presbyter diaconus, vel subdiaconus curare dēnt, ut Eucharistia conficiatur, & ꝙ populo possit sufficere; & quod fragmenta, si qua supersint, clerici ecclesiæ cum reuerentia sumāt: & post sumptionē a cibis omnib. abstineāt horis in cap. notatis. Tertio dicit, ꝙ fragmenta non debēt dari extraneis: quia Dauid panes propositionis ab Abimelech nō accepit, donec mundum se esse dixit.

cem [a] missa, corpus Christi, quod iam resurrexit, monstrat; pars comesta, ambulans [b] adhuc super terrā; pars in altari vsque ad missæ finem remanens, corpus iacens in sepulchro: quia vsq; ad finem [c] sæculi corpora sanctorum in sepulchris erunt.

[∂] ¶ Oblatæ.] *Antea legebatur,* oblata. *Emendatum est & hoc, & alia ex vetustis codicibus glossa ordinaria, atque ex alijs scriptoribus indicatis.*

Item ait Clemens Papa, epist. 2.

¶ A quibus sunt contrectanda sacramenta Dominica.
Cap. XXIII.

7 Tribus gradibus [d] cōmissa [e] sunt sacramenta [f] diuinorū secretorum, i. presbytero, diacono, & ministro: qui cum timore, & tremore clericorum, reliquias fragmentorū corporis Dominici custodire debent. *Item ibidem.* ¶ Tanta in altario certe holocausta offerantur, quanta populo sufficere debeant. Quod si remanserint, in crastinum non reseruentur, [g] sed cum timore, & tremore, clericorum diligentia consumantur. Qui autē residua corporis Domini, quæ in sacrario relicta sunt, consumunt: non statim ad communes accipiendos cibos cōueniant, ne putent [h] sanctæ portioni miscere † [i] cibum; qui per aqualiculos [k] digestus in secessum funditur. Si igitur mane Dominica portio editur, vsq; ad sextam ieiunent ministri, qui eam consumpserunt, & si tertia, uel quarta hora acceperint, ieiunent vsq; ad vesperā. Sic secreta sanctificatione, ęterna custodienda sunt sacramenta. *& infra.* ¶ Præcipimus ēt, ne vnquam extero † clerico [l] ecclesia, siue laico de fragmentis oblationū Christi ponatur ad mēsam. Vnde scis tu, qui passim sanctuarij † panes indignis impēdis, vnde nosti, si a mulierib. mundi sunt hi, quib impēdis? Hinc & Dauid ab Abimelech sacerdote interrogatus, cū panē sibi ad comedendum posceret, si mundus esset a muliere, cum se mundum ante triduum profiteretur, panes propositionis manducauit.

Ordo Romanus fol. 87.
Poly. l. 5. tit. 16.
Burch. l. 5. c. 11.
Iuo p. 2. c. 21. & 64. & 86.
Pan. l. 1. c. 149.

† *al. commisceri.*

† *excommunicato*] orig. C. 2.

† *al sacrarij.*

Item Isidorus libro 1. de summo bono, cap. 24.

¶ Inficiuntur, non mundantur scelerosi, qui communicare non desinunt. Cap. XXIV.

8 Qui scelerate viuunt in ecclesia, & cōicare non

inf. dis. 4. qui in maternis. §. qui scelerate.

d ¶ Tribus gradibus.] idest ministris trium graduum.
e ¶ Commissa.] idest, tractanda.
f ¶ Sacramenta.] idest, corpus, & sanguis, quæ sunt sacramenta vnitatis ecclesiæ, ut inf. ead. quia passus. corpus enim Christi & sacramentum est & res sacramēti, ut sup. ea. in summa. inf. ea. hoc est quod dicimus.
g ¶ Reseruentur.] inf. ead. dist. presbyter Eucharistiā. contra extra de offic. archipres. officium. contra. sed ibi iubetur reseruari ad opus morientium: hic prohibetur reseruari ad opus consecrantium.
h ¶ Putent.] Simplices, vel ipsi presbyteri.
i ¶ Miscere.] Sed nec species illæ alijs cibis permiscē-

cessum dirigit. Dici pōt 3 ꝙ species bene descendunt in stomachum: nam aliter quomodo euomerentur? inf. ea. si quis per ebrietatē, vnde forte per sudorē emittitur de corpore. certum est, ꝙ species quam cito dentibus terūtur, * tam cito in cœlum rapitur corpus Christi.
k ¶ Per aqualiculos.] i. occultos meatus. Vnde Persius: Pinguis aqua aliculus propenso sesquipede extar.
l ¶ Clerico.] Alienæ iurisdictionis. & sic nō est cōtra. inf. ea. non prohibeat. ibi de occulto, hic de manifesto.
Qui scelerate.] Hæc est octaua pars dist. in qua probat magister, quod cum magna veneratione debemus sumere corpus Christi: & hoc probat per tria cap. Io. de Fant.

3 Qđ no... eo. speci... &c. nō i... ibi uideas... * Manet ... pus quā... species n... nent, quæ... scendunt.

CA-

CASVS. Quidam in scelere permanentes sumunt corpus Domini credentes sibi proficere ad salutem, sed probatur hic auctoritate prophetæ, & Apostoli, quod hoc facere non debent, quia non ideo mundantur.
a ¶Quod dilectus.] Ironice dicit.
b ¶Pro- stantiatio. 1] Ad hoc dico, quod per hanc dictionē, hoc, nihil demōstratur: nam ipsa materialiter ponitur ibi. Sed hic quero qualiter per dictionē nihil significantem, fiat transsubstantiatio. Item Dñs utebatur significatiue voce illa, & nos vtimur materialiter, ergo non facimus ea, quæ ipse fecit, quod fieri debet, supra ea. scriptura. Hic oportet quod magis operet fides, quia rō differēdi, quia fides non hēt meritum, &c. s. de pę. d. 4. in domo. Ad hoc dico, quod ea via data est ipsis uerbis, quod ad eorū prolationē fiat trāsubstantiatio. inf. ea. c. accipite. Itē ideo sacerdos ea non pfert significatiue, * qa nō posset ea uere proferre. mentiretur enim si diceret, hoc est corpus meū. Itē quid si quis proferret uerba hæc post mortē Christi ante resurrectionē? cōficeret ne? vī quod non, qa corpus Christi tunc erat mortuū & inanimatū. ergo si tran substautiatio tūc fieret, tunc transiret in corpus mortuum & inaīatum & sic inutiliter sumeret. quō enim uiuificaret, vel uitam conferret aliqd corpus mortuū? Respō. nemo potuit ante resurrectionem cōficere verū corpus Christi, nisi Christus. sic ergo data est forma ut post resurrectionē hoc fieret, per illud, hoc facite in meam cōmemorationē. de co. n. nō cantat missa in illo triduo & intelligo p synecdochē. De hoc 75. di. quod a patribus.
f ¶Apostolus.] Hic probat quod communicando dilectionem debemus habere.

1 De hoc mēbro videas quod leg. & no. sup. e. cū omne.

* Idest non ex persona sua, sed ex psona Christi.

* *In illo triduo corpus Domini erat sine anima, non tamen disiunctum a persona verbi, & ideo viuificare potuisset. S. Tho par. 3. q. 76 ar. 1. ad 1.*

stomachū, nutriunt. Th. par. 3 q. art. 45. & in corp. nec oprie rapi in cælum, nde nunquā scedit est. n. nmobiliter hoc sacramento, S. Tho. 7. art. 6. in rp.

desinunt, putantes se tali communione mandari, discant nil ad emundationem sibi proficere, dicente propheta, [Quid est, quod dilectus [a] meus fecit in domo mea scelera multa? Nunquid carnes sanctæ auferent a te malitias tuas?] & Apostolus, [Probet [b], inquit, seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.]

Hier. 11. *1. Cor. 11.*

Item ex octaua synodo, Basilius episcopus dixit.

Ex Basilij regulis breuioribus, c. 172.

¶Hoc Basilij caput est ex versione Ruffini c. 70. quibusdam tamen omissis. Ex hac autem citatione, quam nunc affert Gratianus, & alijs eiusdem locis, ut alibi dictū est, uidetur posse colligi regulas illas B. Basilij post octauā synodū in codice, quo Gratianus usus est, fuisse collocatas.

¶Damnationem, non salutem acquirunt, qui indigne sacramentis Christi communicant. C. XXV.

manducant & bibunt. Illum manducare, est refici: illum bibere, est viuere. Quod in sacramento [a] visibiliter sumitur, in ipsa veritate [b] spiritualiter manducatur [c] & bibitur. Manducetur [d] Christus, viuit manducatus, quia resurrexit occisus. Nec quando manducamus, partes [e] de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit, [f] & norūt fideles, quemadmodum manducent [g] carnem Christi, vnusquisque accipit partem [h] suam, [i] vnde & ipsa gratia partes uocantur. Per partes [k] manducatur, & manet integer [l] totus, per partes manducatur in sacramento, & manet integer totus in cœlo, manet integer † totus in corde tuo. Totus erat apud patrem, quando uenit in Virginem, impleuit illā, nec recessit ab illo, *& infra.* ¶Quod videtur, † [m] panis est, [n] & calix, q̄ etiam oculi renunciant. [o] Quod autem [p] fides postulat [q] instruenda, panis [r] est corpus Christi, calix, sanguis, *& inf.* ¶Ista ideo dicuntur sacramenta: [s] quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur. Quod videtur, speciem habet corporalem, quod intelligitur, fructum habet spiritalem. *& infra.* ¶Qui accipit mysterium vnitatis, & non tenet vinculum pacis: non mysterium accipit pro se, sed testimonium contra se.

† *hic) glossa.*

† *ergo vidisti) orig.*

sup. ca. quia passus.

¶*Sententia prioris partis huius capitis est apud B. Aug. in sermone 2. de verbis Apostoli, & fusius quidem explicata. Cætera autem a vers.* Manducatur Christus *vsq; ad finē sunt apud Bedā, & pars refertur ēt inf. c. innitat.*

Idem Aug. super Ioan. ad cap. 6. tract. 26. & 27.

Beda. 1. Cor. 10. & 11.

¶Quomodo spiritualiter corpus Christi sit accipiendum. Cap. LIX.

CRedere in Iesum Christū, hoc est manducare panem viuum. Qui credit in [t] eum, manducat. Inuisibiliter saginatur, quia & inuisibiliter renascitur. [u] [Et, qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam ęternam] Participatione enim filij (quod est per vnitatem corporis Christi & sanguinis) homo mād
ucans viuit, non sumens tantum in sacramento, [x] (quod & mali faciunt) sed vsque ad spiritus participationem, vt in corpore Domini tanquam membrum maneat, & eius spiritu vegetetur: quod est, dum eius mandata seruat.

sup. ead. ut quid Al. l. 1. c. 8. & 21. Sent. 4. d. 9. Iuo p. 2. c. 4.

a ¶In sacramento.] i. in specie panis & vini uisibili.
b ¶Veritate.] i. vera caro & sanguis Christi inuisibiliter mā
ducantur.
c ¶Manducatur.] i. modo manducandi sumitur, & ita intellige omnes tales processus.
d ¶Manducet.] Nec mirū, quia surrexit [1] occisus, ergo amplius mori non potest siue manducetur, siue non.
e ¶Partes.] sup. ead. dist. ego Berēgarius. contra.
f ¶Sic fit.] i. sacramētum per partes diuiditur, sub quo totū, & integrum Christi corpus latet.
g ¶Mādu
cēt.] Quia in sacramento.
h ¶Partem.] Totum corpus Christi sub parte speciei.
i ¶Suam.] Et sub illa totum Christum.
k ¶Per partes.] Glorificatum quidē corpus aliquā læsionē post resurrectionē pati non potest. 11. q. 3. secundum.
l ¶Integer. Si credis. ADDITIO. Idest, p fidem: quia credere debes ipsum semper integrum manere, & non per partes diuidi. Arch.
m ¶Videtur.] Quia species panis & vini videtur.
n ¶Panis est.] idest, species panis, & species calicis.
o ¶Renunciant.] idest, ostendunt & probant.
p ¶Quod autem.] idest, sed.
q ¶Postulat.] Nominibus partium appellatur corpus & sanguis Christi. Vel ipsæ species, quæ per partes diuiduntur, uocantur, corpus & sanguis Christi, sed significati mysterio, ut sup. ea. hoc est.
q ¶Postulat.] idest, quod fideles instruuntur debere credere.
r ¶Panis.] idest, sub specie panis latet corpus Christi, & sub specie vini, sanguis per significationem, nam in rei ueritate, utrumque sub utroque latet.

1 Subaudi, quia maius fuit: & ita istud, q. a, non est causale, sed probatio a maiori, vel dic q̄ est cāle, quia semel est mortuus, & resurrexit ad immortalitatē: ergo amplius, &c. ut sequitur in gl. sm Io. de Fant.

Corpus glorificatum lædi non pōt.

brum Christi, & eius spiritu uegetatur, & ad Deum tendit, ad quem mali non accedunt.
t ¶Qui credit.] Diligendo eum super omnia, scilicet sperando eum sibi dari in præmium, ponendo totam spem in eo, incorporat sibi Christum per fidem & dilectionem, & spem. de pœn. dist. 2. charitas.
u ¶Renascitur.] Puta per baptismum, uel per Eucharistiam cum digne sumit.
x ¶In sacramento.] idest, in sacramentali manducatione, sed etiam in spirituali. nam sicut in baptismo induitur Chrs interdum sacro tenus, interdum quoad uitæ sanctificationem 3 (primum bonorum & malorum est

est commune, secundum bonorum & piorum: sed secundum est proprium bonorum) sic a malis manducatur Christus sacramentaliter tantum, a bonis uero sacramentaliter, & spiritualiter, & ab omnibus credentibus spiritualiter.

a ¶ Ad

Alcuinus de diu. of. fol. 89. In l. sent. Aug. al. Prosper. sen. 189. & ex Aug. in ps. 42.

¶ Ad altare [a] Dei inuisibile (quo non accedit iniustus) ille peruenit, qui ad hoc præsens iustificatus [b] accedit. Inueniet illic vitam suã, qui hic discernit [c] causam suã.

¶ *Caput hoc confectum est ex dictis B. August. in tract. 26. & 27. in Ioannem, & in Psal. 42. & ex Prospero, vt suis locis est indicatum.*

Idem in lib. 3. de Trinitate, cap. 4.

¶ Spiritus sanctus inuisibiliter corpus & sanguinem Christ. sanctificat. C. LX.

Corpus α & sanguinẽ [d] Christi dicimus illud, quod ex fructibus terræ acceptum, & prece mystica cõsecratũ, rite sumimus [e] ad salutem spiritualẽ in memoriam [f] pro nobis Dominicæ passionis. Quod cum per manus [g] hominum ad illam visibilem [h] speciem perducitur, non sanctificatur, [i] vt sit tã magnum sacramentum, nisi operante inuisibiliter spiritu Dei; [k] cũ hæc omnia, quæ per corporales motus in illo opere fiunt, Deus operetur.

Beda 1. Cor. 10. ex Aug.

α ¶ Corpus.] *Apud B. August. hæc antecedunt.* Nec linguam quippe eius *de Paulo loquitur*, nec mẽbranas, nec atramentũ, nec significantes sonos lingua editos; nec signa literarũ conscripta pelliculis corpus Christi, & sanguinẽ dicimus: sed illud tantum, quod ex fructib. terræ, &c. *præstatq; omnino locum illum integrum legere.*

Item.

¶ Per benedictionem panis efficitur corpus Christi. Cap. LXI.

Beda ibidem. sup. quia passus.

Non omnis panis, sed accipiens benedictionem [l] Christi, fit corpus Christi.

Idem.

¶ Dupliciter corpus Christi intelligitur. C. LXII.

Beda ibidem.

Commendauit nobis Christus in isto sacramẽto corpus [m] & sanguinem suum, quod etiam fecit & nos ipsos. Nam & nos ipsius corpus [n] facti sumus.

Alg. l. i. c. 3.

Idem tractatu 26. ad c. 6. Ioannis.

¶ Sacrificium altaris, sacramentum est vnitatis. Cap. LXIII.

Hoc α sacramẽtum pietatis est signum vnitatis, vinculum charitatis. Qui vult viuere, habet vbi uiuat, habet vnde viuat, accedat, credat, incorporetur, vt viuificetur. *& infra.* ¶ Hunc itaque cibum & potum, societatem vult intelligi corporis & membrorum suorum, quod est ecclesia in prædestinatis.

nunc in cęlo. Sequẽtia tria c. plana sũt. [Benedictione Christi,] i. instituta a Christo, quod dicit tertio c. [Pietatis,] i. sanctæ religionis, & diuinæ culturæ: & quia hoc Deus ex pietate constituit.

d ¶ Corpus & sanguinem.] i. transire in corpus, & sanguinẽ Christi: quod est fructibus terræ acceptum, & prece mystica consecratum, i. sacramentum in corpus Christi transubstantiatum.

e ¶ Sumimus.] Ad salutem, scilicet, si digne sumamus.

ADDITIO. Alias secus ĩ. ea. & sancta.

f ¶ In memoriã.] vnde sacerdos cum celebrat, crucem habet ante se. 2 & laici aliam extra.

2 Vt quasi Christũ præsentẽ in cruce videat s. ea. dis. semel Christus. secundum H.

g ¶ Per man⁹] qa hõ administrat quasdã opportunitates ut fiat panis & vinũ ar. 26. q. 5. nec mirum.

h ¶ Visibilem.] i. visibilem oblationem & celebrationem ex multis confectam.

i ¶ Nõ sanctificat.] i. nõ trãsubstãtiatur sacrum, vt fit, &c.

k ¶ Spiritu Dei] Sed cõtra s. e. panis. vbi dixit, quod sermo Christi, i. ipse Christ⁹ cõficit hoc sacramẽtũ. sed qa indiuisa sunt opera Trinitatis, nõ est hic cõtrariũ. nõ. n. per unum solum excludũtur oĩa alia, nec per hoc excludit vocalis sermo. 28. quæst. 1. sic. n. ver. absit.

Opera Trinitatis sunt indiuisa.

l Non omnis] Benedictionẽ] in stitutã 3 a Christo, q̃ est: Accipite & comedite, hoc est corpus meũ, Marci 4.

3 Subaud. secretã & mysticam. s. ea. panis. & calix. Arch.

m Commẽdauit] ¶ Corpus.] Scilicet corpus suum, quod est ecclesia. vt sit simplex relatio, vt sup. ea. quia passus.

n ¶ Nos ipsius corpus.] Spirituale, dum sumus in ecclesia merito & nomine.

...is seip... accusat. ...g. 11. q. ...lodi, ĩ. ...panem.

a ¶ Ad altare.] idest, ad vitam æternam.

b ¶ Iustificatus.] infra ead. panem.

c ¶ Discernit.] Vtrum. s. iuste possit percipere, iustus. n. accusator sui ipsius est arg. 13. q. 2. in præsenti.

Corpus.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod corpus Domini, quod ex pane & vino consecratur, in memoriam mortis Christi recte sumitur ad salutem, quod quando ab homine conficitur, virtus Dei inuisibiliter operatur, perducatur panis ille: nã licet Deus sit factor & auctor panis & vini, tamen homo ministrat vel intellige de Christo, & dicas visibilem olim scilicet, &

Hoc pietatis est.] Supra 22. q. 4. ipsa pietas. & supra ead. dist. quia passus.

Panem

PAnem.] Hæc est 20. pars distinct. in qua dicitur, ꝙ spiritualiter manducare corpus Christi, est portare innocentiam ad altare: & hoc probat per 5. c. Io. de Fan. CASVS. Debet quis corpus Christi digne sumere dimissis prius peccatis debitoribus suis: nec debet ficte dimittere: quia Deũ fallere non potest.

a ¶ Mortifera.] q.d. si nõ potes omnino peccata vitare: ordina ita saltem vt non sint mortifera, nam sine venialibus hæc vita non ducitur. de pęn. dist. 3. de quotidianis. debet. n. aduersario peccatũ remittere, i. rancorem, sed satisfactionẽ nõ cogitur remittere, 23. q. 4. si illic.

Vita pręsens sine uenialibus non ducitur.

b ¶ Panis est.] q. d. nõ latet sub horribili spẽ uel nociua, sed sub spẽ panis, q̃ est amica naturæ. G.

c ¶ Quẽ non fallis.] 24. q. 3. Deus qui. & omnium secretorũ cognitor est. 32. dist. erubescant.

d ¶ Ipsum fallere nõ potes.] Vt 11. q. 3. secundum. arg. contra 16. q. 1. reuertimini. d. 81. oportet. cõtra, sed fallere quia põt quantum in se est, sed non ꝙ Deo aliã opinionem inducat propter alicuius fallaciam, quam habet, quoniam immutabilis est 22. q. 4. incommutabilis.

ADDITIO. Dic clarius. Falli dupliciter dr̃, i. falsam opinionẽ induci, quod in Deum non cadit: ut hic, & 24. q. 3. Deus. Secundo modo dr̃ falli, i. fraudem pati ꝗm quod dicit̃ Deus defraudari, uel nomen eius falli, ut in contrarijs. Arch.

QVi discordat.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ qui malus est, non manducat spiritualiter, nec incorporatur ecclesiæ, licet quotidie sacramentaliter sumat corpus Christi.

e ¶ Nec manducat.] idest, non incorporatur corpori eius, quod est ecclesia, manducando, i. credendo: licet quotidie sumat corpus de Virgine natum. hoc enim & mali accipiunt, ut infra ead. c. 1. & sup. ea. dist. quid est. & c. credere.

Carnẽ Christi non manducat qui ab eo discordat.

ET sancta.] CASVS. Dicitur hic quòd bona quandoque nocent malis, ut corpus Christi indigne sumentibus, quod probat auctoritate Apostoli, & exẽplo Iudæ, & econtra mala quandoque prosunt bonis, sicut Angelus satanæ profuit Paulo.

f ¶ Obesse.] Occasionaliter sancta malis obsunt, s. cum sunt per abusum sumpta, & sanctorum abusio. i. præsũptio & temeritas, qua q̃s præsumpsit indigne sumere.

Sancta malis obsunt.

g ¶ Salutem.] idest, illud poterat esse causa salutis, si digne susciperetur.

h ¶ Illa mala.] i. digna patientia malorum, idest, aduersorum, uel mala peccata prosunt occasionaliter arg. dis. 13. nerui. & dist. 50. fidelior. & de pę. dist. 2. §. hæc itaque. & c. talibus.

i ¶ Accipitur.] idest, patienter sustinetur afflictio. Non

α ¶ Hoc sacramentum.] *In originali est*, ò sacramentum pietatis, ò signum vnitatis, ò vinculum charitatis. *Ex quo quidem originali reliqua sunt emendata, & aucta.*

Item ibidem.

¶ Spiritualiter magis, quam corporaliter corpus Christi debemus accipere. C. LXIIII.

Beda 1. Cor. 11. & glossa ord. ibidem.

20 PAnem cęlestem β spiritaliter manducare, est innocentiam ad altare apportare. Peccata etsi sunt quotidiana, [vel] non sint mortifera: [a] Antequam ad altare accedatis, attendite, quod dicatis, dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si dimittis, dimittetur tibi: securus accede, panis est, [b] nõ venenum. Sed vide, si dimittis, nam si non dimittis, mentiris, & ei mentiris quem non fallis. [c] Mentiri Deo potes, Deum fallere non potes. [d]

Alg. l. 1. c. 20. Iuo p. 2. c. 4.

† abest ab Iuone.

β ¶ Panem cælestem.] *In originali legitur.* Panem cælestem spiritualiter manducare: innocentiam ad altare apportare. *Itemq; apud iudicatos collectores, sed habita est ratio eius, qui casum scripsit: & Gratiani lectionem secutus est etiam B. Thomas in catena ad eum Ioannis locũ. Reliqua vero sunt emendata & locupletata.*

Idem † in libro sententiarum, c. 339.

† *al. Prosper.*

¶ Sacramentum, non veritatem Christi corporis accipit, qui ab eo discordat. C. LXV.

Beda ibidem. & gl. ordi. Alg. l. 1. c. 21. Sent. 4. dist. 9. Iuo p. 2. c. 8. Beda, & glossa ord. ibid.

QVi discordat a Christo; nec manducat [e] carnẽ eius, nec sanguinem bibit: etiam si tantæ rei sacramentum ad iudicium suæ præsumptionis quotidie indifferenter accipiat.

Idem tractatu 6. & 62. in Ioannem.

¶ Sancta nocet malis, & mala prosunt bonis. C. LXVI.

Sent. 4. dist. 9. 1. Cor. 11.

ET sancta malis possunt obesse; [f] bonis sunt ad salutẽ, [g] malis ad iudicium. Vnde Apostolus: Qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi mãducat & bibit: nõ quia res illa mala [h] est; sed quia malus accipit quod bonũ est. Non. n. mala erat bucella, quæ tradita est Iudæ a Domino. Salutẽ medicus dedit, sed quia ille, qui indignus erat, accepit, ad perniciem sui accepit. Et mala prosunt bonis, sicut angelus satanæ profuit Paulo. Per malũ enim fit bonum, cum bene accipitur [i] malum.

Ioan. 13.

Tract. 62.

¶ *Quæ multa fusius apud B. Augustinum explicantur tractatu 6. & 62. in Ioannem, hic in summam quandam sunt collecta.*

Idem. †

† in glossa ordi. in ps. 48. uers. [Manducauerunt & adorauerunt] ex Aug.

NOn prohibeat.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod sacerdos non debet prohibere occultos peccatores sumere corpus Christi, si petant: moneat tñ eos Deum timere, vel quod contineant sumere corpus Christi. a ¶ Non prohibeat.] Arg. quod non dēt iudex secundū con-

Iudas quamuis malus esset, tamen corpus Christi accepit indignus: & de male accipiente dicit Apostolus: Qui manducat carnem meam, &c.

R f ¶ Erat.] sacramentaliter.

Euera.] Hæc est 21. pars dist. in qua probatur, qđ dño sit possibile de pane conficere corpus Christi. Io. de F. CASVS. Licet hoc c. sit prolixū. Beneu. tñ & H. hunc casum breuiter ponit. Cōmēdat Ambr. in hoc ca. multipliciter sacrum Eucharistiæ ostēdendo maius & melius esse q̃ manna, qđ antiquitus pluit Dñs patrib. in deserto: maius etiā quam aqua, quæ Iudæis fluxit de petra. Secundo probat dominū posse conuertere panem & vinū in corpus suum: & hoc per multa miracula: q̄a omnia sunt creata ī verbo eius: & ipsum corpus miraculose fuit natum de Virgine: & in fine īuitat nos ad credendum vt indubitāter credamus sicut est scriptum de hoc sacramento.

g ¶ Reuera mirabile est.] CASVS. Dicebant quidā, mirabile esse, q̄ ita panis cōuerteret ī corpus Christi dicit Ambr. q̄ reuera mirabile ē; sed tñ quod possit fieri, probat exēplis veteris & noui testamēti. Ex veteri testamento, primo ponit exemplum de manna, quod datum est Iudæis. Exemplum noui testamenti ponit de incarnatione Christi, p̄terea quia ipsemet dixit, hoc est corpus meum, &c. Secundo, de aqua saliēte de petra. Tertio, de virgis in serpētes versis. Quarto de apertione maris. Quinto, de Iordane conuerso retrorsum. Sexto, de amaritudine fluuij. Septimo, de Helisæo, qui ferrū natare fecit. Octauo die Helia. Nono, q̄a ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.

[Margin: dex nō iu- et secun- conscien- m.]

¶ Non prohibentur mali de mensa Domini manducare. Cap. LXVII.

[Margin: In gl. ord. in Ps. 48. ver. Manducauerūt & adorauerunt ex Aug.]

NOn prohibeat [a] dispensator [b] māducare pingues [c] terræ in mensa Domini, sed exactorem [d] moneat timere. [e]

Item in libro 5. de baptismo, c. 8.

[Margin: Beda 1. Cor. 11.]

¶ Et qui indigne accipit, corpus Christi accipit. Cap. LXVIII.

[Margin: Lanfr. ibidem. Alg. l. 1. c. 21. Guitmundus l. 3. Sent. 4. dist. 9. Ans. l. 9. c. 11. Iuo p. 2. c. 9.]

SIc Iudas, cui buccellam tradidit Dominus, non malū accipiendo, sed male accipiendo, locum in se diabolo præbuit; sic indigne quisque sumens Dominicum sacramentum, non efficit, vt quia ipse malus est, malū sit; aut, quia non ad salutem accipit, nihil acceperit. Corpus enim Domini, & sanguis Domini nihilominus etiā erat [f] illis, quibus dicebat Apostolus: [qui manducat indigne; iudicium sibi manducat, & bibit.]

[Margin: 1. Cor. 11.]

Item Ambrosius in libro de his, qui mysteriis initiantur, c. 8. & 9.

¶ Quibus exemplis pręter naturam substantia panis & vini in corpus & sanguinem Christi conuerti probetur. Cap. LXIX.

21 REuera mirabile est [g], qđ manna [h] Deus pluit patrib. & quotidiano cęlesti pascebantur [i] alimento. Vnde dictum est; [panem Angelorum māducauit homo.] Sed tamen panem illum, qui manducauerunt, oēs [k] in deserto mortui sunt. [l] Ista aūt esca, quam accipis, isti panis viuus, qui de cęlo descendit, vitæ [m] æternæ substantiā subministrat; & quicumq; panē hunc māducauerit, non morietur in æternū; quia † corpus est Christi. Considera nunc, vtrū præstantior sit panis Angelorū an caro Christi, quæ vtiq; corpus est vitæ. Manna illud

[Margin: uter. 6. 77. 16. 16. — Lan.) Alg.) sparsim Guit.) Iuo p. 2. c. 7. Deut. 1. & 2.]

[Margin: † al. &]

conscientiam iudicare. arg. 3. q. 7. iudicet. argum. quod debet iudex amittere iuramentum volentis se purgare de crimine, cuius conscius est iudex. inf. e. pro dilectione. contra. sed illud de manifestis. extra de tempo. ord. ad aures. arg. contra.

b ¶ Dispensator.] In quo casu non videtur dare quod scit vel credit ei nocere: in alijs non: tamen est medicus eius, & saluti eius debet prouidere. facit quod suū est, cum eum monet ne accedat.

c ¶ Pingues,] idest diuites in peccatis, idest peccatores 1 & hos si occulti sunt.

ADDITIO. Ar. 32. dist. nullus. 6. q. 1. si omnia. 2. q. 1. de manifesta. secus si non sunt manifesti. inf. ead. pro dilectione. & dicit. in glo. Archid.

d ¶ Sed exactorem.] i. ipse sacerdos moneat exactorē, qui importunus exigit corpus Domini.

e ¶ Timere.] s. Deum, i. vt timeat Deum, vt propter eius timorem desistat & ne accipiat ex quo indigne accipit. si tamen non vult desistere, detur ei potius, quā negetur. Vel ita, sed ipse sacerdos moneat pingues terræ imere exactorem, i. Deum, qui hoc exigit ab eis, qui reuera exactor est inquirendo merita singulorum. 1. q. 4. §. ęcontra. Ego sum Deus zelotes.

[Margin: Subaud. in terre- sunt pin s, i. for- in cęlesti- s debiles. dist. om- s. Arch.]

SIcut Iudas.] CASVS. Quæritur hic utrum mali accipiant corpus Christi? Et respondetur quod sic; quia

h ¶ Manna.] id est, manhu 2 quod interpretatur, quid est hoc? Nam cum primo illud viderunt, dixerunt manhu, id est quid est hoc?

[Margin: 2 Manna dicitur à Mā, quod est bonū: nam Iudæi admirātes dixerunt manhu, i. q̄d est ho. ? quasi quā bonū & quam dulce, secūdum H. Excessus modicus nō attenditur.]

i ¶ Pascebantur.] Non solum carnaliter, verum etiam spiritualiter, nonnulli tamen animales duntaxat pascebantur corporaliter.

K ¶ Omnes.] id est, imitatores eorum, qui indigne sumpserunt.

l ¶ Mortui sunt.] Exceptis duobus, scilicet Caleph. & Iosue, vt s. di. 76. ieiunium. & ita propter duos ne pl⁹, nec minus, quia & modicus excessus nō attēditur. ff. de verb. ob. l. continuus. in prin. & paruum interuallū nō obest. ff. de duob. re. duos. §. duo. uer. modicum. & modica res non inducit simoniam, extra de sim. & si quæstiones. arg. contra. ff. de uerb. sig. l. 3. quia ibi pro uno milliari, quod superest, datur dies. Ioan.

m ¶ Vitæ.] i. uitam, per quam æternaliter sustinemur.

a ¶ De cęlo.] i. de aere.instit.de rerum diuis.§.fere.
b ¶ Obnoxium.] Quia scaturiebat vermibus,& putrescebat,nisi quod in opus sabbati reseruabatur.
c ¶ Corruptione.] Quia nec sanctum tuum dabis videre corruptionem.
d ¶ Corruptionē.] Aeternę dānationis.
e ¶ Diluit.] .i.remissionem peccatorum contulit tibi,si i humilitate pmanseris.
f ¶ In vmbra.]idest, figura fuit.
g ¶ Inquit Apostolus.] In epistola ad Corinthios.
h ¶ Petra.] i.aqua q̄ fluxit de petra, quæ ad literam eos sequebatur.Alij dīit,quod reuera ipsa petra. Alij dicūt quod soror Moysi Maria tulit secū partem illius petræ & vbicunq; erat opus,petra illa pcussa dabat aquas.
i ¶ Erat.] i. significabat Christum.
k ¶ Hec aūt in figuram facta. Hucusq; sunt verba Apostoli.
l ¶ Vt probemus.] Plurium similiū inductione ostēdit nō esse impossibile Deo panē in corpus suū, & vinū in sanguinē suum conuertere.
m ¶ Virgam tenebat Moyses.] De hoc habetur 27.q.5.nec mirum. in prin.& uer. hæc potestas.
n ¶ Sanguis.] Hæc fuit prima plaga Ægypti. uerus sanguis erat,sicuti ueri serpētes. quid ergo bibebant Hebræi.
o ¶ Separauit.] In duodeci diuisiones, ut q̄libet trib. p suas turmas incideret.
p ¶ Congelauit.] Dicunt quidā, φ aqua superior stetit, non fluxit, sed inferior fluxit in mare.
q ¶ Retrorsum.] Ad fontem Xanti 2 uersa recurrit aqua.
r ¶ Exordium.]Hoc legitur in lib. Iosue, 3. desijt descendere, quasi gradu recepto reuertebatur in suū exordium.
s ¶ Moyses.] Historiam habes 23. q. 4. §.his omnibus.
t ¶ Gratia.] Diuina per lignum immissum.
u ¶ Aquam vomeret.] Actualiter vel naturaliter.
x ¶ Temperauit.] idest,dulcorauit.
y ¶ Enatauit ferrum.] idest, humanū genus de imo peccatorum leuauit.
z ¶ Et adhuc tamen.] q.d.dictum est & probatū,quod maioris.

Petra qualiter sequebatur filios Israel.

1 Adde mystice petra.i. Christus sequebatur,qa vbi humanū deficiebat suffragiū, aderat diuinum suffragium. Arch.

2 Propriū nomen est.

de cęlo [a] hoc super † cęlum; illud coeli,hoc Domini cęlorum: illud corruptioni obnoxium, [b] si in diem alterū seruaretur;hoc alienū ab omni corruptione;[c] quod quicunque religiose gustauerit,corruptionem [d] sentire nō poterit.Illis aqua de petra fluxit,tibi sāguis è Christo;illos ad horā satiauit aqua,te sāguis diluit [e] in æternū.Iudæus bibit,& sitit,tu,eū biberis,sitire non poteris:& illud in vmbra, [f] hoc in veritate. Si illud,φ miraris, vmbra est; quantū istud est,cuius & vmbrā miraris? Audi qa vmbra est,q̄ apud patres facta est:Bibebant,inquit, [g] de cōsequente eos petra: [h] petra aūt erat [i] Christus.Sed non in pluribus eorum complacitum est Deo. Nam prostrati sunt in deserto.Hęc autem in figuram facta [k] sunt nostri.]Cognouisti præstantiora:potior etenim lux,quā vmbra;veritas,quam figura; corpus auctoris,quā manna de coelo. Forte dicas,aliud video:quomodo tu mihi asseris;quod Christi corpus accipiam? Et hoc nobis adhuc superest,vt probemus. Quantis igitur vtimur exēplis,† vt pbemus [l] non hoc esse,quod natura formauit, sed quod benedictio consecrauit:maioremque uim esse benedictionis,quàm naturæ,quia benedictione etiā natura ipsa mutatur? Virgam tenebat Moyses: [m] proiecit eā,& facta est serpens. Rursus apprehendit caudam serpentis,& in virgæ naturam reuertitur.Vides igitur prophetica gratia bis mutatam esse naturam & serpētis, & virgę.Currebāt Aegypti flumina puro aquarum meatu: subito de fontiū venis sanguis [n] cępit erumpere,nō erat potus in fluuijs, rursus ad prophetæ preces cruor cessauit fluminum aquarū natura remeauit.Circūclusus erat vndiq; populus Hebræorum, hinc Aegyptijs vallatus, inde mari clausus.Virgam leuauit Moyses,separauit se [o] aqua,& in murorum speciem congelauit; [p] atque inter vndas via pedestris apparuit.Iordanis retrorsum [q] conuersus contra naturā in sui fontis reuertitur exordiū. [r] Nōne claret naturā vel maritimorū fluctuum, vel fluuialis cursus esse mutatam? Sitiebat populus patrum:tetigit Moyses [s] petrā;& aqua de petra fluxit.Nunquid nō præter naturā operata est,gratia [t] vt aquā vomeret [u] petra, q̄ non habebat natura;Marath fluuius amarissimus erat, vt sitiens populus bibere non posset: misit Moyses lignū in aquam, & amaritudinem suā aquarū natura deposuit,quā infusa subito gratia temperauit. [x] Sub Helisæo propheta vni ex filijs prophetarū excussum est ferrū de securi, & statim mersum est; rogauit Helisæum,qui amiserat ferrū; misit et Helisæus lignum in aquam,& enatauit ferrū. [y] Vtiq; & hoc præter naturā factū esse cognoscimus. Grauior est.n.ferri species,quā aquarū liquor.Aduertimus igitur maioris potētiæ † esse Dei gratiā,q̄ naturā;& adhuc tñ [z] propheticę benedictionis na

† al.supra.
Num.20.
1.Cor.10.
† exemplis probemur] ori.
Exo.4.
Exo.7.
Exo.14.
Iosue 4.
Psal.67.
Num.20.
Exo.15.
4. Reg.6.
† al.virtutis.

maioris potentiæ est gratia, quam natura rerum. nihil tamen adhuc diximus de benedictione diuina, sed tantũ de prophetica. Vel licet multa exempla introduxerim de prophetica benedictione, tamen adhuc possum inducere alia de eadem. & addit de Helia. tio, per nos ualidam effici, ut C. de rei uxo. act. l. 1. circa princip.

c ¶Quam mutare.] idest, minus est mutare, quam dare.

d ¶Sed quid argumentis.] idest, ad quid subaudi exterius quasi cõfirmamus quod diximus exemplis, quæ ipse in se exhibuit.

De hoc ha... ur in hi... tia 23. q. ... uod Chri... s.

a ¶Depo-

meramus gratiam. Quod si tantum valuit humana benedictio, vt naturam conuerteret: quid dicimus de ipsa consecratione diuina, ubi verba ipsa Domini saluatoris operantur? Nam sacramentum istud, quod accipis, Christi sermone conficitur. Quod si tantum valuit sermo Heliæ, vt ignem de cœlo deponeret: a † nõ valebit Christi sermo, vt species mutet elementorum? De totius mundi operibus legisti, [quia ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt] Sermo igitur Christi, qui potuit ex nihilo facere, quod non erat, non põt ea, quæ sunt, in id mutare, quod non erant? Non. n. minus est [b] nouas rebus dare, α quam mutare [c] naturas. Sed quid † argumẽtis [d] vtimur? suis utamur exemplis, incarnationisq; exemplo † astruamus mysterij veritatem. Nunquid naturæ vsus præcessit, cum Dominus Iesus ex Maria nasceretur? Si ordinem quærimus [e] viro mista fœmina generare consueuerat. Liquet igitur, quod præter naturæ ordinem virgo generauit. Et hoc, quod conficimus, corpus ex Virgine est. Quid hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cũ præter naturam sit ipse Dominus Iesus partus ex Virgine? Vera vtiq; caro Christi, quæ crucifixa est, quæ sepulta est. Vere ergo carnis illius sacramentum est. Ipse clamat Dominus Iesus, [Hoc est corpus meum.] Ante benedictionem uerborum cœlestium alia species [f] nominatur: post consecrationem corpus Christi significatur. † Ipse dicit sanguinem suum. Ante consecrationem aliud dicitur: post consecrationem sanguis nũcupatur; & tu dicis. Amen. [g] hoc est, uerum est. Quod os loquitur, mens interna † fateatur; quod sermo [h] sonat, affectus [i] sentiat.

Sent. 4. dist. 10.
† al. depromeret.
sup. ea. in quib.
† al. quoad.
† al. nouitate.
sup. ea. ante benedictionem.
† al. signatur.
† al. intenta.

α ¶Nouas rebus dare.] *Antea legebatur.* Non enim minus est dare, quam mutare nouas naturas rebus. *Emendatum est ex originali, apud Guitmundum, Lanfrancũ, Algerum, Iuonem legitur,* nouas res dare, quam mutare naturas.

Item Augustinus in quodam sermone de verbis Euangelij.

Beda 1. Cor. 10. ex eodem. & in quæst. q. 15.

¶Quomodo per partes Christus manducatur, & integer permanet. Cap. LXX.

Alg. l. 1. c. 15. Sent. 4. dist. 12. Iuo p. 2. c. 8. inf. qui manducat me.

INuitat † Dominus seruos & præparauit eis cibum seipsum. Quis audeat manducare Dominum suum? & tamen ait; qui manducat me, viuit propter me.] Quando Christus manducatur, vita manducatur, [k] nec occiditur, ut manducetur; sed mortuos viuificat. [l] Quando manducatur reficit: sed non deficit. Non ergo timeamus fratres manducare istum panem, ne forte finiamus illum,

c ¶Quærimus.] i. hoc corpus, in quo transubstãtiatur panis pce mystica, est natũ de Virgine; nec Christus post in cœna cũ discipulis corpus suũ confecit, cũ semel in vtero Virginali a tota trinitate perfectũ esse non desijt, neq; desijsse potuit meritis Christi exigentib.

ADDITIO. Ergo nec Christus corpus istud cõfecit in cœna, nec sacerdos, illud quotidie conficit, si uerbũ teneat pprie, non ergo ea rõne corpus Christi dr̃ confici tali prece, qđ ipsum in vtero Virginis corpus formatũ deinceps formet; sed qa substantia panis & vini, q̃ non fuerat corpus Christi uel sanguis, ad uerba Chr̃i plata fit corpus Christi & sanguis: & ideo sacerdotes dñr cõficere corpus & sanguinẽ Christi: qa eorũ ministerio substãtia panis trãsubstantiat̃ in corpus Christi: & substantia vini in sanguinẽ. Pet. Arch.

f ¶Alia species.] i. alterius rei species. idest, substãtia fuit, uel aliud substantia cum.

g ¶Amen.] idest, uerum est, ut dist. 34. sedulo.

h ¶Sermo.] Sup. d. 93. diaconi. ad hoc. n. uerba sunt instituta, ut quod quis cogitat, alijs pferat. 22. q. 2. is autem.

Verba ad qđ instituta fuerint.

i ¶Affect⁹.] i. fides.

INuitat Domin⁹.] CASVS. Dominus inuitat nos, ut eum manducemus, & sic viuamus: ipse enim manducatus viuit, quia resurrexit occisus, & quãuis in sacramento partium fiat diuisio, sub quibus Christus sumitur: integer tamen manet, & non diuiditur.

a ¶Deponeret.] Quando duo quinquagenarij combusti sunt Historiam habes. 23. q. 2. quod Christus.

b ¶Minus idest.] Dicit Imperator, qđ cum nobis consentaneum est ubi nulla est, stipulatio interposita, intelligi eã adhibitam: multo fortius ubi inutilis fuit ab initio, per nos ualidam effici, ut C. de rei uxo. act. l. 1. circa princip.

K ¶Vita manducatur.] idest, Deus uiuens.

l ¶Viuificat.] idest, digna perceptione viuificat, uel cooperatur ad viuificandum.

a Quia surrexit.] Non est causale, sed probatio est a maiori: nam ex quo resurrexit, &c.
b Sacramento.] Sup. ead. dist. qui manducant.
c Quemadmodum. Quia in sacramento.
Iteratur.] Hæc est 22. pars dist. in qua probatur, quòd iteratur hostia quotidie in altari in cõmemorationẽ: quia quotidie peccat saltem venialiter: vt eius memoriã habeamus, & per hoc salui simus, utpote, quia ad preces sacerdotũ aperitur cœlũ, & cœlestia iunguntur imis, & hoc probat per 11. cap. Io. de Fant.
CASVS. Cum Christus semel passus sit, & una passione mũdũ redemit, quærit quare sacramentum Eucharistiæ cõficiat quotidie: & rñdetur, ꝙ licet in baptismo peccata sint nobis dimissa, tamen sæpe peccamus saltẽ uenialiter, remanente in nobis peccati fomite, & ideo hoc sacramentũ iterat, ut ꝑ ipsum peccata dimittãt, & ut mors eius semper a nobis habeat in memoria.
d Iteratur. Quotidie sumimus corpus Christi: qa quotidie egemus, ut remittãtur nobis peccata: licet enim per baptismum sublata sunt, tñ ꝑꝑ fomitem originalis peccati quotidie recidiuamus. Item alia ratione, vt posteris nostris notificemur mortem Domini, & qualiter dilexerit nos.
e Quotidie.] infra dist. 3. sabbato.
f Infirmitas.] .i. origo peccati.
g Labimur.] Saltẽ venialiter. de pen. d. 2. si enim.
h Quotidie.] Præterquam in die Sancto ueneris, & in sequenti sabbato inf. dist. 3. sabbato.
i Immolat.] Chri immolatio facta ꝓ nobis in sacramẽto corporis & sãguinis eius repræsentatur.
k Vt qui.] Duæ causæ hic notantur huius sacramenti deletio uenialiũ peccatorum, & memoria passionis Domini.
l Recidiua.] idest recidiua delicta, idest, redeuntia per iterationem.
m Iteratur.] Ob commemorationem. supra ead. dist. cap. cum omne.
n Interdum.] i. interim donec ueniat Dñs ad iudicium.
o Rependere.] Vnde propheta. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi: calicem, &c. extra de test. cum in officijs.
p Cum essemus.] idest, quamuis non dilexerit nos in eo

Corpus Christi quotidie sumimus.

& postea quid manducemus, non inueniamus. Manducatur Christus: viuit manducatus: quia surrexit [a] occisus, nec quando mãducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramento [b] sic fit, & norunt fideles, quemadmodum [c] manducent carnem Christi: vnusquisque accipit partem suam, vnde & ipsa gratia partes vocantur: per partes manducatur, & manet integer totus: per partes manducatur in Sacramento, & manet integer totus in cœlo: manet integer totus in corde tuo.

sup. ead. qui manducant.

1. q. 3. Saluator. § sed beatus.

Item Paschasius in libro de corpore † & sanguine Christi, cap. 9.

† *al. de sacramento alt aris.*

¶Quotidianum sacrificium non reiteratio est passionis Christi, sed commemoratio. Cap. LXXI.

22 Iteratur [d] quotidie [e] hæc oblatio, licet Christus semel passus in carne per vnam eãdemque mortis passionem semel saluauerit mundum: ex qua morte idem resurgens ad vitam, mors ei vltra non dominabitur: quia profectò sapientia Dei patris pro multis causis necessarium hoc prouidit. Primo quidem, quia quotidie peccamus, saltem in peccatis, sine quibus mortalis infirmitas viuere non põt: quia licet omnia peccata donata sint in baptismo, infirmitas [f] tamen peccati adhuc in carne manet. Vnde psalmista, α [Benedic anima mea Domino, qui propitiatur omnibus iniquitatibꝰ tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.] Et ideo, quia quotidie labimur, [g] quotidie [h] Christus ꝓ nobis mystice immolatur, [i] & passio Christi in mysterio traditur, vt qui [k] semel moriẽdo mortem vicerat, quotidie recidiua [l] delictorum per hęc sacramenta corporis & sanguinis peccata relaxet. Vnde oramus, dimitte nobis debita nostra; [quia si dixerimus, ꝙ peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.] *Item infra eo. cap.* ¶Iteratur [m] hoc mysterium ob commemorationem passionis Christi, sicut ipse ait [Hoc quotiescunq; feceritis in meam commemorationem facite: Quotiescunque ergo hunc panem sumitis & bibitis hunc calicem, mortem Domini annunciabitis, donec veniat.] Non vtique sic est accipiendũ, donec mors Christi ueniat, quia iam vltra non moritur: sed donec ipse Dominus ad iudicium veniat. Interdum [n] autẽ semper mors Christi pro sęculi vita posteris mutãda est, ut discant, qua charitate dilexit suos: qui pro eis mori dignatus est, cui omnes vices debemus rependere [o] charitatis: quia adhoc nos prior dilexit, cum essemus [p] gehennæ filij, ut diligeremus eum a morte iam liberati.

Rabanus de sacra. Euch. c. 22. in f. c. proximo.
Rom. 6.
Es. 102.
Matt. 6.
1. Io. 1.
Luc. 22.
1. Cor. 11.
† *interim*] vera lectio.

α ¶Vnde psalmista.] *Hæc prophetæ uerba, et nõnulla alia,*

eo quòd essemus gehennæ filij, dilexit tamen nos in eo quòd creatura. Vnde dicitur, nihil eorum odisti, quæ fecisti.

VTrum sub figura.] CASVS. Hug. sic ponit hunc casum. In hoc ca. Aug. ex verbis Christi probat quòd in sa-

merito consecrantis, sed in verbo creatoris. Tertio exponit verba quæ dicuntur in secreta Missæ. Quarto dicit, quod propter derisionem paganorum non sumimus in vera forma corpus Christi. Quinto quod in verbis Christi sacramenta conficiantur. reliqua. n. sunt de solemnitate. sup. ead. panis.

que neque apud Paschasium, neque apud B. Tho. qui in opusculo de sacramento altaris illum citat, leguntur, habentur tamen in eodem libro edito Rabani nomine.

Item Augustinus.

¶ Non solum sub figura, sed & in veritate, Dominici corporis & sanguinis sacramentum celebratur.

Cap. LXXII.

Pasch. Raba.) disperse, Algerus.)

VTrum sub figura, an in veritate hoc mysticum calicis sacramentum fiat. Veritas ait. [Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Alioqui quomodo magnum † [a] erit, [Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita,] nisi vera sit caro? Sed quia Christum vorari [b] dentib. [c] fas nõ est, voluit Dominus hunc panem, & vinum in mysterio [d] vere carnem suam, & sanguinẽ suum consecratione spiritus sancti potẽtialiter creari, [e] & quotidie pro mũdi vita mystice immolari: vt sic vt de Virgine per spiritum sanctum vera caro sine coitu creatur, ita per eundẽ ex substantia panis, & vini mystice idẽ corpus [f] Christi cõsecretur. Corpus Christi [g] & veritas, & figura est: veritas, [h] dũ corpus Christi, & sanguis virtute spiritus sancti in virtute † [i] ipsius ex panis & vini substãtia efficit: figura vero est id, qđ exterius sentitur. Iteratur autẽ quotidie hæc oblatio, licet Christus semel passus sit, quia quotidie peccamus, saltem peccatis, sine quibus mortalis infirmitas viuere non põt. Et ideo quia quotidie labimur, Christus quoq; mystice pro nobis immolatur. Intra catholicam Ecclesiã in mysterio [k] corporis Christi nihil a bono maius. nihil a malo minus perficit sacerdote, quia nõ in merito [l] cõsecrantis, sed in verbo efficitur creatoris, & in virtute spiritus sancti. Si. n. in merito esset sacerdotis, nequaquam ad Christum pertineret. Nũc autem, sicut ipse est, qui baptizat; ita ipse est, qui per spiritum sanctum hanc [m] suam efficit carnem, & transit [n] vinum in sanguinem. Vnde & sacerdos, [o] [Iube [p] inquit, [q] hæc perferri] [r] per manus Angeli tui

Ioan. 6.

† al. uerum.

† al. uerbo.

sup. ead. iteratur.

1. q. 1. intra catholicam. Sent. 4. dist. 13. Poly. l. 3. tit. 9. ex Paschasio.

a ¶ Magnum.] Scilicet miraculum.

b ¶ Vorari.] sup. ead. di. ego Berengarius. cõtra. sed ibi hyperbolice locutus est, & veritatem excessit.

c ¶ Dentibus.] .i. in figura, uel forma humana.

d ¶ In mysterio.] .i. sacramento.

e ¶ Creari.] .i. in veram carnem & sanguinem Christi transubstantiari.

f ¶ Idem corpus.] .i. in sacramento sub quo latet corpus Christi.

g ¶ Veritas.] i. cum panis & vinũ sacrificantur in corpus & sanguinem Domini, ibi est veritas, q̃ corpus est & figura, quæ species est, & est res sacramenti figurans .s. sacramentum sanguinis, & sacramentum vnitatis, ut sup. ea. qui passus. vnde & alibi dicitur sacramentum sacramentorum. vt supra ead. tribus. in princ.

Veritas figura & res sacramẽti sũt in altaris sacramento.

h ¶ Corpus Christi] idest sub appellatione ista, corpus Christi species panis & vini, & verum corpus Christi continetur. sup. ea. hoc est. circa finem.

i ¶ In virtute.] s̃. ea. di. corpus & sãguis.

k ¶ In mysterio.] i. sacramento conficiẽdo.

in sacramẽto altaris est verum corpus & verus sanguis Christi essentialiter sub specie panis & vini, non autẽ per figuram tantum, ut dixit Berengar. Ostendit etiam, quod virtute, & potentia diuina panis, & uinum transubstantiantur in corpus & sanguinem Christi, & fit hoc tam ministerio mali sacerdotis, qua boni. interserit etiam quare quotidie immolatur corpus Christi, exponit etiam quædam uerba, quæ continentur in canone Missæ. tandem supponit in quib. uerbis conficiatur hoc sacramentum. H. sic ponit hunc casum: ego tamen hoc addo ad casum Hug. ubi dicit, sub specie panis & uini, & sup. ibi non in sua specie, quia horribile esset. & irriderent nos pagani. si sanguinem occisi hominis biberimus. In fine casus Hug. supple, similiter alia quæ sacerdos dicit uel clerus canit, laudes sunt & orationes.

¶ Vtrum sub figura.] CASVS. Dicit primo, quod Christum non uoramus, sed eum in mysterio sumimus: est tamen uita, ueritas, & figura. Secundo dicit, ꝙ æque cõficit malus ut bonus, quia consecratio non consistit in

l ¶ In merito.] scilicet, ut transubstantiaretur.

m ¶ Hanc.] Substantiam panis & uini.

n ¶ Et transit.] idest, transire facit.

o ¶ Sacerdos.] idest, ad ostendendum, quod non in merito sacerdotis, &c.

p ¶ Iube.] idest, fac.

q ¶ Inquit.] Per consecrationem, hoc continetur in secreta.

r ¶ Perferri.] idest, transubstantiari, uel perferri, idest, sursum efferri, idest conuerti in sanctum altare tuum, 1. corpus tuum super choros Angelorum exaltatũ. Sed cõtra uidetur, quod oratio hæc sit superflua, quia hæc dicitur post uerba, quorũ uirtute cõficitur 1 corpus Christi, & ita de eo quod iam factũ est superflua est oratio. Resp. scriptura non attendit huiusmodi angustias temporis, sed sacerdos cũ non possit multa simul proferre, ita loquitur ac si tempus staret, & essent adhuc faciẽda quæ in principio sermonis nondũ erãt facta. simile nota 35. distin. sexto. uersus prin. & uerba non ad tempus suæ prolationis, sed per conceptionem, uel per con-

Oratio quæ post cõsecrationẽ dr̃, superflua non est.

1 Vt no. s̃. cap. panis.

ſancti in ſublime altare tuum in conſpectu diuinæ maieſtatis tuæ.] Vt quid perferenda [a] in lucem [b] depoſcit, niſi vt intelligatur, quod iſta fiant in eius ſacerdotio? [c] Hanc igitur γ oblationem [d] benedictam, per quam nos benedicamur: adſcriptam, [e] per quam omnes in cęlo adſcribamur; ratam, per quam in viſceribus Chriſti eſſe cenſeamur; rationabilem, per quam a beſtiali ſenſu exuamur; acceptabilem, vt qui nobis ipſis diſplicuimus, per hanc acceptabiles eius vnico filio ſimus. Nihil rationabilius, vt quia nos iam ſimilitudiné [f] mortis eius in baptiſmo accepimus; ſimilitudinem quoque carnis eius ſumamus, & ſimilitudine pretioſi ſãguinis potemur, ita vt & veritas non deſit in ſacramento, & ridiculum nullum fiat paganis, ꝙ cruorem occiſi hominis bibamus. Si enim diſcipuli patienter [g] ferre nequiuerunt, quod [Dominus dixit, qui manducat meam carnem, &c.] Sed dixerunt: [durus eſt hic ſermo,] quomodo ergo ferrent iſta increduli? Credendum eſt, ꝙ in verbis [h] Chriſti ſacramenta conficiantur. Cuius enim potentia creantur prius, eius vtiq; verbo ad melius procreantur. † Reliqua omnia, quæ ſacerdos dicit, aut clericus chori cantat, nihil aliud, quàm laudes, [i] & gratiarũ actiones ſunt, aut certe obſecrationes, [k] & fidelium petitiones. Vnde & ſacerdos dicit prius Euãgeliſtarum uerba aſſumens, [qui pridie, quam pateretur, &c.] Porro deinceps δ ſunt verba Dei, poteſtate, & omni efficientia plena: Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum.] In hoc ergo creatur illud corpus.

α ¶ Vtrum ſub figura.] *Apud Paſchaſium ex cuius locis videtur cõfectum hoc caput, hæc habentur pro titulo quarti capitis.* Vtrum ſub figura, an in veritate hoc myſteriũ vera caro, & uerus ſanguis Chriſti fiat, *Caput autem ſic incipit.* Quod in veritate corpus & ſanguis fiat conſecratione myſterij, nemo, qui verbis diuinis credit, dubitat. Vnde veritas ait, &c. *Algerus autem, qui c. 16. hæc eadẽ fere habet, citat & ipſe Auguſtinum ex lib. de ſacramento altaris, & hoc facit initium,* Veritas ait, &c.

β ¶ Tranſi.] *Paſchaſius, & Polycarpus ex Paſchaſio ad Placidum habent,* transfudit ſanguinem, *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

γ ¶ Hanc igitur.] *Ad Paſchaſium & Rabanum (idem enim fere opus eſt huius atq; illius nomine inſcriptum) integra eſt oratio.* Sed obſecrans per filium patrem, per quem ad eum acceſſum habemus. Rogamus, hanc oblationem, inquit, benedictam, per quam nos benedicamur, adſcriptam, per quam nos omnes in cęlo conſcribamur. ratam, per quam in viſceribus Chriſti cenſeamur: rationabilé, per quá a beſtiali ſenſu exuamur, acceptabilemq; facere degnetur, † quatenus & nos per hoc, quod in nobis diſplicuimus, acceptabiles in eius vnico filio ſimus.

δ ¶ Porro deinceps.] *Sunt hæc addita ex Paſchaſio, c. 15. vſq; ad verſ.* In hoc ergo. *vt ſententia ipſa perciperetur.*

Item Greg. Papa in homil. Paſchali, ideſt 22. Euang.

¶ In ſanguine agni, Chriſti ſanguis, qui uere nunc ſumitur, olim præfigurabatur. C. LXXIII.

QVid ſit ſan-

[Right margin notes:]

Ioan. 6.

† *recreantur.*

† *digneris*] Polyc.

Lanfrancus ibi. Guitmundus l. 3. Al. l. 1. c. 11. & 12.

[Left margin notes:]

ꝛ Iſte forte eſt melior intellectus. Ar.

Doctores reprehendi nõ ſunt.

[Gloss:]

templationẽ loquentis ſunt referẽda, ut ſi dicã, manus mea eſt clauſa, &c. Vel intellige inde ſpũali corpore eccleſiæ, ut per hoc ſacramentũ aſſocietur triumphali eccleſiæ, unde ſequitur in ſecreta, ut quotquot inde ſum pſerimus, cęleſti gratia repleamur.

a ¶ Perferenda.] id eſt, trãſubſtãtianda.

b ¶ In lucem.] i. in lucidũ corpus Chriſti.

c ¶ In eius ſacerdotio,] ideſt, ĩ eius myſterio uel ſacramento, ideſt, in virtute ſpiritus ſancti.

d ¶ Oblationem.] ex poſtulat ſacerdos fieri: vel ſupple, ut in ſecretis, ideſt, facere digneris.

e ¶ Adſcriptam.] nõ enim Aug. his vtitur uerbis ut ſuis, ſed aſſumit ea de ſecretis, ut exponat. Ioan.

f ¶ Similitudinem.] ut inf. d. 4. de trina.

g ¶ Patienter.] Collige contra quoſdam, qui maiores doctores reprehendũt, cũ ad hoc in ſuę nouitatis incredulitate teneantur.

h ¶ In verbis.] ſupra ea. quia corpus. ſup. ea. panis. & ſup. ea. non omnis.

i ¶ Quam laudes.] ſup. 11. d. eccleſiaſticarum. inf. diſ. 4. non eſt aliud.

K ¶ Obſecrationes.] ut no. ſup. diſt. 1. de hymnis.

QVid ſit ſãguis.] CASVS. Oſtendit Gre. in hoc c. ꝙ corpus Chriſti ore & corde dẽt ſumi. & hoc ſacrm in memoriã mortis Chriſti ſæpe cõficitur a Sacerdote per miraculum in præſentia angelorum, ut ibi ſit uerum corpus Chriſti, quod in virgine ſumpſit, quod dedit Apoſtolis, qđ in plurib. locis eſt totũ, & qcũq. đ ipſo accipiũt nõ minuũt, ſed integrũ totũ manet, quotidie comedĩ & bibĩ: ſed ſub alia ſpecie, quia non habemus ĩ uſu carnẽ crudam

dam comedere, & sanguinem bibere. [Summa & ima.] ima, scilicet panis & vinum, transire in summa, id est, corpus Christi, & vnum ex visibilibus fieri: quia visibilia, scilicet panis & uinum transeunt in corpus Christi, inuisibile nobis.

f ¶ In populi salutem patitur.] idest passio repræsentatur, ut mors fit pro salute populi.
g ¶ In manus infidelium. Vt in passione.
h ¶ Imitatur.] idest, repræsentat.
i ¶ In ipsa.] Subaudi contingat.

a ¶ Quid

Exo. 12.

guis [a] agni, non iam audiendo, sed bibendo didicistis. Qui sanguis super utrumque postem [b] ponitur; quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. *Item dial. lib. 4. c. 58.* Hæc salutaris † victima [c] illam nobis mortem unigeniti per mysterium reparat: [d] qui licet resurgens a mortuis iam non moritur, & mors ei vltra non dominabitur: tamen in semetipso immortaliter, & incorruptibiliter viuens, pro nobis iterum in hoc mysterio moritur. [e] Eius quippe ibi corpus sumitur, eius caro in populi salutem patitur, [f] † eius sanguis non iam in manus infidelium, [g] sed in ora fidelium funditur. Hinc ergo pensemus, quale sit pro nobis hoc sacrificium, quod pro absolutione nostra passionem vnigeniti filij semper imitatur. [h] Quis enim fidelium habere dubium possit, in ipsa [i] immolationis hora ad Sacerdotis vocem [k] cęlos [l] aperiri? In illo Iesu Christi mysterio Angelorum choros adesse? [m] summa [n] † & ima sociari, terrena cœlestibus iungi, vnumque [o] ex inuisibilibus [p] atque visibilibus fieri? *Idem.*

al. singula. Sent. 4. dist. 17. Iuo p. 2. c. 9. *Rom 6.*

† *al. patitur.*] vera lectio.

† *summis ima.*

¶ Vno, inquit, eodemque tempore, ac momento [q] in cœlo rapitur ministerio Angelorum corpori Christi consociandum: & ante oculos Sacerdotis in altari uidetur. *& infra.*

Alcuinus de diuinis offi. pag. 86. & 87. Remigius episcopus Antissiod. in c. non emissæ.

¶ Tanta est ecclesiæ vnitas in Christo, vt vnus vbique sit panis [r] corporis Christi, & unus sit calix sanguinis eius. Calix [s] enim, quem sacerdos catholicus [t] sacrificat, non est alius, nisi ipse, quem Dominus Apostolis tradidit: quia sicut diuinitas [u] verbi Dei vna est, quæ totum implet mundum; ita, licet multis locis, & innumerabilibus diebus illud consecretur corpus, non sunt tamen multa corpora Christi; neque multi calices, sed unum corpus Christi, & unus sanguis cum illo, quod sumpsit in vtero Virginis, & quod dedit Apostolis. Diuinitas enim uerbi replet [x] illud, quod ubique est, & coniungit, & facit, vt sicut ipsa una est, ita coniungatur corpori Christi, & vnum corpus eius sit in veritate. Vnum animaduertendum est: quia siue plus, siue minus quis inde percipiat, omnes æqualiter corpus Christi integerrime sumunt, & generaliter omnes, & specialiter vnusquisque. *Item.* ¶ Mysterium fidei dicitur: † quia credere debet, quod ibi salus nostra consistit. Prouidens enim nobis Dominus dedit hoc Sacramentum salutis, vt quia nos quotidie peccamus, & ille iam mori non po

† *al. est.*

k ¶ Ad sacerdotis vocem.] i. ad sermonem Christi voce sacerdotis enunciatum panis & vini substantia in carnem Christi sedentis ad dexteram patris in cœlis transubstantiari ministerio Angelorum: vnde subditur, summa, &c.
l ¶ Cęlos.] idest, per id quod verbo sacerdotis consecratur, aditum ad cęlestia fieri, vel panem, vel vinum in id, quod super cęlos est, transire.
m ¶ Angelorum choros adesse.] Scilicet hominibus consecrantibus, uel digne, uel indigne.
n ¶ Summa.] id est, panem & vinum in corpus & sanguinem Christi transubstantiari.
o ¶ Vnumque.] Scilicet sacrificium, scilicet celebrationem & immolationem altaris fieri.
p ¶ Ex inuisibilibus.] idest, ex ipsis sacramentis & rebus sacramentorum: hoc est, quod exponendo subdit, vno inquit, i. vno & eodem momento panis transit in corpus Christi ministerio Angelorum, & in altari videtur per speciem: quasi quod est eius species, videtur eo tempore, &c.
q ¶ Momento.] i. eo tempore quo Christus est in quolibet altari totus in cęlo est verus Deus & homo in præsentia Angelorum, facta commutatione in verum corpus & sanguinem.
r ¶ Panis.] in transitiuè idest vnum corpus Christi ubique est ubi est consecratum: & sic de sanguine.

Transubstantiatio fit ad vocem sacerdotis.

2 Arg. contra 15. q. 1. c. ult. in fi.

* *Nam vere conficit si cætera requisita adsint, licet ad suam damnationem.*

a ¶ Quid sit sanguis.] Primo dicit quod corde & ore sumendum est corpus Christi, quia super utrunque postem fuit positus sanguis. Secundo dicit, quod ad vocem sacerdotis in ipsa hora immolationis aperiuntur cœli & adest chorus Angelorum, & vniuntur celestia terrenis. Tertio dicit, quod idem corpus & sanguis, qui datus fuit discipulis, conficitur in altari.
b ¶ Postem.] Oris & cordis. 1
c ¶ Victima.] id est, sacramentum uictimæ salutaris.
d ¶ Reparat.] id est ad memoriam reducit, uel repræsentat.
e ¶ Moritur.] id est, eius mors repræsentatur, ut supra ead. dum frangitur.

Vnde subditur, quando, &c.

s ¶ Calix. id est sanguis, qui in calice continetur.
t ¶ Catholicus.] Hinc collige sacerdotem non catholicum corpus Domini conficere non posse 2 sup. ea. c. prox. & 24. q. 1. schisma.
ADDITIO. Et plane hoc leg. 2. q. 1. si quis inquit. uersi. constat. & c. seq. Arch.
u ¶ Diuinitas.] uerbi, quæ est uerbum, id est, Christus, qui sub his speciebus latet: cum ipse est qui mirabilia fecit in oculis nostris.
x ¶ Replet.] Donis spiritualibus.

a ¶ Pronunciandū.] Quæ festiuitates sint celebrandæ, & qñ, ostēdit. Et ideo inter sacramēta tractat de solēnitatib. istis, quia sacramentorum 1 loco habētur, quia repræsentāt passiones eorum martyrum propter quos fiunt.

b ¶ Vsque ad uespe rā.) hic habes quādo incipiat dies secundū canones: s. a vespera, ut extra de fer. cap. 1. & 2. & s. 75. di. quod a patribus. Aliud obtinet secundum leges, qa secundū leges ĩcipit a media nocte. 2 ut: ff. d fer. more vt no. de hoc super illo capitulo quod a patrib. hodie quo ad iudicium protenditur dies usque ad tenebras, &c. extra de offic. dele. consuluit. Sed tamen not. quod inceptio ista non habet locum quo ad omnia, nam secundum hoc sæpe comederemus carnes in die ueneris. Vnde dic q̃ quo ad solutiones faciēdas, quo ad carnes comedendas, dies incipit a media nocte, & terminatur in aliam mediam noctem, & maxime quia hoc dicit lex, & hoc habet consuetudo, licet quo ad solutiones distinguant quidam inter clericos, & laicos, quod non approbo. Præterea not. quod dies quandoque incipit a meridie 3 & terminatur in alium, & hæc forte computatio est magis uera, cum contineat ortum & occasum signorum. Item dies quandoque computatur de momento ad momentum. ff. de mino. denique. §. minorem. Sed quantum ad esum carnium computatur dies a uespera usque ad diluculum, ut infra, ead. de esu. Ioan.

c ¶ Theophaniæ.] idest, Epiphanię, idest, apparitionis. Theos enim Deus, phanos apparitio quando scilicet stella apparuit, quæ duxit magos.

d ¶ Natiuitas.] De festo Conceptionis nihil dicitur, qa celebrandum non est, sicut in multis regionibus fit, & maxime in Anglia, & hæc est ratio, quia in peccatis concepta fuit, sicut & cæteri sancti, excepta unica persona Christi. Similiter de annunciatione sanctæ Mariæ nihil dicit, cum sit tamen celebre festum, Hug.

e ¶ Festiuitates.] Sed de quibus festiuitatibus hoc ĩtelligis, quia sancti aut sunt canonizati, aut nō? B. intelligit de non canonizatis, quia dicit quod episcopus cum suis clericis, quantum ad suam dioc. sim potest sanctū canonizare, quod non credo ext[illegible] quis & uenerati[illegible] sanctorum c. 1. in fine. [illegible] de canonizatis, qui non habent vigilias.

f ¶ Non generaliter.] Argu. quod particularia decreta episcopi possunt condere, [illegible] & consuetudines [illegible] das in parochijs in subditis suo. con[illegible] sine præsentia Papæ [illegible] as delegat, ut [illegible] & 35. quæst. 6. ab illos.

Festiuitates martyrū habentur loco sacramentorum.

1. Immo ēt festum pētecostēs sacramētū appellatur, infidi. proxi. baptizati. Dies qñ incipit.

2 Adde Alé. de imo. in l. morte. ff. de fer. & gl. in c. 2. extra eo. & p Arc. 75. dis. in c. q a patribus.

3 Meridies enim dictus ē quasi medi dies, idest, medius dies vel quia tūc merus dies est.

DISTINCTIO TERTIA.

¶ Tempora feriandi in missa sunt laicis nuncianda. Cap. I.

1 ps PRonunciādum [a] est laicis, *&* ut sciāt tēpora feriādi per annū, idest, omnē Dominicā a vespera vsque ad vesperā, [b] ne iudaismo capiātur. Feriādi uero per annū isti sunt dies, Natalis Domini, sancti Stephani, sancti Ioannis Euangelistæ, Innocētiū, sancti Siluestri, octauæ † Domini, & Theophaniæ, † [c] Purificatio sanctæ Mariæ, sanctū Pascha cum tota hebdomada, Rogationes tribus diebus, Ascensio Domini, sancti dies pentecostes, sancti Ioānis Baptistæ, Duodecim Apostolorum, maxime tamen sanctorum Petri, & Pauli, q mundū sua prędicatione illuminauerūt, sancti Laurentij, Assumptio sanctæ Mariæ, Natiuitas [d] sanctæ Marię, Dedicatio ecclesię, † sancti Michaelis Archangeli, Dedicatio cuiuscumque oratorij, & oīum sanctorū, & sancti Martini, & illæ Festiuitates, [e] quas singuli episcopi ĩ suis episcopatibus † cū populo collaudauerint, quę vicinis tantum circummorantibus indicēdæ sunt, nō generaliter [f] omnibus. Reliquas uero festiuitates per annum nō sunt cogendi ad feriandum, nec prohibendi. Indictū uero ieiuniū quādo fuerit denūciatū ab omnibus obseruetur.

Cod. de fer. l. omnes dies. Noue. Leon. 54. Mogunt. 1. c. 36. Capi. l. 1. c. 164. & li. 2. c. 35. Burc. l. 2. c. 77. Iuo p. 4. c. 1. Balsamon ad titulū. 7. Nomo canonis.

† *al. basilicæ.*

† *al. episcopis.*

α ¶ Laicis.] *Hæc vox abest a Vaticanis exemplaribus, Burchardo & Iuone.*

β ¶ Octauæ domini.] *Ita in plerisque uetustis exemplaribus, & in capitularibus, & apud Iuonē, & cæteros fere ueteres scriptores, excepto Burchardo. Ac nihilominus ipsa octaua dies ipsius, Natalis significatur. Cur autem numero multitudinis proferretur, declarat Alcuinus in c. de octaua Domini.*

Item ex concilio Toletano 3. c 23.

IRreligiosa.] CASVS. Quædam praua consuetudo erat in quibusdam locis, ꝙ populus, qui attēte diuina officia debat exaudire, cantilen s, & saltationib. turpibus insistebat, & sic religiosorum officiū perturbabat, quare præcipitur ut sacerdotes & iudices hoc prohibeant. a ¶ Sal- ante ascensum domini litaniæ fieri debent, quo triduo debent homines ieiunare, & uti cibis quadragesimalibus, serui etiā & ancillæ debent ab opere relaxari. Quæ autem sequuntur, patent usque ad c. de esu.

c ¶ Ieiunium.] sup. d. 76. §. non autem contra. ubi dr̄, ꝙ inter Pascha, & Pentecosten non sit ieiunandum. Sed de ieiunio, quod hic statuitur, non præcipitur, sed sua letur. nam in tempore illo unaquæque prouincia abūdabat in sensu suo, ut 76. dis. utinam. & 12. d. illa.

Ieiunandum nō est inter Pascha & Pētecosten.

¶ In sanctorum solennitatibus, diuinis officijs, non saltationibus vel cantilenis, populi debent vacare. Cap. II.

Iuo p. 4. c. 12.

IRreligiosa consuetudo est, quam vulgus per sanctorū solennitates agere consueuit. Populi qui debent officia diuina attendere, saltationibus,[a] & turpib. inuigilāt canticis, non solum sibi nocentes, sed & religiosorum officijs [perstrepentes.† [b] Hoc etenim, ut ab omnibus† prouincijs depellatur, sacerdotum, & iudicum a concilio sancto curæ committitur.

† abest ab orig. § omni Hispania] orig.

Item ex concilio Aurelianensi 1. c. 29.

Beda de offic. to. 7.

¶ Ante Ascensionem domini tribus diebus litaniæ celebrentur. Cap. III.

Albin. pag. 67. Burc. l. 13. c. 17. Iuo p. 4. c. 11.

† al. post missam.

ROgationes, i. litanias, ante Ascensionem domini placuit celebrari, ita vt præmissum † Triduanum ieiunium [c] in dominicæ Ascensionis solennitate soluatur. Per quod triduum serui, & ancillæ ab opere relaxentur, quo magis plebs [d] vniuersa conueniat. Quo triduo omnes abstineant, & quadragesimalibus cibis utantur.

d ¶ Plebs.] Et ita sermo est de plebe. [?]

Item ex concilio eodem, c. 33.

¶ Episcopus de dominico non desit ecclesiæ. C. IV.

EPiscopus, si infirmitate non fuerit impeditus, ecclesiæ, cui proximus fuerit, die dominico deesse [e] non debet.

e ¶ Episcopus.] ¶ De esse.] Argu. ꝙ episcopus Dominicis dieb. in episcopali ecclesia diuinis officijs debeat interesse, in qua sacerdotali more præcipitur residere, ut 7. q. 1. peruenit ad nos. & qđ cogendus sit cum clericis suis apud ecclesiam suam communiter habitare, ut dixi 41. d. episcopus vilem.

Eps dieb. dominicis dēt esse in ecclesia sua.

Item ex eodem, c. 27.

Conc. Aruernense, c. 14. Et Agathense. c. 63.

¶ Hos dies ciuibus in villa celebrare non licet. C. V.

NVlli ciuium Paschæ, Natalis domini, & quadragesimæ [a] solennitatem in villa [f] liceat celebrare, nisi quem infirmitas probabitur tenuisse.

f ¶ NVlli.] ¶ In uilla.] Tunc .n. in maiori ecclesia conueniunt omnes, ut sup. ea. distin. prima, si quis etiam extra.

a ¶ Et Quadragesimæ.] *Sic etiam in originali impresso. Sed Iuo habet*, vel Quinquagesimæ. *Burchardus*, vel Pentecostes, *& ita est in concilio Agatensi, c. 63. & in Aruernensi, c. 14.*

Burch. l. 2. c. 75. & l. 19. c. de sacrilegio. Iuo p. 4. c. 12.

Item ex eodem Aurelianensi, c. 26.

¶ Ante solennitatem Paschæ Quadragesima est celebranda. Cap. VI.

SAcerdotibus [g] omnibus est decretū, vt ante paschæ [h] solennitatem, non Quinquagesima, sed quadragesima teneatur.

g SAcerdotibus.] i. episcopis in cōcilio congregatis.

h ¶ Paschæ.] Contra sup. d. 4. statuimus. &c. Quadragesima. Solu. hic de ieiunio generali, quod omnibus iniūgitur, ibi de speciali, quod clericis suadetur. imo, ideo non est seruanda quinquagesima: quia seruatur post Pascha a die Paschæ, usque ad Ascensionem, uel Pentecosten.

Ieiunium est duplex. 1 Intellige sm H. de eo qui comedit integre, & perfecte, & postea surgit, & iterū comedit, secus si parum comedit, & postea ad mādatū faciendum surgeret, quo facto ad mensam rediret, & comestionē inceptā perficeret, nā certè talis ieiunans diceret sm H. q ita no. in sūma de obser. ieiun. §. qn̄. ver. tota, &c.

Item ex concilio Martini Papæ Bracharensis, c. 50.

In c. græ. Synod.

¶ Quinta feria vltimæ septimanæ quadragesimæ ieiunium solui non licet. C. VII.

NOn liceat quinta feria nouissimæ septimanæ ieiunium [i] soluere, & omnem exhonorare [k] quadragesimam, sed sincere abstinentes totam quadragesimam peragere.

i ¶ Ieiunium.] Quia Dominus surrexit de cœna, & lauit pedes discipulorum, & iterum rediit ad cœnam, uolunt quidam ad similitudinem Domini etiam pedes alijs abluere, & bis [1] comedere. sed talis consuetudo reprobatur.

Et in 6. syn. c. 29.

Item ex concilio Laodicensi, c. 50.

a ¶ Saltationibus.] sup. ea. d. 1. qui die.

b ¶ Perstrepentes.] Hoc licet sit mortale, non induxit depositionem, ut 5. q. 4. in loco.

ROgationes.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ p tres dies

K ¶ Exhonorare.] Arg. quod nihil reputatur ieiunasse, qui unum diem non ieiunat. C. ad Sylla. l. ult. nihil uidetur esse factum, & c. 7. q. 1. nihil.

ADDITIO. Item argum. quod utile per inutile uitietur.9.dist.si ad sacras.25.q.2. si legibus sed argu. contra.12.q.2.si quis.Archid.

a Non oportet.]Sed per totos,i.omnes,exceptis diebus Dominicis, arg. sup.dist.50. si quis presbyter.inf.dist.5. Quadragesima.

CASVS. Quidam homines praui sensus prædicabāt sabbatum custodiri & obseruari, qui in hoc c.a G. reprehenduntur,cum videantur prædicatores Antichristi, q diem sabbatum atque Dominicum faciet obseruari. Dominicum, ut se resurgere simulet. & sabbatum, ut ad

¶De eodem. Cap. VIII.

Non oportet [a] in Quadragesima,quinta feria vltimæ hebdomadæ ieiunium dissolui, & totam Quadragesimam inhonorari,sed per totos hos dies ieiunare, & escis abstinentiæ conuenientibus,idest, aridioribus uti. Burc.l.13.c.8. Iuo p.4.c.41.

Item ex concilio Agathensi,c.12.

¶Exceptis diebus Dominicis in Quadragesima non soluatur ieiunium. Cap. IX.

Placuit,vt omnes [b] ecclesiæ filij,exceptis dieb.Dominicis,in Quadragesima etiam die sabbati † [c] sacerdotali [d] oratione, *a* & discretionis cōmunione [e] ieiunent. † *al.sabbato.*

a Oratione.] *In concilio legitur*, ordinatione,& districtionis † comminatione ieiunent, *sed ob glossam non est mutatum.* † *al.distinctionis.*

Item ex concilio Nicæno,c.20.

¶Nec in die Dominico,nec in diebus Pentecostes in oratione genua flectantur. C. X.

Quoniam [f] sunt in die Dominica quidam ad orōnem genua [g] flectentes,& in diebus Pētecostes, propterea statutum est a sancta synodo(quoniā consona,& conueniens per omnes ecclesias custodienda cōsuetudo est) ut stantes [h] ad orationem vota Domino reddamus. Burc.l.2.c.88. Iuo p.4 c.18. Pann.l.2.c.173.

Item Leo Papa IIII.

¶Quo tempore ab esu carnium sit abstinendum. Cap. XI. † *Nos.*]Gra.

2 De esu carnium apud vos † vetustissima, & non improbanda traditio semper est tenenda, vt a cœnæ termino,quæ fit in principio noctis quartæ feriæ, [i] quæ lucescit in quarta feria, vsque in diluculum quintæ feriæ & similiter a cœna noctis sextæ feriæ, quæ lucescit in sexta feria,non imperite ieiunatio vsque ad sabbati [k] lucem,quantum de diei parte aliquis ieiunare maluerit, [l] uel debuerit, [m] protendatur.

Item Greg.dilectissimis ciuibus Romæ,lib.11.epist.3. Et Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum,c.10.

¶Nec die sabbati feriandum', nec die Dominico lauacrum est prohibendum. Cap. II.

3 Peruenit ad me quosdā peruersi spiritus homines prauа inter vos aliqua,& sanctæ fidei aduersa seminasse, ita vt die sabbati aliquid operari prohiberent. Quos q̄d aliud,nisi Antichristi prędicatores dixerim? qui veniēs [n] diem sabbatum, atque Dominicum ab omni faciet opere custodiri. Quia enim mori se, & resurgere simulat, haberi in ueneratione vult [o] diem Dominicum, & Iuo p.4.c.6. Pann.l.2.c.169.

b Placuit.] ¶Vt oēs.]Non comedant.

c ¶Sabbati.] Scilicet Paschalis.

d ¶Sacerdotali.]scilicet finita hora nona.

e ¶Cōmunione.].s. percepta,idest, non debēt comedere nisi prius celebratis missarum officijs & vespertinis, sup.ea.di.1.solent.H.

f Voniā.] Sunt quidam.

g ¶Genua.] sup. d. 76.§. non autē. &c. scire.

h ¶Stantes.] supra dist.. o. si quis presbyter. sup.26.q.7.sacerdos. contra Solu. ibi dies remissionis uocantur dies ieiuniorum.

De esu carniū.] Hæc est 2. pars dist. secundum Io. de Fant.

CASVS. Quæsitum fuit a Leone, q̄bus diebus sit abstinendū a carnibus. Et respondet q̄ in 4. & 6.feria ab initio nocti præcedentis vsq; in sequētem diem, scilicet quartam & sextam feriam.

i ¶Feriæ.] De quarta feria est consiliū, de sexta p̄ceptum.

k ¶Sabbathi. Diei. s. Paschalis, supple ne forte ob insignē solennitatem uideretur ieiunium tunc soluendum.

l ¶Maluerit.]Sed nō tenetur ad hoc.

m ¶Vel debuerit.] Cū teneat ad hoc ex iniuncta pęnitētia. Et ita est arg. q̄ possumus carnes comedere ī die sabbathi, 1 nā ponit in optione nostra tādiu abstinere die sabbati quādiu uoluerim⁹. Sed contra infra c.2.sed illud est consilium, & consuetudo ita interpretatur,extra de obser.ieiu. consilium.§. item de illis. nec enim sabbatum est inter legitima ieiunia,ut infra ea.ieiunia.Ioan.

Carnes comedere die sabbathi vtrū sit licitū.

1 Dicit H. hic habet q̄ hoc sabbatho licite caro comeditur, sed postea aliud ob tinuit in sabbatho .s. abstinendū esse a carnibus

Peruenit.]Hæc est tertia pars distin. secundum Io.de Fant.

ad se prouocet perfidiam Iudæorum. Similiter dicebant quod in die Dominico nullus deberlauari,quod uerum est causa uoluptatis, sed causa necessitatis etiam in die Dominico non prohibetur.

n ¶Qui uemens.]scilicet Antichristus.

o ¶In ueneratione vult.] idest uolet,nā pro nimia certitu-

inf.d. dies. ieiuni sabbat postea tum.i sabbat cundu

Præfer futuro ponit

titudine ponit hic præsens 1 pro futuro 2. & notaui de hoc s.23.q.1.paratus.& inf.ea.d.4. quando quis. a ¶ Sabbatum.] sup.d.41.quisquis. & sup. dist.81.non oportet.Ioan.

Sabba-

quia iudaizare populum compellit, vt exteriorem legis ritum reuocet, & sibi Iudæorum perfidiam subdat, coli vult sabbatũ. [a] *& paulo post.* ¶Aliud quoque ad me perlatum est, vobis a peruersis hominibus esse prædicatũ, vt Dominico die nullus debeat lauari. Et quidem si pro luxuria, & pro voluptate quis lauari appetit, hoc fieri nec reliquo quolibet die concedimus. Si autem pro necessitate corporis, hoc nec die Dominico prohibemus.

Item Innocentius Papa, epist.1. ad Decentium c.4.

¶Ob reuerentiam sepulturæ Dominicæ sabbato ieiunare debemus. Cap. XIII.

Ansl.in præf.c.1. Poly.l.3. tit.25. Iuo p.4. c.28. Pann.l.2.c.137.

4 SAbbato vero ieiunandum [b] esse ratio euidentissima demonstrat. Nam si diem Dominicum ob venerabilem resurrectionem Domini nostri Iesu Christi nõ solũ in Pascha celebramus, verum etiã per singulos circulos hebdomadarum, ipsius diei imaginem frequentamus, ac sexta feria propter passionem Domini ieiunamus, sabbatum prætermittere non debemus: quoniã † inter tristitiam & lætitiam temporis illius videtur inclusum. Nam vtique constat Apostolos biduo isto & in mœrore fuisse, & pp metum Iudæorum se occultauisse. Quod vtiq; non dubium est intantum eos ieiunasse biduo memorato, vt traditio ecclesiæ habeat isto biduo sacramenta penitus nõ celebrari. [c] Quæ vtique forma per singulas tenenda est hebdomadas, propter id, quod commemoratio diei illius semper est celebranda. Quod si putant semel, atque vno sabbato ieiunandum; ergo & dominica, & sexta feria semel in Pascha erit vtique celebranda.

† *al. quod*] orig.

Item Melchiades † Papa ad episcopos Hispaniarũ, capitulo 3.

† *al. Miltiades*

¶Die Dominica, & quinta feria non est celebrandum ieiunium. Cap. XIV.

Euseb.Emiss.in homil. Pentecostes. Polyc. ibid. Iuo p.4.c.27. Pann.l.2.c.176. Concil. Gangrense, cap.18.

5 IEiunium Dominici diei, & quintæ [d] feriæ nemo celebrare debet, vt inter ieiunium Christianorum & gẽtilium, veraciter credentium & infidelium, atque hæreticorum vera & non falsa discretio habeatur.

Item ex concilio Cæsaraugustano, cap.2.

¶De eodem. Cap. XV.

NE quis ieiunet die Dominica causa timoris, α [e] aut persuasionis, aut superstitionis: nec quadragesimarum diebus ab ecclesijs fideles desint: nec habitent in latibulis cubiculorum, ac mõtium, qui in suspicionib. [f] perseuerant, sed exemplum, & præceptum custodiant sacerdotum, & ad alienas villas agẽdorum conuentuum causa non cõueniant. Ab vniuersis episcopis dictum est; Anathema sit, qui hęc commiserit.

α ¶ Timoris.] *Hoc exponitur in glo. Sed in concilio est,* causa temporis, *i. quoniam dies Dominicus sit. De quare habetur sup.d.30.c si quis tanquam. & c.finali. Legitur ẽt in Pontificali Damasi ideo Meltiadẽ sanxisse, ne*

SAbbato.] Hæc est 4.pars d.secundum Io.de Fan. CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ sicut in qualibet septimana obseruatur Dies Dominica, & sexta feria ieiunatur, ita omni die sabbati debemus ieiunare, quia his duobus diebus Apostoli fuerũt in timore, & ieiunauerunt. Vnde etiam in illo biduo, quod est ante Pascha, Eucharistia non conficitur in ecclesia. Seq.cap. patent.

b ¶ Ieiunandum.] Sup.12.dist.illa. cõtra.Sol.hoc nõ obtinet. vel dic ut ibi dixi. 3

3 De hoc ẽt no. sup. ead. de esu. in fi. Arch.

c ¶ Nõ celebrari] sacramẽtum corporis & sanguinis dñi, s. dist.1.visum. Contra sup.dist.2.iteratur.contra.Sed secũdum hanc exceptionem illa c. intelliguntur.

IEiunium.] Hęc est quinta pars dist. secundum Ioan. de Fant.

d ¶ Quintũ.] sup.d.76. vtinam contra. Sol.prohibetur hoc fieri in cõtemptum diei, alias semper ieiunare non reprobarem, ut ibi, sed quare potius de his diebus quã de alijs, cũ ieiunare in cõtemptum diei cuiuscunque, sit mortale peccatum? Dic qđ ideo quia maioris venerationis sunt, quia in illis duob. dieb' fecit Dñs quidquid insigne fecit fere. 85.d.c.pen. fere dixi, quia die iouis cęlos ascendit.

Ieiunare sẽper non reprobatur.

NE quis.] CASVS Dicitur hic, ꝙ non dẽt aliquis die Dominica ieiunare, nec in tempore quadragesimali ab ecclesia abesse, nec suspectus in fide, uel de mala uita dẽt in latibulis habitare, s. nec conuenticula facere in alijs villis, sed sacerdotũ sequi doctrinam, & exemplum. Seq.cap. patet.

e ¶ Causa timoris.] alias terroris, s. qa aliquis incutiat timorem alicui, nisi ieiunet tali die.

f ¶ in suspitionib.] s. hæreseos.

IEiunia.] Hæc est sexta pars distin. secundum Ioan. de Fant.

a ¶ Et sexta.] Addita secunda feria xj. q. 3. de illis dist. 82. presbyter.

b ¶ Soluenda.] Ab his qui ad hoc uoto uel pęnitentia sũt adstricti. Vel dic, ꝙ hoc fuit ĩ primitiua ecclesia necessitatis, hodie vero cõsilij. H. & G.

c ¶ Saluatorem.] Supra xi. q. 3. abijt.

d ¶ Vel cum crucifigentibus.] Infra di. 4. qui bis.

e ¶ Aliud.] C. de fer. l. 3. cõtra. Sed dic legem succumbere, id est, vim in hoc non habere: extra de fer. conquestus. 1.

1 Subau. nisi ad casum necessitatis referat, B. Hisp.

DE pęnitentib.] Hęc est vij. pars dist. secundum Io. de Fant.

CASVS. Dicitur hic, ꝙ pęnitentes in cœna Domini debẽt recõciliari, nisi essent ĩ mortis articulo cõstituti, quo casu nulli dẽt eucharistia denegari. De pondere uero delictorum, id est, quanta pęnitentia sit ꝓ delicto imponenda secundum deuotionẽ pænitentis debet presbyter iudicare.

f ¶ Cõmissis.] Mortalibus. grauiora. n. appellat ualde enormia 2 leuiora min⁹ enormia, alias esset cõtra xxvj. q. 6. c. ul.

2 De quibus habes xxv. d. §. alias. & s̄. ea. dist. 2. in cœna.

g ¶ Aegritudo.] Quo casu nullo tempore est deneganda communio, ut notat & legitur dist. prox. c. presbyter. Sed pone ꝙ aliquis agat septẽnem pœnitentiam, nũquid in istis vij. annis in quolibet anno in cœna Dñi debeat in ecclesiam introduci; Vel si debet, a quo ? utrũ tm̃ ab epõ, uel a suo p̄sbytero? Dicunt quidã quod post primã expulsionem usque ad ultimam (quarũ utraque debet tantum per epm̃ fieri) 3 presbyter simplex potest eũ quolibet anno in cęna Domini recipere in ecclesiam, & post octauas de ecclesia expellere de hoc 50. dist. ca. in capite. 26. q. 6. c. 1. supra dist. 1. in cęna. item quare hoc magis fit in die Iouis quam in alio die eiusdẽ septimanæ ? ideo quia eodem die idem Dominus captus fuit, & ligatus fuit, & eius ligatio absolutionem nostram operata est. Vel potest dici, quod ideo quia ipse eodem die pedes discipulorum lauit, vnde ideo eadem die fit ut pedes, idest, affectus nostros lauet a peccatis, iuxta illud, quam speciosi pedes euangelizantium, &c. de pę. dist. prima, potest.

3 Quia recõciliatio pęnitẽtiũ est episcopalis officij, nõ sacerdotalis. 16. q. 6. §. 1. in fin. 50. dist. quãuis. Arc.

h ¶ Remittendum.] idest, absoluendum reconciliando, Eucharistiam concedendo. 50. d. pęnitentes.

quis die Dominico, aut feria quinta ieiunaret, quia eos dies pagani, quasi sacrum ieiunium celebrabant. Et apud Burchardum, lib. 19. imponitur pœnitentia ei, qui die Dominica ieiunet propter abstinentiam, & religionem.

Item ex dictis Sancti Apollony.

¶*Caput hoc habetur apud Palladium in uita Apollonij Abbatis.*

Clemens l. 7. cõstit. c. 24.
Smaragdus ad c. 48. regulæ S. Benedicti.

¶Quarta & sexta feria sunt seruanda ieiunia. C. XVI.

6 IEiunia sane legitima, idest, quarta & sexta [a] feria nõ sunt soluẽda, [b] nisi grãdis aliqua necessitas fuerit, q̃a quarta feria Iudas de traditione Domini cogitauit, & sexta feria crucifixus est Saluator. Videbitur ergo, qui in his dieb. sine aliqua necessitate soluerit statuta ieiunia, vel cum tradente tradere Saluatorem, [c] vel cum crucifigentibus [d] crucifigere. Die autẽ Dominica nihil aliud [e] agendum est, nisi Deo vacandum. Nulla operatio in illa die sancta agatur, nisi tantum hymnis, & psalmis, & canticis spiritualibus dies illa transigatur.

Iuo p. 4. c. 32.
Pann. l. 2. c. 179.
In syn. 6. c. 66. Smaragdus ibidem.
Iuo p. 4. c. 13.

Item Innocentius Papa, epist. 1. ad Decentium c. 7.

¶Quinta feria vltimæ hebdomadæ Quadragesimæ pœnitentes remissionem accipiant. Cap. XVII.

7 DE pęnitentibus vero, qui siue ex grauioribus cõmissis, [f] siue ex leuioribus pęnitentiam gerunt, si nulla interueniat ægritudo, [g] quinta feria ante Pascha eis remittendum [h] Romanæ ecclesię consuetudo demonstrat. Cæterum de pondere æstimando [i] delictorum, sacerdotis est iudicare, vt attendat [k] ad confessionem pœnitentis, & ad fletus, atque lachrymas corrigentis, ac tũc iubere dimitti, cum viderit congruam satisfactionem. Sane [l] si quis in ægritudinem inciderit, atq; vsque ad desperationem deuenerit, ei est ante tempus [m] Paschæ relaxandum, ne de sęculo absque communione discedat.

Cap. l. 5. c. 67.
Poly. l. 6. tit. 20.
Burc. l. 18. c. 18.
Iuo p. 15. c. 40.

Item Fabianus Papa orientalibus episcopis, epist. 2.

¶Singulis annis quinta feria vltimæ hebdomadæ Quadragesimę nouum chrisma conficiatur. C. XVIII.

8 LItteris vestris inter cętera insertũ inuenimus, quosdã regionis vestrę episcopos a vestro, nostroque ordine discrepare, & non per singulos ann[illegible] cęna Domini chrisma conficere. *& infra.* ¶Errant vero, qui talia excogitant, & mente vesana potius, quam recta [illegible]tes hęc audẽt. *& infra.* ¶Sicut enim ipsius diei [illegible]itas

Pol. l. 3. tit. 16.
Iuo p. 2. c. 73.

i ¶ Aestimando.] Arg. xxiij. q. viii. occidit. Io.

i ¶ Aesti-

K ¶ Attendat.] xxvi. q. septima, de his.

l ¶ Sane.] Exponit quod di[illegible] in verbo ægritudo.

m ¶ Ante tempus.] idest, ante quintam feriam, quæ est ante Pascha.

LItteris vestris.] Hæc est 8. pars distin. secundum Io. de Fant.

CASVS. Quidam episcopi singulis annis in cęna Domini non conficiebant chrisma, qui in hoc capit. reprehen-

hendũtur & præcipi tur eis, vt quolibet anno chrisma conficiant,& uetus chrisma cremetur. Sequens ca.pater.
a ¶ Et non per singulos.] s̄.de pę.distin.3.c.septies.& 54.dist.§.1.& c.Agathosa.sup.d. 96. cum ad uerum,j. dist.proxi.

p singulos [a] annos est celebrãda; ita ipsius sancti chrismatis confectio per singulos annos est agenda,& de anno [b] in annum renouãda,& fidelibus tradẽda:quia nouum sacramẽtum est per singulos annos,& iã dicto die innouandũ, & uetus [c] in sanctis [d] ecclesijs cremãdum. Ista a sanctis Apostolis,& successoribus eorum accepimus,& vobis tenenda mandamus.

¶ *In originali res copiosius explicatur, quam aut Gratianus,aut Iuo faciant.*

Item Eusebius Papa epistola tertia.

¶ Seruetur ab omnibus festiuitas inuentionis Dominicę Crucis. Cap. XIX.

Iuo p.4.c.5.

9 CRucis [e] Dñi nostri Iesu Christi,q̃ nup nobis gubernacula S. Romanæ ecclesiæ tenẽtibus, quinto nonas Maij inuẽta est, in prædicto calẽdarũ [f] die inuẽtionis festum uobis solẽniter celebrare mandamus.

Item Alexander Papa V. a Petro, Epist. 1.c.5.

¶ Quare sit institutum,ut aqua sale conspersa sanctificetur. Cap. XX.

Polyc.ibidem. Burc.l.2.c.53. Iuo p.2.c.68.

10 AQuam sale [g] cõspersã populis benedicimus, ut ea cuncti aspersi sanctificẽtur, [h] & purificẽtur. Quod & omnibus sacerdotibus faciẽdũ esse mãdamus. Nam si cinis vitulæ [i] sanguine aspersus populũ sanctificabat, [k] atque mundabat, [l] multo magis aqua sale aspersa,diuinisque precibus sacrata populũ sanctificat, atq; mũdat.Et si sale asperso per Helisæum [m] prophetã sterilitas aquę sanata est,quanto magis diuinis precibus sacratus † sal sterilitatẽ rerũ aufert humanarũ,& coinquinatos [n] sanctificat,atque mũdat,& purgat,& cætera bona multiplicat,& insidias diaboli auertit, & a phantasmatum uersutijs homines defendit?

4.Reg.2.
† al. sacrata aqua.
Epist.1.

Item Pius Papa nouus a Petro Apostolo, in primo suarum decretalium.

proxi. omni tempore.& c.presbyteri.
b ¶ De anno.] infra dist.3. si quis de alio.
c ¶ Vetus.] Not.uetus dici quod coronã anni excedit, sicut & nouum dicitur matrimonium quod non excedit annum.35.q.8.c.1.& art.ff.de pub.& uect.le.vlt.§. quoties.ff.de ui.tri. & oleo le.uetus.

Matrimonium nouum est,quod nõ excedit annũ. Asinæ,q̃ dñs eq̃tauit festũ nõ est celebrandũ. 1 D.c,ꝙ hoc noie calendarũ intelligit ipse mensis cui⁹ sunt calendę ſm H.

d ¶ in sanctis.] 11.dist.c.ecclesiasticarum.
e CRucis.] Hæc est 9.pars di.Io.de Fant.]Queri potest quare festum crucis celebremus, in qua Dñs fuit dehonestatus,& nõ festũ asinæ, in qua fuit honoratus.Dicimus,ꝙ laus exhibita Dño in asina fuit mundana de qua non est curandum. 22. q.2.si quælibet.sed dehonestatio in Cruce facta fuit nostra redemptio.
f ¶ Calendarum.] idest,quinta die ante nonas, & improprie ponitur hic calendarum, 1 quia tantum prima dies dicitur calendæ.
AQuam sale.] Hæc est 10.pars distin.secundum Io. de Fant.
CASVS. Quæritur quare aqua cum sale benedicatur? Et respondetur, ut ea homines aspersi sanctificentur. cum enim in ueteri testamento cinis uitulæ sanctificabat,& sal per manum Helisæi prophetæ sanauit sterili tatem aquæ,multo magis aqua cum sale benedicta omnia conspersa purificat.

g ¶ Aquam sale.] Quia per aquam confessio per salẽ ama... signatur & morsio, unde hæc est mistura, vnde geminus procedit partus,diuisio,scilicet delictorũ,& ortus uirtutũ & bonorum operũ, 35.q.1.cũ renũciatur, hec designata ẽ per missionẽ Iudę, qui cõfessio dicitur: & Thamar, q̃ amaritudo dicitur,vnde Phares diuisio Zarã ortus, geminus scilicet part⁹ ꝓuenit H.

Sal miscet cum aqua benedicta.

h ¶ Sanctificẽtur.] quæritur quomodo aqua benedicta dicatur populum sanctificare vel mundare. ADDITIO. Ad hoc potest respõderi secundũ id quod not. sup.eo.di.2.signũ.ĩ gl.2.ver.propter humilitatem,&c.alias illa gl. ponitur ead. di.institutio. Arch.
i ¶ Cinis uitulæ.]Historia. Legit in Leuitico.ꝙ decima die septembris tollebat sacerdos de ꝓprio uitulã rufam trimã & immaculatã,quæ nõdũ portauerat iugum, & immolabat eã pro peccato suæ dom⁹: & hircũ quẽ sumebat ab uniuersa multitudine,imolabat ꝓ peccato populi: pelles & carnes & simũ vitulæ hircũ cõburebat extra, & cinerẽ seruabat,& inde per totũ annũ fiebat aspersio aquę, qua purificabãtur immũdi de q.busdã, quæ in lege imunditiæ dicebãtur,ut puta si aliquis tetigisset cadauer hominis mortui uel sepulchrum,erat immundus usque ad diem septimam,& hac aqua mundabatur.
k ¶ Sanctificabat.]Tunc sanguis uitulæ fuit remissio peccatorum,ut 12.q.2.gloria.
l ¶ Mundabat.]uenialibus.s̄.di.50.in capite inf.d.4. nequaquam.Nam sacrificijs uenialia delẽtur.s̄.dist.2. cũ omne.de pæ.di.3.de quotidianis.Nã si qua tũc habebant,mortalia erãt de pæ.dist.6.c.1.circa medium.

Venialia delentur sacrificijs.

PER HELISAEVM.Historia.Legitur in li. Regum, quod cum Helisęus esset in eremo, uenerunt ad eum uiri ciuitatis,& dixerũt:Ecce habitatio huius ciuitatis optima est,sicut tu ipse bene nosti, sed aquæ pessimæ sunt,& steriles.At ille ait: Affere mihi uas nouũ, & mittite in illud salem,& ait:Dicit Dominus,& sanaui aquas istas, & nõ erit vltra in eis mors, neque sterilitas. Sanatę ergo sunt aquæ illæ usque ad diem hunc iuxta uerbum Helisæi,qđ locutus est Dominus.
m ¶ Per Helisæum.] unde est, quod cum aqua exorcizatur,dicit sacerdos: Deus qui per Helisęum prophetam salem in aquam mitti iussisti.
n ¶ Et coinquinatos.] venialibus tantum.

NOsse.] Hæc est 11.pars distin. in qua dicitur, quod semper die Dominica fit Pascha. Quidam enim faciebant die Iouis. Io. de Fant.

CASVS. Dicitur in hoc c. quod ecclesia quolibet anno in die Dominica celebrat Pascha, tamen quia quidam dubitabāt, vtrū hoc fieri dēat, Angelus apparuit Hermeti ī specie pastoris & p̄cepit quod ab omnibus hoc fieret. & Pius Papa hoc idem instituit.

a ¶ Pastoris.] Vnde & liber illius, ī quo tradidit plura documenta ecclesiæ, libet pastorum intitulatur.

b ¶ A capite.] Cum hoc iubet. ar. instit. de satisd. in fi. 11.d. nolite.

CElebritatem.] CASVS. Dicitur in hoc ca. quod Pascha debet celebrari post quartam decimū diē lunationis Aprilis, qui est primus mēsis secundū Hebræos usque ī vigesimū primū diem eiusdem mensis, id est, lunationis: & tunc debet fieri solēnis baptismus, in necessitate tamē potest aliqs baptizari quocunque tempore, & quocunque loco, & qui baptizātur, seruare tenētur qđ in baptismo p̄mittūt: q. uero contrafecerint, infames efficiuntur: & reputantur infideles. Et nota, quod hæc dictio, usque, ponitur inclusiue, & quod hæc lunatio quandoque incipit ī Martio. Et not. qđ hæc computatio attēditur secundum annū lunarem, & non solarem.

c ¶ Prædecessores.] in legibus enim sæcularibus posteriores ad se trahūt priores, quod in diuinis non fit, sed potius econuerso. arg. 50. distinct. Domine. in fin. H. sed B. secus intelligitur hoc.

Leges posteriores trahunt ad se priores.

PRIMI MENSIS. Historia. Sicut legitur in Exodo. Dominus præcepit, vt mensis ille primus haberetur & agnus xiiij. die immolaretur, qui mensis apud Hebræos Nisan appellatur, apud nos uero Aprilis. seq. ca. patent vsque ad c. perlatum, & ea per se uidebis.

d ¶ Primi mensis.] idest, Aprilis, qui est primus mēsis secundum Hebræos, ut 70. di. §. primum uero.

ADDITIO. Hoc sane intellige, Hebræi annum solarem non attendunt, sed lunarem, & appellant primum mēsem tempus, quod nos dicimus nō ipsum Aprilem, sed Aprilis lunationem, eam, scilicet quæ terminatur in Aprili. B. Hyspal.

e ¶ Vsque ad xxi. diem.] Intelligas hoc de mense lunari, nō solari: in illa enim lunatione semper est Pascha.

e ¶ Vsque ad xxi. diem.] Illud, vsque, hic ponitur inclusiue, & includitur xxi. dies; & hoc vult dicere, quod Pascha non debet esse inf. xiiij. diem lunationis Aprilis, nec post xxij. diē illius. si enim xiiij. dies lunationis est in die Dominica, ibi est Pascha Iudæorum, & Dominica sequenti, ibi est nostrum Pascha, hoc est xxi. die.

Pascha quod tra q debet

f ¶ Alia est ratio.] Quia infames efficiuntur secundum canones quicūque nota infidelitatis, idest, mortalis peccati aspergūtur, vt no. 6. q. 1. omnes. & c. illi c. sed secus est secundum legem, & ita est ratio alia. M. ponit exemplum in appellatione. 7. q. 6. non ita. Sed quid ad hanc litteram de hoc exemplo? Ego dico hunc esse sensum, quod ea quæ in baptismo quis promisit, non possunt mutari; licet legum statuta possunt immutari.

Infam ciuntu morta cato guntu

¶ Non nisi in die Dominico sanctum Pascha celebretur. Cap. XXI.

NOsse vos volumus, qđ Pascha Domini die Dominico annuis temporibus † fit celebrādū. Istis enim tēporibus Hermes doctor fidei, & scripturarum effulsit inter nos. Et licet nos idē Pascha prædicto die celebremus, quia tamen quidam inde dubitabāt, ad corroborādas animas eorū, eidem Hermeti angelus Domini apparuit in habitu pastoris,[a] & p̄cepit ei, ut Pascha Domini die Dominico ab omnibus celebraretur. Vnde & uos Apostolica auctoritate instruimus omnes eadem seruare debere, quia & nos eadem seruamus, nec debetis a capite [b] quoquo modo diffidere.

Iuo p. 4. c. 3. & 145. † *al. solennitatibus.*] orig.

Item Victor Papa XIII. a Petro, in primo decretali suo.

Epist. 1. ad Theophilum. Et in Aurelia. 4. c. 1.

¶ Non nisi in die Dominico sanctum Pascha celebretur. Cap. XXII.

CElebritatē sancti Paschæ die Dominico agi debere, & prædecessores [c] nostri iā statuerunt, & nos illud vobis eadem die solenniter celebrari mādamus, quia nō decet, ut membra a capite discrepēt, nec † contraria gerāt. A xiiij. uero luna primi mēsis [d] vsque ad xxi. diem [e] eiusdem mēsis eadem celebretur festiuitas. Eodem uero tempore baptisma celebrādum est catholicum. Sed tamē si necesse fuerit, aut mortis periculū ingruerit, gentiles ad fidem uenientes quocunque loco, uel momēto, ubicunq; euenerit, siue ī flumine, siue in mari, siue ī fontib. tantum Christiana cōfessione credulitatis clarificata † baptizētur. Ipsis quoque, qđ in baptismo polliciti sunt summopere est attendēdum, ne infideles, sed fideles ſue niātur. Ipsi vero, qui infidelitatis nota aspergūtur, infames efficiūtur, & inter fideles minime reputantur. Hæc vero statuta, nullā debēt improbitate conuelli, nulla nouitate mutari, quia alia est ratio [f] causarum sęcularium, alia diuinarum.

Poly. lib. 3. ti. 10. & 17. Valfridus Strabo c. 26. Burc. l. 4. c. 3. Iuo p. 1. c. 198. & p. 4. c. 4.

† *al. clarificati.*

Item ex concilio Carthaginensi, 4. c. 65.

¶ De eodem. Cap. XXIII.

PAschæ solennitas uno die, & tempore celebranda est.

Et in Africano ca. 40. & Aurasiaco, ca. 19.

Item ex concilio Carthaginensi 5. c. 7.

Pla-

¶ Dies Paschæ concilij α formatarum subscriptione omnibus imitetur. Cap. XXIIII.

α ¶ Concilij.] *In aliquot vetustis est*, & concilij. *In originali impresso hæc est huius capitis rubrica*, De tempore paschali, seu concilij *in codice canonum in indice capitis 40. cōcilij Africani*, diem paschæ, & diem concilij nunciandū. *In græco, c.74.* περὶ τοῦ τὴν ἡμέραν τοῦ πάσχα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς συνόδου ἀγγέλλεσθαι. *i.* Vt dies paschæ in die synodi annuncietur.

sup. dist. 73.

PLacuit, vt dies venerabilis Paschæ formatarum subscriptione omnibus intimetur; dies vero [a] concilij xj. Kal. β Nouembris seruetur. scribendum est etiam ad singularum quarumcunque prouinciarum primates, vt quandocunque apud se concilium congregant, istum diem non impediant.

β ¶ XI. Kal.] *Sic in Carthaginensi 5. In Africano autem* [*etiam in codice canonum*] *& Carthaginensi græco est*, x. Kal. Septembris.

Item ex concilio Bracharensi 2. c. 9.

¶ Cum in concilio omnia statuta fuerint, futurum Pascha annuncietur. Cap. XXV.

PLacuit, vt postquam [b] omnia in concilio sacerdotū fuerint ordinata, illud omnimodis obseruetur, vt superuenturum † ipsius anni Pascha quoto Kalendarum die, vel quota luna debeat suscipi, a metropolitano episcopo intimetur. † Quod cæteri episcopi, vel clerus reliquus breuiculo subnotantes, vnusquisque in sua ecclesia adueniente Natalis Domini die astante populo post Euangelicam lectionem annuncient. [c]

† al. superuenturi.

† al. nuncietur.

Item ex concilio Arelatensi 1. quod confirmauit Papa Syluester, cap. 1.

¶ Per orbem vniuersum vno die, & vno tempore Pascha celebretur. Cap. XXVI.

Iuo p. 4. c. 19.

DE obseruatione Paschæ Domini statuimus, vt vno die & tempore per omnem orbem obseruetur; & iuxta consuetudinem literæ † ad omnes dirigantur.

† literas ad omnes tu dirigas, orig.

Item Gregorius Seuero episcopo Massiliensi, l. 9. epistol. 9.

¶ De imaginibus sanctorum non violandis. Cap. XXVII.

Ans. l. 13. c. 45.
Burc. l. 3. c. 36.
Iuo p. 3. c. 41.
Pann. l. 2. c. 56.

1 2 PErlatum ad nos fuerat, quod incōsiderato zelo succensus sanctorum imagines sub hac quasi excusatione, ne adorari debuissent, confregeris. Et quidem, quia eas adorari vetuisses, omnino laudauimus: [d] fregisse [e] vero reprehēdimus. Dic frater, a quo factum sacerdote aliquando auditum est quod fecisti? Si non γ aliud, vel illud te non debuit reuocare, ne despectis alijs fratribus solum te sanctum esse crederes, & sapientem? Aliud est enim picturam adorare: aliud picturæ historiam, quid sit adorandum, addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis præstat pictura cernentibus; quia in ipsa etiam ignorantes vident, quid sequi debeant: in ipsa legunt, qui literas nesciunt. Vnde & præcipue gentibus pro lectione pictura est.

γ ¶ Si non.] *Hac vsque ad vers.* Aliud, *sunt addita ex originali.*

Item in septima † *synodo actione 6.*

† al. sexta.

a PLacuit.] ¶ Dies vero. Hodie illud teneas de hoc quod habes 18. dist. quoniam. Ioan.

b PLacuit vt postquam.] Hoc c. nō hēt hodie locū.

c ¶ Annunciēt] hoc c. non vbique obtinet.

PErlatum.] Hæc est 12. pars dist. Io. de Fant.

CASVS. Seuerus eps sāctorum imagines vetuit adorari: & ita mot⁹ eas fregit. Vnde Greg. eū commendat, quia eas vetuit adorari: sed redarguit eū, quia eas fregit. nam quod facit scriptura legentib. hoc faciunt imagines & picturæ illiteratis.

d ¶ Laudauimus.] Hic colligit, quod licet intētio approbetur, reprobatur tñ ipsū factū. Vnde per hoc pōt solui illa cōtrarietas de Loth: quā nunc dicit scriptura cum esse sanctū. 22. q. 7. offerebat. alias perturbatū dicit 13. di. qd ait. Itē est ar. quod i uno facto pōt reprobari qu dā, & aliud approbari. 22. q. 4. inter cetera. Ar. cō tra. ff. fam. er. i hoc. 1 sed illud in factis connexis, hoc infactis diuersis. ext. de rescr. inter ceteras.

e ¶ Fregisse.] s. d. 63. §. verū. contra. ibi latria adorabāt: hic dulia. Versus.

Latria debet Dño, sed dulia seruo.

Latria qua Christum veneramur, dulia mundum.

Intentio quandoque approbatur, & factū reprobatur.

1 De hoc leg. & no. 22. q. 2 si quis. 3. qō. 9. puta. ibi videas.

Latria & dulia quid exigunt.

Vene-

VEnerabiles.]CASVS. Quæsitũ fuit quare Christiani venerentur imagines, & picturas, cũ deitatem in eis esse non credant, nec speciem salutis in eis ponant. Et rñdetur, q̃ hoc faciunt in memoriam sanctorum, & ad recordationem primitiuorũ olim sanctorum, i. olim rerum gestarum.

CASVS. Tradũt hic catholici doctores, q̃ pater & filius & spiritus sanctus vnius sunt substãtiæ, & non tres dij, sed vnus: & quia pater genuit filium, non est filius: nec filius pater; nec spiritus sãctus est pater & filius, sed patris & filij spiritus: nec dicit trinitas incarnata, crucifixa,

¶ Imagines sanctorũ memoria sunt, & recordatio præteritorum. Cap. XXVIII.

VEnerabiles imagines Christiani non Deos appellant, neque seruiunt eis vt Dijs, neque spem salutis ponunt in eis, neque ab eis expectant futurum iudiciũ: sed ad memoriam, & recordationem primitiuorum venerantur eas, & adorant: [a] sed non seruiunt eis in cultu [b] diuino, nec alicui creaturæ.

In epist. Hadriani ad Carolum, 35.

Item Hadrianus Papa Tharasio patriarchæ in actione 2. eiusdem septimæ synodi.

¶ Non in agni, sed in hominis specie Christus est figurandus. Cap. XXIX.

sup. distin. 16. in 6. syn. c. 82. Iuo p. 4. c. 122. & 126.

13 SExtam sanctam synodum recipio cum omnibus canonibus suis in quib. dicitur. [d] In quibus † picturis sanctarum imaginum agnus præcursoris digito ostẽsus depingitur, qui [e] in figuram [f] gratiæ transit, α [g] verum nobis per legem Moysi demonstrans agnum Iesum Christum Dominum nostrum. Antiquis ergo figuris, & vmbris, ad veritatis præfigurationem sanctæ ecclesiæ traditis vale dicentes, β gratiam, [h] & veritatẽ præferrimus, & sic plenitudinem legis recipimus: verum igitur agnum † Dominum nostrum Iesum Christum secundum imaginem humanam amodo etiam in imaginibus pro veteri [i] agno depingi iubemus.

¶ *De sexta synodo, & canonibus ipsius notatum est sup. c. sexta synodus.*

α ¶ Gratiæ transit.] *Et in epistola Hadriani, & apud Iuonẽ, par. 4. c. 122. legitur.* in typum gratiæ assumptus est. *apud eundẽ Iuonem, c. 126. ex Hadriano ad Carolũ,* in signum relictus est gratiæ. *Græce in canone 6. synodi est, ὃς εἰς τόπον παρεγήφθη τῆς χάριτος, i.* qui in typum gratiæ assumptus est. *Sed ob glossam non est mutatum.*

β ¶ Vale dicentes.] *Sic Iuo. In epistola Hadriani est,* suscipientes, *Græcè κατασμαζόμενοι.*

Item Augustinus lib. 1. de Trinitate, c. 4.

¶ De fide Trinitatis & vnitatis inuiolabiliter seruanda. Cap. XXX.

14 OMnes, [k] quos legere potui, q̃ ante me scripserũt de Trinitate, q̃ Deus est, diuinorũ librorũ veterum & nouorum catholici tractatores hoc intenderunt, secundum scripturas docere, quod pater & filius, & spi-

Iuo p. 1. c. 2. Pann. l. 1. c. 7.

a ¶ Et adorant.] s. proxi. c. contra. Sed aliud est adorare latria, quod ibi prohibetur, aliud dulia, q̃ hic permittitur.

b ¶ Cultu.] s. latriæ. in qua tria exigunt, charitas dilectionis: & multitudo sacrificiorũ: & ueneratio. 1 In dulia uero unũ solum. s. ueneratio: & in hoc sensu possumus quãlibet rẽ sacrã adorare. i. reuerẽtiam exhibere. s. dist. 1. in sancta.

1 Dicas, q̃ duæ sũt spẽs adorationis, s. latria est seruitus siue cultus soli Deo debit⁹. dulia est seruitus quę debetur creaturæ unde uersus Dulia fit seruo, debet latria Christo. Arch.

SExtam sanctam] Hæc est 13. pars dist. secundum Ios. de Fant.

CASVS. Quia Ioannes Christum demõstrans ait: ecce agnus Dei: ideo quidã pingebãt Christum sub specie agni: uerum quia umbra mortis trãsiuit, & Christus uetus sit homo, in forma humana debemus ipsum depingere: & hoc p̃cepit Hadrian⁹ auctoritate sextæ synodi, quã inducit. [In quibus scripturis.] i. picturis. & sunt uerba canonum 6. synodi. & hęc dictio, [quib⁹,] nõ refert ad aliquã dictionẽ hic positã: sed in canone [uale dicentes,] i. licentiantes, & terminũ imponentes.

c ¶ Sextam.] sup. d. 16. sextam.

d ¶ In quibus dr̃.] Illud quibus, non refertur ad aliquã dictionem hic positã, sed in canone sextæ synodi, cuius uerba Hadrianus inducit. Alibi dr̃ uel habet in quibusdam, & secundũ hoc littera patet. Vel in quib.

e ¶ Qui.] idest, sacrificium cuius agni.

f ¶ In figuram.] Tempore gratiæ, quæ figurabatur in ueteri testamento.

g ¶ Transit.] i. transire debet quasi non debet depingi.

h ¶ Gratiam.] idest, gratiosam ueritatem. s. Christum hominem.

i ¶ Pro ueteri.] Hoc credo reprobari: quia in cruce tñ agnus Dei depingebatur, nã alias hoĩe depicto agnũ dipingi nõ obest in parte inferiori, sed cũ corrigatur quo ad hoc, ergo quõ recipitur cũ omnib. canonibus?

Christus nõ pingatur in figura agni.

OMnes quos.] Hæc est 14. pars dis. sm̃ Io. de Fant.

xa, sepulta, sed tm̃ filius: nec dicitur Trinitas descendisse super Iesum in specie columbæ, nec super Apostolos in specie ignis, sed solus spiritus sanctus: nec illa uox, quæ facta est ad Christum quãdo fuit baptizatus, s. Tu es filius meus dilectus, uel illa quando coram trib. discipulis fuit transfiguratus, s. Hic est filius meus dilectus, &c. nec illa uox clarificaui, & iterum clarificabo, attribuitur Trinitati, sed tantum patri, quamuis insepa rabilia sint opera Trinitatis.

k ¶ Omnes.] CASVS. In prima parte dicit tres personas patrem & filium & spiritum sanctũ unius & eiusdem substantiæ. In secunda parte dicit q̃ licet istæ tres perso-

ritus sanctus vnius eiusdemque substantiæ inseparabili æqualitate diuinam insinuent vnitatem: ideoque nō sint tres Dij, sed vnus Deus, quamuis pater filium genuerit; & ideo filius non sit, qui pater est; filiusque a patre sit genitus, & ideo non sit pater, qui filius est: spiritusq; sanctus nec pater sit, nec filius, sed tantum patris & filij spiritus: patri & filio etiam ipse coæqualis, & ad Trinitatis pertinens vnitatem, non tamen eandem Trinitatem natam de Maria Virgine, & sub Pōtio Pilato crucifixam & sepultam tertia die resurrexisse, & in cœlum ascendisse; sed tantummodo filium, nec eandem Trinitatem descendisse in specie columbæ [a] super Iesum baptizatum, aut die Pentecostes post ascensionem Domini sonitu facto de cœlo, quasi ferretur flatus vehemens, & linguis diuisis, velut ignis [b] sedisse super vnumquemque eorum, sed tantummodo spiritum sanctum: nec eandem Trinitatem dixisse de cœlo, [tu es filius meus,] siue cum baptizatus est a Ioanne, siue in monte, quando cum illo erant tres discipuli, aut quando sonuit vox dicens, [& clarificaui, & iterum clarificabo,] sed tantummodo patris vocem fuisse ad filium factam, quamuis pater, & filius, & spiritus sanctus, sicut inseparabiles sunt, ita inseparabiliter operentur.

Mar. 1. Act. 2. Marc. 1. Io. 12.

Ex glo. ordi. in c. 3. Ioan. [Nisi quis.]

Idem super Ioannem.

DISTINCTIO IIII.



¶Sine sacramento visibili, & fide inuisibili nemo saluatur. C. I.

Ecessarium [c] est visibile sacramentum [d] aquæ, ad ablutionem visibilis corporis supra

personæ sint eadem essentia, quædam tamen singulariter attribuuntur personis, quæ Trinitati non attribuuntur: & similiter aliquid attribuitur patri quod non filio & econuerso. & idem in spiritu sancto.

a ¶ Columbæ.] Vera quidem columba fuit, quare nec prius nec postea comparuit, sed in suā materiam redijt, sicut legitur de stella, de qua descendit spiritus sanctus per significationem: significabat. n. plenitudinem donorum spiritus sancti, quæ in Christo erant, super quē spiritus sanctus descendit. infra dist. proxi. per aquam.

b ¶Ignis.] Genitiui casus ē: alias nō cōgruæ diceret, &c.

NEcessarium.] Hæc dist. diuiditur in 32. partes in quarum primā probat, per 10. c. quòd qui non fuerit baptizatus, saluus esse non poterit. Secunda ibi, [Non ratione.] Tertia, ibi, [Mulier quamuis,] Quarta ibi, [Solet.] Quinta ibi. [Ostenditur.] Sexta ibi. [Non illud. Septima ibi, [Baptismi.] Octaua ibi, [Hi de quibus.] Nona ibi, [Aliud est.] Decima ibi, [Tunc valere.] Vndecima ibi [. Siue paruuli.] Duodecima ibi, [Si non sanctificatur.] Decimatertia. ibi, [Prima igitur. [Decimaquarta ibi, [Paruuli.] Decimaquinta ibi, [De trina.] Decimasexta ibi, [in Synodo.] Decima septima ibi, [Venisti,] Decima octaua ibi, [Iudæi,] Decimanona ibi, [In catechismo.] Vigesima ibi, [Omnis.] Vigesimaprima ibi, [Non licet.] Vigesimasecunda ibi, [Si ad matris.] Vigesimatertia ibi. [Quibis.] Vigesimaquarta ibi, [Presbyteri. Vigesimaquinta ibi, [Quando quis.] Vigesimasexta ibi, [Quæris,] Vigesimaseptima ibi, [Si baptizata.] Vigesimaoctaua ibi, [Non ex quo.] Vigesimanona ibi, [Qn̄.] Trigesima ibi, [Non dubito.] Trigesima prima ibi, [Placuit igitur.] Trigesimasecunda ibi [placuit vt quicunque.] Io. de Fant.

CASVS. Quærebatur hic quæ sint necessaria illi, qui vult baptizari. Et respondet, ꝙ duo sunt necessaria, s. vt aqua exterius abluatur, & ut fides interius habeatur, ut sicut aqua visibili, ita & spiritu inuisibili baptizetur.

c ¶ Necessariū est.] hic depingitur 4. d. in qua agitur de baptismo, q est ianua oīum sacramētorū. Vn̄ videndū est quid sit baptismus, q̄ forma baptizādi, quando fuit baptisma institutū, quot sūt genera baptismi. & qs effectus. Et qdē baptismus est exterior hoīum ablutio cum certa forma uerborū. Et ēt character impressus aię. Dī ēt baptisma ipsa aqua, vt j. q. j. detrahe. Forma aūt baptismi est, Baptizo te in noīe patris, & filij & spiritus sācti. 1 Amen. Quā formā Dn̄s tradidit discipulis suis cū dixit. Ite, baptizate oēs gētes in noīe patris & filij, & spiritus sācti. ī. ea. proprie itaq; nec ēt omitti dēt hoc ꝓnomen ego, ex de bap. si qs sane. Nec obst. ī. ead. quodā. qa ibi noīe Christi intelligunī tres personæ. Et institutū est s̄m quosdam, cum dictū est Nicodemo: Nisi quis renatus fuerit, &c. secundū alios cum dixit discipulis, Ite baptizate, &c. & hoc post mortē, secundum alios, cum misit Iudam cum cæteris. 1. q. 1. dedit. Ego credo, quòd tunc cum a Ioanne est baptizatus, ut ī. ea. per aquā. Quot sunt gn̄a baptismi? & quidē tria, fluminis, & sanguinis, & flaminis, vt dicemus ī. ea. baptismi. Quis est eius effectus? qa cū digne quis baptizatur, tam actuale q̄ originale peccatū sine pn̄ia tollitur, ut inf. ea. sine pn̄ia alias est. n. tantum sacramenti * collatio. 2

d ¶ Sacramentum.] Subaudi, uel aliquid qđ suppleat vicem eius: hęc autē sunt duo, s. martyrium, & cordis contritio. inf. ea. baptismi uicem. &c. cathecumenum. Et ita aqua est sacramentū, quia intransitiue legiī hoc: sed ipse character similiter. 32. q. 7. licita ipsa etiam ablutio. & hæc tria idem significant, s. ablutionem interius factam, vel quæ fieri debet, propter fictè accipientem. Sed de aqua qn̄ dicis ꝙ incipiat uel desinat esse sacramentum? Dic simul incipit & desinit esse sacramentum, s. in prolatione ultimæ syllabæ ipsius formæ, quia tunc signat: non autem ante uel post est sacramentum, remanet tn̄ res sacra. extra de sac. vnc. c. 1. Idem dr̄ in oleo benedicto uel chrismate: quia tamdiu est sacramentum quādiu fit cū eo vnctio. nō. n. ante uel post, remanet tn̄ res sacra. Alij tn̄ dicunt contra, ut notatur 1. q. 1. detrahe. quod multū facit pro opinione nostra. Item si alius

liquor

Baptismi diffinitio Baptismi forma.

1 Vt ī. e. proprie. &c. si qs presbyter &c. multi. baptismi tria sunt genera. Baptismi effectus.

**Comprehendendo tamen in sacramenti collatione etiā impressionem characteris; nam character imprimitur ēt indigne suscipientibus.*

2 In hoc casu. s. quando indigne hoc sacramētum recipiī: tunc tantum recipit ipsum sacramentū, & non rem sacramenti, vt inf. ea. quomodo Arch. Aqua in baptismo est sacramentū, id est, ablutio cum aqua.

liquor admisceatur illi aquæ, nunquid baptizatur puer. secundum leges, vt̃, ꝙ non, quia desinit esse aqua, quia liquor nouus efficitur. ff. de acquirendo rerum domi. adeo §. voluntas. sed hoc non credo, qui a quotidie mari nouus liquor adijcitur, vel sputum, vel urina: & sic in mari nō fieret baptismus, secundum canones secus.

a ¶ Doctrina.] idest, fides quæ habetur per doctrinam.

b ¶ Renascitur.] De adultis scilicet & sensatis ab hinc intelligitur c. de pœn. d. 4. c. in domo.

c ¶ Intellectu.] In fide, quę intellectu cōprehenditur. 1

d ¶ Vt symbolū.] ꝭ. ea. ante viginti.

e ¶ Spiritu sancto.] hoc quātum ad paruulos, qui non habent fidem.

1 Subau. ex qua quis decernit & intelligit qđ credere debeat. Arc.

FIrmissime.] CASVS. Hug. sic ponit hunc casum. In hoc c. ostendit Aug. ꝙ originale peccatum est peccatū siue vitium, & quilibet nascitur cū originali peccato & nisi quis ab eo liberetur per fidem vel baptismum, etiam puer nōdum natus ex vtero, si sic moriatur, damnabi-

sicut necessaria est doctrina [a] inuisibilis fidei ad sanctificationem inuisibilis animæ. *Idem*. Renascitur [b] homo; Ex aqua,] visibili sacramento, & [spiritu] inuisibili intellectu, [c] vt symbolū; [d] baptismi visibiliter accipiat, & spiritualem intellectum ipsius symboli perficiat †: Vel [ex aqua] visibili, [& spiritu] sancto. [e]

in ea. glossa ad uers. ex aqua.

† *al. percipiat.*

Idem in libro primo de peccatorum meritis, & remiss. seu de baptismo paruulorum, c. 39.

¶ In baptismate concupiscentia extinguitur, non ut non sit, sed vt non obsit. C. II.

PEr baptismū Christi id agitur, vt euacuetur caro peccati. Euacuatur [f] autem, non ut in ipsa viuente carne concupiscentia conspersa, & innata repente absumatur, & non sit: sed ne obsit [g] mortuo, quæ oberat nato. Nam si post baptismum vixerit, atque ad ætatem capacem præcepti peruenire potuerit; ibi habet, cum qua pugnet, eāque adiuuante Deo superet, si non in vacuum gratiam eius susceperit, si reprobatus esse noluerit. Nam nec grandibus hoc præstatur in baptismo, nisi forte miraculo [h] ineffabili omnipotentissimi creatoris, ut lex peccati, quæ inest in membris repugnans legi mentis penitus extinguatur, & non sit: sed, ut quidquid mali ab homine factum, dictum, cogitatum fuerit, cum eidem concupiscentiæ subiecta mente seruiret, totum [i] aboleatur, & velut factum [k] non fuerit, habeatur.

¶ *Restitutum est caput hoc suæ integritati, ut melius B. Aug. sñia perciperetur. Neq; enim glossa impediebat.*

Idem ad Petrum diaconum, c. 26.

¶ Qui ex viro, & muliere concipitur, cum originali peccato nascitur, nec sine baptismate saluatur. C. III.

FIrmissime [l] tene, & nullatenus dubites, omnem hominem, qui per concubitum viri & mulieris concipitur, cum peccato originali nasci, impietati subditum, mortique subiectum, & ob hoc natura iræ filium nasci, de qua dicit Apostolus: [Eramus enim & nos natura [m] filij [n] iræ, [o] sicut & cæteri.] A qua ira nullus liberatur, nisi per fidē [p] mediatoris Dei, & hominū hominis Iesu Christi

Tom. 3. & inter opera Fulgentij.

Iuo p. 1. c. 26. & 27. Pann. l. 1. c. 8. & 9.

Eph. 2.

PEr baptismum Christi.] CASVS. Beneu. sic ponit hūc casum. In hoc c. dicit Aug. ꝙ p Baptismum oē peccatū actuale dimittit, originale uero nō delet omnino, sed debilitat & mitigat, ut iā nō imputaret ad pœnā æternā, & ad quid remaneat interserit, ut s. hō ꝯ illicitos motus ex illo procedentes pugnās & uincēs coronam mereatur. ubi. n. lucta, ibi corona: nemo .n. coronabitur nisi qui legitime certauerit. & hūc casū melius ponit Hugo quam Beneuent.

f ¶ Euacuat.] Nota ꝙ quadruplex est pœna originalis peccati, ꝑcludit ianuā cœlestē, perpetuo damnat, causa est mortis tpalis & impotētia resistendi uitijs. prima duo & ultimum tollit baptismus.

Peccati originalis pœna est quadruplex.

g ¶ Sed ne obsit.] Immo etiam vt prosit, quia ubi maior pugna, maior corona. de pæ. dist. 3. ille rex. similiter remanet actu, sed inefficax, ut est in pacto de nō petendo insti. de exep. §. præterea uel cum opponitur exceptio sententiæ. ar. ff. sol. mat. viro itaque. & sic originale trāsit reatu, sed manet actu.

ADDITIO. Hic adde & uide quod leg. & no. inf. ead. dist. non ex quo. Arch.

h ¶ Miraculo.] Vt in B. Maria, & in Ioanne Apostolo, q͞a neuter eorum potuit peccare. Item natiuitas Mariæ in utero non celebratur, sed natiuitas ex utero bene.

i ¶ Totum.] Arg. ꝙ in baptismo omnis sequela & infamia aboletur, 2 & ꝙ gratia Dei in baptismo non requirit genitum uel plantatum, ut dist. ea. sine pœnitentia.

K ¶ Factum.] Arg. extra de verb. sign. nam & ego. arg. ff. de ædi. edic. quod ita.

Maria & Ioānes Apostolus peccare nō potuerūt In tamen abo letur in baptismo.

2 Ar. contra 26. d stin. de Iudæis in fi.

nabitur æternaliter, Bene. vero sic ponit hunc casum. Nemo ex semine viri nascitur sine peccato originali, a quo non liberatur adultus sine fide Christi, nec paruulus sine sacramēto baptismi, sine quo si mortuus fuerit sine fine peribit. Apostolus in epistola ad Ephesios. Seq. c. patet, quod loquitur de adulto.

l ¶ Firmissime.] Sup. 1. q. 1. firmissime. ex̃ de hære. c. 3.

m ¶ Natura.] idest, a natiuitate in vtero. 3 Vel natura. i. consuetudine nascendi, non creatione. Vel dic natura. i. naturali & inseparabili uitio, scilicet originalis peccati, quod ab homine separari non potest, sicut naturalia ab homine non separantur. Arch.

n ¶ Filij.] i. debitores, & digni pęna æterna. i. obnoxij.

o ¶ Iræ.] idest, pęnæ æternæ.

p ¶ Nisi per fidem.] Vel sacramentum fidei, ut in paruulis, ut inf. ea. quæris a me.

a ¶ Sem-

a ¶ Sempiterno igne.] idest pœna æterna. 14. q. pœnale.
b ¶ Puniendos.] inf.ea.regenerante.cōtra, vbi dr̄ ꝙ habent mitissimam pęnam.sed dic igne sempiterno.i.pęna:quia semper erunt in tenebris.ut inf.ea. nulli.
c ¶ Non

re ante legem,& de tp̄e legis.In tp̄e gratiæ, baptismus omnia delet peccata i paruulis & adultis.In tēpore ante legem paruuli in fide parētum, adulti in fide sacrificiorum a peccatis mundabantur.In tempore legis adulti & paruuli per circumcisionem mundabantur.

Sent.4.dist.4.& 9.

Item,c.27. ¶ Firmissime tene, & nullatenus dubites,nō solum homines iā ratione vtētes, verum etiā paruulos, qui siue in vteris matrum viuere incipiūt,& ibi moriūtur:siue cum de matribus nati sine sacramēto sancti baptismatis,quod dat̄ in nomine patris & filij & spiritus sancti,de hoc sæculo transeunt:sempiterno † igne [a] puniendos:[b] quia etsi propriæ actionis peccatum nullum habuerunt,originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione,& natiuitate traxerunt.

*ignis æterni sempiterno supplicio.] ori.

Item Ioannes Chrysostomus. †

† forte Cromatius.

¶ De eodem. Cap. IIII.

Sent.4.dist.12. sup. de pen.distin.1. nō potest.

NOn potest [c] q̄s gratiā vitæ cęlestis accipere, nisi [d] prius purgatus fuerit ab omni sorde peccati ꝑ pęnitentiæ confessionem, [e] per donū baptismi [f] salutaris domini, & saluatoris nostri Iesu Christi,qui est benedictus in sæcula sæculorum.

Item Gregorius in Moralibus,libro 4.c.2.

¶ Sicut nunc in baptismate, ita olim in circumcisionibus remittebantur peccata. Cap. V.

Iuo p.1.c.49. Pan.l.1.c.10.

QVod autē apud nos valet aqua [g] baptismatis, hoc egit apud veteres,vel pro paruulis sola fides,vel ꝓ maioribus virtus sacrificij, vel pro his, qui de Abrahæ stirpe prodierunt,mysterium circumcisionis.

Item Augustinus ad Valerium contra Iulianum de nuptijs,& concupiscentia,libro secundo,c.11.

¶ Originale peccatum nunc in baptismate,olim in circumcisione remittebatur. Cap. VI.

Iuo p.1.c.50. Pan.l.1.c.11.

EX quo instituta est circūcisio in populo Dei(quod erat tūc signaculum iustitiæ fidei.) ad significationem † purgationis valebat,& paruulis originalis, veterisque peccati, sicut & baptismus ex illo valere cœpit ad innouationem [h] hominis,ex quo est institutus.

† sancti... ionem.]

Item de libero arbitrio, libro 1.c.23.

¶ Paruulis in baptismate offerentium prodest fides. Cap. VII.

Alg.l.3.c.7. Iuo p.1.c.12. Pan.l.1.c. 12.

ILlud perscrutari homines solent,sacramētum baptismi Christi quid paruulis prosit:cū eo accepto plerūque moriuntur, priusquam ex eo quidquam cognoscere potuerunt.Qua in re satis pie recteq; creditur prodesse paruulo fides [1] eorum,a quibus consecrandus offertur.

g ¶ Aqua.] Certe plus operatur hodie baptismus, quā tūc circumcisio, quia circūcisio tātum pęnam tollebat, sed in baptismo sec9 ē, vt extra de bap.maiores.

EX quo] CASVS. Quærebatur in quo tp̄e locū habuit & effectū circūcisio, & respōdet ꝙ ex quo circumcisio fuit instituta,& lex populo data: sicut baptism9 valuit ex quo fuit institutus.

h ¶ Ad inouationē] quod tūc credimus factum,cū Christus tacta suæ mūdæ carnis vim regeneratiuam contulit aquis, teste Amb.ut inf.e. per aquam. &c.proprie.nō.n.baptism9 Ioānis fuit proprie baptismus, 1 sed baptismi assuefactio, teste Aug. vt ĩ.e.nō regenerabuntur, vñ licet baptizati essēt ab eo,quidam tñ cū iterū baptizati fuerunt, non fuit facta iniuria sacro: quia eius baptismus sacramētū nō erat, vt inf.ea.aliud.q̄dā vero propter sacramētū circumcisionis, quod cęperāt, & fidem, quā plene habebāt, nō sunt rebaptizati. B. Alij dn̄t, ꝙ institutus fuit baptismus cū dixit Nicodemo. Nisi q̄s renat9 fuerit, &c. Alij dn̄t tūc, cū dixit discipulis suis. Ite bap.eos.&c. vt inf.eo.ꝓprie. sed p̄ualet q̄d prius dictū ē:tñ baptismus ei9 adhuc plenu nō habuit effectum, sed post mortē 2 ei9 cępit plenu hēre effectū; q̄a adhuc non erat ianua cęli apta sed post mortē ei9 fuit apta.ĩ.e.ꝓprie.ver.ad cui9.Io.

Baptismus quando fuit institutus.

Baptismus Ioannis non fuit proprie baptismus.

1 De hoc le. & no.sup.1. q.1.c. dedit. Archid.

2 De hoc le. & no. inf.e. proprie.uer. ipsa igitur.

c NOn potest.] sup.d.1.c.di.2.illa.sup. de pe.d.1. s.alij ecōtra.&c.nō potest.sed illud de adultis.
d ¶ Nisi.] inf.ea.dist. oīs qui,sup.15.q.1.§.ut itaque.
e ¶ Confessionem.] Quantum ad adultos.
f ¶ Baptismi.] Quo ad paruulos,vel per aliud loco illius.u̇ s.ea.baptismi vicem.

QVod autem. CASVS. In hoc c. fit mentio de tribus temporibus,s.de tempore gratiæ, de tempo-

ILlud perscrutari.] CASVS Solet quæri,quid prodest baptismus paruulis,qui moriuntur ante tempus discretionis? Et respōdet prodest eis, quia saluātur in fide offerentis, vnde potest aliquis intelligere,quòd multum prodest alicui fides propria, cum tantum prodest paruulis fides aliena.

1 ¶ Fides.] idest sacramētum baptismi collatum in fide eorum

Et hoc ecclesiæ commẽdat saluberrima auctoritas, vt ex eo quisq; sentiat, quid sibi prosit fides sua quando in aliorum quoq; beneficio, α qui propriam nõdum habeat potestatem, commoda sit.

α ¶Beneficio.] *Eadem lectio est apud Iuonem, in Pannormia, et in originali ad marginem. In textu autem est,* beneficium, q̃ propriã nõ habent, potest aliena commõdari.

Idem de baptismo paruulorum lib. 1.*c.*32.*&* 33.

¶Per fidem & baptisma iustificamur a peccatis. Cap. VIII.

FIlius Dei carnẽ peccati β suscepit, & pœnam sine culpa, vt in carne peccati & culpa solueret, & pœna. Per fidem ergo & baptismum ei⁹ a peccato homo per iustificationem, & a morte liberatur per resurrectionem.

¶Paruuli etiam baptizati inter credentes reputantur per sacramenti virtutem, & offerentium respõsionem. Qui vero non sunt baptizati, inter non credentes iudicantur ex Euangelio Ioannis: [Nisi quis renatus a fuerit ex aqua b & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.] *Cap.* 33. *Ioan.* 3.

¶*Caput hoc est summa verborum Beati Augustini in locis indicatis.*

β ¶Carnem peccati.] *Apud B. Augustinũ longe plenius & rectius.* Dominus autem, *inquit*, in carnẽ suã non peccatum transtulit, tanquam venenum serpentis, sed tantum trãstulit mortem, ut esset in similitudine carnis peccati pęna sine culpa; vnde in carne peccati & culpa solueretur, & pœna. *Multum igitur interest inter carnem peccati, & similitudinẽ carnis peccati. Quod explicans B. Augustinus cum alibi sæpe, tum potissimum sermone* 48 *de verbis Domini, addebat tamen*, si ergo similitudo carnis erat peccati, non caro peccati; quomodo, vt de peccato damnaret peccatum in carne? solet & similitudo capere nomen eius rei, cuius est similitudo.

Item Ambrosius lib. primo de sacramentis c. 4. *&* 5.

¶Per aquam baptismi de terreno fit homo cęlestis. Cap. IX.

PEr aquam † baptismi transitus est a terrenis ad cęlestia. Hoc est. n. Pascha, idest, transitus eius, transitus a peccato ad vitam, a culpa ad gratiam, ab inquinamento ad sanctificationem. Qui per hunc fontẽ transit, nõ moritur, sed resurgit. Nõ omnis aqua sanat, sed aqua sanat, quę habet gratiã Christi. Aliud est elementum, aliud cõsecratio; aliud opus, aliud operatio. Aqua op⁹ est: operatio spiritus sanctus est. Non sanat aqua, nisi spiritus sanctus descenderit, & aquã illam consecrauerit: sicut legisti, quod cum Dñs noster IESVS CHRISTVS formam c baptismatis daret, venit ad Ioannem; & ait illi Ioannes;

† *Qui per hunc fontem transit, transit a terrenis* orig.

eorum. i. in nomine trinitatis, quam ipsi tenentur credere, & confiteri Bar.

FIlius Dei. CASVS. Dicitur hic, q̃ filius Dei suscepit carnem similem carni peccatrici propter peccati redemptionẽ, vnde p eius fidem & baptismũ consequuntur adulti remissionem peccatorũ: paruuli vero baptizati tanquam fideles saluantur: sed nõ sunt salui nisi baptismo fuerint renati, secũdũ uerba Euãgelij.

a ¶Nisi q̃s renatus.] i. ea regeneratione, scilicet iteriori, qua renascuntur illi, qui renascuntur ex aqua & spiritu sancto, &c. subaudi, uel nisi iusta ignorantia eos excuset &c. extra de presbyter. non bap. cap. 2.

ADDITIO. Vt supra dist. prox. c. vlt. in fi. 28. q. 1. sic. n. Archi.

b ¶Ex aqua.] iã sanctificata per spiritũ sanctum: nec ab hac sanctificatione separatur pr̃ vel filius, cũ inseparabilia sint opera Trinitatis, 28. q. 1. sic enim. & sup. di. proxi. c. ult.

PEr aquam.] CASVS. Bene. sic ponit hunc casum. Remittũtur peccata in aqua baptismi: in q̃ descẽdit spiritus sãctus, sicut legitur descendisse q̃n Christus baptizabatur a Ioanne. & quamuis sit ĩ vsu ecclesię pri⁹ aquã sanctificare, & hominem postea baptizare: tamen primo baptizatus est Christus & postea descẽdit spiritus sanctus super eum: ut ostẽderetur, q̃ Christus non indigebat sanctificatione: sed sanctificare pertinebat ad eũ, & ad suũ spiritũ. H. sic ponit hunc casum. In hoc c. Amb. baptismum commendat dicens, quod per aquam baptismi homo sanctificat̃ & fit cœlestis, sed tãtum illa aqua habet hãc efficaciã, super quam profertur forma Euãgelica, & descendit spiritus sanctus: & sic per spiritũ sanctum infunditur illi aquæ vis sanctificandi: quod hæc duo sint ibi necessaria, ostendit ex eo, q̃ Christus cum deberet baptizari a Ioanne, descendit ad aquam Iordanis; per quod intelligitur formam Euangelicam debere proferri super aquam. & post descendit spiritus sanctus super eum baptizatum: per quod intelligitur quod aqua baptismi per spiritum sanctum sanctificatur. Sequens, capit. patet.

c Formam.] idest, institutionem factam eius exemplo:

Matth.3.

[Ego a te debeo baptizari, [a] & tu venis ad me? respondit illi Christus; Sine modo. Sic.n. decet nos implere omnem iustitiam.] vide quia omnis iustitia in baptismate constituta est. Ergo quare *α* Christus descendit; [b] nisi, vt caro ista mundaretur, caro quam suscepit de nostra conditione? Non.n.ablutio peccatorum suorũ Christo necessaria erat; qui peccatum nõ fecit: sed nobis erat necessaria, q; peccato manemus obnoxij. *& paulo post.* ¶ Descendit Christus: descendit [c] & spiritus sanctus. Quare Christus prior descendit, postea spiritus, cum forma & vsus baptismi hoc habeat, vt ante fons consecretur: & tunc descendat qui baptizãdus est? *& paucis interiectis.* ¶ Christus autem ante descendit, secutus est spiritus: qua ratione? vt nunquam ipse egere Dominus Iesus sanctificationis mysterio videretur, sed sanctificaret ipse, sanctificaret & spiritus.

α ¶ Ergo quare.] *Hæc vsque ad vers.* Non enim *emendata sunt ex B. Ambrosio. Antea legebatur.* Christus ad baptismum descendit, non vt caro mundaretur, quã suscepit de nostra conditione. *Multis etiam alijs locis in capite hoc restituta est vera lectio.*

Item Chromatius β in Matthæum, c.6.

β ¶ Chromatius.] *Antea citabatur Chrysostomus, apud quem est inuentum, sed in fragmentis Chromatij.*

¶ Aqua baptismi non purgaret peccata, nisi tactu Dominici corporis esset sanctificata. C. X.

Sent.4.dist.3.

NVnquam aquæ baptismi purgare peccata credentium potuissent, nisi tactu Dominici corporis sanctificatæ fuissent.

Item Siricius Papa Himerio Taraconensi, epist. 1.

Triburiense, c.12.

¶ Generale baptisma non nisi sabbato sancto Paschæ, & Pentecostes celebretur. C. XI.

Sent.4. dist.3.
Ans.l.9.c.13.
apparitio-... oni.
Burch. l.4.c.5.
Iuo p.1.c.48.& 200
Pann. l.1.c.16.

2 NOn ratione auctoritatis alicuius, sed sola temeritate præsumitur, vt passim, ac libere natalitijs Christi, seu apparitione, † necnon & Apostolorum, seu martyrum festiuitatibus, innumeræ, vt asseris, plebes baptismi mysterium consequantur: cum hoc sibi priuilegium & apud nos, & apud omnes ecclesias Dominicum specialiter Pascha defendat cum sua Pentecoste.

Item Leo Papa vniuersis episcopis per Siciliam constitutis, epis. 4. c.5.

¶ De eodem. C. XII.

Burch.l.4.c.11.
Iuo p.1. c.59.& 107
Pann.l.1.c.17.

DVo tempora, idest, Pascha [d] & Pentecoste ad baptizandum a Romano Pontifice legitime sunt præfixa. Vnde, quia manifestissime patet baptizãdis in ecclesia electis hæc duo tempora, de quibus locuti sumus, esse legitima, dilectionem vestram monemus, vt nullos alios dies huic obseruantiæ misceatis.

¶ *Prior pars huius capitis usque ad uers.* Vnde quia.] *non est ijsdem omnino uerbis in epistola: Sed in codice canonum est rubricæ loco ad hoc caput, & refertur in concilio Moguntino 1. c.4.*

plo: post enim dedit precepto. inf. e. proprie.

a ¶ Baptizari.] i. a peccato originali mũdari 1 & loqtur in persona ecclesiæ generaliter. Ipse.n. vtpote sanctificatus non indigebat mũdari ab originali peccato; & ita excusat sacerdos cum dicit, ego reus, &c.

b ¶ Descendit.] inf. ea. aliud. contra. Sed bis dr descendisse. Primo in specie columbæ, ut ibi. Secundo inuisibiliter, ut hic, & ita bis, sed p aliud, & aliud. ar. extra de testi. cum tu. sed solutionem ibi scriptã amplectaris, ne euanescat ratio q̃ hic ponit Ambr.

1 Hæc nõ vr bona expositio quamuis fuit H. & hoc pp ... quod sequitur. sed dic ſm H. i. a peccato originali, &c. i. debeo liberari a te a pœna, quæ debetur mihi & alijs pro originali peccato. Arch.

c ¶ Descendit.] inf. ea. aliud. contra ibi dicitur q columba in aquam descendit antequam Christus venit ad baptismũ. sed ibi soluetur.

NVnquam aqua baptismi.] i. aqua, quæ est baptismus, vel. i. baptism9 in aqua celebratus posset. sub manente tali dispositione. H.

NOn rõne.] Hæc est 2. pars dist. in qua probatur per 9. cap. quod non debet fieri baptismus solemnis nisi in Pascha, & Pentecoste. Io. de Fant.

CASVS. Quidam indifferẽter omni die solẽni baptizabant, & solemniter, quos Siricius Papa in hoc c. reprehendit, & dicit qđ hoc fieri non debet nisi in Pascha & Pentecoste seq. c. patet.

d DVo tempora,] i. Pascha; hoc cap. intelligas de baptismo solenni, nã quolibet tẽpore propter timorem potest baptizari. sup. ead. distinct 3. celebritatem.

Pro-

Proprie in.] CASVS. Quæsitum fuit a Leone, quare solemnis baptismus celebretur tantũ in Pascha & Pentecoste, & non in festo Epiphaniæ, quando Christus fuit baptizatus? Qui respondet de Pascha triplicem rationẽ assignando. Vna est, quia plena potestas data est baptismo in morte Christi & resurrectione. Alia est, q̃a ĩ baptismo repræsentat mors Christi & resurrectio. Tertia ẽ, q̃a postq̃ Christus resurrexit, baptizandi formã discipulis tradidit, & gẽtes baptizare præcepit. De festo autẽ Pentecostes multiplex ratio assignatur, quia tũc Spiritus sanctus ĩ Apostolos venit, sicut illa die venit in baptizatos. Et q̃a hæc solẽnitas pẽdet ex paschali festiuitate, iõ semp celebratur die Dominica: & q̃a illi qui in Pascha baptizari nõ poterunt ex aliquo impediti, in ea die baptizant̃ & hoc ad imitationem B. Petri, qui eodẽ die tria millia hominũ baptizauit, quos ad fidem conuertit. Die vero Epiphaniæ baptizare nõ debem⁹, sicut quidam putãt, quia peccatorum remissio non erat ĩ baptismo Ioannis, ad quem illa die venit Xp̃s, nec iõ fuit baptizat⁹, q̃ indigeret remissione peccatorũ, sed vt institueret in se sacrum baptismi. Et scias q̃ quidã hñt ibi principium vbi dr̃. [Si q̃s aũt] vt H. vñp se ponũt tibi casum, q̃ tu facere potes. Regula, idest. Regulari facto baptizãdi. Species actionis, i. similitudo. Sequentia 4. capitula plana sunt. [Sacramentum. i. festum in quo repræsentatur quod olim tali die gestum est. baptismo cõtulit. s̃. ea. nunquã. Sed dicimus, q̃ tũc potestatem aquæ contulit: sed in morte sua voluit illam potestatem suum consequi effectum, vt hic in fine dr̃. h ¶ Formamque.] idest, per similem formam mysticam. sup. dist. 2. quia passus.

¶ Quare in prædictis temporibus baptisma celebretur. Cap. XIII.

Iuo p.3.c.45.

Proprie in morte crucifixi, & ĩ resurrectione ex mortuis potentia baptismi [a] nouam creaturã cõdidit † [b] ex veteri: vt in renascentib. & mors Christi operetur, & vita, dicente beato Apostolo Paulo: [An ignoratis, quia quicũque [c] baptizati sumus in Christo Iesu, in morte [d] ipsius baptizati sumus? Consepulti [e] enim sumus cũ illo per baptismũ in mortem: vt quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si. n. complantati facti sumus similitudinis mortis eius; simul & resurrectionis erimus, [& cætera, quæ latius magister gentium ad commẽdandum sacramentum baptismatis disputauit; vt appareret ex huius doctrinæ spiritu [f] regenerandis filijs hominũ, & in Dei filios adoptandis illum diẽ esse, & illud tempus electum, [g] in quo per similitudinem, formamq; [h] mysterij ea, quę geruntur in mẽbris, his, quæ in ipso sunt capite gesta, congruerent: dũ in baptismatis regula & mors interuenit interfectione peccati, & sepulturam triduanã [i] imitatur trina demersio; & ab aquis eleuatio resurgẽtis instar † est de sepulchro. Ipsa igitur operis qualitas [k] docet celebrandæ generaliter gratiæ eum esse legitimum diẽ, [l] in quo orta est & virtus [m] muneris, & spẽs [n] actionis. Ad cuius rei confirmationem plurimũ valet, q̃ ipse Dñs Iesus Christus, posteaquam resurrexit a mortuis discipulis suis (in quibus [o] oẽs ecclesiarũ præsules docebant) & formã, [p] & potestatẽ tradidit baptizãdi, dicẽs: [Euntes ergo nunc docete oẽs gentes, baptizantes eos in noĩe patris, & filij, & spiritus sancti.] De quo [q] vtique eos ante passionem potuissent instruere [r], nisi proprie [s] voluisset intelligi regenerationis gratiã ex sua resurrectione cępisse. Additur sane huic obseruantiæ etiã

† condit.) vera le. Rom. 6.

† al. ad instar.

Matth. 28.

a ¶ Potentia baptismi.] idest baptismus potens & efficax extra ead. maiores. §. caute.

b ¶ Condidit.] idest, reformauit & innouauit, idest, institutum est ut constat quasi ut celebretur, tunc scilicet 1 in morte.

c ¶ Quia quicunque] idest, cuiuscunque conditionis, seruus vel liber, masculus vel fęmina, adultus vel puer, 29. q. 2. in princ.

d ¶ In morte.] i. ad similitudinem mortis eius: 2 ut sicut semel mortuus est ille, & semper uiuit, ita & nos semel mortui in peccatis per baptismum, semper uiuamus in bono: vel in morte eius dicimur baptizari: quia mors eius est cã purificationis nostræ de pęn. d. 2. si. n.

e ¶ Consepulti.] Et simili modo videmur fuisse mortui, & resurrexisse, ex quo nouam formã assumpsimus per mortem eius in baptismo.

f ¶ Spiritu.] idest, spirituali doctrina.

g ¶ Electum.] Sed videtur, quòd tactu sui corporis uim

i ¶ Triduanam.] inf. ead. postquam, &c. de trina.

k ¶ Qualitas.] idest, similitudo facti. 3

l ¶ Legitimum diem.] .i. diem naturalem dic sabbatum, & sequentem noctem.

m ¶ Et uirtus.] i. efficacia sacramenti, s. baptismi, habebat quidem ante efficaciam, sed non tantum, quia non erat adhuc porta cęli aperta; quamuis. n. uis regenerandi aquis tactu sui corporis contulerit, ut sup. ead. nunquam. non tamen patebat ianua ante passionem, quia apertionem paradisi passio eius specialiter operata est cum resurrectione. 4 extra ea. maiores. §. caute.

n ¶ Et species.] i. similitudo uel repræsentatio, uel similitudo repræsentata, i. quod repræsentatur ab actione, quæ fit in baptismo, s. mors, & triduana sepultura, & resurrectio Christi.

o ¶ In quibus.] Supra dist. si miramur. 5

p ¶ Et formam.] Generalem. s. quod non fecerat ante sup. ea. c. per aquam uel hic dicto, ibi facto 23. q. 5. c. si audierit. extra de appel. c. dilecti.

q ¶ De quo.] i. de qua forma baptizandi generali.

r ¶ Instruere.] Tantum supple, & non posi: nisi, &c.

s ¶ Nisi proprie.] idest, generaliter ad omnes.

1 Respicit literam præcedentẽ. Mortui semel, sẽper uiuam⁹.
2 idest, fides mortis eius H. aliqui dñt in morte, i. peccatorum ablutione & mortificatione.
Baptismi uis qñ data fuerit aquæ.

3 Id dus quer q ba Arch
4 De tat. quo.
5 Ho cere disci quer com in h alleg ramu suis chid

i ¶ Tri-

a ¶ Pen-

a ¶ Pentecostes.] Sicut resurrectio. 78. d. quod dic. b ¶ Ad alios.] Idest, alijs diebus attribuantur, & in alijs diebus contingant: quoniam resurrectio semper die Dominico celebratur. c ¶ Non ex nostra.] Q. d. non ex nostro ingenio ut supra distinct. 2. in Christo. d ¶ Trium millium.] Sed quomodo posset esse, quòd tot vna die baptizaret? forte, quia fundebat aquam super eos, alias non vi, quemlibet posset immergere. Sed pone quod non super eos fundebat aquam, nisi in partem corporis: totus ne erat baptizatus? Dicit H. quod si fundatur sup caput, vel super maximam partē corporis, semper crederet eum baptizari: aliàs non. Vel dic eum baptizari, si aqua etiam cadat super pedem. arg. ff. ea. nec quemquā. sicut sufficit possidere partem ad hoc, ut possideat totum, dum tamen eius quidē animi sit, ut totum intē dat possidere, ut ff. de acq. poss. possideri. §. 1. sic de pe. dist. 1. vulgaris. ADDITIO. Hoc etiā no. Gof. in sūma de baptismo. §. itē queritur quid si, & Innocē. ext. de baptismo. debitum. Arch.

Baptizando an sit opus totū corpus immergere.

† al. consecrata.

Pentecostes [a] ex aduentu Spiritus sancti sacra † solennitas, quæ de Paschalis festi pendet articulo, & cum ad alios [b] dies alia festa pertineant, hæc semper ad eum diem, qui resurrectione Domini est insignis, occurrit, porrigens quodammodo auxiliantis gratiæ manum, & † eos quos a die Paschæ aut molestia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut nauigationis difficultas interclusit, inuitat, α vt quibuslibet necessitatib impediti, desiderij sui effectum dono Spiritus sancti consequātur. *& infra c.4.* ¶ Hoc autem nos non ex nostra [c] persuasione defendere, sed ex Apostolica auctoritate seruatis idoneo probamus exemplo, sequentes Beatū Apostolum Petrum, qui in eo die, quo omnium † credētium numerū promissus Spiritus sancti repleuit aduētus, trium millium [d] populum sua prædicatione cōuersum, lauacro baptismatis consecrauit Quod sancta scriptura, quæ Apostolorum actus continet, fideli historia docet dicens: [His auditis compuncti sunt corde; & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos apostolos. Quid faciemus viri fratres? Petrus [e] vero ad illos: pœnitentiam, inquit, agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem † peccatorum; & accipietis donum Spiritus sancti.

† vt ij.] orig.

† al. omnem.

Act. 2.

† al. remedium.

α ¶ Inuitat.] *Iuo habet,* inuitans. *Sed in originali est,* interclusit inuitos, aut quibuslibet necessitatibus impeditos, desiderij, &c.

1 Arg. cōtra inf. c. 1. uer. toto corpore

e ¶ Petrus.] sup. ea. dist. 2. tunc eis. f ¶ Si quis.] Aliā gratiā.] Et ita non omnis Christi actio nostra est lectio. arg. sup. dist. 2. liquido. quia ex eo non esset remissio peccatorū 2 ut inf. ead. dist. non regenerabantur. g ¶ Ex uoluntate.] idest, ex concupiscētia. h ¶ Carnis.] idest, fœminę, quę de carne Adę est facta. propterea dicitur, fœmina caro quę regitur, uir spiritus, qui regit. i ¶ Renascendi.] s. pro nobis, quomodo, & circumcidi. k ¶ Dicens.] in epistola ad Corinthios. l ¶ Finis.] s. consummationis. implet. n. in se, & in nobis quod lex prædixerat. m ¶ Christus est.] Christus dico ualēs ad iustitiam oī credenti. de pęn. dist. 2. si. enim. n ¶ Condidit.] idest, nunciauit, & instituit. o ¶ Potentiam.] idest, plenā efficaciā, quia tūc ianua cœli fuit aperta, extra e. maiores. Io. De hoc supra, ead. propric.

2 Nam per illud baptisma tantū corpus lauabatur exterius, non mundabatur interius a peccato. Ar.

Item in eadem Epistola, c.6.

¶ De eodem. Cap. XIIII.

Iuo p. 1. c. 47. Pann. l. 1. c. 18.

Si quis autem Epiphaniæ festiuitatem (quæ in suo ordine debito honore veneranda est) ob hoc existimat priuilegium habere baptismatis, quia hoc quidam putant, quòd in eadem die Dominus ad baptismum S. Ioannis accesserit; sciat illius baptismi aliam gratiam, [f] aliam fuisse rationem, nec ad eandem pertinuisse virtutem; qua per Spiritum sanctum renascuntur, de quibus dicitur, [qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate [g] carnis, [h] neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.] Dominus. n. nullius indigens remissione peccati: nec quærens remedium renascendi, [i] sic voluit baptizari, quomodo voluit circuncidi, hostiam q; pro se emūdationis offerri, vt qui factus erat ex muliere (sicut Apostolus ait) fieret, & sub lege, quā non venerat soluere, sed adimplere. & implendo finire, sicut B. Apostolus prædicat dicens, [k] [finis [l] aūt legis Christus est [m] ad iustitiam omni credenti.] Baptismi aūt sui in se condidit [n] ad sacramentum, quia in omnibus primatum tenens, se docuit esse principium, & tunc regenerationis potentiam [o] sanxit, quando de latere ipsius profluxerunt sanguis redemptionis, & aqua baptismatis.

Ioan. 1.

Rom. 10.

Matth. 5. Rom. 10.

Item ex concilio Cerundensi, c.4.

DE catechumenis baptizãdis.] Quod si sacerdos catechumenos sanos a baptismò repellat: & ipsi intersim ante constitutum tẽpus sine baptismo decedãt: nunquid imputabitur sacerdoti? non videtur, absit.n. vt ea, quę propter bonum & licitum & facimus, &c. vt 23.quæst. 5. de occidendis 2.

Catechumenus si moriatur sine baptismo, an sibi imputandum presbytero.

2 De hoc ẽt leg. & not. 1... dist. peruenit in fin. ubi uide Arch.d.

¶ In solennitate Paschali, & Pentecostes cathecumeni baptizentur. Cap. XV.

Iuo p.1. c.60.
Pann. l.1.c.20.

DE cathecumenis baptizandis id statutum est, ut in Paschæ solennitate, vel Pentecostes, quanto maioris celebritatis maior celebritas est, tanto magis ad baptizandum veniant: cæteris solennitatibus infirmi [a] tãtummodo debeant baptizari: quibus quocumque tempore conuenit baptismum non negari.

¶ Restitutum caput est ex suo originali.

Item Leo Papa, epist.4.c.6.

¶ Necessitate cogente, quolibet tempore baptizare licet. Cap. XVI.

Burc.l.4.c.2.
Iuo p.1.c.197.
Pann.l.1.c.19.

SI qui necessitate mortis, ęgritudinis, obsidionis, persecutionis, & naufragij vrgentur, [b] omni tempore debent baptizari.

¶ Apud B. Leonem sententia huius capitis est post c. duo tempora. & ante c. si quis autem, supra ead.

Item Gelasius Papa clero, & plebi Tarent.

Paruuli possunt in omni tempore baptizari.

¶ Nisi necessitate cogente inter Pascha & Pentecostem nullus baptizare præsumat. Cap. XVII.

In epi. Gregorij ij. clero, & plebi Turingiæ & in conc. Vuormaciensi, c.1.
Burc.l.4.c.7.
Iuo p.1.c.63.& 202
Pann. l.1.c.21.

VEnerabilis baptismi [c] sacramentũ non nisi in festiuitate Paschali, & Pentecostes, tradere præsumat ep̃s, exceptis ijs, quibus vrgente mortis periculo, talib. oportet, ne in æternum pereant, remedijs subueniri.

¶ In epist. Grego. secundi clero, & plebi Turingiæ, vnde citat Iuo (quamuis & Gelasii esse potuerit) & in concilio Vuormaciensi. vnde Burchardus, legitur, Sacrosancti baptismi. *Itemque apud Iuonem c.202 in cap. autem 63. est,* Generalis, *& in margine,* Venerabilis.

Conc. Parisien. c.7.

Idem Gelasius epistola, ad episcopos Lucaniæ, c.12.

¶ De eodem. Cap. XVIII.

Ansl.l.9.c.12.
Burch.l.4 c.4.
Iuo p.1.c.199.

BAptizandi sibi quispiam passim, quocumq; tempore nullam credat inesse fiduciam, præter Paschale festum, & Pentecostes venerabile sacramento, excepto dumtaxat grauissimi languoris incursu, in quo verendũ est, ne morbi crescente periculo, sine remedio salutari fortassis ægrotans exitio præuentus abscedat.

Item Isidorus de officijs, l.2.c.24.

¶ Non nisi sacerdos baptizare præsumat. Cap. XIX.

Sent.4.dist.6.
Iuo p.1.c.67.
Pann.l.1. c.23.

COnstat baptisma [d] a solis sacerdotib. [e] esse tractãdũ, eiusdẽ mysterium [f] nec ipsis diaconis explere est licitũ absque episcopo, uel presbytero, [g] nisi his procul absentibus, vltima languoris necessitas cogat. Quod & laicis [h] fidelibus plerumq; permittitur, ne quispiã sine remedio salutari de sęculo euocetur. *ItẽGelasius Papa.*

a ¶ Infirmi.] Vel ẽt paruuli sup. dist. 5. baptizari.

b SI qui.] ¶ Vrgentur.] ff. si quis cau. l.2. §.18. di. placuit. ff. de diuer. & tẽ. præs. l.1. al's ẽt modis in necessitate quis adstringit. 18. dist. si episcopus.

c VEnerabilis baptismi.] Cum præter baptismũ salus nulla infantibus permittatur, vt j. e. d. nulla. non vĩ circa eos obseruãdum, qđ in istis c. cõtinetur, vt præter statuta tẽpora Paschæ & Pentecostes baptizari nõ debeãt, ne præuenientе morte, q regenerari pñt, nõ inueniantur, vt dist. 5. c.2. in ambiguis. aũt sequẽdũ est quod certius æstimatur, vt sup. di. 95. presbyteri. hoc ẽt consuetudo ecclesiæ obseruat ĩ paruulis, secus in adultis, in qbus simile periculũ non timetur, qa in eis cõuersio mentis ad Deũ baptismi vicem supplere nõ dubitatur, vt inf. ea. baptismi vicem.

BAptizandi.] s. solẽniter, & est rõ quare in istis duob⁹ dieb. ut Christo mortuo cõmorimur, & sepulto consepeliamur & resurgenti cõ resurgamus. Arch.

COnstat.] CASVS. Quæsitũ fuit ab Isid. ad quem spectat officium baptizãdi? & rñdetur, ꝙ ad solum sacerdotem, sed in necessitate presbytero vel ep̃o absente potest baptizari diaconus, vel etiam laicus. Seq. tria cap. plana sunt.

d ¶ Baptisma.] i. baptismi mysteriũ unde ad expositionem eius sequitur, eiusq; mysterium.

e ¶ Sacerdotib.] Infra ea. sanctum. contra. vbi dr̃, ꝙ auctoritas traditionis baptismi etiam ad laicos pertinet Christianos, sed illud in necessitate verum est, vt hic subiungitur. & ibi in exemplo de pęnitente & catechumeno declaratur.

f ¶ Mysterium.] supra de pę. dist. 1. quem pęnitet.

g ¶ Vel presbytero.] i. licentia sup. dist. 93. diaconos, & cap. diaconi. contra. dic ut ibi.

h ¶ Quod & laicis.] sup. 30. q. 1. ad limina. 1. quæst. 1. quod quidam.

MVlier.] Hæc est 3. pars distin. in qua probat per 12. c. quòd in necessitate potest fieri baptismus a quocumque. Io. de Fan.

a ¶ Mulier.] Sup. 33. q. 5. mulierem. 23. dist. mulier.

b ¶ Super quibus] sup. eo. q. 3. super quibus.

c IN necessitate.] ¶ Etiam laicos.] Supra 1. q. 1. neque. & c. si quis per ignorantiam. & c. quod quidam. supra 93. dist. diaconos.

d QVicunque.] sup. 1. q. 1. neq. & c. si quis per ignorantiam.

sup. dist. 93. diaconos propriam.

¶ Diaconos quoque propriam, *&c. Vt supra in tractatu ordinandorum, vbi de reuerentia diaconorum erga sacerdotes agitur.*

sup. dist. 25. mulier. Sent. 4. dist. 6. Burc. l. 8. c. 83. Iuo p. 1. c. 65. Pann. l. 1. c. 25. 30. q. 3. super quibus.

Item ex concilio Carthaginensi 4. q. 99. & 100.

¶ Non præsumat mulier baptizare. C. XX.

MVlier, [a] quamuis docta, & sancta viros in conuentu docere, vel aliquos baptizare non præsumat.

Nisi necessitate cogente. Vnde Vrbanus Papa II. [super quibus [b] consuluit,] *&c. vt supra in tractatu coniugij, vbi de compatribus agitur.*

Item Augustinus ad Fortunatum

¶ Etiam laici necessitate cogente baptizare possunt. C. XXI.

Iuo p. 1. c. 191. Pann. l. 1. c. 26.

IN necessitate, cum episcopi, aut presbyteri, aut quilibet ministrorum non inueniuntur, & vrget periculum eius, qui petit, ne sine isto sacramento hanc uitam finiat, etiam laicos [c] solere dare sacramentum, quod acceperũt, solemus audire.

Item ex decreto Martini † Papæ III.

† *al. Martiniani.*

¶ De eodem. C. XXII.

Poly. l. 3. tit. 10. Ans. l. 9. c. 54. Burc. l. 4. c. 47. Iuo p. 1. c. 241. † *al. occasione.*

QVicunque [d] presbyter in prouincia propria, uel in alia uel ubicumque inuentus fuerit, commendatũ sibi infirmum baptizare noluerit, uel pro intentione itineris, uel de alia aliqua excusatione, † & sic sine baptismo moritur; deponatur.

Item Isidorus.

¶ Non reiteratur baptisma, quod a pagano ministratur. C. XXIII.

1. q. 1. si quis per ignorantiam cap. 1. 5. c. 4. Sent. 4. dist. 5. Alger. l. 3. c. 6.

apparitio-... Ori.

ROmanus [e] Pontifex non hominem iudicat, qui baptizat; sed spiritum Dei subministrare gratiam baptismi, licet paganus sit, qui baptizat.

¶ *De hoc capite dictum est supra 1. q. 1. si quis per ignorantiam.*

Item Nicolaus ad consulta Bulgarorum, c. 104.

¶ De eodem. C. XXIV.

Sent. 4. dist. 3. Alg. l. 3. c. 6. Iuo p. 1. c. 148. Pann. l. 1. c. 29. *Act. 2. & 19.* Amb. l. 1. de spiritu sancto, c. 3.

A Quodam Iudæo, [α] nescitis, utrum christiano, an pagano, multos in patria vestra baptizatos asseritis, & quid de ijs sit agendum, consulitis. Hi profecto, si in nomine sanctæ Trinitatis, [f] uel tantum in Christi nomine, sicut in actibus Apostolorum legimus, baptizati sunt (vnũ quippe idem est, sanctus exponit Ambrosius) constat eos non esse denuo baptizandos.

α ¶ Iudæo.] *Apud Algerum est*, vt audio. *Verum in originali post hoc caput sequuntur uerba hæc*, sed primum, vtrum Christianus, an paganus ipse Iudæus extiterit, uel si postmodum factus fuerit Christianus, inuestigandum est.

Item Augustinus contra Cresconum grammaticum, libro 3. c. 6.

ROmanus.] CASVS. Paganus quidã baptizauit hominẽ ĩ forma ecclesiæ. quare quæsitũ fuit, quid esset faciendum. Et rñdet Isidorus, quod Papa nõ attendit baptizantem hominẽ, sed Dei uirtutem in baptismo.

e Romanus.] inf. ea. dist. quos a paganis. contra ibi, nõ in forma ecclesiæ. 1 p. d. 62. nulla ratio, s. 1. q. 1. c. j. G. contra, ibi. n. dr. quod nemo dare potest quod nõ habet, ut inf. ea. quomodo. in prin. quõ ergo baptismũ paganus tradere dicitur: sic creditor dominiũ rei sibi obligatæ post biennium in alium transfert, qđ tñ non habet inst. quib. alienare licet vel nõ §. 1. Arg. contra ff. de acq. rer. do. traditio. iuris ergo auctoritate permittẽte põt quis in alium transferre qđ nõ habuit, & hoc casuale, illud vero regulare 1. q. 7. Daibertũ.

Dare potest quis qđ non habet.

A Quodam.] CASVS. Quidam baptizati fuerunt a quodã: sed nesciebatur utrũ esset Iudæus, Paganus, uel Christianus, quare q̃sitũ fuit a Nicolao, quid de his esset faciendum. Qui rñdens dicit, quod si in noĩe Patris & Filij & Spiritus sancti fuerunt baptizati non debẽt iterum baptizari.

f ¶ Trinitatis.] inf. e. d. sanctũ & c. si nõ sanctificat. contra inf. ea. d. multi & c. si reuera. & c. in synodo. contra. Sed hic expone Trinitatis explicite. j. ea. d. agunt hoĩes j. ea d. postquam uos. Contra. Et quare potius baptizatur quis in noĩe Christi, q̃ in nomine Trinitatis. Tu dic, quod in noĩe Trinitatis non intelligitur nisi trium personarũ essentiæ vnitas, & in noĩe, Christi

Baptizatur qs in nomine Christi, nõ autem in nomine Trinitatis.

1 Vt Baz secundum G.

Christi intelligitur unctus. vngens, & a quo ungitur. Dicit ergo Grat. 1. concessum fuisse Apostolis baptizare in nomine Christi propter nomen Christi ampliandum, hoc est abrogatum per contraria hic signata inf. ea. in synodo. & c. si non sanctificatur. hoc non credo, cũ hoc c. Nicolai posterius.

f ¶ Qui plantat.] Prędicando, ad fidem conuertendo.
g ¶ Qui incrementum] .i. infusionem gratia, & remissionem peccatorum, 1. q. 1. si fuerit.
h ¶ Item ibidẽ. ego] respondet tacite obiectioni, q. d. licet malus minister conficiat uel baptizet, nihilominus tamen

¶ Sicut per bonum, ita per malum ministrum æque baptisma ministratur. C. XXV.

SI inter bonos ministros, cum sit alius alio melior, non est melior baptismus, qui per meliorem datur, nullo modo est malus, qui etiam per malum datur, quando idẽ baptismus datur: & ideo per ministros dispares Dei munus æquale est, quia non illorum, sed eius est.

Iuo p. 1. c. 160.
Pann. l. 1. c. 30.

Item super Ioannem in parte prima, trac. 5. ad c. 1.

¶ Non merita ministrorum, sed virtus Christi in baptismate operatur. C. XXVI.

BAptismus † talis est, qualis ille est, in cuius potestate datur, non qualis est ille, per cuius ministerium datur. *Item ibidem.* ¶ Quid nouerat Ioannes Baptista? Dominum. Quid non nouerat? potestatem [a] Dominici baptismi in nullum hominem a domino trãsituram, sed ministerium plane transiturũ, potestatem a domino in neminem ministrorũ, ministeriũ & in bonos, & in malos. Non exhorreat [b] columba [c] ministerium malorum, respiciat domini potestatẽ. Quid tibi faciat malus minister, ubi [d] bonus est dominus? Quid te impedit malitiosus preco, ubi beneuolus est iudex? *Item infra.* ¶ Neq; [e] qui plantat [f] est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum [g] dat Deus. *Item ibidem.*

inf. ca. aliud Sent. 4. d. 5.
Iuo p. 1. c. 156. 157. 158. & 159.
Pann. l. 1. c. 31.
sup. dist. 32. præter hoc.

¶ Ego [h] dico, α & nos dicimus omnes, quia iustos oportet esse omnes, per quos baptizatur, iustos oportet esse tanti iudicis ministros, si ministrare iuste uoluerint. Si autem noluerint esse iusti, qui in cathedra Moysi sedet, securum me fuit magister meus, de quo spiritus eius dixit: (Hic est qui baptizat, [i]) *Item infra.*

1. Cor. 3.
Matth. 23.

¶ Non timeo adulterum, non ebriosum, [k] non homicidam, quia columbam attendo, per quam mihi dicitur, (hic est, qui baptizat.

Ioan. 1.

α ¶ Ego dico.] *Sic etiam Iuo, sed in originali.* Et ego, & omnes dicimus, quia iustos oportet esse tanti iudicis ministros. Sint ministri iusti, si uolunt. Si autem noluerint, &c. *Sunt autem partes huius capitis ex eodem tractatu quinto hinc inde collecta.*

Idem in tractatu 6. ad cap. 1. Ioannis.

¶ De eodem. Cap. XXVII.

CVm baptizat malus ex aliqua uel ignorãtia ecclesiæ vel tolerantia (aut. n. ignorantur mali, aut tolerantur [l] ut palea, quousq; in ultimo ventiletur area:) illud, quod datum est, unũ est, nec impar propter impares ministros, sed par, & æquale propter hic est, qui baptizat.

Sent. 4. dist. 5.
Iuo p. 11. c. 160.
Ioan. 1.

2 Idem not. inf. c. multi. ibi dicam. Arch.

sit. Dico, ergo ꝙ nõ debet quis baptizari in nomine Christi, si tamen baptizatur, ualet baptismus 2 & hoc innuit hic illa litera, quia non illorum, s. qui baptizant, &c.

SI inter bonos CASVS. Quæsitum fuit utrũ baptismus per malum datus sit malus, uel non æque bonus sit datus per bonũ. Et respondet Au. ꝙ non ideo melior est, quod per bonum uel malum datur, quia non baptizantis, sed Dei est.

BAptismus.] CASVS. Dĩ hic, ꝙ solus Deus retinet potestatem baptizãdi, per ministerium uero baptizat sacerdos bonus, uel malus, & licet homo baptizet exterius, interius tamen nullam potestatem exercet, quia Deus est qui baptizat interius ꝙ probatur auctoritate Apostoli dicentis: Neque qui plãtat, &c. & ad hoc ẽt inducunt uerba Ioannis Baptistę, quę sunt in euangelio Io. s. Vidi spiritũ descendentẽ de cœlo sicut columbam, & mansit super eũ, & ego nesciebã eum. Quæ verba exponit Aug. & dicit, ꝙ nesciebat eum, i. nesciebat, ꝙ potestatẽ baptizandi sibi retinebat, sed tantum ministerium baptizandi tradidit bonis, & malis.

a ¶ potestatẽ.] Cum dixit, Vidi spiritum descendentẽ de cęlo sicut columbam, & mansi super eum, & ego nesciebam, hoc exponit Aug. ꝙ Io. nesciebat eum, i. nesciebat ꝙ sibi potestatem illã retinuisset dominus. sed tantum ministerium baptizandi tradidit Dominus.
b ¶ Non exhorreat] sup. d. 23. §. verum, sup. 1. q. 1. neque in homine.
c Columba] .i. ecclesia. 24. q. 1. loquitur.
d Vbi.] 26. q. 7. allegant.
e ¶ Neque.] vt sup. d. 19. secundum.

tamen debent esse boni.
i Qui baptizat.] interius absoluendo a peccatis: nam illius est baptismus, non a baptizandis sup. c. a quodam.
K Ebriosum.] Dum tamen intelligat quod agit 3. consuetudinem hic notat hoc nomen, non actum, extra c. maiores. ver. illud uero.
l CVm baptizat.] ¶ Aut tolerantur.] sup. 23. q. 7. ca. 8.

SI qui. CASVS. Quidā ab hæreticis in forma ecclesiæ baptizati, volebant ad ecclesiam redire, quærebatur vtrum essent baptizandi. Et respondetur quod non, sed debent integre instrui in fide, & ecclesiæ per manus impositionem reconciliari. Si uero sunt paruuli, uel tales,

d ¶ Per manus impositionem.] Confirmatoriam, quæ etiam in hoc casu reconciliatoria est. infra ea. distin. ab antiqua. & 1. q. 1. §. ecce.

d ¶ Per manus.] Sed nunquid de furioso iudicat secundum illum statum mētis, quem habebat cum in furorem incidit? Nam si volūtatē habuit baptizandi, & incurrit furorē: ualebit ei baptismus ī furore collatus: alias nō. extra ea. maiores. §. ult. Secus ī puero, quia puer non habuit volūtatem vnquā: & tamē saluabitur baptizatus infra ea. quæris.

Baptismus an possit cōferri furioso

† al. dogmatibus.

Idem de ecclesiasticis regulis, † *c. 52.*

¶ Non reiteratur baptisma, quod in nomine sanctæ Trinitatis ministratur. Cap. XXVIII.

Burch. l. 4. c. 39. Iuo p. 1. cap. 160. & 233. ex Rhotomagensi.

SI qui apud illos hæreticos baptizati sunt, qui in sanctæ Trinitatis [a] confessione [b] baptizāt, & veniūt ad nos; recipiātur quidē ut baptizati, ne sanctæ Trinitatis inuocatio, vel confessio annulletur: sed doceātur integre, & instruātur, quo sensu sanctę Trinitatis mysteriū in ecclesia teneatur, & si cōsentiūt [c] credere, uel acquiescunt confiteri; purgati iam fidei integritate confirmētur manus impositione. Si vero paruuli sunt, uel † hebetes, qui doctrinam non capiant, respondent pro illis, quod eos offerunt, iuxta morem † baptizandi. Et sic per α manus [d] impositionem chrismate communicati, [e] Eucharistiæ [f] mysterijs admittantur.

† al. &

† al. nomen.] orig.

α ¶ Per manus impositionem.] *In originali est*, Et sic manus impositione, & chrismate communiti. Eucharistiæ, &c. *Sed ob glossam non est mutatum.*

Idem ad Orosium in libro 65. quæst. dialog. quæst. 59.

De eodem. C. XXIX.

Sent. 4. dist. 6. Iuo p. 2. c. 160. Pann. l. 1. c. 128.

QVamuis unum baptisma sit, & hæreticorū (eorū scilicet, qui ī nomine patris, & filij, & spiritus sancti baptizantur, & ecclesiæ catholicæ; tamē quia foris, & extra ecclesiam baptizantur, non sumunt baptismū ad salutem, [g] sed ad perniciem, habentes nimirum formam sacramēti, β virtutem autem eius abnegantes. Et ideo eos ecclesia nō rebaptizat, quia in nomine Trinitatis [h] baptizati sunt. Ipsa est profecto forma sacramenti. Ideo, cum reuersi fuerint, accipiūt virtutem spiritus sancti, quem † ij, qui extra ecclesiam baptizantur, nondum habent.

† al. quam.

β ¶ Formam sacramenti.] *Ita etiam apud Iuonem. In originali est*, habentes quidem speciem pietatis, uirtutem tamen eius abnegantes. *& rursum.* Animales, inquam, spiritum non habentes. *Et idcirco eos ecclesia, &c. Vtitur autem B. Pauli verbis 2. Tim. 3. & Iudæ apostoli, c. 1.*

inf. e. multi sunt. Iuo p. 1. c. 161. Pann. l. 1. c. 62. S. T. 3. q. 66. art. 6.

Item Pelagius Papa Gaudentio episcopo.

¶ Baptizantur qui tantum in nomine Domini baptizati probantur. Cap. XXX.

SI reuera hi de hæreticis, qui in locis tuæ dilectioni † vicinis commorari † dicuntur, solummodo se in nomine Domini baptizatos fuisse forsitā cōfitētur; [i] sine cuiusquam dubitationis ambiguo, eos ad catholicam

† al. destinatis uicinis.] Iuo.

† al. commorati.

e ¶ Communicati.] idest peruncti.

f ¶ Eucharistię.] Hoc de adultis, quia paruulis nō datur corpus Xpi, vt inf. e. c. in ecclesia. nisi forte vbi cōsuetudo est, quod infundatur per ora eorū sanguis Christi, nō corpus, secūdū quosdā.

Corpus Domini nō daretur paruulis.

QVamuis.] CASVS. Dicitur hic, quod licet vnū sit baptisma hæreticorum baptizātium in forma ecclesiæ, & catholicorum, tamē qui extra ecclesiā baptizātur, gratiam Dei nō cōsequūtur: & ideo si ad fidē reuertuntur, reconciliari debent, & non rebaptizari.

g ¶ Ad salutē.] Hoc dicitur de illis, qui scienter ab hęreticis baptizantur, & eorū errores imitantur: sed ī necessitate mortis melius esset à talibus baptismum accipere quam sine perceptione talis sacramēti decedere: 1 quia si euaserint manus impositionē, & cætera quæ sequuntur in catholica ecclesia recipiunt, ut inf. ea. sanctum est. ī fi. paruulis hoc non nocet. 1. q. 4. placuit.

1 vt 32. dist. §. uerū c. ad hoc.

h ¶ Trinitatis.] i. patris & filij & spiritus sancti sup. ea. propter.

SI reuera] CASVS. Quidam erant ab hæreticis baptizati. quærebatur, vtrū rebaptizari deberent? Et respōdet: si dicūt se baptizatos tātum in nomine Domini, debent iterum baptizari: si uero ī nomine Trinitatis explicite, scilicet, in nomine patris & filij & spiritus sancti, sufficit si reconcilientur: quia forma euangelica iterari non debet.

i ¶ Confitentur.] Hic creditur eis pro se, quia nulli fit præiudicium. 2

2 Quod dic ut l. & not. inf. ead. placuit de ifantibus.

les, qui instrui non possint, debēt chrismari, & patrini debent respondere pro eis, & confessionem facere. [Cōmunicati.] idest, uncti vel communione redditi.

a ¶ Trinitatis.] Sup. 1. q. 2. neque in nomine.

b ¶ Confessione.] id est, inuocatione.

c ¶ Et si consentiunt.] Hoc de adultis.

fidem venientes in sanctę Trinitatis nomine baptizabis. Sin vero apud dilectionem tuā eorum , qui conuerti uolūt,manifesta cōfessione claruerit,quòd in nomine Trinitatis fuerint baptizati;sola reconciliationis impensa gratia,catholicę sociare fidei maturabis: vt tali dispositione seruata nihil aliter,quàm quod Euangelica iubet auctoritas , temeritatis cuiusquam spiritu uideatur effectum.

Item Augustinus de vnico baptismo.lib.7.c.53.

¶An approbetur baptisma quod à non baptizato præstatur. Cap. XXXI.

i ¶ Heſternus dies.] ideſt, peccatum heſterna die commiſſum.

k ¶ Ipſa hora.] ſicut ſecundum leges eodem tempore quis abſoluit, & ſtatim obligatur. ſi. n. animo nouãdi mulier intercedit, liberabitur debitor, & in eodem momẽto obligatur; quia ipſo iure competit reſciſſoria. ff. ad Velleian. debitrix §. ult. 2

l ¶ Redeũtibus.] nota de pœn. diſt. 4. §. verum. quia quidã dicunt quod redeũt ſicut flores in uere. B. &c.

Tunc

1 Adde ¶ non eſt contra. Arch.

Remiſſio peccatorum per quid habetur.

Obligatur & ſoluitur quis eodem momento.

2 De hoc no. ff. e. l. aliqã. §. 1.

¶ Quando prosit baptismus ei, qui ficte illum accepit. C. XLII.

TVnc ualere [a] incipit [b] ad salutẽ [c] baptismus, [d] cũ illa fictio [e] ueraci cõfessione recesserit, quæ corde [1] in malitia, uel sacrilegio perseuerante peccatorum abolitionem † non sinebat fieri.

sup. e. c. ostenditur, circa finem. Sent. 4. dist. 4.

Idem ad Donatistas, epistola 48.

¶ Non reiterantur sacramenta, quæ extra ecclesiam conferuntur. C. XLIII.

Ad Vincentium Donatistam.

NOn in uobis mutamus, in q̃bus nobiscũ estis (in multis enim estis nobiscum, nam & de talibus dictum est, [quoniam in multis [f] erãt mecum:] sed ea corrigimus, in quibus nobiscum nõ estis, & ea uos hic accipere uolumus, quę nõ habetis illic, ubi estis. Nobiscum autem estis in baptismo, in symbolo, [g] in cæteris [h] Dominicis sacramentis. In spiritu aũt unitatis, & uinculo pacis, in ipsa denique catholica ecclesia nobiscum non estis. *& in epistola 51. ad Bonifacium.* ¶ Isti autem cũ quibus agimus, vel de quibus agimus, nõ sunt desperãdi, adhuc enim sunt in corpore, sed non quærãt Spiritũ sanctum, nisi in Christi corpore, [i] cuius habent foris [k] sacramentum, sed rem [l] ipsam non tenent intus, cuius est illud sacramentum, & ideo sibi iudicium manducant, & bibunt.

Polyc. l. 3. ti. 10.

Ps. 54.

Item Gregorius Quirino episcopo, & cæteris in Iberia α episcopis. l. 9. epist. 61.

α ¶ Iberia.] *Sic emendatum est ex originali manuscripto Vaticano. Antea erat.* Hibernia.

¶ Quomodo recipiantur ab ecclesia, qui in nomine Trinitatis apud hæreticos baptizantur. C. XLIIII.

Poly. ibidem. Iuo p. 1. c. 153. Pann. l. 1. c. 88.

AB antiqua patrũ institutione didicim⁹, [m] vt q̃ apud hæresim ĩ Trinitatis nomine baptizãtur, cũ ad sanctã ecclesiam redeũt, aut unctione [n] chrismatis, aut impositione manus, aut sola professione [o] fidei ad sinũ matris ecclesiæ reuocẽtur. Vnde Arianos per impositionẽ manus occidẽs, p unctionẽ uero sancti chrismatis ad ingressum sanctæ catholicæ ecclesiæ oriens reformat. Monothelitas α [p] uero, & alios ex sola uera confessione

TVnc ualere.] Hæc est decima pars dist. in qua probatur per 11. c. quod non ualet baptismus aquæ cũ datur ficte: nisi fictio, uel incredulitas recedat a corde percipientis Io. de Fan.

a ¶ Tunc ualere.] Hæc est uera sententia.

b ¶ Incipit.] Quia tũc incipit esse ĩ eo, & efficaciã in eo habere: [1] & ibi ratihabitio retrotrahit. Et est argu. cõtra. ff. de his qui notan. infa. furti. §. qui iussa.

1 Quia tunc incipit, &c. ut in gloss. seq. & ita totam continuam ponit Hu. cuius fuit glo.

c ¶ Ad salutem.] Id est, res p baptismũ significata, tũc incipit habere remissionem peccatorum, & non propter baptismũ, sed propter cordis contritionem, id est, p charitatẽ, uel humilitatẽ mẽtis: quam habet, dum habet cordis contritionem.

ADDITIO. Ad hoc not. sup. 1. q. 1. si fuerint. in glo. 4.

d ¶ Baptismus.] Scilicet interior, scili et peccatorũ ablutio.

e ¶ Fictio.] sup. ea. distin. ostenditur. & c. nullus.

NOn in uobis.] CASVS. Dicit hic, q in Donatistis ad fidẽ redeuntibus nõ reiteratur baptismus, nec alia sacramenta, quæ cõferũt & accipiũt ĩ forma ecclesiæ: sed recõciliãtur ut fiãt de vnitate ecclesiæ, de qua non erãt, cum sacramẽtum exterius haberent, non ad salutem, sed ad cõdemnationem.

f ¶ In multis.] id ẽ, in oĩbus sacramentis, sed nõ in charitate, sine qua nihil sunt omnia. sup. ea. quomõ. &c. solet.

Hæretici qualiter sũt in symbolo nobiscum.

g ¶ In symbolo.] Cõtradicit qđ inf. sequit, q̃ aĩ ipsa catholica ecclesia non sunt nobiscum, sed dic, q ideo dicuntur esse in symbolo, quia sunt in maiori parte. [2] Nam si in toto symbolo essent, ergo essent nobiscum in ecclesia: cum hoc sit de symbolo credere in catholicam ecclesiam, sicut & alibi dicitur quis non tenere fidem, cum non teneat ecclesiæ unitatem 24. q. 1. aduocauit.

2 Et not. hic q ponitur pars pro toto, ut 14. q. 5. pęnale. sicut ecõuerso. 76. dist. §. non autem.

h ¶ In cęteris.] Argu. contra, 24. q. 1. schisma. sed illud quo ad effectum.

i ¶ In Christi corpore.] sunt uiuentes, & ideo non est desperandum de eis, de pęn. dist. 7. cap. 1.

3 Ad idem 23. q. 4. qđ facit, & supra, e o ostẽditur in princip. contra.

k ¶ Foris.] uidetur, q extra ecclesiam hæretici conficiant, & sic reprobatur quorundam opinio, qui dicũt extra unitatem ecclesiæ corpus Christi cõfici nõ posse, ut 1. q. 1. Dominus declarauit. & cap. non nocet [3]

l ¶ Sed rem.] scilicet unitatem ecclesiæ. Io.

AB antiqua. CASVS. Dicitur hic, q hæretici in forma ecclesiæ baptizati, ad fidem redeũtes, aut chrismate confirmantur, aut reconciliatoria manus eis imponitur, uel de fide interrogantur: nã Arianos occidẽtalis ecclesia reconciliat, oriẽtalis chrismat. Monothelitas uero de fide interrogat: & tunc baptisma quod apud hæreticos receperunt, eis proficit ad salutem.

m ¶ Didicimus.] Hæc reconciliationum disparitas fiebat, aut propter hæreticorum disparitatem, aut ecclesiarum uariam consuetudinem.

n ¶ Aut unctione.] 1. q. 3. hi qui baptismum.

o ¶ Sola professione.] Quia tantum interrogãtur, si recte credant, quia manus eis erat imposita, sed si deficeret, suppleretur. 1. q. 1. §. ecce. De errore istorum habes 16. dist. habeo.

p ¶ Monothelitas.] Qui dicunr unam tãtum uoluntatem esse in Christo, scilicet humanitatis, non diuinitatis, ut 16. dist. habeo.

a ¶ Fidei.]

a ¶ Fidei.] Diuersitas suscipiendi hæreticos, non ideo est, quod inter se ecclesia occidentalis, & ecclesia orientalis sentiant contraria, sed quia diuerso modo errabant, diuerso modo recipiebantur. Ariani qui erant in oriente non chrismabantur: ideo oriens redeuntes chrismabat;

recipit, quia sanctum baptisma, quod sunt apud hæreticos consecuti, tunc in eis vires emundationis recipit, cum vel illi per impositionem manus spiritum sanctum acceperint, uel isti propter professionem ueræ fidei, [a] sanctæ, & uniuersalis ecclesiæ visceribus fuerint vniti.

α ¶ Monothelitas.] *In originali, & in Polycarpo, & apud Iuonẽ in textu est.* Monophysitas. *De qua hæresi scribit Ioannes Damascenus in libro de duabus Christi uoluntatibus, & Nicephorus, & alij. Sed ob glossã nõ est mutatũ.*

Item Augustinus de baptismo, lib. 4. c. 1.

¶ Extra ecclesiam baptismus accipi potest, sed non prodest. Cap. XLV.

Ecclesia paradiso comparata indicat nobis, [b] posse quidem eius baptismum homines etiam foris recipere, sed salutem [c] beatitudinis extra eam neminẽ, uel percipere, vel tenere. Nam, & flumina de fonte paradisi, sicut scriptura testatur, etiam foras largiter manauerũt. Nominatim quippe commemorantur, & per quas terras fluant. Et quia extra paradisum constituta sunt, omnibus notum est. Nec tamen in Mesopotamia, uel in Aegypto, quo illa flumina peruenerunt, est felicitas vitæ, quæ in Paradiso [d] commemoratur. Ita fit, ut cum paradisi aqua sit extra Paradisum, beatitudo tamen nõ sit extra pardisum. Sic ergo baptismus ecclesiæ potest esse extra ecclesiam: [e] munus autem beatæ uitæ non nisi intra ecclesiam reperitur.

Gen. 4.

¶ *Locupletatum est caput hoc ex originali, ut sententia melius percipiatur.*

Idẽ de vnico baptismo contra Donatistas, lib. 3. c. 11.

¶ Hæresis, β & sacrilegium hæreticorum sunt, non sacramenta. Cap. XLVI.

β Hæresis. *Sic emendatum est ex aliquot uetustis exẽplaribus. Antea legebatur,* Baptismus, & sacrilegium hæreticorum non sunt sacramenta.

Iuo p. 1. c. 164. Pann. l. 1. c. 32.

Nunc † autem, non sicut hæresis hęreticorum est, sicut error ipsorum est, sicut sacrilegium dissensionis ipsorum est; sic etiam baptisma, quod Christi est, dici debet ipsorum.

Item lib. 5. c. 13.

¶ De eodem. Cap. XLVII.

Iuo p. 1. c. 167. Pann. l. 1. c. 33.

† *al. Apostolis.*

Cum tũ [f] ualet baptismus per hominem contẽptibilem quantum per Apostolũ datus; ita nec istius, nec illius esse cognoscitur, [g] sed Christi. *Item c. 14.* ¶ Inuenimus dictum ab Apostolo, † & gloriam meã, quamuis utique in Dño, & ministerium meũ, & prudentiam

bat; qui erant in occidente, chrismabantur; & ideo ut ostenderet eos de unitate ecclesiæ, per manus impositionẽ eos recipiebat ecclesia orientalis unde ad arg. quod diuersæ erant Arianorum sectæ, vnde sup. ea. dist. 1. c. ecclesias. vbi dicitur, quod ecclesia ab eis consecrata reconsecretur: ab Arianis datus baptismus non iteretur, ut sup. q. 1. Arianos, & arg. infra, ea. de Arianis. Ioan.

Ecclesia.] CASVS. Dicit hic, quod nec de paradiso exeunt flumina, sed nõ felicitas paradisi intus est non extra. eodem modo sacramẽta ad hæreticos perueniunt, sed salutem nõ cõferunt, quæ est tantum in ecclesia, nec ducit bona vita nisi in ecclesia. Hug. tamẽ illum casum sic ponit comparãs ecclesiam paradiso, & baptismum fluminibus paradisi, baptismus in ecclesia celebratus gratiam confert: sed si extra ecclesiam celebret baptismus ver⁹, cõfertur, sed cũ extra ecclesiã gratia nõ sequitur, sicut nec felicitas paradisi sequitur flumina illa ex quo exeũt. de paradiso, seq. ca. patet, & vbi est [sicut] supple non.

b ¶ Nobis.] Supra. 1. q. 1. sicut.

c ¶ Sed salutem.] supra. 1. q. 1. extra ecclesiam.

d ¶ Quæ in paradiso.] Quæ interpretatur ortus. Et agit ibi de illo ubi fuit Adã, de terrestri. quãdoque paradisus dicitur empyreum cœlum. 1

Paradisus est duplex. 1 Vt de pœ. d. 2. principium. & dicit paradisus parans Deum. vel deitatis visum, quia ibi Deum uidebimus facie ad faciẽ. Hug.

e ¶ Extra Ecclesiã.] 24. q. 1. alienus. & c. quia.

Cum tantũ.] CASVS. Probatur in hoc c. quod quicumque baptizat, baptismus Christi est, & nõ baptizãtis: nec aliquis Apostolorum dixit suũ esse baptismũ, licet quidam alia dixerunt sic sua dicitur etiã, quod licet mali inæqualiter operẽtur cu bonis, ab omnibus tamẽ æqualiter baptizantur. Sequens c. patet.

f ¶ Cum tantum.] CASVS. Probat hic Augu. duplici ratione baptismũ Christi esse, non ministri conferẽtis. Prima ratio, quia eodẽ modo valet [2] baptismus collatus per malum sicut per bonum. Secunda, quia licet Apostoli dixerint Euangelium meum gloriam meam, non tamen dixerunt, baptismum meum.

2 Scilicet quãtum ad remissionẽ peccatorum

g ¶ Esse cognoscitur.] Nã omnia nostra facimus, &c. C. de ve. iu. enu. l. 1. §. sed neque.

meam, & Euangelium meum, quamuis utique a Domino impertitum atque donatum. Baptismus [a] autẽ meus, nemo eorum dixit omnino. Non enim omnium æqualis est gratia. † [b] nec ministrant omnes æqualiter: nec æquali prudentia sunt omnes præditi, & in euangelizando alius alio melius operatur. Et ideo dici potest alius alio doctior [c] in ipsa doctrina salutari. Alius autem alio magis, minusve baptizatus dici non potest: siue ab inferiore, siue a maiore baptizetur.

† *gloria.*] vera lectio.

Idem lib. 4. c. 15.

¶ De eodem. Cap. XLVIII.

Satis ostendimus ab baptismum, qui uerbis Euangelicis consecratur, non pertinere cuiusquam, uel dantis, uel accipientis errorem, [d] siue de patre, siue de filio, siue de Spiritu sancto [e] aliter sentiat, quàm cœlestis doctrina insinuat.

Iuo p. 1. c. 165. Pann. l. 1. c. 34.

Idem in libro de baptismo.

¶ Quod bonis, & malis sacramenta ecclesiæ communia sunt. Cap. XLIX.

Est vnitas ecclesiæ, quæ late patet, [f] in sacramentorum videlicet societate, & cõmunione: quæ cõplectitẽ cũ granis ẽt paleas: qñ eas corporaliter mistas [g] ita patitẽ, vt neque illas iusti vitẽt, neque ab illis iusti vitenẽ Sic sunt α ĩ ecclesia hoĩes mali, vt ĩ corpore humano humores mali, qui interdum exeunt [h] ex corpore.

Matth. 3.

¶ *Huius capitis sentẽtia usq; ad uer.* Sic sunt. *habetur in libro de unico baptismo contra Petilianum c. 14. & 15.*

α. ¶ Sic sunt.] *Sententia sumpta est ex B. Augustino in epistolam primam Ioannis, & Beda in eundem locum. Glossa autem ordinaria ibidem sic habet.* Sic sunt ficti in ecclesia, quomodo humores mali in corpore, quando euomuntur, releuatur corpus, sic quando exeunt mali, releuatur ecclesia.

Idẽ de unico baptismo contra Donatistas. lib. 3. c. 10.

¶ Non transit ad aquam baptismi malitia benedicentis. Cap. L.

Non est aqua profana, & adultera, super quam nomen dei inuocatur; etiam si a profanis, & adulteris inuocetur: quia nec ipsa creatura, [i] nec ipsum nomen adulterum est.

Iuo p. 1. c. 116. Pann. l. 1. c. 54.

Item Beda homilia 36. ad c. 3. Ioannis.

¶ Non est rebaptizandus, qui ab hæreticis baptizatur. Cap. LI.

Siue hæreticus, siue schismaticus, siue facinorosus quisque in cõfessione Sanctæ Trinitatis baptizet; [k]

Sent. 4. d. 6. Iuo p. 1. c. 173. Pann. l. 1. c. 85.

Gratia datur in baptismo omnib. æqualiter.

a ¶ Baptismus.] Inuenitur tamen baptismus Ioannis, qui in forma sua baptizauit.

b ¶ Gratia.] quæ tamen omnibus datur æqualiter in baptismo, sed ex modo conuersationis nostræ minuitur, vel augetur, vt inf. c. nec quemquam. Sed hic non loquitur de illa gratia baptismi, quę datur sine personarũ acceptione, dummodo fict⁹ nõ accedat.

c ¶ Doctior.] Nam non omnes, & c. C. de vete. iu. enu. l. 1. §. si quis.

Baptismi forma corrupte prolata non uitiat ipsũ.

d ¶ Satis ostẽdim⁹] ¶ Vel accipiẽtis errorem.] Dũ tñ in forma ecclesiæ hoc faciat: vel ẽt si corrupte loquatur, nõ ẽ rebaptizãdus, qđ tamẽ aliter olim institutum fuit, ne ad hoc parui homines assuescant sup. ea. distin. non illud infra, ea. dist. non.

e ¶ De Spiritu sancto.] Dum tamẽ intendat baptizare, ut sup. ea. solet qñq; licet enim Arriani errent circa personas concedẽtes, &c. credentes filiũ non esse æqualem patri, vt 24. q. 3. c. quidã, ver. Arriani tamẽ Arriani baptizant. inf. ea. de Arrianis.

Hæretici baptizare possunt.

Est vnitas.] CASVS. Dicitur in hoc ca. ꝙ mali percipiũt sacramẽta ecclesiæ, & in ecclesia sunt bonis admisti: sicut ĩ humano corpore sunt humores mali, q quandoque exeũt de corpore. Sequens c. patet.

f ¶ Quæ late patet.] Sed ecclesiæ unitas, q̃ est in fide, & charitate, nõ ita late patet: sed hęc amplectitur solos bonos. s. e. d. 2. q̃ a passus. Sed secundum unitatem sacramẽtorum etiã malos alios cõplectitur, ut sup. e. quomodo. ver. induant. & extra hanc multi relinquentur.

Mali sunt bonis misti.

g ¶ Mistas.] .s. malos mistos bonis. Sũt. n. mali misti inter bonos, sicut paleæ inter grana. & dicuntur paleæ, quia cadunt leuiter uento tẽtationis de pœn. d. 5. cap. 1. & 23. q. 8. cap. 1.

h ¶ Exeunt.] Sic, & mali homines de ecclesia, sed boni non exeunt, saltem finaliter, & æternaliter, ut de pœn. dist. 2. §. hæc itaque. c. quæcumque, & cap. firmum. & c. nullus. Ioan.

i ¶ Non est.] ¶ Creatura.] Polluta tamen dici potest quantum in eis est 49. d. c. ult. Io.

Siue hæreticus.] CASVS. Dr hic, ꝙ quicumq; malus baptizet in forma ecclesię aliquẽ, nullus catholicus dẽt rebaptizare: cũ uideatur, ꝙ inuocatio tãti nominis nullam nullã vim habeat. Seq. c. patet, qđ intelligitur de ijs, q non sunt baptizati in forma ecclesiæ. Seq. c. ẽt patet.

k ¶ Baptizet.] s. 1. q. 1. hi q. & c. dedit. s. 19. d. secundũ sup. e. d. a quodam sup. 1. q. 1. si quis per ignorantiam. contra sup. ea. d. hi de quibus contra. Sol. ibi in forma: hic non. Et reiteratur quantum ad factum.

a ¶ No-

a ¶Nominis.] Cur aūt non dr̄ nominum, ut in noībus patris, & filij, & spūs sancti te baptizo? hoc iō fit, ut appellatione singularitatis in essentia unitas pr̄is, & filij & spiritus sancti, in psonis Trinitas designetur. b Quos a paganis.] ¶ Si ita.] Scilicet in forma ecclesiæ

d ¶Abijciatur.] idest, proijciatur. i. proijciēdus designetur. Et sic non est contra inf. ea. nec quemquam. & si non prosit ad vitam aliquid, quia propter hoc nō fiunt minus indigni, quia mors adhuc in eis remanet, ꝑdest tñ ut minus possit eis inimicus nocere, ut infra ead. de hinc G. Quē effectū hēt exorcismus? nūq̄d eijcit spiritū immundum? Immo donec baptizetur, est membrum diaboli, quia non est mediū. ut 24. q. 1. qm̄. Sed dic abijcit, i. significat abigendum, uel abijciendū, uel saltē compellit eū ne iam tm̄ noceat, quātum nocere potuit prius. ut sup. ea. c. 2.

Exorcismi effectus.

non valet ille, qui ita baptizatus est, a bonis catholicis rebaptizari: ne confessio, vel inuocatio tanti nominis [a] videatur annullari.

Item Gregorius secundus Bonifacio episcopo, epi. ult.

¶Baptizati a paganis, in nomine baptizentur Trinitatis. C. LII.

Iuo p. 11. c. 91.

QVos a paganis baptizatos esse asseruisti, si ita [b] habetur, vt denuo baptizes in nomine Trinitatis, mādamus.

& in lib. de Eccles. dogmatib. c. 31.

Item Cœlestinus Papa episcopis Galliæ, epist. 1. c. 12.

¶Sine exorcismis, & exsufflationibus nullus baptizetur. C. LIII.

Poly. l. 3. tit. 10. Burc. l. 4. c. 10. Iuo p. 2. c. 105.

11 SIue paruuli, [c] siue iuuenes ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius fontem vitæ adeāt, quam exorcismis, & exsufflationibus clericorum, spiritus ab eis immundus abijciatur. † [d]

† al. abigatur.

Item Rabanus de institutione clericorum, lib. 1. c. 25.

¶Officium baptizandi, catechumeni præueniant. † Cap. LIV.

Sent. 4. dist. 6. Iuo p. 1. c. 82. & 83. Pann. l. 1. c. 38. Ioan. 3.

† al. in homi... præueni...

ANte baptismum catechizandi debet hoīem † præuenire officium, vt fidei primum catechumenus accipiat rudimentum. *Item ibidem*. ¶Prius ipse Iesus cæci nati oculos luto ex sputo facto superliniuit, & sic ad aquas Siloe [e] misit, quia prius debet baptizandus fide incarnationis Christi instrui, & sic ad baptismum iam credulus admitti, vt sciat, cuius gratiæ in eo est particeps, & cui iam debitor fiat deinceps.

Item ex concilio Bracarensi, 2. c. 1.

¶Quo tempore catechumeni ad exorcizandum sunt, defrendi. C. LV.

10. q. 1. placuit. Burc. l. 4. c. 8. Iuo p. 1. c. 75. & 203. Pann. l. 1. c. 39.

ANte viginti [f] dies [g] baptismi ad purgationem exorcismi [h] catechumeni concurrant, in quibus viginti diebus omnino symbolum, quod est, Credo in Deum patrem omnipotentem, spiritualiter † [i] doceantur.

† ...specialiter] ...a lectio.

Item ex concilio Agathensi, c. 13.

¶Quo tempore competentibus symbolum est prædicandum. C. LVI.

Burc. l. 4. c. 29. Iuo p. 1. c. 223.

SYmbolum etiam placuit ab omnibus ecclesijs vna die, idest, ante octo dies Dominicæ resurrectionis publicè in ecclesia competentibus [k] prædicari.

Item Nicolaus Papa.

¶In vnaquaque ecclesia, baptizandi catechizari possunt. C. LVII.

Iuo p. 1. c. 82. Pann. l. 1. c. 40.

CAtechismi baptizādorū a sacerdotibus uniuscuiusclesiæ non fuerunt baptizati. Ioan.

A Nte baptismū.] CASVS. Probatur in hoc ca. ꝙ primo debet baptizandus instrui ī fide anteq̄ baptizet. Quod probat exēplo Christi, qui prius oculos cęci nati sputo super liniuit, & postea eū ad aquas Siloe misit. Omnia autē quæ sequuntur patent vsq; ibi, postea signat. & per te uidebis, quia non oportet ut te ad iuuem, cum non est necesse, & quod dicitur in hoc cap. [post quā se alterius,] scilicet Christi: [prioris] .s. diaboli. Quod dicitur in illo ca. postea signatur in corde,] idest, in pectore.

e Siloe.] Fons est, & interpretatur missus est, quia Christus in quo baptizamur, missus est. 23. d. episcopus. Io.

Siloe est fons.

ADDITIO. Vel dic, ꝙ Siloe interpretatur fōs luminis, s̄m Pap.

f ANte viginti.] Supra 10. q. 1. placuit.

g ¶Dies.] In media na hebdomada cū cātatur, Sitientes, sup. d. 63. principali.

h ¶Exorcismi.] i. adiuratione exorcizare, idest adiurare.

Exorcizare quid sit.

i ¶Spiritualiter] Sufficit, quod sensum retineant. ff. de leg. l. scire leges. 1. questio. 1. Marchion.

Correcti... ponit. nā ... ba... ismū nul... falus est ... infra ... nulla.

SIue paruuli.] Hæc est 11. pars dist. in qua probatur per 19. c. quod catechismus debet præcedere baptisma. Ioan. de Fan.

c ¶Siue 1 paruuli.] De præcedenti solennitate baptismi subiungit, scilicet de exorcismo, & catechismo.

K SYmbolū.] Cōpetentibus.] i. intellectum discretionis habentibus, uel cupientib. competentes quidē appellantur, qui libero arbitrio utentes pęnitentiam ab ecclesia accipiunt, ut sint digni accedere ad catechismū. deinde ad baptismi sacramentū, ut 25. dist. audire.

Competentes, qui dicantur.

CAtechismi.] Catechismus Græce, latine dicitur instructio,

que ecclesiæ [a] possunt fieri, sicut in sancta hac Romana ecclesia (cui, Deo auctore, ministerium famulatus nostri exhibemus) solenniter fieri comprobantur.

Item ex concilio Laodicensi, c. 46.

¶De eodem. C. LVIII.

BAptizandos oportet fidei symbolum α discere, & quinta feria vltimæ septimanæ, vel episcopo, vel presbyteris reddere. [b] — Burc. l. 4. c. 9. Iuo p. 1. c. 105.

α ¶Fide symbolum.] *Est prisca versio, & sententiam sa. bene reddit: Hoc autem loco græco est, τὴν πίστιν.*

Item ex concilio Martini Bracharensis, c. 49.

¶De eodem. C. LIX.

NOn liceat ante duas [c] septimanas Paschæ, sed ante tres ad baptismum suscipere aliquem. Oportet autem, vt in his diebus hi, qui baptizandi sunt, symbolum discant, & in quinta feria nouissimæ septimanæ hoc episcopo, vel presbytero reddant. — in cap. synod. græcarum.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 85.

¶Antequam baptizentur, quilibet sunt examinandi. C. LX.

BAptizandi nomen suum dent, [d] & diu [e] sub abstinentia vini, & carnium, ac manus impositionis † crebra examinatione [f] baptismum percipiant. — Burc. l. 4. c. 11. Iuo p. 1. c. 106. † *al. impositione crebra examinati.*

Item Rabanus de institutione clericorum, lib. 1. c. 27.

¶Baptizandi quare exorcizantur, & exsufflantur. C. LXI.

POstquam se baptizandus per confessionem veræ fidei in alterius commendauerit dominium, & per abrenunciationem [g] a prioris possessoris se alienauerit [h] seruitio, exsufflatur ab eo sæua potestas, ut per pium sacerdotis ministerium spiritui sancto cedat fugiens spiritus malignus. — Iuo p. 1. c. 90. Pan. l. 1. c. 41.

Item Augustinus de symbolo, lib. 1. c. 1.

¶De eodem. C. LXII.

SIcut nostis, fratres carissimi, & paruuli exsufflantur, & exorcizantur, vt pellatur ab eis diaboli potestas inimica, quæ decepit [i] hominem, ut possideret homines. Non ergo creatura [k] Dei in infantibus exorcizatur, aut exsufflatur, sed ille, sub quo sunt omnes, qui sub peccato nascuntur. — Sent. 4. dist. 6. Iuo p. 1. c. 94. Pan. l. 1. c. 42.

Item Rabanus de institutione clericorum, lib. 1. c. 27.

Quare signetur baptizandus in corde, & fronte. Cap. LXIII.

POstea signatur [l] baptizandus signaculo sanctæ crucis tam in fronte, quam in corde, vt ab eo tempore ipse apostata diabolus in vase suo pristino, suæ interemptionis [m] cognoscens signaculum, † iam sibi deinceps illud sciat esse alienum. [n] — Iuo p. 1. c. 95. Pan. l. 1. c. 43. † *al. signum.*

Idem ibidem continuo.

¶Quare super eum orationes dicantur. C. LXIV.

EX hinc ia dicuntur super eum orationes, ut fiat catechumenus. Tunc datur baptizando sal benedictum in os, ut per sal typicum, [o] sapientiæ sale conditus fœtore careat, [p] — Iuo p. 1. c. 97. & 99. Pan. l. 1. c. 44.

---

structio, vnde catechizare, idest, instruere. Arch.

a ¶Vniuscuiusq; ecclesiæ.] Hoc in multis locis fit, sed in primo, & ultimo scrutinio omnes consueuerunt uenire ad ecclesiam baptismalem. H.

b BAptizandos.] Reddere.] Vulgariter loquitur, quasi dicat, memoriter sine inspectione libri dicere. sic inf. ea. proxi. Archid.

c NOn liceat ante duas.] tātum: 1 quia ante duas, & ante tres, &c. cum alias duo continentur in trib. c. si de alb. diem §. si plures.

1 Ergo non incipiuntur scrutinia in quarta feria post Dominicam, qua cantatur, Lætare Hierusalem.

d BAptizandi nomen suum dent.] In his partis. hodie nō tenet hoc. Et quod dicit abstinentia, cōsilium est, & ita nō est contra inf. ea. sine pœnitentia.

e ¶Et diu.] Intra viginti dies. sup. ead. ante.

f ¶Examinatione.] quia infidelis nō recipietur sine examinatione inf. ca. Iudæi. & c. ne quod absit.

g POstquam.] per abrenunciationem. sup. d. 1. ecclesiasticarum.

h ¶Se alienauerit.] idest, alienari incęperit inf. ead. siue paruuli.

SIcut nostis.]

i Quæ decepit.] Et ideo fuit restitutus, nam deceptus, &c. ff. ad Vellei. l. 1.

K Creatura. Nec diabolus inquantū est creatura, sed inquantū est vitiosus. 23. distin. quod episcopus ordinandus est.

l POstea signat.] idest, post exsufflationem interemptionis.

m ¶Suę interēptionis.] i. signaculū sanctæ crucis, per quod est interēptus, vt dicitur diabolus de quodam Iudęo, qui supse fecerat signū crucis: Inueni uas uacuū, sed bene signatum.

Diabolus crucem timet.

n ¶Alienum.] idest, alienandū. Sed ideo dicit, alienum: quia in proxi. & c. 25. q. 3. paratus.

o EX hinc.] Typicum.] idest, figuratiuum.

p Careat.] idest, quod per salem significatur. a Sal

a Sal cælestis. [¶ Offerre.] mysticè. Cessat.n. vetus ob b seruatio legis litteralis ext.de constit. translato. De hinc.] Mediana hebdomada tribus diebus fiunt exorcismi. Secunda. iterum tribus, vt ita non restet in uigilia Paschæ nisi sola immersio: secundum hoc exorcismi uariantur. uerba, quæ dixit Christus quando mutum, & surdum sanauit, s. Effeta, eum cum sputo tangens. Nares autem ideo tanguntur, ad denotandum, quod baptizandus percipere debet odorem Dei. Aures autem, ut intelligat mandata Dei. Sequens c. patet. [propter gloriam muneris, idest, propter gloriosum munus, scilicet corpus, & sanguinē Domini. [& operis,] idest, propter gloriosum opus, idest, prædicationem.

iniquitatis, & nec a vermibus peccatorum vltra putrefiat, sed magis illæsus ~~seruetur~~ ad maiorem gratiam percipiendam.

Item Beda in Esdram, lib.2.c.9.

¶ *Antea citabatur in libros Regum.*

¶ Quare sale initiantur Catechumeni. Cap. LXV.

Iuo p.1.c.100. Pann.l.1.c.45.

Sal cælestis sapientiæ, quo initiantur cathecumeni, in cunctis operū nostrorum sacrificijs iubemur offerre.

Item Rabanus, de institut. cleric. lib.1.c.27.

¶ Quare iterum exorcizentur. Cap. LXVI.

Iuo p.1.c.102. Pann.l.1.c.46.

De hinc [b] iterum exorcizatur diabolus, vt suam nequitiam agnoscens, & iustum super se Dei iudiciū timens, recedat ab homine, nec iam cōtendat eum arte [c] sua subuertere, ne baptismum consequatur: sed magis honorem Deo creatori suo exhibens, reddat opus factori suo.

Item Gregorius Papa in homilia 29. Euangel.

¶ Sacerdotes exorcizando dæmonia repellunt. Cap. LXVII.

Iuo p.1.c.103. Pann.l.1.c.47.

Sacerdotes cum per exorcismi gratiam manum credentibus imponunt, & habitare malignos spiritus in eorum mente contradicunt, quid aliud faciunt, nisi dæmonia eijciunt?

Item Rabanus de institut. cleric. lib.1.c.27.

¶ Quare de saliua nares, & aures tanguntur. Cap. LXVIII.

Iuo p.1.c.104. Pann.l.1.c.48.

Postea tanguntur ei nares, & aures cum saliua: & dicitur ei verbum illud Euangelicum, quod Iesus dixit, quando surdum, & mutum sanauit, tangens cum sputo linguam eius, & mittens digitos in auriculas eius dixit: (Effeta, quod est, adaperire.) Hoc enim sacramentum hic agitur, vt per saliuam typicam [d] sacerdotis, & tactum, sapientia, & virtus diuina salutem eiusdem catechumeni operetur, vt aperiantur ei nares ad accipiendum odorem notitiæ Dei, vt aperiantur illi aures ad audiendum mandata Dei, vt α aperiantur ei sensus in intimo corde ad respondendum.

Mar.7.

α ¶ Vt aperiāt.] *In originali, & apud Iuonē legitur*, ad audiēdū mādata Dei, sensuq; intimo cordis reponendum.

Item Ambrosius de Sacramentis, lib.1.cap.1.

¶ Quare nares, non ora baptizandorum episcopus tangit. Cap. LXIX.

Iuo p.1.c.106. Pann.l.1.c.49.

Propter gloriam † [e] muneris, [f] & operis [g] non os tangit [h] episcopus, sed nares. Quare nares? vt bonum odorem accipias pietatis æternæ.

† gratiā operis & muneris, orig.

Item Rabanus de instit. cler. l.1.c.27.

d ¶ Typicam.] idest, figuratiuā sapiētiæ Dei. Per digitū Dei intellige dona spiritussancti.

Est caro nostra lutum: patris sapiētia sputum.

Creditur humanum genus hoc me dicamine sanum.

Versus circa materiā baptismi.

e Propter gloriā] idest, gloriosū munus Eucharistiæ, & gloriosū opus prædicationis. Ouid. Pronaque cum spectent animalia cætera terram.

Os homini sublime dedit, cælūq; uidere.

Iussit, & erectos ad sidera tollere uult⁹.

Homo est dignissima creaturarū.

Ouidius.

Et nihil turpitudinis dēt infligi faciei C.de pœn. si quis in metallū. Arg. cōtra ext.de cri.fal.ad audiētiam. Gloriosius quippe, & excellētissimum in humano corpore hominis os deprehenditur: per quod Deus glorificatur, & benedicitur, & prędicatur. In signū ergo tanti muneris, & operis dignitate non tāgitur os cum saliua.

Facies humana nō est deturpāda.

f ¶ Muneris.] idest, corporis Domini, & sanguinis, quod est munus excellentissimum.

g ¶ Et operis.] idest, prædicationis: ante enim quam quis baptizetur, nec ad corpus Domini sumendum, nec ad prędicationis officium gerēdum est idoneus. Vnde non debet quis ante baptismum corpus Christi sumere: nec prędicationis officium gerere: nec debet ei credi hoc, uel illud, unde in Euangelio Ioannis, Iesus non credebat se illis, scilicet infidelibus.

Baptismo carens neq; corpus Dñi sumat: neq; prædicet.

c ¶ Arte.] i. dolo. sic exponitur 22.q.5. quacumque.

Postea tanguntur.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod perfectis orationibus supra dictis tangunt sacerdotes nares, & aures baptizandi cum saliua, dicendo illa

h ¶ Non os tangit.] ad ostendendū, quod non prius credēdū est homini, quā odor famæ suæ præcesserit, de ca-

sa vnctionis habetur extr. de sac.unc.cum uenissent.Io.

DEinde a sacerdote.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ peractis oĩbus supradictis ungitur baptizandus in pectore oleo sanctificato cum inuocatione patris, & filij, & spiritus sancti, ut mens eius confortetur in fide. Vngitur eodem oleo inter scapulas, ut vndique muniatur, & ad bona opera facienda per Dei gratiam roboretur.

a ¶ Deinde.] Idest, postquam est baptizatus. Vnde finis c. debuit esse princi pium. Ioan.

VEnit sacerdos.] CASVS. Primo dicitur in hoc c. q̃d facere debeat sacerdos, cum ad fontem baptismatis primo uenit. Secundo dr̃, quod ubi homo baptizatur sm̃ formã Euangelicam, ad ẽt præsentia Trinitatis, operatur Dei filius, descendit spiritus sanctus. Sed in baptismo Christi ꝓpter incredulos descendit in specie visibili, qui similiter in Apostolos descendit propter hoc in linguis igneis nos aũt non percipimus eum visibiliter, sed per fidem.

b ¶ Primo.] idest, olim in baptismo Christi.

c ¶ Descendit.] in specie columbæ. I

d ¶ Sed per fidem.] vt legitur de pę.dist. 2.quærendum.& c. pennata aial a.Io.

SI non sanctificatur. Hæc est 12. pars dist. secundum Io.de Fan.

CASVS. Quidã presbyteri qñ aquam baptismatis benedicũt vitiosas preces p imperitiam proferat. quare quæsitum fuit ab Aug. vtrũ valeat benedictio non obstante vitio locutionis, uel quę hęresim sapit? & certe probat Aug. ꝙ ualet. nam si aliquis fuerit baptizatus in forma ecclesiæ in aqua ubi fuerunt dictæ preces illę, tñ nõ iteratur baptismus, & hoc quia precantis affectus superat vitiosam locutionem, & hoc fit per uerba Euangelica, sine quibus baptisma fieri non potest. Nam si hæreticus in forma ecclesiæ baptizat: qui charitatis affectum non habet: licet preces offerat vitiosas: tamen vere baptizat. Idem etiam est in quolibet malo sacerdote, qui cum forma baptismi profert preces uitiosas ab hæreticis, vel ab alijs compositas. Quid ita, idest, cur ita est? quasi cur non iubetur denuo? quia plerumque, &c.] nã utique hæc locutio suspensiue est usque ibi, nec tamẽ. Si .i.quamuis. e ¶ Si non sanctificatur.] pone casum per illa c.in.f.ead. dist. retulerunt.& sup.d.ft.38.sedulo.

f ¶ Contra catholicam fidem.] .i.contra rectam uerborum formam in ecclesia catholica constitutam. Vel cum dicit, baptizo te in nomine Trinitatis, & diaboli. ADDITIO. Hoc etiam fuit dictum Lau. Vel dic contra fidem.i. cõtra bonos mores, quæ.s.sapiunt hæresim. sed sacerdos simplex imperitus sic non intelligit: imo credit eas sanum, & rectũ intellectũ continere. Io.de Fan.

g ¶ Affectus.] idest, bonitas hominis superat vitium locutionis q.d. non, sed potius uerbum Christi.

h ¶ Nam utique.] probat ꝙ vitium precũ pp affectum bonum non emendatur in baptismo. sed uerbum Christi operatur uirtutem, nam hæreticus bonum affectum non

¶Quare a sacerdote inunguntur. Cap. LXX.

DEinde [a] a † sacerdote inũgitur, vt sacrum baptisma cũ fide accepta custodiatur. Vngitur tunc illius pectus de oleo sanctificato cum inuocatione sanctæ Trinitatis, ut nullæ reliquiæ latentis inimici in eo resideant; sed in fide sanctæ Trinitatis mens eius confortetur. Vngitur & inter scapulas de eodem oleo, vt vndique muniatur: & ad bona opera facienda per Dei gratiam † roboretur. *Item c.28.* ¶ Consecratur post hęc fons: & ad ipsum baptismum cathecumenus accedit.

Iuo p. 1.c.108. Pann.l.1.c.50.

† *al. gloriam.* Iuo p.1.c.52. Pann.l.1.c.52.

† *al actione dotatur.*

Item Ambrosius in lib.2.de sacramentis, c.5.

¶Quomodo fontem baptismi Trinitatis pręsentia consecrat. Cap. LXXI.

VEnit sacerdos ad † fontẽ: dicit precẽ; inuocat patris nomen, pñtiam filij, & spiritus sancti: vtiť uerbis cęlestibus. Cęlestia verba, q̃ Christi sunt. Pręsentia Trinitatis adest, operať sermo ęternus, ubi descendit spiritus, primo [b] quasi colũba descendit, [c] ut incredeli uocarenť ad fidẽ. In principio signũ debuit esse: in posterioribus debet esse perfectio. Apostolis.n. spiritus sanctus datus est in igneis linguis pp incredulos: nobis iã in plenitudine ecclię, non p signa, sed p fidẽ. [d] veritas est colligenda.

Iuo p.1.c.110. † *precem dicit ad fontem.* orig.

¶ *Caput hoc aliquot locis in nimias prope angustias conclusum est. Quare præstat originale ipsum adire.*

Item Augustinus de vnico baptismo, lib.6. c.25.

¶Verba erroris per imperitiam prolata non impediunt aquæ sanctificationem. Cap. LXXII.

12 SI non sanctificatur [e] aqua, cum aliqua erroris uerba per imperitiam precator effundit, multi non solum mali, sed etiam boni fratres in ipsa ecclesia non sanctificant aquam. Multorũ enim preces emendantur quotidie, si doctioribus fuerint recitatæ: & multa in eis reperiuntur contra catholicam [f] fidem. Nunquid, si manifestetur aliquos baptizatos, cum illæ preces dictæ super aquam fuissent, iubebuntur de vno baptizari? Quid ita? quia plerumque precis vitium superat precantis affectus: [g] & quia illa certa Euangelica verba, sine quibus non potest baptismus consecrari, tantum ualent, vt per illa sic euacuentur, quæcumque in prece uitiosa contra regulam fidei dicuntur, quemadmodum dæmonium Christi nomine excluditur. Nam utique [h]

Alg.l.3. c.13. Iuo p.1.c.115. Pann.l.1.c.52.& 53.

a De hoc supra ea.d. aliud.Hag.

non habet,& quamuis uitium precum afferat,non tamen minus baptismus suum effectum habebit, quia tantum ualent illa certa uerba Euangelij,ut quantumcunque preces aliæ uitiosæ sint,formam tamen a Christo institutam non possint euacuare, imo potius quantum

de test.hæredes palam.§.ult.ubi distinguitur an interponatur actus extraneus. & circa hoc est omne uerbū extraneū a forma, quod non concedit, qui.n.dicit baptizo te in nomine patris,& filij,& spiritus sancti, & omnium sanctorum: non dicit, baptizo te in nomine patris,& filij,& spiritus sancti. quia secūdū hoc duo diceret, qd est impossibile, & eadē ratione deberes dicere cū dicitur.nō ego baptizo te ī nomine patris, & filij.& spūs sancti, quod eēt baptizat⁹, quia uerba baptizāti sumuntur,qd patet falsū esse. Si pone quod mutato ordine baptizād. ... ut si dicat baptizo te in noīe patris,& spirit⁹ sancti, & filij, ut quod sic.ext. de ref ... sicut de uerbis scripturæ obseruādus ē ordo. ff.de sol. nec enim cōtra ... tamē dicitur ar.C.de ten.& iter. l.,placet. Dico enim ordinē uerborū esse de forma. Si autē mora īterponatur naturalis, & cōpēdiosa ut ā respirādo,uel tussiēdo, uel screādo, non obest,alias cōtra.C.ā tes.cū antiquitas, & de tēpore hoc,& de actu q īterponitur,distingue p l. ff.de duob. reis cōst.duos reos.

idem tenet hic H.& isto rum fuit hæc sententia usque ibi, qđ non cō edo, &c. ubi adde qđ hoc fuit dictum. Io.usque ibi sed pone, &c. & secutus est ipse Ioann. magistrum Patram, qui dixit qđ in talib. nō est forma seruata.

Aliud est enim dicere in nomine patris, & filij,& spiritus sancti, & diaboli, & aliud signatur. Arch.

hereticus si afferat [a] precem uitiosam,nec habeat bonū charitatis affectum,quo possit illa imperitia superari, & ideo similis est ei,quicūque in ipsa catholica ecclesia inuidus,& maleuolus,quales arguit illic Cyprianus,[b] afferat etiā,ut fieri solet,aliquam precem,in qua loquatur contra regulam [c] fidei (multi [d] quippe irruūt in preces non solum ab imperitis loquacibus,sed etiam ab hæreticis compositas,& per ignorantiæ simplicitatem non eas ualentes discernere, utuntur eis,arbitrantes quod bonæ sint,) nec tamē quod in eis peruersum est, euacuat illa, quæ ibi recta sunt,sed ab eis potius euacuatur. [e]

Item Augustinus ad Neophytos,homil.3.

¶ Quid significent mysteria, quæ in fonte baptismatis celebrantur. C. LXXIII.

Ivo p.1.c.194. Pan.l.1.c.55.

13 PRima igitur,& secunda prædicatione de his tātū locuti sumus, quæ uobis, priusquā ad fontē sanctū ueniretis,iuxta catholicæ ecclesiæ† instituta tradidimus.Et quid significaret unctio,q̄ diuersis corporis nostri adhibita partibus diuersum intellectū designat(prout Dominus donare dignatus est (interpretati sumus, cū ostēderemus uos per oleū sanctificationis ad auditū plenæ fidei præparatos,& ad bonū Christi odorē uocatos,ex toto corde ad abrenunciandū diabolo esse commonitos.Nunc uero de interioribus iam mysterijs locuturi sumus, q̄ in ipso sacro fonte celebrata sunt. Emissa enim certissima cautione,[f] qua uos abrenuntiare oībus

† al.regula.

2.Cor.2.

Sent.4.dist.6.

quantum spectat ab baptismum, omnes euacuentur ab euangelicis uerbis,& hoc est,nam utique.

a ¶ Si afferat.] si,idest,quamuis.

b ¶ Cyprianus.] Cypriano.n.& 80. epis uisum est baptismū Christi nō posse esse apud hæreticos, uel apud schismaticos,qui etiā baptismū hæreticorum lauacrum diaboli appellabant. sup.ea.dist.qūo.& dist.32.§.uerū.

c ¶ Regulam.] non enim debent uerba cęlestis Dei restringi sub regulis Donati. 38.di. indignum.palea est. q.d.si uirtus uerborum excludit dæmonium,ita & precum uitium.

d ¶ Multi.] parentesis est,idest,interpositio usque ibi nec tamen.

e ¶ Euacuatur.] argu.quod utilia non uitiantur per inutilia sup.distin.37.turbat.sup.23.q.4.quid ergo.C.de do. sancimus.sup.1.q.1.nonne Sodomitę &c.Dñs declarauit.sup.dist.37.si quid ueri.ar.tamen contra ff.de aqua quotid.& æsti.l.1.§.item quæritur.sup.di.23.quorundam sup.dist.9.si ad sacras.sup.3.q.9.pura.

e ¶ Euacuatur.] ex hoc cap.colligitur quod nō uitiatur forma baptismi si quid in ea apponatur superfluum,quod admittunt quidam. 1 ut si dicatur, baptizo te in nomine patris,]& filij, & spiritus sancti, & diaboli, uel [Arma uirumq; cano,uel quidquid sequatur,baptizatus est.arg.contra.ff.de uer.obl.quæ extrinsecus. Idem est si quid præmittatur ante formā, ut si dicatur:] Arma uirumque cano, & ego baptizo te in nomine patris,& filij,& spiritus sancti.Si uero aliquid interponatur,ut si dicatur, baptizo te,& Deus est in noīe patris, & filij,& spiritus sancti, &c.non est baptizatus. arg.ff.

Vtile non debet per inutile uitiari.

Baptismi forma an uitietur si aliquid superfluum apponatur, aut si ipsius ordo mutetur.

1 Vt Lau. quod dicit ueram,si illud oppositum subsequatur, ut sequitur, &

§.ult.& pe.& de uerb.oblig.continuus.nam modicum interuallum non impedit, quod tamen magis intellectu, quam locutione,&c.ff. de sol. ratum. Et hoc etiā attendas circa formam Eucharistiæ. Pone enim quod dicit formam panis, demum post aliquantulum spatium formam uini,nunquid transubstantiatur ibi panis,uel uinum? Resp. ut præmisi.tamen quæstio nō procederet secundum eos,qui dicunt esse duas formas,ut nota ui sup.dist.2.quia passus.

PRima igitur.] Hæc est 13.pars dist.sm Ioā.de Fan. CASVS. Beneuen. sic ponit hunc casum. Prædicauerat August. semel, & iterum neophytis,& exposuerat illis de exorcismis, qui dicuntur, & fiunt circa baptizandos:Hic ostenditur,qui baptizantur qualiter interrogentur, & respondeant de articulis fidei, & qualiter responsiones debeant intelligi. H.uero sic ponit hunc casum. In hoc c. ostendit Aug.se in superioribus tractasse de his quæ fiūt pueris in catechismo,& exorcismo.Secundo dicit se nunc uelle de his tractare, quæ fiunt circa pueros in ipso baptismo,& dicit quod in baptismo præcedit interrogatio, & rūsio de symbolo.Inde sequitur immersio in nomine patris, & filij, & spiritus sancti:sicut docuit Christus.sed quia non inuenitur in symbolo,sed credo sanctā ecclesiā. Aug.credit esse repetendum ter, ut dicatur: credo sanctam ecclesiam: sicut ibi,credo in Deum,&c. Ad ultimum subiūgit quod in alio sensu dr,credo in Deum,& in alio sensu dicitur, credo ecclesiam catholicam.Sequen.duo.c. plana sunt.

f ¶ Cautione.] hic ergo itercedit stipulatio,& obligantur pueri ex promissione patrinorum, licet nō intelligant.

Stipulatio intercedit in baptismo per quā obligantur pueri.

gant, quod speciale est in baptismo: illud autem est loco stipulationis, credis in Deum, tenetur ergo obseruare fidem puer factus adultus. 45. distinct. de Iudæis. & obligantur, licet nihil intelligant. C. de fal. mon. l. 1. imo si bene inspexerimus, potius liberatur a diabolo, quam obligetur. nam ignorans per alium bene liberat. Itē ex eo quod dicit certissima, est argu. qđ simplex cautio, idonea cautio dicit, tamē lex dicit, quod cum dicitur idonea cautio, intelligēdum est pign⁹, vel fideiussor, ut ff. i. si n. nō. liber. l. 4. §. add. i.

Cautio idonea quæ est.

a ¶ Ergo.] uocabulū semel positū potest accipi proprie, & improprie, ar. dist. 28. presbyterum.

b ¶ Quasi in Deū.] Crede Deo, credo q; Deū, plus credo ualere, Si credas in cū quam quod ei, uel eum.

Paruuli.] Hæc est 14. pars di. ī qua probat per sex cap. qđ solus baptismus sufficit paruulis, qui alias nō possunt credere nisi p sacramētū fidei. Io. de Fant.

c ¶ Loqui.] Aliter si possunt loqui unde Augu. in epistola ad Renatum episcopum. Septennis ętatis pueri, & mētiri, & verum dicere, cōfiteri, & negare iam possunt, & ideo cum baptizantur, iam symbolum reddant, & ipsi pro se ad interrogationem respondeant.

Pueri septēnes possunt mentiri, & uerum dicere.

d ¶ Vel credere.] iar. quod hēt puer fidē, sed nescit ea uti, ut ext. c. maiores. ver. a plerisque.

e ¶ Muti.] vel ēt furiosi. pupillus enim infans, uel infantiæ proximus non multū a furioso distat. instit. de inuti. stip. §. pupill⁹. differētiā tamen dixi inter infantē, & furiosum sup. ea. hi qui.

Obligatus per alium liberari potest.

f ¶ Vice.] nam satis cōueniēs est, ut qui per alium obligatur etiam liberetur per alium inf. c. quæsis. Item dicit lex quod pro ignorante fideiubere possum. ff. de fideius. fideiubere.

& ignoranti etiam factio acquiritur. ff. si cert. petat. si a furioso.

g Aegrotantes.] ¶ Sui.] scilicet amici.

h Dixerit.] vel dici fecerit i uel per signa, uel dic sui, scilicet uoluntatis.

Ni-

pompis diaboli, & omnibus operibus eius, & oī fornicationi diabolicæ spopondistis, descendistis in fontem sacrum, fontem redemptionis, fontem sanctificatū uirtute cœlesti. In hoc ergo fonte antequam uos toto corpore tingeremus; interrogauimus; Credis in Deum patrem omnipotentem? Respōdistis, Credo. Rursus interrogauimus, Credis, & in Iesum Christum filium eius, q natus est de spiritu sancto ex Maria Virgine? Respondistis singuli, Credo. Iterū interrogauimus, Credis, & in spiritum sanctū? Respōdistis similiter, Credo. Hoc aūt fecimus iuxta Domini nostri Iesu Christi saluatoris imperium, qui, cum ad patrem in cœlum ascenderet, discipulis suis, idest Apostolis mandauit dicēs: [Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.] *Item.* ¶ Quod autem interrogauimus, Credis α sanctam ecclesiam, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, non eo modo interrogauimus, ut quomodo in Deum creditur, sic & in ecclesiam sanctam catholicam, quæ propterea sancta, & catholica est, quia recte credit in Deum. Nō ergo [a] diximus, vt in ecclesiam, quasi in Deū [b] crederetis, sed intellige nos dicere, & dixisse, ut in ecclesia sancta catholica cōuersantes in Deum crederetis, crederetis etiā resurrectionem carnis, quæ futura est.

Matth. 28.

Sermo. 181. de tempo. c. 12.

α ¶ Credis sanctam.] *Legebatur,* in sanctam. *Inducta est particula,* In, *ex aliquot uetustis, & Iuone. Atque ita loquendum docet sæpe Augustinus.*

Item Isidorus de officiis, lib. 2. c. 24.

¶ Aliorum fide, & professione paruuli baptizantur. C. LXXIV.

Sent. ibidem.

14 Paruuli alio ꝓfitēte baptizātur, qa adhuc loq, [c] vel credere [d] nesciūt, sicut ēt ęgri, muti, [e] & surdi, quorū vice [f] alius ꝓfitet, vt ꝓ eis, dū baptizātur, respōdeat.

Et in Afr. c. 12.

Item ex concilio Carthaginen. 3. c. 34.

¶ Aliorum testimonio ægrotantes sunt baptizandi. C. LXXV.

Aegrotantes, [g] si pro se respondere nō possunt, cū β voluntas eorum testimoniū sui dixerit, [h] baptizētur. Similiter & de pœnitentibus agendum est.

Burc. l. 4. c. 36. Iuo p. 1. c. 125. Pan. l. 1. c. 14.

β ¶ Voluntas eorum.] *Nihil mutatū est ob glossam in uerbo,* dixerit. *sed in omnibus uetustis Gratiani exēplaribus, & in concilio Carthaginēsi tertio, & cōcilio Africano in corpore conciliorum tribus tomis impresso, & apud Iuonē, q citat Isid. legitur.* Cū volūtatis eorū testimoniū sui dixerint. *In eodē aūt Africano in codice canonū, & in Carthaginensi recentioris editionis cōciliorū, & apud Burchardum est,* Cum uolūtatis eorū testimonium hi, qui suis periculo proprio affuere, dixerunt, *In Carthaginensi autem Græco,* ὅτε τῇ αὐτῶν προαιρέσει τὴν περὶ αὐτῶν μαρτυρίαν κινδύνῳ ἰδίῳ εἴπωσιν.

Nihil est aliud.] CASVS. Quæsitũ fuit ab Aug. quare pro paruulo cum interrogatur. credis in Deũ, respondeant patrini, credo, cum paruulus fidei articulos non intelligat? & respondet, quod talis responsio adhibetur, vt sacramentorum solennitas impleatur, &

d ¶ Sacramentum.] Baptismus dr̃ sacramentũ fidei, quia in fide Christi consecratur, & in fide ecclesiæ confertur, vel quia noĩe Trinitatis confertur, quam offerẽtes 3 & obligati tenentur credere, & confiteri. Vel quia si gnũ est, ꝙ suscipiens fidem habeat, ẽt si non habeat, aliquo impediente.

e ¶ Fidelẽ.] sunt qui dicunt ipsos fideles dici, quia fidem habẽt habitu, nõ vsu. i. nõ exercitio, & sic de alijs virtutib. isti sic illud intelligũt, fides illa, q̃, &c. non facit fidelem usu, i. exercitio inf. ea. paruuli. & sic de alijs.

f ¶ Non rem ipsam] sicut virtutem.

Baptismus est sacramẽtum fidei.

3 Quod de istis offerentib. dr̃, non vr̃ esse de substantia. ℞ inf ea. in baptismate in littera rubea Arch.

Item Aug. epist. 23. ad Bonifacium.

¶ Sacramentum fidei, non ipsa fides paruulum facit fidelem. Cap. LXXVI.

Sent. ibid.
Iuo p. 1. c. 187.
Pann. l. 1. c. 56.

Nihil est aliud credere, quam fidem [a] habere, ac per hoc, cum respondetur paruulum credere, qui fidei nondum habet effectum, † respondetur fidem habere [b] propter fidei sacramentum, & conuertere se ad Deũ ꝑ conuersionis sacr̃m: quia & ipsa respõsio ad celebrationẽ † pertinet sacramẽti. *Item infra.* ¶ Paruulum etsi [c] nõ dum fides illa, q̃ in credentiũ uoluntate consistit, iam tñ ipsius fidei sacramentũ [d] fidelem [e] facit. Nam sicut credere respondetur, ita ẽt fidelis vocatur, non rem ipsam [f] mẽte annuendo, † sed ipsius rei sacramentũ percipiẽdo.

† al. effectum
† al. celebritatem. inf. ea. c. quæris.
† al. abnuendo.

Item in lib. 4. de baptismo, c. 24.

¶ Alterius professio non valet ei, qui per se respondere potest. Cap. LXXVII.

Cum pro paruulis alij respõdent, vt impleatur erga eos celebratio sacramenti, valet vtique ad eorum consecrationem, quia ipsi respondere [g] non possunt. At si pro eo, qui respondere potest, alius respondeat, non itidem [h] valet. Ex qua regula illud in Euangelio dictũ est, quod omnes cum legitur, naturaliter mouet, [Aetatem habet, ipse pro se loquatur.]

sup. eo. Baptis. vicẽ.
Sent. ibid.
Iuo p. 1. c. 124.
Pann. l. 1. c. 15.
Ioan. 9.

Cum pro paruulis. CASVS. Dr̃ hic, ꝙ alij rñdẽt pro paruulis vt sacramẽtũ celebretur, & valet pro eis talis responsio, quia per se rñdere non pñt: si aũt possent ꝑ se respõdere, talis respõsio non valeret eis. ꝙ probatur auctoritate Euangelij.

g ¶ Respondere.] sic distinguit lex. ff. de admin. tut. l. 1. §. vlt.

h ¶ Itidem.] i. tñ, & hoc quo ad presumptionem. 4 Arg. ꝙ taciturnitas non habetur pro consensu sup. d. 86. tanta. sup. dist. 27. diaconus. s. dist. 54. si seruus. sed contra sup. 2. q. 6. biduum.

4 Subau. quia non p̃sumit tñ ualere quoad remissionẽ peccatorum Io. de Fant. Tacens nõ cõsentit.

Item August. in homilia 3.

¶ Quare trina mersio in baptismate celebretur. Cap. LXXVIII.

Postquam [i] vos credere promisistis, tertio capita vestra in sacro fonte demersimus. Qui ordo baptismatis duplici [k] mysterij significatione celebratur. Recte. n. tertio mersi estis, qui accepistis baptismũ in noĩe S. Trinitatis. Recte tertio mersi estis, qui accepistis baptismum in noĩe Iesu Christi, qui die tertia resurrexit a mortuis, illa. n. tertio repetita demersio typum dominicæ exprimit sepulturæ? per q̃ Christo consepulti [l] estis in baptismo, & cũ Christo resurrexistis in fide, vt peccatis abluti, in sanctitate virtutum Christum imitando viuatis.

Sent. 4. d. 3.
Iuo p. 1. c. 194.
Pann. l. 1. c. 57.
Rom. 6.

Postquam.] CASVS. In hoc c. duplex rõ assignatur quare hõ ter immergitur in baptismo. Vna est, quia baptizatur in nomine patris & filij & spirit⁹ sancti. Alia est, quia Christ⁹ tertia die resurrexit a mortuis, cum quo etiam moritur in baptismo.

Baptizãdus ter debet immergi.

i ¶ Postquã] de forma baptizãdi & modo tractat vsque ad c. venisti.

k ¶ Duplici.] ẽt ter mergitur, & quia fit inuocatio Trinitatis: quia Christus tertia die resurrexit, ut inf. sequitur.

l ¶ Consepulti.] quantum ad vitia.

Item ex canonibus Apostolorum, c. 50.

¶ De his, qui semel, non tertio in baptismate merguntur. C. LXXIX.

Barc. l. 4. c. 23.
Iuo p. 1. c. 128.
Pann. l. 1. c. 58.
† episcopus aut presbyter. trig.

Si quis presbyter, † aut episcopus nõ trinam mersionẽ [m] vnius mysterij celebret, sed semel mergat ĩ ba-

Secundus casus est, si presbyter cognouit filiam suam spiritualem, quam. s. baptizauit, vel in baptismo, uel in cõfirmatione tenuit, vel quæ sibi confessa fuit: debet pœnitẽtiam agere 12. annis, & etiam debet deponi, si crimen sit manifestum: & peregrinando 5. annis pœniteat. & postea monasterium intret, tota vita sua moraturus ibidem. Episcopus vero qui talia cõmisit pœniteat 15 annis. Ipsa vero mulier debet omnia relinquere, & res suas pauperibus dare & conuersa vsque ad mortem in monasterio Deo seruire. 30. q. 1. si quis sacerdos, & c. non debet.

Tertius est, quod quicunque filiam suam spiritualem, uel matrem cognoscit, septem annis pœniteat, & similiter ei consentientes, 30. q. 1. non oportet.

Quartus est, quod qui contrahit cum aliqua al j desponsata per verba de præsenti, ipsa dimissa 40. dieb. ieiunet in pane, & aqua, & sequentibus septem annis pœniteat extra de sponsa. duo. accepisti

Quintus est, quod qui cognoscit duas con matres, vel sorores, siue vxor viuat, siue non, ad minus 7 annis pœniteat, licet plus deberet. 30. q. 4. si presbyter

Sextus est, quod qui cognouerit monialem, siue deuotam, decem annis pœniteat, & similiter ipsa secundum formam traditam. 27. q. 1. c. de filia. & c. deuotam In quorũ primo c. dicitur, quod si filia epi, vel presbyteri, vel diaconi post votum. i. 1. nne contraxerit matrimonium, non admittitur ad communionem, nisi marito defuncto pœnitentiam egerit, si autem eo viuẽte decesserit, & pœnitentiam egerit, & communionem petierit, tantũ in fine uitæ recipier eam. In secundo

cap. dicitur, quod deuota peccans non est recipienda in ecclesia nisi peccare desierit: & desinens egerit pęnitentiam x. annis, postea recipiatur ad communionem: & antequam in ecclesia admittatur ad orationem ad nullius conuiuium Christianæ mulieris accedat.

Septimus est de eo, qui ignoranter cognoscit duas sorores, vel matrem, & filiam, vel amitam, & neptem, pęniteat septem annis. Si autem scienter, perpetuo priuetur coniugio. 33 q. 1. & 2. s. quis cum duabus.

Octauus est, ꝙ qui duxit in vxorem eam quam polluit per adulterium, pœniteat, v ann. 31. quæst. 1. si qua vidua.

Nonus est, quod qui contra naturam peccauit, si clericus, debet deponi vel religioni tradi, & cum incorrigibilis appareat, ad perpetuam penitentiam peragendam. Si vero sit laicus, a cętu fidelium, vsque ad condignam satisfactionem debet fieri alienus, extra de exces. pręla. clerici. Hoc enim vitium maius est, quam cognoscere matrem 32. quæst. 7. adulterij. & hæc Aug. Adulterij, inquit malum, vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu fornicatio. Peius enim est cum matre, quam cum aliena vxore concumbere, sed omniũ horum pessimum est, quod contra naturam fit, vt si vir membro mulieris non ad hoc concesso voluerit vti hæc Augustinus. Quocumque autem modo tale factum exerceatur, preterquam inter virum, & fœminam ordinate, & in vase debito, vitium contra naturam, & sodomiticum iudicatur, vt dicit Ray.

Decimus est, quòd qui coierit cũ brutis, pœniteat plusquam septem annis, & similiter pro incestu. 32. q. 2. hoc ipsum. & s. seq.

Vndecimus est, quod presbyter, qui interest clandestinis nuptijs, triennio suspẽditur. & si culpa exegerit, grauius puniatur. extra de clandest. despon. cum inhibitio.

Duodecimus est, ꝙ qui votum simplex violauerit, pœniteat tribus annis 37. dist. si vir.

Decimustertius est, quod qui excõmunicatus celebrauerit, debet triennio pœnitere, & per 2. 4. & 6. feriam a vino, & carnibus abstinere. 11. q. 3. de his. De pœna vero degradati celebrantis, habetur distinctio. 50. accedens.

Decimusquartus est, quod homicida voluntarius, sine spe restitutionis deponitur, & pęniteat septem annis 50. dist. miror.

Decimusquintus est, quòd homicida casualis pœniteat v. annis, & hoc secundum Ray. si culpa causam præcessit: aliter non, nisi forte ad cautelam. distin. 50 eos & duobus cap. seq.

Decimussextus est, ꝙ si quis fecerit homicidiũ propter necessitatem euitabilẽ, pęniteat duob. annis. dist 50. c. de his clericis. quæ licet si ineuitabilis esset, in nullo sibi imputaretur. 50. dist. quia te. Quod verum est, quoad culpam, sed bonum esset, quòd pęniteret quo ad cautelam, & innocentiam suam ecclesiæ ostendendam extra de homi. cap. 2. & vltim. Et secundum Ray. forte distingui potest in homicidio necessario, sicut in casuali, & vtrum culpa præcesserit necessitatem vel non. Arg. distin. 50. de his. not. ext. de homic. interfecisti. Sed & si quis per insaniam committat homicidium, non ei imputatur. 3. q. 4. iudicas. quin etiam qui in titu. disciplinæ incaute percutiendo occiderit, deponitur extra de homi. presbyterum. 15. q. 1. si quis non iratus. Sed qui ligatum latronem interficit, deponitur. extra de homi. suscepimus. Qui autem latronem occultum occidit, quem viuum cõprehendere potuit, quadraginta dieb. non intret ecclesiam, & aliàs pœnitere debet. extra eo. tit. c. 2. vbi de hoc dicitur. Qui vero paganum, vel Iudæum occidit, pœniteat quadraginta diebus. dist. 50. c. qui voto odij.

Decimusseptimus est, ꝙ matricida pœniteat 10. annis secundum formam satis aperte traditam. 33. q. 2. latorem. Vxoricidæ vero grauior pœnitentia debet imponi. Talis enim, & qui dominum occidit, nunquam requirat, nec vehiculo portatur, nec matrimonium contrahit, vsque ad 10. annos, carnes non comedit, nec vinum bibit, & alia quæ habentur. 33. q. 2. admonere. & c. quicunque. Imponitur autem pœnitentia maior vxoricidæ, non quia illud peccatum sit grauius isto, sed quia homines promores sunt ad occidendum vxores, quam matres. Maius enim peccatum est occidere matrem, quàm vxorem, vt dicit Bonauen. in 4 Sent. & communiter omnes doctores. Gui. vero Duran. tenet cõtrarium in repertorio, pro eo, ꝙ vxoricidæ imponitur pœnitentia maior. Mihi autem magis placet sententia aliorum. Sed qualem pœnitentiam agere debent, qui filios occidunt? Respon. Aut est certum, quod ipsimet scienter interfecerunt, & sic debet eis imponi pœnitentia maior, quam pro alio homicidio. Argu. extra eod. c. vlt. in tex. & glo. & de homi. cum iuramento. de pœnit. dist. 1. aut facta. In hoc tamen casu vir, vxorem recuperat, quam coactus abiurauerat. & ipsi pœnitentiam agit secũdum arbitrium episcopi, ita ꝙ si habet alios filios pacifice gubernare possit eos uxor. extra eo. intelleximus, ꝙ si virum non habet, induci debet, ut intret religionem, ad quod si non potest induci, tutius est ei dare licentiam nubendi, ut extra eo. ueniens. Et hoc quando timetur de incõtinentia, alias non, vt patet 31. q. 2. in adolescẽtia. Et si pater sit clericus, ab officio altaris debet perpetuo abstinere, & ei grauior quam laico, non tamen publica (nisi ueniat in publicum) pœnitentia debet iniungi, ut extra de pœn. quæsitum. Aut certum est, quòd nõ interfecerũt spõte, nec in culpa fuerunt, sed casu fortuito contingit, & sic de stricto iure in nullo tenentur. Arg. extra de homi. ex litteris. 2. c. Ioãnes. & cap. vlt. Nisi velint ad cautelam pœnitere. In dubio tamen præsumitur, quòd nõ hoc ex certa sciẽtia, sed potius ex incuria prouenerit extra de presump. ad nostram. Aut certum est quod nõ exhibuerunt omnem diligentiam quam potuerunt, & debuerũt, & sic culpa præcessit casum. Et si sit grauis culpa, ut si posuit puerum in medio vtriusque, secundum arbitrium pœnitentiarij imponitur pœnitentia quinque, vel septem annorum 50. dist. si qua fœmina. & c. seq. & c. si quis sponte occulta, si sit occultum: publica, si sit publicum, & maior, si in lecto suffocetur, quam si in cunis, & maior presbytero Græco quam laico, ut habetur extra de pœnit. quæsitum. Et licet dispensetur quo ad pœnitentiam, quæ est arbitraria, & dicitur ibidem, non tamẽ quo ad ordines propter homicidium, quod est delictum enorme, & indispensabile. dist. 50. miror. Si autem culpa quæ præcessit casum, sit leuis, vt si posuit puerum in eodem lecto, longe tamen a se imponitur pœnitentia trium annorum. Secundum hoc intellige illud extra eodem, de infantibus. Monendi ergo sunt parentes, quòd tam tenello secum in vno nõ collocent lecto, ne qualibet negligentia interueniente opprimantur, & suffocentur, vt 2. q. 5. consuluisti. Et hoc modo distinguit Host. & Bern. extra de infan. Quid de illis qui filios, vel seruos suos infantes, vel etiam adultos languidos relegata pietate exponunt, idest, extra se ponunt ante ecclesias, ut aliqui moti misericordia colligant eos? Respon. Tales grauiter peccant: quia cum ignoretur sæpe consanguinitas expositorum, contrahere possent matrimonium cum sorore, vel consanguinea: ideo exponens tenetur de hoc peccato pœnitere, & est puniendus, sicut expositus si scienter cum tali cõtraheret puniretur. extra de poen. officij, secundum Host. Talis enim secundum Ray. est tanquam homicida iudicandus, qui hominem sibi iure coniunctum periculo mortis exponit. Consideratis tamen circũstantijs, & vtrum ob hoc mors secuta fuerit, vel non fuerit,

fuerit, penitentia moderāda erit. Fiunt autem tales irregulares, secundum Ray. si mors inde fit secuta, quia scilicet fuerunt in culpa eos exponendo, uel alimenta negando. Tamen secundum Re. si in nulla culpa sunt, sicut qui forte, nec eleemosynas quærendo, nec aliunde nutrire possunt, irregulares non essent, nec peccarent.

18 Est, quod qui presbyterum interfecit peniteat 12. annis extra de poen. & remis. c. 2. De penitentia uero eius, qui occidit monachum, uel clericum subdiaconum, uel diaconū, habetur 17. q. 4. qui occiderit. De penitentia autem eius, qui machinatur in mortem domini sui, uel in regimen eius, habetur 23. q. ult. §. si quis.

19 Est, quod qui iniuste alium ad mortem accusat, 40. diebus in pane, & aqua per 7. annos ieiunet, & pœniteat, & hoc si accusatus sit occisus. Si autem tantum membrum perdiderit, triēnio peniteat. extra de accu. accusasti. Hostien. vero, & Io. de Deo in ieiunando intellexerunt, quod primus pœniteat per 7. annos, quolibet anno ieiunando 40. diebus in pane, & aqua, secundus uero per tres annos. G. uero Duran. intellexit, prout littera magis sonat, scilicet, quod primus ieiunabit 40. diebus in pane, & aqua: siue continue, siue interpollate, & per 7. annos ieiunabit, & pœnitebit, non tamen in pane, & aqua, sed ad arbitriū presbyteri, secundus uero per tres quadragesimas. Prima ante natalem Domini. Secunda ante Pascha. Tertia ante sanctum Ioannem: has enim instituit beat⁹ Petrus, ut habetur in chronicis. Ieiunabit autem tunc in pane, & aqua. Probantur hæc secundum Hostien. 22. quæstio. 5. capitulo primo, & secundo, & 3.

20 Est, quod periurus 40. diebus in pane, & aqua ieiunet, & 7. annis sequentib⁹ pœniteat, & semper debet esse in pœnitētia, scilicet interiori. 6. quæst. 1. quicunque.

21 Est, quod qui compulsus conditionaliter a domino scienter peierat, si liber fit, 40. diebus in pane, & aqua, & hoc secundum gloss. intellige, uel continue uel interpellate, peniteat 7. annis sequentibus, non tamen in pane, & aqua, ut dicit gloss. Si uero seruus sit eius, qui eum coegit: tribus quadragesimis, & legitimis ferijs. f. 2. 4. & 6. 22. quæst. quinta, qui compulsus.

22 Est, quod qui peierat in manu episcopi, uel in cruce consecrata, pœniteat tribus annis. Si uero in cruce non consecrata, uno anno. Qui uero coactus, & ignorans ignorātia iuris, & postea cognoscit, pœniteat tribus quadragesimis 22. q. 5. c. 2. Qui uero coactus pro uita redimenda, uel qualibet causa, uel necessitate peierat, quia corpus plus quam animam dilexit, tribus quadragesimis pœniteat. ead. q. 5. cap. si quis coactus. Alij inducunt tres annos, & unum ex his in pane, & aqua.

23 Est, quod qui falsum scienter iurat, uel alium iurare cogit, diebus 40. pœniteat in pane, & aqua, & 7. sequentibus annis nunquam sit sine pœnitentia, scilicet interiori. Alij etiam, si conscij fuerint, similiter pœniteant, 22. q. 5. si quis conuictus.

24 Est, quod qui mensurat in falsa mensura. 30. dieb. in pane, & aqua ieiunet. extra de contrahen. emp. ut mensuræ. De pœna uero falsarij litterarū habetur extra eo ad audientiam. & c. dura. & c. falsariorum, de uerb. sig. nouimus.

25 Est, quod qui frangunt pœnitentiam solemnem siue redeundo ad crimina priora, uel similia, siue redeundo ad negotiationem, uel militiam sæcularem, [illegible] interdicta, soli inter ecclesiā fidelibus oratione iunguntur, a communione suspenduntur, a catholicorum conuiuijs separantur, & pœnitere debent 10. annis, & communicent in fine [illegible] 33. q. 2. [illegible] & de pœn. dist. 5. si [illegible]

26 Est, quod qui cantat missam, & non communicat, debet uno anno penitere, & interim missas non cantare. de consecr. dist. 2. relatum.

27 Est, quod presbyter, qui mortuū clericum inuoluit in palla altaris, pœniteat 10. annis, & mensib. 5. diaconus uero triennio, & dimidio. de consec. dist. 1. [illegible]

28 Est, quod qui committit sacrilegium ecclesiam uiolando, uel chrisma, siue calicem sacrum pollutis manibus accipit, uel similia sacrilegia committit, pœniteat 7. annis. Primo anno extra cœmeterium, quod uiolauit cōsistat, secundo anno ante fores ecclesiæ, tertio in ecclesia, & in hoc triennio carnes non comedat: vinum non bibat, nisi in Pasca, uel natali, nō osculat, nec communionem accipiat, quarto anno communicet, & in illo, & in quinto, & in sexto, & in septimo tribus ferijs a carnibus, & uino abstineat ieiunando. decimosecundo. quæstione secunda, de [illegible] Comburens autem ecclesiam, quindecim annis pœniteat, & eam restituat. decimoseptima quæstio. quarta, §. si quis in tantam, de pœna vero raptoris, siue furis rei ecclesiasticæ, & de pœna furis, & effractoris, tam clerici, quam laici habetur eadem quæstione. §. peccata & capitulo, si quis clericus.

29 Est, quod si parentes frangunt sponsalia filiorum, a communione triennio separentur, & similiter filii, si sint in culpa: si tamen filii secundum promissionem factam contraxerint, excusantur utique, scilicet quo ad pœnam ecclesiæ, sed non quo ad reatum ex quo dederunt operam in contrarium 31. q. tertia, si qui parentes. argumen de pœniten. distinctio. 1. si cui.

30 Est, quod qui blasphemauerit publice Deum, vel aliquem sanctorum, & maxime beatam Virginem, illi debet episcopus hanc pœnitentiam iniungere, scilicet ut 7. diebus dominica præ foribus ecclesiæ in manifesto dum missa cantatur, existat, & ultimo illorum dierum dominicorum pallium, & calciamenta deponat, & corrigiam ligatam circa collum habeat, & septem præcedentibus sextis feriis in pane, & aqua ieiunet, ecclesiam nullatenus ingressurus, & quolibet prædictorum dierum tres pauperes, uel duos, vel saltem unum reficiat, si potest, & si non potest hæc pœna in aliam commutetur, quod si renuerit agere omnia supradicta, interdicatur sibi ecclesia, & in morte priuetur ecclesiastica sepultura, extra de maled statuimus. Item blasphemus, si diues fuerit 40. alioquin 30. uel 20. & si ad hoc non sufficit, quinque solidorum vsualis monetæ pœna mulctetur, nullamque misericordiam in hoc habiturus, ut dicitur ibidem, scilicet, quin soluat 5. solidos, quos si non habet, currat per ciuitatem, uel cōmutetur in pœnam aliam temporalem. Hæc autem pœna soluetur ei, qui condemnat, idest potestati sæculari, hanc enim pœnam temporalem præcipit Papa imponi per potestatem temporalem. quod si neglexerit, per episcopū præcipitur cogi. hæc Hostien. Habet autem prædicta pęna locum secundum Goffred. cum quis blasphemat non ex ira, uel ebrietate, vel dementia, quia tunc cum eo mitius ageretur. 2. quæst. 3. si quis iratus. §. notandum. Secundum vero Hostien. hæc pęna est specialiter inducta cōtra eos, qui Deum blasphemant ex ira. Non enim aliquis de leui blasphemat Deum, nisi iratus. Tanta tamen posset esse iracundia, quod æqui pararetur dementiæ, & tunc illud quod dicit Goffred. locum posset habere. hæc Host.

Quid si quis iuret per caput, uel per uentrem, uel per corpus, uel capillum? Respon. Hostien. quod si faciat hoc affirmando, uel iurando, non habet locum hæc pęna, secus est si faciat hoc detestando, uel vituperando, licet iratus. Item secūdum G. ff. & Host. hæc præ dicuntur de pęna temporali, siant iudice pro tribu-

nali ſedente. In iudicio autem animæ presbyter diſcretus molliendo rigorem, diſpenſare poterit ex cauſa circa pœnam ſpiritualem in ſuperiorem. 25 q. 6. pœnitentibus. hæc Hoſtien. Item blaſphemus clericus, maxime presbyter, cogatur ad veniam poſtulandam, quod ſi noluerit, degradetur. diſtinctio. 46. clericus.

Notandum vero, quòd blaſphemus ſecundum leges eſt decapitandus, ut in auth. ut non luxu. contra natu. circa medium. col. 6. Secundum vero canonem antiquum clericus erat degradandus, & laicus excõmunicandus 22 q. 1. ſi quis per capillum. Hodie vero laicus aget pœnitentiam ſupradictam, ſcilicet illius canonis, ſtatuimus. & hoc ſi publice blaſphemauit. Si enim occulte, non pœnitebit publicè, vt puto. Clericus vero hodie eſt coërcendus pœna arbitraria & occulta, non illa quæ eſt publica. Clericus enim publice non debet pœnitere. Si autem rebellis fuerit vel ſæpius hoc commiſerit, locum habet pœna legis ſcilicet vt laicus decapitetur in foro ciuili, & in canonico anathematizetur, idem, eccleſiæ ingreſſus ſibi interdicatur, & in morte priuetur eccleſiaſtica ſepultura, Clericus vero degradetur hæc Hoſtien. tit. de maledicis.

31 Eſt de presbytero, qui reuelat confeſſionem, quòd de iure antiquo debet deponi, & omnibus diebus vitæ ſuæ ignominioſus peregrinari. de pœnit. diſt. 6. ſacerdos

32 Eſt, quòd qui in dicendis horis canonicis, & alijs officijs diuinis diſcrepat a conſuetudine propriæ metropolitanæ eccleſiæ 6 menſibus priuatur communione, ſi hoc accidat ex contemptu. 17. diſtinct. de his.

33 Eſt, quòd Epiſcopus, qui ordinat ſine iuſta cauſa clericum inuitum, aut reclamantem, uel penitus inuitum, abſolute ſuſpenditur anno vno. 74. diſtinctio. cap 1.

34 Eſt, quòd epiſcopus, qui correctionem de venditione miniſteriorum diſſimulat, duobus menſibus presbyter. 4. diaconus. 3. ſubdiaconus, & cæteri ad arbitrium iudicis pœnitere debent. 1. quæſt. 1. quicquid inuiſibilis

35 Eſt, quòd ſortilegus 40. diebus pœniteat. extra de ſortileg. requiſiſti.

36 Eſt, quòd qui videt in aſtrolabio, pœniteat duobus annis. extra de ſorti. ex tenorum

37 Eſt de ſtilla ſanguinis altaris cadentis ſuper terrã, vel aliquid aliud propter negligentiam presbyteri, debet presbyter pœnitere 40. diebus. Si ceciderit ſuper pallio altaris pœniteat 4. diebus, de conſecr. diſt. 2. c. ſi per negligentiam.

38 Eſt, quod ſi aliquis euomit Euchariſtiam propter ebrietatem & voracitatẽ, ſi laicus, pœniteat 40. diebus. Si clericus vel monachus, vel presbyter, uel diaconus, pœniteat 70. diebus. Si epiſcopus, pœniteat 90. diebus Et debet euomitura comburi & iuxta altare collocari. Si vero cauſa infirmitatis euenerit 7. diebus pœniteat. de conſecr. diſt. n. 2. ſi quis propter ebrietatem.

39 Eſt, quãdo mus corrodit, vel comedit corpus Chriſti, de pœnitentia huius caſus inquire, ubi ſit notata. de conſe. diſt. 2. circa finem.

40 Eſt, quod qui domũ vel aream uoluntarie ſuccendit, ſublata uel incenſa omnia reſtituat, & tribus annis pœniteat. extra de iniur. ſi quis domum. Canon tamen dicit, quod ſi ex odio, vel iniuria hoc fecerit, excõmunicari debet, nec abſolui, donec ſatisfecerit, & iurauerit quod ignem de cætero non apponet. Imponitur autem sibi, ut Hieroſolymam uel in Hiſpaniam uadat in Dei ſeruitio, anno integro ibi moraturus. Si quis autem archiepiſcopus uel epiſcopus hoc relaxauerit, damnũ reſtituat, & ab officio epiſcopali per annũ abſtineat. 23. q. 8. peſſimam. Hodie aũt poſtquam ſunt denuntiati, non poſſunt, citra ſedem Apoſtolicam abſolui. extra de ſent. excom. tua nos. Imo tex. loquitur de incendiarijs indiſtincte, poſtquam ſunt publicari. Et Ber. hoc idem dicit expreſſe, & Grat. ext. de ſent. excom. quicunque. & Goff. licet Ro. contrarium dicat. Secundum autem leges, qui in ciuitate data opera incendium fecerit, ſi ſit humilis, ſubijcitur beſtijs, ſi ſit in aliquo gradu, decapitatur, vel in inſulam relegatur. ff. de incen. rui. & nauf. l. fin. Qui vero alibi, ut in villis, vel caſtris remiſſis, ibidem ædes poſitas combuſſerit, ſi hoc dolo fecerit, comburetur. Et hoc intelligendum ſecundum Hoſtien. ſi ſit humilis. Si tamen hoc ex ſua negligentia contigerit, reſarciet damnum, uel ſi minus idoneus ſit, parum vel leuiter caſtigetur. Et nomine ædium omne ædificium continetur, ut ibidem dicitur. l. qui ædes.

41 Eſt, quòd qui dederit uel acceperit cõmunionem ab hæretico, & neſcit hoc eſſe prohibitũ ab eccleſia, & poſtea intelligit, pœniteat vno anno Si autem ſciuit, & neglexit, pœniteat 10. annis, vel ſecundum quoſdam 7. vel ſecũdum alios 5. Qui uero permittit hæreticum miſſam celebrare in Eccleſia catholica per ignorantiam iuris, pœniteat 40. diebus. Si pro reuerentia eius per annum pœniteat. Si pro damnatione eccleſiæ catholicæ, & pro conſuetudine Romanorum proijciatur ab eccleſia ſicut hæreticus, ſi ſit impœnitens, alioqui pœniteat 10 annis. Si autem relicta eccleſia ad hæreticos tranſierit, & alios ad hoc induxerit, pœniteat 12 annis, tribus extra eccleſiam. 7. inter audientes, duobus extra communionẽ, & ſic duodecimo anno cõmunionem, ſiue oblationem percipiat 24. q. 1. ſi quis dederit.

42 Eſt, quòd patronus qui res eccleſiæ dilapidat, uno anno pœniteat. 17. q. 6. c. filijs.

43 Eſt, quod qui domum ſuam magicis, & incantatoribus luſtrat, uel aliud facit, & qui ei hoc conſuluit, annis 5. pœniteat. 26. q. 5. qui diuinatores. & c. non liceat.

44 Eſt, quòd qui pacem cum proximo ſuo non facere iurat, anno uno pœniteat, & ad pacem redeat. 22. q. 2. qui ſacramento.

45 Eſt, quod pro periurio, adulterio, homicidio, dantur pro pœnitentia regulariter 7. anni, & ſimiliter pro fornicatione, licet non ita aſpera pœnitentia iniungatur. 22. q. 1. prędicandum. 33. q. 1. hoc ipſum. & §. ſequenti.

46 Eſt, quod qui ſcienter rebaptizatur, 7. annis pœniteat: & feria 4. & 6. in pane & aqua ieiunando, tres quadrageſimas faciat & hoc ſi fecit pro hæreſi introducenda. Si autem pro munditia, id eſt, pro ſalute corporis obtinenda, ut ex[illegible] apoſta. c. 2 tribus annis pœniteat, de conſ. diſt. 4. qui bis, ex talis qui bis baptizatur, vel confirmatur, ſit de foro eccleſiæ, & cogitur ſicut irregularis. diſt. 86. dictum eſt De pœna autem talium habetur de conſ. diſt. 4. eos. Cuius capituli ſententiam prætermitto gratia breuitatis.

47 Eſt, quòd qui vxorem adulteram cognoſcit antequam pœniteat, 3. annis pœniteat 32. q. 2. ſi quis ſecundo. Qui vero cognoſcit eam pœnitentem ante pœnitentiam peractam, pœniteat 2. annis ea. q. ſi quis primo. Quomodo vero pœnitentia iniungenda ſit mulieri partum alterius ſupponenti, uel etiam de non ſuo viro concipienti, habetur extra de pœnit. & re. officij.

Ad regulas igitur prædictas inſpiciẽdo, poteſt ſtudioſus indagator procedere ad pœnitentias, pro diuerſis criminibus ſecundum canones imponendas, & ex cauſa conſideratis circumſtantijs vt dictum eſt ſupra, moderari poterit eas. Et licet ab ipſo omnes circumſtantiæ ſint diligenter attendendæ, principaliter tamẽ qualitates perſonæ, & præcipue utrum ſit perſona obnoxia alicui aliquo uinculo ſeruitutis. Nam circa tales perſonas cauere debet pro poſſe presbyter, ne talem pœnitentiam eis imponat, per quam illis, quibus ſunt aſtrictæ, præiudicium fiat, maxime

circa

circa coniugatos; vnde si seruus sit, & timore peccauerit, obediens domino suo in atrocioribus, est mitius puniendus. 22. q.5. qui compulsus. obedire tñ non tenebatur in talibus. 11. q.3. si dñs. Si autem voluntarie peccauerit corpore punietur, et acrius, quã alius. 24. q. 1. qui contra pacẽ. Nec est seruo iniungẽda peregrinatio, per quam Dñs eius, qui non est in culpa, illius seruitio defraudetur ext. de sent. exc. relatum. Si vero liber sit, tota pęnitẽtia canonis, si potest facere, debet imponi. 16. q. 1. sacerdotes pęnitentiam. Sed ex causa poterit eam presbyter moderari.

Considerandum etiam erit vtrum sit persona noua in fide, quia nouis in fide minor dẽt ẽt pęnitentia imponi. extra de pœ. & re. Deus qui. Et similiter considerandæ erunt aliæ personarum circunstantiæ, de quibus ad præsens supersedeo gratia breuitatis.

Sciendum autem, ꝙ in foro pœnitentiali dicuntur legitimæ feriæ 2.4. & 6. dist. 81. presbyter. de consecr. d. 3. ieiunia. Aliquid tamen, vt dicit Rom. pro 2. feria ponunt sabbatum.

Insuper notandum est, ꝙ si pęnitentia in pane, & aqua imponatur nõ hñti panẽ, põt loco panis leguminib. & pisciculis vesci: & ẽt alijs, si necessitas illud requirat, ext de pę & re. licet. in tex. & gl. alias non licet.

Notandum ẽt secundum Ioan. si pęnitentia sit imposita a canone, liberatur quis a ieiunio dando denariũ, vel legendo psalterium propria auctoritate. Inno. vero dicit, ꝙ ieiunia necessaria, vt quatuor temporum, & huiusmodi non possunt redimi nisi subsit rationabilis causa, voluntaria vero redimi possunt, etiam sine auctoritate superioris. Ieiunia an possint redimi.

Ad hoc ẽt nota, ꝙ vbi imponitur pęnitentia aliquot annorum, siue quadragesimarum, nec additur quomodo quis debet pęnitere, hoc relinquitur arbitrio presbyteri, cum pęnitentiæ sint arbitrariæ, vt dictũ est sup. ipse enim presbyter arbitrabitur eam per ferias legitimas faciendum secundum canones 50. di. de his clericis. extra. de homi. ca. 2. & in multis alijs iuribus. Et sic intelligitur illud. extra de accus. accusasti. & de spon. dilectus & similia.

Expliciunt Canones pęnitentiales.

CANONES SANCTORVM APOSTOLORVM Per Clementem a Petro Apostolo Romæ ordinatum episcopum in vnum congesti.

1 EPISCOPVS a duobus, aut trib. episcopis ordinator.

2 Presbyter ab vno episcopo ordinator, itẽ diaconus, & reliqui clerici.

3 Si quis epũs, aut presbyter prẽter ordinationem Dñi, q̃ de sacrificio instituit, alia quæpiam, puta aut mel, aut lac, aut pro vino siceră, aut confecta quædã, aut aues, aut aliqua animalia, aut legumina supra altare obtulerit, vt qui contra ordinationẽ Domini faciat, deponitor: excepto nouo frumento, & vua, opportuno tempore. Præterea licitum non esse aliud quid piam admouere ad altare, quam oleum in candelabrum, & incensum oblationis tempore.

4 Omnium aliorum pomorum primitiæ episcopo, & presbyteris domum mittuntor, non super altare. manifestum est autem quod episcopus, & presbyteri inter diaconos, & reliquos clericos eas diuidunt.

5 Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, vxorẽ suã prætextu religionis non abijcito: si abijcit, segregator a communione: si perseuerat, deponitor.

6 Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, sæculares curas non suscipito, alioquin deponitor.

7 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus sanctum diem Paschæ ante vernum æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, deponitor.

8 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quicunque ex sacerdotali consortio, oblatione facta, non communicauerit causam dicito. Et si bona ratione subnixa sit, veniam promeretor. Sin minus dixerit, a communione excluditor, tanquam qui populo auctor offensionis fuerit, & mota contra eum suspicione, qui obtulit.

9 Quicumque fideles ecclesiam ingrediuntur, & scripturas audiunt, neque apud preces, & sanctam communionem permanent: eos tanquam qui ordinis in ecclesia perturbationem inducant, a communione arceri oportet.

10 Si quis cum excommunicato, licet in domo, preces coniunxerit, iste communione priuator.

11 Si quis cum deposito clerico, vt cum clerico, preces coniunxerit, deponitor & ipse.

12 Si quis clericus, aut laicus a communione segregatus, seu nondum in communionem receptus, ad aliã profectus ciuitatem, sine commendatitijs literis receptus fuerit, a communione excluditor tam qui recepit, quam qui receptus est. Si excommunicatus fuerit, in longius illi tempus excommunicatio protenditor.

13 Episcopo, qui parochiam suam dereliquerit, alteri insilire nefas esto, licet a pluribus ad hoc compellatur, nisi rationabilis aliqua causa subsit, quæ hoc ipsum facere vi adigat, nempe ꝙ plus lucri, & vtilitatis his qui illic constituti sint, verbo pietatis conferre possit, neque hoc tamen a seipso, sed multorum episcoporum iudicio, & exhortatione maxima.

14 Si quis presbyter, aut diaconus, aut quicunque tãdem de clericorum cõsortio, relicta parochia sua in aliã se contulerit, & omnino transmigratione facta præter voluntatem sui episcopi in alia parochia moram traxerit, hunc iubemus, ne porro in ministerio publico sit ecclesiæ: maximè si accersente ipsum episcopo eius, redire contemnat, peruerso illic ordine perseuerans, ut laicus tamẽ ibi locorum in communione admittitor.

15 Quod si episcopus, ad quem accesserint, pro nihilo reputata vacationis a ministerio ecclesiastico pęna, quæ contra eos definita est, ipsos vt clericos susceperit, a communione excluditor. vt peruersi ordinis magister.

16 Qui post baptismum duabus implicitus fuit nuptijs, aut concubinam habuit, is episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut denique in consortio sacerdotali esse non potest.

17 Qui viduam duxit, aut diuortio separatam a uiro, aut meretricem, aut ancillam, aut aliquam, quæ publicis mancipata sit spectaculis, episcopus, presbyter, aut diaconus, aut denique ex consortio sacerdotali esse non potest.

18 Qui duas sorores duxit, aut consobrinam, clericus

cus eſſe non poteſt.

19. Clericus, qui fideiuſſiones dat, deponitor.

20. Si quis humana violentia eunuchus factus eſt, aut in perſecutionem amputata ei ſunt virilia, aut ita natus fuit, & dignus eſt, efficitor epiſcopus.

21 Qui ſibi virilia amputauit, clericus non efficitor, ſui enim ipſius homicida eſt, & inimicus creationi Dei.

22. Si quis, cum clericus eſſet, virilia ſibi ipſi amputauerit, deponitor, homicida etenim ſui ipſius eſt.

23. Laicus, qui ſeipſum mutilauit, per tres annos a cõmunione eijcitor puta, quia ipſe vitæ ſuę poſuit inſidias.

24. Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus in fornicatione, aut periurio aut furto deprehẽſus, deponitor, non tamen a communione excluditor. Dicit enim ſcriptura. Bis de eodem de licto vindictam non exiges. Eidem conditioni conſimiliter, & reliqui clerici ſubduntor.

25. Ex his qui cælibes in clerum peruenerunt, iubemus, vt lectores tantum, & cantores (ſi velint) nuptias contrahant.

26. Epiſcopum, aut presbyterum, aut diaconum, qui vel fideles delinquentes, vel infideles iniuriam inferentes percutit, & terrorẽ ipſius per huiuſmodi vult incutere, deponi præcipimus. Nunquam enim dominus hoc nos docuit Imò vero contra, cum ipſe percuteretur, non repercutiebat: cum laceſſeretur conuicijs non regerebat conuicium; cum pateretur, nõ comminabatur.

27. Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ob certa crimina iuſtè depoſitus, attingere miniſteriũ, quod aliquando tractauerat, præſumpſerit: omnino hic ab eccleſia abſcinditor.

28. Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus pecuniæ interuentu hanc dignitatem nactus fuerit, deponitor tam ipſe, quam qui eum ordinauit, & omnino a communione abſcinditor, quemadmodum Simon magus a me Petro.

29. Si quis epiſcopus ſæcularium magiſtratuum familiaritate vſus, per ipſos eccleſiam nactus fuerit, deponitor. ſegregãtor quoq; a communione, quicunq; cum ipſo communionem habent.

30. Si quis presbyter, proprium aſpernatus epiſcopũ, ſeorſum conuenticula egerit, & altare erexerit, cum de nullo crimine epiſcopum in pietate, ac iuſtitia cõdemnarit, deponitor, quaſi qui principatũ ambiat: tyrannus enim eſt. Conſimiliter, & reliqui clerici, qui ſuum illi calculum apponunt. Laici vero a communione ſegregantor. Atque hæc poſt unam, & item alteram, ac tertiam epiſcopi exhortationem fiunto

31. Si quis presbyter, aut diaconus per epiſcopum a communione excluſus ſit, hunc neutiquam ab alio fas eſto ſuſcipi, quam ab eo, qui ipſum a communio excluſit; niſi forte fortuna epiſcopus, qui ipſum a communione ſegregauit, defunctus ſit.

32. Nemo peregrinorum epiſcoporum, aut presbyterorum, aut diaconorum ſine commendatitijs ſuſcipitor literis, & ſi eas obtulerit, attentius in diſquiſitionem vocantor. Et quidem ſi prędicatores pietatis fuerint, ſuſcipiuntor: ſin minus, vbi neceſſaria ipſis ſuppeditaueritis, ad communionem, & vlteriorem ipſos conſuetudinem nequ admittote. multa enim per obreptionem fiunt

33. Cuiuſque gentis epiſcopos oportet ſcire, quinam inter ipſos primus ſit, habereque ipſum quodam modo pro capite neque ſine vllius voluntate quicquam agere inſolitum. illa autem ſola quemque pro ſe tractare, quæ ad parochiam eius, & loca ipſi ſubdita attinent. Sed neque ille citra omnium voluntatem aliquid facito. Ita enim concordia erit, & Deus glorificabitur per Dominum, in ſancto ſpiritu.

34. Epiſcopus extra terminos ſuos in ciuitatibus, & regionibus ſibi non ſubiectis, ordinationes facere non præſumito. Si vero præter uoluntatem eorum, qui ciuitates illas, aut regiones detinent, id feciſſe conuictus fuerit, deponitor tam ipſe, quam etiam ij quos ordinauit.

35. Si quis ordinatus epiſcopus miniſterium, & curam populi ſibi commiſſam non ſuſceperit, hic a cõmunione ſeiunctus eſto tamdiu, donec ſuſceperit, obedientiam accommodans Similiter autem, & presbyter, & diaconus. Si uero non præ voluntate ſua, ſed præ malitia populi non ſuſceperit; maneto ipſe quidem epiſcopus, clerus uero eius ciuitatis a communione ſegregator, eo quod tam inobedientem populum non corripuerint.

36. Bis in anno epiſcoporum celebrator ſynodus, ac pietatis inter ſe dogmata in diſquiſitionem vocãto. neque non in eccleſijs incidentes cõtradictiones dirimunto: ſemel quidem quarta feria † Pentecoſtes ſecundo duodecima Hyperberetei.*

37. Omnium rerum eccleſiaſticarum curam epiſcopus gerito, & eas diſpenſato, quaſi inſpectante Deo. Non licitum autem ei eſto, quidpiam ex iſs ſibi tanquam proprium aſſumere, aut cognatis ſuis elargiri, quæ Deo dedicata ſunt. Quod ſi pauperes illi ſint, ut pauperibus ſubminiſtrato: non tamen horum prætextu res eccleſiæ uenundato.

38. Presbyteri, & diaconi abſque uoluntate epiſcopi nihil peragunto. ipſius enim fidei populus domini commiſſus eſt, & pro eorum animabus ab ipſo repetetur ratio.

39. Manifeſtæ ſunto priuatæ res epiſcopi (ſi modo, & priuatas habet) manifeſtæ item ſunt Dominicæ, ut priuatas quidem res epiſcopus, cum moritur, quibus vult, & quomodo vult relinquendi facultatem habeat: neque occaſione eccleſiaſticarum rerum intercidant res epiſcopi, qui nonnũquam vxorem, & liberos, aut cognatos, aut ſeruos habet. Iuſtum enim eſt apud Deũ pariter, & hoĩes ſimul, ne eccleſia per ignorationem rerum epiſcopi damni aliquid ſuſtineat, ſimul ne epiſcopus, aut cognati eius prætextu eccleſiæ oblædantur, aut etiam qui illum generis proximitate contingunt, incidant in negotia, eiuſque mors implicetur diffamationibus.

40. Præcipimus, ut epiſcopus res eccleſiæ in poteſtate habeat. Nam ſi pretioſæ hominum animæ, fidei eius committendæ ſunt, multo vtique magis oportuerit, & de pecunijs mandatum dare, vt illius arbitratu diſpenſentur, neq; non cum timore Dei, ſummaque ſollicitudine per presbyteros, ac diaconos erogẽtur in pauperes. Percipiat autem, & ipſe (ſi modo indiget) quantum ad neceſſarios ſuos, & hoſpitio exceptorum fratrum vſus opus habet, ne quo modo ipſe poſteriore loco habeatur, quam cæteri. Ordinauit enim lex Dei, ut qui altari inſeruiunt, de altari nutriantur, quando nec milites nũquam ſuis annonis arma hoſtibus inferant.

41. Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui uel aleæ, uel ebrietatibus indulget, vel deſinito, vel deponitor.

42. Subdiaconus, aut cantor, aut lector, qui conſimilia facit: vel deſinito, uel a communione ſeiungitor. Similiter & laici.

43. Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui vſurãs a mutuum accipientibus exigit: vel deſinito, vel deponitor.

44. Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui cum hęreticis preces coniunxerit, duntaxat a communione ſuſpenditor. Si uero etiam ipſos tanquam clericos aliquid agere permiſerit, deponitor.

45. Epiſcopum, aut presbyterum, qui hæreticorum baptiſma, aut ſacrificiũ ſuſceperit deponi præcipimus. Quæ etenim cõuentio inter Chriſtum, & Belial? aut quæ

† al. [illegible]
mada [illegible]
* hy[illegible]
reteu[illegible]
Aſiæ [illegible]
los, [illegible]
ceder[illegible]
Octob[illegible]
cè di[illegible]

quæ particula fideli cum infid eli.

46 Epiſcopus, aut presbyter ſi eum, qui verum baptiſma habeat, iterum baptizauerit: aut pollutum ab impijs non baptizauerit; deponitor, vt qui crucem, & mortem Domini derideat. Neque diſcernat veros ſacerdotes, a ſacerdotibus impoſtoribus.

47 Si quis laicus, cum ſuam a ſe vxorem abijcit, alteram duxerit, aut ab alio dimiſſam, a communione ſegregator.

48 Si quis epiſcopus, aut presbyter ſecundum ordinationem domini non baptizauerit in Patrem, & Filiũ, & Spiritum ſanctum, ſed in tres principio carentes, aut tres filios, aut tres paracletos deponitor.

49 Si quis epiſcopus, aut presbyter in vna initiatione non tres immerſiones, ſed vna duntaxat, quæ in mortem domini detur peregerit, deponitor. Non enim dixit dominus, in mortem meam baptizate: ſed profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti.

50. Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quiuis omnino de ſacerdotali conſortio, nuptijs, & carnibus, & vino abſtinuerit, nõ propterea quo mẽs ad cultum pietatis reddatur exercitatior, ſed propter abominationem, oblitus, quod omnia pulchra valde, & quod maſculum, & fęminam Deus creauit hominem, ſed diffamationibus laceſſens creationem Dei vocat ad calumniam, aut corrigitor, aut deponitor, & ex eccleſia reijcitor. Conſimiliter & laicus.

51 Si quis epiſcopus, aut presbyter eum, qui a peccato reuertitur, nõ recipit, ſed reijcit, deponitor, eo quod Chriſtum offendat, qui dixit, ob vnum peccatorem, qui reſipiſcat, gaudium oboriri in cęlo.

52 Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, carnibus, & vino feſtiuis diebus non vtatur, idque per abominationem, non propter exercitationem ad cultum pietatis, deponitor, tanquam qui cauterio notatam habeat conſcientiam, & multis auctor ſit offendiculi.

53 Si quis clericus in caupona cibum capere deprehẽſus fuerit, a communione excluditor, excepto tamẽ eo, qui neceſſario in itinere in commune diuerterit hoſpitium.

54 Si quis clericus epiſcopum contumelia affecerit, deponitor, principi enim populi tui non maledices.

55 Si quis clericus contumelia affecerit presbyterum, aut diaconum a communione ſegregator.

56 Si quis mancum, aut mutum ſurdumve, aut cæcum, aut eum, cui vitioſus inceſſus eſt, ſubſanaueri., communione priuator. Conſimiliter & laicus.

57 Epiſcopus, aut presbyter, qui negligentius circa clerum, vel populum agit, neque in pietate eos erudit, a communione ſegregator. Si vero in eo ſocordia perſeuerauerit, deponitor.

58 Si quis epiſcopus, aut presbyter, clerico ex inopia laboranti neceſſaria non ſuppeditauerit, a communione reijcitor, ſin perſeuerat, deponitor, vt qui fratrem ſuum necauerit.

59 Si quis falſo inſcriptos impiorum libros tanquam ſacros in eccleſia ad populi, & clerici corruptionem publicauerit, deponitor.

60 Si accuſatio contra fidelem inſtituatur de fornicatione, aut adulterio, aut quacumque alia actione prohibita, & conuictus fuerit, in clerum non perducitor.

61 Si quis clericus per metum humanum, vel Iudæi, vel Græci, vel hæretici negauerit, ſi quidem nomen Chriſti, ab eccleſia reijcitor. ſi vero nomen clerici, deponitor, pęnitentia tamen ductus, vel laicus recipitor.

62 Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicunque ex ſacerdotali conſortio comederit carnes in ſanguine animæ eius, aut a beſtijs abreptum, aut ſuffocatum, deponitor, hoc enim lex prohibuit. Sin vero laicus fuerit a communione excluditor.

63 Si quis clericus, aut laicus, ſynagogam Iudæorum, aut hęreticorum conuenticulum ingreſſus fuerit, vt preces cum illis coniungat, deponitor, & a communione ſecluditor.

64 Si quis clericus in concertatione aliquem pulſauerit, & vno ictu, ac pulſatione interemerit, deponitor propter temeritatem ſuam. Si vero laicus ſit, arceator a communione.

65 Si quis Dominicum diem, aut ſabbatum, vno ſolo dempto, ieiunare deprehendatur, deponitor, ſin laicus, a communione eiicitor.

66 Si quis virginem ſibi non deſponſatam, admota vi detinet, a communione ſuſpẽditor. Non liceat autem eſto ei aliam ducere, ſed eam detineto, quam ſolicitauit, quamuis paupercula ſit.

67 Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ſecũdam ab aliquo ordinationem ſuſceperit, deponitor tam ipſe, quam qui ipſum ordinauit, niſi forte conſtet ordinationem eum habere ab hæreticis. Qui.n. a talibus baptizati, aut ordinati ſunt, hi neque fideles, neque clerici eſſe poſſunt.

68 Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut lector, aut cantor ſacrã Quadrageſimam Paſchę, aut quartam feriam, aut Paraſceuem non ieiunauerit, deponitor, pręterquam ſi imbecillitate impediatur corporis Sin laicus ſit, communione priuator.

69 Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicunque ex clericorum cõſortio cum Iudæis ieiunauerit, aut communem feſtum diem cum ipſis egerit, aut lautia feſti, nempe azyma, aut aliud huius generis ab eis ſuſceperit, deponitor, ſi laicus, a communione ſegregatòr.

70 Si quis Chriſtianus oleum ad ſacra gentilium, aut in ſynagogam Iudæorum in feſtis eorum detulerit, aut lucernas incenderit, a communione excluditor.

71 Si quis clericus, aut laicus ceram, aut oleum, ex ſancta ſurripiat eccleſia, a communione ſeiungitor.

72 Vas aureum, & argenteum ſanctificatum, aut velamen linteumve, nemo amplius in ſuos vſus aſſumito, iniquum enim eſt. Cæterum ſi quis deprehenſus fuerit, excommunicatione mulctator.

73 Epiſcopum de aliquo per fide dignos accuſatum homines ab epiſcopis vocari neceſſarium eſt. Et ſi quidem comparuerit, & confeſſus conuictusve fuerit: cenſura irrogator eccleſiaſtica. Si vero vocatus non obtemperauerit: ſecunda quoque vice vocator; miſſis duobus ad ipſum epiſcopis. Quod ſi per contumaciam ne ſic quidem comparuerit: ſynodus ſuam contra ipſum pronuntiato ſententiam, ne quid tergiuerſando detractandoque iudicium lucrifacere videatur.

74 In dictionem teſtimonij contra epiſcopum, hæreticus non admittitor, ſed neque fidelis, ſi ſolus ſit. In ore enim duorum, aut trium teſtium conſiſtet omne dictum.

75 Item non oportet epiſcopum fratri aut filio, aut alteri cognato humano gratificari affectu. Neq; enim eccleſiam Dei conferre debet in hæredes. Enim uero ſi quis id fecerit, irrita permanero ordinatio, ipſe autem excommunicatione percellitor

76 Si quis oculo defectus, aut obtuſo cruce exiſtat: & dignus ſit, epiſcopus efficitor. non enim mutilatio corporis ipſum polluit, ſed inquinatio animæ.

77 Qui uero mutus ſurdusve, & cæcus eſt, epiſcopus non efficitor, non quia oblæſo corpore eſt, ſed ne eccleſiaſtica impediantur munia.

78 Si quis dæmonem habeat, clericus non efficitor, ſed neque cum fidelibus preces fundito. Mundatus uero recipitor, & ſi dignus fuerit, clericus efficitor.

79 Qui ex uita gentili aduenerit, & baptizatus eſt,

aut ex conuersatione praua, cum iustum non est protinus promoueri in episcopum. Iniurium enim est eum, qui non prius specimen, & documentum de se præbuerit, aliorum doctorẽ existere, nisi alicubi dono diuinæ gratiæ hoc fiat.

80 Dicimus, ꝙ non oporteat episcopum, aut presbyterum publicis se administrationib. immittere, sed vacare, & commodũ se exhibere usibus ecclesiasticis. Animum igitur inducito hoc non facere, aut deponitor. Nemo enim potest duobus dominis seruire, iuxta præceptum Dominicum.

81 Serui in clerum promoueantur citra dominorum uoluntatem: hoc ipsum operatur redhibitionem. Si quando uero seruus quoque gradus ordinatione dignus uideatur, qualis, & noster Onesimus apparuit, & domini consenserint, manuque emiserint, & domo sua ablegauerint, efficitor.

82 Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui militiæ vacauerit, & simul utrumque retinere uoluerit, tam officium Romanum, quam functionem sacredotalem, deponitor. Quæ enim Cæsaris sunt, Cæsari, & quæ Dei Deo.

83 Quisquis Imperatorem, aut magistrum contumelia affecerit, supplicium luito, & quidem si clericus sit, deponitor: si laicus, a communione remouetor.

84 Sunto omnibus uobis, clericis simul, & laicis uenerandi, ac sacri libri, ueteris quidem testamenti Mosis quinque, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesu filij Naue unus, Iudicum unus, Ruth unus, Regum quattuor, Derelictorum ex libro. dierum, duo, Hester unus: De Machabæorum gestis tres, Iob unus. Psalterium unus, Salomonis tres, Prouerbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Prophetarum duodecim, unus Esaiæ, Hieremiæ unus, Ezechiel unus, Daniel unus inquiritor autem a uobis extrinsecus, ut adolescentes uestri addiscant. Item Sapientiam eruditi Syrach. Nostra uero, hoc est noui testamenti, Euangelia quattuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis. Pauli epistolæ quattuordecim: Petri epistolæ duæ, Ioannis tres, Iacobi una, Iudæ una, Clementis epistolæ duæ, & præceptiones, quæ uobis episcopis per me Clementem in libris octo nuncupatæ sunt, quas omnibus publicare non oportet, ob quædam acana, quæ in se continent, Et Actiones nostras Apostolorum.

Finis Apostolicorum Canonum Gregorio Haloandro interprete.

SVMMARIVM SEV Flosculus totius Decreti.



Voniã inter cætera, quæ utilia sunt, prauidi Legistis & Canonistis, qui propter temporis breuitatem seu libri prolixitatẽ, vel penuriam studere in Decretis nequeunt, hoc opus fore utile. Et quia quæ quis bene scit, ita memoriæ commendare non potest, quin obliuioni tradantur: ideo ego Ioannes diaconus Hispanus, professor iuris canonici & ciuilis, ad summariam totius libri, quam breuissime potui Deo suum auxilium præbente, collegi, quæ flos Decreti merito dici potest. Et cum eo quandoque concordantias Decretorum & legũ tam de tex. quam de notatis, ut mihi memoriꝫ occurrebant inserendas decreui. Summaque totius libri hæc est, quia per partes diuisus est. Et prima pars est diuisa in cap. & distinctiones, modos quarum, seu intentionem sigillatim & summarie in hoc opere declarabo. Secunda pars est diuisa in 36. causas, quarum quælibet habet sub se certas & connumeratas species, quarum omnium solutiones, & sententiæ in hoc opere breuiter patefiunt. In hac secunda parte in 36. causas, & quomodo inter ipsas causas inseritur tractatus de pœnitentia, qui a quibusdam, tertia pars ipsius libri dicitur, quod non placet; quia in 7. di. est diuisus, quarum mens in hoc opere breuiter claret & aperte. Tertia & ultim. pars est de consecratione, diuisa in 5. d. quarum mens hic summariæ prælibatur. Sumant itaque domini mei Legistæ & Decretistæ hoc donum sui amici, quod quamuis exiguum, commendatum tamen ab eis, si memores erunt illius dicti quod Philosophus ait: Exiguum munus cum dat tibi pauper amicus, &c. Aliqui ponunt hic uersus. Centum di. & vna, causæ sunt triadena & sex. Pœna tenet septem, de consecr. quoque quinque.

Distinctio prima.



Vmanum genus duobus modis regitur, &c. Tractaturus in hoc libro magister Gratianus de iure canonico, incipiens quasdam iuris diuisiones præmittit usque ad quartam dist. In primis, prima quæstio cum auctoritatibus sequentibus ponit, & probat differentiam, quæ est inter ius diuinum, & humanum, seu legem diuinam, & humanam, quæ est usque ad 1. dist.

Prima distinctio ponit differentiam inter ius scriptum, & non scriptum, & docet certas exceptiones iuris, primo quot modis sumitur, uel accipitur apud Canonistas.

Secunda distinctio ponit. & probat differentias inter leges & plebiscita seu consulta, & de omnibus habetur melius. ff. de iust. & iur. & de legi. & constit. & sequ. per totum.

Tertia dist. docet diffinitiones canonum & differentias eorum.

Quarta distinctio ponit & docet causam, quare factæ sunt leges & canones, & qualiter fieri, & promulgari debeant, & quod de eis, vel in eis promulgari debeat de hoc not. C. de legibus per totum.

Quinta dist. ponit, & exponit differentiam inter ius naturale, & ciuile, & cætera iura.

Sexta distinctio quærit uagando extra materiam aliquantulum, & exponit superfluitatem naturæ, quæ accidit homini in somnis an ad peccatum imputetur.

Septima distinctio ponit, qui fuerunt auctores iuris, & qualiter incepit ius, & hoc melius. ff. de orig. iur. C. de uet. iur. enuc. per totum.

Octaua dist. ponit differentiam inter ius naturale, & consuetudinem, & qualiter consuetudo cedit iuri naturali, & quod ius naturale uincit alia iura, & de hoc extra de consue. per totum. ff. de legi. & const. l. de quibus. & leg. sequentib.

Nona dist. probat, ꝙ quælibet consuetudines debent cedere iuri naturali, & quod ius naturale præiudicat humano.

Decima distin. probatur consuetudines principum, seu leges Canonibus non præponi. ubi autem Euangelijs, atque Canonibus concordauerint, omni reuerentia sunt dignæ de hoc de secun. nupt. c. fi. & de operis noui nun. cap. 1. C. de sacrosan. eccle. priuilegia.

Vndecima distinct. probatur, quod consuetudo, quæ non obuiat legibus uel canonibus, seruanda est, & quod consuetudo praua cedit legi.

Duodecima dist. ponit, quod non licet nouitatem inducere, & alterius quam Romanæ ecclesiæ cõsuetudinem seruari, & quæ consuetudo sit seruanda.

Decimatertia distinct. ponit, quod aduersus ius naturale nulla admittitur dispensatio, nisi forte duo mala urgeant, & necessarium sit alterum eligi.

Decimaquarta distinctio quærit & soluit, utrum liceat nobis minora peccata committere, ut alij grauiora uitent; & dicit quod non de hoc 22. quæst. 2. ne quis arbitretur.

Decimaquinta dist. ponit originem & auctoritatem ecclesiasticarum constitutionum, & quæ opuscula sunt admittenda.

Decimasexta distinct. ponit, quod canones apostolorum sunt recipiendi, & non inter apochrypha numerandi, & generalia concilia, & quorum tempore celebrata sunt, & quorum auctoritas præmineat.

Decimaseptima distinctio ponit, ꝙ generalia concilia non sunt congreganda, nec habent uim nisi auctoritate Apostolicæ sedis.

Decimaoctaua distinctio tractat de concilijs archiepiscoporum, in quibus tractabantur causæ antiquitus, ut hic docetur, & cæterorum prælatorum maxime episcoporum, & quo tempore celebranda sunt, & quantam uim habeant.

Decimanona dist. docet & probat, quod ecclesiasticæ epistolæ canonibus conciliorum pari iure adæquandæ sunt.

Vigesima distin. probatur, quod decretis Romanorum pontificum, & sacris canonibus conciliorum ecclesiæ negotia terminantur in quibus terminandis potestas, & scientia necessaria est, & in quantum præemineant decreta & canones expositionibus aliorum, qui sacram paginam glossarunt. & sic an dicta expositorum sacræ paginæ præferantur constitutionibus Papalibus.

Vigesimaprima distin. probat, qui sunt executores ministri canonũ a maiori, usque ad infimum, & differentias ministrorum locorũ assignat probans, quod maior a minori iudicari non debet & de ecclesiasticis ordinibus, & ipsorum ordine.

Vigesimasecunda dist. docet, quod inter omnes ecclesias Romana obtinet principatum, & quod sunt quattuor patriarchales sedes, & de ordinatione maiorum ecclesiarum, & primatu Romanæ Ecclesiæ.

Vigesimatertia dist. probat, & docet, qualiter quis minister in ecclesia Dei promoueri & ordinari debet incipiens a summo Pontifice, usque ad inferiorem gradum, uel ordinem, qui psalmista appellatur.

Vigesimaquarta & quinta distinct. probat, quid ad episcopum, & qd ad unumquemque inferiorem per-

pertineat & sic de clericorum ordinatorum examinatione, & ꝙ qui est eps sine crimine debet esse, & ibi incipit regula apostoli missa ad Timothæum sub illo capitulo, nunc videndum, & quot modis crimen accipitur, quæ regula apostolica 13. habet capitula, quæ prosequitur usque ad 49. d. & hic prosequitur primum c. in §. nunc autem, & per singulos circa ordinandos.

Vigesimasexta distinctione probatur, quod ordinandi in episcopū, vel sacerdotem, debēt esse vnius vxoris viri, & quod bigamia non tollitur per baptismum, sed peccata delentur. & incipit ibi 2. ca. Apostoli. & de eo tractat usque ad 25. dist.

Vigesimaseptima distinctio probat quod nolentes vouere continentiam ad sacros ordines promouēdi non sint, assignans differentiam inter votum simplex & solenne, & quod promoti ad sacros ordines nec contrahere matrimonium, nec iam contracto uti possunt.

Vigesimaoctaua distinctio probat, quod clericis habere uxorem nō licet in ecclesia occidentali, addens de subdiaconatu, qui olim prohibitus non erat, & in qua ętate, & in quibus ordinibus promouendi sunt, & utrum laicus in episcopum promoueri possit in ca. de sua, & quod laici de clericis etiam malis iudicare nō debent.

Vigesimanona distinctione probatur per plura capitula, quod ex causa, loco & tempore consecrādi sunt canones, per hoc intendens inducere ad concordiam multa capitula, quæ in trib. præmissis proxima dist. discordare videbantur, quorum quidam dicebant, quod clerico licet habere uxorem, quidam a contrario asserebant.

Trigesima dist. probat, extra in terminis de eo quod dicit proxima dist. quod ex causa interpretandi sunt canones.

Trigesimaprima distinctio probat, & ponit exēpla in terminis, qualiter clerici continere debent, & in fine concludit quod ab omnibus est seruanda cōtinentia, preter quam ab orientalibus, & dicit ꝙ cōtinentia clericorum cæpit ex tempore, & ponit de causa continentię, ponens de superstitionib. quorundam hæreticorum coniugia, & quædam alia detestantium.

Trigesimasecunda dist:nct. probat reprobando incontinentiam, & quod a clerico incontinenti non sunt audienda diuina offic. postea probat contrarium, & illud tenet. Item probatur, quod laicus uxoratus potest ex dispensatione habere beneficium, & de cohabi. clericorum & mulierum tractat.

Trigesimatertia dist. probat, quod non solum illi, qui duas uxores habent promouendi non sunt: sed & ille qui unam uxorem habuit, & alteram concubinam, nisi ex dispensatione, uel uxorem tantum meretricem ad sacros ordines promouendus non est, uel illi, qui morbo epileptico, vel demoniaco furore, uel simili, quandoque laborant, seruata dist. ibidem posita in notaris

Trigesimaquarta distinctio ponit, quod oportet episcopum uitare nimiam familiaritatem domesticarum personarum, & quod non licet venari, & iterū reuertitur quod non licet clerico habere concubinam uel uxorem meretricem, etsi laico licet habere concubinam, i. uxorem non solenniter ductam.

Trigesimaquinta distinctio probat quod ordinandum in episcopum oportet esse sobrium, non luxuriosum, & non violentū, & hoc inf. dist. & ponit de pœna ebriosorum.

Trigesimasexta dist. probat, quod oportet episcopum prudentem esse, non solum litterarum peritia, sed etiam sæcularium negotiorum dispensatione, & hoc vltimum melius tractat in 39. distinct.

Trigesimaseptima distinctio. quærit, & ponit quod sæcularibus litteris oportet ordinandum esse eruditum, & vtrum liceat eas addiscere, & respondetur sic, dummodo non ad uoluptatem, sed ad eruditionem eas addiscat, & quare periculosa est ignorantia episcopis, & clericis.

Trigesimaoctaua distinct, probatur quòd litteris debet esse eruditus sacerdos, & canones ignorare non debet, & ultimo reprobat ignorantiam, ponens, quod voluntaria ignorantia omnibus est noxia, & si nesciat loqui bene latinum, non propterea est reprehendendus a scholaribus per c. sedulo.

Trigesimanona distinctio probat, quod scholaribus & sacerdotib. necessaria est notitia sęcularium negotiorum & peritia, & quod nimia simplicitas repellit a promotione, & sunt ibi multa bona capitula approbandum quod bona est scientia.

Quadragesima distin. probat, quod oportet episcopum ornatum esse moribus & uirtutibus, & quod non locus hominem, sed homo locum sanctificat. excepta apostolica sede, & ibi incipit 5. c. apostolicæ regulæ.

Quadragesimaprima distinct. probat quod oportet episcopum esse ornatum in incessu, & habitu. & cibis. de hoc de uita & honestate clericorum. Deus qui.

Quadragesimasecunda dist. probat, quod oportet sacerdotē esse hospitalem. extra de præb. de monachis, & quod in hospitalitate non est habenda delectio personarum. Item quod debet esse pudicus, & ibi sunt 6. cap. apostolicæ regulæ.

Quadragesimatertia dist. probat, ꝙ episcopus debet habere gratiam docendi, & discretionem, ne aut tacenda proferat, aut dicenda taceat.

Quadragesimaquarta distinct. probat quòd non debet esse episcopus, nec sacerdos, nec clericus in commessationibus, & ebrietatibus, nec in conuiuijs, de hoc extra de ui. & honest. cle. à crapula.

Quadragesimaquinta distinct. probat, quod non debet esse episcopus percussor hominum, non ira scibilis, sed patiens, de hoc extra de sent. excommu. uniuersitatis, & eodem titulo, in uoluntate. nec debet per uim homines ad fidem trahere de hoc extra de baptis. & eius effe. maiores. ultra medium, & quod in se disciplinam & misericordiam debet habere.

Quadragesimasexta distin. probat, quod litigiosus non debet esse episcopus, & ponit in principio uerba, Nihil est impudentius arrogantia rusticorum, qui garrulitatem artem putant, & parati ad lites in subiectos tū deintonant, quòd ex arrogantia superbiæ prouenire manifestum est. Item quòd vsurarij vel maledici promouendi non sunt, & est causa quare non debent esse episcopi: quia tales uel sunt adulatores, vel detractores, uel discordiam seminantes, ut extra de cler. maled. per totum. de exces. præla. per totum.

Quadragesimaseptima dist. probat, quòd cupidus, & usurarius non ordinatur, extra de præben. cum iamdudum, & 47. dist. sicut hi. & quod necesse est quod episcopus sit dispositus bene domui suæ, & sciat suos corrigere quantum in se est, tractat in hac distinct. 11. & 12.

Quadragesimaoctaua d. prohibētur neophyti in episcopos promoueri, & quòd ordinate ad ordines ascendendum est. nam casum appetit, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus, per abrupta quærit ascensum, in ead. di. c. fin.

Quadragesimanona di. ponit casus & rationes, quare criminosi & uitiosi non debeant in epos promoueri, qui in prædicta regula apo-

apostolorum in prædictis locis prohibiti fuerant distinctio.2.ali quando nouimus, quod cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. deinde ponit cap. in quo demonstrat, quòd cæci & torto naso, magno, vel paruo promouendi non sunt, & qualiter promotus in episcopum vel prælatum viuere debeat ostendit & sub compendio tractat 13. cap.apostolicæ regulæ de quibus præmisit.

Quinquagesima dist. quærit vtrum criminosi post peractam pœnitẽtiam in proprijs ordinibus remanere vel ad maiores gradus ascẽdere valeant. & probatur quòd sit: quandoque ipso iure, quandoque per dispensationem, vt ibi notatur, quæ est super princip.dist. & eius diffinitione secũdum varias op. de hoc etiam de temp.ord. c.fi vltimo tractat, de homicidis & publice pœnitentibus ad sacros ordines non promouendos: vt extra de bigamis. cap.1.& habetur extra de ho.per totum.

Quinquagesimaprima dist probat ꝙ curiales & rationibus obligati iudices & aduocati promouẽdi non sunt.

Quinquagesimasecunda distinctio tractat de clerico per saltum promoto, qui in ordine suscepto nõ ministrat, nisi prius habeat ordinem quẽ omisit. de hoc tractat extra de clerico per saltum promoto, per totum.

Quinquagesimatertia distin. probat quare curiales & aliter obligati ordinandi non sunt.

Quinquagesimaquarta distinctio probat, quòd serui & Sarraceni promouendi non sunt, & iudæi non possunt habere mancipia christiana.

Quinquagesimaquinta distin. probat, quòd corpore vitiati, illiterati, bigami, sortilegi, serui promouendi non sunt: vel originariæ conditionis nec sollenniter pœnitens, bigamus, & cœteri, &c.

Quinquagesimasexta distinct. probat, quòd ille qui est filius sacerdotis non promouetur, si incontinentiam parentum sectatur, & nisi dispensatione habilis sit.

Quinquagesimaseptima distinctio probat, ꝙ qui baptizatur in ęgritudine, non ordinatur: quia eius fides non est voluntaria.

Quinquagesimaoctaua distin. probat, quòd monachus non debet assumi ad regimen ecclesiæ sæcularis, nisi de licentia sui abbatis, & consensu diœcesani episcopi de hoc plene de capel.mo. cap.1.& c seq.

Quinquagesimanona distin. probat ꝙ qui ecclesiasticis disciplinis imbuti non sunt, per ordinationem ad summum sacerdotium non aspirent, & sic per gradus fiat ascensus seu per ordines.

Sexagesima dist. probato & ostenso a xl.distin.§. nunc autem. quis possit ad sacerdotium promoueri, & quis non probat, & docet ex quibus ordinibus in archiepiscopum vel præpositum vel episcopum sint eligendi de hoc extra de æta.& qualit. a multis. & de elect.cum in cunctis.

Sexagesimaprima distinctio probat, quod laici non sunt in episcopos promouendi vel eligendi, sed per singulos ordines sunt eligendi episcopi & probandi, sed laici bene possunt postulari & quod electio est facienda de propria ecclesia si fieri potest de hoc extra de elec.cum inter.&c. cum magistrum, & ꝙ differentia est inter electionem & postulationem, ut in sequenti §. & visitator non potest de rebus ecclesiæ alienare in §.cui.

Sexagesimasecunda distinct. probat, quòd electio episcoporum facienda est per clericos non per laicos: quia populus docendus est, non sequendus, de hoc plenius de causa possessionis, cum ecclesia.

Sexagesimatertia distinctio probat, quòd nullo modo laici debent se ingerere electioni episcoporum de hoc de elect. quisquis, & capit.sacro, sed electiones iam factæ possunt eis præsentari.

Item quòd electio episcoporũ debet fieri intra tres mẽses, in quibus sedes vacauerit, & a maiori parte capituli, de hoc extra de electione pro defectu. Et ponit de donatione Ludouici Imperatoris facta Romanæ ecclesiæ, & de iuramento quòd Imperator præstat Papæ.

Sexgesimaquarta distinctio, probatur quo tempore, & quibus præsentibus debent episcopi consecrari, de hoc extra de tempo. or. si archiepiscopus.

Sexagesimaquinta distinctio probat quod præsentibus omnibus comprouincialibus episcopis, vel se excusantibus, debet episcopus consecrari ab archiepiscopo, de hoc extra de temp.ordi.si archiepiscopus, & quod primas etiam debet consentire si prouincia habet primatem, de off. ordin. quo in text.& in nota & quòd si omnes episcopi defuerint, ius uniuersitatis tradit vnum.

Sexagesimasexta distinct. probat, ꝙ archiepiscopus ab omnibus comprouincialibus episcopis, est ordinandus, & quòd in consecratione episcopi ad minus debent tres episcopi interesse.

Sexagesimaseptima dist. probat, ꝙ cæteri presbyteri & chorepiscopi & sacerdotes possunt ab uno solo episcopo consecrari vel ordinari & ꝙ solus episcopus potest illũ honorem conferre, sed non solus auferre, de hoc extra de transac. c.2.in princip.

Sexagesimaoctaua distinct. probat, ꝙ illi qui sunt ordinati ab illis quos non constat esse episcopos iterum sunt ordinandi. Item de ecclesijs de hoc titulo de baptismo c 1.& de consecratione eccl. c. 1 & 2. & quare chorepiscopi sunt remoti, & ꝙ non sunt episcopi, quia minus quam a tribus sunt consecrati.

Sexagesimanona dist. probat, ꝙ prima tonsura clerici de manu abbatis suscipi potest. de hoc ext. de sup.negl.prælat c. . & de ętate & quali. cum contingat. nec ab episcopo alterius ciuitatis, nec a suo absolute clericus ordinari debet.

Septuagesima dist probat, ꝙ clericus sine titulo ordinati non debet, & ꝙ clericus non potest habere nisi unum titulum, per cap. sanctorum, de quo habetur, extra de electio.dudum. & de ætate & qualitate.eam te.

Septuagesimaprima dist. probatur quòd episcopus alterius ciuitatis potest ordinare clericos alienos, cum literis proprij episcopi.de hoc extra de temp.ord.

Septuagesimasecunda distinct. probatur, quòd episcopus non debet dare litteras dimissorias suis clericis nisi rogatus, & ponit formam ipsarum litterarum de quibus habetur, de cler. peregr. per totum, & de cle.non resi.fraternitati.

Septuagesimatertia distinc. probat qualiter litteræ, formatæ & dimissoriæ fiant.

Septuagesimaquarta distin. probatur, quòd clerici inuiti ordinandi sunt per subtractionem beneficiorum, extra de electionibus cum in cunctis, ultra medium. & de ætate & qualitate.capitul. quæris.

Septuagesimaquinta distinct. probatur, quod die dominico debet episcopus consecrari, & intra tres menses, & hoc habetur extra de tempor. ordin. litteras. & ꝙ cæterorum clericorum ordinationes debent fieri in sabbato quattuor temporum, de quo extra de tempo. ordinan. capit. tertio.

Septuagesimasexta distinct. probat quare prædicta quattuor tempora sunt ieiunanda, & quibus temporibus sint celebranda.

Septuagesimaseptima distinct. probat qualiter clerici sunt per gradus ordinandi, & de interstitijs tempo-

temporum, & de ætate ordinandorum vſque ad epiſcopum.

Septuageſimaoctaua diſtinctio. docetur, qua ætate ſunt ſacerdotes ordinandi, de hoc extra de electio. cum in cunctis, & de ęta. & qual. per totum.

Septuageſimanona diſtinctio. probatur, quòd electio ſummi pontificis fienda eſt a ſolis Cardinalibus, de elect. licet, & vnus de Cardinalibus viuente apoſtolico, electionē non tractet & per quam gradum quis ſit promouendus in Cardinalem, & quæ electio præualeat.

Octuageſima diſt. docetur, in quibus locis debeant primates & patriarchæ inſtitui. & in quibus epiſcopi, & ꝙ non multum debet diſtare vna ſedes epiſcopalis ab altera, de hoc extra de priuil. c. 1. & quo tēpore primates ſunt inſtituti.

Octuageſimaprima diſtinc. incipit ſub epilogo dare etiam quæ docuit a 25. diſtin. de regula apoſtolica, & de hoc tractat vſque ad 28. diſtin. c. 3. & ſub epilogo alio ordine reiterat, cap. apo. regulæ & docet quòd ordinādus in epiſcopum debet eſſe ſine crimine, nec dēnt clerici mulierib. cohabitare. & in ipſa docet pro quib. criminibus ſint ipſi prēlati deponendi, & in monaſterijs ponendi, & an ipſo facto ſint depoſiti de ui. & ho. per totum.

Octuageſimaſecunda diſtin. docet ꝙ epiſcopus hic, qui ſuis manibus laborare non poſſunt prouidere debet, & videtur repetere illa, vnius vxoris virum, & de cōtinentia clericorum, & de incōtinentia punienda, & de pœnitentia, & diſpen. quæ cum eis fieri poterit, & de fornicationis peccato, ſeu alijs criminibus de hoc extra de iud. at ſi.

Octuageſimatertia diſtinct. docetur ꝙ prælatus non ſolum immunis a peccato eſſe debet, ſed etiam peccatis aliorū cōſentire non debet: quia error cui non reſiſtitur approbatur, de hoc extra de homi. ſicut dignum, & nihil miſerius tali prælato.

Octuageſimaquarta diſtinct. docetur, quod debet eſſe vigilans circa defenſionem pauperum, releuationem oppreſſorum, & curationem monaſteriorū, & iterum de munditia caſtitatis, quæ dēt eſſe in clericis.

Octuageſimaquinta diſtin. tractatur de hoſpitalitate clericorum inquantum eſt eis neceſſaria: quia ſi ab eo inueniantur alieni, iure prohibentur ordinari, extra de præbendis, cum iam dudum.

Octuageſimaſexta diſtin. probatur ꝙ epiſcopum oportet eſſe doctorem, vt ſciat corrigere ſubditos, & ꝙ doctrina ſua debet preſeferre ſacram ſcripturam non literas ſæculares. Item liberalem patientibus neceſſitatem, non tamen hiſtrionibus. Item non percuſſorem, non uenatorem, clementem & compati calamitatibus, non credere facile, operib. illicitis nō inſtare, non turpis lucri cupidus ſit, ſubueniat uiduis, pupillis, & oppreſſis, nec ad vindictam facilis.

Octuageſimaſeptima diſtin. probatur ꝙ uiduis, orphanis, & oppreſſis epiſcopus debet dare ſubſidiū & pugillis.

Octuageſimaoctaua diſtinc probatur, quòd cuncti cupiditatis cauſa negotiatores eſſe non debent, ſed pietatis cauſam curam orphanis, & vicinis impendere. extra ne cler. uel mo. c. 5. de vita & hone. clericorum c. fi.

Octuageſimanona diſtinct. probat, ꝙ ideo oportet epiſcopum eſſe domi ſuæ bene præpoſitum, ut ſciat in diſpenſatione ueram eccleſiæ regulam eſſe obſernandā, ꝙ ſingula officia ſingulis perſonis committat: & ꝙ œconomum uel vicedominū habere debet, & quòd propinquis, vel fauore ſibi coniunctis nō cōmittat eccleſiaſtica officia, ſed ſint diſtincta ſacramenta Dei.

Nonageſima diſt. probatur, quare religioſus ordinandus eſt, & qualiter litigioſi corripiendi ſunt & non ordinandi: & quorum oblationes non ſunt recipiendæ murmurans & contriſtans.

Nonageſimaprima diſtin. probatur qualiter clerici teneantur dicere horas ſuas: & ꝙ etiam, ſi ſibi ſua beneficia non ſufficiant, ꝙ poſſint ſibi quærere neceſſaria artificio ſuo licito de hoc ext. de cle. uel monac. c. 1.

Nonageſimaſecunda diſt. probatur ꝙ magis corde quam uocibus cantandum eſt in eccleſia Dei, & non cum organo, uel melodijs ut populum delectet. ſed contrarium de conſuetudine ſeruatur. Item ꝙ epiſcopi ſi non recipiuntur a diœceſi ſua, poſſunt in alijs ſuis parochijs officium presbyteri exercere, & priora officia & beneficia retinere, quouſque recipiantur, extra de electio. cum in cunctis.

Nonageſimatertia diſtinct. probatur, ꝙ obedientiam inferiores maioribus debent, & ꝙ nullus debet communicare inimicis Romanæ eccleſiæ. Item omnes epiſcopi, qui ſunt propinqui ei, debent eam ſemel in anno uiſitare per ſe, cæteri uero per nuncios extra de iureiuran. ego N. reliqui minores in eccleſia ſemper debent ſubeſſe maioribus, niſi minor locum maioris teneat, uel tenuerit, extra de maior. & obedien. capitulo ſecundo, & capitulo ſtatuimus. & quanta differentia ſit inter presbyteros & diaconos & quanta inter epiſcopos & presbyteros.

Nonageſimaquarta diſtinctio. probatur, quòd maior in officio poteſt committere minori vices ſuas, ita quod legati ſedis apoſtolicæ impediendi non ſunt: & impedientes ſunt excommunicandi, & quam poteſtatem habet Archidiaconos ſuper presbyteros parochialium eccleſiarum.

Nonageſimaquinta diſtinctio. probatur, quod etiam præſentibus epiſcopis poſſunt presbyteri, quāuis ei ſubditi, ſacra myſteria celebrare & prædicare, & quòd olim idem erat presbyter & epiſcopus, & qualiter ipſi epiſcopi debeant a ſuis clericis reuereri, quia in eccleſia debent ſedere epiſcopi in ſubl. miori ſede, ſed in domo ſunt eius ſocij: & presbyteri chriſmate poſſunt ungere infirmos.

Nonageſimaſexta diſtinctio. probatur, quod laicis etiam imperatoribus non eſt aliqua tributa facultas ordinandi aliquem, uel iudicandi de rebus eccleſiarum, & qualiter ſacerdotium, & imperium ſint diſtincta ab ipſo Deo, de hoc extra de iudic. nouit. de maior. & obedient. ſolitæ. & de donatione Conſtantini.

Nonageſimaſeptima diſtinctione probatur, quod precibus eccleſiæ imperator & cæteri principes poſſunt in præſumptores animaduertere, & eccleſiam iuuare de hoc in capitulo primo, de officio ord.

Nonageſimaoctaua diſtinctione, oſtenſo ſuperius, quales & qui ſint in clericos promouendi, ponit qualiter clerici peregrini & vltramarini ſine teſtimonio. v. epiſcoporum recipiendi nō ſunt. de hoc extra de cler. peregr. per totum.

Nonageſimanona diſtinctio. docet iterum, & plenius de primatibus & poteſtate eorum, qualiter ſolo nomine differunt a patriarchis, & quod maiores ſint epiſcopis de hoc extra de officio ordinarij, duo & de diuiſione prouinciarū aliquid dicit.

Centeſima diſtinctio tractat de pallio & uſu eius, de quo habetur de electione, ſignificaſti. & cap. quod ſicut. & de transla. capitulo ſecundo, de vſupal. per totum.

Centeſimaprima diſtinctio. probatur, quod una prouincia non debet diuidi in duas, & hoc extra de præben. maioribus, nec vna prouincia dēt habere duos archi-

archiepiscopos. Et finitur prima pars Decreti. Deinde ordinat causas, quarum prima de simoniaco, & ordinationibus tractat, eo quod de elec. ecclesiastica, & de ordinibus superius sufficienter monstratum erat.

Causa prima.

Quidam habens filium obtulit eum ditissimo Cœnobio, exactus ab Abbate & fratribus, decem libras soluit.

HAec est prima causa, tractans de simonia, quod inter cætera crimina maximum est, & in sequentib. du. b. causis, de criminalibus tractabit simpliciter, præmittens Grat. has tres causas criminales. Et habet hæc causa. 7. q. & incidētia quadam extra simoniam moretuo interferens.

In prima quæritur, an sit peccatum emere spiritualia, Gratianus primo allegat ad probandum quod sic vsque ad §. sed obijcitur. Ibi in contrarium obijcit, & tres facit obiectiones, quib. respondet, & responsiones auctoritatibus probat, probans quod ordinationes ab hæreticis factæ, dummodo in forma ecclesiæ tenēt, distinguens in §. signo, inter sacramentum necessitatis, & sacramentum dignitatis, & eam prosequitur usque ad §. ex his. ibi transfert se ad hæreticos, & de eorum sacramentis [illegible] usque ad §. constat, ibi ad principale propositum redit, & tract [illegible] usque ad [illegible] quæstionis, & de hoc, ext. de si[illegible] & de renun. nisi [illegible] pridem. super. §. secundo. Probat etiam qualiter simoniaci [illegible] in ordinatos [illegible] dispensatur & quidam non, & in tractatu de hæreticis, tractat incidenter de baptismo, & eius effectu. de hoc extra de baptismo, per totum, & de Eucharistia de quo [illegible] de celeb. miss. per totum. Tractat etiam incidenter, quod non sunt sacramenta in peccatoribus prælatis recipienda, usque ad §. duo autem. de quo extra, de vita & honestate cleric. uestra. deinde accedit ad probandum per cap. quidam dicunt. & §. obijcitur, quod baptisma, & ordines bene conferuntur ab hæretico, dummodo in forma ecclesiæ, sed non ad effectum uel executionem, nisi ignoranter recipiantur: quia tunc bene quo ad executionem & effectum conferuntur, usque ad §. constat. A §. constat. vsque ad §. sicut probatur, quod pro nullo sacramento recipi potest pecunia, nedum pro ordinatione de quo extra de simonia non satis. & eodem tit. cum in ecclesiæ. & cap. cum sit Romana. Post modum distinguit inter illos, qui scienter a simonicis ordinantur: & illos qui ignoranter, & de pœna: & ignorantia eorum; in c. statuimus prob. ns in capitulo, ordinationes. quot modis simonia committatur: quia aliud est munus ob obsequia: &c. & in c. sunt nonnulli. dicens ad finem quæstionis, quod qui ab ordinando, vel eligendo recipit pecuniam, vel dat, puniri debet sicut qui promittit pecuniam ob [illegible] dum, vel ob iudicandum, uel ob testimonium ferendum, uel non ferendum, punitur quasi simoniam committat, vt 1. quæstio. 3. videntes

Secunda quęstio. quæritur, utrum pro ingressu monasterij pecunia sit exigenda, uel etiam exacta persoluenda? docetur quod non ostendens primo, quod ecclesia non debet construi, nisi primo dos ei constituatur, de hoc extra de eccl. ædi. c. pen. Si tamen aliquid sine petitione fuerit oblatum, recipi potest. de hoc extra de simon. & si quæstiones in authent. de sanctiss. episc. §. si quis autem clericos. probat insuper, quod beneficia ecclesiastica non sunt danda diuitibus, sed pauperibus, per cap. clericos. & capit. pastor. qui alias vnde viuat habet, & qui beneficium ecclesiæ receperit, sacrilegium committit, & iudicium sibi manducat, & bibit.

Tertia quæstio. quæritur, an ingressum ecclesiæ vel præbendam emere sit simoniacum, docetur quod sic: quia nec speciale, nec spiritui [illegible] annexum emere licet, nisi in [illegible] quibus habetur extra [illegible] suas, quere lam, & hic in not. pri. & super cap. [illegible] Item de pœna talium ementium, & vendentium ostendit, docet etiam, quod si iudex pro iudicando pecuniam receperit, simoniam committit per cap. vendentes. de hoc extra de vita & honestate clericorum, cum ab omni, & Innocen. super cap. non solum.

Quarta quæst. quæritur, an paternum crimen filio imputetur, quod eo ignorante constat esse admissum. docetur primo, quod ignorantia excusat multis auctoritatibus [illegible] filij imitantur vitia paterna, uel [illegible] quantum ad eos peruenit ext. de renun. nisi cum pridem, vltra medium, de vsuris. ita distinguens, in §. notandum, inter ignorantiam iuris & facti, & iuris ciuilis & naturalis de hoc habetur. extra de epi. qui re. epi. c. 1.

Quinta quęst. quæritur, an liceat ei esse in ecclesia, uel fungi eo ordine, quem sic paterna pecunia est assecutus, probatur quod sic. dispensatiue renuncianda episcopatu. de hoc ext. de simo. nobis, præsunt etiam promoueri isti ignorantes, & etiam dicendum est si per [illegible] etiam arctetur simoniam intercedere, ut in c si.

Sexta quæst. quæritur, utrum illi, qui ab isto simoniaco ignoranter ordinem receperunt sint abijciendi? respondetur quod non, per ca. si quis. quod [illegible] q. huius causæ, si quis a simoniacis. Item docetur in eadem quæstione, quod dare aliquid ut eligantur, uel ut electio eius confirmetur, simoniacum est per cap. sicut is inuitus, & C. de epis. & cler. si quem quam.

Septima quæstio. quæritur, an iste renuncians suæ hæresi sit recipiēdus iterum in episcopali dignitate suadente ecclesiæ necessitate, uel utilitate, & ibi super §. nisi rigor. tractatur de dispensatione ad plenum, tractatur etiam de hæreticis quando reuertuntur ad ecclesiam, & qualiter, & sub qua forma recipiendi sunt, & quod necessaria est quandoque dispensatio, per capit. dispensationes. ad finem probat, qualiter ordinati ab ecclesia sint ab hæreticis recipiendi, concludens per cap. si. quod cætera crimina respectu simoniacæ prauitatis pro nihilo reputantur. de hoc ex de sim. c. tanta.

Causa secunda.

Quæritur, quidam episcopus delapsu carnis a laico impetitur; Duo monachi, vnus, &c.

ISta causa habet 8. quæstiones. In prima quæst. tractatur, qualiter circa iudicia, & causas in occultis, & qualiter in notorijs sit procedendum.

Secunda quæ. tractatur quod spoliatus ante restitutionem suis spoliatorib respondere non cogitur, de hoc ext de ordine cognitio.

Tertia quæst. tractatur, qua pœna feriendi sunt calumniatores, & de abolitionibus, de hoc ext. de accusatio. super his, & de collusione.

Quarta quæst. tractatur, quot testes in qualibet causa sufficiant, de hoc melius de test. per totum ti. & præsertim in c. licet.

Quinta

Quinta quæst. tractatur de purgatione canonica & vulgari. de hoc melius, extra de purgatione canonica & vulgari.
Sexta quæstio. tractatur qualiter & quando sit appellandum, de hoc ext. de appellationibus, & C. & ff. & in auth.
Septima quæst. probatur quod laici contra clericos, in accusatione regulariter audiendi non sunt, nec inferior clericus contra maiorem de hoc. ext de hære. excō municamus. de testi. de cætero, & de accus. c. 1.
Octaua quæst. ponitur, qualiter accusans se debet subscribere, & libellum formare, de hoc extra de procur. c. tuæ.

Causa tertia.

Quidam episcopus de propria sede deiectus est, petit restitui, post restitutionem, &c.

HAec est tertia Causa, in qua tractat in sui principio. de restit. spol. & habet 11. quæst.
In prima quæritur, an restitutio sit danda omnibus spoliatis, probatur quod spoliati restituendi sūt ante ingressum causæ principalis, de hoc, extra de restit. spolia. per totum.
Secunda quæst. tractatur de inducijs, quæ debent dari ipsis restitutis, antequam ad iudiciū reuocentur, & dic breuiter hodie, ꝙ sunt arbitrariæ docetur in fine, quod cum agitur contra prælatū de dilapidatione, interim debet more tutorum, uel curatorum ab officio suspendi. de hoc extra de offic deleg. venerabili. & de simo. licet Heli.
Tertia quæst. probatur, quod induciæ sunt dandæ, postquam ad iudicium sunt uocati.
Quarta quæst. probatur: ꝙ infames & non legitime cōiuncti ad accusationem admitti non debent, & generaliter, qui admittendi non sint ad accusationem.
Quinta quæst. tractatur ꝙ testes de domo actorum producendi non sunt, & etiam de suspectis iudicibus tractat. & de testib. & qui a testimonio, & de accusatione repellantur. de hoc ext. de accus. c. 1. & de testib. c. fi.
Sexta quæst. probatur, ꝙ actor dēt sequi forum rei, & quod nemo de prouincia in prouinciam debet in ius vocari, sed hæc quæstio plenius examinatur, extra de foro compet. per totum, & de rapto. c. 1. & quod episcopi deponendi non sunt, nisi auctoritate Papæ, & quod alij iudices uel prælati vocati sunt in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis.
Septima quæst. probatur, quod criminosi & infames iudices alio rum esse non debent, nec aduocati, & super hoc inducit totum titulum ff de postula. & C. tamen dum in administratione tolerantur, non potest eorum iudicium declinari, & de hoc plenius de postula. C. ff. & ext. de rescri. sciscitatus.
Octaua quæst. probatur, quando ad episcopum deponendum accusatum, ad minus debent interesse duodecim episcopi, cum metropolitano ut testes, non ut iudices, de hoc extra de re iudi. c. non potest.
Nona quæst. docetur, quod accusatus contra accusatum absentem vel testis in absentia illius cōtra quem deponit, audiendi non sunt, & qualiter testes, de quib. deponere debent sunt, instruendi. de hoc extra de test. c. 1.
Decima quęst. probatur, quòd testis uel accusator, qui differūt in vno casu, in alio audiendi non sunt, quia præsumuntur calumniosi, de hoc ext. de accus. cum F.
Vndecima quæst. probatur, quod in criminibus reaccusatio non habet locum, nisi in casibus, de hoc melius. C. qui accusare non possunt l. 1. & l. neganda, & extra de iud. at si clerici.

Causa quarta.

Quidam vir in excommunicatione constitutus episcopum accusare disponit, &c.

HAec est quarta Causa, & habet sex qōnes. In prima quæritur vtrum excōmunicatus possit aliquem accusare, & probatur, qđ non, de hoc, extra de iud. intelleximus.
Secūda & tertia quæst. in simul examinantur, & tractant, qui & quales, & qua ætate debeant esse testes & qualiter examinari dēant de hoc plenius. ff & C. de test. & ext. de testi. & per totum.
Quarta quæst. tractatur, quod in iudicio quattuor personæ sunt necessariæ. Et quod alius debet esse accusator, & alius testis. Et ꝙ inscriptio in accusatione præcedere debet, nisi in casibus, de quib. ext. de verb. sig. forus & de accus. super his.
Quinta quæst. tractatur. ꝙ si accusator ad diem ei terminum sibi assignatum non uenerit, potest excommunicari de hoc, ut hic nō contest. per totum, de verb. sign. ex parte.
Sexta quæst. tractatur, ꝙ illi qui ab accusatione repelluntur si tamen uel suorum iniuriam prosequantur, bene admittuntur de hoc ext. de testi. de cetero.

Causa quinta.

Infamia cuiusdam episcopi chartula accusatoris inscribitur, &c.

HAec est quinta Causa, & habet sex quæstio. In prima quæstio. tractatur qua pœna feriendi sunt, qui libellos famosos in occulto contra aliquem scribunt, de hoc C. de fal. libel. per totum.
In secunda quæst. probatur, ꝙ reus edictis legitimis dēt uocari ad causam antequam in eū sententia condemnationis proferatur. de hoc extra de dolo. & contum per totum, & de malo. & obed inter quattuor. ff. de iud. l. ad peremptorium. cum l. seq.
Tertia quæst probatur, quod in criminalibus causis non potest interuenire procurator, & nec ad allegandum causas absentiæ, de hoc plenius. ff. de procur. seruum. §. publice extra de accusationib. veniens.
Quarta quæst. probatur, quod episcopus absque synodali audiētia & auctoritate apostolica, cōdemnandus non est, & cum fuerit in synodo, debet mitissima relatione uerborum factum suum proponere, non indiscretis uocibus perstrepere, quod si fecerit, debet de concilio expelli, ut exeat iurgium cum eo.
Quinta quæst. probatur, quod non debet aliquis reputari inimicus eo quod accusat, quia non omnis qui osculatur, est amicus, & non omnis qui verberat est inimicus.
Sexta quæst. docet, qua pęna feriendi sunt accusatores, qui non probant quod intendunt, de hoc tractauerat. 2. q. 3.

Causa sexta.

Duo fornicatores, & infamia notati quendam religiosum episcopum de simonia, &c.

HAec est sexta Causa, & habet quinque quæst.
In prima tractat, an infames & criminosi ad accusationem episcopi sunt admittendi. Et ostendit quod

quòd non: nisi forte in exceptis criminibus, puta in simonia, uel in crimine læsæ maiestatis, & hæresis. Et ostendit quòd maiores a minoribus accusandi non sunt, nec iudicandi: quia non est discipulus supra magistrum. Et ponit qui sint infames, probans quòd quādoque detractio (licet in se mala sit) à Deo permittitur, ne in superbiam eleuetur quandoque.

Secunda quæstione probatur, quod non creditur episcopo soli si dicere voluerit aduersarium suum criminosum, vel quòd hoc ei cōfessus fuerit de hoc extra de testi. licet & de offi. ord. si sacerdos.

Tertia quæstione probatur, quòd non licet episcopo accusato ire ad Archiepiscopum alterius prouinciæ [illegible] ligare vel soluere, nisi in casu extra de rap. c. 1. & [illegible] quæ dicatur prouincia, & quot episcopos [illegible].

Quarta [illegible] probatur quòd si contingat episcopos & Archiepiscopū [illegible] episcopus [illegible] pus [illegible] quibus [illegible] piscopis reuocatum est, [illegible] eis quæstio [illegible] prouincia habet [illegible] ad eum, quorum [illegible] sententia tenebit, [illegible] ad [illegible] fuerit appellatum, de hoc extra de re iud. c. si.

Quinta quæstione probatur quòd deficiente accusatore [illegible] non est cogendus ad purgationem, nisi fuerit infamatus: quia accusatore non probante, &c. extra de accu. cum P. & de purg. can. per totum, de simo. de hoc, in fi. & c. sequenti.

Causa septima.

Quidam episcopus longa ęgritudine grauatus, sibi alium institui rogauit: cuius precibus, &c.

HAec est septima causa, & habet duas quæstiones.

In prima quęstione tractat de clerico ægrotante. In sui principio ponit, quòd in ecclesia sua alter assumendus non est quantumcumq; sit tēpore infirmus, Imò schismaticus dicitur, qui se ad hoc ingerit vsque ad §. ecce. Sed eo pereat forsan infirmitate grauato, surrogetur alius ei, vel detur ei coadiutor, & si quis deficit in medio missæ, alius sacerdos, qui debet ei assistere, compleat sacramentum. Item quod episcopi vel cæteri prælati non dent deserere ecclesias suas, & ire ad alienas, de hoc de cle. ęgro. & de cle. non resi. per totum & de transla. quanto. Item quod non debet eis pretium constitui, ponens casus quibus prælato uiuente, potest alius substitui, de quo habetur extra. de ren. nisi cū pridem, & c. post translationem.

Secunda quęstione probatur, quòd episcopus ex quo renuntiauit, & alius substitutus est. postea episcopatum suum recuperare non potest: celebrationem missarum, si causa infirmitatis dimiserit valetudine recuperata, exequi non prohibemus.

Causa octaua.

Quidam episcopus agens in extremis, successorem sibi ex testamento instituit, &c.

HAec est octaua Causa: & habet quinque quærit. Et hæc causa [illegible] ab illo cap. quod est supra causa proxima, quæ. 1. [illegible] concessum cuidā episcopo sibi eligere successorē,

In prima quæstio. probatur, quòd nullus [illegible] debet, vel potest [illegible] successorem: quia ecclesia Dei iure hæreditario possideri non debet, & de hoc usque ad [illegible] his omnibus de hoc extra [illegible] presby. conquerente. Deinde quædam adiungit ad electionem pertinentia, probans, quòd electus electionem non debet respuere, & qualiter eligi debeat de hoc habetur C. de epis. & cle. [illegible] quemquam, & de renun. nisi cū pridem. Et hoc propter bonū obedientiæ, quod magnum est, de quo extra de ma. & obed. c. 2. & qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Interserit qualis & qualiter eligi debeat, vsque ad §. cum autem, probans etiam, quod quandoq; eliguntur mali prælati, propter peccata subditorum: & quam grauiter peccant, qui scientes se insufficiētes prælaturas assumunt, cum aliorū sedem, qui magis digni sunt non dubitant occupare.

Secunda quæstio. probatur, quòd eorum patrocinia in electione conualescere non debent: sed uita & moribus est præferendus. Et quòd domini electores de eligēdo possunt iudicare & examinare, postquam electus fuerit, de eo non possunt iudicare, extra, de electio. cum inter.

Tertia quæstione probatur, quod non est simoniacus, qui post suā electionem pro indemnitate ecclesiæ suæ iuramentum præstat, de hoc extra de ele. significasti.

Quarta quæstione probatur, quod pendente accusatione contra prælatum ante tempus sententiæ non debent subditi ab eo discedere, vel ei non obedire, de hoc extra de accu. olim.

Quinta quæstione probatur, si quis prælatus super aliquo crimine ad sedem apostolicam fuerit uocatus, non debet a curia discedere sine litteris Papæ, de hoc extra de iud. c. 1. & de procura. constitutus.

Causa Nona.

Sententia excommunicationis notatus quidam Archiepiscopus, aliquot clericos alterius Metropolitani ordinauit, quendam capellanum sui suffraganei, &c.

HAec est nona Causa, & habet tres quæstiones.

In prima quæstione probatur, qđ ordinationes factæ ab excōmunicatis, & electiones factæ ab hæreticis non sunt recipiendæ: quia non habent executionem, nisi fuerit cum ordinatis dispensatū, de hoc de ord. ab epi. cap. si.

Secunda quæstione probatur, quòd nullus episcopus debet clericos alterius diœcesis promouere sine commendatitijs literis proprij episcopi, uel parochianum alicuius recipere ad diuina, uel iudicare de hoc extra de procura. ca. 2. & 3. Rata tamen poterit haberi talis ordinatio a proprijs episcopis, ut probat c. Lugdunē. & extra de tempo. ord. post trāslationem.

Tertia quæstione probatur, quòd archiepiscopus de subditis suffraganeorum suorum non iudicent nisi in casibus, de hoc extra de offi. ord. c. pastoralis, quamuis ecclesia Romana de omnib. indifferenter iudicet, & nullus de ea, nisi Deus, imo cuilibet ecclesiæ potest propter prærogatiuā suæ potestatis de prælato prouidere, & eum remouere similiter, vt in c. nunc uero, & de hoc extra de procura. constitutus.

Causa decima.

Quidam laicus Basilicam a se factam, a diœcesana lege segregare quęrit. Episcopus ecclesiam cum omni dote sua ad suam dispositionem, &c.

Hæc

HAec eſt decima Cauſa, & habet tres q̄o. In prima quæſtione probatur, quod eccleſiæ cum omnibus rebus ſuis ad Epiſcopi ordinationem, in cuius territorio ſitæ ſunt, pertinent, & eccleſiæ oblationes, & facultates earum a laicorum diſpoſitionibus iubentur eſſe immunes de hoc extra de ſepul. certificari. & de offic. ordi. conquerente, de relig. do. de xenodochis. de cenſi. cum apoſtolus, per totum. de conſti. eccleſia.

Secunda quæſt. probatur. ꝙ quamuis eccleſiæ cum rebus ſuis ſint in diſpoſitionibus epiſcopi, non tamen habent potentiam dilapidandi, vel vēdendi bona ipſius, quod probatur per authēticam, hoc ius porrectum, & per alias leges niſi in caſibus. Item quare precariæ conſtituuntur, & reuocantur, de hoc extra de re. eccle. non alienan. c. per totū & alienator tenetur res ipſas eccleſiæ reſtituere, nihilominus tāquam fur, & latro priuatur. extra de elec. quod ſicut.

Tertia quæſtione probatur, quid nomine cathedratici debent habere ep̄i de eccleſijs parochialibus, & qualiter quartam uel tertiam pro fabrica eccleſiæ reparanda ſecundum diuerſas conſuetudines, & de obuentionibus eccleſiarum, & de quibus oblationibus habere debeat, & quòd nullus debet habere plures eccleſias, niſi propter paupertatē, quam vnam, de hoc extra de his quæ fiunt a maiori parte cap. de ſepult. certificari. de elect. c. dudum. Item imponit modū ſecundum quem epiſcopi debeant parochias viſitare, de hoc extra de cenſi. c. cum Apoſtolus. de offi. archid. c. 3.

Cauſa vndecima.

Clericus aduerſus clericum quæſtionem de prædijs agitauit, quem ad ciuilem iudicem producere uoluit reus, non niſi, &c.

HAec eſt vndecima Cauſa, in qua tractatur in parte de litigijs, & habet tres quęſtiones.

In prima quæſtione examinatur & docetur multis auctoritatibus, quòd clericus ſemper eſt trahendus coram ſuo non ciuili iudice, niſi in caſibus, de auctoritate tamen ſui maioris, de hoc extra de foro compet. ca. per totum. & maxime in capitu. ſi diligenti, de iudic. at ſi clerici. ad finem.

Secunda quæſtione probatur, quòd ſuſpenſione dignus eſt, qui ad ciuilem iudicem clericum trahit, vt in prædicto c. ſi diligenti.

Tertia quæſtione probatur, quòd qui ſuſpenſus celebrat, irregularis efficitur, & deponi poteſt, de hoc extra de cleric. exc. mini. ca. per totum. & quod ideo publicanda eſt excommunicatio, quia communicantes minori excommunicatione ſunt ligati, de hoc extra de ſentent. excommuni. capit. per totum. probans qualiter ſententia paſtoris ſiue iuſta, ſiue iniuſta timenda eſt: dicēns poſtmodum contrarium, quòd iniuſtæ ſententiæ parendum non eſt, niſi propter bonum obedientiæ, & ne homines in nos peccent, quia apud nos conſcientia bona, apud alios bona fama de nobis neceſſaria eſt per capit. inter verba laudantium, & ca. non ſunt audiēdi, & cap. iræ. alias væ qui bonum, malum dicitis, &c. Imo ille qui male excommunicat, poteſtate ligandi ſe priuat. probans qualiter ſententia quādoq; eſt iniuſta ex ordine, quandoque ex cauſa: quia ſine cauſa nunquā debet quis excommunicari, ut in authentica de ſan. epi. §. omnibus autē epiſcopis, quandoq; ex ordine. de hoc de ſentē. excōmunicatio. ca. ſacro. & quatuor ſunt, quæ peruertūt humana iudicia, & quod non ſemper eſt obediendum maioribus noſtris, & qui ſunt illi, qui non incidunt in excommunicationem propter communionem excommunicatorum, ad finem probat qualiter excommunicati ſunt abſoluendi, &c.

Cauſa duodecima.

Quidam clerici propria relinquere uolunt, de ſuis & eccleſiæ rebus teſtamentū conficiunt, de rebus eccleſiæ nonnulla largiuntur, &c.

HAec eſt duodecima cauſa, in qua tractat utrum clericis liceat habere proprium, & de eccleſiaſticarum rerum alienatione, quia in ſuperiori cauſa tractauit de litigijs clericorum, & habet quinque quæſtiones.

In prima quæſtione tractat, & quæritur, vtrum liceat clericis ſæcularibus proprium habere Probatur primo. quod non vſque ad illud c. ego ſum. & §. contra uero. deinde probatur, quod ſic: deinde ſoluit, poſtmodum quærit ibi incidenter, vtrum res eccleſiæ poſſint diuidi per p̄bendas. & ſoluit quòd ſic, & non probat. imo cauſa ſuper hoc inducta contrarium innuit. Item eſt in quadam nota in capitu. illi qui. g. oſ. in verbo habitat. ſuper c. i. ibi, aut vbi examinatur, vtrum illi qui de patrimonio ſuo viuere, poſſunt ſine peccato beneficium recipere, & ſoluit ꝙ ſic: ſed non ad ſuum vſum, ſed ad vſum pauperum, alias ſibi iudicium manducant. ſed conſuetudo contrarium ſeruat: quam Papa ſcit: & diſſimulat, non dico tollerat, de hoc extra de reſcrip. poſtulaſti.

Secunda quæſtione quæritur, an res eccleſiæ donata, vel alienata per clericos poſſit ſtare, apud donatores vel recipientes dotetur quod non, niſi cum datur ob redemptionem captiuorum, ob debitum ad eleemoſynis pauperum. & ob vtilitatem eccleſiæ, vt habetur in para. q. in notatis in eius ſumma, & in caſibus, qui ſunt C. de ſacroſan. ec. l. i. iubemus. in authenticis ibi poſitis. Item in ſumma de quo habetur extra de dona. c. 1. & tunc ſine conſenſu capituli, ut uidetur, tenet alienatio.

Tertia quæſtione quæritur de his, quæ quis poſtquā fuit ordinatus clericus in eccleſia acquiſiuit, quæ non habuit ante: reſpondetur, quod ſi intuitu eccleſiæ acquiſiuit, debent eſſe eccleſiæ: cætera redeant ad hæredes, de hoc extra de teſta. capit. 1. & capitulo cum in officijs. & de ſuc. ab inteſta. c. 2.

Quarta quæſtione, qua quæritur ſi de ſuis, & eccleſiæ rebus aliquid acquiſiuit clericus, docetur, ꝙ pro rata inter hæredes clerici, & eccleſiam diuidi debent, ut dicto capitulo requiſiſti. & ſi de pecunia eccleſiæ emit aliquid nomine eccleſiæ, de hoc debet conficere inſtrumentum. de hoc extra de peculio clericorum, c. 1. & per totum titulum.

Quinta quæſtione docetur, quòd poteſt clericus condere teſtamentum de his, quæ habuit antequam eccleſiam acquiſiuit. de his quæ poſtea intuitu ſuæ perſonæ, non autem de his quæ ad eccleſiam pertinent, alias tantundem de ſuo eccleſiæ relinquet.

Cauſa decimatertia.

Diœceſani cuiuſdam eccleſiæ baptiſmalis cladibus bellorum preſſi, hoſtili metu compulſi, domicilia ſua trāſtulerunt in aliam diœceſim, &c.

Hæc

HAec est decimatertia Causa in qua tractatur de decimis, cui ecclesiæ sunt soluendæ: & de iure funerandi, & habet duas quæstiones.

In prima quæstione quæritur, vtrũ illi, qui transferunt se de vna parochia in aliam. & habent prædia in alia possint soluere decimas de prædijs in parochia in qua morantur, vel in secunda, in qua transiuerunt: docetur quòd in parochia vbi sita sunt prædia, soluendæ sunt decimæ prædiales: nisi per præscriptionem eas amisit parochia. de hoc de paro. chi.cap.fin.& per totum de deci. per totum. & maximè in cap. ad hæc. hoc tamen vltimum, quod dicit de præscriptione, pertinet ad secundam quæstionem.

Secunda quæstione, qua quæritur, vtrum isti parochiani, qui sic se transtulerunt possint eligere sepulturã in prima, vel in alia ad quam se transtulerunt: probatur, ꝙ in prima regulariter, vt extra de sepult. per totum. Item docetur ibi, ꝙ sepultura vendenda nõ est, vt extra de sepulturis abolendæ, & inde credo, quòd sint extra ista illa de decr. Item docetur, inf. eodem, pro quibus sit orandum post mortem, qui debeant in ecclesia sepeliri, vel non, & quot modis animæ defunctorum purgantur, & qualiter per triginta dies, vel quadraginta sit pro mortuis vel eorum exequijs celebrãdum, & de eorum exequijs qualiter sint celebrandæ, de quibus cauetur. extra de celebratione Missa. cum Marthæ, ad fin. de testa.cap. penul. & quòd eis qui suspendio moriuntur sepultura nõ est neganda, &c. de hoc septuagesimatertia, qõ. 5. quid ergo, vt quia Deus non punit bis in idipsum, & inf. c. proximo, secunda quæstione vltima.

Causa decimaquarta.

Clerici cuiusdam ecclesiæ quæstionem de prædijs mouẽt: testes ex suis fratribus producunt: negotiatoribus pecuniam crediderunt, vt ex eorum, &c.

HAec est quartadecima Causa. & habet sex quæstiones. In prima quęstione, tractat de clericis, an possint petere res proprias.

Secunda quæstione, qua quæritur an clerici possint clericos suæ ecclesiæ in testes producere, docetur quòd sic: quia non est pro clericis, sed pro ecclesia quæ mater est pauperum testificari. de hoc extra de testibus, cum Mutius.

Tertia quæstione, qua quæritur, vtrum sit vsura exigere lucrum de mercib. comparatis de pecunia mutuata. dicitur ꝙ quicquid vltra sortem accipitur, vsura est, & quodcumque nomen imponatur ei, est usura.

Quarta quæstione, quæritur, utrum liceat clericis, vel laicis vsuras exigere: respondetur, ꝙ non: nisi ab hostib. & paganis secundum quosdam, de hoc extra de vsu. per totum titu. Item emere uilius, vt carius vendatur, turpe lucrum est, & prohibitum est, & de hoc extra ne clerici, vel monachi cap i.

Quinta quæstione, qua quæritur, vtrum de vsuris, & de illicite acquisitis possint fieri eleemosynæ, docetur, quòd non, extra de vsu. cap. super eo. Item de deci. c. prohibemus. Item quòd non est auferendum vni iniuste, vt alij detur, & ideo prohibitum est sacerdotibus aduocare per ca. denique. ne per suffragium alterum lędat. de hoc extra de cap. fi. de postu. Nec obstat illud, quod mandato domini in Aegypto furta cõmiserunt & per cap. dicit dominus. per quod tractatur extra de diuor. gaudemus. circa medium, & de eo, quod medicus, & aduocatus acquirit. per c. sane. de hoc infra capitulo prox. quæstione secunda.

Sexta quæstione, qua quæritur, an vsurarij possint iuste pœnitere, nisi ablata restituant, respondetur, quòd non, per c. si res aliena. de hoc extra de fur. per totum titul. & in præcedenti quæst. tetigit de rapina quomodo sit prohibita: & quòd non liceat clericis auferre fures quando ducuntur ad suspendium, sed possunt rogare ne suspendantur. de hoc de episcop. audien. addictos.

Causa decimaquinta.

Quidam sacerdos crimine carnis lapsus esse prohibetur antequam sacerdotalem benedictionem cõsequeretur: postquam vero, &c.

HAec est quintadecima Causa, & habet octo quæstiones tractans de incontinentia clericorũ, premittens tractatum de his quę mente alienata fiunt, & de quibusdam alijs.

In prima quæstione, qua quæritur, an quæ mente alienata fiunt, sint imputanda, respondet, quòd non nisi culpa sua inciderit in furorem, tractans de infirmitate corporis, vel carnis: & bene distinguit inter peccatum voluntariũ, & non voluntarium, probans, ꝙ qui in furore, uel inuitus aliquem hominem interfecit, non peccat

Secunda quæstioné, qua quæritur an liceat clericis recipere munera pro patrocinio docetur, quòd sic, extra de postula. capitu. tria. contraria intelliguntur de sæcularibus.

Tertia quæstione, qua quæritur, vtrum mulieri, cum qua crimen commisit, sit credendum. respondetur, quòd non: quia confitenti de se, de aliorum criminibus credendum non est, ut extra de confes. c. i. docens. in quibus casibus accusatio, vel testimonium mulieris possit admitti, & superinducit multas leges.

Quarta quæstione, qua quæritur, vtrum liceat episcopo die Dominico aliquam causam ventilare, docetur quod non, tractans lib de ferijs.

Quinta quæstione, qua quæritur, vtrum clerico neganti sit indicẽda purgatio. docetur, quòd non, nisi de illo crimine remanserit infamatus: vt supra 6. q. de hoc melius de pur. can. 1. per totum. & de simo. de hoc.

Sexta quæstione, qua quæritur, vtrum clerici sint ad quæst. ponẽdi, respondetur, quòd non. contra videtur extra de commo. grauis. & quæst. 5. c. villicus. Tractat etiam incidenter, quòd Romanus Pontifex potest deponere principes terrarum: sed si iniqui fuerint, & inutiles potest absoluere vasallos a iuramento fidelitatis. de hoc extra de depo. cap. fi. & de elect. c. venerabilem. & in constit. noua ad rei memoriam.

Septima quæstione, qua quæritur, vtrum sine synodali audiẽtia possit presbyter deponi, & condemnari. soluit quòd non, quia licet episcopus honorem dare possit, non tamen potest solus auferre, de hoc extra de transla. cap. 2. in princ. & quod in depositione episcopi. 13. episcopi. in depositione presbyteri 7. in depositione diaconi, tres debent esse, per cap. si quis durandum. & cap. felix. & c. seq. de hoc extra de reiud. cap. 3. Item quod in pertractandis causis alijs debent adesse clerici ipsius episcopi de iure: licet sit secus hodie de consuetudine in quibusdam ecclesijs extra de diuor. c. ex literis.

Octaua quæstione, qua quæritur, vtrum clericus confessus in iure de crimine, quod ante confessio

nem perpetrauit, possit in suscepto ordine post pœnitentiam ministrare, probatur, quod non de rigore iuris, sed ex dispensatione cum distinct. quæ est in notatis super princi. quæstio. & qualiter a criminoso possum audire diuina, quod est de coha. cler. uestra. & quod filij clericorum suscepti de connubio secundum quosdam, secundum alios etiam de concubina, debent esse serui ecclesiæ illius, vnde erat clericus, qui eos genuit, & est ibi speciale, ut filij puniantur pro peccato patris.

Causa decimasexta.

Quidam abbas habebat ecclesiam parochialem, Instituit ibi monachum, vt officium celebraret populo possedit eam per quadraginta annos, &c.

HAec est decimasexta Causa, & habet septem quæstiones.

In prima quæstione huius causæ probatur, quod monachi de licentia sui episcopi possunt regere parochiales ecclesias: & tunc licet eis, quæ alijs sacerdotibus. de hoc extra. de stat. monacho. quod Dei, cum similibus.

Item, quod monachi, qui in monasterijs resident non tenentur soluere decimas de suis prædijs, nisi sicut alij clerici. de hoc extra de deci. c. 1. & c. ex parte. & cap. presbyteri.

Item incidenter probatur ꝙ sicut vnire duos episcopatus in vnū, & diuidere vnum in duos pertinet ad summum Pontificem: sic vnire duas parochias, uel ecclesias pertinet ad episcopum loci de hoc extra de religio. do. c. 1. de excel. prælato. sicut unire de re. eccle. non alie c. 1.

Item, quod sedes episcopalis non debet esse ubi nunquam fuit, & vbi uit, non debet inde remoueri, nisi ex causa. Item probatur ibi ꝙ decimæ baptismali ecclesiæ sunt soluendæ. de hoc dicitur de decimis quæ denegat. & qui contra faciunt excommunicati sunt, ut probatur in capit. in canonibus. vbi sunt illa verba pulcherrima; Ferro abscindenda sunt quæ fomentorum non sentiunt disciplinam, & ꝙ domini prælati non debent tantū esse custodes chartarum: sed quare episcopi ad facta venire debent. Item quòd episcopi in ipsis decimis non nisi tertiam, uel quartam secundum locorum consuetudinem, percipere debent, probat insuper quam graue est ipsas decimas, & primitias non soluere sacerdotibus. In fine probat, quòd quicquid habent clerici, pauperum est; & ꝙ decimas de cōsensu episcopi possunt licite monachi possidere: quod intelligitur secundum illud ca. cum apostolica. extra de his quæ fiunt a præla.

Secunda quæstione probatur per c. visis his sunt illi uerba, ꝙ Diabolus mille modos nocendi habet, & illa, humani moris est illā uereri, &c. & ꝙ capellis monachorum, quæ eis pleno iure fuerunt datæ, ad eos pertinet institutio, & destitutio presbyteri: alijs uero quæ ad eos pleno iure non pertinent, idest, quas ipsi monachi in suis uillis fundauerunt, præsentatio ad eos, ut patronos: institutio uero ad eos non pertinet, sed ad episcopum loci, hoc idem est de pri. cū, & plātare. & de capel. monacho. c. 1.

Quinta quæstione decimæsextæ causæ, quæ intitulatur ante tertiam, & quartam, probatur quod si monachi, uel Clerici construxerunt ecclesias in territorijs, q̄ habent in ciuitatibus, uel diœcesibus episcoporum aliquorum, ordinatio illarum ecclesiarum, in sua diœcesi ad illos episcopos pertinebit: præsentatio uero ad ædificantes, nisi ædificator fuerit episcopus; quia tunc uidetur per c. primum, ꝙ institutio ad eum pertineat, etiam in aliena diœcesi, quod facit pro episcopo uero in eccl. sic de Raucis

Tertia quæstione probatur, qualiter ecclesia aduersus ecclesiam præscribere possit. hoc idem extra de præscriptio. per totum de parochia. cap. pen. C. de vsufr. lege corruptione. C de præscriptio ne triginta, uel 40. annorum, per totum.

Quarta quæstione probatur, quòd ecclesiæ contra monasterium non præscribunt, nisi quadraginta annis, per ius autem quod est C. de sacrosan. ec. ecclesijs, authentica, quas actiones, & per Gregorium de ecclesia ad ecclesiam prorogatum est, quia antiqui canones triginta annos de ecclesia ad ecclesiam admittebant: vt supra quæstione prox. per api. omnes. & extra de præscriptio. sanctorum.

Sexta quæstione probatur, quòd ea, quæ de iure debentur ecclesijs electores tum non dēnt sua auctoritate usurpare: ꝙ si fecerint, cadunt a causa. de hoc extr. de dolo, c. 1. C. Vnde ui, si quis in tantum probe ut petimodum quod defectum personæ in damnum ecclesiæ redundare non debet extra de except. cum uenerabilis. & ibi est quoddam. cap. quod multum facit pro eis qui habent chartas ab episcopis, vel aliquid de mensa.

Septima quæstione probatur, quòd non licet abbatibus, nec alicui de manibus laici decimas recipere; quia laici, nec per se nec per authoritatem episcopi decimas possidere possunt. de hoc extra de deci. c. quamuis. & c. prohibemus. docens, ꝙ decimæ, & ecclesia omnes constitutæ in diœcesi alterius de iure communi ad dispensationem episcopi diœcesis pertinent. in c. omnes. & in c. nullus. denuntians excōmunicatos minori excommunicatione secūdum Hug. vel excommunicādos omnes qui de manu laici abbatiam, vel alias dignitates recipiunt: & ipsum laicum excommunicandum probat, uel excommunicatum secū dum alium casum. de hoc extra de elec. c quisquis. de iure patro. præterea.

Item probat, ꝙ episcopus nō debet habere œconomum laicum nec per manus laicorum res ecclesiæ ministrare, quibus obsequendi manet necessitas, nō auctoritas imperandi, extra de constit. ecclesia sanctæ Mariæ. excepto quod possunt habere in ecclesia ius patronatus. vt extra de iure pat. per totum, & qualiter eis competit docet, & in quo patroni teneantur ipsis ecclesijs docens ad finem, quòd sicut licitum est monachis decimas male detentas de manu recipere laicorum consensu episcopi, ita & ecclesias recipere possunt, ut extra de his quæ fi. a præla. cum apostolica, & de offi. leg. c. dilectus.

Causa decimaseptima.

Quidam clericus infirmitate grauatus se fieri velle monachum dixit: ecclesiæ, & beneficio in manu aduocati renunciauit, &c.

HAec est decimaseptima Causa, quæ habet quattuor quæstiones.

In prima quæstione quæritur, an teneatur uoto, qui dicit se velle fieri monachū, & an liceat ei a proposito ordinis discedere. & primo quod non possit multis auctoritatibus probatur. postmodum in contrarium allegat, & soluit quod neganti non habetur uoti reus, ext. de uoto. c. 2.

Secunda quæstione probat solutionem suam, quam fecit in prima, ceteris quemadmodum ipsis sit ad professionē sanctā uolentib. transire ad

ad religionem, extra de regu. c. ad apostolicam.

Tertia quæstione probatur, ꝙ ex quo aliquis semel transiuit ad religionē. ex quo tenuit ingressus, non licet redire ad sæculum, etiā de licentia Abbatis.

Quarta quæstione quæritur, vtrum si aliquis exit de monasterio, sint ei sua reddenda, respondetur ꝙ non de hoc de renun. c. 3. de cler. coniug. quòd a te, inducit incidenter, quia de sacrilegio fecit mentionem, & de eo docet quo modo & quot modis dicatur sacrilegiū ut infra, §. sacrilegium. & §. qui autem, & §. sequentibus & qualiter committatur: & qualiter puniatur. extra de senten. excomm. per totum, de foro comp. c. conquestus ostendens per quot passus habet ecclesia immunitatem: & qualiter non sit aliquis, qui eā confugerit, nisi in casibus extrahendis, & qualiter sit sacrilegus, qui res ecclesiæ non in casibus licitis alienat, probat etiam quòd Abbas cum consensu sui capituli non potest alienare, nisi episcopus loci consentiat.

Causa Decimaoctaua.

Quidam abbas consecratus in episcopum prius monasterio multa contulit, postea, &c.

HAec est decimaoctaua Causa, & habet duas quæstiones.

In prima quęstione docetur, ꝙ quicquid habeat abbas, ex quo fuit factus abbas, totum pertinet ad monasterium vnde est abbas: & quicquid lucratur postquam est episcopus, totum est de iure episcopatus, ad quem transit, de hoc extra de testamenti. cap. 1.

Secunda quæstione docetur, qđ abbas non per episcopum debet postulari uel eligi, sed per monachos, ut extra de statu mona. c. 1.

Causa Decimanona.

Duo clerici ad monasterium transierunt, vterque ab episcopo suo licentiam petijt.

HAec est decimanona Causa, & habet tres quæstiones.

In prima quæstione quæritur, si episcopus debeat permittere, ut relicta propria ecclesia clericus monasterium ingrediatur, & soluit quod sic.

Secunda quæstione docetur, quod etiam inuito episcopo possit clericus monasterium ingredi, & dimittere beneficium, de hoc ext. de reg. in cap. licet.

Tertia quæstione quæritur, utrum liceat canonico regulari transire ad monasterium, probatur quòd non: quod est intelligendum de transeuntibus causa leuitatis, aliàs esset contra prædict. in de re. licet, & illa seruatur. Item quæritur incidenter, vtrum monachi possint regredi in ecclesias seculares, & docetur ꝙ non, extra de relig. do. inter quatuor. de rebus eccl. non alien. possessione, & ne cle. vel mona. [illegible] probat ibidem: ꝙ ex quo aliquis est ingressus monasterium, nō potest testari de rebus suis, [illegible] stinctione illius legis C. [illegible] san. eccl. [illegible] ingressi.

Causa Vigesima.

Duo pueritiæ annos agentes, a parentibus monasterio traditi sunt, vnus inuitus, aliter spontaneus.

HAec est vigesima Causa, & habet quattuor quæstiones.

In prima quæstione quæritur, utrū in pueritiæ annis traditi a parentibus, cogantur propositū religionis tenere, & probatur qđ non.

Secunda quæstione, docetur quod ab adolescentibus, qui præter voluntatem parentum religionis habitum susceperunt, ex quo illi legitimo tempore permanserunt exire non licet, & quod nō licet abbatissæ imponere velum monialibus suis, & quando offeruntur infantes monasterijs a parentib. suis sub testimonio multorū dicitur conferri, ut maledicendi actio auferatur, hoc est contra minores & prædicatores, qui contra uoluntatem parentum recipiunt pueros.

Tertia quæstione, qua quæritur, si quis præter uoluntatem suam factus est monachus, utrum sit cogendus ad obseruantiam, probat quod non per ca. præsens, ubi dicitur quod quis negligit, nec optat profecto nec diligit, qui autē non diligit, facile contemnit, de hoc ext. quod met. causa. c. 1.

Quarta quæstio est, qua quæritur, si ab uno monasterio in aliud strictius sit licitum transire, & probatur quod sic, quod est expressum in dicta decreta. licet extra de reg.

Causa Vigesimaprima.

Archipresbyter cuiusdam ecclesię præposituram alterius recepit, nec priorem vult relinquere, sæcularium quoque, &c.

HAec est vigesimaprima Causa, & habet quinque quæstiones, quia ex præmissis quinque causis tractatum de monachis inter posuit: nunc ad tractatum de clericis reuertitur, de quibus nondum tractauit: & prosequitur thema.

In prima quęstione probatur, quòd non potest clericus uel in duabus ecclesijs titulari, [illegible] de hoc extra de cler. [illegible] 2. & [illegible] commendatitijs episcopi sui. & de hoc de cle. non resid. per totum. Et ꝙ ex quo aliquis transfertur de una ad aliam ecclesiam, tunc non [illegible] facere cum prima, de hoc extra de [illegible].

Tertia quæstione prohibetur ne clerici procuratores sæcularium negotiorum existant, de hoc extra ne cleri. vel mona. [illegible] c. 2.

Quarta quæstione docetur, quòd clerici [illegible] & sæcularibus uestibus, & si moniti non destiterint, per priuationem beneficiorum cohibendi sunt, extra de vita & hon. cler cap. pen.

Quinta quæstione probatur, quòd ab episcopo correpti per suspensionem uel excommunicationē, non debent ad sæcularem iudicem confugere, quod si fecerint, grauius puniantur.

Causa Vigesimasecunda.

Quidam episcopus iurauit falsum, quod putabat verum, quo comperto Archidiaconus eius iurauit se nunquam, &c.

HAec est vigesimasecunda Causa, & habet quinque quæstiones. De negotiis clericorum & monachorum tractauit, nunc de negotijs clericorum sæcularium subiungere disponit.

In prima quæstione quæritur, vtrū iuramentum sit præstandum. Dicitur primo quod non & postea probatur quòd sic, & soluit sicut est solutum; extra de iureiuran. & si Christus.

Secunda quæstio est, qua quæritur vtrū si periurus, qui iurauit falsum, quod putat uerum, & docetur multis auctoritatibus ꝙ non: deinde dicit ꝙ sunt duo genera mendacij, & qualiter sancti excusantur a mendacio, puta propter iocum vel simulationem.

Tertia quæstione docetur: qualiter

fiter subditi non debent deserere suum prælatum; etiam si sciant eum esse periurum, uel criminosum vsque ad diffinitiuam sententiam, de quo. 8.q.4. c. nonne. & de accu.olim.

Quarta quæstione, docetur, ꝙ illicitum iuramentum seruari non debet; quod fit tribus modis; cum quis male iurat, cum incaute iurat, cum puellæ in puellari ætate iurant patre postmodum contradicente: ꝙ probat c. tribus extra de iureiur. per totum, de hoc in c quanto. de elect. uenerabilem. ad fi. per quod probatur, ꝙ si tantum profectus charitatis debent impediri, quod iuramentũ non est seruandum: iuramentum obseruandum non est, puta in eo qui iurauerit non fideiubere, uel nõ esse prælatus, patet, quod frangitur illa causa; quod semper seruandum est, nisi seruatum uergat in dispendium salutis æternæ, ut probat ea q. cap. inter cætera. quia illuc non videtur frangere, quia in melius istud commutat, in c. veniens, usque ad finem.

Quinta quæstione, probatur, quod qui prouocat aliquem ad iurandum, & scit quod falsum iurat, ille prouocans periurus est, & infamis: qualiter dicatur sciens probat per cap. hoc videtur, in quo cap. probatur, ꝙ reuelare secreta illi q possit prodesse & nõ obesse, non est peccatum, nec periurium committitur, si ex sacramento tenebatur.

Item probat, ꝙ sacramentum intelligitur quandoque secundum illum qui exhibet, cõsiderata qualitate, & ratione vtriusque bona & mala, & quia Deus duplicitatis est aspernator simplicem intentionem utriusque considerat & verborum artem aspernatur, & creat; ut in §. de his omnibus. extra eod. tit. cap. veniens. docens quòd in decimoquarto anno cõpellitur quis iurare in fine: formam fidelitatis, quæ fit cum iuramento tam a vasallis domino, econtra, ostendit concludens, ꝙ nec simplici loquela, neque in iuramento mendacium dicere debemus.

Causa vigesimatertia.

Quidam episcopi cum plebe sibi commissa in hæresim lapsi sunt, circa adiacentes catholicos, &c.

Haec est vigesimatertia Causa, habens sub se octo quæstiones, tractans in sui principio, vtrum bella sint licita clericis.

In prima quæstione, qua quæritur vtrum militare sit peccatum, docetur ꝙ non, nisi propter prædam militetur, & quod de licentia superiorum, vel ducum, uel principum militetur propter pacem seruandam. Quid autem sit militare, exponitur in notula super princip. huius glo.

Item, quod hosti seruanda est fides si promittatur.

Item, quod præcepta patientiæ non molestatione corporis, sed intemperatione cordis seruanda sunt, &c.

Secunda quæstione, qua quæritur quid sit iustum bellũ, probatur, ꝙ illud est iustum bellum, quod iurisdictio ingerit, uel quod in iniuriam iuris vlciscitur, probãs ꝙ a filijs Israel iusta bella gerebantur eo videlicet, ꝙ viæ publicæ negabantur eis, quod fieri debebat.

Tertia quæstione, utrum iniuria sociorum armis propulsanda sit: docetur ꝙ non, nisi cui incumbit ratione officij: illi autem tenentur, alij uero non, nisi uelint, ubi plene de hoc modo super principa. quæst. & extra de sentent. excommunic. quanto. Alij dicunt, ꝙ quemlibet tenetur cum armis propulsare, alias non uidetur sine scrupulo societatis occultæ, &c. extra de homi. sicut dignum & in eam partem uidetur declinare Gratianus.

Quarta quæstione, qua quæritur an vindicta sit inferenda. Videtur ꝙ non. Primo multis auctoritatibus & capitulis probando ꝙ mali sustinendi sunt, & tolerandi per bonos, quia nec dominus Iudã, quãuis malum sciret a conuiuio remouit, de hoc extra de offi. ordi. c. si sacerdos. quia Deus bonos & malos in ecclesia esse uoluit, per cap. qui secundũ carnẽ natus est, quia hæc vita quæ inter Cœlum & Infernũ sita est, oportet quod cõditionem vtriusque loci recipiat, imò hoc ipso præsumitur malus, qui malos tolerare nescit, per c. quamuis, &c. seq. ꝙ uerum est de his quos corrigere non possumus: quia auctoritatem non habemus, uel quia peccata probare non possumus, & in hoc procedit usque ad finẽ. Et est etiam alia causa, & ex tunc probat, ꝙ si illi mali sunt prædestinati, superflua est eorum correctio; si sunt præsciti, inutilis, & ibi aliquo modo vindicta inferenda non est. In contrariũ post modũ soluit, quod crimina semper sunt ferenda, quando salua pace fieri potest, & quod multitudo non sit in causa, & hoc probat usque ad §. semel vero. item quod prælatus propriã iniuriam vindicare non debet, per c. inter querelas, deinde redit ad probandum solutiones: docet etiam quòd a §. breuiter monstratum est vsque ad finem, quod debet de necessitate fieri vindicta, dein de probat, ꝙ [illegible] culpa dimissa, iterum in ultionem uenire non debet.

Quinta quæstione, qua quæritur, utrum sit peccatum iudici reos morti tradere: cum probatum sit in superiori, quòd crimina tolerari possint, docetur quod non. Item probatur ꝙ sine iudice, nec alium, nec seipsum occidere licet ca. de occidendis. usque ad c. nõ est necessariũ, deinde in ca. regum officium est, docet, ꝙ proprijs principibus reuerentiam & fidẽ seruare debemus, & qui non facit, apud Deum præmia inuenire nõ potest: & sicut idem & reuerentiã eis exhibere [illegible] mur, vt extra de maio. & obed. solitæ. sic proprium eorum est, ut ecclesias iuuent, & defendant, & probat per capit. administratores. ꝙ si non fecerint, a prælatis admoniti excommunicari poterunt, ut extra de offic. ordi. c. I. deinde probat, ꝙ supra dixerat, ꝙ licite mali principes & iudices occiduntur, & schismatici, & hæretici, & excommunicati, usque ad §. si uero rei.

Sexta quæstione qua quæritur, utrum mali ad bonum sunt cogendi, docetur quod sic, ut supra quæstione proxima.

Septima quæstione, qua quæritur, an hæretici rebus suis sint spoliandi, utrum illi qui eos expoliant, iuste spolia eorũ possideant: & idem de Sarracenis, in not. supra I. quæst. probatur multis auctoritatibus quod sic, de hæreticis excommunicamus.

Octaua quæstione, qua quæritur, de episcopis & clericis, utrum sua auctoritate, uel Romani Pontificis arma, vel bella inferre possint, docetur quod non, nisi hortando; sed illud officium alijs committere debent, de hoc extra de excessio. præla. capitu. ex litteris, extra de uoto, magnæ ad finem, & in no. ostendens esse differentiam inter prælatos, qui solis decimis & primitiis viuunt, & hi non ita se possunt armis immiscere nisi hortando, & illi qui castra & ciuitates tenent a regibus, hi habent ire ad exercitum, de licentia tamen Papæ debent talia facere: quam differentiam probat decret extra de maior. & obe. solitæ circa princip. Doces insuper qualiter tributa sint licita & præstanda principibus & maioribus nostris: etiam ab ipsa nostra ecclesia ꝓ pace tenenda extra de censi. c I. in fi. & de penitentia: quę imponit incendiariis

diariis tractat, de quibus habetur extra de senten. excommu. c. tua. docens, quòd regibus & principibus facultas faciendi iustitiam est permissa, si multi vulnerant vnum, & inde moritur, quis eorum teneatur, & videtur ꝙ quilibet, qui percussit sit homicida propter dubium.

Causa vigesimaquarta.

Quidam episcopus in hæresim lapsus aliquos de sacerdotibus suis officio priuauit, &c.

HAec est vigesimaquarta Causa, & habet in se tres quæstiones.

In prima quæstione quæritur, an episcopus lapsus in hæresim possit subditos suos excommunicare, & soluitur, ꝙ nec lapsus in hæresim antiquam, vel nouam, ex quo incepit eam prædicare est excommunicatus, nec potest excommunicare alium, quod multis cap. probatur. de hoc extra de hæret. excommunicamus. & in c. fin. de eo qui recepit. cap. tio. & est ibi c. quodcunque ligaueris. illa summa quæ ter illa verba quodcunque ligaueris, &c. extra. de sent. ex com. c. a nobis. & illa summa de fide cap. hæc est fides, quæ est extra de sum. trin & fide cath. melius, quod prædicti bene possunt baptizare, vt in vltimo. §. istius. imo & ordines conferre in forma ecclesiæ, vt sup. in quæstione super §. quid in fi. & c. sequentib. & de hoc extra de summa trinit. c. I. in fine.

Secunda quæstione quæritur, an aliquis post mortem possit excommunicari, & respondetur quòd non, nisi pro crimine hæresis. de hoc de sentent. excommun. a nobis. Item cui non communicamus viuo, nec mortuo communicare debemus, de hoc extra de sepul. ex litteris, & cap. a nobis præalleg.

Tertia quæstione, qua quæritur, an pro peccato alicuius tota sua familia sit excommunicanda. soluitur quòd nō, per c. si habes. Item ꝙ sententia excommunicationis iniuste lata, conuertitur in damnatorem suum, capitulo, de illicita. cum cap. sequen. & præcedenti. de hoc cauetur extra de sent. excommu. sacro. & ca. cum medicinalis. lib. 6. Item tractat an nocentes, vel criminosi sunt maledicendi. & primo quod non ad finē. §. illicita. ergo vsque ad § sed quid. deinde probat, ꝙ a sanctis viris rationabiliter in malos zelo iustitiæ proferri potest excōmunicatio probans quòd medicinalis sit excommunicatio. per c. corripiantur, qua pęna nulla maior in ecclesia Dei, ut ibi. & quia nescitur quid de qualibet pariat futura dies, & de nemine quantumcunque excommunicato dum moritur desperandum est.

Item ponit differentiam inter hæreticos & schismaticos, & quot sint hæreticorum sectæ, a c. quia vero. vsque in finem causæ. de hoc extra de hæret. & per totum, & de schisma, &c.

Causa uigesimaquinta.

Sancta Romana ecclesia quandam ecclesiam muniuit suis priuilegijs, decimationes suæ diœcesis ex integro sibi attribuens, &c.

HAec est vigesimaquinta Causa, habens sub se duas quęstiones, tractans quantam potest item habeat Romana ecclesia in cōcedendis priuilegijs aliis ecclesijs. quia in superiori causa ostendit, ꝙ omnis catholicus est subiectus Romanæ ecclesię, similiter in hac tractat plenius. de hoc extra de priuilegiis. per totum.

In prima quæstione, qua quæritur, vtrum clerici decimalis ecclesiæ possint petere decimas ab ecclesijs de prædijs suis sitis in parochia ecclesiæ baptismalis docetur primo quod non, docens, ꝙ Papa contra canones facere nequit d. cap. sunt quidam. & quod nullus tantum, quantum Romanus pontifex canones seruare tenetur. ēt vsque ad effusionem sanguinis. & quod contra ecclesiam dispensare non potest, nec contra diuinas scripturas, de hoc extra de bigamis capitulo secundo. In contrarium tamen soluit, quòd priuilegia concedere potest, dum tamen status ecclesiæ non subuertatur, ut extra de priuilegiis in pluribus locis.

Secunda quæstione, qua quæritur, vtrum secunda priuilegia concessa cuidam monasterio sito circa baptismalem ecclesiam derogent primis priuilegiis clericorum ecclesiæ baptismalis: docetur primo quòd non, & probat per multos canones, & leges inductas, C. de prec. imper. offeren & si contra ius, uel vtilitatem pub. & tit. seq. & hoc uerum est, nisi ex causa prius priuilegiū perderetur, vel reprobaretur. de quibus causis habes extra de deci. suggestum, vel de illis, qui propter suam culpam amittunt suum episcopum. per capitulū Innocens. de hoc melius extra in capitulo prædicto, & de rapt. super litteris, & de constit. cum uenissent.

Causa uigesimasexta.

Quidam sacerdos cum conuinceretur apud episcopum correctus ab episcopo, noluit cessare, &c.

HAec est vigesimasexta Causa, in qua Gratianus de sacramentis tractaturus, præmittit tractatum de superstitionibus, quæ speciem sacramenti habere videntur. & habet sub se septem quæstiones

In prima quæstione quæritur, qui sint sacrilegi, docetur & soluitur per capitulum primum.

Secunda quæstione, qua quæritur, an sit peccatum esse sortilegum, docetur primo allegando ꝙ non sit malum, deinde conuertit stylum & soluit in contrarium, per multas auctoritates, de hoc extra de sorti. per totum.

Tertia & quarta quæstione, quæ simul tractantur, quarum prima est a quibus diuinationis genus sumpsit exordium, & quot sunt diuinationis genera, docetur. Itē quæ dicitur fuisse matheseos, & quod vsque ad natiuitatem Christi celebrati fuerūt illi Magi, qui eum prædixerunt, deinde saluati sunt. Item de natura Dæmonum, & qualiter futura prænoscant, ostendit.

Quinta quæstione qua quæritur, vtrum sortilegi & diuini si cessare noluerint sint excommunicandi, docetur quod sic, extra de sortileg. per totum. Item quòd clerici propter quosdam dolores prohibentur extruere altaria & spinis honorare, uel missas mortuorum cantare, & multos modos diuinandi ostendit, qui omnes sunt reprobati a iure.

Secunda quæstione quęritur, utrum excommunicatus per suum episcopum, possit ab alio quàm suo episcopo absolui, probatur quòd non, nisi a summo Pontifice, uel metropolitano sed excommunicari a presbyteris, ab episcopis absolui possunt, ostendens quod reconciliatio publica, confectio chrismatis, & virginis cōsecratio ad episcopos pertinent, & benedictio solennis in missa, in necessitate tamē presbyteri excommunicatos a quolibet absoluunt, de officio ordinat pastoralis. & capitulo conquerente. de sententia excommunicationis per totum.

 Septi-

Septima quæstione, qua quæritur vtrum sit pœnitētia morientibus iniungenda: docetur quòd non: sed innotescenda, & quod pœnitentiæ sunt arbitrariæ ubi canon nō imponit eas. de his etiam quas canon imponit, potest presbyter ex causa relaxare per cap. tempora pœnitudinis. & c. sequenti. Prohibens ne die Dominico ieiunetur, nam qui die Dominico studiose ieiunat, non creditur esse catholicus, ostendens quod cum magno gaudio & affectu debent recipi pœnitentes, nec debent eis imponere onera grauia, per c. alleg. de hoc extra de pœnit. omnis. ad finem quæstionis redit ad sortilegos, & dicit quod dies ægyptiaci, & calendarum non sunt obseruandi, quia gentes obseruabant illos.

Causa vigesimaseptima.

Quidam votum castitatis habens desponsauit sibi vxorem, illa priori conditioni renuntians, transtulit se ad, &c.

HAec est vigesimaseptima Causa, hucusq; de negotijs, de cætero de sacramentis, & quia matrimonium est magnum in Christo & in ecclesia sacramentum, & est antiquius cæteris de eo quotidie quæritur in iudicijs, in his decem causis sequentibus de matrimonijs tractat: & iste tractatus a causis non separatur, &c. tractans de impedimento uoti contra matrimonium.

In prima quæst. & secunda, de sponsalibus tractat, & habet in se duas quæstiones in quarū prima quæritur, an coniugium possit inter vouentes contrahi, probat quod non, de hoc clarius extra qui cle. vel vo. per totum. Item inter uiduas & moniales, quæ uouent solenniter, & postea contrahunt. prosequitur. de hoc extra de reg. vidua. & punit eadem pœna eos, qui cum eis contrahunt, uel qui eas rapiunt, de hoc in prælle. titulo, qui cler. uel uouen.

Secunda quæstione, qua quæritur vtrum puellæ alteri dispensatæ possint renuntiare priori conditioni, & alteri nubere, tractat primo vtrum inter sponsos sit matrimonium. & probatur quod sic per diffinitionem matrimonij, & per multa alia capitula, & sic soluitur quod matrimonium est, sed non ratum, immo non simpliciter coniugium, interserens quot bona sunt in matrimonio. Item tractat ibi, quod vnus coniugatorum, post carnis copulam sine consensu alterius non pōt ad religionem transire. de hoc melius extra de conuer. coniug. per totum, sponsi uero sic, extra de coniug. lepro. ex parte. item tractat ibi de frigido & maleficiato per totum, sed de hoc melius in vltima causa. Item tractat ibi, de eo qui cogno. consang. uxoris suæ, & de rapto. cap. fin. Item quæritur ibi, quare incontinenti post sponsalia non traduntur sponsæ sponsis, & soluitur, quod ut eas habeant chariores ad finem soluit quæstio. quod sponsa de futuro possit nubere alij, sponsa de præsenti, nequaquam.

Causa vigesimaoctaua.

Quidam vir infidelis in coniugio positus ad fidem conuersus est; vxor vero eius fidei odio Christianæ, &c.

HAec est uigesimaoctaua Causa, & habet tres quæstiones.

In prima quæstione primo quæritur, an coniugium sit inter infideles, & soluitur quod sic, & utrum si vnus infideles conuersus fuerit ad fidem Christi, possit dimittere aliam, & respondetur quod non, nisi in casibus. de diuor. quanto. & eodem titulo gaudemus, quod intelligitur de paganis, q. a si vxor Iudæi conuersa fuerit ad fidem, bene potuit dimittere Iudæum, vt in capitulo Iudæa. & in capitulis ibi positis. Item docet ibi, quòd filij, qui ex tali matrimonio nascuntur, Christi fidem sequi habent. Item quod cum Iudæis non licet comedere, nec bibere, ne balneari, quamuis cū paganis possumus, 11. quæst. prima, ad mensam. quia illi cibos nostros non discernunt a suis, sicut isti Iudæi maledicti. docet etiam, quod si fidelis cum infideli contrahat matrimonium, quod non ualet nisi infidelis conuerti uoluerit ad fidem, designans differentiam inter ratum legitimum & non legitimum matrimonium, & illam auctoritatem ponit, Quod nō est ex fide, peccatum est. & optime exponit qua præmissa sunt, quod inter infideles sit matrimonium admirari uidetur. Bern.

Secunda quæstio, qua quæritur, vtrū uiuente vxore infideli aliam ducere possit, conuersus ad fidem catholicam, & uidetur quod non, nisi ab eo recesserit, odio fidei Christianæ, quia tunc habet locum illa auctoritas, si infidelis discedit de hoc in prædictis capitulo, quanto. & capitulo gaudemus. circa finem, secus si unus fidelium transeat ad infidelitatis errorem.

Tertia quæstione, qua quæritur, vtrum talis bigamus sit, qui vnam ante baptismum, & aliam post baptismum habuit. respondetur, quod sic. de hoc extra in prællegato capitulo, gaudemus, ad finē & supra vigesimasexta distinctione per totum.

Causa vigesimanona.

Cuidam nobili mulieri indicatum est, quòd a quodam filio cuiusdam nobilis in cōiugem petebatur, &c.

HAec est vigesimanona Causa, quæ tractat de errore, & habet sub se duas quæstiones.

In prima quæstione quæritur, vtrum sit matrimonium inter eum & eam, quem mulier credit liberum & nobilem, & tamen est seruus. respondetur quod non, assignans differentiam inter errorem personæ & fortunæ, conditionis, & qualitatis, & qui consensum coniugij non admittat, & super hoc multa bona argumenta inducit de isto errore.

Secunda quæstione, qua quæritur, vtrum liceat huic mulieri dimittere hunc seruum, quem putabat primo liberum. Respondet quod sic, nisi ex quo sciuit eum seruum cum eo habitare consensit de hoc extra de coniugio ser. per totum.

Vltimo probatur, quod si seruus cū ancillę contrahit matrimonium, stabat, & tenet & nihilominus tenentur reddere seruitia dominis suis.

Causa trigesima.

Quidam vir populorum frequentia impeditus filium suum de baptismate suscepit, dum crederet se alienum suscipere; vxor, &c.

HAec est trigesima Causa, tractans de spirituali proximitate & legali, qualiter impediant matrimonium, addit etiam de ætate, & de clandestinis matrimonijs, & habet sub se quinque quæstiones.

In prima quæstione tractatur, & quæritur vtrum vxori suæ debitum reddere valeat, qui propriũ filium de sacro fonte suscepit, & docetur, quod sic, nisi propria vtriusque voluntate abstineant, de quo extra de cogn. spir. capit. super eo probans in cap. 1. quod sicut 7. sunt dona spiritus sancti, sic & septẽ sunt dona baptismi, & in quolibet contrahitur cõpaternitas, de hoc ext. de cog. spi. Item probatur, ꝙ non solum per baptismum, sed per confessionem, contrahitur compaternitas inter presbyterum & omnes illas personas, quas ad pœnitentiam recipit, & quod grauiter puniri debent, si cum eis commiscreantur. de hoc extr de cogn. spirit. in c. si.

Secunda quæstione, qua quæritur, vtrum spõsalia cõtrahantur per infantes & tenetur quod non, si sunt intra septennium quod expressum est in c litteras. & ca. accessit. de spon. impuberum.

Tertia quæstione, qua quæritur. Vtrum filij spirituales valeant copulari naturalibus in matrimonio. docetur quod non, extra de cognatio. spirit. & legali. per totum.

Quarta quæstione, qua quæritur, vtrum quis possit ducere in vxorem commatrem vxoris suæ: docetur quod sit vxor mea postquã ego eam cognoui feci eam commatrem, non possum eam ducere, sed si antequam esset uxor mea, feci eam commatrem, possum de hoc extra de cogn. spirit. Martinus, alio modo videtur soluere Gratianus in §. notandũ. sed ad idem tendit.

Quinta quæstione, qua quæritur, an clandestina desponsatio manifeste præiudicet: & certe præiudicat, dummodo sit legitime probata: sed prohibentur ideo clandestina matrimonia, quia si alter negaret, & probari non posset, negans posset prohiberi a primo matrimonio, quia de incertis iudicare, vel diffinire non possumus de hoc extra, de clan. desp. c. 1. per totum. probans hac occasione, quod iudex antequam sententiet, debet cuncta rimari, per capitu. nullus. namque iudicantem oportet cuncta rimari, nec in re dubia certa potest ferri sententia.

Causa trigesimaprima.

Quidam vir vxorem alterius stuprauit, & eo mortuo vxorem duxit: filiam ex ea suscepit, cuidam in coniugem se daturum iurauit, &c.

Haec est trigesimaprima Causa, tractans de criminis enormitate impediẽte matrimonium & de coactione, & de fide sponsalium.

In prima quæstione quæritur, an possit duci in coniugem, quæ prius est polluta per adulterium & probatur quod sic, nisi alter fuerit machinatus in mortem viri, vel nisi fidem dederit viuente viro de ea ducenda de hoc extra de eo qui duxit in matrim. q̃ pol. per adult. cap. 1. & vltim. & per totum. dicas quod bis vel ter potest quis nubere. & deinceps mortua prima, per c. quod si dormierit, de quo extra de secundis nuptijs per totum.

Secunda quæstione, qua quæritur vtrum filia possit tradi inuita in matrimonium, vel per metũ, docetur quod nisi libera voluntate alicui non est copulanda, de hoc extr. de despon. impub. c. 1. & ca. ueniens & c. cum locum.

Tertia quæstione, qua quæritur, an filia impubes desponsata per patrem, possit alij nubere, docetur quod non, si ipsa desponsationi consentit, alias sic, vt in præallegato c. 1.

Causa Trigesimasecunda.

Quidam vir, cum non haberet vxorem, quandam meretricem sibi in coniugio copulauit, quæ erat sterilis, neptis ingenui filia originarij: quam cum, &cet.

Haec est trigesimasecunda Causa tractans in sui principio, Vtrum cum meretrice possit esse matrimonium eo, quia supra proxima causa tractauit utrum quã polluit quis adulterio, possit habere vxorem, & ponit octo quæstiones.

In prima quæstione quæritur, vtrũ meretrix licite ducatur in vxorem docetur primo, quòd non, quia nõ liceat alicui retinere, nec ducere corruptam. Sed in contrarium soluitur, quod meretrix duci potest in vxorem, extra de spon. cum inter opera, dum tamen spes sit de ea quod corrigatur & in solutione illa de bonis matrimonij tangit aliquid etiam de bono virginitatis. in c. nuptiæ quæ suaderi potest, imperari nequaquam, ut in cap. integritas.

Secunda quæstione, qua quæritur, an ea sit coniux appellanda, quæ causa incontinentiæ ducitur, docetur primo, quod non, Sed in contrarium. solutio est, dummodo aliquid de his, quæ sunt contra substantiam matrimonij, non opponatur, de hoc extra de condi. appo. c fin. §. his ita respondetur: vbi probatur vbi primo fuit institutum matrimonium, & de bonis matrimonij tangit ibi in capit. quidquid. & in c. connubia ubi est optima nota de isto cõniugio, vbi dicitur, quod in coitu etiam coniugali non adest, nec est gratia sancti spiritus, incidenter tractat, qui abortum committunt seu procurant, vtrum sint homicidæ & docetur quod sic, si puerperium formatum est, uel erit, per ca. Moyses, quod est expressum, extra de homicid. si aliquis. & iterum redit ad probandum solutionem suam prædictam & an consensus parentum requirẽdus est in copulandis filijs, per c. honorantur.

Tertia quæstione, qua quæritur, vtrum neptis ingenui habens patrem suum teneatur sequi arbitrium aui ingenui, dicit q̃d aui.

Quarta quæstione, qua quæritur, an viuente vxore sterili, liceat alicui filios ex ancilla quærere. probatur quod non, non obstante multorum patrum exemplis Abrahæ, Loth, & Iacob. dicens: quod fornicatio non solum adulterium hodie est prohibita. in fi. docet quos partus uentrem sequitur, de hoc, extra de seru. non ordin. cap. si.

Quinta quæstione, qua quæritur, an ea, quæ uim patitur peccatum admittere comprobetur, docetur quod non, quia reuera non antea caro potest corrumpi, nisi mens fuerit corrupta. verum tamen est quod corruptæ sunt per capitu. si paulus. Item probatur quod non peccat, quæ sic vim passa est, nec propter hoc potest a viro dimitti.

Item probat, quod ex quo vir, & vxor coniugali affectu sunt copulati, non licet eis ab inuicem separari per cap. horrendus. excepta causa fornicationis. extra de sponſ. ex parte, & quod excommunicandi sunt qui dimittunt vxores suas, supra cap. proximo. q. 11. & quod eodẽ modo puniẽdi sunt viri, si adulterentur, & probatum fuerit, sicut & mulieres: aliter si non probatur, contra eos procedi non potest, quia occulta peccata non habent vindictam, & probatione cessante, vindicta cessat, per capitu. Christiana.

Sexta quæstione, qua quæritur, vtrũ adulter possit dimittere adulteram probatur quod non, de hoc extra de adult. capit. primo, & fi.

Septi-

Septima quæst. qua quæritur vtrū ille, qui dimittit uxorem suam causa fornicationis, possit ea viuente aliam ducere. probatur ꝙ non de hoc in d. ca ex parte. de sponſ. probans ꝙ adulterium magnum eſt peccatum, & fornicatio, & inceſtus & peccatum contra naturam. & quod ſunt in ca. non ſolum, & ca. quid adulterio grauius. & cap. flagitia. de his extra de eo qui cogno. conſangui. vxo. ſuæ, per totum. Item quod poſt matrimonium contractum, ſi alter fiat furioſus vel ſtultus, ſemper remanet matrimonium: quia illud vinculum matrimonij, in nullo caſu rumpi poteſt. extra de conuer. coniug. ex parte.

Octaua quæſtione, qua quæritur, utrum liceat ei, qui dimiſit uxorem ducere aliam infidelem, ut eam ad fidem deducat, & reſpondetur quod non. extra de conuer. infi.

Cauſa trigeſimatertia.

Quidam maleficijs impeditus uxori ſuæ debitum reddere non poterat, alius interim clanculo eam corrupit, a uiro ſuo ſeparata, &c.

Haec eſt 33. cauſa, tractans poſt multa impedimenta matrimonij de impotentia coeundi, de criminis enormitate, de feriarum tempore, quibus de pœnitentia, longum interſerit tractatum, & ponit de ipſo themate quinque quæſtiones.

In prima quæſtione quæritur, utrū propter impoſſibilitatem coeundi mulier ſit ſeparanda a uiro? Reſpondetur quod ſic, ſi naturale fuerit impedimentum, ante carnalem copulam, quod ſi ille poſtmodum cum alia cœperit, priora connubia reparentur. Si autem propter maleficium, nunquam priora reparantur per capitu ſi per ſortiarias. de hoc apparet hic, & extra per totum tit. de frigidis.

Secunda quæſtione, qua quæritur an a viro ſuo ſeparata poſſit nubere illi, qui eam durante primo matrimonio cognouerat; Reſpondetur quod ſic peracta pœnitentia, ſi per iudicium eccleſiæ ſeparata fuerit, aliter non: quia nullus debet dimittere uxorem ſuam ſine iudicio eccleſiæ: quia hoc eſſet pœnam apponere. quæ imponi non debet niſi per iudicem, ut extra de diuor. porro, quod ſi dimiſſa fuerit, ante omnia reſtituenda eſt uxor extra de reſtitu. ſpol. ex conqueſtione & c. litteras. Item quod non licet uiro ſuam uxorem interficere, etiamſi inueniat eam adulterantem, quod eſt uerum ſecundum canones, quia gladio materiali neminem puniri uolunt, ſed ſpirituali: qa propter fornicationem dimitti poteſt, non occidi a uiro ſuo ſecundum Euāgelicam ueritatem, & de pœnis eorum, qui uxores ſuas interficiunt ponit, quod clericis licet ſi uxores eorum peccauerint, eas in cuſtodia detinere ligatas, non uſque ad necem eas affligere. de hoc extra de iureiu. quemadmodum. Item ſoluit quare poſt ſeptem annos pænitentes ad priſtinum ſtatum reuertuntur uel recipi iubentur, ſed pœnitens ad matrimonium, uel militiam non recipiuntur regulariter ext. de pœnit. & rem. c. 2. niſi ex diſpenſatione, iuſta cauſa ſuggerente, & niſi haberent vxores iſti pœnitentes: quia tunc eis uti poſſunt: quia quos Deus coniunxit, homo non ſeparat.

Tertia quæſtione, qua quæritur, vtrum ſola cordis contritione, & ſecreta ſatisfactione abſque oris confeſſione quiſque poſſit Deo ſatisfacere.

TRACTATVS DE pœnitentia.

Hic incipit tractatus de pœnitentia, qui in ſeptem partes diſtinguitur, quæ vſu aliter diſtinctiones appellantur, in quorum qualibet diuerſa quæſtio tractatur.

Diſtinctio prima.

Prima diſtinctio tractatur, quod ſupra poſitum eſt, & primo nititur probare quod ſola cordis contritio, & ſecreta ſatisfactio ſufficit, & multorum ſanctorum auctoritatibus & legibus ſuper hoc inductis. Sed in contrarium ſoluitur: an tamen ſola cordis contritio ſufficit ad remiſſionem pœnæ æternæ, ubi duo reliqua neceſſitatis excludit, & quid de hac quæſtione ſit dicendum, tene quod pluribus in locis ibi adnotatum eſt.

Diſtinctio ſecunda.

Secunda diſtinctio qua tractatur, an charitas ſemel habita poſſit amitti. probatur quod ſic, de imperfecta dum eſt homo in uita iſta, de qua tractat poſt c. occaſione cuius, de tertia in ſecunda incipit facere mentionem, & occaſionaliter, & incidenter uenit ad hanc q̄onem. pp eos, qui negant pænitentiam reintegrari poſſe, aſſerentes, quia charitas ſemel habita numquam amittitur, ita pænitentia ſemel celebrata uere nulla ſequente culpa maculatur, docens in ſui principio quid ſit charitas & effectus eius, & quot gradus ſint in charitate, & poſt baptiſmum homo peccare poteſt & de præſcitis, & de prædeſtinatis. docens quod præſciti nunquam ueram charitatem habere poſſunt, ſed fictam quã aliquam ſe eſſe demonſtrat. probatur, ut in fine diſt. & ibi de creatione, & caſu Satanæ ponit, & de confirmatione Angelorum, qui remanſerunt in cælo.

Diſtinctio tertia.

Tertia diſtinctione quæritur, an pænitentia iterari poſſit, probatur quod ſic, ponens multas diffinitiones pænitentiæ ſed primo aſſeritur quod non. Item tractat an pluribus criminibus irretitus de uno tantum poſſit pænitentiam agere. Solutio iſtius eſt extra de pænitentia, & remiſſio. quod quidam.

Diſtinctio quarta.

Quarta diſtinctione dicitur, an peccata dimiſſa per pænitentiam redeant, & allegat pro & contra & tandem deducit in eam partem ꝙ redeant ſaltem quod de hoc quod non proficiet ei prima pænitentia quo ad uitam æternam ſed tunc proficiet, cum de alijs egerit pænitentiam, ut in capitulo finali.

Diſtinctio quinta.

Quinta diſtinctione quæritur, qualiter peccatorem conſiderare oporteat in pænitentia, & probat per multa, ſcilicet qualitatem criminis, locum & tempus commiſſi criminis, & multa alia quæ continentur in capitulo in iſta diſtinctione per totum & qualiter confiteri & pænitere debeat docet.

Diſtinctio ſexta.

Sexta diſtinctiones duas facit quæſtiones, prima eſt, cui confeſſio eſt facienda, & docetur quod pro-

proprio sacerdoti, & ex iusta causa alij cuicunque, sed cum licentia proprij sacerdotis, de hoc extra de pœnitentia & remissio. & etiam laico in necessitate. Nota qualis debeat esse, qui de aliorũ criminibus iudicat, & docetur quod sapiens, & discretus, & ab omni crimine mundus.

Distinctio septima.

Septima dist. qua quæritur, usque ad quod tempus recipiendus est peccator ad pœnitentiã. & respondetur, ꝙ vsque ad ultimum exitum vitæ suæ: quia de nemine desperandum est, dum est in hoc mortali corpore constitutus. & ita nunquam pœnitentia est neganda, & de prædictis. 5 dist. tractatur plene in quarta quæstione huius. 33. causæ, in qua quæsitum fuit vtrum orationis tempore coniugali opere uacare liceat, docetur quod non, nisi in fine iusta de causa, puta si scandalum inde nascatur, uel fornicationis inde uitandæ causa, aliter peccatur mortaliter secundum quosdam. Alij dicunt, ꝙ de consilio loquũtur in canones, qui hoc prohibeat, ut ibi in summa super principio quæstionis hoc statutum fuit quod tempore orationis & abstinentiæ nuptiæ non celebrantur, vt in capitulo, vir cum propria. in fi. de hoc extra de fer. Cappellanus. & quod dicit, quod commistioni vacandum non est tempore ieiunij, verum est de consensu viri & uxoris, alioqui semper requisitus tenetur reddere, sed non exigere, & ex hoc formatur sequens quæstio.

Quinta quæstione, qua quæritur, vtrum uiri sine consensu uxoris vouere possint continentiã docetur quod non, sed de consensu vtriusque possunt ambo uel alter continentiam vouere, & in capitulo, quod Deo patri, de hoc extra de conuer. coniuga. per totum, & de bono uirginitatis, & continentiæ, docetur in capitulo tunc saluabitur, & docetur quod si uir consenserit vxorem vouere, uel econtra, oportet similiter quod ipse uoueat, de hoc ext. de conuer. coniuga. capitulo tertio. Item docet, quod mulier semper debet esse subdita uiro, propter hoc, quia uir est factus ad imaginem Dei, mulier uero non, extra de probationi. proposuisti, & de desponsa. impube. probat per capitulum, mulierem, quia mulieri iudicare non licet, uel testimonium ferre, quod uerum est in criminali.

Causa trigesimaquarta.

Quidam uir in captiuitatem ductus est, postea uxor eius audiens illum mortuum, nupsit alij. Demum ille de captiuitate, &c.

Haec est 34. Causa, habens sub se duas quæst.

In prima quæstione qua quæritur, vtrum sit rea adulterij, quæ ab sente uiro in captiuitate alteri nupsit, & respondetur quod non, si ignorat ipsum uiuere.

Secũda quæst. qua quæritur vtrum reuertente primo uiro a captiuitate sit ei restituenda, & respondetur, quod sic, & de utraque quæstione apertius, extra de secundis nuptijs, dominus.

Item utrum vxor teneatur sequi virum, & quando quis malæ fidei possessor videatur, docet de hoc extra de præscriptione capitulo finali, & de eo, qui ignoranter adulterium commisit tractat in fine.

Causa trigesimaquinta.

Quidam uir uxore sua defuncta aliam quæ ei defunctæ quarto gradu attinebat sibi in matrimonio copulauit, quæ uxori defunctæ, &c.

Haec est 35. Causa, habens sub se decem quæstiones, tractans de consanguinitate & affinitate, & gradibus cognationis.

In prima quæst. qua quæritur, vtrum liceat alicui aliquam ducere de propria cognatione in vxorem, docetur quòd non, & causam quare hoc fit hodie cum in veteri testamento seruaretur contrarium, ostendit, de hoc extra de consanguinitate, & affinitate.

Secunda & tertia quæst. quæ simul examinantur, in quarum prima quæritur, vtrum consanguinea vxoris alicuius duci possit in coniugium, & vsque ad quem gradum oportet abstinere a proprijs consanguineis, & causam quare hoc fit, probat, immo aliqua capitula videntur innuere, quod dum in memoria potest retineri consanguinitas, durat prohibitio, quæ copulas de affinitate innuere uideantur vsque ad quintam gradum, sed hoc soluitur in §. fi. sed totum hoc est hodie correctum per constitutionem ca. non debet. de consanguinitate, & affinitate.

Quarta quæstione, qua quæritur, quare ad 7. gradum matrimoniũ prohibetur, ostendens rationem supra: quia sex ætatibus mundi generatio, & hominis status finiri debet.

Quinta quæst qua quæritur, quibus accusationibus matrimonia sint dirimenda, sed de hoc extra qui ma. accus. possunt, per totum, & de spon. cum in tua. & forma iuramenti quod testes super matrimonio inducti præstare debent, & testes etiam synodales, & de illis, qui ex aliqua iusta causa ab uxoribus separantur, vel coniunguntur inuiti, docens, quod si sciat quis consanguineã uxorem suam, non debet ipsam dimittere sine iudicio ecclesiæ, extra de diuor porro. nec uni testi. super hoc impedimento matrimonij credi debet, de hoc extra de testibus, licet.

Sexta quæst. qua quæritur, vtrum illi, quæ de incestuosis nascuntur sint legitimi sibi reputandi, docetur quod non: nec debent in aliquo succedere patri, extra qui filij sint legitimi, per totum, & de eo, qui duxit in ma. cum haberet.

Octaua quæstione, qua quæritur, an hi qui ignoranter coniuncti sunt in prohibito gradu affinitatis, vel consanguinitatis ex dispensatione in tali matrimonio remanere possint, & docet, quod sic de hoc extra de consanguinitate & affinitate, & de pęna seu pęnitentia ipsorum incestuosorum, docet de hoc extra de eo, qui cognouit consanguine. capit. primo, & ca. tua. & in multis c. ibidem.

Nona quæst. qua quæritur, si ecclesia fraude testium, uel ignorantia aliquos separauit per sentẽtiam, si postea deprehensa fuerit falsitas testium, uel caliditas, utrum possit primam sententiam reuocare? docetur quod sic, de hoc extra de re iud. lator & ca. consanguinei, tractatur ibi, quod non tantum sententia matrimonij potest reuocari ex causa: immo etiã contra alias sententias ecclesia venit ex causa multoties, ut ext. de test. spo. litteras.

Decima quęst. vtrum soboles suscepta ex primis nuptijs possit copulari cum consanguineis secundi uiri defuncti, & utrum affinitas dissoluatur per mortem uiri uel mulieris, & respondetur, ꝙ non, primum corrigitur per constitutionem ext. de consan. & affinita. non debet.

Cau-

Causa trigesima sexta.

Filiam cuiusdam patre ignorante quidam muneribus illexit, & ad conuiuiũ inuitauit. finito conuiuio iuuenis virginem oppressit, quo comperto, &c.

HAec est 36. Causa & vltima, & habet in se duas quæst.

In prima quæritur, vtrum quidam, qui per vim puellam corrupit, raptum commiserit, & probatur quod sic.

Quod ferri debet ab episcopo specialiter, vnde & mucro episcopi dicitur 16. q. 2. visis. in fi 24. quæst. 3. corripiantur.
Quod excommunicatio non est contemnenda 11. q. 3. nemo contemnat, & duobus cap. seq.
Quod ideo non est contemnenda, quia non homo ligat, sed Christus 11. q. 3. nemo contemnat.
Quod quando non contemnitur, non est eradicatio, sed disciplina 24. q. 3 notandum.
Quod excommunicatio iusta, uel iniusta, est timenda 11. q. 3. c. 1. & c. qui iustus.
Quod etiam cum iniusta contemnitur, incurritur 11. q 3. qui iustus.
Quod iniustę excõmunicationi est parendum vsque ad causæ cognitionem 11. q. 3. si episcopus. §. præmissis, & c. iustus. & §. seq
Quod iniusta excommunicatio dicitur quæ fit timore terreno 9. q 3. fratres.
Item iniusta dicitur ex ordine, quãdo videlicet ordine non seruato in sententia proceditur. 11. q 3. ser uetur. §. item sententia.
Item iniusta dicitur ex causa, quñ scilicet nullum subest crimen, sed solum propter odium iudicis vel aliquem alium fauorem iustum, iustus damnatur. 11. q. 3. non solũ. §. aliquando, & cap. quatuor, cum quinque cap seq.
Item iniusta dicitur quę non lędit eum in quem fertur, sed a quo fertur. 24. q 3. certum, &c. de illicita. & c. si habes. §. vbi ergo. in fi.
Quod iniusta excommunicatio coram Deo non ligat. 11. q. 3. quomodo, & nouem c. seq.
Quod qui patienter fert iniustam excõmunicationem ecclesiæ, meretur coronam. 11. q. 3. & si.
Quod plures sunt species excõmunicationis: quędam enim arcet a liminibus ecclesiæ, & ab Eucharistiæ perceptione, & hæc dicitur minor. Alia vero non solum ab his, sed etiam separat ab omni fidelium communione, & hæc dicitur maior. 11. q 3. ad mensam. §. euidenter. 3. q. 4. Engeltrudam. 5. q. 2. præsenti.
Quod excommunicatio lata ab episcopo morte superueniente non remittitur a successore 35. q. 9. quod quis.
Quod etiam roborantur à successore 35. q 9. loci.
Quod excõicati sunt ipso iure in canone qui sortilegijs, & diuinationibus intendunt 26. q 5. si quis ariolos & c. non oportet, & aliquanti. c. sortes c. si quis clericus, & c. augurijs.
Item qui manus violentas in clericum vel aliam personam religiosam, uel ecclesiasticam iniecerit. 17. quæst. 4. si quis suadente. 24. q. 3. si quis.
Item violatores ecclesiarum & raptores rerum ecclesiasticarum. 12. q. 3. canonica. 17. q. 4. omnes ecclesiæ, & c. frater 24. q. 3. si quis de.
Item noua telonia imponentes, & clericos siue Romipetas spoliantes. 24. quæst. 3. si quis Romipetas. & cap. seq.
Item litteras papę falsificantes. 50. dist. si episcopus.
Item omnis hæreticus ipso iure excommunicatus est 4. q. 1. quòd autem.
Item omnis mortaliter peccans est extra communionem ecclesiæ donec pœnituerit 6. q. 1. illi qui.
Item ipso iure excommunicatus est qui mortui episcopi res, quæ pro qui successore integraliter referuari debẽt, diripere præsumit. 12. q. 2. illud, & ca. seq. & c. hæc huius placiti.
Quod excõmunicandi sunt episcopi qui ad concilium uocati non ueniunt, uel qui concilium impediunt. 18. dist. quoniã. & c. si quis. & 4. q 5. c. 1. 11. q 3. certum.
Item excõmunicandi sunt qui præcepta apostolicæ sedis non custodiunt 19 dist. nulli.
Item qui ecclesiastica priuilegia cõtemnunt 12 q. 2. qui & diuinis, & humanis.
Item episcopi, vel clerici dissolute viuentes 35 dist. episcopus.
Item Imperatores, vel Reges delinquentes 96. distin. duo 11. quæst. 3. cum apud.
Quod non potest excommunicari, nisi Christianus 24. q. 1. audiuimus. post med.
Quod aliquis episcopus potest excommunicare subditum alterius episcopi ratione criminis quod in eius episcopatu cõmisit. 6. q. 3. placuit. 3 q. 6. ibi enim. & c. vlt.
Quod negligenter testamenta exequentes sunt excommunicandi. 13. q. 2. qui oblationes & duobus cap. seq.
Item contumax est excommunicandus. 17. q. 4. si quis deinceps. in fin.
Item incendiarij sunt excommunicandi, & pro pœnitẽtia per annũ ultra mare transmittendi. 23. q. vlti. pessimam.
Item homicidæ, falsi testes. 24. q. 3. itaque.
Item hęretici & schismatici, & quorum scripta hæresim continent, etiam post mortem sunt excommunicandi 24. q. 2. sane pro.
Quod excõmunicatur clericus mortuus in ludis gentilium. 23. q. 8. quicunque clericus.
Item excommunicatur post mortẽ qui hæreticum constituit hæredẽ. 24. q. 2. sane profertur. ante med.
Item excommunicantur post mortem qui se voluntarie occidunt. 23. q. 5. placuit.
Quod sacerdos missam inchoatam ex temeritate non finiens, est excommunicandus. 7. q. 1. nihil. in fi.
Quod non vitantes excommunicatos sunt excommunicandi. 11. q. 3. sanctis.
Quod nemo est nominatim excommunicandus nisi de crimine sit cõuictus vel confessus. 2. q. 1. multi.
Quod nullus est excommunicandus antequã causa probetur. 24. q. 3. de illicita.
Quod nomina publice excommunicatorum debent ignorantib' intimari, ne per ignorantiam se possint excusare. 11. q. 3. curæ sit.
Quod qui propter facinus ab hæreticis excommunicantur, à fidelibus propter detestationem criminis non sunt recipiendi. 24. q. 1. qs quis. & c. seq.
Quod indebite excommunicãs per triginta dies à sacra communione suspenditur. 11. q. 3. audi.
Quod excommunicatus non potest esse iudex aliorum. 24. quæst. 1. miramur.
Quod excommunicati non admittuntur ad denunciandũ vel ad accusãdum 3. q. 4. conspiratores & duobus c. seq. 4. q. 1. per totum 24. q. 1. miramur, §. his auctoritatib. in fin.
Item infames sunt. 6. q 1. infames.
Quod excommunicatus si intra annum se purgare cõtempserit, post annum tanquam reus non est audiendus. 11. q. 3. rursus, & c seq.
Quod excommunicati non possunt alios excommunicare vel iudicare. 24. q 1. audiuimus, & c. ait, & c. seq. & c. miramur.
Quod episcopus excommunicatus non dicitur ordinare quãtum ad executionem, quia quod non habet, dare non potest, 1. q. 1. quicumque sacros. c. qui perfectionem. & c. ventum est.
Quod excommunicati celebrantes triennii pænitentia puniũtur. 11. q. 3. de illis.
Quod excommunicati in sacris cõstituti, officio interesse nõ debẽt. 11. q. 3. si quis episcopus, in fin.
Quod excõmunicati omnino sunt vitandi. dist. 93. si inimicus. & cap. seq 6 q. 1. illi qui. 11. quæst. 3. ad mensam. & cap. rogo. & quattuor cap. seq.
Quod non est communicandum excommunicato maiori excommunicatione in oratione, cibo, potu, osculo, aut salutatione 11. q. 3. excommunicatos. &c. cum excommunicatio. &c. antecessor.
Quod non licet clericis communicare episcopo. 93. dist. miratus.
Quod nominatim excommunicato non est communicandum, ne sententia transeat in tertiam personam.

nam. 12. q. 3. si quis laicus & c. excellentissimus. 24. q. 2. sane quod.
Quod ideo non est communicandũ excommunicato, vt confusus citius laboret reconciliari. 93. dist. si inimicus. & 11. q. 3. audi.
Quod cum pagano magis licet communicare quam cum excommunicato. 11. q. 3. ad mensam.
Quod quilibet prælatus debet alterius episcopi subditum excommunicatum vitare, & facere vt a suis vitetur. 11. q. 3. curæ sit.
Quod sine culpa communicat excommunicatis vxor, filius, seruus ignorans, & necessitatem patiens. 11. q. 3. quoniam multos. & c. excellentissimus.
Item qui communicat propter spẽ correctionis. 11. q. 3. antecessor, Vnde versus.

Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse,
Hæc anathema quidem faciunt ne possit obesse.

Quod viatori vel peregrino transeũti in terra excommunicatorũ emere, & pauperi mendicare conceditur. 11 q 3. quoniam multos.
Quod occultum excommunicatum tantum sciens tenetur vitare, ac si sciret publice eum excommunicatum 6 q 2. si tantum. & cap. seq.
Quod publice excommunicato intrante ecclesiã omnes debent exire. 23. q. 1. omnis qui. & 11. q. 3. sicut apostoli.
Quod presbyter si canonem inchoauit, propter superuenientem excõicatum, missam non debet relinquere imperfectam. 7. q. 1. nihil.
Quod mortuo suffragia a viuis non debent exhiberi, q propter excõicationem viuis non communicauit. 11. q. 3 quicunque intra.
Quod tali excõmunicato possumus communicare mortuo, qui viuẽs petiuit absolui. 24. q. 2. de communione. & c. nec quisquam.
Quod communicans excommunicato indebite, excommunicationẽ incurrit. 11. queſ. 3. præcipue. & c. si quis episcopus & c. seq. & c. sicut apostoli. & c. epi. & cap. placuit.
Quod episcopi communicantes excommunicatis in crimine, deponantur. 11. q 3. Teugualdum. & c. quicumque contristauerit.
Quod episcopus cõione priuatur, qui soli sibi cognitum publicat excommunicatum. 6 q. 2. placuit.
Quod excommunicatus antequam absoluatur debet spondere emendam de præterito, & cautelam de futuro 11. q. 3. cum aliquis. & 12. q. 2. de viro, in fi.
Quod absoluitur quis ab excommunicatione absens per litteras. 24. q. 3. comperimus.
Quod absoluitur post mortem, si viuens hoc petiuit. 24. quæst. 2. nec quisquam.
Quod de excommunicatione papę quam sibi reseruauit nullus nisi in morte potest absoluere. 16. q. 1. frater noster.
Quod solennis excommunicationis & absolutionis forma ponitur. 11. q. 3. debent.
EXCVSATIO. Quod excusatio inferioris non valet, vbi de rebus ecclesiæ quas illicite possident, vel principes, vel parentes, se excusant. 16 q. 1. in canonibus, ante finem.
Quod auctoritas & præceptum superiorum excusant in quibusdam facta inferiorum. 14. quæst. 5. dixit dominus.
Quod auctoritas superioris non excusat inferiores in delictis. 11. q. 3. si dominus. & c seq.
Quod Iudęi a furto excusãtur Ægyptiorum, quia iubente Deo paruerunt. 14. q. 5. dixit dominus.
Quod ebrietas excusat culpam a tãto, sed non a toto. 15. q. 1. sane. & c. inebriauerunt.
EXECVTIO. Quod executio sententiæ iudicis debet differri vsq; ad triginta dies, propter deliberationem. 11. q. 3. cum apud.
Quod ab executoris sentẽtia appellare non licet, nisi ipse modum executionis excedat. 2. q. 6. si quando. §. ab executore.
Quod licet ab executore appellare si ipsa sententia excommunicationis opponatur 11. q. 3. cum excommunicato.
Quod executores testamentorum propter negligentiam debent excommunicari. 13. q. 2 clerici.
EXEMPLVM. Quod exempla sanctorum tam in scriptis quam in factis perspicaciter sunt recordanda. 20. distinctio. de quibus. 23. q. 6. vides.
Quod ratio sana est exemplis ponẽda. 9. dist. sana.
Quod superiores inferioribus exẽplum bonum tenentur dare. 8. q. 1. qualis 12 q. 1. nolo.
Quod vita pastoris in exemplum debet esset discipulis. 2. q. 7. cum pastoris. 81. dist. nemo.
Quod prælati tot mortibus digni sunt, quot vitiosa exempla ad subditos transmittunt. 11. quæstio. 3. pręcipue.
Quod senior ibi stricta increpatione est feriendus, vbi iuuenibus exemplum ad interitum præbet. 2. q. 7. Paulus dicit. 93. dist. peruenit ad nos, in fi.
Quod in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia status peccator honoratur. 83. dist. nemo.
Quod quilibet quantũcumque magnus subditos & minores se paratus sit in bono imitari. 22. dist. de Constantinopolitana.
Quod casus perfectorum suo exemplo multos retrahit a statu perfectionis quem aggredi intendebant. 17. q. 1. qui bona.
Quod mali qui emẽdari despiciũt, ne sanctos suæ perditionis exemplo inficiant, tanquam morbida caro omnibus sunt præscindendi. 24. q. 3. ecce.
Quod ad exemplum domini gratiarum actio post mensam debet dici. 44. dist. quando autem.

De hac materia habes vbi agitur de Imitatione.

EXEMPTIO. Quod exemptio episcopi vel abbatis a suo superiori non potest fieri nisi per solum Papam 16. quæstio. 1. frater. 18. q. 2. luminoso.
Quod exemptus non potest iudicari nisi a solo Papa. 16. q. 1. frater.
Quod in monasterijs exemptis nullus prælatus sine consensu abbatis valet exercere aliquam potestatem. 18. q. 2. luminoso.
Quod prelatus qui exemptioni papæ insurgere conatur communione, vsque ad extremum vitæ suæ priuatur. 16. q. 1. frater. ante med.
EXEQVIÆ. Quod exequiæ pompaticę plus sunt solatia viuorum, quam subsidia mortuorum. 13. q. 2 animę.
Quod apud Deum non perit quidquid pro mortuis in exequiis diligentia hominum persoluit 23. q. 2. animę.
Quod quia ignoramus quibus mortuis prosunt, vel non prosunt exequię, ideo pro nullo debemus eas omittere. 13. quæstio. 2. non existimemus.
EXHÆREDATIO. Quod exhæreditatio aliorum non debet fieri propter ecclesiæ promotionem. 17. q. vlt. c. vlt.
Quod successor qui nõ adempleuit voluntatem defuncti, debet exhęredari. 11. q. 1. Siluester.

De hac materia habes vbi agitur de Hæreditate.

EXILIVM. Quod exilium est canonica pœna quam ecclesia imponit in malitia obstinatis 16. q. 1. probinum 2. q 1. in primis.
Quod sacrilegiorũ pęna est carcer, vel exilium. 17. quæstio. 4. attendendum.
Quod ignobiles pacem ecclesię turbantes, in perpetuum exilium relegantur 24. q 1. qui contra.
EXITVS. Quod exitus malitiæ, virtutis operatur ingressum: eodemque studio quo crimẽ excluditur, innocentia copulatur. 12. q. 1. cum renunciatur.
Quod tunc quis ab vnitate ecclesiæ exit quando a fide & charitate recedit 24. q. 3. cum aliquis.
Quod tunc boni a malis exire dicuntur quando etiam cum ipsis corporaliter conuersatur, mente a factis eorum recedunt. 23. quæstio 4. tolerandi sunt. & c. ecce. & cap. a malis.

Quod

Quod a malis exire est facta eorum detestando ipsos de malo corripere. 13 q. 4. recedite.

Quod difficile est vt bono peragantur exitu quæ malo inchoata sunt principio. 1. q. 1. principatus. & c. fertur §. cum ergo, in fi.

EXPOSITIO. Quod expositus cuiuscunque miseratione collectus post decem dies a dño non potest repeti 87 dist. si expositus.

Quod expositio scripturarum accipienda est secundum proprietatẽ linguarum, de quibus sunt translatæ. 38 dist. locutio.

Quod exponenda est scriptura secũdum varietatem causarum, personarum, temporum, & locorum. 29. dist. per totum.

De expositione scripturarum require vbi agitur de Scriptura.

EXORCISTA. Quod exorcistæ in Græco, in Latino adiurantes vocantur. 21. dist. clericos.

Quod exorcistę est officium manus super energumenos, & cathecumenos in exorcizando imponere. 25. dist. perlectis.

FABVLA. Quod fabulas sęcularium negotiorum non decet in mensa clerici, sed verba sacræ lectionis recitare. 44. distin. conuiuia, &c. seq.

Quod in mensis clericorum lectio diuinarum scripturarum haberi ꝑcipitur, vt fabulosa, & curiosa, & otiosa vitentur. 44. dist. pro reuerentia.

Quod quia oblectamenta fabularum nimium excitant ad incẽdia libidinum, prohibetur Christianis legere figmenta poetarum. 37. dist. ideo.

FACILITAS. Quod facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi. 23. q. 4. est iniusta. in fi.

FALLACIA. Quod fallacia ex voluntate procedens grauior est quam quæ de infirmitate vel tenuitate procedit. 22. q 2. beatus, §. ille ergo.

Quod non mentitur qui animum fallendi non habet, sicut patet de Petro. & paulo 22 q. 2. beatus.

Quod ille falsum iurat qui scit falsum esse quod iurat, 22. q. 2. beatus, §. ille ergo.

Quod falli in illis quæ non sunt ad salutem, vel nullum vel leuissimũ est peccatum 22. q. 2. in quibus.

Quod minus malum est fallere aliquem in contractibus quam falli in articulis fidei 22. quęstio. 2. in ipsarum.

Quod falsum testimonium nemo cantra se vel proximum dicere debet. 23. quæstio. quinta si non. ante medium.

Quod falsi testes communione priuantur, si clerici fuerint, in monasterio perpetuo detruduntur 24. q. 3. itaque. 50 dist. si episcopus.

Quod sicut veritas persequitur falsitatẽ, sic boni in malis non persequuntur nisi malum. 23. q. 4. qui peccat.

FALSARIVS. Quod falsarius dr̃ qui litteras defert, quę licet vere fuerint tamen de cõscientia papæ non emanarunt. 19. dist. in memoriam, vbi nota glo quæ innuit diuersos modos falsandi.

Item falsarius dicitur qui chartam vel bullam radendo vel mutando falsificat. 50. dist. si epicopus.

Item falsarius dicitur qui falsa suggestione vel precibus falsis impetrat. 25. quæst. 2. dicenti.

Quod charta super beneficijs personalibus si non habet datam, falsa iudicatur 25. q. 2 §. si qua bñficia.

Quod licet episcopo falsarium domini papæ incarcerare. 19. dist. in memoriam.

Quod falsarius litterarum domini papę si est clericus, est ab ordine deponendus, & in monasterium perpetuo detrudendus. 50. dist. si episcopus.

FALX Quod falx in alienam messem mittitur, quando fructus ecclesiæ non a vero, sed alieno pasto re tollitur. 13. q. 1. c. 1. §. in diœcesi, ante medium.

Quod Deus in messem falcem mittit, cum vnuiscuiusque vitam temporalem per mortis sententiam incidit. de pœn. distin. 2. cum sanctam. circa medium.

FAMA. Quod fama bona necessaria est nobis propter alios. 11. q. 3. non sunt audiendi. 12. quæst. 1. nolo, & q 2. quattuor. in fine.

Quod quisquis custodit famam suam, in alijs est misericors. 11. q. 3 non sunt audiendi.

Quod clericus, de quo mala fama crebrescit, etiam si conuinci non potest coram episcopo, pręsentibus prebyteris expurgatur. 15. q. 5. cap. 1.

Quod prædicator honus officium suum non debet negligere, etiam si currat inter infamiam & bona famam 6. q. 2. sunt plurimi.

De hac materia require vbi agitur de Infamia.

FAMES. Quod fames quandoque ex ira Dei in mundum mittitur, quando pauperibus eleemosynæ subtrahuntur. 16. q. 1. reuertimini. post medium.

Quod qui fame laboranti non succurrit, graue peccatum incurrit. 86. dist. satis.

Quod qui fame morientem non pauit, quasi ipsum propria manu occidit 86. dist. pasce.

Quod iudex ecclesię licet teneatur se dare panis famem, & sitim aquæ, magis tamẽ famem audiendi verbum Dei. 8. q. 2. audacter. in fine.

Quod fames pristina sermoni domini præsentia doctrinarum eius & cœlestis panis saturitate compensabitur. 76. distinctio. ieiunium. in fine.

Quod fames curat morbos, quos gula infert de consecr. distinctio. 5. nullus.

FAMILIA. Quod familia debet per dominum suum de malo corrigi, & ad bonum incitari 47. dist. sicut hi, §. necesse.

Quod non culpatur paterfamilias faciens quod dẽt, si aliquis in familia manet incorrigibilis. 48. dist. quantumlibet.

Quod episcopus debet cauere ne aliquem in familia habeat ind. scipłinatum 47 dist. sicut hi, §. necesse.

Quod a principio in omni familia bona fuit aliquis ma'us, incorrigibilis. 47. dist. quantumlibet.

Quod propter culpam familię negligens paterfamilia punitur, tam temporaliter quam æternaliter, sicut patet de Hely. 47. distin. sicut hi, §. necesse

Quod domino excommunicato, indebire fertur sententia contra familiam 14. quæstio. 3. si habes. §. vt ergo.

FAMILIARITAS. Quod familiaritas contra extraneos repellit testem 3 quęstio. 5. consanguinei & cap seq.

Quod familiaritas mulierum nimia, omnibus clericis, & religiosis prohibetur. 82. dist. interdixit, & duobus cap. seq. 34. dist. quorumdam. 81. dist. clericus. vsque ad fin. dist. 18. q 2. cognouimus. & cap. seq.

Quod vbi nimia familiaritas est mulierum, stimuli antiqui hostis non desunt. 81. dist. oportet.

Quod monachi sacrarum virginum custodes, ne propter familiaritatem suspecti habeantur, a frequenti earum accessu, & colloquio arceantur. 18. quæstio. 2. in decima, cap. seq.

FATVM. Quod fatum est genus diuinationis, cui qui intendit, dãnationem animę suæ incurrit 26. q. vlt. non obseruetis.

FAVOR. Quod fauor singularis non debet attendi in electione prælati. 63 dist. porro.

Quod nec indigni debent propter fauorem ad sacros ordines promoueri. 1. q. 1 pueri.

Quod illi qui ecclesias indignis ex fauore conferunt, sacrilegi reputantur. 1. q. 1. sunt quidam.

Quod nõ corrigere peruersos nihil aliud est quam fauere. 83. distinctio. nemo. & cap. sequen. 13. quæstio. 6. si res. post medium, 23. q. 4. quisquis.

Quod fauere impietati est non turbare cum possit quis peruersos. 23. q. 3. qui potest. & c. ostendit.

Quod prelatus qui fauet in malo peccatoribus, vel qui piger est in corrigendo, ipse eis in malitia sociatur 23. quęstio. 4. ita. & capitu. a malis.

Quod qui consentit peccantibus, & defen-

defendit delinquentes: apud Deũ & homines est maledictus, 11.q.3. qui consentit.

Quod fauorem dantes maleficiis sũt excommunicandi, 21.q.5. placuit, & tribus c. seq.

De hac materia require ubi agitur de Consensu.

FAX. quod sicut fax accensa sibi detrimentum præstat, aliis uero lumen in tenebris administrat, sic malus prælatus uel prædicator, 15. q.8. sciscitantibus.

Quod sicut superuacuis laborat impendiis qui solem certat facibus adiuuare, sic qui zelum Dei dicit se habere, & in corrigẽdo exequitur indebite, 6.q 1. si omnia.

FOELICITAS. Quod fęlicitate peccantium nihil est infœlicius, 23 q.1. paratus.

FOEMINA. Quod fœmina non debet esse iudex, 3.q.7. infam. s, §. tria.

Quod fęmina propter uerecundiam sexus nisi in sua & suorum causa non permittitur pro aliquo aduocare, 15.q.3.§.1. & quattuor capit. seq.

Quod fœmina nisi in crimine læsæ maiestatis, & in hæresi, & in simonia non pmittitur accusare, 15 q 3. certis de causis, & trib. c. seq.

Quod fœmina quantumcunque docta & sancta in conuentu uirorum non debet prædicare, 23. disti. mulier 33.q vlt.c. vlt. de conse. disti 3. mulier.

Quod monachæ uel quantumcumq; sanctæ fœminæ non licet pallas altaris uel uasa sacra contingere, 23. dist sacratas.

An fœmina possit ordinem & characterem ordinis recipere, 27 q.1. diaconissam.

Quod fœmina sancta mente est diligenda, non corporali frequentia, 32. dist. hospitiolum.

Quod fœmina extranea non debet clerico cohabitare, 81. dist. cũ omnibus, & c. seq.

Quod non possunt Deo pleno corde coniungi qui fœminarum accessibus copulantur, 32 distin. hospitiolum.

Quod clerico prohibetur cohabitatio fœminarum nisi forte sint mater uel soror uel consimilis persona carens suspicione 32. dist. inter dixit 23. dist. igitur, 81. dis. clericus, & c. seq.

Quod beatus Augus. etiam cum sorore habitare noluit propter coniunctarum personarum societatẽ, 81 dist. legitur.

Quod religio non permittit ut solus cum sola loquatur, 81. dist. in omnibus.

Quod ut excludatur mala suspicio, nullus clericus nisi certis locis & temporibus debet loqui cum fœmina 81 dist. in omnibus.

Quod confabulatio clerici cum fœmina debet esse per modica & cõpẽdiosa uerba, 18.q.2. diffinimus & c. seq.

Quod etiam abbati non licit loqui cum fęminis, nisi sub duorum uel trium monachorum testimoniis, 18.q.2. in decima.

Quod monachi & monachæ in uno monasterio non debent cohabitare, 18.q.2. diffinimus.

Quod abbatissa uolens loqui cũ aliquo, debet associari per vetulam monacham, 18.q. 2. diffinimus.

Quod non licet clericis, & aliis Christianis balneare se cum fœminis. dist. 81. non oportet.

Quod de formis fœminarum nõ est disputandũ 42 dist. hospitiolum.

Quod fœmina in signum subiectionis & uerecundiæ peccati quod induxit, debet uelari cap. 15 q.3. uer. his itaque, 33.q. vlt. c. vlt. & c. hæc imago.

Quod fœmina nec comam amputare, nec ueste uirili propter luxum vti debet, 30. distinc. si qua mulier suo, & c. quęcunque.

Quod enixæ uel menstruatæ fęminæ non debet prohiberi introitus ecclesiæ 5. dist. §.1. & c. seq.

Quod deterior est conditio mulieris quam uiri quantum ad subiectionem, 33.q.5. hæc imago, & ca. seq.

Item quantum ad uoti fractionem, quia uir uotum eius reuocare potest, sed non econtrario, 33.q.5. noluit.

Item quantũad ordinis susceptionẽ, 32. distinc. mulieres, 15. quæstio.3. §.1.

Item quantum ad accusationem & testificationem, 15.q.3.§.1.

FERIÆ. Quod feriæ legitimæ ad festinandum & non ad placita sæcularia exercenda ponuntur, 15.q. 4 per totum.

Quod feriæ legitimæ ad ieiunadũ sunt secũda feria, quarta & sexta, 82. dis. presbyter, 11.q. vl. de illis, 22. q.5. qui compulsus, de consec. dist. 3. ieiunia.

Quod ab aduentu Domini usque ad octauam Epiphaniæ, & alia tempora feriata sunt quo ad celebrationem nuptiarum, 33. quæstio.4. non oportet, & tribus capi. seq. Vide quod sanciuit conc. Trid. de hac re.

Quod qui dies uel quæ tempora ferianda sunt per circuitum anni. de consec. dist. 3.§.1.

FESTIVITAS. Quod festiuitas sanctorum quando sit festiuanda, laicis est pronuntiandum de consec. dist 3.§.1.

Quod festiuitate per anni circulum sunt celebrandæ, innuitur, de consec. dist. 3 pronuntiandum, & c. rogationes.

Quod in sanctorũ festiuitatibus maxime solent homines uacare comessationibus, 44. distin. comessationes.

Quod maxime clerici festiuitates sanctorum cum deuotione tenentur peragere, 44 distin. nullus, 15. q.4. per totum, 16.q.7. & hoc diximus.

Quod in festiuitatibus prohibendi sunt laici per sacerdotes a chorearum saltationibus, de cons. disti.3. irreligiosa.

De hac materia habes ubi agitur de die Dominico.

FESTINANTIA. Quod festinantia in quibus sit bona, & in quibus mala, habes ubi agitur de acceleratione.

FINGERE. quod decuplex inuenitur de canone fictio consona cum decem prædicamentis, nam quandoque fingitur esse qui non est, ut Iacob finxit se esse Esau. 22. q.2 quæritur, §. item opponitur, ubi nota prædicamentum substantiæ.

Item quandoque fingitur quis esse minor quam sit, 2. quæst. 7. quamquam. Exemplum de Augustino, & Hieronymo, ubi nota prædicamentum quantitatis.

Item quandoque fingitur quis talis esse qualis non est, 29. q.1.§.1. vbi nota prædicamentum qualitatis.

Item quandoque quis fingitur esse pater qui non est. 27.q.2. institutũ, §. iuxta, ubi Ioseph dicitur pater Christi, ubi nota prædicamentum relationis.

Item quandoque fingitur quis agere quod non agit, 22 q. 2. cum humilitatis, ubi not. prædicamentum actionis.

Item quandoque fingitur quis pati qui non patitur, 32.q.5 proposito, ubi nota prædicamentum passionis.

Item quandoque fingitur quis esse eo tpe quo non est de pœn. dist. 1. periculose, ubi nota prædicamentum temporis.

Item quandoque fingitur situm esse quod non est, 13. dist. duo & c. nerui, ubi nota prædicamentum situs.

Item quandoque fingitur non habere quod habet, 31. distin lex continentiæ, ubi nota prædicamentum habitus.

Item quandoque fingitur esse in loco ubi non est, 7. q. 1. mutationes, ubi nota prædicamentum ubi.

FIDES Quod fides est de uno uisis, & ideo habet meritum, de pę. dist. 4. in domo.

Quod fides est quæ per dilectionem operatur, de pę. dist. 2. firmum Dei fundamentum.

Quod fides quandoque accipitur pro fidei sacramento, aliquando pro habitu mentis, de consecr. dis. 4. nihil.

Quod illud apostoli, quidquid non est ex fide, peccatum est, sic accipitur quòd quidquid fit contra conscientiam, ędificat ad gehennam, 28.q.2 omnes, §. ex his.

Quod fides non tantam est liberi arbitrii, sed donum Dei. de consecrat. dist. 4. gratia.

Quod fides sine operibus non valet. 1. q. 1. sicut vrgeri, & c. fertur, de pœnit. dist. 2. §. non est mirum.

Quod fides meritorum suorum gradibus proficit & crescit, de pœnit. dist. 2. §. hæc quæ.

Quod articuli fidei, quos firmiter credere debemus, ponuntur, 33. dist. qui episcopus, de consecratio. distin. 4 prima.

Quod symbolum fidei est in ecclesia publice laicis prædicandum, de cõsecr. dist. 4. symbolum.

Quod symbolum fidei ab electo in archiepiscopum, ante acceptionem pallii est profitendum, 100. distin. optatum.

Quod est multiplex effectus fidei, nã fides in vnum connectit quos diuersitas meritorum tenet, 43. dist. sit rector post med.

Item fides omnia purgat, 15. q. vlt. c. vlt. 24 q. 1 si Petrus.

Item omnes procellas militantis ecclesię superat, 24. q. 1. non turbatur. in fi.

Item fides rempublicam magis quã sudores corporales gubernat, 23. q. 8. tributum, §. quamuis.

Item vbi humana ratio non potest attingere, fides comprehendit, 24. q. 1. non turbatur, in fi.

Quod fides supplet ubi baptismus vel aliud sacramentum haberi nõ potest, de consec. distin. 4. baptismi.

Item in baptismo prodest paruulis fides offerentium, de consec. dist. 4. illud.

Item nisi quis soliditatem fidei tenuerit, Deum cognoscere non poterit, 20 q. 1. quia.

Item ubi sana fides non est, non potest esse iustitia, 24. q. 1. ubi.

Quod sine fide falsa est virtus etiam in optimis moribus, 28. q. 1. omnes, §. ex his.

Quod prælatorum est confirmare fidem subditorum, 21. dist. § 1. in fi.

Quod cum circa fidem in aliquo dubitatur, ad fidem apostolicam, tanquam ad magistram recurritur, 11. dist. palam, 22. dis. omnes.

Quod omnes Christiani tenentur fidem Christi defendere, 96. distin. nos, & c. ubinam.

Quod non habet fidem Christi qui corpus ipsius, idest, membra ecclesiæ nititur detrahere, 24. q. 1. aduocauit.

Quod illis non est credendum qui fidem veritatis abiecerunt, 2. q. 7. non potest, 61. dist episcopum.

Quod qui diuinationibus & magicis illusionibus credit, fidem perdit, 26. q. 5. episcopi.

Quod ideo permittit Deus magicis artibus illudi hominibus, ut ipsorum erga Deum fides probetur 26. q. 5. nec mirum, in fi.

Quod fides cum promittitur, etiam hosti est seruanda, 23. q. 1. noli.

Quod in promissione stulte facta uel vi extorta fides non est seruanda, 22. quæst. 4. in malis, 15. q 6. cap. 1. & c. seq.

Quod non est fides quæ promittitur pro crimine adimplendo, 22. q. 4. si ad peccatum.

Quod ad fidem suscipiendam nullus est cogendus 45. dist. quid cap. qui syncera, & c. de Iudæis.

Quod ad susceptam fidem cogitur quis redire, & eam seruare, 45. d. s. de Iudæis, 23. q. 5. ad fidem.

FIDELITAS. Quod fidelitas seruanda est domino temporali, 24. q. 5. si apud.

Quod propter præceptum ecclesiæ quandoque discolis dominis fidelitas non seruatur, 15. q. 6. nos sanctorum, et c. seq.

Quod Papa propter excessum Domini absoluit subditos a iuramento fidelitatis, 15. q. 6. alius.

Quod Imperator tenetur Papæ iurare fidelitatem, 63. distin. tibi Domino.

Quod fidelitatis forma sex requirit seruanda, uidelicet incolume, tutum, honestum, vtile, facile, possibile, 22. q. 5. de forma.

Quod inter fideles & infideles multa debet esse discretio, 2. quæst. 4. alieni.

Quod debet inter eos esse discretio in accusatione & testificatione, 2. q. 7. pagani.

Item in matrimonii contractione, 28. q. 1. iam nunc, & c. seq. & c. Iudæi, & c. seq.

Item in ciborum perceptione, 28. q. 1. nullus, & c. seq.

Item in mutua cohabitatione, 28. q. 1. Iudæi, & c. seq.

Item in ieiunorum obseruatione, de consecr. dist. 3. ieiunium.

Item in temporis præscriptione, 16. q. 3. porro.

Quod non potest homini esse fidelis, qui Deo extitit infidelis, 2. q. 7. nõ potest.

Quod fidelis malus licet sit numero intra ecclesiam, merito est extra, 1. q. 1. ut euidenter, 24. q. vlt. de illis, in fi.

Quod talis plus nociuus est ecclesiæ quam directe infidelis, 11. q. 3. noli te, in fi.

Item peior est infideli, 6. q. 1. quæro.

Quod talis Christiani peccatum grauius est peccato infidelis, 32. q. 4. in eo.

Quod pœna ipsius pro peccato grauior erit quam pœna infidelis, 12. q. 1. scimus, 1. q 1. nonne.

Quod talis tolerandus est, non imitãdus quamdiu ab ecclesia per sententiam non præsciditur, 23. q. 4. forte, & c. infidelis.

FILIVS. Quod filius dicitur per carnis propagationem, per morum imitationem, 22. q. 2. quæritur, §. item opponitur.

Quod filii Dei dicuntur tripliciter, uel prædestinatione tantum, uel prædestinatione & spe beatitudinis æternæ, vel merito fidei & præsentis iustitiæ, de pœn. dist. 4. si ex bono.

Quod filii spirituales dicuntur tripliciter, videlicet aut per baptismi immersionem, aut a baptismo per leuationem, aut per confessionem. 30. q. 1. omnes, & c. ad limina.

Quod filii diaboli dicuntur non per carnis propagationem, sed per criminis successionem, 1. quæstio. 1. cito.

Quod filii liberi dicuntur qui ex libero matrimonio sunt orti. Naturales autem cõcubinarum filii, quos sola natura genuit, non honestas coniugii, 32. q. 4. c. ult.

Quod illi non reputantur filii, nec debent in bonis succedere patris, qui nati sunt de incestu, 35. q 7. per totum.

Quod filii legitimi dicuntur, qui uel ante baptismum, vel post de matrimonio nati sunt, 28. quęstio. 1. num quid.

Quod filii sequuntur conditionem ventris 32. q. 4. cap. ult. 28. quæst. 1. Iudæi.

Quod pater carnalis de filiis temporalem curam debet habere, 30. dis. si quis reliquerit.

Quod tenetur filios suos verbo, & exemplo a uitiis ad uirtutum studia prouocare. 47. dis. sicut hi, §. necesse, usque in fin.

Quod non debet semper eos osculari, sed quandoque propter disciplinam castigare, 5. quæst. 5. non osculatur.

Quod gloria patris est filius sapiens, 95 dist. esto, in fi.

Quod tunc pro patribus nati sunt filii, quando pro apostolis surrexerunt episcopi, 68. dist. quorum.

Quod filii presbyterorum, si paternæ incontinentiæ sunt imitatores, ad sacros ordines non sunt promouẽdi, 56. dist. presbyterorum.

Quod quandoque filiis peccata parẽtum imputantur, quandoque non, 61. dist. per totum.

Quod filii illegitimi puniuntur propter incontinentiam parentum, 14. q. 3. cum multæ.

FISCVS. Quod fiscus tollit quod non accepit Christus, 16. q. 7. maiores, & quæstio. 1. decimæ circa med.

Quod res cõuictorum, & unitati pertinacitet resistentium, fisco uendicantur, 23. quæstio 4. nimirum, in fi.

FLAGELLVM. Quod flagellum Domini quãdoque est ad uindictam, quandoque ad hominis purgationem, 7. quæst. 1. cum percussio.

Quod sicut pastor errantia pecora flagello reducit, sic homines errãtes per flagella sunt reducendi, 23. quæstio. 4. nimium, post medium, & c. displicet, per totum, & cap. debet.

quod

Quod flagellato non est addenda afflictio. 7. q. 1. cum percussio.
Quod flagellatio, vt proficiat, debet esse discreta. 45 dist. cum beatus.
De hac materia require vbi agitur de correctione disciplinæ, & vbi agitur de percussione.

FLAMINES. Quod flamines dicebantur sacerdotes Gentiliũ, a filo quo in capite vtebantur, pro quo dicebantur flamines, quasi filamines, 21. distinct. cleros. circa medium.
Quod apostoli in locis vbi Gentiles primos habuerunt flamines, constituerunt Patriarchas. vbi vero archiflamines, constituerunt archiepiscopos: & vbi flamines, posuerunt episcopos. 8. distinctio. in illis.

FLETVS Quod fletus immoderatus non debet fieri pro morte amicorum, quia ipsos per mortem non amittimus, 13. q 1 quam præposterum.
Quod flere mortuum indebite, pro uenit ex desperatione futuræ resurrectionis, & ex pusillanimitate plus quam ex pietate. 13. q 2. vbi. cumque & §. seq.
Quod dominus nõ fleuit Lazarum mortuum, sed ad mundi huius ęrumnas resuscitandum 13. q 2. quia diuina.
Quod Petrus fleuit, & flẽdo peccata deleuit. de pęn. dist. 1 circa princ.
Quod peccator flere debet cogitando quia iniuste peccando Deum suũ offendit. de pœ dist 5. defleat.
Item fleat qui peccatis se vltro obtulit, & in ipsis perseuerauit. de pęn. dist. 1. § 1. circa princ.
Item fleat non solum quia peccauit sed quia interim virtute se priuauit. de pœniten. dist. 5. §. 1. ver. dolendum.
Item fleat quod proximum suũ malo exemplo corrupit de pænit. distin. 5 §. 1. ver animaduertere.
De hac materia habes vbi agitur de Lachrimis, & vbi agitur de Luctu.

FOMES. Quod fomes est languor naturæ, qui carnis concupiscentia appellatur, 15. q 1 §. itaque.
Quod fomes carnis concupiscentia appellatur, quæ verius animæ infirmitas dici potest; sed ideo infirmitas carnis dicitur, quia accidit animæ ex coniunctæ carnis corruptione, 15 q 1 itaque.
Quod fomes non est peccatum, sed pęna peccati 15. q. 1. §. 1.
Quod fomes in baptismo nõ deletur, sed debilitatur. de consecrat. dist. 4. per baptismum. & cap. non ex quo.
Quod fomes semper repugnat legi mentis, etiam in perfectis. 32. q. 5. si Paulus.

FONS. Quod fons signatus, & puteus aquæ viuę dicitur ecclesia. 24. questio. 1. omnibus. & capit. quoniam.
Quod sicut a fonte pręcisus riuus arescit, sic vnusquisque ab vnitate ecclesiæ separatus. 24. q. 1. loquitur ante fi.
Quod scientia sacræ scripturæ magis de fonte quam de riuulis est quærenda. 76. distin. ieiunium. circa princ.
Quod prælati non vtilia saluti prædicantes dicuntur fontes sine aqua. 2 q. 7. sicuti. in fi.
Quod charitas dicit fons. 80. q 1. in scripturis ante fin.
Quod dicitur fons baptisma. 18 q. 2. pridem.

FORMA. Quod forma & exemplum dicuntur esse prælati subditorum. 94 dist. dictum. 95. distinct. esto. 16 q. 1. prædicatur. 21. q 4 pręcipimus.
Quod forma ecclesiasticæ vitę est in clericorum castitate. 82. dist. proposuisti in fi.
Quod forma perfecta est, vt non totum sibi arripiat, sed quod habet, cum pauperibus partiatur, 86. dist. in singulis.
Quod forma appellationis & apostolorum habetur. 2. q 6 post appellationem, § forma.
Item forma reconciliationis excommunicati. 11. quęst. vlt. quod prædecessor, §. excommunicationis. & c. seq.
Item forma fidelitatis iuratur. 22. q. 5. forma.
Item forma verborũ qua transubstantiatur corpus, & sanguis Christi. de consecratio. distinct. secunda, quia corpus, & capit. qui manducat.
Item forma separationis, & reconciliationis coniugum 35. quæst 6. ab ito, & c. seq.

FORNICATIO Quod fornicatio, est duplex, scilicet spiritualis & corporalis, seu carnalis. 28. q. 1. idololatria. 32. q. 7. non solum.
Quod omnis pollutio immunda est carnalis fornicatio, 32 quæst. 7. per totum.
Quod fornicatio licet videatur esse genus cuiuslibet coitus tamen specialiter intelligitur in vsu viduarum, meretricum, vel concubinarum. 36. q. 1. lex illa, §. cum ergo.
Quod fornicatio carnalis nulli impune conceditur 27. q. 1. nubendi.
Quod simplex fornicatio, quæ est soluti cum soluta, prohibetur. 32. q 4. dicat, & cap. meretrices.
Quod propter maius malum vitandum non est multum exaggeranda. 32. q 2. ancillam.
Quod fornicatio non est diuersa, siue pulchra sit, siue turpis quam quis cognoscit. 14. q. vlt c. vlt.
Quod fornicatio maximum peccatum est, propter templi Dei violationem 32 q 4. in eo, & q. 7. non solum.
quod fœminæ fornicantes cum clericis debent in seruitutem redigi. 32. dist. eos, qui.
De materia clericorum inuenies vbi agitur de Clericis.

Quod episcopus vel presbyter fornicans cum sua filia spirituali, si publicum est, debet deponi: si occultum, episcopus 15. annis, & presbyter. 12 debet pænitere. 30. q. 1. omnes. & duobus c. seq.
Quod maritus sic cõtinere debet vt non det vxori occasionem fornicandi, 27. q 1. nubendi.
Quod propter solam causam fornicationis vxor dimittitur quantum ad cohabitationem. 32. q. 1. dixit Dominus.
Quod fornicatio spiritualis est idololatria, quam sequuntur infideles, & quęlibet noxia superstitio. 28. q 1. idololatria.
quod fornicatio animi est seruitus idolorum. 32. q. 7. non solum.
Quod auaritia quę est idolorum seruitus fornicatio spiritualis dicitur. 28. q. 1. idololatria.
Quod fornicatio spiritualis dicitur consensu mentis ad fornicandum iuxta illud, Qui viderit mulierẽ, &c. 32. q. 7. non solum.

FORTITVDO. Quod fortitudo corporalis si pro afflictione in malignantes exercetur, bona & laudabilis est 23. q. 3. fortitudo.
Exemplum de Moyse qui Ægyptiũ malignantem occidit. 23. q. 3. non inferenda.
Quod ille prodest furi vel piratæ q fortitudinem membrorum suorum ne peius agant debilitat. 23. q 3. si quis.
Quod dilectores huius sęculi fortes sunt in iis quæ sunt ad mundum, & debiles in his quę sunt ad Deũ, 47. dist. omnis.

FORVS. Quod forus est exercendarum litium locus, sicut innuitur. 11 q. 1. clericus siue.
Quod actor debet sequi forum pulsatis, 11. q 1 si quisquam.
Quod siue clericus, siue laicus pro crimine pulsatus non nisi in foro suo debet audiri, 11. q. 1. clericus. & c seq.
Quod clericis pulsatis in episcopali iudicio forum competit. 11 q. 1. si quis quam.
Quod excepta sede apostolica nemo potest trahi extra suam diœcesim vel prouinciam pro causę litigio 6. quæst. 3 & 21. q. 1 fere per totum.
Quod ratione criminis commissi efficitur quis de foro alieno. 3. quæstio. cap. vlt.
Quod ibi causa agenda est, vbi crimen committitur, 3. q. 6. peregrina. sex c. seq.
Quod si quis mutat domicilium ibi forum iudicij subeat vbi habitationem elegit. 13. q. 2. vbicumque, § quia ergo.

Quod

Quod qui causam, siue iustam, siue iniustam ad alterius fidei iudicis forum euocat, est excommunicandus.2 q.6.catholicus.

Quod clericus ab episcopo depositus si principem sæcularem adeat, amplius non auditur, sed spem recipiendi gradus in futurum amittit 21.q.5.c.1 & c.vlt.

Quod clericus si extra prouinciam [excepta sede apostolica] iudicia expectat, est deponendus,3 q. 6. non liceat,11.q.1. si quis clericus & c. seq. & c. inolita. & c. de diuersis.

FRATER. Quod dicitur quis frater fide.2.q.1.multi circa med. 11. q.3.ad mensam.

Item frater dicitur consanguinitate 35.q.3.quædam lex.

Item dicitur frater iuris interpretatione,28.q.1.numquid.

Item dicitur frater dignitatis communione,51.dist præterea.de pœn. dist.5.fratres nostros.

Item dicitur frater religione.16.q.1. vos autem

Item dicitur frater religionis professione 10. q.2.episcopus habeat.

Item dicitur frater nomine naturæ. 6.q.1.ex merito.

Item dicitur frater similitudine. de consec.dist.1. Iacobus frater Dñi.

Item dicitur frater facti comparatione,14.q 5. immolans.in fine.

FRAVS. Quod fraus proprie committitur quando res ad speciales vsus missa retinetur, vel indebite expenditur.16 q.1. reuertimini.

Quod amico rapere furtum est, ecclesiamq; defraudare sacrilegium est 12.q.1. gloria.in fi. 13.q. 2.qui oblationes in fi.

Quod cum pauperibus eleemosyna subtrahitur, Deus qui res ad hoc contulit, de sua parte defraudari conqueritur 16.q.1.reuertimini.

Quod qui defraudat panem egentium,homo sanguinis est. 14. q.5. immolans.

Quod qui legata morientium retinent: egenos & mortuos consolatione defraudant. 13. quæst.2 qui oblationes.

Quod qui defraudat ecclesiæ res,in quadruplum debet restituere. 12. q.2.in antiquis.

Quod clericus qui res ecclesiæ, quæ sunt pauperum defraudat, est corripiendus: si vero episcopus est, deponendus est,10 q.2.episcopus. & cap seq.

Quod qui furem & latronem,vel raptorem aliena cum possit, vt restituat nō compellit,est socius fraudis vel criminis.14.q.vlt.si res.

De hac materia require vbi agitur de Diuortio.

FRVCTVS Quod fructus digni pœnitentiæ sunt incipientium,videlicet de peccatis dolere,& de futuris malis cauere. de pœniten. distin.5. circa finem, 50. distinct. quia sanctitas.

Quod fructus virtutum sunt proficientium, quorum est de virtute in virtutem progredi.de pœn.distin.5.in fi.

Quod fructus spiritus sunt perfectorum, quorum est beatitudinibus insistere, videlicet voluntariam paupertatem diligere,mansuetudinem tenere, pro æterno desiderio lugere, iustitiam esurire & sitire, misericordiam, & munditiam ad tranquillitatem pacis amplecti, & pro obseruatione iustitiæ persecutionem pati,& cæteris fructibus spiritus insistere de pœnit dist.2. si quis semel.

FVGA. Quod fuga peccatum est elongare se a terrenis & propinquis,12.q.1.c.cui portio.

Quod fugiendi sunt honores, & fugientibus offerendi. 8. quæst. 1.in scripturis.

Quod si a persecutoribus prælati persona quæritur,debet fugere:si autem fides vel grexquæritur, se obijcere 7.q. 1. aduersitas. §. hoc etiam tunc.

Quod qui iudicium fugit,constat illum de iustitia diffidere 11.quæst. 1.Christianis,in fi.

Quod hæretici & schismatici in prouincia permanentes sunt fugiendi.24 q 1.omnis.

Quod ecclesiam fugientes sunt ab ecclesia protegendi.87.dist eos

FVROR. Quod furor commotionis tempore iustum putat omne quod facit 11.q.3.illa.

Quod laudabile est in præpositis si non furentur, sed ratio dominetur in ipsis.11.q.3.illa.

Quod furor in sapiente talia facit, de quibus post multum solet pœnitere.11.q.3. cum apud.

Quod rectores aliorum non cum leuitate vel furore debent pcipitare sententiam.11.q.3. summopere.

Quod qui post sacerdotium furere incepit,sacerdotio non carebit,nisi in furia sit perseuerans.15. q. 1. si quis non in fine.

FVRTVM. Quod furtum est omnis illicita alienæ rei alienatio.14. q.5 pœnale.32 q.4 meretrices,circa finem.

Quod fur reputatur qui volens furari propter timorem humanum non furatur.de pænit. distinct.1.si propterea.

Quod nō permisit rapinam qui furtum prohibuit 32.q. 4.meretrices.

Quod furti nomine rapina,& quidquid proximo aufertur illicite,in prohibitione decalogi continetur 14.q.5 pœnale.

Quod quantumcumque parū quis abstulerit, furti nomen incurrit, 14 quæst.6.c.vlt. de pœn. distin. 1. vulgaris.

Quod non furtum, sed mens furantis attenditur 14.quæstio. vltima, cap.vltim.

Quod furtum non facit necessitas, sed voluntas. de consecratione dist. 5.discipulos.

Quod cum pro necessitate vitę alienum tollitur, quia tunc omnia sunt communia,furtum non committitur.ibid.

Quod qui vt eleemosynam faciat alienum accipit, furtum committit. 14.quæst 5 forte 32. quęst.4. sic non sunt.

Quod non est furtum accipere ab inuito sibi debitum 14.quæstio 5. non sane

Quod res Ægyptiorum asportando furtum non commiserunt filii Israel, quia Domino omnium iubente paruerant,14. quæst.5.dixit Dominus.

Quod furem vel raptorem nullus debet defendere, sed humanitatis causa potest pro ipso intercedere. 14.q.6.c.si res & c hi qui.

Quod fures vel latrones. quia infames sunt, nec accusare, nec testis esse possunt.3.quæstio.quinta,constituimus.

Quod furtum ex auaritia cōmissum grauius punitur, quam quod fit ex inopia 12.q.2. fraternitas.

Quod episcopus rerum ecclesiæ dilapidator tanquam fur a suo honore est deponendus.x q.2 ca. vlt. 12.q.2 in legibus.

Quod presbyter in furto deprehensus, ab omni honore deponitur, 82 dist.presbyter.

Quod prælatus est fur, qui non curat de ouibus, vel intrat per ostiū in officium prælaturæ.23. q.4 tres personas.

Quod furtiua vsurpatio præiudiciū non generat,93.dist illud.

FVTVRVM. Quod futura scire expedit: & modo debito sunt inquirenda. 1 q 7. conuenientibus. in princ.

Quod futura nō sunt per sortilegia inuestiganda. 26. q 2. non statim. & duobus c seq.

Quod curiositas est per constellationes futura inuestigare 26.q.7. sors §.his ita.

Quod futura non sunt inuestiganda per auguria, vel per aliarum artium magicarum documenta, 26.q.2.illud.

Quod omnia prædicta futura inquirere est idololatriæ deseruire, 26. q.2.sed & illud.

Quod auspicia & augurationes oracula, & metropolitana per quæ homines futura inquirunt, inualuerunt ex arte dæmoniaca, 26. q. 2. qui sine Saluatore.

Quod ex inspectione scripturarum futura non sunt quęrenda 26.q.5. aliquanti.

Quod dęmones cum ex acumine sensus & celeritate motus, & ex diuturnitate temporis ipsis ante cognita hominibus aliqua prænunciant, futura videntur prędicere. 26 q.4. sciendum per totum capitulum.

GENERATIO. Quod generatio est duplex, videlicet carnalis, quæ est a patrib. per successionem, & spiritualis, quę fit per baptismi generationem. 32 q. 4. recurrat. de consec. dist. 4. regenerante.

Quod in generatione carnali quandoque de malis nascuntur boni, quandoque de bonis nascuntur mali, quandoque de bonis boni, & de malis mali, 32. q. 4. recurrit, 47. dist. quātumlibet, 56. dist. nasci. ante si.

Quod nasci de adulterio non est culpa nascentis, sed eius qui generauit. 56. dist nasci.

Quod vndecumque generentur homines, honesti & salui erunt, si parentum vitia non sectantur. 56. di. vndecūque. &c Dominus noster.

Quod multi summi Pontifices & episcopi sunt ex presbyteris generati. 56 dist. c 1. Osius.

Quod ideo quidam vsque ad quartam generationem ecclesiam Dei intrare prohibentur, donec culpam auctorum multipliciter successio generationis aboleat. 1. q 1. cito.

Quod generatio spiritualis quæ est per baptismum, facit remissionē omnium peccatorum. de consecr. dist. 4. regenerante.

Quod baptismus Ioannis non erat sufficiens ad spiritualem generationem. de consec. dist. 4. non regenerabantur.

Quod Christus suo baptismo homines ad spiritualem generationem prouocauit. de consec. dist. 3. nō regenerabantur.

GENVA. Quod genua a festo Paschæ usque ad festum Pentecostes inclusiue in signum resurrectionis dominicæ ad horas non sunt flectenda 76. dist c ieiunium, §. nō autem. & cap scire 30. disti. si quis presbyter, § similiter.

Qd nec in die dominico, nec in alio festo sanctorum genua flectenda sunt orando. 30. dist. si quis presbyter. de consec. distinct. 3. quoniam sunt.

Quod in diebus ieiuniorum genua flectere peccatores debent. 26. q. 7. sacerdos.

GESTVS. Quod gestus exterior, corporis qualitatem indicat mentis. 41. distinctione clericus, §. sicut ergo.

Quod gestus reprehensibilis, si dissolutus uel mollis est, indicat lasciuiam; si fractus, indicat superbiā. si citus, indicat impetuositatem, si tardus, indicat pigritiam. 41. disti. parsimoniam. & cap. clericus, § sicut ergo.

GLADIVS. Quod gladius est duplex, scilicet materialis, & spiritualis. 23. q 8 §. 1 15. q. 6. auctoritatem. circa si.

Quod Christus non uenit in terram mittere gladium materialem, sed spiritualem. 33. q 3. interfectores, §. in hoc.

Quod ecclesia non habet nisi spiritualem gladium, quia non occidit sed uiuificat. 33. q. 2. inter hæc. 16. q. 2 visis. in fi. 24. q. 1. si Petrus.

Quod materialis gladius prælatis in exemplum patientiæ inhibetur, spiritualis uero qui est uerbū Dei exerceri præcipitur. 23. q. 1. §. 1. & q. 8 § 1.

Quod ecclesia criminosos non materiali, sed spirituali gladio feriri iubet. 33. quæst. 2. interfactores. §. in hoc.

Quod prælati ecclesiæ de mandato Papæ possunt res ecclesiæ materiali gladio defendere. 15. q. 6. auctoritatem. circa si.

Quod potestates sæculares ideo non sine causa gladiū materialem portant, quia in malefactores iræ Dei existunt ministri 23. q. 5. non solū. & c. sunt quædam. & q. 4. quæsitū. & c. sicut, in fi.

Quod sæcularis potestas cum gladium vindictæ respuit, occasionē peccādi tribuit 23. q 4. est iniusta.

Quod ille gladium materialem cū culpa accipit, qui sine potestate cō cessa a superiore in sanguinem alterius armatur. 23 quæst. 4. ille gladium.

GLORIA. Quod gloria episcopi est pauperibus subuenire, 12. q 2. gloria.

Quod infirmitas corporis duplicatur est enim vt languor naturæ, quæ carnis cõcupiscentia siue fomes dicitur. Alia est quæ proprie corporis infirmitas appellatur, quia elementorum, seu humorum concordia turbata caro ipsa afficitur, & tandem dissoluitur. 15. q. 1. illud, §. itaque.
Quod infirmitas sine causa a Deo non immittitur, licet ab homine ea ignoretur 7. q. 1. percussio 15. q. 1. illud, §. itaque.
Quod infirmitas corporalis excusat a pœna iudicis 17. dist. placuit, vt quotiescunque.
Quod non posse comparere reputatur qui infirmitate detinetur 5. q. 3. si ægrotans 18. distinct. si episcopus.
Quod infirmitas mentis, quæ est dementia, excusat a culpa in ipsa perpetrata, & a pœna 15. q. 1. illud, §. itaque, in fi 3. q. 9. indicas.
Quod episcopus propter infirmitatem corporalem non priuatur episcopatu, sed datur ei coadiutor 7. q. 1. fere per totum.
Quod propter infirmitatem mentis, seu dementiam potest alter ei substitui 7. q 1. quamuis.
Quod episcopus, vel presbyter laborans morbo caduco suspenditur a sacrificio missæ 7. q. 2. in litteris.
Quod cessante infirmitate debet restitui qui propter infirmitatẽ est destitutus vel suspensus 7. q. 2. in litteris.
Quod vrgente infirmitate resignãs beneficium, vouens intrare monasterium, & vltra non processit, si non intrat, restituitur ad beneficium 7. q. 2 c. 1.
Quod proprium debet esse prælatorum compati infirmitatibus subditorum 24. q. 1. quę dignior in fi.
Quod in infirmis non est pœnitentia iniungenda, sed innotescẽda, & amicorum orationibus & eleemosynis subleuanda 26. q. 7. ab infirmis.
INGRATITVDO. quod ingratitudo est reddere malum pro bonis 23 q. 3. sex.
Quod hoc vitium incurrũt qui pleni virtutibus in peccatum cadentes a Deo recedunt. de pœn. dist. 5. consideret, § dolendum.
Quod ingratitudo auctoritate canonum, & legum culpatur 12. q. 2. octaua.
Quod ingratitudo retrudit manumissum in seruitutem 12 q. 2. episcopus qui mancipium c. liberti ecclesiæ, & c seq.
Quod pro ingratitudine potest quis a suo domino priuari beneficio. 22. q. 5. de forma, circa finem.
INIVRIA. Quod iniuria pensanda est non ex opere, sed ex voluntate 15. q. 1. si quis non iratus.
Quod bonis dispẽsatione diuina infertur iniuria, ut purgentur 1. q. 1. sunt plurimi.
Quod iniuria propria patienter est sustinenda, sed Dei, vlciscenda 33. q. 4. inter querelas & §. seq.
Quod tempore Heliæ ignis nõ fuit pro iniuria propretæ, sed Domini, cuius cultus spernebatur 23. q. 4. si illic § sed obiicitur, & cap. Guilisarius.
Quod nostras & nostrorum patienter exemplo sanctorum debemus tolerare iniurias 23 q. 1. per totũ. & q. 4. qui secundum, & q. 5. non est nostrum
Quod iustus patienter tolerant iniuriam celestem meretur coronam. 11. q. 3. & si & c. qui iustus.
Quod a perfectis licite non verberibus, sed verbis moderatis iniuria propulsatur 23. q. 1 paratus.
Quod prælatorum iniuriæ degradatione puniuntur 11. q. 1. si quis sacerdotum.
Quod iniuria episcoporum est iniuria Christi, cuius legatione funguntur 2. q. 7. accusatio quoque, in fine.
Quod species eleemosynæ est iniuriam dimittere 45. distin. & qui & duobus c. seq.
Quod iniuria semel dimissa non debet amplius ad animum reuocari 23. q. 4. si illic
Quod iniurians satisfacere tenetur læso, nec cogitur quis superbo indulgere prius quam humilietur. 23. q 4. si illic.
Quod nolens pro iniuria satisfactionem accipere inedia punitur 95. dist. si quis contristatus.
Quod secundum varietatem iniuriarum debet esse respectus pœnarũ, de pœn dist. 1. vulgaris, & c. pęnæ. 50. dist quia.
Quod qui aufert sua ab inuito, non iniuriam infert 14. quæst. 5. non sane.
Quod cum alterius iniuria nulli est subueniendum 14 q 5. forte, & ca. denique.
Quod nec Deo gratũ est obsequiũ cum iniuria aliorum 14. quæst. 5. c. 1 & 2.
INIVSTITIA. Quod iniustitia iniquitate culpatur commissa in rebus proximiorum 14. q 5. immo tans, & tribus c. seq.
Quod culpatur iniustitia relatorum commissa respectu subditorum. 23 q. 4. si quos post med.
Quod inculpatur iniustitia diuitum commissa respectu pauperum 42. distin. si quis. ante fin.

De iniustitia habes vbi agitur de Iustitia.

INNOCENTIA. Quod quem innocentia adiuuat, dignum est, vt alia castigatio non affligat 2. q. 4. Mennam 3. q. 9. dignum.
Quod innocens de omnibus bene iudicat, qui fidem in omnibus esse arbitratur 22. quæstio. quarta, innocens.
Quod ad officium innocentis pertinet non solum malum non inferre, sed etiam mala cohibere, 23. quæstio. quinta, non est innocentiæ.
Quod qui non ex odio, sed amore corripit delinquentem: non solũ castissimæ innocentiæ, sed diligentissimę seueritatis impleuit officium 23 q 4. ita plane.
An innocentes debeant præferri in prælatis lapsis pœnitentibus 12. dist. nos consuetudinem 16. q. 1. legi circa princ.
Quod videtur quòd exemplo Petri lapsus pœnitens innocentibus in prælaturis debet præferri, quia talis subditis nouit compati 50. distinctio. considerandum, & cap. fidelior.
INOBEDIENTIA. Quod inobedientia est peccatum ariolandi, & scelus idolatriæ nolle acquiescere 81 distin. si qui sunt 32. dist. pręter hoc §. porro.
Quod qui præcepto papæ non obedit, peccatum idolatriæ incurrit. 81. distin. si qui sunt.
Quod omnes clerici, qui non sunt sub obedientia episcopi, sunt acephali 93 dist. nulla, & c. seq.
Quod vbi duo superiores mandant opposita, inferiori non est obediendum 11. q. 3. qui resistit, & cap. sequen.
Quod inobedientes paternis iussionibus, sæuioribus debent corrigi vindictis 23 q 3. iustum est.
Quod inobedientia punitur per excommunicationem 18. distin. decernimus 34 distin. quorundam. in fi. 11. quæst. 3. si autem. & trib. cap seq.
Item punitur per depositionem vel degradationem 11. q 1. si quis sacerdotum q 3 absit 34. distin. quorumdam. in fi
Item punitur per corporalem afflictionem 11 q. 1 si quis sacerdotum. 7. q. 1 denique.
Quod propheta ad schismaticos missus propter inobedientiam a leone occiditur 7 q. 1. denique.
IMPOTENTIA Quod impotentia coeundi si post carnalem copulam superuenerit, non soluit matrimonium, si ante uenit liberum facit alterum matrimonio alij copulari 27. quæstio. secunda, quod autem §. ecce impossibilitas. 33. quæstio. prima, quod autem.
Quod propter impotentiam à copula coniugali separatus libere potest ad ordines promoueri. 27. q. 2. quod autem, §. 1.
Quod naturalis siue perpetua impotentia soluit matrimonium, accidenta-

accidentalis vero quæ fit per maleficium: si cessauerit, solutum restituit 33.q.1.quod autem, in fi. & duobus c.seq.

Quod impotens coram iudice apparere non cogitur, qui infirmitate detinetur 5.q.3.si ægrotans.

IMPVNITAS. Quod impunitas, culpæ viam facit alijs delinquendi 35.q.9.loci & 2.q.7. quapropter 93.dist.peruenit.

De hac materia habes vbi agitur de Correctione, & de Pœna

INQVISITIO. Quod inquisitio facienda est de conditione clericorum prius quā confirmentur 47.dist.de Petro 23.dist. illud.

Item facienda est de infamijs subditorum antequam credatur 2.quæstio 1.Deus omnipotens 30.q.vlt. nullum.

Item facienda est de culpa puniendorum prius quam puniātur 28. dist quia sunt 86. dist. si quid. & cap.tanta.

Item facienda est inquisitio tam super statu clerici, quam populi ab episcopo, bis in anno concilium celebrando 18.dist quoniam.

Quod episcopus in synodis sub iuramento debet pericula inquirere animarum, & inquirenda cōmittere 35.q.6.Episcopus.

Quod episcopi visitando parochias plus debent inquirere de lucro animarū, quam de lucro temporalium rerum.18.quæst. 3. cauendum est.

Quod inquisitio ad veritatem facti non potest peruenire nisi diligenter circumstantiæ inquirātur 23. q.8.occidit.

Quod iudicantem oportet cuncta rimari: & ordinem rerum plena inquisitione discutere 30. q. vlt. cap.vlt.

Quod confessor debet esse sapiens, & diligens inquisitor de loco, tēpore, & de alijs circumstantijs peccatorum, de pœn.distin. 6.§.1 post medium.

Quod veritas diligentius inquisita magis splendescit in lucem 35. q. 9.c.graue.

Quod iudici magis necessaria est lenis inquisitio, quam atrox punitio 23 q.5.c.in fine.

INSANIA. Quod insania continue laborās si quid commiserit, non imputatur 15.q.1.si quis insaniens, & cap. illud, §.cum itaque, in fine.

Quod sicut insani mente nō res sed phantasticа rerū vident, sic mens auari semper aurum, & similia videt 47.dist sicut.

Quod qui infirmitate, vel feruore passionis pressus si quid vouerit, vel promiserit, nisi ratum postea habeat, non tenebit 17. quæst.2. Gonsaldus.

Quod sacerdos tempore insaniæ occidens hominem, licet quantum ad culpam innocens sit, ab executione tamen officij abstinebit 15. q.1.si quis non iratus.

Quod ad sacros ordines nō promouetur qui aliquādo insaniuit; sed promotus post insaniam suam sanatus celebrauit 15. quæstio. 1. si quis non, in fine, & 33. distinct. maritum.

Quod episcopus insanus renunciare non potest nisi habeat lucida interualla 7.q.1. quamuis.

De hac materia habes vbi agitur de Dementia.

INSPIRATIO. Quod inspiratio spiritus sancti soluit à lege statutum 19.q.2 duæ.

Quod vbi spiritus spirat: etiam prælato suo contradicente, ad meliorem vitam potest quis transire. 19.q.2 duæ.

Quod sancti patres ea quæ videtur irreprehensibilia, inspiratione diuina fecerunt 23. q. 5. si non liceat per totum cap.

Quod dominus per occultam inspirationem reuocat a malo 23.q.6. quod erraueraт.

Quod inspiratione diuina castitas habetur 28.dist. de his.

Quod prætens ecclesia inspiratione diuina instituitur 8. distinct. qui contemptа.

Quod qui post inspirationem diuinam, & reuelationem in quo errauerat perseuerat, obstinatus est. 8.distinct. consuetudo 21. distin. nunc.

INSTRVMENTVM. Quod instrumenta chartarum debent sacerdotes conficere, de rebus proprijs & ecclesiarum, quas de nouo intrant 12.q 4.c.1.

Quod quia sæpe proprietati originis obstat longinquitas tēporis stipendia de rebus ecclesiarū quę recipiuntur ab episcopis, debent reddi in instrumentis 12. q.2. sæpe, & c longinquitate.

Quod defuncto episcopo omnes res ipsius, ne ab ecclesia alienentur, a canonicis debent conscribi 12. q.5.sicubi.

Quod instrumenta vi extorta maxime a clericis, nullius sunt vigoris 15.q.6.c.1.& c.auctoritatem.

Quod seruus non potest instrumentum condere testamenti 13. q. 2. illud etiam.

Quod ubi tabellio sine manus publica ad instrumenti subscriptionem non habetur trium testium sufficit subscriptio 13 q 3.placuit. & §.is autem.

Quod sacerdotes pro negotijs sæcularibus non debent poni in instrumentis pro testibus 14. quæstio.2. quamquam.

INTENTIO. Quod intentio operi indifferenti finem imponit. 41.dist.quisquis. c.deliciæ. & cap. quod dicit.

Quod bona intentio non excusat opus malum 1. quæst. 1. non est per totum.

Quod mala intentio facit opus bonum non valere 25.quæst. 5.cum minister.

Quod Deus plus respicit intentionem & voluntatem quam actus. 15.q 6 si quandoque a sacerdotibus in fi.22.q.5 qui peierare.

Quod iuramenta secundum intentionem præstantis non recipiētis a Deo iudicantur 12. q. 5. humanæ,§.1.

Quod nemo debet considerare verba, non enim intentio verbis, sed verba intentio debent deseruire 22.q 5. humanæ.

Quod ream linguam non facit nisi rea intentio 22.q. 2. homines, & duobus c.seq.

Quod ea quæ post intentionem cōtingunt, non imputantur 23 q.5. de occidendis, & c. cum homo.

Quod officia vindictæ possunt implere boni, bona intentione 23.q. offi ia.

Quod qui hac intentione male accipit, ut bene dispensetur aggrauatur potius quam iuuatur.1. q. 1. non est, & 14 q 5.forte.32. quæst.4. sic non sunt.

INTERCESSIO Quod intercessio bonorum, quæ est pro salute proximorū, est superiori porrigenda 23.q 5.prodest.

Quod cum hic displicet ad intercedendum mittitur: irati animus ad deteriora prouocatur.3.q.7 in grauibus 49 dist.§ 1.

Quod sacerdotes in preiudicium aliorum non debent intercedere: quia quiuincitur, intercessoris beneficio se victum arbitratur 14. q.5 denique.

Quod clericis proprium est pro confugientibus ad ecclesiam intercedere: quia hoc non est malos defendere, sed humanam sęuitiam reprimere 14. q. 6. si res 17.q.4. reum.23 quæst.5.reos.14. quæstio. vlt. hi qui.

INTERPRETATIO. Quod interpretatio canonum spectat ad eum qui habet ius cōdendi eos. 25 q.1.ideo,§.his ita.

Quod Romana ecclesia sic canones condidit, ut ipsorum interpretationem sibi retinuit. 25. q. 1. ideo § his ita.

Quod si in canonicis libris aliquid veritati contrarium inuenimus, vel mendosum Codicē debemus credere, uel nos interpretem nō intelligere.9.dist.ego.

Quod ecclesiæ interpretatio si hēt eloquentiæ venustatem est dissimulanda. & fugienda.38.dist. ecclesiastica.

Quod omnis lingua habet quædā propria locutionum genera, quæ cum in aliam transferuntur videntur absurda.37. distinctio locutio.

Quod qui scripturam sacrā aliter inter-

interpretatur quam spiritus sanctus flagitat, hæreticus est. 23 q. 3. hæresis 37. dist. vnio.

INTRVSIO. Quod intrusus episcopus non est habendus pro episcopo, nec habet executionem. 62. distinctio. capitu. 1. & 63. distinct. si per.

Quod intrusi prelati, vel schismatici temporaliter & eternaliter a domino puniuntur. 7. q. 1. denique. per totum cap.

Quod intrusus priuatur dignitate. 63. dist. omnis.

De hac materia habes infra de Inuasore.

INVASOR. Quod inuasor sedis apostolicæ anathematizatur. 79. dist. si quis ex episcopis & cap. si quis pecuniam.

Quod inuasor alterius ecclesiæ, episcopus non est dicendus secundus: sed nullus episcopus. 7. q. 1. factus.

Quod inuasor alterius sedis scienter a ministerio ecclesiastico est repellendus & incarcerandus. 2 q. 1. in primis circa principium. & 7. q. 1. præsentium.

Quod prelati suis ecclesis postpositis alias inuadentes, sunt adulteri, & infames 3. q. 2 audiuimus.

Quod inuasor alterius ecclesiæ, si admonitus dimittere contempserit, sæculari brachio est excludendus. 11. q. 1. petimus.

De hac materia habes vbi agitur de Ecclesia materiali, in fine. & supra de Intruso.

INVENTARIVM. Quod inuentarium dicitur scriptura vbi omnia quæ inuenta fuerint, diligenter conscribuntur. 12. quæst. 2 charitatem.

Quod decedente episcopo omnes æconomi & canonici ecclesiæ illius in mutua præsentia de omnibus rebus debent inuentarium facere 12 q 2. charitatem. & 12. q. 5. sicubi.

INVIDIA. Quod inuidia est mortale siue capitale peccatum. 25. dist. vnum, § alias

Quod inuidia perseuerans habet radicem in interioribus medullis reconditam. de pœn dist. 2. c 1.

Quod propter prælationis inuidiam Cain fratrem occidit. 35 dis sexto.

Quod peius malum non est, quam Christianos suis sacerdotibus inuidere. 6 q. 1 sunt, § verum hac.

Quod qui bonos ex leui suspicione accusat, hic non charitatis, sed inuidię stimulis exagitatur. 6 q 1. si omnia.

Quod clericis præcipue conuenit inuidiam non habere. 23. distinctio. his igitur.

Quod qui potius consuetudinem quā veritatem fratribus reuelatam præsumit sequi, inuidus est. §. diu. qui contempta.

Quod inuidia curatur per suum cōtrarium, videlicet per humilitatis exercitium inferioribus seruiendo de pęn. dist. 2. c. 1.

INVITVS. Quod inuitus multa bona præstantur quando eorum cōsulitur vtilitati. 45. dist. & qui. 23. q. 4. nimium. per totum c. & cap. displicet, per totum.

Quod interdum quis vel metu flagellorum, vel inductu disputationum de nolente efficitur volens. 23. q. 6. vides.

Quod Iudæus non est cogendus fidem accipere inuitus. 45. distinct. de Iudæis.

Quod a fide recedens cogitur inuitus ad fidem redire 23 q. 4. displicet, per totum. & q. 6. per totum. 45 dist. de Iudæis.

Quod qui inuitum ad bonum cogit: non ipsum persequitur, sed diligit. 23. q. 5. non vos & quæst. 4. ipsa pietas.

Quod nemo potest esse bonus inuitus 23. q. 6. vides.

Quod licet episcopus inuitos non possit ordinare, possit tamen inferiores ordinatos ipsis contemptoribus pręterre. 74. distinctio. consuluit.

De hac materia habes vbi agitur de Beneficio, & vbi agitur de Coactione.

IOANNES. Quod Ioannes Baptista Herodem ab incestu prohibens ostendit coniugia fuisse inter infideles 26 distinct. vna tantum, §. ioannes.

Quod Ioannes Euangelista verbo & facto schismaticos, & hæreticos docuit vitare. 24. q. 1. omnis qui.

IOSEPH. Quod Ioseph qui non cognouerat Mariam, conceptum sentiens in ea, ex binignitate voluit eam occulte dimittere. 2. q 1. si peccauerit.

Quod inter Ioseph & Mariam qñ commēdata fuit Ioanni, non videtur fuisse diuortium: quia Ioseph non cognouerat eam. 27. q. 2. quod autem & §. seq. post med.

An inter Ioseph & Mariam fuerit coniugium, cum ipsa carnalem non senserit copulam. 27. q. 2. §. 1. & c. in ... §. potest. cap. quod autem, §. proxi. & c. prius quam. & c. inuenta.

Quod Ioseph venditus a fratribus in Ægypto ab eunucho comparatus fuit, significat quod qui gratiam spiritus sancti mercatur, viuum semen non habet siccis genitalib. 1 q 1. sicut eunuchus.

Quod Ioseph non tam per creaturā quam per auctorem creaturarum iurauit 22. quæst. 1. mouet § sicut etiam cum.

IPOCRISIS. De ipocrisi require vbi agitur de y littera, circa fi.

IRA. Quod ira Dei est tranquilla iusti supplicij constitutio. de pęn. dist. 3. §. 1. productor.

Quod demones appellantur ira & furor. 23. q. 5. non solum.

Quod propter malitiam hominum ex ira Dei mundus fame & penuria quandoque opprimitur. 16. q. 1. reuertimini. post med.

Quod vno peccante ira Dei super multos venit. 45. dist. sed illud 23. q. 5. si audieris.

Quod ab ira peccati, qua naturaliter fuimus filii iræ, nō liberatur quis, nisi per fidem Christi. de consec. dist. 4. firmissime.

Quod ira hominis est concitati animi perturbatio. de pœn. distin. 3. productior.

Quod ira hominis si longo tempore teneatur, est mortale peccatum. 25. dist. vnum orarium, §. alias.

Quod apostolus prohibuit vindictā personæ propriæ dicens, non vos defendentes, sed date locum iræ. 23 q. 1. §. 1.

Quod ira talia facit committere, de quibus post multum, solet homo dolere. 11. q. 3 cum apud.

Quod quidquid calore iracundiæ fit vel dicitur, non est imputandum, nisi adsit iteratio, vel perseuerantia. 2. q 3. si quis iratus. de pęn. dist. 1. vulgaris §. cogitatio.

Quod pręsidens iudicio ab ira debet cauere, quia ira viri iustitiam Dei non operatur. 11. q. 3. episcopus presbyter, in fi.

Quod iratus commotionis tempore iustum putat omne quod facit. 11. q 3. ita.

Quod in prępositis laudabile est, ut nihil agant prius quam mens cōcitata per iram, ad tranquillitatem redeat. 11. q. 3. illa. 5. q. 3. relatum. in fi.

Quod rectores aliorum non debent ex lenitate vel furore præcipitare sententiam. 11. q. 3. summopere. 5. q 2. relatum.

Quod ira rectorum sæpe innocētes ad peccatum deducit, quia dū iusto amplius irascuntur, & volunt aliena coercere peccata, grauiora committunt. 11 q. 3 ira.

IRREGVLARITAS. Quod irregularitas nomen accipit a regula q̄ statuit apostolus, seruandam circa ordinandos & ordinatos, & contrarium eius dicitur irregulare, idest, contra regulam. 48. dist. quoniam. dist. 25. vnum orarium. §. nunc autem.

Quod irregularitas multipliciter cōtrahitur 33. dist. maritum. 33. dist. præcipimus. & cap. seq.

Quod irregularitas incurritur contrahendo cum corrupta. 32 distin. seriatim.

Item sibiipsi abscindens quodlibet membrum ex indignatione, vel iusto, vel iniusto timore truncans, irregularis est. 33. distinctio. maritum.

Item qui naturalium membrorum aliquem defectum patitur. 51. dist. qui in aliquo.

Item

Item qui adulteram vxorem cognouit 34.dist.si cuius.& c.seq.
Item bigamus.33. dist. maritum.
Item simoniacus.33 distin.maritum. in fine.
Item hæreticus.51. distinctio. qui in aliquo.
Item qui publicam, vel solennẽ pœnitentiam egit. 33. dist. maritum. 50 dist.ex pœnitentibus.51.distin. qui in aliquo.
Item rebaptizatus. 51. distin. qui in aliquo.
Item filij presbyterorum, vel alias illegitime nati. 50. distin.presbyterorum.
Quod irregularis non debet ad ordines sine dispensatione promoueri, 34.dist.præcipimus.
De hac materia satis habes vbi agitur de Dispensatione, & vbi agitur de Ordine.

IRRELIGIOSITAS. De hac materia habes vbi agitur de religione.
IRREVERENTIA. Quod irreuerentia ecclesiarum & oratoriorum prohibetur 42. dist. non oportet. & tribus c.seq.
Quod si quis ex irreuerentia ecclesias docet contemnendas, anathematizatur.30 dist.si quis per superbiam. & duobus c.seq.
Quod irreuerentia superiorum reprobatur, 2.q.2.oues, 7.q.1. scire.& 23 q 5.si apud carnales.
Quod irreuerentia prælatorum punitur degradatione.11.q.1. si quis sacerdotum. &c coniurationum. & quatuor cap. seq.
ITERATIO Quod iteratio culpæ inducit aggrauationem pœnæ.13. q.8.hi qui.
Quod illud quod non ostenditur gestum, nulla ratione videatur iteratum.de consec.dist. 4.si nulla. & quatuor cap.præcedentibus.
Quod iterari oportet illud quod male factum est 1.q. vlt. Daibertum.
Quod iteratur ordo. si de ordinante vtrum episcopus fuerit dubitatur. 68.dist.presbyteri.
Quod iteratur ecclesiæ consecratio, si igne exusta, aut sanguinis effesione, aut fornicatione polluta fuerit.68.dist.ecclesiis.
Quod nec baptismus, nec confirmatio debent iterari, nisi de receptione vtriusque dubitetur, vel non fuerit forma debita [illegible] 68. dist. ecclesijs.
Quod iterato baptizatus sciẽter, iterato dominum crucifigit, & non potest promoueri.de conse.dist.4. qui bis.
Quod quotidianum sacrificium Eucharistię non est iteratio passionis, sed commemoratio de conse. dist.2.iteratur.
Quod solennis pænitẽtia apud quasdam ecclesias non iteratur.de pœniten.distin.3. nihil prodest, §.ex persona.
Quod de hæresi redeuntes permaneant in suis ordinibus, si tamen ab hæreticis iterata vnctione baptismi vel ordinis non fuerint maculati 1.q.7 saluberrimum.
Quod ab hæreticis in forma ecclesiæ ordinati nõ debent iterato ordinari, sed per manus impositionem reconciliari.1. quæst. 1. manus impositio.
Quod sacramenta ab hæreticis in forma ecclesię data iterari non debent. 1. quęst.7. & si illa §. seq. circa med. & 1. quęstio. 1. quod quidam.
IVDAS. Quod Iudas licet fuerit proditor & damnatus: quidquid tamen inter apostolos egit pro dignitate officii, ratum fuit. 19. dist. secundum ecclesiæ,7.q 1. aduersitas, in fi.
Quod propter Iudæ perfidiam nauis in qua ipse erat & apostoli, fluctibus agitabatur. 24.quæst. 1. non turbatur.
Quod Iudas in cœna Domini cum alijs apostolis corpus Christi sumpsit.7 q.1.aduersitas in fi. de consec.dist.2.sicut Iudas.
Quod Iudas a venia exclusus non fuisset, si pœnitentiam a Christo postulasset. de pœn. distinctio. 1. testatis.
Quod nihil profuit Iudæ egisse pœnitentiam per quam scelus corrigere non potuit.de pœn.dist. 3. in salicibus.
Quod Iudas male pœnituit, quia laqueo se suspendit. de pœn. dist. 3. inter hęc hircum.
Quod Iudas fuit infelicior omni pęnitente, quem pęnitentia non reuocauit ad dñm, sed traxit ad laqueũ.de pœn. dist. 3.in salicibus,
Quod Iudas magis peccauit desperando, quam Christum tradendo. 23.q 5.si non licet.
Quod qui seipsos occidunt, cum Iuda proditore perpetuę damnationis exitum incurrunt.23 q. 5 si nõ licet & c.seq.
Quod cum spiritus sanctus consubstantiali sit filio, simoniaci spiritus sancti gratiam vendentes, Iudæ qui Christum vendidit, comparantur.1 q. 1.eos.
Quod clerici res sacras subtrahẽtes, Iudæ Scariotis similes æstimantur, 17. q. 4. si forte.23. q. 4. quid ergo in fi.
IVDÆVS. Quod Iudæi obedientes non sunt a Christianis molestandi.23.q.8. dispar.
Quod Iudæis permittitur festa eorũ colere, dummodo ea non exerceãt in contemptum ecclesiæ. 45. dist. qui syncera.in fi.
Quod sacrilegium faciũt qui Iudęis publica officia cõmittunt. 17. q.4. constituit 54. dist. nulla.
Quod fideles non debent cum Iudęis habitare, nec manducare, nec medicinas ab eis recipere, nec consilium requirere in infirmitate. 28 q.1. nullus.& c.seq.
Quod ne religio Christiana a Iudęis polluatur, empti ab eis Christiani a seruitute liberantur.54. dist.mãcipia. & c. seq. de consec. distin.4. plerique.
Quod Iudæi non sunt per vim ad fidem compellendi 45.dist.qui syncera.& c de Iudæis.
Quod Iudæi qui de facili ad vomitum perfidiæ redeunt, cum multa deliberatione, & cum octo mensium instructione sunt ad baptismum suscipiendi. de conse.dist.4. Iudęi. 28 q.1 sępe.
Quod die dominico, vel alio die solenni debent Iudæi baptizari. de consec dist.4 ne quod absit.
Quod si Iudæus, vel paganus seruus Christianus fieri voluerit a seruitute liberatur.54 distinctio fraternitatem.
Quod Iudæorum baptizatorum pueri ne parentum inuoluantur erroribus, sunt eis auferendi, & monasteriis, aut Christi fidelibus ad conuiuendum tradendi 28. quæstio 1.Iudæorum.de consec. dist.4. plerique
Quod vno parente conuerso, & altero in iudaismo permanente pueri sequi debent illum qui factus est Christianus 28.q.1.Iudæi.
Quod ex Iudæis conuersi, quia ad vitia proni sunt, non debent alijs Iudæis cohabitare, ne eorum participatione subuertantur. 28. q.1. sæpe.
Quod Iudæi a fide apostatantes coguntur ad eam redire 45.dist.de Iudæi. de consecrat. distinctio. 4. plerique.
Quod Iudæi præuaricatores fidei quantacumque pęna damnati fuerint, perfidia parentum etiam quo ad res filiis non oberit. 1. quęst 4. Iudæi.
Quod si Christianus, vel Christiana iudaicę pręuaricãti carnaliter cõiungatur, a communione ecclesiæ segregentur.28. q.1. caue. & cap.si quis iudaice.
IVDEX. Quod iudex dictus est eo quod ius dicat, siue quod iure disceptet 23.q 2 c.1.
Quod iudex alius est ordinarius, alius est arbitrarius.2 q.6.a iudicib.
Quod ordinarius iudex est, qui ab apostolico vel Imperatore legitimam potestatem accipit 2. q. 6.a iudicibus. 11 q.1.iudices.
Quod arbitrarius est qui nullam potestatem habens cum consensu litigantium eligitur. 2.quæstio.6. a iudicibus.
Quod ad arbitrium rei iudices dandi sunt.11 q.1.iudices.
Quod quidam sunt qui iudices non possunt fieri etiã si putantur, videlicet surdus, mutus, perpetuo furiosus, fœminæ, serui, impuberes, infames.3.q 7 infamis.
Quod ille debet esse alterius iudex, qui non habet in seipso quod condemnet.3.q.7.iudicet.

Quod

Quod verus iudex nec pretio, nec stupore, nec odio, nec furore iudicat, 11. q. 3. episcopus. § si ergo.
Quod iudex munera non debet accipere, quia munerum acceptatio veritatis est preuaricatio, 11. q. 3. qui recte, & c. non licet, 14. q. 5. non sane.
Quod iudex etiam recte iudicando, si temporale præmium expectat, fraudem in duobus perpetrat, 11. q. 3. recte.
Quod laudabiles sunt iudices in quibus nec ira nec furor, sed ratio dominatur, 11. quęst. 3. illa. & tribus c. seq.
Quod papa est iudex omnium, sed nemo ipsius, 9. quæst. 3. patet. & c. seq.
Quod bonus iudex nihil arbitrio suo facit, sed iuxta leges & iura pronuntiat. 3. q. 7. iudicet.
In quo capitulo ponuntur plura quę debet habere bonus iudex, 30. q. vl. iudicantem.
Quod non est iudex in quo non est iustitia, 23. q. 2. iustum.
Quod criminosus iudex cum sententiam in alterius crimen profert, seipsum condemnat, 3. q. 7. sacerdos, § item in euangelio.
Quod iudex, cuius vita cum loco iudicii non concordat, sæpe immeritos damnat, 11. q. 3. plerumque.
Quod iudex cupidus cito uendit iudicium, 11. q. 3. pauper.
Quod naturale est suspectorum iudicum insidias declinare. 3. q. 5. quod suspecti.
Quod iudex labyrinthum impingit qui ante indicat quam intelligat. 29. dist. sciendum.
Quod iudex circunstantias debet rimari, & ordinem rerum inquirere, 30. quæstio, 5. iudicātem. 2. q. 1. in primis, de pœnit. dist. 5. § 1 post med.
Quod iudex nec debet esse facilis ad credendum, nec ad vindictam ferendam, 86. distin. si quid. 11. q. 4. quamuis, 15. q. 7. si quid.
Quod iudex sine accusatione damnare non debet, 23. q. 4. si quis potestatem.
Quod idem non debet esse iudex & accusator, uel testis, 2. q. 1. multi, 4. q. 4. c. 1.
Quod iudex non debet esse suspectus, 3. q. 5. c. vlt.
Quod iniquum est velle iudicare, & non iudicari, 32. q. 6. iniquum.
Quod iudex plus legibus quam suæ voluntati obtēperare debet, 3. q. 7. iudicet.
Quod iudex in loco iudicii debet cōscientiam quam de domo portauit deponere: & secundum allegata & probata procedere, 3. quæst. 7. iudicet.
Quod nullus iudicum sine licentia superioris debet aliquem clericū condemnare, 41. quæst. 1. nullus iudicum.
Quod iudex reum puniendo reddit bonum pro malo, 23. q. 3. sex differentiæ.
Quod iudex secundum leges damnādo iniquum non peccat: quia non ipse damnat, sed lex, 23. q. 5. iudex & c. seq.
Quod humanum est illum veteri iudicem, qui deprimere & erigere potest, 16. q. 1. c. 1. circa med.
Quod nemo debet dedignari iudicem habere contra se, cuius approbauit arbitrium, 2. q. 8. accusatores, §. cuius.
Quod inferior iudex non potest superiorem iudicare, nec debet, 21. distin. inferior, & quinque capitu. seq.
Quod ad sæcularem iudicem non licet clerico confugere, 21. quæst. 5. placuit.
Quod iudex laicus non debet se intromittere de clerico, præcipue de sacerdote iudicando, 96. dist. in scripturis, & capit. seq. 16. q. 7. in noua actione.
Quod licet iudici subditum alterius defensare & fouere, sed non iudicare, 6. q. 3. scriptum.
Quod iudex potest alterius subditū iudicare ratione criminis commissi in sua potestate, 6. q. 3. placuit, & c. seq.
Quod causam suam amittit qui rem etiam sibi debitam præter iudicis sententiam inuadit, 16. q. 6. cap. 1. in fin.
Quod iudex spiritualis, scilicet confessor debet habere manus scientiæ, ut sciat cognoscere quidquid dēt iudicare, de pęn. dist. 6. c. 1. post medium.
IVDICIVM. Quod iudicium duplex est, uidelicet diuinum, & humanum. 6. q. 1 si omnia 15. q. 6 si quandoque a sacerdotibus, circa medium.
Quod diuinum iudicium valde est timendum, quia ipse iudex est & testis, 9 q. 3. aliorum.
Quod diuinum iudiciū vsurpat qui incerta & dubia iudicat, 2. q. 1. nomen presbyteri.
Quod secretorum cognitor & iudex est Deus 32 dist, erubescant.
Quod solius Dei est iudicare de occultis, qui solus nouit corda hominum, 2. quæst. 4. consuluisti, post medium.
Quod homines multa de Dei iudicio ignorant, quia forsitan quæ nos laudamus, ipse reprehendit, & quæ nos reprehendimus, ipse laudabit, 11. quæst. 3. sacerdotibus, in fi.
Quod homines Dei iudicio per peiores se flagellantur, 56. distinctio, si gens, in fi.
Quod Dei iudicio homines in præsenti uita flagellantur, ut in futuro non puniantur, 23. q. 4. quid ergo, per totum c.
Quod Dei iudicio aduersa bonis eueniunt, ut ex hoc magis humilientur & mereantur, 6. q. 1. §. pia.
Quod iudicio Dei agitur quando ex flagellis vnus corrigitur, & alius obduratur, 23. q. 4. Nabuchodonosor.
Quod non potest humano condemnari examine, quod Deus suo reseruauit iudicio, 15. q. 6. si quandoque a sacerdotibus.
Quod facta papæ, solo Deo iudicantur, 9. q. 3. facta.
Quod Deus aliorum causas uoluit per homines terminari, sed summi Pontificis causam sibi ipsi examinandam & terminandam reseruauit, 9. q. 3. aliorum.
Quod nemo scit qualis in iudicio Dei futurus sit, 11. q. sacerdotibus, in fi.
Quod qualiscunque hinc quis egreditur, talis in iudicio Dei repræsentatur, 15. dist. qualis.
Quod qualem inuenit dominus cū uocat talem pariter & iudicat. de pœn. dist. 1. numquid Cain.
Item in futuro Dei iudicium locum non haberet si in hoc sæculo omnia iudicanda essent, 6. q. 1. si omnia 15. q. 6. si quādoque a sacerdotibus.
Quod quē sacerdos iudicat, Deus iudicat, cuius personam gerit, de pœnit. dist. 3. in falsibus, § auctoritatibus, ver. sed quem.
Quod qui semel a sacerdote pro peccato punitur, non iterum a Deo pro peccato iudicabitur, ibi.
Quod Deus non bis iudicat in idipsum quod iuste in præsenti est punitum, de pœn. dist. 2. sunt plures, § auctoritas.
Quod humanum iudicium est duplex, videlicet priuatum & publicum, siue contentiosum, 3. q. 7. postulatus.
Quod priuatum iudicium exercet, quando seipsum iudicat, de pœn. dist. 1. in actionem.
Quod uerum iudicium est iudicare prius conscientiā propriam, demū culpam alienam, 3. q. 7. postulatus. & c. seq.
Quod non est curandū iudicium hominū, ubi est bona conscientia; quale iudiciū est temerariū, 11. q. 3. temerarium, & duob. c. seq.
Quod temerarium iudiciū est quod procedit ex suspicione, 2. q. 1. multi, ante fi.
Quod lapsi a baptismi innocētia proprio iudicio se accusantes per pœnitentiam restituuntur, de pęnit. dist. 1. c multiplex.
Quod homo debet seipsum iudicare dum potest, in melius mores commutando, ne cum posse amiserit, a domino iudicetur, de pœ. dis. 1. in actionem, § seq.
Quod publicum iudicium siue contentiosum institutum est, ut innocentia protegatur, & culpa puniatur, 2. q. 1. quæ Lotharius.
Quod hoc iudicium integrum est, quod plurimorum sententiis confirmatur 64. dist. extra.

Item

Item debet secundum auctoritatem decretorum & sanctum patrum diffiniri, 20. dist. de libellis.
Item debet esse sine tumultu contentionum, 5. q. 4 in loco.
Item hoc iudicium debet poni in loco tuto & cõmuni, 3. q. 9. hortamur 33. q. 2 siue.
Quod in omni tali iudicio debent esse quattuor personæ, videlicet iudex, accusator, defensor & testis, 4 q 4. c. nullus unquam, & c. nullus introducatur.
Quod illi qui citatur in iudicium debet offerri cõuentionalis libellus, 3. q. 3. induciæ, §. offeratur.
Quod spoliati non debent ad iudicium trahi nisi prius in integrum restituantur, 2. q 2. nullus episcoporum & tribus c. seq. 3. q. 2. electis. & c. seq 5. q. 2. si primates.
Quod de suspicione vel extorta confessione pessimum est iudicium. 15. q. 6. si quandoque a sacerdotibus.
Quod ordo iudiciarius in publico iudicio est seruandus nisi forte adeo cúlpa sit notoria, ꝙ se omniũ oculis ingerat, 2. q. 1. quæ Lotharius, & duob. c. seq.
An in manifestis sit ordo iudiciarius seruandus, 1. quæst. 1. per totum.
Quod absente reo in iudicio nõ est procedendum, 3. q. 9. accusatori usque ad fin. quæstionis.
Quod diuinæ & humanæ leges prohibent ut absens quis iudicetur, 3. q. 8. accusatores.
Quod contumax absens iudicetur, 3. q. 9. decernimus.
Quod iudicium refugit qui de iustitia diffidit, 11. q. 1. Christianis.
Quod quattuor modis humanũ peruertitur iudicium, videlicet timore, cupiditate, odio, & amore, 11. q. 3. quattuor, & duob. c. seq. 3. q. 5. accusatores 2.
Quod iudicium non debet propter lachrymas quorumcunque peruerti, 23. q 4. est iniusta.
Quod candentis ferri & aquæ feruẽtis iudicium a sanctis est prohibitum, 2. q 4. consuluisti.
Quod in dubiis absolutm non dẽt esse iudicium, 33. disti. habuisse, 2. q. 4. consuluisti.
Quod iudicium mistum debet esse rigore & lenitate 45. dist. disciplina c. omnis, & c sunt.
Quod libertini possunt trahere dominos suos ad iudicium, 12. q. 2. episcopus § si sine uenia.
Quod ecclesia non iudicat nisi de publicis in ordine iudiciario probatis, 2. quæst. 4. consuluisti, & c. vlti. nec illud, §. is itaque, & ca. seq. 2. q. 1 in fi.
Quod ecclesia quandoque in suo iudicio decipitur, vt ille qui intra ipsam est, per eam excluditur, & qui foris est, intromittitur, 24 q. 3. quis, & c. cum aliquis.
Quod monachi & monachæ spectãt ad iudicium episcopi, 11. q. 1. de persona.
Quod clerici suum episcopum contemnentes traduntur iudici sæculari, 11. q. 1. si quis sacerdotũ, & duobus c. seq.
Quod clericis prohibetur iudicium sanginis, 23 q. 8. sæpe. & c. seq.
Quod diebus feriatis & die dominico non sunt exercenda iudicia, 15. q. 4. placita, 22. q. 5. decreuit. de consecr. dist. 3. §. 1.

De hac materia habes vbi agitur de sententia.

IVRAMENTVM. Quod iuramentum legitur Deus crebro fecisse, 2. q. 4 incommutabilis.
Quod iuramentum homini non prohibetur tanquam malum, sed eius assuefactio uel libido prohibetur, 22 q. 1. non est contra.
Quod iurare Dei, est a seipso ordinata nullatenus conuellere, 12. q. 4. incommutabilis.
Quod dum usus iuramenti habetur de facili periurium incurritur, 22. q. 1. non est contra.
Quod iuramentum non dicitur malum esse, sed a malo esse, scilicet in firmitatis eorum quibus aliquid suadetur, 22. q. 1. ita ergo.
Quod in scripturis non est prohibitũ ab alio recipere iuramentum; 22. q 1. quamuis.
Quod iurare non est peccatum, 22. q. 1 § 1 & c. ut noueritis.
Quod iuramentum non est institutũ ut esset iniquitatis uinculum, uel cuiuscumque criminis, 22. q. 4. inter cætera.
Quod hæc causa institutionis iuramenti, ut omnis iurans ad hoc iuret, ut quod uerum est loquatur, 22. q. 5. iuramenti.
Item alia causa est iuramentũ institutionis infirmitas dubitantis cum non vult credere, 22. quæst. 1. si peccatum.
Item est alia causa, detestatio idolorum, nam ideo cõceditur per Deũ iurare, ne per idola iuretur, 22. q. 1. considera.
Quod in iuramento non debet intẽtio uerbis, sed uerba intentioni deseruire, 22. q 5 humanæ.
Quod iuramẽtum debet habere tres comites, uidelicet ueritatem, iudicium, & iustitiam, 22 quæstio. 1. & iurabunt, & quæst. 2 animaduertendum.
Quod iuramentum ueritatem habet ubi non aliter corde quam ore iuratur, 22. q. 5. iuramenti, & c. quacũque.
Quod iustitiam habet, quando licitum & iustum est quod iuratur, non tendens ad mortale peccatũ. 22 q. 4. innocens. §. illicitum.
Quod iudicio iuratur quando cum discretione & cautela iuratur etiã in licitis, 2. quęst. 4. sacramentum, 22. q. 4 innocens, §. illicitum. circa med.
Quod iuramentum fit dupliciter, uidelicet per creatorem, & per ea quæ habent respectum ad creatorem, uel per creaturas, 22. q. 1. considera, & duobus c. seq.
Quod per creatoris capillum uel caput iurare est blasphemare, 22 q. 1. si quis per capillum.
Quod minus peccatum est per falsos Deos iurare verum, quàm per verum Deum iurare falsum, 22. q. 1. mouet. circa med.
Quod per ea quæ respectum habẽt ad creatorem, sicut est Crux, Euãgelia, & sanctorum reliquiæ & similia, falsum iurare, est peierare. 22. quęstio. vlt. qui compulsus. & c. sequen.
Quod electus in episcopum repellitur à confirmatione, quia publice iurauerat super Euangelia Dei. 85. distin. archidiaconum Florentinum.
Quod sacerdos ex leui causa iurare non debent. 2. quæstio. 5 si quis presbyter.
Quod qui per lapidem vel aliã creaturam iurat falsum, periurus est. 22 q vlt. ecce.
An iurans super lapidem, putandum super Euangelia iurare, obligetur, 22. quæst. 5. humanę. §. proximo.
Quod periurium est nequiter decipere credentem, 22. q 2 c. 1.
Quod sophistice iurans, periurus est. 22. quæst. 5. quacumque, & duobus cap. seq.
Quod Deus accipit iuramentum, sicut ille cui iuratur, intelligit, 22. q. 5. quacumque.
Quod qui paratus est ad peierandũ, antequam iuret, periurus est, q. 5. qui peierare.
Quod qui dicit iurando pluit, & scit non pluisse, periurus est, 22. quæstio. 2. homines.
Quod Saul, quia de morte Ionathæ quam iurauerat sententiam tulit, quia eam propter populum exequi non potuit, periurus non fuit. 22. q. 2. c. vlt. §. item opponitur ante finem.
Quod non peierat qui compulsus iuramentum non impleuit, 11. q 3. antecessor.
Quod qui alium cogit peierare: etiã si dominus iurantis sit, reus sit periurii, 22. q. 4. inter cætera. & quæ. 5. qui compulsus & cap. si quis coactus, & quattuor c. seq.
Quod illud est deflẽdum quod quis commisit illicite per iuramentum coactum. 22. quæstio 4. inter cætera.
Quod ille qui alium cogit scienter ad periurium, vincit homicidam, scilicet quantum ad damnũ, quia ille damnificat animam, iste corpus, 22 q. 5. ille.
Quod illicitum iuramentum magis peccatum est adimplere, quam periurium incurrere, 22 quæstio. 4. vnusquisque.

Quod

Quod iuramentum, factum contra præceptum domini, culpatur, & non tenet.22.q 4. inter cætera.
Quod omne iuramentum est seruandum, nisi in priorem vergat exitum,& salutis detrimentum.22.q. 4. quod Dauid. & fere vsque ad finem quæstionis.
Quod nemo ante ætatem legitimã, idest ante annos quattuordecim cogendus est iurare.22.q 5.paruuli.& duobus c.seq.
Quod in diebus dominicis a septuagesima vsq; ad octauam paschæ, & ab aduentu vsque ad octauam Epiphaniæ, & in quatuor temporibus, & in Litania maiori, & in diebus Rogationum,nisi pro concordia, & pace, nullus solenniter iurare præsumat.22 quæstio.5 decreuit.
Quod decens est vt iuramẽtum a ieiunis præstetur. 22. quæstio.5. honestum.
Quod forma iuramenti inuenitur secundum diuersorum status temporum & hominum.
Quod in tempore veteris legis iurabant, viuit dominus, viuit anima mea.22.q.1.& iurabunt.
Quod in primitiua ecclesia iurabãt, testis est mihi Deus, & testis est mihi conscientia mea. 22. q. 1. si peccatum.
Quod modernorum est iuramentum, sic me, vel te Deus adiuuet, & istæ reliquię sanctorum: vel consimile,32.q 6 de parentela & quatuor c. seq.1. q.7. quoties. 22. q.1.habemus.
Quod forma iuramẽti ab hęresi vel a schismate redeuntium est specialis 1.q.7.quoties.de consec. dist.2. ego Berengarius.
Quod in forma iuramẽti fidelitatis sex requiruntur. de hoc habes vbi agitur de fidelitate.
Quod ab episcopo vel presbytero non exigitur communis forma iuramenti, sed per sanctam consecrationem tantum interrogari debent. 2. quæstio. 4. si quis presbyter.
Quod infideles & idololatiæ iurant per creaturas.22 quęstio. 1. & iurabunt.
Quod ideo Christus non prohibuit iurare per Deum, sed per creaturas,ne videlicet per contemptum creaturarũ deieraretur, vel aliqđ numen deitatis in creaturis crederetur. 22.quæstio.1.mouet.§. item Christus.
Quod illicitum iuramentum nõ est complendum. 13.distinct. duo.& cap seq.
Quod pluribus modis iuramẽtum dicitur illicitum, videlicet ex persona iurantis, vt sunt impuberes, quorum iuramentum non tenet. 22. quæstio. quinta, paruuli. & c. sequens.
Item est illicitum ex persona cui iuratur, vt cum clericus laico iurat quod non licet.22.q. 5.c.nullus.
Item ex re est illicitum iuramentum, vt si res per quam iuratur, non est sacra. 22. quæstio. prima, clericum.
Item ex fine est illicitum, vt si iuratur propter electionem & ante electionem 8.q.3.Artaldus.
Item ex causa, scilicet obligatoria, ad hoc impellente,exemplum de Herode & saltatrice.22.q 4. vnusquisque.
Item ex modo est illicitum, vt si temere vel indiscrete, vel sine necessitate,exemplum de Iepte, qui indiscrete iurauit. 22. q. 4. vnusquisque. & q.1.ita ergo.
Item ex tempore est illicitum, vt si dominicis diebus,vel alijs prohibitis iuratur.22.q.5. decreuit. Vnde versus de omnibus supradictis.

Quis,quid,cui, per quid, ad quid' cui,quomodo,quando.

Quod licitum iuramẽtum fit in sex casibus, videlicet pro pace, vel amoris coniunctione. 22. quæst. 1. capit.1.
Item pro infamię expurgatione. 2. q.4.presbyter. & tribus c.seq.
Item pro fide,& fidelitate.de consecrat.distin.2. ego Berengarius.15. q.6. alius.
Item pro obedientia siue reuerentia.23 dist. quamquam.
Item pro veritate inquirenda, siue in testibus,siue in aliis. 14. q. 2. quamquam.22.q.1.omne.
Item pro damno dato, vel dando.2. q.1.in primis, circa medium Vnde versus.

Pax,& fama, fides, reuerentia,cautio damni.
Defectus verbi sibi poscunt sacra tueri.

Quod ab his iuramẽta irritari possunt, videlicet a papa.15. q. 6. auctoritatem.
Item seruorum a domino suo.54.distin si seruus sciente.
Item vxoris a marito suo 33. q. 5. manifestum.
Item monachi iuramentum a suo abbate.20.q 4.monachum.
Quod solus Papa a iuramento licito absoluit.15 q. 6.alius.
Quod absoluit subditos excommunicatorum excommunicationem contemnentium a iuramento fidelitatis.15.q 6 nos.
Quod antequam incendiarij absoluantur, cautio iuratoria requiritur.23.q vlt. pessimam.
Quod grauior ınr igitur pœna peierãti,quam consentienti. 22. q. 5. si quis conuictus.
Quod eadem pęna est pro periurio, & homicidio. 22. q. 1. prędicandum.
De hac materia require vbi agitur de Mendacio.

IVRISDICTIO. Quod iurisdictio clericorum & episcoporum quæ est circa curam animarum,ab abbatibus non est vsurpanda. 16.q. 1.interdicimus.
Quod nec metropolitanus, vel episcopus intromittere se debet de iurisdictione alterius episcopi sine scire ipsius.9.quæstio.3. nullus primas.
Quod primas vel patriarcha non habet iurisdictionem in episcopos, sed tantum in archiepiscopos. 9. q 3.conquestus.
Quod extra propriam iurisdictionẽ nullus debet iudicari. 3. quæst. 6. peregrina.& quatuor cap.sequentibus.
Quod crimen commissum inducit iurisdictionem in extraneum. 3. q.6.ibi semper.& c. vlt. 6.q.3.placuit.& c.seq.
Quod qui canonicam habet prælaturam electionem habet & iurisdictionem. 11.quæstio. 1.experientię tuę.
Quod laici habuerunt quandoque, habent intra ecclesiam de ecclesiasticis iurisdictionem, habuerũt enim electionem summorum põtificum, & inuestituras episcoporum 63 dist Hadrianus & §. principibus & c. in synodo.
Quod possunt in concilio interesse præcipue vbi agitur de fide.96.distin nos ad fidem.& capi.vbinam. & cap.satis.
Item datur eis iurisdictio personas incorrigibiles corrigendi.32. dist. eos qui.
Item datur eis iurisdictio in fidei, vel episcoporũ contemptores morte affligendi.23.q 5.principes. 16. dist.nec licuit.11.quæst.1.si quis sacerdotum.
Item in eos qui schisma faciũt, vel excommunicationem cõtemnunt. 23.q.5.de Liguribus.
Item datur eis iurisdictio vbicumque ecclesiastica potestas non valet exercere disciplinam.23. q. 5. principes.
IVS. Quod ius generale nomen est, quod iustum requirit, & inde ius dictum est 1.dist.ius generale. Isidorus l.Etym.c.3.
Quod ius in duo, scilicet in ius naturale & ius positiuum diuersificatur.1.dist. humanum genus.
Quod ius naturale innuitur in Euãgelio vbi dicitur, Quæcumq; vultis vt vobis faciant homines, & vos facite illis. & econuerso ibidem.
Quod ius naturale iuri positiuo antefert, videlicet quia prius & dignius.6. distin.§ primo.8.dist.quo iure,§ dignitate. vero.
Item quia eis cedit omnis consuetudo, vel constitutio 9. distinct. per totum.
Item quia contra ius naturale non admittitur dispensatio,nisi ad maius malum vitandum.13.dist. §.1. &

& 7. distin. non est peccatum. §. his itaque.
Item quod ius naturale vult omnia esse communia: positiuum vero restringit ad meum & tuum. 7 distin. c. 1 & c. seq.
Quod ius positiuum siue humanum diuersas habet species, quia aut est ius ciuile, aut gentium, aut militare, aut publicum, aut Quiritum, idest Romanorum, de quib. 1. dist per totum.
Quod iure diuino & humano res possidentur, sed differenter. 23. q. 7. cap. 1.
Quod iure poli reguntur matrimonia, non iure fori, idest ciuili.
Quod mulierem reddit infamem si mortuo viro intra tempus determinatum ducat alium. 2. q. 3. Euphemium §. seq.
Quod ius interpretandi canones habet qui potestatem habet condendi. 11. quęst. 1. sicut enim. §. ex his omnibus.
Quod iudex dictus est ex eo, quod ius dicat populo, siue de iure disceptet. 23. q 2. c. 1.
Quod qui ecclesię ius suum detrahit, iniustitiam committit. 22. distin omnes.
IVSTITIA. Quod iustitia est summum bonum colere, ac vnicuique iura seruare. 12. q 2. cum deuotissimam. post med.
Quod iustitia est æquitas tolerandi inopiam, & temperantiam habere in abundantia. 41. distinct. quod dicit.
Quod iustitia est patriam, & soccios defendere 23 q 3 fortitudo.
Quod vbi fides & charitas deest, iustitia esse non potest. 24. q 1. vbi.
Quod iustus miseris compatitur. 45. dist. vera iustitia.
Item non odio, sed bono zelo est exercenda 23. q 3. sex.
Quod semper est misericordia temperanda. 45. dist disciplina. c. omnis. & c. vera. & c. seq.
Quod iustitiam aurum & munus violant. 11. q 3. qui recte. 1. q. 3. vendentes.
Quod cultum suum iustitia perdit, quando silentia iudicij obstrepentium turbo confundit. 5. quæsti. 4. in loco.
Quod iustus quoties cadit, toties resurgit. de pęn. dist. 3. septies.

KALENDÆ. Quod kalendæ Ianuarii iuxta ritum gētilium prohibentur Christianis obseruari. 26. q. vlt. non licet. c. non seruetis. & c. si quis kalendas Ianuarij.
Quod presbyteri cum per Kalendas conueniunt, quasi semiplenum vētrem habeant, & lucris honestioribus intendant. 45. dist. qm̄ presbyteri. & cap. nullus presbyterorum.

De hac materia habes vbi ponitur &.

LABIA. Quod labia sacerdotis debent scientiam custodire. 11. q. 1. sacerdotibus. 43. dist. sit rector. ante med.
LABOR. Quod labor bonus est in virtutibus, & spiritualibus exercitiis. 23. quęstio. 4. quis non potest.
Quod labor malus est in mundi delectabilibus & peccati. 23 quęst. 7. quemadmodum.
Quod labor indifferens est in necessitatibus corporis. de consecr. dist. 5. numquam.
Quod merces fęlicitatis non acquiritur nisi per laborem virtutis. de consec. dist. 5. ieiunium.
Quod sæculi dilectores fortes sunt in labore malo, debiles in labore bono. dist 47. omnes.
Quod apostolus ne quemquam grauaret propriis manib. laborabat, 1. q 2 sacerdos.
Quod boni laboris sui non in præsenti, sed in futuro quærunt fructum recipere. 1. q. 1. sacerdos.
Quod cum prelatus vel prædicator in aliquibus sine fructu laborat, ad alios vt proficiat se transferat. 7. q. 1. c. vlt. 8. q. 1. olim.
Quod iustum est vt illi consequantur stipendum qui laboris impendunt obsequium. 1. q. 2. sacerdos. in fi. 12. q. 2. charitatem.
Quod laborantes pro ecclesia stipendia debent accipere ab ecclesia. 12 q. 2 ecclesiasticis.
LAC. Quod lac Abraham non vina angelis hospitio receptis propinauit 35. dist. sexto die. in fi.
Quod sicut incongruum est non pascendum gregem lac gregis vsurpare, sic est militantinm stipendia non militando subripere. 13. q. 1. c. 1. ante fi.
LACHRYMA. Quod lachrya amarissima Petri peccatum deleuit negationis. 50. distinctio. ponderet.
Quod in peccato negationis petri lachrymæ eius, & non alia satisfactio legitur. de pœn. dist. 1. Petrus doluit.
Quod lachymæ lauant delictum, quod pudor est confiteri: quod non est intelligendum sine cōfessione: sed peccatum, si adeo graue est vt cum pudore confiteatur, nō ideo est dispetādum, quia lachrymæ lauant de pęn. dist. 1. mensuram. §. proxi.
Quod non est mundus qui post lachrymas repetit ea quæ defleuit. de pœn. dist. 3. irrisor est. & tribus cap. seq.
Quod non excusatur qui lachrymas habuit pro temporali damno. & non potest habere pro peccato de flendo. de pœniten. distin. 3. sunt plures.
Quod lachrymas multi indefinenter fundunt, & tamen peccare non desinunt. de pœn. dist. 3. irresor est ante fi.
Quod lachrymæ debent esse arma clericorum. 23. q. 8. conuenior.

De hac materia habes vbi agitur de Fletu.

LAICVS. Quod laicus de rebus ecclesiæ non debet se intromittere, nec sibi sunt committedæ. 89. dist. indicatum.
Quod episcopus q. decimas & alias res ecclesię cōsanguineis vel aliis laicis distribuit, tamquam simoniacus & inter præcipuos hæreticos; vt antichristus habeatur. 1. q. 3 peruenit.

De hac materia habet vbi agitur de Electione, & vbi agitur de Imperatoribus, & vbi agitur de Iurisdictione, & vbi agitur de Iudicio.

LAPSVS. Quod lapsus duplex inuenitur, videlicet a fide, qui fit per hæresim & a moribus, qui fit per mortale peccatum 1 quæst. 7. si quis omnem.
An episcopus vel clericus per hæresim lapsus post reuersionem possit restitui, & qualiter. 1. q. 7. fere per totum.
Vtrum episcopus vel clericus post peccati lapsum per dignam pœnitentiam reparari possit, & qualiter 50. dist. per totum. vsque ad §. quod vero.
Quod cum magna discretione & cōsilio lapsi sunt restituendi. 50. dist. de eo autem.
LARVA Quod laruas dęmonū ante se ferri presbyteri non consentiant. 44. distin. nullus presbyterorum. de consec. dist. 5. nullus.
LATRO Quod latro vnius momēti pœnitentia meruit esse in paradiso. 25. q. 6. presbyter.
Item idem latro in cruce pendens prēmium ęternum amisisset, si ipsum vnius horę pœnitentia non iuuasset. 36 q. 6. agnouimus.
Quod latro nō est pro nomine Christi, sed pro suis facinoribus, crucifixus, sed dum patitur, credit. de consec. dist. 4. baptismi.
Quod latronis de pęnitentia, quæ sera fuit, innuit quod vera cōuersio in vltimis positorum mēte potius æstimanda est, quam tempore. 26. q. 6 agnouimus.
Quod sicut in latrone defectum baptismi benignitas Christi supplevit, ita supplet fidem in pueris tempore baptismi, quam profiteri non possunt. de consec. dist. 4. baptismi. per totum c.
Quod episcopus rerum ecclesiasticarum dilapidator tanquam fur & latro degradatur. 10. quæstio. secunda cap. vlt
Quod licet latro suspendendus crudelem, iudicem putet, non propter hoc est crudelis, quia crudelem iugulat. 25. quæst. 5. non est crudelis.
Quod qui latronem in membris debilitat,

bilitat, prodest latroni, quia ipsius malitiam pro tanto compescit, 23. q. 3. si quis fortitudinem.
Quod latroni ad latrocinia asperanti parcere non est misericordia, sed iniustitia, 23. quæsti. 4. est iniusta.
LAVACRVM. quod lauacrum commune christianum & præcipue clericum, non conuenit habere cum mulieribus, 81. distin. non oportet.
Quod sicut lixiuium per cinerem fluens lauat & non lauatur, sic doctrina per doctorem animas credentium lauat à sordibus peccatorum 83. distin. nihil illo pastore. §. quanquam.
Quod exemplo Ioannis Euangelistæ possumus vti lauacro corporali. 24 q. 1. omnis.
Quod co. poralia & pallæ à diaconis & ministris debent lauari. de consecr. distin. 1. nemo per ignorantiam.
LAVS. quod laus Deo pro suis beneficiis a nobis est impendenda, 16. q. 1. reuertimini. circa fi.
Quod non bene conueniunt in uno ore laus Christi, & laudes Iouis. 86 dist. cum multa.
Quod de verbis laudantium nos nō multum debemus curare, 11 q 3. inter verba.
Quod velle laudari, & dare histrionibus ut laudemur, uitium est, 86. dist. donare.
Quod sunt aliqui qui non nisi pro humana laude largiuntur, & solummodo de hoc retributionem quærunt, 11. q. 1. sunt nonnulli, & q. 3. non solum.
Quod nihil illo pastore miserabilius qui luporum gloriatur laudibus. 83. dist. nihil.
Quod periculum est indignum laudare, quia dum malefacta laudib. efferuntur, augmentantur. 46. disti. sunt nonnulli.
Quod qui scienter indignum laudat, Christum cuius membra sumus violat, 11. q. 3. si quis hominem. & c. seq.
Quod Deus bonos vltra meritum laudatos ab aliis permittit in accusationē venire, vt culpa ex laude contracta suffocetur, 6. q. 1. sunt plurimi.
LECTIO. Quod lectio diuinarum scripturarum non fabulæ debet inseri in mensis clericorum, 44. distin. pro reuerentia, & capit. conuiuia.
Quod clerici & prælati debent insistere lectioni, 36. dist. qui ecclesiasticis, § ecce.
Quod episcopus debet intendere lectioni, orationi, & doctrinæ, quia sibi non sufficit sanctitas vitæ, nisi adsit & scientia doctrinæ, 36. dist. qui ecclesiasticis, §. ecce, & 87. dist. ca 1.
Quod sicut stellam obscurat nox, sic inhærentes firmamento sacræ scripturæ non obscurat mundana iniquitas, 38. dist. sicut.
Quod qui amat scientiam sanctarū scripturarum, carnis uitia nō amabit, de consecr. distin. ultima, numquam.
Qui libri sint in quibus episcopus præcipue & sacerdotes legere debent, habes 38. dist. nulli, & quattuor c. seq. de consecr. distinc. ulti. numquam.
Qui libri & quæ lectiones, & homiliæ in ecclesia legi debent, habes 15. distinct. sancta Romana, & §. seq.
Quod clerici, & præcipue episcopi in gentilium libris, & maxime qui ad luxuriam, & vanitatē prouocant, non debent legere. 37. distinct per totum, & 86. distin. cum multa.
Quod cum beatus Hieronymus libros gentilium legeret, ab angelo est durissime correptus, 37. disti. legimus.
LECTOR. Quod lectores dicti sunt a legendo 21 dist. cleros.
Quod lectorum officiū est lectiones pronunciare 25 dist. perlectis.
LEGATVS. Quod legatus honorandus est loco illius cuius legatione fungitur, 93. dist. c. vlt.
Quod legatus siue sedis apostolicæ siue cuiuscumque, litteras debet secum portare legationis suæ, 97. di. nobil. ssimus.
Quod legatus Papæ iurisdictionem episcopi non debet eneruare, 11. q. 1. peruenit.
Quod legatus a latere Papæ missus intra terminos legationis suæ potest causas ad se per appellationem deuolutas audire & terminare 2. q. 6. decreto.
An legatus papæ potest generale concilium celebrare, 17. dist. synodum.
Quod plura concilia generalia per legatos Papæ, mandante Papa sunt celebrata, 63. distin. Hadrianus & 1. q 7 conuenientibus.
Quod subdiaconi possunt esse legati domini papæ a latere missi ad omnia negotia perpetranda, 10. q. 3. relatum.
Quod omnes episcopi, & sacerdotes sunt honorandi, quia legatione Christi funguntur, 7. quæst. 1. omnis.
Quod legatus secundum locorū legationis suæ exigentiam debet ex pensis esse contentus, 10. quæst re latum.
LEPRA. Quod lepra cutis, lepra vestis, lepra domus iubetur sacerdotibus ostendi, quia peccata sacerdotibus debent reuelari. de pœn. dist. 1. §. Moysi.
Quod leprosum qui descēdit de mōte Christus sanauit, & prius quam sanaretur clamauit, sign. ficatur ꝙ in sanatione spirituali confessio non debet contemni. de pę. dist. 1. §. Christus quoque.
Quod in hoc, ꝙ Christus leprosos mundatos ad sacerdotes misit, legalia approbauit, 1. q. 1. nonne.
Quod in hoc, quòd leprosi antequam ad sacerdotes peruenirent, mūdati sunt, inuenitur quòd peccator in sola contritione mundatur, ubi confessionem necessiatis articulus excludit, de pœn. dist. 1. §. hoc idem.
Quod confessor debet habere scientiam discernendi inter lepram & lepram, 20. dist. §. 1.
Quod in hoc, ꝙ Maria soror Aaron pro peccato lepra percutitur & post pœnitentiam restituitur, fiducia veniæ pœnitentibus datur, 50. dist. si post, § econtra.
Quod in hoc, ꝙ Maria propter murmur in Mosen lepram incurrit, innuitur quod insurgens contra p̄latum grauiter delinquit, 2. q. 7. plerumque, §. item obiicitur. Et de accusatione prælatorum ibi tractatur.
Quod in hoc, ꝙ rex Osias sacerdotum officia vsurpans lepra in tēplo percutitur, sacrilegorum culpa & pęna exaggeratur, 2. q 7. nos. si § sed notandum.
Quod qui simoniace aliquem ordinat, lepram non officium confert. 1. q. 1. cum ordinaretur.
Quod sicut Giezi propter pecuniā lepram incurrit, si pecunia male conquisita corpus & animam cōmaculat, 1. q. 1. cito.
LEVITA quod leuitæ ex nomine auctoris uocati sunt de Leui enim exorti sunt. hi græce diaconi, latine ministri dicuntur, 21. distin. cleros.
De purificatione leuitarū, & domus purificatione, habes. de consecr. distin 4. nec quemquam.
Quod in leuitis sacerdotalis dignitas quandoque intelligitur, 50. dist. & purgabit.
LEX. Quod lex multiplex est, uidelicet diuina, quæ natura constat, dist. 1. omnes leges, Isidor. l. 2. etym. c. 5.
Item lex humana est quæ moribus constat, dist. 1. omnes leges, Isidorus ibidem.
Item lex uetus, quæ dicitur testamētum, 6. dist. testamentum.
Item lex naturæ quæ facit omnia communia, quæ lex humana facit singularia, dicens meum & tuum, 8. distin. quo iure & 12. q. 1. dilectissimis.
Item lex spiritus, quæ instinctu spiritus sancti cordi inseritur, 19. quæstio. 2. duæ.
Item lex carnis, quæ absque culpa est in corpore non consentientis, 16 q. 1. si concupiscentia, 32. q. 5. si Paulus.
Item lex priuata, quæ idem est, ꝙ lex spiritus, 19. q. 2. duę.
Item lex publica, quæ à sanctis patribus est tradita, ut est lex canonum, 19. q. 2. duę.

Item

Item lex coniugii, quæ in baptismo non soluitur, 26. dist. una.
Item lex est constitutio scripta, 7. dis. Moyses, Isidor. l. 5. Etymol. 3. Iuo p. 4. c. 20.
Item lex est omne quod ratione cõstat, dumtaxat quod religioni congruat, quod saluti proficiat, 1. dist. consuetudo.
Item lex est constitutio populi, quã maiores natu sanxerunt, 2. distin. lex.
Quod leges humanæ, vel publicæ secundum dispositiones terrarum variantur, 1. dist. omnes, & 31. dis. aliter.
Quod diuersæ diuersis temporibus emanarunt, quæ nomina a suis auctoritatibus traxerunt, 2. dist. quædam.
Quod diuersi inuentores legum, & nomina eorum ponuntur, 7. disti. Moyses.
Quod leges factæ sunt, ut humana coerceatur audacia, & tuta sit inter improbos innocentia 4. distin. factæ sunt, 23. q. 5. non frustra, & c. ad fidem.
Quod lex aut permittit, aut uetat aut punit, aut præcipit, 3. dist. omnis autem.
Quod lex nõ debet statui pro priuato cõmodo, sed pro vtilitate communi, 4. dist. erit autem.
Quod leges instituuntur cum promulgantur, confirmantur dum approbantur, 4. dist. in istis, §. proxi.
Quod lex debet esse honesta, iusta, possibilis, utilis, loco, temporique conueniens, distinct. 4. erit autem lex.
Quod licet cõditor, legis solutus sit legibus, tamen honestum est, ut præ cæteris, secundum leges quas statuit, uiuat 25. quæst. 1. confidimus, & c. ideo.
Quod Christus qui legem dedit, legem impleuit, 25. quæstio. 1. ideo, §. his itaque.
Quod sancta ecclesia non constringitur legibus, 11. dist. catholica.
Quod leges sæculi nõ dedignantur, canones sequi, 2. q. 3 Eufemium, §. 1. in fi.
Quod lex, quæ obuiat sacræ scripturæ & decretis Papæ, & bonis moribus, nullius debet esse momenti, 10. dist. non licet. & quatuor ca. seq.
Quod lex diuina, & canonica superior est lege ciuili, 10. dist lege.
Quod illud quod legibus præcipue eccclesiasticis est diffinitum, in iudiciis est tenendum, 6. q. 4. si inter, 11. q. 3. summopere.
Quod non conuenit iudicare de legibus, 4. dist. e. it, §. prox & c. seq.
Quod illa quæ contra legem facta sunt, pro infectis debent haberi, 25 q. 2. imperiali.
Quod lex statuit pœnam malis, & præmia bonis, 23. q. 5. non uos.
Quod qui lege priuata ducitur, nulla ratio exigit, ut a publica lege constringatur, 19. q 2 duæ.
Quod lex est a domino, præuaricatio legis a diabolo, 35. dist. sexto.
LIBELLVS. Quod libellus famosus est qui in infamiã alicuius conscribitur, 5 q. 1. c. 1. & 2.
Quod libellum famosum quicũque scripserit & publicauerit, anathematizandus est, 5. q. 1. si qui, & ca. præcedenti.
Quod secundum leges Imperatoris famosum libellum inueniens, & non statim eum deuastans, sed publicans, tamquam auctor capite punitur, 5. q. 1. si quis.
Quod libellus conuentionalis debet offerri ei qui prouocatur ad iudicium, 3. q. 3 induciæ.
LIBER. Liber uitæ quid sit, & qd sit scribi in ipso, habes infra ubi agitur de scriptura.
LIBERALITAS. quod liberalitas pro sancta fide tam loco quam tempore commendatur, 86. dist. non satis.
Quod approbanda est liberalitas, q̃ circa proximos & consanguineos pro necessitate exercetur, 86. disti. non satis, §. est etiam.
Item liberalitas pulchra est, quæ indigentibus temperate, & non superflue impenditur, 86. dis. non satis, §. item perfecta, & supra §. dñs.
Quod episcopus debet esse libellus, alioquin uacuum portabit nomẽ episcopi, 86. dist. non satis, §. liberalem.
Quod dare histrionibus, & prohibitis uenatoribus & personis turpibus non est largitas, sed vitium, 86. dist. donare, & c. seq.
LIBERTAS. Quod libertas remanebat inconcussa antequam uinum inueniretur, quia hanc Noe primus per ebrietatem uiolauit, 35 dist. sexto
Quod pium est & meritorium Christianos suæ libertati restituere, quos Christus suo redemit sanguine 12. q. 2. cum redemptor.
Quod bonum propositum non est prohibendum, quia ubi spiritus sanctus est, ibi libertas, 19 q. 2. duæ, in fine.
Quod mala uoluntas non est permittenda suæ libertati, ubi potest prohiberi, 23 q 4 displicet. Exemplũ de Paulo.
Quod nemo ex praua consuetudine libertatem ecclesiæ debet infringere, 12. dist. omnia.
Quod serui ecclesiæ non debent ordinari, nisi prius per episcopum habeant libertatem, 54. distin. admittuntur § de seruis.
Quod abbas uel monachus seruum monasterii liberum facere non potest, qui enim proprium non habet, rei alienæ libertatem dare nũ potest, 54. dist. abbati.
De hac materia habes ubi agitur de Manumissione.
LIBERTVS. Quod libertus est qui ex seruili statu traditus est libertati 12. q. 2 de libertis.
Quod libertus manumissus a principali patrono non singulis debet reuerentiam exhibere, 12. q. 2. episcopus qui, §. si uero.
Quod libertus sine licentia superioris patronum accusare non potest 12 q. 2. episcopus qui, §. libertus, & § in patronos.
Quod liberti ecclesiæ tempore suæ manumissionis debent per scriptum profiteri se esse de familia ecclesiæ, & de obsequio eius num quam uelle recedere, 12 q. 1. de libertis, §. ne vero.
Quod nouo episcopo surgente liberti ecclesiæ, & ab eis geniti suam conditionem præsente episcopo in chartulis debent protestari, 21. q. 2. longinquitate.
Quod liberti ecclesię ad sacros ordines promoti, à seruitiis ecclesiæ non debent separati, 12. quæst. 2. de libertis.
Quod liberti ecclesiæ si negotia ipsius facere contempserint, vel contra ecclesiã insurrexerint in pristinam seruitutem reuocantur, 12. q. 2. diaconi, & c. episcopus qui mancipium, & cap. liberti, & octo cap. sequen.
De hac materia habes ubi agitur de Manumissione.
LICENTIA. Quod est licentia præsumptionis: ut cum quis propria auctoritate a superiore commissa dimitit, 11. quæstio. 2. placuit.
Quod est licentia dispensationis, ut quãdo simoniacus ignoranter ordinem recepit, exequendi officiũ sibi licentia datur, 1. quæst. 5. capi. vlt.
Item est licentia occasionis, ut cum ex continentia uiri vxori datur licentia fornicandi, 27. quæst. 2. si tu abstines.
Item est licentia permissionis, ut quando Iudæis celebrandi, cæremonias licentia datur 45. distinct. qui syncera.
Item est licentia approbationis, sicut est licentia nubendi data ab apostolo 18. distin. de his in fi.
LIGNVM. Quod de lignis ecclesiæ habes ubi agitur de ecclesia materiali.
LINGVA. quod lingua quælibet habet quædam locutionum propria genera, quæ cum in aliam transferuntur, videntur absurda. 38 dist. locutio.
Quod super apostolos spiritus sanctus in linguarum specie sedit, qa quos replet, de se loqui facit. 38. dis. locutio.
Quod opera sacerdotis siue prædicatoris cum linguæ sonitu concordare debent, 43. dist. sit rector, post med.
Quod in cælum os ponere, & linguã in ter-

in terra transire est prælatis suis derogare,21.d.in tantum.
Quod propter detrahētes linguas correctio peccantis a prælato non debet omitti,45. d. sed illud 50. d. si quis diaconus:ante si.
quod nihil prodest ieiunare vel orare nisi lingua a detractionibus cohibeatur,de consecr.distinct.5. nihil enim.
quod non refrenans linguam suam huius vana est religio.5. quæst. 4. in loco.
quod cuicunque non sufficit oculos castos seruare,sed,& linguā : quia qui de alijs loquuntur , sua sententia iudicabuntur,6.q.1. ex merito.
quod in condemnatione personæ nō minus periculosa est lingua in verbis mentiens,quam manus sanguinem fundens. 11. quæst. 3. nemo petitorum.

De hac materia habes vbi agitur de Locutione.

LIS. Quod lis ex ignorantia prouenit, & garrulitatem nutrit.41. distinct §.1.
Quod litigiosus ideo ordinari prohibetur , quia talis seminare discordiam numquam cessat,46.dist. hoc habet.§.ecce.
quod episcopus pro rebus trāsitoriis non per se,sed per alium in iudicio litigare debet,14.q.1.c.1.
quod lite pēdente res litigiosa in nulla parte transferri debet ante causæ cognitionem,11.q.1.c.vlt.98.d. si ordinatus,& c.seq.
quod sacerdotum officium est litem habentes ad pacem reuocare,90.d. placuit.
Quod lis iudicialis debet contestari, 3.q.3.induciæ.§. libellum.

De lite iudiciali habes vbi agitur de Contentioso.

LITERÆ. Quod commendatitiæ literæ vacantur,73.d.§.1.
quod non de facili episcopus dimissorias literas clerico dare debet , 72. d.episcopus,19.q.2.duæ.
quod clericus vnius episcopi ab alio episcopo ꝑpter hospitalitatis causam non est suscipiendus, nec ordinandus nec in beneficio est instituendus 71.d.per totum .
quod extraneo clerico sine commendatitijs literis sui episcopi nō licet ministrare,81.d.extraneo .
quod nullus peregrinus clericus absque formata in alia diœcesi suscipi debet,71.d.nullum.
quod iuxta statuta Niceni Concilij olim formatæ habebant interpositas græcas literas,ne de facili falsificarentur,73.d. sanctissimo .
quod exemplar literæ dimissoriæ,vel formatæ ponitur,73.d. in nomine, §.1.& c.seq.
LOCVTIO. Quod locutio est duplex videlicet Dei , & hominis de consec.d.5.c.vlt.
quod locutio Dei non est secundum modum locutionum hominis, sed inspiratio qua voluntatem suam ingerit in corde credentium, de cō secr.d.5.c.vlt.
quod locutio hominis ideo est instituta , vt cogitationes suas in alterius notitiam proferat,22. quæst.2. is autem.
quod locutio hominis debet esse sana,vt fidem consolidet,45.dis.cap. vlt.
Item debet esse cauta, vt ordinate loquens vulnere erroris corda audiētium non feriat,43. dist. si rector. circa me.
Item debet esse discreta, ne tacenda proferat, & proferenda reticescat, 43.dist.c.sit rector,22. quæst. vlt. quoties.
Item debet esse ponderosa,vt loquendo nullum lædat,50.d.ponderet.
Itē debet esse vera, vt sicut gerit mēte,sic loquatur ore,22.quæst.5.iuramenti.
Item non debet esse otiosa , quia de omni verbo otioso reddenda est ratio,22.q.vlt.quoties.
Item non debet esse maledicta , quia sæpe maledictio reuertitur in illū qui eam mittit,11.q.3.illud, in fi. 24.q.3.qui negligunt.
Item non debent esse detractoria , 6. qu.1.sunt plurimi, & duobus cap. seq.
LOCVS. Quod locus non sanctificat hominem,sed homo locum,40. d. multi.
quod non sanctorum filij sunt qui tenent loca sanctorum,sed qui imitantur opera eorum.40. distinct. non est.
quod qui præsunt non ex locorum dignitate,sed honoris nobilitate innotescere debent,40. distinctio. nos qui.
quod non loca homines Deo proximos faciunt, sed bona merita , 40. d.non loca.
quod miserabilis est rector qui gubernaculi locum occupauit , & remum tenere non nouit,40.d.ante omnia.
quod quid locis, & temporibus conueniat diligenter est attendendū, 41.d.quisquis.
quod non ideo approbanda est consuetudo mala : quia locus bonus est quia non pro locis res, sed pro rebus loca amanda sunt , 12. dist. nouit.
quod quantumcumque sunt occulta loca sine gratia saluare non possunt,40.dist.qualibet . Vbi nota exemplum de Angelo , & de cęlo , & de Adam, & paradiso , de Loth & de monte .
quod in hoc, quod in Adam propter peccatum de paradiso electus est , innuitur, quod propter peccatum meretur quis nobili loco priuari , 40.d.Adam.
quod quandoque prodest conuersis mutatio loci , quia plerumq; dum mutatur locus,mutatur, & mentis affectus,86.dist.fratrem, & 81. distin. valet.
quod non expedit locum visitare in quo quis peccauit: ne facti memoria reuocetur,81.dist.valet, 15.q.1. mulier.
quod loca in nomine domini ædificata sunt honoranda,41. dist. parsimoniam.
quod locus tutus pro discussione causæ debet assignari, 33. q.2. siue & 3.q.9. hortamur.
quod his qui in peccato mortali decedunt,sacra loca pro sepultura nō prosunt,13.q.quibus.
quod qui pro peccato mortali moriūtur,ad maiorem cumulum damnationis in sacris locis sepeliuntur , 12.q.2.cum grauia,in fi.
quod in pœnitentia vel cum leuibus peccatis decedentibus prodest in sacris locis sepeliri,13.q.2.cum grauia.
LOCVLVS . Quod loculus est diminutiuum a loco, & quandoque ponitur pro praua bursa,quā,& Chrīstus habuit pro expensis reponendis,12.q.2. exemplum.
quod Christus loculos suos opibus aliorum implebat , vt indigentibus distribueret, 23. quæst.4. duo ista.
Item ideo loculos habuit, vt innueret ecclesiam suam loculos habituram.12.q.1. exemplum.
LODOVICVS . Quod Lodouicus Imperator primus confirmauit Paschali Papæ donationem Romanæ ciuitatis cum pertinentiis, & totum patrimonium sancti Petri, & electionem summi Pontificis liberam fieri a Romanis 63. d. ego Lodouicus .
Item quod nullus possessor de agro ecclesiæ debet censum persoluere 23.q.8. secundum.
LOTH. Quod quia Loth per hospitalitatis opera Deo placuit, Angelos recipere meruit,42.d.§. 1.
quod Loth ideo filias suas pro angelis Sodomitis obtulit vt hospitalitas non violaretur,& maius peccatum vitaretur,32. quæst.7. offerebat.
quod filiæ ipsis Loth patrem inebriauerunt vt ei commiscerentur , 35. d.sexto die.
quod ideo Loth filiæ ipsius accubuerunt , quia totum genus humanū submersum , & se causa propagationis seruatas crediderunt, 34. q. 4.dixit.
quod non semper solitaria loca prosunt , quia Loth in ciuitate iustus fuit in monte solitarius peccauit , 40.dist. qualibet.
LVCRVM. Quod lucrum non debet ecclesiæ quærere cum damno aliorum,12.q.2.fraternitas,& q.5. ca. penult.
quod Christus deflet ecclesiam , quæ facta fuerat domus orationis , & propter turpia lucra facta est domus latronum,16.q.7. & hoc diximus,post med.

E quod

dominatur.46.distin. hinc etenim. post medium.

Quod excellentia episcopi vel presbyteri vilificatur. dum voluptatibus luxuriæ coinquinatur, 32.dist. .1.c.1.in fi.

Quod episcopus vel sacerdos luxurio sus dignitate officij est puniẽdus. 15.q.8.hi qui.

Quod abusus luxuriæ grauior est cũ propria vxore, quàm cum meretrice 32. quæst.4.origo.& quęst.7. adulterij.

Quod femina præter coitum debitum ex diuersis partibus corporis corrumpi potest, sicut per oscula, & similia, 27.q.1.nec aliqua.

Quod aliquæ excedunt pecora in libidine, quia pecora post conceptũ coitum non admittunt.32. quæst. 7.non solum, & quæstio.4. origo. in fin.

Quod crudelis libido reputatur vbi propter luxuriam sterilitatis venena procurantur. 33. quæstio.2.aliquando.

Quod luxuria plus iuris habet aliquando quam castitas.34.dist. fraternitas.

De hac materia habes vbi agitur de Fornicatione, & Castitate, & Pollutione.

MACERATIO. Quod maceratio carnis vt eius concupiscentia compescatur, consistit in ieiunijs & vigilijs, & laboribus, & castigationibus,32.quæstio.5.si Paulus.

De materia habes vbi agitur de Abstinentia & deieiunijs.

MACVLA. Quod macula corporis notabilis remouet a ministerio altaris.49.dist. hinc etenim.1. q.1.sacerdotes.

Quod ecclesia Christi est sine ruga & macula. 32. quæstion. 4. recurrat.in fine,& 24.quæstio.1.omnibus.

Quod sicut per vnum membrum macula in omne corpus diffunditur, sic in omnem ecclesiam videtur diffundere,qui corpus suum maculat.26.q.2. sed & illud.

Quod sacramenta ecclesiæ per malos ministros maculari non possunt. 1.q....si autem.

Quod sedes Romana semper mansit extra maculam hæreticæ prauitatis,24.q.1.in sede.

Quod macula discordiæ vel odij perseuerans nec passione nec morte pro nomine Christi suscepta purgatur, nec sanguine abluitur. 90. dist.neque.

MAGISTER. Quod magister nullus debet esse prius, quam discipulus.16.quæst.1. si clericatus.61.di. miserum.

Quod ideo neophyti prohibentur ordinari,ne fiant magistri antequam fuerint discipuli. 48. distinctio. §. primo.

De hac materia habes vbi agitur de Discipulis.

Quod magistros & doctores episcopi.congruis constituant locis, qui studia literarum, liberaliumque artium dogmata assidue doceant. quia his maxime diuina manifestantur atque declarantur mandata 37. dist.de quibusdam.

Quod magistri imperiti iniuriam faciunt cathedræ. 40. distinctio. multi.

Quod magistris imperiti non sunt præferendi.61.dist. statuimus.

Quod magistro impunitas debetur. si causa correctionis discipulũ verberet.de pœn. dist.1.§.3. &c. aut facta.

MAGVS.Quod magi sunt qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur. 26. quæst. 5. nec mirum.

Quod magi tria munera obtulerunt domino,in quibus tres partes philosophiæ intelliguntur, videlicet moralis naturalis, & rationalis. 37.distinct. legimus.§. hinc etiam filius.

Quod ars magorum inuenta est ex traditione malorum angelorum. 26.q.2.qui fine.

Quod præstigia magorum non possunt turbare mẽtes bonorum, qui talia non credunt, sed mentes infidelium 26.q.5.nec mirum.

quod & in nouarum formarum & inconsimilium repræsentatione fictionem habent, & non veritatem 26.q.5.nec mirum.

quod magi plus facere non possunt nisi quantum Deus permittit.26. quæstion.5. nec mirum. ante medium.

quod ideo hanc artem permittit Deus vt homines qui in fide firmi sunt,probẽtur,& mali qui mendaco credunt, per sua desideria seducantur.26.q.5.nec mirum.

quod cum hæc ars prohibita sit, qui ipsam sectantur, vel qui credunt talibus,perpetuæ damnationis interitum incurrunt. 26. quæstio.2. qui fine.

quod absurdum est, Samuelem tam sanctum virum credere magica arte per Pythonissam suscitatum,sed potius Saulum exigentibus peccatis per diaboli fallaciam illusum 26 q.5.nec mirum.

De hac materia habes vbi agitur de Dæmonibus, & Incantationibus, & vbi agitur de Diuinationibus.

MAIOR. quod maior apud Deũ est ille qui est iustior.40.dist. multi in fi.

quod maioritas inter homines attenditur diuersis respectibus: videlicet inferior ad superiores in obsequio & honore exhibendo, acolythi subdiaconibus, vt supra dist.93.a subdiacono.

Item in obediendo, quia nullus est qui non teneatur alicui obedire. alioquin acephalus esset. 93. dist. nulla,& c.seq.

Item in sedendo.& stando, & quia in talibus presbytero diaconus (nisi sit legatus non debet se præferre,93.distinctio. cap. vlt. & supra eod.cap.peruenit, in fi. & c. seq. & c. nonnulli, & c. legimus. in fi.

Item in benedicendo, quia minor à maiore benedicitur. 21. distin.denique.

Item in sacramenta cõferendo, quia præsente presbytero diaconus nõ debet sacramenta conferre 93. distin.diaconi, & c.peruenit, & cap. præsente.

Item in reuerentiam impendendo, sicut tenetur filius patri. & vxor viro.33.q.5. est ordo.

Quod est maioritas respectu dignitatis officij, & sanctitatis, meriti,2. q.7.Paulus Petrum.

Quod Petrus inter apostolos dignitate officij maior fuit.2. q. 7.Paulus,§.hoc & cap.puto.

Quod Cyprianus martyr quãtum ad martyrium Petro comparatur. 2. q.7.puto.

Quod licet episcopus iuxta vocabulum sit maior presbytero: Augustinus tamẽ minorem in se Hieronymo profitetur. 2. quæstio. 7. quamquam.

Quod seruus Christi non quærit quo modo alijs maior appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur.40.dist.multi.& 93. dist.diaconi sunt,ante medium.

Quod iustitia est vt maiori seruiat minor.33.q.est ordo.

MALEDICTIO. Quod maledictio est duplex, s.Dei, & hominis 23.q.3.Deus quando.

Quod Dei maledictio designat meritum eius cui maledicitur. 24. q. Deus quando.

Quod solus Deus iuste maledicit, quod ipsum non fallit peccati qualitas ne peccantis affectus. 24.q. 3 Deus quando.

Quod exemplo angeli qui diabolum maledicere noluit, homines a maledictis puri esse debent. 24. q.3. si igitur.

Quod maledictio in ore clerici vituperatur,& punitur.46. dist. clericus maledicus.

Quod illa maledictio prohibetur quæ procedit in zelo vltionis,non ex zelo iustitiæ. 24.quæst.3. cum ergo,8.proxi.

Quod criminosus sententia maledictionis est feriendus, 24.q. 3. certum,& c.seq.

Quod qui negligunt oris maledici consuetudinem resecare, etiam si non corde maledicant, inquinamentum oris sui incurrunt. 23.q. 2.qui negligunt.

Quod maledictum frustra prolatum frequenter in maledicentem reuertitur xi.q.3.illud, in fine.
Quod maledici regnum Dei non possidebunt.14.q.3. certum.
Quod sancti cum maledicunt, non maldicunt zelo vltionis, sed iustitiæ.24.q.3. cum sancti.
Quod cum maledicimur de quo conscientiam non habemus, non tristari, non potius lætari debemus 11.q.3.inter verba,& duobus cap. seq.
MALEFICI. Quod malefici, & magi,& incantatores,& diuinatores pro eodem accipiũtur, 26.q.4. igitur,& 5.si quis episcopus.
Quod vbi per maleficium Deo permittente occulto iudicio, & diabolo præparante concubitus non sequitur, ad Deum per humilem confessionem est recurrẽdum.33. q.1.c.vlt.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinationibus, & vbi agitur de Incantationibus,& de Magis.

MALVM. Quod malum est duplex, videlicet pœnæ, & culpæ.15. q.1. illa.
Quod malum pęnæ non proprie malum dicitur, mala enim non sunt quæ nec crimine mentem implicant, nec conscientiam ligant, sicut paupertas, ęgritudo, & aliæ pęnalitates.15.q.1.illa.
Quod ideo Deus malum pœnæ homini reliquit, vt ex hoc humiliaretur, & materiam haberet exercitij.de pœn.distinct. 1. medicina. in fi.
Quod de malo pœnæ bonum fit, cũ pauperibus distribuitur, quod cũ laboribus, & sudoribus acquiritur 14.q.5.qui habetis.

De hac materia require infra vbi agitur de Pœna.

Quod malum culpæ proprie dicitur malum videlicet peccatum voluntarie commissum 15. q.1. illa.
Quod mala culpæ non sunt faciẽda vt bona sequantur 14. q.5. per totum.22.q.2.is autẽ, & c. ne quis &c.faciat.
quod de malo culpæ bonum fit, quãdo de turpi lucro, vbi non competit repetitio, fit eleemosyna.14.q. 5.qui habetis.
quod inter duo mala culpæ minus eligendum est, vbi necessitas vnũ perpetrare compulit. 13. dist. duo. & c.seq.in fi 22.q.4.quod. Dauid, & cap.si aliquid.& duobus.c. seq.
quod innocens, nec facit malum nec approbat factum.23.q.4.ita & c.seq.
quod sic sunt in ecclesia homines mali, sicut sunt humores mali in corpore. de consecr. distinct.4. est vnitas.
quod duobus modis non te maculat malus, videlicet si non consentis, & si redarguis, 23.quæst.4. à malis.
Quod sicut zizaniam à frumento difficile est segregare, sic in hac vita malos à bonis.23. quæstione 4. quantus.
Quod quamdiu mali per iudicium ecclesiæ non publicantur tolerari debent 2.q.1. multi circa princ.15. q.vlt.c.vlt.
Item tolerandi sunt, & associandi quamdiu de ipsorum correctione non desperatur. 23.q.4.c.1.
Item tolerandi sunt quorum peccata manifesta non sunt, ne forte eradicando zizaniam, eradicetur & triticum.11.q.3. nolite.2.q.1. multi, in princ.
Item tolerandi sunt ne ex turbatione ipsorum pax generalis ecclesiæ concutiatur, 23. quæstio, quarta, tolerandi,& c.quid ergo, & capit. quisquis.
Quod bonus malum tolerare debet, quia & Christus Iudam malum tolerauit 23.q.4.tu bonis.
Quod qui malum non tolerat, ipse sibi testis est, quia bonus non est, 23.q.4.hæc autem vita.
Quod si malos Christo lucrifacere volumus, exemplo Christi cũ ipsis habitare debemus, 2.q.1.multi.
Quod propter malos boni non sunt deserendi.7.q.1.aduersitas.
Quod ideo propter bonos mali non sunt deserendi, quia propter paleam area non est relinquenda: nec propter pisces malos retia sunt rumpenda, nec propter hœdos, in fine separandos grex Domini est deserendus. 24. quæstio. 1.quisquis.

De malo culpa habes vbi agitur de Peccato.

MANNA. Quod manna fuit figura corporis Christi, quia sicut illud elementum cœleste æqualiter singuli colligebant, sic cœlestem gratiam postmodum secuturã æqualiter omnibus diuidi præfigurabat, de consecrat. dist.4.nec quemquam.
Quod sicut potior est lux, quàm vmbra, veritas quàm figura, sic corpus Christi dignius est manna de cœlo.de consec.dist. 1.reuera.
Quod manna fuit de cœlo, corpus Christi super cœlum, de consecr. dist.2.reuera.
Quod manna fuit corruptione obnoxium si in alterum diem seruabatur. istud autem est ab omni corruptione alienum manens in æternum, de cons.dist.2.reuera.
MANVMISSIO. Quod manumissio dicitur, quãdo hi qui sunt sub iugo seruitutis, manumittenti beneficio libertati redduntur. 12.qu.2. cum redemptor.
Quod manumissio per episcopum fie debet fieri, ut semp manumissi patrocinium ecclesiæ recognoscant. 12. quæstione secunda, episcopus qui mancipium.
quod successor episcopi prædecessoris sui manumissionem non debet infringere 12. quæstio. 2. si quos.
Quod manumissus de collegio non tenetur ad reuerẽtiam singulis de collegio, sed vniuersitati, immo singulos potest in ius uocare.12.q. 2.episcopus qui §.si uero.

De hac materia habes vbi agitur de Liberalitate & Libertis.

MANVS IMPOSITIO. De manus impositione habes ubi agitur de impositione.
MARCVS. Quod Marcus Euangelista.discipulus beati Petri, Alexandrinam fundauit, & erexit ecclesiam 24. q.1.cum beatissimus. 22.dist.sacrosancta.65. distin.legimus post med.
MARGARITA. Quod margarita.ante porcos mittitur, quando indignis verbum Dei proponitur 11.quæst.3.nolite recedere. & cap. seq.
Quod margaritæ ante porcos, & canes mittuntur, quando detractoribus & immunis ecclesiastica sacramenta committuntur. 44. dist. in mandatis, de pœn. dist. 1. nonnulli.§. item his.
MARIA. Quod Maria vere vouit virginitatem perpetua, nisi Deus aliter reuelasset. 17.q.2.c. sufficiat. post medium.
Quod Maria desponsata fuit Ioseph, sed numquam ab eo cognita,27.q. 2.quod autem circa fi.
Quod ideo despõsata fuit Ioseph, vt virginitas eius diabolo occultaretur & virginitate sua falleret principem mundi.27.q.2. inuenta. & 32.q.2.1.
Quod Maria virgo concepit, & virgo peperit.27. quæstio. 1. nuptiarum ante fi.
Quod Maria genuit Deum & hominem, non tantum hominem, sicut dicit Nestorius, qui aliam personam fecit carnis, aliam diuinitatis 16.dist.prima autem, §. tertia in Epheso.
Quod tempore passionis Maria commendata fuit Ioanni.27.q.1. quod autem.§. seq.
Quod Maria & Ioseph in virginitate vterque permansit.27.q.2.beata Maria.
MARTYRIVM. Quod martyrium pro Christo non a nobis, sed ab alijs libenter debemus suscipere.23.q.non est nostrum.[& q.8. conuenior.circa princ.
Quod nulli in persecutionibus licet propria interire manu, nisi vbi castitas periclitaretur.23.q.5. nõ est nostrum.
Quod non computantur in numero martyrum qui seipsos qualicumque intentione voluntarie interimunt.23.q.5.tu dixisti. & cap.placuit.

Quod

Quod non pœna, ſed cã facit martyrem de conſ.d 4 baptiſmi. exemplum ibi de latione.

Quod effectus martyrii pro nomine Ieſu ſuſceptus implet vicẽ baptiſmi de conſ.d.3.baptiſmi,& c.catechumenum.

Quod qui pro nomine Chriſti martyrizantur, abſque dubio vitam æternam conſequũtur.15.q.1.merito,§ firmiſſime.

Quod in ſeruis Chriſti etiam ſi affectus martyrij ad effectum non deducantur, ipſa ſola voluntas coronatur. de pœn. diſtin.1. numquid Cain.

MATRIMONIVM. Quod matrimonium eſt duplex. videlicet ſpirituale.& carnale,26.q.2.cum ſocietas.

Quod matrimonium carnale eſt viri mulieriſque cõiunctio indiuiduã vitæ conſuetudinem retinens,27.q.2 §.1.

Quod matrimonium fuit primo in paradiſo inſtitutum 32.q.2.ſicut,§.1.& ſeq.

Quod fuit inſtitutum ante peccatũ humani generis propagationem poſt peccatum infirmitatis remedium 32.q.2.quidquid.

Quod matrimonium eſt bonum,& ſine peccato exercetur, quod Dei præcepto perficitur.26.d.de inde, in fi.

Quod conſenſus in carnalem copulam facit matrimonium, 27.q 1.§ &.1.5.c.ſeq.

Quod matrimonium aliud eſt legitimum,& non ratum, aliud ratum,& non legitimum, aliud legitimũ & ratum.28.q.1.ſi quis Iudaicę,§. ſequen.

Legitimum matrimoniũ eſt, quod legali conſtitutione vel prouincię moribus cõtrahitur, hoc eſt apud infideles, licet non ſic ratum, qa ſoluitur quando placet 28.q 1.q.s Iudaicæ,§ ſed.

Ratum matrimonium apud fideles eſt, qñ ſine ſolemnitate ſolo affectu cõtrahitur, quorũ matrimonium ſemel initum vlterius ſolui non poteſt. 28.q.1.ſi quis Iudaicę,§.ſeq.

Legitimum,& ratum eſt quando vxor a parentibus traditur, a ſponſo dotatur,&a ſacerdote benedicitur,& mutuo cõſenſu perficitur. 8.quæ.1.ſi quis,§ ſequen in fi.30. q.5.per totum, vſque ad cap.nullum.

Quod triplex eſt bonum matrimonii fides, proles, & ſacramentum 27.q.2 omne.32.q 2.ſicut in fi.

Hoc triplex bonum fuit in parentibus Chriſti, proles fuit ipſe Chriſtus, fides quia nullum adulteriũ ſacramentum quia nullum diuortium.27.quæſtione ſecunda, omne.

Quod prima cauſa matrimonii debet eſſe intentio prolis.32.queſ.2. pudor.

Item alia cauſa vitatio fornicationis quæſtione,2.ſicut §. ſeq.&c. quid quid.

Quod propter intentionem proli coitus excuſatur,& propter bonũ matrimonij.32.quæſ.2.ſolet quęri.

An in matrimonio dum cõtrahitur vel exercetur, non confertur gratia, & propter hoc in ipſius contractu pretia interueniuntur. 32.q.2.conubia.

Quod ipſe Deus eſt defenſor,& cuſtos matrimonii.32.quæ.4.nemo. in fi.

Quod damnans matrimonium anathematizatur 30.d.ſi qua mulier,& duobus cap.ſeq.&ca.ſi quis nuptias.

Quod ſecundę nuptię diſſuadentur. 31.q.1.de his,& duobus c.ſeq.

Quod ſecundæ tertiæ,& vltimæ nuptiæ non condemnantur.32.q 1.aperiant.

Quod ſecundæ nuptiæ non debent benedici.31.q.1.de his.

Quod olim licuit ſacerdotib.in matrimonio ante contracto ſtare, ſicut & mõ apud Græcos ſtant,& ſilii eorum reputabantur legitimi. 56.d.Cænomanenſem.

Quod ordinatis in matrimonio contracto non licuit, nec apud Græcos licet ſecundas nuptias facere propter notam bigamiæ.33.diſ.ſi quis poſt.

Quod puellã q̃ per uerba de præſen alter cõtraxit, alter ducere poteſt. 27.q.vlt.c.vlt.

Quod modus cõtrahendi matrimonium ponitur.30.q.5.aliter.

Quod multa ſunt quæ in contractu matrimonii ſunt attendenda. 30. quæſt.vlt.aliter,& c.qualis,& c. ſequen.

Quod velũ, annulus, & alia quæ exhibentur dum fœmina maritatur ſingula ſpecialem habent ſignificationem 30.q.5.fœminę.

Quod ſine dote poteſt haberi non debet cõtrahi matrimonium. 30. q 5 nullum ſine dote.

Quod clandeſtine non debẽt matrimonia contrahi:& licet in foro cõſcientię ligent, in iudicio tamen eccleſiæ pro infectis habentur,30. q.5.per totum.

Quod matrimonium non poteſt cõtrahi ad tempus 32.q.2. ſolet quæri,&c ſeq.

Quod a ſeptuageſima vſque ad octauam paſchæ,& tribus hebdomadis ante feſtum Ioan. Baptiſtæ,& ab aduentu Domini. matrimonia non debent ſolemniter contrahi. 33. quæſ.4. non oportet. Vide Concil.Trident.de hac re.

Quod in matrimonio conſtituti certis temporibus debet a coitu abſtinere, videlicet tempore communicationis,34.quęſtione,4.capit.1.

Item in die Natiuitatis Chriſti,& in aliis feſtiuis diebus,33.q. 4.quotiecumque.

Item in tempore ieiuniorum.35.q. 4.ſi cauſa,& duobus capitul. ſequen.

Item tempore conceptus,&ablactationis pueri.5.d.ad eius vero concubitum.

Item tempore menſtruorum ibid.

Quod tamen continentia non dẽt fieri ab vno ſine cõſenſu alterius. 33.quæſtio 4.apoſtolus &capi. ſequen.

Quod matrimonium contrahendũ impeditur per errorem perſonæ, vt ſi putatur eſſe Virgilius, & eſt Plato,29.q 1.§.1.

Item per errorẽ conditionis: vt quãdo putatur eſſe liber.& ſeruus 26. q.1.§.1.

Item per iuſtitiam publicæ honeſtatis.27.q.2. quid diſpenſatam.35. q.2 porro.

Quod non debet contrahi cum hæretica,& infideli perſona.28.q. 1. caue,& duobus c.ſeq.

Item nec cum conſanguinea,3.q.1. c.1.§.his ita.

Item nec cum affine,27.q.2.qui deſponſatam,in fine,& 35.q.2.nullum,&ca.æqualiter,& pluribus.c. ſeq.

Item nec cum moniali 27.q.1.hi ergo,& duobus ca.ſeq 36.q.1.raptores.

Item nec cum diaconiſſa.27.q.1.duaconiſſam.

Item nec cum religionem profeſſis, vel in ſacris ordinibus conſtitutis, 27.quæſ.1.vt lex.27.diſtin.presbyter.

Item nec cum furioſis,&dementib. niſi habeant lucida interualla, vel niſi furioſus vel furioſo contraxerit:tales enim non ſunt ſeparandi,32.q 7.neque furioſus.

Quod vno coniuge viuo quantocũque tempore abſente alter contrahere non poteſt.34. q.vlt. ſi quis neceſſitate.

Quod ſi credens mortuum contrahit non adulteratur, ſed redeuntẽ tenetur recipere.34.quæſtione 1. cap.

Quod dubitans mortuum ſi contrahit, licet non debeat contrahere, debet tamen debitũ reddere que uſque certificetur,34.q 1.c 1.

Quod ſi nõ credens mortuum,& tamen eſt mortuus, contrahit non ſeparatur, ſed pœnitentia tamquã pro adulterio imponitur,ar.22 q. 2.homines.

Quod ſi poſt duorũ fidelium coniũctionem in aliquo ipſorum hæreſis ſupuenerit, alteri propter hoc poteſt copulari,28.quæſt.2.c.vlt. §.vlt.

Quod ſeparatus ob fornicationem viuente reliquo non poteſt cum altera copulari.32.q 6.c.1.& octo c.ſeq.&c.hi vero.

Quod nemo cogendus eſt ad matrimonium,& coactus ſeparat. q 6.

§. verum,& cap.sequen.32.q.2.c.vlt.

Quod presbyter vxorem ducens,ab ordine debet deponi.28.d.presbyter.

Quod nec Latini,nec Græci in sacris ordinibus possunt contrahere,sed volentes Græci vxores habere, in minoribus constituti contrahũt, sic in matrimonio vlterius promouentur. 31. distinctione, Nicæna.

Quod ducens in vxorem quã prius habuit cõcubinam etiam virginẽ, non videtur posse promoueri 32. d maritum,& 34. d.præcipimus, 30.q.5. qualis.

Quod vxor promoti ad sacros ordines ipsa consentiente non põt etiam ipso mortuo matrimonium contrahere,28.d quia sunt.

Quod error fortunę,vt cũ putatur, diues qui pauper est,non impedit matrimonium,29 q.1.§.1.

Item nec error qualitatis,vt cum putatur qui bonus qui malus est.29.q.1 §.1.

Quod post pęnitentiam cum illa potest contrahere quã prius polluit per adulterium,nisi in morte viri machinatio.vel fides adulteræ data fuit cum effectu,31 q 1.c.1.& denique,& quatuor c.seq.

Quod fidelis dimissus ab infideli nõ baptizato non impeditur contrahere cum alio.28.q 2.c.vlt.

Quod cum filio matris spiritualis potest contrahi matrimoniũ: & pater cum filia carnali filii spiritualis,sed filius cũ filia patris sui non potest,q̃a cognatio spiritualis descendit a patre in filium, non ascendit a filio in patrem 30.q.3.c.vlt.

Quod possent contrahere cum filiabus compatrum,excepta illa mediante qua contrahitur cognatio spiritualis,30.q.3.super quibus.

Quod propter incestum efficitur q̃s indignus ad matrimonium contrahendum, sed post pœnitentiã potest cum talibus dispensari,32.quæst.7.quædam,& quinque cap.seq 33.q.2 si quis cum duabus, & c.seq.

Quod vxoricida sine dispensatione non potest contrahere.33.q.2.interfecto reus, c.admonere,&c.si quid,&c.sequen.

Quod dispẽsatur in matrimonio circa gradus a canone ꝓhibitos. 35.q.3.quædam lex,&c.seq.& q.8.de gradibus.

Quod de consanguinitate gradus distinguuntur.35.q 5 per totum.

Quod gradus affinitatis exprimuntur.trigesimaquinta quæst.5.porro.

DE STATV CONIVGVM IN MATRIMONIO quod prima nocte coniuges debẽt abstinere propter reuerentiam sacerdotalis benedictionis 23.d. sponsus, 30.q 5.sponsus.

Quod non debent se coniuges libidinose diligere 32 q 4 origo.

Quod cum coniux miscetur quis in matrimonio causa prolis procreãdę, non est peccatum.25.d.vnum,§.alias ante si.

Item causa reddendi debitum non est peccatum,27.quæstio.secunda si tu.

Item causa fornicationis vitandę & est veniale peccatum,32. quæst 2. quidquid,35 quæstio. 2.in adolescentia,& quæstio. 4 vir cum propria.

Item cum causa libidinis explendæ tamquam cum adultera,vel cum meretrice est peccatum mortale, 32 quæst.4 origo,&ca.liberorum. Alleuiatur tamen pœnitentia propter bonum matrimonij,32.q.7.adulterij.

Quod abstinentia imputatur ad peccatum si propter hoc alter coniugum in peccatum labitur,27.q.si tu.

Quod vxor marito leproso vel quocumque modo debilitato vel deformato reddere debitum teneatur.32.quæstio.5. horrendus &c.seq.

Quod vnus sine alterius uoluntate continentiam vouere nõ potest.33.q.5.c.1 & 5.c.seq.

Quod nec potest religionem ingredi nisi propter fornicationem vnus ab altero per sententiam episcopi sit separatus,27.q 2.sunt qui.& septem.c seq.

Quod consentiens vouenti, & non vouens,non potest cum altera cõtrahere nisi post mortem vouentis 27.q.2.si quis coniugatus. 33.q.5 quod Deo,&c.seq.

Quod ante copulam carnalem vtrique cõiugum licet intrare religionem altero inuito,27.q 2. scripsit nobis,§ ecce,&c.seq.

Quod an dormiens cum sorore vxoris suæ potest reddere debitum, 27.q. 2.qui dormierit.

Quod vxorati non debẽt in ecclesia. & præcipue circa altare deseruire. 27.q.2.multorum.

Quod in ueteri lege vxore sterili permanente, licite ex ancillis liberos procreabant.23.q 4.§.1. & tribus c seq.

Quod neuter coniugum potest alteri crimen obiicere quando vtrumque crimen constringit,34.q.2.in lectum.

DE DIVORTIO. Quod diuortium matrimonij sine consensu episcopi non debeat fieri 17.q.2,si vir.

Quod ante causæ cognitionem spoliatus vel spoliata primo debet restitui.33.q 2.historia.& duobus c.seq.

Quod matrimoniũ inter fratres spirituales vel adoptiuos dirimitur, q.3.c.1.& quatuor c.seq.

Item cum matre vel spirituali filia simile,30.q.1.de eo.

Quod diuortium factũ propter maleficium si cessat,restituitur.33.q.1.super sortiarias.

Quod affinitas remanet, licet ille moriatur per quem contracta est 35.q 10.c.§.1.

Quod ante diuortiũ consanguinei vel propinqui debent citari,& testificari de matrimonio,vel senes, & antiq. quib. nota põt esse cõsanguinitas,35.q.1.& duobus ca seq.

Quod forma iuramenti testificantium ponitur 35.q.6. de parentela.& 3.cap.seq.

Item forma iuramenti separationis propter consanguinitatem vel affinitatem,35 q.6.ab isto.

Item forma iuramenti illius qui recipit dimissam,35.q.6.cap.vlt.

Quod matrimonium nõ dirimitur ꝓ torum simplex antecedens,27.d.c 1.& duobus c.seq.

Item nec propter compaternitatẽ, vel propter commaternitatem superuenientẽ.30 q.1.nosse.& quatuor c.seq.

Item nec propter seruitutem dominis debitam,29.q.vlt c vlt.

Quod qui scienter contraxit cum ꝑsona seruilis conditionis, ab ipsa per diuortium separari non põt, 29 q.2.si quis liber.

Quod cum vterq;coniugum seruilis conditionis matrimonium cõtrahit,non separantur,29.q.vlt.c.vlt.

Quod non separatur ab vxore qui ignoranter cognouit vxoris sororem,32.q.7,qui dormierit.

Quod extraordinaria pollutio quãuis sit criminosa,non separat matrimoniũ.35.q 3.extraordinaria.

Quod siue propter adulteriũ,siue ꝓ aliud inter cõiuges fiat diuortiũ, nõ propter hoc rupitur matrimonium,32.q 7.interueniente,& lex c.sequen.33.q.5.q.quod Deo.

De hac materia habes.vbi agitur de Diuortio.

Quod matrimoniũ spirituale est coniunctio Christi,& ecclesiæ 27.q.2. cum societas.

Quod matrimoniũ per carnalẽ copulam non perfectum,non est sacramentum Christi & ecclesiæ,27 q.2.cum societas.

Item spirituale matrimoniũ contrahitur inter prælatum ecclesiæ, & eius ecclesiam,7 q.1.sicut vir.

Item spirituale matrimonium est inter Christum,& spiritualem animam.17.1.q 1.quæ Christi,&c nuptiarum.

MOECHIA. Quod mœchia est duplex,videlicet spiritualis,& carnalis.28 q.1.non solum.

Quod mœchia spiritualis est idola facere vel idolis sacrificare 18.q.1.nõ solum.

Quod mœchatio est omnis illicitus concubitus,atque illorum membrorum

biciarum

brorum non legitimus vsus, 32. q. 4 meretrices, in fi.
Quod stricte sumi mœchiam non nisi pro adulterio ponitur, 32. q. 4 meretrices.
Item pro consensu peccati, quia q uiderit mulierem, ad concupiscē dum eam iam mœchatus est eam in corde suo, 32 q. 7. non solū.
Quod mœchus is dicitur qui dimissa uxore ob causam fornicationis, aliam duxit 32 q 7. quemad modum.
MEDICINA. Quod medicina est duplex spiritualis, & corporalis, 29. d. necesse.
Quod medicorum consilia diuinæ cōditioni sunt contraria, quia nec ieiunare, nec flere, nec consilia sinunt de conse. d. 5. contraria.
Quod medico corporali salarium non est negandum, 14. q. 5. non sane.
Quod nec clerici, nec religiosi pro medicina, munera debēt accipere 23. d. his igitur.
Quod medicina spiritualis est pœnitentia, 50. d. vt constitueretur 33. q. 1. si per sortiarias.
Item medicina spiritualis est omnia ecclesiastica sacramenta, de pœ. d. 1. in actione de consecratione, d. 2. si quotiescumque 23. d. his igitur.
Item medicina spiritualis, est misericordiæ opera de pœ. d. 1. medicina.
Quod Christus est spiritualis medicus, qui paratus est centies curare si toties homo per peccatum infirmatus eum requirit de pœn. 3. Naum prophetam.
Item prælati sunt spirituales medici, qui dant subditis correctionis medicinam, 86 distinctione inferiorum, & c. seq. 5. q. 5. non vos, 45. distinct. recedite 23. q. 4. quid facier
Quod magis prælatus occidit quā curat, qui nec pro peccatis suis pœnitentiam agit, nec alios de peccatis reprehendit 50. d ab sit.
Quod sicut medicus peritus non vno collyrio omnium oculos curat, sic prælatus vel prædicator diuersorum hominum vulnerib. diuersis doctrinis medetur 29. d. necesse.
MEMORIA Quod memoria ultionis diuinæ præteritæ in peccatores terrorem futurum incutere debet, ne consimilia attententur, 7. q. 1. denique.
Quod quibusdam in memoriam excessus signa relinquuntur, 19. q. 3. mandamus, de conse. d. 2. & dixit.
Quod ideo quibusdam occasio peccati præteriti vel per loci mutationem vel aliter est subtrahenda, ne culpa ad memoriā replicata illiciat, 15. q. 1. mulier, 8. d. ualet
Quod nullum inuenitur delictorū tale remedium sicut eorum continua memoria de pœ. d. 3. Iudas pœnituit
MENDACIVM. Quod mendacium est falsę vocis significatio cū voluntate fallendi, 22. q. 2. beatus § ille.
Quod octo sunt genera mendaciorum quorum quia primum grauius est, tanto minus quisque mē tiendo peccat, quanto a primo recedit, 22. q. 2 primum.
Quod primum genus mendacij est in doctrina fideicum intentione subuertendi
Secundum est quod prodest nulli, & obest alicui, vt est mendacium detractionis, & falsi testis in causa criminali.
Tertium est quod prodest vni, & obest alteri, ut est mendacium in cā pecuniaria
Quartum est quod solum mentiēdi fallendique libidine fit.
Quintum est quod fit placendi cupiditate de suaui colloquio, qd̄ est, adulterorum,
Sextum est quod nulli obest, & prodest alicui, ut cum quis se nescire mentiatur pecuniam esse alterius quam scit iniuste tollendam.
Septimum est quod nulli prodest, & obest alicui, vt cum quis vult hominem prodere ad mortem.
Octauum est quod nulli obest, & pdēst ad hoc ut caritas conseruetur.
Quod primum genus dicitur perniciosum, ad quod nulla conditione debet adduci
Quod quodlibet aliorum est uel per niciosum, vel officiosum, vel iocosum mendacium, quæ post primum minorem secundum maius & minus culpam habent, 2. ne qs & cap. quod autem ait, &c. si quæ libet, 9 distinctione. si ad scripturas
Quod mendacium est graue peccatum, quia os quod mentitur, occidit animam, 22. q. 2. nec artificioso.
Quod omne mendacium cauendū est maxime pfectis, 22. q. 2. ne qs c. omne, c. si quis per vetus testamentū, & 22. q. 5. cauete fratres.
Quod perfectus pro nullius uita ser uanda debet mentiri, 22. q. 2. ne quis.
Quod nullus ducendus est ad salutem mendacio opitulante, 22. q. 2. primum in fi.
Quod Abraham dicendo vxorem sororem suam esse, & Iacob. dicē do se primogenitum, excusantur de mendacio, 22. q. 2. quæritur, & § proximo.
Quod mendacium est episcopū uel sacerdotem vel religiosum se pro fiteri, & contrar a suo ordini operari, 22. quæstione, quinta, cauete fratres.
quod nemo causā humilitatis dēt mentiri: quia si non erat peccator, ex hoc incurrit quod vitabat 22. q. 2. non ita.
Quod ille mentitur qui putans falsum dicit verum, vel e conuerso, 22. q. 2. homines, & c. seq.
Quod omnis falsum dicens, mentitur, 22. q. r is autem, & c. beatus, & c. si qualibet, §. Abraham
Quod facere contra promissum, n semper est mentiri, 22. q. 2. beatus Paulus & c. ne quis, in fi.
Quod aliquod iocosum mendaciū non videtur esse graue peccatū exemplum de Ioseph, 22. q. 2. qd̄ au tem ait.
Quod mendacium præcipue in mercatoribus est, quia mercator sine mendacio, & periurio esse non potest d. 88. eijciens, &c. seq.
Quod qui ueritatem celant, & mendacium dicunt, æqualiter peccāt quia ille prodesse nō vult, & iste nocere desiderat, 11 q. 3 quisquis
Quod mendacium etiam in præsēti inuenitur grauiter punitū 12. q. 1. dilectissimis, post medium. Exēplū ibidē de Anania, & Sapphira.
Quod mēdax debet carere impetratis, & quib. scripta diriguntur, sūt puniendi si precum mendacia nō arguunt, 25. q. vi. dicenti.
Quod circa impetrationem rescriptorū contingit mentiri triplicitet, 25 q. vi. § & si legibus

De hac materia habes vbi agitur de Iuramento.

MENDICITAS. Quod mendicitas clericorum est ignominia episcoporum 93. diaconi
Quod in tantum excreuit auaritia quorūdam episcoporum, vt omnia occupātes cogant clericos egentes mendicare
Quod illi qui aliūde habere possunt grauiter peccant si mendicant, quia vnde pauper victurus erat, accipiunt, 1. q 2. pastor.
Quod eleemosyna panis egentium est, & qui defraudat eam, homo sāguinis est, 14. q. 5. c immolans.
MENSA. Quod mensa clericorum non debet abundare fabularū relatione, sed sacræ scripturæ locutione, 44. d. pro reuerentia

De hac materia habes vbi agitur de Cibo.

MENSTRVVM. Quod menstrua mulierum sunt ex naturali superfluitate sanguinis, & ideo culpa carent, 5. d. ad eius
Quod menstrua patienti non debet ecclesiæ introitus denegari 5. d. ad eius.
Quod sicut mulier menstrua patiens Christi vestimentum laudabiliter tetigit, ita ecclesiam menstrua-

ta laudabiliter intrare poterit.

Quod ad mulierem menstruatā q.ſ q; accedere prohibetur, quia ex hoc partus deformat, 5 d ad eius

MENSVRA. Quod menſura miſericordiæ Dei nō pōt aſtimari, de pœ.d.1. ſerpens, ante fi.

Quod apud Deum non valet tm̃ in pœnitentia menſura temporis, quantū doloris, de pœ.d.1. menſurā, & c.præced. &c in actionem.

MERCATIO. Quod mercatio pōt eſſe honeſta & turpis, de pœ.d 5. qualis

Quod qualibet mercatio eſt periculoſa quia difficile eſt interuenientis, & ementis commerciū nō interuenire peccatum.

Quod mercatio ſine peccato & periurio eſſe non poteſt, 88.d.eijciēs &c.ſeq.

Quod clericis omnino prohibetur mercatio, quia vilius emit vt carius vendat, 14.q.4.canonum, 16 q.7.& hoc diximus.

Quod qui propter cupiditatem añ tēpus granum vilius emit ut carius vendat, turpe lucrum committit, 14.q.4. quicunque.

Quod in ſacro loco ubi eſt orationib. vacandum, mercationes exercerī ñ dēnt, 16.q.7.& hoc diximꝰ.

De hac materia habes ubi agitur de Lucro & Negotiatione.

MERCENARIVS. Quod mercenarius etiam ſi ab inuito detentore recipit mercedem, ſuā nō cō mittit iniuriam, 14 q.5.ſane.

Quod qui defraudat mercenarium mercede, reus eſt, ac ſi ipſius ſanguinē fūnderet, 14 q.6 immolās.

Quod prælatus non diligens pp̄ Deum, ſed propter temporale lucrum, mercenarius eſt, 8.q.1.ſunt in eccleſia.

Quod ille rector non paſcit, ſed mercenarij vice deſeruit, quia gratiā humanā amittere formidās loq; recta pertimeſcit, 43 d.ſit rector.

Quod mercenarius eſt prælatus, q plus diligens proprium commodū quam ouium, videns lupum, oues relinquit, 7. q.1. aduerſitas.

MERETRIX. Quod meretrix eſt quæ multorum libidini patet, 34. d.vidua.

Quod meretrices eſſe, & ad meretrices accedere eſt diuinitus prohibitum, 32.q.5.meretrices.

Quod fornicator in eo eſt magis criminoſus, qui tollit mēbra Chriſti, & facit ea membra meretricis, 23.q.4.in eo.

Quod indebitus modus luxuriæ execrabiliter fit in meretrice, ſed execrabilius in uxore, 32.q.7.adulterii.

Quod contrahens cū meretrice, ad ſacros ordines nō pōt promoueri 34.d.ſi quis uiduam.

METROPOLITANVS. Quod metropolitanus a menſura ciuitatum quibus præeſt, dictus eſt, 21. d.cleros poſt prin.

Quod metropolitanus debet decē, uel vndecim ciuitates & totidem epiſcopos ſub ſe habere, 5 q.3.ſi tote.

Quod abſq; metropolitani licentia nullus epiſcopus curiam Imperatoris debet adire, 23.q.vlt. ſi quis epiſcopos.

De hac materia habes vbi agitur de Archiepiſcopo.

MICHAEL Quod Michael qui noluit maledicere diabolo, ponitur in exemplū, ut a maledicto puri ſimus, 24.q.3.Michael.

MILITIA. Qd̄ militia eſt duplex, videlicet ſæcularis, & ſpiritualis, 59.d ſi officia, 23.q.8.reprehenſile.

Quod militia ſæcularis nō culpatur ſed abuſus, 23.q 1. per totum.

Quod militia inſtituta eſt propter duo, videlicet ad iniuriam propulſandam & uindictam inferendā, 23.q 1.c 1.

Quod ius militare in multis conſiſtit j.d.ius militare.

Quod in militia ſæculari reprehenditur libido dominandi, crudelitas vlciſcendi, & cupiditas nocendi, 23.q.1.quid culpatur in bello.

Quod hac intentione militia dēt exerceri, vt mali coerceantur, & boni ſubleuētur, 32.q.1.apud, &c ſe.

Quod pleriqúe ſancti patres ſæcularem militiam laudabiliter exercuerunt, 23.q.1.noli exiſtimare.

Quod ſumma laus eſt militiæ, communi vtilitati intendere, 23.q.1. ma.

Quod boni milites ultra ſtipendia ſua nil debent vſurpare, 23.q.1. militare.

Quod miles non eſt reus homicidij qui legitima auctoritate ſuperioris hominem ocidit, 23.q.5.miles

Quod miles ſæcularis grauius peccat ſimoniam committendo, quam clericus, 1.q 3. Saluator circa me.

Quod miles ſæcularis propter periculoſum ſtatum quem habet, ab ſ que diſpēſatione Papæ ad ſacros ordines non debet promoueri, 50 d ſi quis poſt.

Quod ſi in militia ſæculari gradati quis promouetur ad honores, multo fortius in militia ſpirituali, 59.d.ſi officia, &c.ſeq.

Quod non dēt eſſe ligatus aliis qui ſpirituali militiæ eſt aggregandus 54 d.nullus.

Quod Chriſtus ad ſeruiendum volūtarium militem habere vult, 15. q.1.non eſt.

Quod nil beatius quā vt quomodo Imperator noſter Chriſtus iuſſit, militetur, 40.d.ante omnia.

Quod militum Chriſti arma, ſūt lacrymæ, & orationes, 23 q.8.reprehenſibile, & c.conuenior. circa med.

MINISTER. Quod miniſter dicitur qui quod ſuperior mandat, exercet, 23.q.2.dominus noſter, 23. q.5.non ſolum, & q.vltim.quicūque percutit.

Quod miniſter iudicis ēt damnatū, ſi ex libidine occidit, homicida eſt, 23.q 4.cum miniſter.

Quod miniſter Chriſti non debet eſſe ſuperbus, quia talis diabolo compatatur, 1.q.1.ſi iuſtus fuerit.

Quod Chriſtus miniſtros ſuos docuit aliis miniſtrare, non temporalib.lucris intēdere, 16.q.j.nulli

Quod miniſtris eccleſiæ ſicut eſt in ſacerdote miniſtratio, ſic & in diacono ſacramenti diſpenſatio, 92. d.diaconi.

Quod vbi paterfamilias largus eſt, miniſter non debet eſſe tenax, 26.q.7.allegant, in ſi.

De miniſtris eccleſiæ habes ubi agitur de Clericis, & ubi agitur de Eccleſia materiali, & ubi agitur de Ordinibus.

MIRACVLVM. Quod miraculū eſt opus arduum & inſolitum ſupra ſpem & facultatē conſiſtens admirantis, ſicut fuit maris rubri & Iordanis fluuij, diuiſio, & alia plura quæ ponuntur, de conſec.d 2.reuera, circa med.

Quod miracula facere eſt ſpecialē donum ſpiritusſancti, de poe d.2. ſi quis ſemel, §.quorundam.

Quod quantumcunque ſunt aliqui ſancti, miracula facere non poſſūnt quando volunt, niſi quando ſpeciali dono ſpiritusſancti perfunduntur, de pœ.d.2. ſi quis ſemel, § quærendum.

Quod miracula ſanctorum ſunt admiranda, non in exemplum noſtræ actionis trahenda, 2.q.7. nos. ſi.poſt med.

Quod quidam habent prophetæ ſpiritum, qui non habent uitæ meritum, 1.q.1.prophetauit, exemplum ibi de Saul.

Quod multi faciunt miracula extra charitatem conſtituti, qui in charitate poſiti facere non poſſunt, 1.q.1.teneamus.

Quod magi & dœmones non faciūt miracula, & mira, quia non ſunt ſupra naturam, ſed ſunt hominibus inſolita, 26.q.4.ſciendum.

De hac materia habes ubi agitur de Diuinationibus, & ubi agitur de Incantationibus, & ubi agitur de Magis.

MISSA.

MISSA. Quod missa proprie dicitur Eucharistiæ consecratio, confe-ctio: reliqua oīa quę sacerdos, uel chorus capit, gratiarum actiones sunt, vel certæ obsecrationes, de conse.d.2.utrum.

Quod Iacobus apostolus frater do mini & Basilius Cœsariensis tra-derunt modum Missam celebrā-di, de conf.d.1.Iacobus.

Qui tamen modus, nec alius in de-creto per ordinem habetur, sed tū ego plura quę in Missæ officio exercentur, propriis capitulis assi gnaui, vt in parebit.

Quod missa sine sacratis uestibus nō debet cantari, de conse. d.1.vesti-menta.

Quod nullus dēt Missam sine stola & manipulo cantare, 23.d.eccle-siastica

Quod in solenni missa ministri, & præcipue diaconus & subdiaco-nus dēt haberi, de conf. d.1.epi-scopus Deo, & duobus c.seq.

Quod in primitiua ecclesia in princi pio Missæ psalmi legebantur, sed post psalmi cantum sunt conuer-si, vnde introitus Missæ, & gradua lia, & offertoria, & cōio quæ can-tantur, pene omnia de psalmis sunt sumpta 92.d.cantantes, §.ab officio, & c.in sancta, in fi.

Quod ille versiculus, Gloria patri, quem Damasus Papa ad preces Hieronymi instituit post psalmos repetendum, qui cantatur post in troitum, ponitur de conse, d.1. de hymnis.

Quod Kyrie eleison, & Pater noster ponitur, 11.q.3.cum aliquis.

Quod Gloria in excelsis, & Allelu-ia, qui duo hymni ab Angelis sūt cantati, & a nobis in solemnitati bus sunt decantandi, ponuntur de consecra.d.1.de hymnus, &c. hi duo.

Quod hi duo hymni a septuagesima quando lapsus primi hominis recitatur intermittuntur vsque ad Pascha, quando Christus re-surgens ex mortuis tristitiam in gaudium vertēs, Alleluia nobis reddit, de conse.d.1.hi duo.

Quod episcopus in Missa ante colle ctam, vt ostendat se vicariū Chri-sti, sicut Christus apostolos, sic salutat populum dicens, Pax uo bis, 2.q 7.non omnes

Item vt ostēdat se de numero alio-rum sacerdotum, dicit, Dñs vobis cum, quod ponitur, de conf. d.1. hoc quoque

De orationibus siue collectis dicen dis habes, de conse. d.1.de hym-nis, in fi.

Quod post orationes respondendū est Amen, habes, 38.d. sedulo

Quod epistola & Euangelia legēda sunt in Missa, habes de conse.d.1. omnes fideles

De offertorio quod debet fieri in Missa, habes de conse.d.1.omnis Christianus.

Quod post offertuti n calice vinum & aqua a sacerdote, de conf.d.2. in sacramento.

De hac materia habes vbi agitur de Eucharistia.

Quod ante præfationem Sursum corda, dicere monemur, & tunc præcipue mentem ad dominū di rigere debemus, de conf.d.1.quā do autem

De præfatione, quæ postea primo sequitur, habes de conse.d j.inue nimus.

Quod pax debet dari ante cōionem habes, de conf.d.2.pacem.

Quod post missam si non est episco pus sacerdos qui cantauit, debet dare benedictionem, de conf. d. 1.Missas.

Quod in Missa siue viui, siue mortui populo possunt recōmendari, sed in canone missæ vbi soli Deo lo-quimur, qui omnium nomina nouit tacitis nominibus, sub gñ-rali cōmendatione orare debe-mus, de conf.d.1.visū &c.d̄ noīb.

Quod non nisi in sacris locis, vel u-bi episcopus permiserit, Missa dēt celebrari, de conf.d.1.Missarum.

Quod subdio super tabula consecra ta lapidea potest Missa cantari, de conf.d.1.concedimus.

Quod episcopus ne monachos in of ficio impediat non debet in mo nasterio suo solemniter celebra-re, 19.q.2.luminoso

Quod non solum episcopus, sed etiā populus diebus dominicis, & solē nibus ab ecclesia sua, non debet se subtrahere, de consec.d.3. epi-scopus, &c seq.

Quod super altari in quo episcopus cantauit, eo die non debet pres-byter celebrare, de conse. d.1.ca. vlt.

Quod in natiuitate Domini quādo tres Missę sunt celebrādę, prima Missa in profunda nocte solēni-ter ē celebrāda, d̄ conf.d.1.nocte

Quod in quadragesima nōdēt quis manducare nisi audita prius Mis sa, & vespertinis officijs, de conf. d.1.solent

Quod propter populi deuotionem Missa potest in aurora cantari, de conse.d.1.solent plures § 1.

Quod post clericorū ordinationes in ieiunijs quatuor temporum post meridiem Missa debet can-tari, & pręcipue in sabbato sancto quia tunc versus noctem debet cantari, de consecr.dist.1.solent, §.in ieiunjis.

Quod nemo pransus Missam canta re debet, 7.q.1.nihil

Quod qui pro pecunijs vel hominū cōplacentiis vnā, vel plures Mis-sas celebrat, æternā sibi dānatio-nē cōparat, de conse d 1.sufficit.

Qd̄ excepta natiuitate Christi vnā Missam cantare sufficit sacerdo-ti.

Quod valde fœlix est qui vnā Missā digne potest celebrare.

Quod dominicis & festiuis dieb. lai ci Missam vsq; ad finem debent audire, de cōse.dist.1.Missas, &c, seq.&c.& hoc.

Quod episcopus solenniter celebrā do sēp dēt habere testes, de conf. d.1.episcopus Deo, & cap. iube-mus.

Quod presbyter nisi duobus ad mi-nus præsentibus Missam non dēt celebrare, vt competat sibi dicere Dominus vobiscum, & orate pro me, de conf.d.1. quoque.

Quod sacerdos propter euentus va-rios sine adiutore qui possit eū sustentare, non possit Missam cā tare, 7 q 1.illud

Quod presbyter qui Missam incœ-pit, nisi infirmitas impediat, dēt eam finire, de conse d.1. nullus episcopus

Quod presbyter propter casualem infirmitatem Missam incœptam finire non poterit, alter ubi dimi sit perficiat, 7.q.1.nihil.

Quod laborans morbo caduco, uel consimili Missam non debet can tare, 7.q.2 in litteris

Quod presbyter numqnam Missam cante tnisi communicet, de cōs. d 2.relatum, &c.seq.

Quod presbyter in Missa de morta li peccato habens conscientiam, cum contritione & proposito cō fitendi potest communicare, de conse.d.2.quotidie.

Quod missa mali sacerdotis, uel in-famati non est respuenda, nisi sit per sententiam cōdēnatus, & 15.q. 7.c.ult.d.32.c.nullus, &c.seq.

De hac materia habes ubi agitur de Celebratione, & Sacerdote.

MISERICORDIA. Quod miseri cordia est plenitudo & perfecta forma uirtutum, 86.distin.in sin-gulis.

Quod duplex est misericordia, vi-delicet diuina & humana.

Quod multiplex est misericordia Dei, quæ lapsis hominibus subue nit, de pæ.d.1.serpens.

Quod misericordiæ Dei, nec mensu ras ponere possumus: nec tempo ra diffinire, apud quem nullas pa titur moras uenia conuersi, de pœ.d.1.serpens, ante fi.

Quod Deus ex misericordia expe-ctat peccatores, ut conuertantur, 93.d.diani sunt, ante fi.

Quod assidue peccare volentium, non miseretur Deus, 93.d. diaco ni sunt, in fi. de pœn.d.1.Deus, §. potest et, & d.7.circa fi.

Quod misericordia ad proximū est duplex,

duplex, videlicet corporalis, & spiritualis, 45 d. tria.
Quod spiritualis est triplex, videlicet offensas, vel iniurias dimittere, 48. d. tria, & 50 d. cōsiderādū
Item delinquentes corrigere, 45. d. tria.
Item bona docere & iusta cōsulere, 45. d. disciplina.
Quod corporalis misericordia consistit in septē operib. misericordiæ, quæ in hoc versu continētur

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Quorum plura ex his ponuntur, 86. d. non satis.

De modo habendi, vel exhibendi prædicta officia misericordiæ.

Quod misericordia spiritualis ad ꝓximū debet esse iusta in corrigendo, vt scilicet non desit vinū austeritatis, nec oleū pietatis, 45. d. disciplina.
Item discreta in docendo, vel cōsulendo, ne erudiendi in errorē deducantur, 53. sit rector.
Item debet esse prompta offensas relaxando: maxime quando pœnitent offendentes, 23. q. 4 non potest, §. 1. prox.
Quod misericordia corporalis dēt esse iusta in exhibendo, quia dēt esse de proprio, non de alieno, 1. q. 1. non est, 14 q. 5. per totum.
Qd dēt esse discreta in subueniendo: quia viri omnia non sunt dāda, 86. d. non satis, &c. dominus.
Item ordinata in distribuendo, q a primo dandum est propinquis, & post alijs, 86. d est, probanda, &c. in singulis, in fi. excepta necessitate, tunc potius dandū est iustis quam peccatoribus, 86. d. fratrem nostrum §. in ipsa.

De hac materia habes vbi agitur de Ecclesia.

Quod misericordiæ officia omnib. sunt præcepta, 86 d. in singulis.
Quod qui negant misericordiā faciendam; ipsum Christū qui est misericordia negant, 7. q. 1. oīs.
Quod misericordia maior est omnibus holocaustomatibus, d. 50. ponderet, in fi.
Quod melius est in causis prætendere misericordiam quam inclementiam, 86 d. non satis, 26. q. vlti. alligant.
Quod sententia quæ misericordiam vetat, est effugienda, 50. d. ponderet, inf. 1. q 7. exigunt.
Quod capto hosti debetur misericordia, nisi maior turbatio timeatur 23. q. 1 noli.
Quod crudelis est misericordia parcere vni in discrimen multorum, 45. d. sed illud.
Quod non est misericors qui parcit vitiis, vt non conturbet delinquētes, 23. q. 5. qui vitiis.
MYSTERIVM Quod mysterium ex illo dicitur. ꝙ secretam & reconditam habet dispensationē, 1. q. 1. multi circa med.
Quod ecclesiastica siue diuina sacramenta proprie dicuntur mysteria, 1 q. 1. multi. ante med.
Quod indignis & n̄ intelligētib secreta misteria non sunt cōicanda, 43. d. § ult. & in mandatis.
MOYSES. Quod Moyses q. cōgregauit omnem synagogam, repsentat, quod in fideli anima oīs multitudo sensuum, & cogitationum ad meditandum de Deo intra sacrarium cordis debet cōuenire, 8. q 1. licet.
Quod in hoc, quod non fuit Moysi permissum a Deo de successore ordinare, daturintelligi, quod ad Deum non ad homines spectat electio prælati, 8 q. 1. si ergo.
Quod Moyses negauit se filium filia Pharaonis, ꝙ Aegyptiū sabulo obruit, & ꝙ Aegyptium dereliquit, & ꝙ filios Israel de Aegypto eduxit, habes de pœ d. 3, vt cognouerunt, §. opponitur.
Quod Moyses ponitur in exemplū quod prælati non armis, sed orationib contra aduersarios debēt pugnare, quo ipse pugnauit contra Amalech, 36. d si quis uult.
Quod sicut inter Moysen & Aaron fuit quædam maioritatis discretio, sic fuit inter apostolos, 22 d. sacrosancta, & 21. d §. 1.
Quod Moyses cum pro peccato populi orauit, non statim ueniam impetrauit, 50 d. si quis proposte ra, in fi.
Quod Moyses potius voluit de libro vitæ deleri, quam noxiam populo non dimitti, quæst. 4. quid crudele.
Quod quia Moyses Aethiopissam duxit in vxorem, Maria murmurans lepra percussa fuit, 2. q. 7. plerumque, c. item obicitur.
Quod Moyses propter reuerentiam loci calceamentum pedis soluit, de pœ d. 1 sunt qui arbitrantur.
Quod Moyses quandoque Christū significat, de pœ d. 2. inter hæc hircum.
MONACHVS. Quod monachus dicitur a monos Græce, quod Latine dicitur solus: & achos quod Latine dr̄ tristis: quasi solitarius & tristis, 16. quæstio. 1. placuit.
Quod monachus ideo singularis dicitur, quia debet uitare hominū multitudinem, 16. quæstio. 1. si cupis.
Quod sicut piscis sine aqua, sic monachus sine monasterio vel cella caret uita, 16. quæstio 1. placuit cōmuni.
Quod monachus ad hoc debent ita tendere vt status eius concordet cum nomine, 16. q. 1. placuit.
Quod omnis monachus vel religiosus debet esse vel d̄ regula Sancti Benedicti, vel de regula Basilii, vel regula Augustini, 18. q. 2. perniciosam.
Quod etiam dicuntur monachi qui regulam Augustini sunt professi, 13 q. 2. perniciosam.
Quod nullus seruus dēt esse monachus nisi a domino suo licentiatus, 16. q. 1. qui vere.
Quod monachi, & monachæ sēp, & vbiq; debent deferre vestes professionis suæ, 33. d. sanctimonialis, 20. q. 1. uidua.
Item excepta infirmitate numquā debent carnes comedere, de cōse. d. 5 carnem.
Item debent abbatibus suis obedire, ac res laboribus suis acquisitas vel qualescumque sine licentia abbatis non debent retinere, 18. q. 2 abbates.
Quod nullus debet monachus spe abbatię ꝓmissa fieri, 18. q. 2. per laicos, 18 q. 2. peruenit.
Quod ultra tempus in monasterio stantes & nolentes profiteri dēnt expelli, 16. q 1 peruenit ad os.
Quod testamentum facere non possunt, 19. q 3. quia, &c. seq.
Quod sine licentia abbatis uonere non possunt, 20. q 4 monacho.
Quod ad arctiorem uitam petita licentia transire possunt, 20. q 4. c. 1. & c monachum.
Quod compullus siue a parentibus, siue ab aliis fieri monachus, nisi prius consentiat, non tenetur, 20. q. 3. præsens.
Quod monachi de licentia abbatis ex cā legitima possunt ad solitarias cellas transire, 18. q. 2. nullus monachus, 20. q. vlt.
Quod non debent causas, vel negotia sæcularia agere nisi ex licentia abbatis pro monasterio, 16. q. 1. adiicimus, in fin. & cap de præsentium, &c. sunt nonnulli, &c. monachi.
Quod frequenter loquens de pecunia, potius dicendus est institor quam monachus, 16 q. 1. si cupis
Quod monachi numquam debent uacare, sed semper uel orationib. vel lectionibus, uel exercitio operis debent intendere, de conse. d. 5. numquam.
Quod debent ab omni familiaritāte monialium, & aliarum fœminarū se alienare 18. q. 2. peruenit ad nos, & tres c. seq.
Quod nec in uno, nec in uicino monasterio cum monialibus debent habitare, 18. q. diffinimus, & duobus c. seq.
Quod nec sudariolos, nec zonas, nec alia munuscula a mulieribus debent accipere, 27. q. 1. monacho,
Quod monachi quamuis recipiēdo

ordinem recipiant officii potestatem, non tamē executionem: nisi occasione populi licētia episcopi, 16.q.1.monachi, &c.seq &c.sic viue, &c.si clericatus, &c.seq.

Quod nec pęnitētiam aliis dare, nec prædicare nisi in claustro suo debēt, 16.q.1.placuit omnib. &c.monachus, & ca.iuxta, &c.adijcimus.

Quod nec baptizare debent, nec fieri compatres, 18 q.1. peruenit ad nos, cons.d.4.non licet abbati, & c.seq.

Quod præter confratrem in claustro & præter eū qui elegerit, nullum debent sepelire 16.q.1.c 1.c.Agapitus, &c.placuit.

Quod monachi debent subesse episcopis, inquantum per Papam nō sunt exempti, 16.q.1.peruenit, 18.q.2.Abbas, & quatuor c.seq.

Quod visitādi sunt per episcopos & & corrigendi, 18 q 2.visitandi.

Quod iura episcopalia debēt episcopis persoluere, 18.q.2.Eleutherius &c.seq.

Quod nō debent decimas vel ecclesias a laicis sine consensu episcopi recipere 16.q.7.decimas.

Quod episcopos ex charitate possunt accusare, 2.q 7.nullus, §.px.

Quod monachi bonorum operu in clericos, & episcopos promoueri possunt, 16.q.1.si clericatus, & 7.c.seq.& tribus c.præcedentibus

Quod non debent sine abbatū licentia episcopat⁹ recipere, 18.q.2.quā sit, § nullus, 16.q.2.si quis monachus &c.legi.§.seq.

Quod facti episcopi absoluūtur a iugo professionis, 18.q.1.c.1.

Quod facti episcopi non debent mutare habitum, nec ordinis sui ritū quo ad substantialia, 16.q.1.de monachis, & §.seq.

Quod facti episcopi succedunt in bonis paternis, & ecclesiæ suæ relinquunt, 18.q.1.c.1.

MONASTERIVM. quod monasteriū duplex pro monachis, & monialib. in vno loco fieri prohibentur, 18.q.2.diffinimus.

Quod monasteria construenda sunt in solicitudine: ne populari accessu deuotio religionis impediatͬ, 18.q.2.luminoso.

Quod monachorū monasteria subsunt episcopo, in cuius territorio sunt, 18.q.2.monasteria.

Quod monasterium exemptum est a lege diœcesanæ in pluribus videlicet quantum ad cathedratici pręsentationem vel præstationem, 10.q.3.inter cætera.

Item quantum ad quartæ partis dimissionem, 16.q.1.cū pro vtilitate.

Item quantum ad grauem exactionem, 17.q 2 quam sit.

Item quantum ad publicæ missæ celebrationem: quia sine consensu abbatis episcopus non debet facere, 18.q.2.abbas, &c.luminoso.

Quod monasteria nō debent fieri sine licētia episcoporū, 18.q.2.quidā, & quatuor c.seq.

Quod mulieres monasteria religiosorum intrare non debent, 18 q.2.peruenit ad nos.

Quod monasteria religiosorū nō debent cōuerti in habitacula sæcularium clericorum: nec debent regi per sæcularem, 18.q.2.peruenit ad nos, & c dudum, 9.q.3.quæ semel, &c.seq.

Quod in parochialibus ecclesiis monasteriorum de consensu episcopi debent presbyteri institui vel remoueri, 16.q.1.visis, &c.seq.

Quod abbas sine episcopo, & episcopus per se res monasterii alienare nōpossunt, 17.q.4.in venditionibus, 18.q.2.quam sit.

De hac materia habes vbi agitur de Monachis, & ubi agitur de Religione.

MONIALIS. Quod monialis est q̄ professa est se velle viuere secundum regulam Benedicti, vel secūdum regulam Basilii, vel secundū regulam Sancti Augustini, 18.q 2.perniciosam.

Quod moniales nō debēt habere singularia domicilia, 18 q.2.pnicosā.

Quod puella duodecim annos habens si volūtarie monialis effecta est etiam ante consecrationem recedere non poterit, 20.q 1.puellæ.

Quod moniales subsunt ordinationi & correctioni episcopi, 28.q.2.cognouimus.

Quod præponēdus monialib. primū est per episcopum examinandus, 18.q.2.qui religiosis.

Quod cōuenientius reguntur per viros spirituales quā sæculares, 18.q.2 in decima.

Quod monasteria monialium nō debēt esse vicina monasteriis monachorum, 18.q.2.diffinimus, & 4.c.seq.

Quod monialis numquam debet loqui monacho, vel alio viro sine bono testimonio, 18.q.2.diffinimus, & c.in decima.

Quod moniales in vno choro cū monachis vel aliis clericis cantare nō debent, 18.q.2.perniciosam.

Quod nō debent vasa sacra, & pallas, & corporalia cōtingere, 23.d.sanctimoniales, §.vasa, c sacratas.

Quod non possunt matrimonia cōtrahere: & contrahentes sunt per episcopum compellendæ ad votū redire, 27.d.1.de viduis, & puellis, vsque ad fin.

quod moniales in vitium carnis prolapsæ grauiter puniuntur, 27.q.1.impudicas & fere per totum.

Quod peccantes cum ipsis ipso facto videtur excommunicati, 27.q.q.1.si qua virgo &c.eos.

De consecratione monialium habes supra ubi agitur de Consecratione.

MORS. Quod mors est triplex, videlicet corporalis, spiritualis, & gehennalis, de pœn.dist vlt.

Quod mors corporalis omnib. est cōmunis, 13.q.2.in ecclesiastico.

Quod in memoria ab omnibus est semper habenda, ibid.

Quod non videntur esse perfecti qui cum a Dño vocantur, non moriūtur voluntarie, sed inuiti, 13.q.vlt. quam præposteram.

Quod sacramenta morientib concedi debēt, 26.q 1 Aurelius, &c.seq.

Quod si volentē cōfiteri mors antequam ad sacerdotem perueniat p̄ occupauerit, non debet sibi denegari ecclesiastica sepultura, 26.q.6.si aliquis.

Quod qui fame morientem non pascit, occidit, 86.d.pasce.

Quod mortem languentibus probatur infligere qui hanc cum possit non excludit 53.d.§.1.

Quod qui mortui sunt in Dei iudicio non ab hominibus sunt iudicandi, 24 d.quoniam.

Quod post hominum mortē animæ locantur secundum quod meruerunt, 13 q.2.tempus.

Quod mortui iuuandi sunt oblationibus, eleemosynis, & orationib. etiam si dubitatur de eorū salute, 13.q.2.nō ęstimemus, & pluribus c.seq,

Item quod fit pro omnib. mortuis tātum valet cuilibet, ac si pro vno solo fieret, de cons.dis.5 non mediocriter.

Quod indignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitauit moriturum, de pœn distin.7.§ vltim.

Quod in morientib. in peccatis mortalib nec oblationes, nec orationes viuorū, nec mortuorum nec sepulturæ sacrorum locorum prosunt, 13.q.2.quibus, & septem ca.seq.

Quod nemo debet contristari de morte suorum charorum, cū ipsos non amittamus, sed p̄mittamus, 13.q vlt.quam præposterum, & tribus ca seq.

Quod illi qui nimis tristantur de morte suorum, videntur desperare de fœlicitate futurorum bonorū, 13.q.vlt.habent.

Quod in hoc quod dñs fleuit Lazarum non fleuit mortuum, sed ad huius vitæ miserias resuscitandū, innuitur, quod pro mortuis plus est gaudendum quam tristandū, 13 q.vlt.qui diuina.

Quod mortui huius mundi facta possunt scire vel per decedētium relationem, vel per angelorum reuelationem, vel per specialem

conceſſionē,quia ipſis quandoq; conceditur vt poſt mortem viuis appareant,13.q 2.fatendum.
Quod quandoq; mortui ex diabolica illuſione phantaſtice creduntᷓ apparere, 26.q 5.nec mirū,ante med.
Quod eccleſia nec ligare nec ſoluere poteſt mortuos de peccatis, quia non ſunt de foro eius,24.q.2.ligatur.
Quod iniuſte excommunicatus etiā poſt mortem poteſt abſolui,24.q. ſane,quod.
Quod hęretici poſt mortem poſſunt excommunicari propter facti detestationem,24.q.2 ſane profertur.
Quod fideles non debēt excommunicare mortuis,quibus non communicauerunt viuis,24 q.2.de cōmunione.
Quod mors ſpiritualis eſt duplex,bona & mala,bona eſt qñ quis ſiue per baptiſmū,ſiue per pœnitentiā morit peccato,vt viuat Chriſto de conſ.d.4.vt oſtenderet,&c.ſeq.
Quod ſpecies diuerſæ huius mortis ſignantur per tres mortuos,quos Chriſtus ſuſcitauit de pęn.d 1.quā pœnit.
Quod mors ſpiritualis mala eſt qñ quis moritur per peccatum mortale,ſicut per peccatum infidelitatis,26.q.2 qui ſine 11.q.3. non ſolum,§.idem.timendo.
Item per hypocriſim, quia hypocrita viuens mortuus eſt,12.q.1. nolo,ante fin.
Item per auaritiā,12.q.4.ſi quis vſuram.
Item per quodlibet aliud mortale peccatum,de pęn.d.4.§.dicens,c. intermittentes ſermonem.
Quod mors gehēnalis mors dicitur æternalis:quia ibi numquā mors moritur,26.q.2.qui ſine,de pœn. vl.in ſi.

De hac materia habes ubi agitur de Sepulturis.

MORES. Quod mos longa conſuetudo eſt de mor.b.tracta,1.d.mos
Quod legem mores faciunt,& commune ius legibus & moribus conſtat,1.d.omnes.
Quod plus facit famoſorum morū nobilitas,quam generis dignitas, 40.d.nos,&c.ſe.
Quod illud quod non eſt contra fidem & bonos mores, indifferenter habendum eſt 12 d.illa.
Quod multum diſtant damna morum a damnis rerum temporaliū. 6.q.1.ſunt plurimi,§. verum,&c. deteriores.

De hac materia habes vbi agitur de Conſuetudine.

MVLIER. De muliere habes ſupra vbi agitur de fœmina.
MVLTITVDO. Quod multitudo inutilium perſonarum maxime clericorum eſt vitanda,23 d.tale.
Quod pompa multitudinis popularis reprehenditur,maxime in prælatis & clericis,59.d.ſi officia.
Quod nō poteſt eſſe ſalubris a multis correctio,niſi cum illi corripitur qui non habet ſociam multitudinem,23.q 4.non poteſt.
Quod in correctione multitudinis caute eſt incedendum,44.d.commeſſatione.
Quod cum contagium peccandi multitudinem inuaſerit:diuinæ diſciplinæ ſeuera miſericordia neceſſaria eſt.23 q.4.non poteſt.
Quod paucitas eſt aſpere corrigēda, ſed multitudo leuiſſimis admonitionibus eſt frangenda.44.d.commeſſationes.
Quod propter peccātium multitudinem detrahendum eſt ſeueritati. 44.d.commeſſationes,40.d.vt cōſtitueretur,9.q 1.ordinationes.
Quod non debet deferri multitudini in maliprælati electione uel approbatione, 17.q.2.ſi quis.
Quod multas medicinas inuenire cogunt multę experientię morborum.50.d.vt conſtitueretur.
Quod nō minus ardet qui cum pluribus ardet,2.q. 1.multi,in ſi.
Quod tempore apoſtolorum multitudinis credentium erat cor vnū & anima vna in Deo,12.q.1.dilectiſſimis,8.d.§.6.
Quod aliquando multitudo pp vnius delictum punitur 45.d. ſed illud 24.q.1.non turbatur.
MVNDITIA. Quod munditia eſt duplex,ſcilicet corporalis & ſpiritualis,31.d.lex.
Quod munditia carnalis eſt quæ infícitur per luxuriam;& ideo clericis in ſacris prohibetur,vt cōpetētius valeāt diuinis vacare obſeqjs & orationib.32.d.c.1.§.cauſa.
Quod ſpiritualiter mundatur qui a ſorde peccatorum per pœnitentiam purgatur,50.d.& purgabit.

De hac materia habes vbi agitur de Caſtitate,vbi agitur deLuxuria,& vbi agitur de Macula.

MVNVS. Quod munus eſt triplex, videlicet ab obſequiis,qđ eſt ſeruitus indebite impenſa.
Itē munus a manu,qđ eſt pecunia.
Item munus a lingua,quod eſt fauor,1.q.1 ſunt nonnulli.
Quod munera dantem & accipientem faciunt deuiare a iuſtitia,11.q. 3.pauper,&c.qui recte.
Quod illa manus aſi omni munere excutit,qui non ſolū pecuniā vel obſequium,ſed nec etiā humanū fauorem inquirit,1.q.11. ſunt nō nulli,11.q 3.qui recte.
Quod non timetur culpa,ubi redēptio ſperatur per munera, 11.q.3. pauper.
Quod meritorie trahitur quis ad fidem vel ad meliorem ſtatum per munera,23.q.4 c.vlt.
Quod clericus eccleſiā ſuſcipiēs vel ſpiritualia dās per munera deſtruitur,7.q.1.ſancitum,15.q.1.obſeruandum,12.q.2.quaſia.
MVRMVRATIO. Quod murmuratio diſſuadetur,quia murmurās opus quod facit perdit,90.d.alienus.
Quod murmurans & contentioſus pari pœna puniuntur,90.d.ſi quis monachi.
Quod filii Iſrael murmurātes a ſerpentib.perierunt,90.d.alienus.
Quod Maria propter murmur contra Moyſen lepram incurrit 2.q. 7.plerumque,§ item obiicitur.
MVTATIO Quod mutatio non debet in his fieri quæ rationabiliter & vtiliter ſunt a patrib. diffinita. 25.q.2.cum pie,& e.eccleſiaſticæ.
Quod Deus mutabilitatē neſcit,omnis autem creatura vitioſa eſt, qa mutabilis eſt,de pœn.d.ſecunda, circa ſi.
Quod licet Deus ſit incōmutabilis, tamen ſępe mutat promiſſa,cum miſericordie temperat ſententiā, 22.q.4.incommutabilis,& c.non ſemper.
Quod Deus vouit mutare ſententiā, quando de malo in melius homines mutantur,de pœn.d.1.ſi agamus & §.ſeq.Exemplum de Niniue,& de Ezechia regs,cui quindecim annos addidit.
Quod Romana eccleſia ſtatuta ſua ſecundum temporis exigentiam quandoque mutat,25.q.vlt. poſtea quam,§.his ita,& §.vlt.& c ita nos.
Quod illa quæ non ſunt contra Euāgelica aut ſanctorum decreta,pro neceſſitate temporum quandoq; mutantur,44 d.cap.vlti.26.q.vlt. priuilegia,& cap.amputatæ.
Quđ mutantur reges propter negligentiam regiminis,15.q.6.alius.
Item epiſcopi vel alii prælati de loco ad locum propter exigentiam tēporis mutantur,7.q.ę.prima mutationes.
Item ſedes epiſcopales mutantur: vel duæ in vnam rediguntur, cā hoſtilitatis vel paupertatis, 35.q. 2.§ hoſtilitatis,&c.ita nos.
Item priuilegia:quia pro neceſſitate corrigendorum vitiorum dantur, & quamque penitus immutātur, 25.q.2.§.his c.poſteaquam.
Item mutātur incaute promiſſa,22 q.4.in malis,& c.ſeq.
Item mutantur in melius conſilia & propoſita,12.q 1.certe, vbi Auguſtinus mutauit cōſilium, 22.q. 2.beatus,ubi Paulus propoſitum eundi ad Hiſpaniam mutauit.

Item

Item mutatur pœna in pœnam vel pœnitentiam, 22. quæst.4. innocens, credit ex his. ubi de Iosue, & Gabaonitis, 23.q. cap 5. c.1. circa medium.

Quod non sufficit peccatori mores in melius commutare, sed etiam debet de præteritis satisfacere, de pen.dist.1.§.Christus.

Quod Nabuchodonosor rex non corporaliter, sed mentaliter in bestiam mutatus est: quia credens se bestiam, ab hominibus secedens cum bestijs morabatur, 23. q. 5. remittuntur.

MVTILATIO. Quod mutilatio membrorum latronū proficit eis, quia debilitata membra nequeūt exercere consueta, 23. quæst. 3. si quis fortitudinem.

Quod mutilatus uel abscissus per se, uel per alium exclusa decenti causa non potest promoueri, 33. distinctio. maritum, & 36. distinct. c. illiterato.

Quod qui sibi ipsi virilia mutilauerit, non solum non promouetur, sed etiam sui ipsius homicida reputatur, 50. distinct. si quis absciderit, & c. seq.

Quod qui uolens partem digiti sui mutilauerit, ab ordinibus abstinebit, 45. dist. qui partem.

Quod mutilator alterius non debet promoueri, 55. dist. cap. ult.

Quod si quis per medicos castrati vel mutilati essent propter infirmitatem, aut à Barbaris propter infidelitatem, aut à dominis vt eunuchi fierent; si alius inueniūtur digni, possunt promoueri, 15. distinct. si quis à medicis.

MVTVS. Quod mutus per signa baptismum, & penitentiam, & alia sacramenta petere potest, 26. q. 6. qui recedunt, & c. seq.

Quod prelatus qui non redarguit vitia subditorum, canis mutus dicitur, 43. dist. sit rector.

NABATH. Quod Nabath fuit pater Hieroboam, qui regnum appetens in populo Dei schisma fecit, 7. q. 1. denique.

Quod Nabath uineam suam in hortum olerum commutare noluit, 23. q. 8. conuenior.

NABVCHODONOSOR. Quod Nabuchodonosor Danielem de lacu leonum, & persecutionibus liberauit, 23. quæstione quinta, si propterea.

Quod Deus malos per Nabuchodonosor flagellauit: qui post propter superbiam mutatus mente in bestiam cum bestijs vixit, 23. quæstione 3. §. primo, circa medium, & q. 5. remittuntur, §. & hinc, circa medium.

Quod Nabuchodonosor propter superbiam in bouem ex homine est mutatus, 17. q. 4. miror.

Quod quia Nebuchodonosor per flagella corrigitur, & Pharao per flagella indaratur; innuitur, ꝙ medicinæ salutis non operamur in singulis, 23. q. 4. Nabuchodonosor.

NATIVITAS. Quod natiuitas triplex est, uidelicet naturæ, gratiæ, & gloriæ.

Quod natiuitas naturæ prima est in vtero, iuxta illud: quod enim in ea natum est, de qua natiuitate, de consecr. dist. 4. firmissimè.

Item alia est naturæ ex eo vtero, scilicet quando puer innotescit, iuxta illud, Natus est homo in mundum, de qua de cons. dist. 4. quisquis, c. qui in maternis.

Quod natiuitas gloriæ est, quando deposita vetustate pœnæ nascitur homo ad gloriam, de consecr. distinc. 4. post baptismum. Sic mors sanctorum natalis dicitur, 24. q. 2. sanè quod.

Quod natiuitas gratiæ est quādo nascitur per baptismum, iuxta illud: Oportet nasci denuo, de consecr. dist. 4. qui in maternis.

NATVRA. Quod natura condidit omnibus nationibus ius commune, sicut est maris, & feminæ coniunctio puerorū successio, & educatio, 1. dist. ius naturale.

Quod contra naturam coitus, semper fuit illicitus, & damnabilis, 32. q. 7. vsus. 35. q. 2. nec eam §. naturę, & cap. seq.

Quod violatur diuina societas cum natura cuius ipse auctor est, libidinis peruersitate polluitur, 32. q. 7. flagitia.

Quod naturali iure omnia sunt communia, & quod consuetudo induxit meum, & tuum, 8. dist. differt.

Quod præscientia uel prædestinatio diuina nullā naturę infert necessitatem, 23. q. 4. Nabuchodonosor.

Quod in culpam cadere naturale est doluisse virtutis, de pœn. distin. 3. ille rex.

Quod natura dæmonum in pluribus subtilior, & nobilior est quàm natura hominum, 26. q. 4. sciendum.

Quod sancti cum ex naturæ fragilitate corruerint, acriores ad currendum cursum salutis resurgunt, de pœn. dist. 3. ille rex.

NAVIS. Quod nauis quę propter Ionæ fugam immergebatur, significat, ꝙ propter excessus maiorum contingit afflictio minorū, 1. q. 4. ecclesia, §. his ita, post medium.

Item in hoc quod multa merita apostolorum nauigabant, & proditoris perfidia nauis procellis agitabatur: innuitur, quod propter unius malitiam multi boni puniuntur. 24. quæst. 1. non turbatur.

Quod Paulo causa prædicationis in Italiam ueniente nauis cōcutitur, innuitur, ꝙ aduersitas bonis uotis obijcitur, 7. q. 1. aduersitas.

Quod nauis cordis Pauli quæ in naufragio inconcussa stetit, cōnstantiam prędicatoris in aduersitate innuit, 7. q. 1. aduersitas.

Quod periculū est prelato qui nauē ecclesię regit, & remū tenere non nouit, 49. distin. ante omnia, in fi.

Quod sicut nauigans multis periculis se exponit; sic qui vxorem ducit. 17. q. 2. nos.

Quod sicut nil interest vtrum nauis vno grādi fluctu, aut p rimas paulatim aqua intrāte submergatur, sic parua peccata multiplicata tantum opprimūt, vt vnū grande, de pen. dist. 1. medicina, circa med.

NECESSITAS. Quod necessitas est duplex, videlicet simplex, vt est necesse omnes homines mori, 23. q. 4. Nabuchodonosor.

Alia est conditionis, vt cum quis scit aliquem ambulare, necesse est ambulare. Sicut nulla necessitas cogit incedere volentem, tamen necesse est eum incedere: sic quæ ex nulla necessitate naturæ, sed ex libertate arbitrij proueniunt, Deus præuidet, & necesse est ea esse, 28. q. 5. Nabuchodonosor.

Quod necesse est prædestinata adimpleri. ibid.

Quod non est culpabile, quod necessitas infert. 30. q. 1. ad limina.

Quod necessitas non habet legem, 1. q. 1. remissionem.

Quod necessitas facit licitum, quod aliàs non esset licitum, vt patet in translationibus episcoporū, 7. q. 1. mutationes.

Quod translationes episcoporum vel communis vtilitas vel necessitas debet persuadere, 7. quæst. 1. scias, & 4. cap. seq.

Quod opera necessitate vrgente facta non sunt laudabilia, 57. distin. si quis

Quod adultus necessitate cogente baptizatus non est ordinandus. ibidem.

Quod id quod ex necessitate conceditur, cessante necessitate debet solui, de consecr. dist. 5. quidquid.

Quod illud quod ex necessitate fit non fit ex ordine legitimo, sed vsurpato: vnde cessante necessitate debet cessare, & id, quod pro necessitate statutum est, 1. quæst. 7. quod pro remedio, 9. q. 1. ordinationes, in fine.

Quod in necessitate extrema penitentibus sacramenta non sunt neganda, 26. q. 7. tempora pœnitudinis.

Quod in necessitate patri siue patri siue omnibus alijs baptizare permittitur, 30. q. 1. ad limina.

Quod necessitas facit aliena propria, quia tempore necessitatis omnia sunt cōmunia, 47. dist. sicut, in fin.

Quod clericus raptor est, qui vltra necessaria pauperibus non erogat, 16. q. 1. ca. quoniam

Quod tēpore necessitatis prius subueniendum est propinquo quàm alieno, 86. distin. non satis.

Item alieno prius iusto quàm peccatori, 86. dist. fratrem, §. in ipsa, & c. non satis.

De hac materia habes vbi agitur de Coactione.

NEGATIO. Quod negatio Christi non

sti non tantum sit in verbis, sed etiam in factis, 11.q.3. existimant.
Quod ille negat Christum, qui (cum sit) se negat esse Christianum, 11. q.3.non solum.
Quod quoties vitijs vincimur, & peccamus, toties Deum negamus, 11. q.3.existimant.
Quod qui veritatem pro pecunia negant, Deum qui veritas est vendunt. 11.q.3.abijt.
Quod qui negant misericordiam faciendam patientibus ipsum Christum qui misericordia est, negant. 7.q.1.omnis.
Quod quanta vita est cõfiteri Christum tãta mors est negare ipsum, 11.quæst.3.non solum, §.idem timendo.
Quod Petrus negauit Christum, cum se negauit eius discipulũ, 11. q.3. non solum.
quod illi errant qui Petrum de negatione Christi excusant, 11.q.3. nõ solum, §.idem timendo.
quod de vno negatur, de plurib. conceditur. ibidem.
quod negatiua probari non potest, 6.q.5.§.vlt.
NEGLIGENTIA. Quod negligentia est eruditionis nouerca, 83.distin.nihil.
quod negligentia arguitur in excusatione boni operis. 84.distinctio. peruenit.
Item in subueniẽdo miseris. 12.q.2. aurum, & c.seq.86.dist. fratrem.
Item in corripiendis peruersis, 83. dist.error. 2.q.7. sicut inquit cap. negligere.
Itẽ in eruditione prædicationis. 83. dist.nihil.43.dist.sit rector.
Item in defensione pauperis, 84.dis. §.1.& c.peruenit, & c.seq.
quod negligentia prælatorum cedit in discrimine subditorum, 40.dis. si Papa.
quod negligentia correctionis perdit disciplinam in subditis, 23.q. 3.iustum.
quod negligẽtes rectores multas sæpe nutriunt pestilentias dum dissimulant adhibere disciplinã, 86. dist.inferiorum, 45.dist.sed illud.
quod negligere, & non perturbare peruersos nil aliud est quam souere, 83.dist.error.
quod si negligenter quæ male vsurpantur corriguntur excedendi via alijs aperitur, 93. dist. peruenit ad nos.
quod sufficit clericis turbis negligentibus adæquari, 8. quæstio. 1. cap.vlt.
quod desolatio debet esse prælato vbi clericos uidet esse negligentiores in bono quã laicos, 8.q.1. quid autem, 25.q.1.nulli.
quod prælati de negligentia arguuntur, & puniuntur, 22. q.j. si quis, 17.q.j si custos.
quod negligentia post admonitionẽ aggrauatur quantum ad culpam, & quantum ad pœnam, 12. q. 2. indigne.

Quod prælati pœna de negligentia est depositio. 81.dist. dictum, 11. q.3.placuit.
quod negligentia inferiorum supple ri debet per superiores, 8.q.3. Artaldus, 9.q.3.cum simus.
NEGOTIATIO. Quod negotiatio non est in se mala. 88.distin. quoniam non.
quod duplex est negotiatio: videlicet licita, & illicita, 88. distinct. fornicari.
quod negotiatio sine periculo minime exerceri potest, de pœn. dist. 5.qualitas.
quod negotiatorem excusat uel arguit qualitas negotij, de pœ.dist. 5.qualitas.
Quod de substantia mali negotiatoris nouissime non remanet nisi solum peccatum, 88. distinct. eijciens.
Quod negotiatio inhonesta clericis est interdicta. 88. distinct. consequens. Nam nemo militans Deo implicat se sæcularibus negotijs.
quod negociatorem clericum, & ex inope diuitem, & ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem fugias, 88.dist.negociatorem.
quod negotiatio cupiditatis prohibetur clericis, 88.distin. decreuit, 14.quæst.4.clerici, & capit. canonum.
quod negotiatio pietatis ut inde subueniatur uiduis, & pupillis, permittitur clericis, 78. distinct. decreuit.
NEGOTIVM. Quod negocia circa maiora cautius, & diligentius sũt discutienda, 42. distinctio. quiescamus.
quod pleraque sunt negotia quæ sine peccato aut vix, aut nunquam exerceri possunt, de pœn. dist. 5. negotium.
quod perfectis non est peccatum repetere negotium quod ante fine peccato exercuerunt, de pœn.distin.5.negotium.
NEOPHYTVS. Quod neophytus dicitur qui nouiter est in fide uel religione plantatus, 47.dist. sicut.
quod non debet in episcopum ordinari, ne in superbiam erigatur, quia talis nescit humilitatem obseruare, 48.dist.§.1.
quod simonia neophytorum hæresis dicitur, quia aliquando dabant pecuniam ut citius promouerentur, 1.q.1.quisquis.
quod neophytis expedit plusquam alijs cibis delicatis, & a vanitatibus abstinere, de consecrat. dist.5. neophyti.
NECROMANTIA. Quod necromantia est quando per incantationes uidentur resuscitari mortui, diuinare, & ad interrogata respondere, 26.q.5.nec mirum.
quod quando necromantia fit, cruor aquæ miscetur, ut colore sanguinis dæmones inuocati facilius ꝑnocentur. ibid.

De hac materia habes vbi agitur de Dæmonibus.

NOBILITAS. Quod nobilitas morum plus ornat quàm genitorum, 40.distin. nos.
quod nec loci nec generis nobilitate, sed virtute Christi acquirit gratia, 40.dist.illud.cap.seq.
quod quia Adam nobilitatẽ Dei per peccatum obiecit, nobilitate priuatus fuit. 40.dist. Adam.
quod nobilitati defertur in pœnæ impositione pro excessu. 24. q. 1. qui contra.
NOMEN. Quod nomen aliquando propter facti detestationem deprauatur, 17.dist.multis.
quod nominis interpretatio vel diffinitio diligenter est aduertenda. 12.quæst.1.clericus qui.15.quæs.1. cap.1.
quod a Christi Christiani nominantur, de consecrat.distinct. 4. postquam ascendit.
quod sola nominatio non sufficit ad condemnationem, quia sæpe innocentes in falso crimine nominantur, 22.q.1.multi, in fine.
quod sophisticatio nominum in matrimonij contractu, cum dicit se Virgilium, cum sit Plato, dirimit matrimonium, 26.q.1.§.1.
NOTORIVM. Quod notorium nec accusationem, nec probationem requirit. 2.q.1. de manifeste, & cap.seq.

De hac materia habes vbi agitur de Iuditio publico.

NOVITIVS. Quod nouitij in fide, siue in religione austeriores alijs debent viuere. de consecr. distin.5.neophyti.
quod in religionem intrans tempus probationis vnius anni debet habere. 17.q.2.Gonsaldus.
quod incognitus ante trienniũ non debet recipi ad professionem, & intra hoc tempus si sit seruus, aut vxoratus, debet repeti. 17.quæst.2. si quis, 19.q.3.monasterijs.
quod nouitij intra tempus probationis non debent ad ordines promoueri, 48.distinc.sicut.
quod in multis deferendum est eis, ne ratione nimiæ austeritatis tanquam minus radicati retrocedant. 25.quæstio.3. cap.quædam lex, §. quod scripsi.
NVPTIÆ. Quod nuptiæ dicuntur à nubendo, eo quod puellæ pudoris gratia caput obnubere, vel velare soleant, 30. quæstio. vlt. nec illud.
quod nuptiæ terram implent, virginitas paradisum, 32. quæstione 1. nuptiæ.
quod velle nubere post votum castitatis damnabile est, 27. questio.1. nuptiarum.

De hac materia habes vbi agitur de Matrimonio, & vbi agitur de Diuortio, & vbi agitur de Bigamia.

OBE-

OBEDIENTIA. Quod obedientia est quidquid a superiore vtiliter impetratum fuerit obtemperare.33.q.1.summa.
quod obedientia sola fide meritum possidet, sine qua quisquis fidelis conuincitur, & infidelis esse iudicatur,8.quæst.prima,sciendum,in fine.
quod obediētia in scriptis debet permitti.23.d.quamquam.
quod obediendo in desideratis, & obediendo in contrarijs preter voluntatem, nulla est obedientia,8.q.1.faciendum.
quod obedientia propria voluntate mactatur, 8.q.1.sciendum.
quod obedientia quia cogit esse sub aliena potestate,nihil debet habere proprium,8.q.prima,non dicatis.
quod obedientia est fructuosa, quia per ipsam in præsenti meremur gratiam Dei.93.dist. nulla, & cap. seq.
Item futuram per ipsam meremur salutem, 93.dist. si inimicus,11.q.3. qui ergo.
quod sine ipsa incurrimus æternam reprobationem, 93.d.nulla, & ca. seq.
quod propter obedientiam est bonū omittendum, sed nunquam malum mortalis culpæ committendum, 11.q.2.quid ergo.
quod alijs præpositus non debet ferre moleste aliquem sibi prælatum esse,sed obedientiam quam exigit ab alijs,ipse impendat, 23.distinc. quamquam, secunda, quæstio.6. qui scit.
quod vbi duo superiores mandant, vel præcipiunt opposita, non est obediendum, 11.q.3. si is,8.d.quæ contra.
quod in dubijs semper est obediendum,23 q.1. qui culpatur,ante fi.
quod non est semper malū non obedire, quia cum præcipitur aliquid contra Deum,prælato non est obediendum, 11.qu.3.non semper,& octo.c.seq.
quod seruus obediens domino suo in malo, excusatur pro tāto,quia seruus, sed non pro toto,22.qu.5. qui compulsus, 86.dist.quid prodest.
quod superioribus festinanter est obediendum, 93.distinct. si inimicus.
quod Deo principaliter obediendū, 8.d.quæ contra,11.q.3.Imperatores.
Item post Deum Romanæ ecclesiæ diligentius, 12.d.præceptis, 93. d. obedientiam.
Item episcopis,7. q.1.quia frater.
Item sæcularibus potestatibus,8.dis. quæ contra.
Item abbatibus religiosis,17.q.2.abbates.
Item quilibet suo superiori. 93. d.a subdiacono.
quod ideo Deo principaliter est obediendum, quia sicut potestas maior minoribus proponitur ad obediendum sic Deus omnibus hominibus,8.d.quæ contra.
quod post Deum ideo Romanæ ecclesiæ est obediendum, quia ipsa est caput,& mater omnium ecclesiarum, 12.d.non decet, & ca.seq. 93.d.si inimicus.
quod episcopo a clericis, & sacerdotibus suæ diœcesis est obediendū, & reuerentia debet eis exhiberi, 7.q.1.quia.
quod sæcularibus potestatib. sic est obediendum, vt Deus non offendatur, 8.d.quæ contra,15.q.6.nos & c.seq.
quod abbati monachi,& alij religiosi specialius suo prælato in his q̄ spectant ad regulam, quàm episcopo tenentur obedire,sicut clericus tenetur plus suo episcopo, obedire, quam archiepiscopo, 18.qu.2. sit,§.nullus, & cap.abbates,9.q.3. conquestus.
quod omnibus superioribus, dummodo non sint hæretici, licet sint alias mali,quamdiu tolerat eos ecclesia, est eis obediendum, 2.q.7. sacerdotes.
quod iudex obediendo potestati legitimę si quemquā occiderit, non culpatur.23.qu.5.Miles & ca.cum homo.
OBLATIO Quod oblatio est duplex, videlicet spiritualis, quæ est corpus,& sanguis Christi,& temporalis, quæ fit ex rebus mundi. de consec.d.2.tribus, in fi.
quod oblatio Eucharistiæ quæ proprie spiritualis est, omnem oblationem præcellit,de consecra.d.2. nihil.
quod ab omni sorde purgati debent hanc oblationem offerre, 50.d.& purgabit,81.distinc.oportet,in fine.
quod immundi ab hac oblatione prohibentur, 82.distinctio.propo suisti.
quod licet hæc oblatio sancta sit, nō tamen indigne offerens eam sanctificatur, sed plus polluitur, 1.q. 1.prophetauit.
quod in oblatione rerum temporalium Deus plus pensat voluntatē offerentium quam oblatum, 24. q 1.odi,14. qu.5.scriptum,45.dist. duæ,15.quęst.6.capitulo primo,§. seq.
quod quilibet Christianus videtur teneri offerre in festiuitatibus, de consecra. dist.prima, omnis Christianus.
quod oblatio iniqui est maculata,& ideo infructuosa, 14.qu.5.immolans.
quod oblationes iniquorum non respicit Deus: sicut ad munera Cain non respexit, 3.qu.7.in grauibus.
quod quidquid in sacrificio Dei ex scelere offertur: non placat ipsius iracundiam, sed irritat.1.q.1.non est putanda.
quod oblationes discordantium, & pauperes opprimentium, nō sunt recipiendæ, 90.d.oblationes,& c. seq.17.q.4.miror.
Quod retinentes oblationes defunctorum, necatores sunt pauperū, 13.q.3. qui oblationes, & duobus c.seq.
Quod laici oblationes altarium, & præcipue beati Petri, & sāctæ Mariæ rotundæ accipere sub anathemate prohibentur. 10.q.1.quia & capitulo sequen.12. quæst. prima, nulli.
Quod olim de oblationibus fiebant quatuor partes, 12.q.2.vobis,& c. Vulteranæ, & septem.c.seq.
Quod voluntarie oblata possunt accipi sine peccato, 13.qu.2.questa, & c.postquam, & c.seq.18.d.de eulogijs.
Quod indignū est offerre Deo quod dedignatur homo, 49.d.ca.vlti.in fin.
Quod illi oblationes,non debēt percipere, qui vix valent pro se, nec pro alio orare, 10.qu.1.hanc.
OBLIGATIO. Quod obligatio fit propter futuram cautelam,1.q. 7.quoties cordis.
Quod obligatio quandoque fit sub pęna excommunicationis, 1.q.7. quotiescunque,de consec.d.2.ego Berengarius.
Quod coram Deo tantū obligat simplex verbum quantum iuramentum,22.q.5.iuramenti.
Quod bona ecclesiarum laicis obligari non debent, 86.distinct. peruenit.
Quod obligati ad ratiocinia non debent ab ordines promoueri, 55.d priscis.
OBSTINATIO. Quod obstinatio est consilijs salutaribus nolle acquiescere,48.d.quod ad.
Quod obstinati est qui inspirationem, vel reuelationem sibi factā in eo quod errauerat, perseuerat, 8.d.consuetudo,
Quod obstinati in malitia Deus nūquam miseratus fuit, nec miserebitur,24.q.2.legatur, & c.damnationis.
Quod ideo obstinati indigni sunt venia, quia peccant ex certa malitia, 8.d.consuetudo,82.distin.quia,in fin.
OCCASIO.Quod occasio non est danda alicui per malum exemplū, 12.qu.1.nolo.
Item nec per fauorem, nec per auxilium,14.qu.6.c.1.circa,med.
Quod sacerdos dat puero occasionē damnationis cum propter sui auaritiam moritur non baptizatus,1. qu.1.placuit,vt vnusquisque.
Quod non omnia quæ bono animo fiunt, licet dent alicui occasionem mala committendi, culpatur, 23. qu.5.de occidendis,& ca.non frustra.
Quod qui in ludo licito,vel alio modo alterius fuerit præter intentionem occasio mortis, non culpatur,50.dist.eum qui.& quatuor cap.seq.

OTIVM.

OTIVM. Quod otium siue commodum proprium nemo vtilitati ecclesiæ debet præponere: sed vocatus ad regimen miti corde debet obtemperare, 16.qu.1.vos.
quod prælatus plus tenetur ouibus commissis quam otio contemplationis intendere, 7.quæst.1.suggestum.
quod nemo debet loco orationis attendere fabulis otiosis, 25.d.vnū, §.alias, ante fi.
quod de omni verbo otioso reddenda est ratio, 22.qu.5.quoties.
quod incongruum est otio sum esse, & de alieno labore victum quærere, 13.qu.1.ecclesias, §.proximo, in fin.
quod semper aliquid operis facito, vt te diabolus semper inueniat occupatum, de consecra.dist.5.numquam.
quod prodest malefactores truncare quia ab insania vita ad sanandum otium diriguntur, 23.q.5.c.1.circa med.
quod non licet Christianis in calendis otij vacare, & superstitionibus intendere, 26.qu.vlt.non licet.
OCCIDERE. Quod occiditur quis multipliciter, videlicet actu in corpore, de pęn. distin.1.homicidium.
Item odio in corde, ibid.
Item detractione in ore, ibid.
Item panis subtractione.86.d. pasce, 14.q.5.immolans.
Item in delinquentium non correctione, quia cum pastor delinquētes non arguit, tacendo occidit, 43.d.Ephesijs.
OCVLVS. Quod oculus impudici cordis est nuncius. 32.q.5.nec solo.
quod non tantum sufficit oculos castos custodire, sed etiam linguam, 6.q 1.ex merito, in fi.
quod præcipue clerici non debent incedere vagi oculis, nec lingua effræni, 23.d.his. circa med.
quod qui iniuriose iustos tangit, 2. qu.7.accusatio quoque.
quod episcopi sunt oculi Dei, 6.q.1. oues.
quod diaconi, qui nunc dicuntur archidiaconi, sunt oculi episcopi, quia vice ipsius debent totam diœcesim perlustrare, 93.d.diaconi ecclesiæ.
quod priuatus oculo qualicumque ex causa priuatur sacerdotij iure. 55.d.si Euangelica.
ODIVM. Quod odium fraternum & homicidium pari culpa iudicātur, de pęnit.distin.prima homicidium.
quod odio debent haberi peccata, non homines, 85.distin.odio, 23. q.4.duo.
quod clerici maxime debent odium, & æmulationes fugere, 23.distin. his igitur.
quod nemo potest veram pęnitentiam agere, nec gratiam baptismi recipere, nisi primum dimittat odium in corde, de pęn.d.5.falsas, de consecra. distinc.4.quomodo, in fi.
quod qui diurnum odium non dimittit admonitione præmissa per presbyteros, a cœtu fidelium est expellendus, d.90.placuit.
quod probatur odisse vitia qui arguit delinquentes, 86.distin.inferiorum.
OFFICIVM. Quod officium aliud est seculare, aliud diuinum siue ecclesiasticum, 59.dist.si officia.
quod officium sæculare aliud est licitum, quod.s.caret peccato: aliud illicitum, quod sine peccato exerceri non potest, de pęn.dist.5.falsas.
quod officium illicitum est deserendum, quia existendo in ipso, pęnitentia non potest agi. de pæn.d.5. falsas.
quod occupantes se illicitis officijs ab ecclesiæ officijs sunt expellendi, 88.d.consequens est.
quod clericis artificio licet victum quærere absque diuini officij detrimento. 91.distinct. clericus, & c.seq.
quod officium diuinum siue ecclesiasticum est diligenter exequendum, 12.dist.de ijs, 91.dist.presbyter.
quod officium Metropolitanum ecclesiæ obseruandum est per prouinciam, 12.d.de ijs, de conse.d.2. institutio.
quod diuinum officium, præcipue missa, securius cum pluribus exequitur, 7.qu.1.illud.
quod ordinem officij in matutinis, & in Missa, & in alijs horis conuenit omnibus clericis custodire, de conse d.5.conuenit, & duobus, c.seq.
quod post matutinas, & post vesperas semper Pater noster est dicendum de consecr.d.5. id semper.
quod seruitus est clericorum septē horarum officia qualibet die persoluere.91.d.presbyter.
quod septem horæ ibidem enumerantur.
quod clerici in sacris, & beneficiati tenentur ad horas canonicas, & ad officia diuina. 91.d.c.vlt.
quod prælati officium diuinum, aut per se, aut per clericos debent explere.91.d.presbyter.
quod clericus diuinum officium nō explens debet deponi, 92.distinct. c.vlt.
quod officium diuinum plus corde quam voce est exercēdum, & exequendum.92.d.cantantes.
quod publicus concubinarius Missam, & alia diuina officia exequi non debet, 32. distinctio. præter hoc.
quod officium simoniacorum, & in fornicatione iacentium scienter non est audiendum, 32. d.præter hoc verum, in fi.
Ministros officia ecclesiæ exercētes, sicut lectores, acolythos, subdiaconos sacerdotes, & archiepiscopos. & episcopos, & alios, habes quoslibet in hoc opere in suo loco cū suo officio declaratos.
quod officia ecclesiastica singula singulis personis sunt distribuenda, 86.d.c.1.
quod quantumcumque exercitatæ personæ duo officia vno tempore non sunt committenda, 89.d.singula.
quod in ecclesię officijs vitāda est iure cōsanguinitatis successio: ne hæreditatio iure credant se ea vendicare, 8.qu.1.Apostolica.
quod potius sunt danda extraneis bonis, quam propinquis malis, 8. qu.1.Moyses.

De officijs ecclesiæ habes vbi agitur de beneficijs, & vbi agitur de Ecclesia. De officio diuino habes vbi agitur de Cantu, & celebratione, & vbi agitur de Eucharistia, & vbi de Missa, & de Ordine.

OMISSIO. Quod omissio casu, vel per errorem contingens caute est supplenda, 1.qu.1.spiritus, §. proxi.7.quæst.1.nihil, 51.dist.solicitudo.
quod quando substantiale omittitur, non valet quod agitur, de consec.d.4.in synodo, 22.q.3.animaduertendum, de pęn.d.4.fratres.
quod quando aliquid propter maius bonum omittitur: non cōtemptus, sed prouidentia iudicatur, 63.d.Hadrianus.
OPERA. Quod opera bona vigilanter sunt facienda, 86.d.fratrem.
quod quotiescumque bonum agimus, Deum confitemur: sicut econtra malum faciendo ipsum negamus, 11.q.3.æstimant.
quod Deus in operibus, bonum plus respicit animum quam actum, 15. q.6. si quandoque a sacerdotibus, in fi.
quod vbi Christus non est fundamētum, nullius boni operis potest esse ædificium, 1. quæst.1.ca.cum Paulus.
quod Deus de malis actibus hominum, bona operari consueuit, 23. q.5.relegentes.
quod opera non sunt præcipitanda, sicut nec consilia, 50. dist. ponderet.
quod non solum respiciēda sunt opera, sed etiam circumstantiæ operum, videlicet tempus, causa, voluntas, personarum differentia. 23.qu.8.occidit, de pęn.d.2.vt cognouerunt, §. opponitur.
quantum ad tēpus respicienda sunt, quia multa permittebantur olim, quæ non modo, & modo, quæ nō olim.32.quæst.4. quis ignoret, & c.seq.35.q.1.c.1.34.d.fraternitas.
quātū ad causam, sicut quia Phinees non occidit propter personę od ū sed propter legis zelum.23. q.8.legi, & c.seq.& qu.6.cum homo.

Quan-

Quantum ad voluntatem: quia qui præter voluntatem occidit. non sic culpatur sicut volũtatem habent 50. dist. cum qui,& 4.c.sed 15.q.1.non est,& tribus c.seq.

quantum ad personarum differentiam, videlicet vtrum sit persona nobilis vel ignobilis, vtrum sit sapiens vel stultus,34.distin.homo Christianus.

Quod sanctorum filij nõ dicuntur qui tenent loca eorum, sed qui eorum exercerent opera.46 distin.non est.

Quod bona opera prosunt ad dignitatis sublimationem, 56.distinctione quia.

Item ad irregularitatis dispensationem 1.q.7.tali.

Quod mediocre bonum opus maiori non est præferendum,de cons. disti. 5.non mediocriter.

Quod culpa,pia operatione solet purgari,22.q 2.si quælibet.Exemplum ibi de obstetricibus.

Quod aliquando sunt facienda ad quæ non tenemur,& illa sunt gratiosiora, 18.q.1.tam, post medium

Exemplum ibi de Christo qui tributũ soluit cum non teneretur.

Quod bona opera mortificãtur per peccatum mortale,de pœn.dist.4. finis, circa med.

Quod reuiuiscunt per pœnitentiam,

Quod per opera bona teguntur peccata 43.dist.sed illud.

Quod opera facta extra fidem,&charitatem non valent ad salutem,24.qu. 1.odi & c.seq.de consecrat.dist.5.nihil enim.

Quod licet malis bona opera non prosint ad salutem,nõ tamen sunt omittenda,quia prosunt ad alia.14. q 5.q habetis,& §.seq.

Quod licet quædam opera sint indifferentia,tamen in ipsis quis demereri potest & mereri.23.q.5. lex. & quatuor c.seq.

Quod opus male inchoatum bonum finem habere non potest.1.q.1. principatus.

Quod sicut peccatum opus sine voluntate non facit,ita & iustitia ex opere non cõsummatur nisi voluntas affuerit,32.quæst.5.sicut enim.

De hac materia habes vbi agitur de Eleemosyna.

OPPRESSIO. Quod oppressio dicitur quæ fit in pauperes contra iustitiam & veritatem, 11. quæst.3. pauper.

Quod omnis oppressio & iniustitia iudicium sanguinis est.de pœnit. dist. 1.omnis.

Quod oblatio oppressorum pauperum non est recipienda.90. dist. oblationes,& c.eorum.

ORATIO. Quod oratio est pij animi affectus omnia in Deum prætendens,de consecra.dist.1.quando autẽ stamus.

Quod non verbis tantum,sed corde orãdum est domino.de consec.dist.5.nõ mediocriter.

Quod in oratione nil aliud debet cogitare animus quàm id de quo deprecatur.de consecr.distinctione, 1. quãdo.

Quod cum quolibet verbo orationis debet cõcors esse sensus cogitationis,de conse.dist.4.nunquam.

Quod orationis voces ad aures Dei nõ diriguntur, nisi cum animi affectu. 38.dist.sedulo.

Quod melius est quinque psalmorum cantio cum deuotione,quàm totius psalterij modulatio cum anxietate. de consecr.distinctio.5.non mediocriter.

Quod versus orientem est orandum, & per consequens oratoria sunt facienda. 11. distinctione ecclesiasticarum.

Quod in signum resurrectionis Christi diebus dominicis & tempore paschali non est orandum cum prostratione 30.dist.si quis presbyter.

Quod oratio dominica scilicet Pater noster,post altas horas semper est dicenda.de consecratio distin.5.id semper.

Quod orandum est sine intermissione. de conse.dist.5.nunquam.

Quod prælati præcipue orationi debent esse intenti, quia non tantum pro se, sed etiam pro subditis tenentur orare. 36. distinctio. si quis vult.

Item clerici & religiosi.12.q.1.duo.

Quod prælatis non sufficit oratio nisi & ad sit eleemosynæ largitio.86.di. fratrem.

Quod oratio est peccatorum purgamẽtum.1.q.1.ipsi sacerdotes.

Quod ideo sacerdotes dicuntur peccata hominum comedere:quia ea suis orationibus delent atque consumũt, 1.q.1.ipsi.

Quod oratio est contra visibiles, & inuisibiles hostes efficax iuuamentum, 36.dist.si quis vult.

Quod per orationem diuina secreta reuelantur,8.q.1.si ergo.

Quod homines,siue mortui, siue viui orationibus adiuuantur.23. quæstione,2.non æstimemus,& quattuor ca. seq.

Quod quia à Papa salus dependet omnium,ab omnibus,pro ipso est orandum.40.dist.si papa.

Quod pro illis qui seipsos interficiunt, vel pro illis qui pro suis sceleribus interfecti sine cõtritione decedunt non est orandum. 23. quæstione, 5. placuit.

Quod quando oratio à meliori porrigitur tanto citius exauditur.1 q.2.ipsi 14.q.5.scriptum.

Quod Deum prouocãs propriis peccatis non bene potest intercedere pro alienis 1.quæstione 1. fertur.§. vulnerato & quæstione,6.ego in fi.3 quæst.7. in grauibus.

Quod cum is qui displicet ad intercedendum mittitur,irati animus ad deteriora prouocat.3.q.7.in grauibus.

Quod orationis tempore ab opere coniugali est abstinendum,33. q. 4. per totum.

Quod quia sacerdotibus semper est orandum,ideo ipsis à mulieribus semper est cauendum. 31. dist. si laicus.

Quod plus alijs ad orandum obligantur qui aliorum eleemosynis vtuntur.10.q.1.quia.

De hac materia habes vbi agitur de Officio,& vbi agitur de Missa.

ORDO. Quod ordo est duplex videlicet triumphantis ecclesiæ,& militantis.89.dis.c.ad hoc.

Quod nullius vniuersitatis gereretur administratio,qua subsistere posset nisi eam magnus differẽtiæ ordo seruaret.89 dis.ad hoc.

Quod triumphantis ecclesiæ nouem sunt ordines angelorum sub octo generibus lapidum designati de pœn. distinctione 2. principium, §. omnis lapis.

Quod in militanti ecclesia nil debet esse inordinatũ.61.dis.miramur.

Quod ordo familiæ Dei nutabit, si quod requiritur in corpore, non inuenitur in capite,61.distinctione,miramur.

Quod nouem ordinum gradus sunt in ecclesia militanti,videlicet psalmista ostiarius.lector,exorcista,acolythus, subdiaconus , diaconus presbyter, episcopus,quorum nominum deriuationes,& officia ipsis significantia habes 21.dis.cleros.Et in hoc opere habes vnumquodque positum loco suo, secundum ordinem alphabeti.

Quod ordo episcoporum quadripartitus est,vt habes supra vbi agitur de episcopis.

Quod omnes prædicti ordines dicuntur sacri,præcipue tres, videlicet, subdiaconatus,diaconatus,& presbyteratus.32.dist.erubescant.

Quod antiquitus subdiaconatus non reputabatur sacer ordo.vnde in episcopum eligi non poterat nisi cum dispensatione.40.distinctione, nullus in episcopatum.21.dis.§.1.in fi.Vide quod ibi notatur.

Quod modo ordinandus in subdiaconum debet vouere castitatem.27 dis. diaconus,& 28.nullum,& ca.decernimus,& c.de his.

Quod pueri nullatenus ad sacros ordines sunt promouendi.1. quæst. 1. pueri.

quod infantes videlicet septem annos habentes possunt tonsurari in clericos, & beneficia ecclesiastica per consequens habere. 28. disti. de his.

quod ordinãdus in lectorem vel exorcistam,xij annorum debet esse 20 distin.de his.

Item ordinandus in acolythum ad minus debet esse duodecim ann. dist. in singulis.

quod nemo nisi xviij. anno comple-

 to,&

to & castitate promissa debet in sub diaconum ordinari. 28. distinctione, de his.

Quod in diaconum ordinandus, xxv. annos debet habere, 28. di. de his.

Quod excepta necessitate nec in presbyterum nec in episcopum quis debet ordinari nisi tricesimo anno completo, 77. dist. ca episcopus, & c. seq. 78. dist. per totum.

Quod à minoribus ordinibus incipiendo debet gradatim ascendere in presbyterum vel episcopum ordinadus, 77. dis. c. 1. & c. seq.

Quod qui prætermissis aliquibus ordinibus episcopus efficitur, illos ordines quos non habet, alijs dare non potest, 1. q. 1. gratia de conse. dist. 5. quando ab Hierosolymis.

De modo ordinandi episcopum habes 23. dis. episcopus.

De modo ordinandi presbyterum habes, 2. distin. presbyter, & c ecclesiastica.

Quod episcopus ordinando presbyterum dicit hæc verba. Consecrentur & sanctificentur domine manus istæ vt quidquid cõsecrauerint, consecratum sit, & quæcumque benedixerint benedicta sint, 16. quæstione, 1. generaliter. in fi.

De modo ordinandi diaconum habes, 23. dis. diaconus, & c. seq.

De modo ordinandi subdiaconum habes. 23. dis. subdiaconus.

De modo ordinandi acolythum habes 23. dis acolythus.

De modo ordinandi exorcistam habes, 23. dis. exorcista.

De modo ordinandi ostiarium habes, 23. dis. ostiarius.

De modo ordinãdi lectorem habes 23. dis. lector.

De modo ordinand psalmistam habes 23. dis. psalmista.

Quod in ordinando solum diacono & presbytero ab episcopo manus imponuntur, 23. distinctione, quorundam.

Quod si episcopus manum tantum super ordinandos ponat, & alter verba consecrationis proferat, nihil fit, 23. dist. quorundam.

Quod duos primos ordines minores in suo monasterio possunt conferre abbates, 69. dis quoniam.

Quod ordinandi siue sint episcopi siue alij clerici, sunt prius diligenter examinandi, 24. dis. per totum, 76. dis. si quis, & c. seq.

Quod ordinarius vel per se vel coram se per fide dignos tribus diebus ante ordinationem ordinandos debet in in fide, moribus, & fama examinare 24. dis. quando episcopus & c. seq. 77. dis. monachus.

Quod ad ordinationem clerici sufficit testimonium episcopi proprij sine examinatione, 16. quæstione, 1. si quis.

Quod in examinatione monachi, testimonium sufficit proprij abbatis, sine examinatione ordinantis, 16. b. 1. monachi.

Quod sine examinatione ordinatus debet deponi, 24 distinctione, si quis presbyter, 50. distinctione, ex pœnitentibus.

Quod tempus ordinationis sacerdotum & aliorum clericorum est sabbatum quattuor temporum, & sabbatum præcedens dominicam passionis, & sabbatum sanctum 63. distinctione, litteras, 75. dis. quoniam, §. cæterum. vsque ad finem 76. dis. per totum.

Quod mane dominici diei sequentis continuato ieiunio possunt fieri ordinationes, 75. dis. quod à partib. & c seq.

Quod episcopi die dominico, & alij clerici die sabbati, propter dominicam debent ordinari, sicut ab apostolis traditum inuenitur, 75. dist. quod die.

Quod episcopus faciens ordines sabbato, post nonam missam decantare debet, quia officium ad dominicam spectat. 75. dis. c. vlt.

Quod propter dignitatem diei dominicæ statutum est ordines fieri illo die, quia Deus illam diem maximis operibus quæ fecit, consecrauit. 75. dist. quod die.

Quod ordinantes & ordinandi debent esse ieiuni. 75. dist. quod à partibus & c. seq.

Quod ordinandi promissionem debet episcopo facere sub iuratoria cautione de obedientia & alijs honestis, 23. dist. quamquam.

Quod nullus sine certo titulo est ordinandus, & si ordinatur, vacua & irrita est quantum ad executionem eius ordinatio, 70. dist. neminem & c. seq.

Quod monachus etiam si non professus fuit, vel quilibet alter religiosus sub titulo monasterij ordinatus, ad seruiendum ibi perpetuo obligatur.

Quod nemo debet coactus ordinari: quia, vt videtur, talis non recipit characterem, 74. distinctione per totum.

Quod nullus debet pretio vel fauore, sed ex vitæ merito ordinari, 1. qu. 1. pueri.

Quod ordinandus debet esse sobrius, non uinolentus, 35. distinctione per totum.

Item debet esse hospitalis. 42. distinct. §. primo.

Item debet esse prudens in sacra scientia, 36. distinct. vsque ad 38. dist. per totum.

Item debet esse domui bene præpositus, vtpote qui familiam suam beneducauerit, 47. distinct. sicut hi. §. necesse, & c. seq.

Quod multi faciunt se ordinari non propter deuotionem, sed propter supplendam penuriam, 77. distin. monachus.

Quod beneficiati vt ordinentur per episcopum sunt compellendi. 60. dist. in nouamus.

Quod sicut inuitus qui ordinari renuit sacris altaribus est amouendus, sic ambiens vltro se offerens est repellendus. 1. q 6. sicut.

Quod nolentes ordinari ad illos ordines quos status requirit per episcopum honore sunt priuandi. 60. dist. innouamus.

Quod non debet ordinari nisi diaconus in archidiaconum, & presbyter in archipresbyterum, & in decanum, non nisi presbyter. 60. dist. §. 1. & tribus c. seq.

De multis generibus hominum nõ ordinandorum habes 34 dist. præcipimus & quatuor cap. sequen. 50. distinct. ex pœnitentibus. 51. distinctio. per totum.

Item de bigamis non ordinandis habes 33. dis. per totum & habes supra vbi agitur de Bigamia.

Quod habens vxorem ante baptismum, & aliam post siue vxorem, concubinam, non est ordinandus, nisi cum dispensatione. 33. distinctione, si quis, & capi. maritum, & cap. habuisse, & 43. distinct. c. fraternitatis.

Quod bigamus ad subdiaconatum & supra ordinari non potest. 34. dist. seriatim.

Quod nemo coniugatus ordinari debet nisi vxore requisita, & castitate præsente episcopo promissa. 77. dist. episcopus.

Quod in orientali ecclesia ordinandi etiam ad sacros ordines licite contrahunt, sed non in occidentali, vbi ad continentiam obligantur, 31. dist. aliter.

Quod corrumpens virginem & post contrahens cum eadem, videtur quòd non possit ordinari. 34. dis. curandũ, & cap. seq.

An in ordine lapsus post peractam pœnitentiam in suo ordine valeat remanere, aut ad vlteriores ordines conscendere. 50. distinctione, per totum.

Quod vsurarij & cupidi, quia tales de facili à verò deuiant, ordinari prohibentur, 47. dis. per totum.

quod homicidium siue pagani, siue Christiani, siue publicum, siue priuatum, etiam post peractam pænitentiam impedit ordinandum, & ordinati officium exequendum 50. dist. mi ror & c. seq.

quod serui nisi libertati fuerint dati, non sunt ordinandi. 54. distin. per totum.

quo mulier non debeo ordinari. 32. dis multores.

Item illegitimi, nisi sint in religione, absque dispensatione non debent ordinari, maxime ad curam animarum, 56. dist. per totum.

quod ordinãdus debet recipere litteras suæ ordinationis 2. q. 1. legum.

quod non omnia, quæ ordinandum impediunt, ordinatum deijciunt. 85. q. 1. si quis.

quod ordinatus in presbyterum prætermisso ordine vno de minoribus, non debet exequi officium. 59. dis.

dist.si officia,& duobus c.seq.
quod ordinati ab hæreticis suspensis & interdictis in forma ecclesiæ,recipiūt characterem, sed irrita dicitur eorum ordinatio quantum ad executionem qua carent,1.q.1.si qui à simoniacis.
quod ordinatus ab hæretico non est reordinādus,19.dist.secundum.
quod ordinati ab hæreticis, si alias digni sunt,tolerantur, nisi se fecerint reordinari ab ipsis, 1.q.7. saluberrimum,in fi.
Item nisi se simoniace à simoniaco fecerint ordinari,9.q.1.excommunicati.
Item nisi se fecerint rebaptizari,de conse.dist.4 eos quos.
Item nisi in contemptum fidei & ecclesię se fecerint ab hæreticis baptizari, 1.q.7 conuenientibus, Vnde versus.

Siue bis ordo datur,seu baptismus repetatur.
Vel si præstatur, vt vtrumque Simon operetur.
Seu vt euertatur fidei status,ordo petatur.
Vt dispensetur.spes irrita prorsus habetur.

quod qui coactus ab hæretico,vel simoniaco ordinem receperit,consequitur executionem,1.q.1.constat.
quod ficte ordinatus vel in mortali peccato,non est reordinandus,64.dist.si cut.
quod ordinati ad sacros vxor post mortem eius non potest contrahere, 28. dist.quia sunt culpæ.
quod episcopus ordinans scienter indignum punitur,34.dist.quando,in fi. & 50.dist.ex pœnitentibus,& 59.dis. qui eccclesiasticis.
quod indignus dicitur ad ordines promoueri quis multipliciter, videlicet ratione conditionis; vt cum seruus alterius ordinatur, & tunc ordinans condemnatur in duplum . 54. dis. si seruus.
Item ratione ætatis:& tunc ordinatus deponitur,77.dist.subdiaconus.
Item ratione temporis , sicut quatuor tempora,& quæ sunt legitime ordinara , & tunc ille ordinatus deponitur,& ordinans ordinandi potestate priuatur,77.dist.subdiaconus.
Item ratione carentiæ beneficij: & tūc ad iniuriam episcopi deponitur , 70. dist.neminem.
Item ratione bigamiæ,vel alterius irregularitatis,& tunc episcopus ordinādi potestate priuatur,& ordinatus ordine spoliatur,50.dist. ex pœnitentibus.
Item ratione publici criminis , & tam ordinator quàm ordinatus deponitur,51.dist.aliquantos.
Item ratione inscientiæ,& tunc ordinator ordinandi potestate priuatur , & ordinatus ordine spoliatur, 36. dist. qui ecclesiasticis.
quod ordinatus à non episcopo , debet reordinari,68.dist.per totum.
quod episcopus alterius diœcesis clericum sine dimissorijs ordinare non debet,9.q.2.per totum,71.dist.clericos 21.q.1.quoniam.
quod episcopus clericum suum ab alieno episcopo sine consensu suo ordinatum,ante executionem officij recipere potest,& secum dispensare,dum modo sententiam contra tales non tulerit,9.q.2.Lugdunen.§.seq.
quod illi furtiue dicuntur ordinem recipere, qui absque conscientia episcopi & absque examinatione ordinantur,64.dist.extra conscientiam,24.distin.quando.
quod tales ipso iure sunt irregulares: & prohibiti vel excommunicati sunt promoti.sunt deponendi,24.dist ca. vlt.
quod exceptis minoribus ordinibus,vt est consuetudo, nulli licet plures ordines vno die accipere,77.dis. monachus.
quod accipiens duos ordines simul,maxime post examinationem, est deponendus, 77. distinctio. subdiaconus.
ORNATVS. quod ornatus hominis est duplex,videlicet interior, & exterior,41.dist.1.
quod ornatus Christianorum verus est non in splendentia vestimenti, sed moris boni,de consec.distin.5.fucare.
quod nihil in corona episcopi splendidus est quàm humilitas , 100. distinctione contra noram post medium.
quod ornatus episcopi, uel clerici exterior in multis consistit, videlicet, vt comam non nutriat,23. dist. clerici qui.
Item vt vestes religiosas habeat.21.q.4. omnis,41.dist,§.1.
Item vt sine operimento decenti , non incedat,21.q.4.episcopi.
Item vt numquam guttur vel fauces vel faciem vnguento linsat 92. dist. cantantes.
Item vt in religionis habitu, & cibo cū quibus viuit,conueniat,distin. 41.§. vlt.
Item ut incessu graui maturitatem mentis ostendat,41 dist.clericus.
Item in cibo & potu temperantiam , & sobrietatem prætendat, 41. distin. §. vlt.
quod in ornamento summi pontificis rationale designat , quia in pectore pontificis debet esse cognitio veritatis,36.dist. qui ecclesiasticis , §. ecce.
quod clerici debent esse ornati exterius,videlicet incessu & habitu,vt nō sordidis, vel fulgidis vestibus se ornent,40.dist.§.1.
quod tunc incessus sacerdotis est ornatus quando grauitate itineris mentis maturitatem ostendit,41. dis. persimoniam.
quod exterior ornatus tolerabilior est in fœminis quam in viris, de conse. dist.5.fucare.
quod ornatus meretricius non est ad placendum hominibus,sed ad placendum dæmonibus,de conse.dist.5.fucare,in fi.
quod prælati debent intendere vt templa Dei ornata resplendeant,86.dist. non satis,§.item perfecta.
quod nullus ornatus ecclesiæ sic debet esse carus quin pro necessitate pauperum & captiuorum sit expendendus 86.dist.non satis,§.item perfecta,12. q.2.aurum,& c.gloria.
OSCVLVM. quod osculum pacis in missa ante communionem est dandū. de conse.dist.2.pacem.
quod osculum lasciuū , libidinis est incitamentum,27.q.1.nec aliqua.
quod quid monachi semper debent esse puri,fœminas non debent osculari de conse.dist.4 monachi.
quod excommmunicatis non est cōmunicandum in osculo,11.q. vlt.
OTTO.quod Otto Imperator primus iurauit Ioanni Papæ fidelitatem , & omnia iura papalia defen sare,63.di tibi domino.

De hac materia habes vbi agitur de Imperatoribus.

OVIS. quod oues Christi vocantur omnes Christiani,23.q.4.displicet.
quod is qualet Christo oues,& renuit pascere ostendit se pastorem suum minime amare,6. q. 1. in scripturis, 16 q.1.vos.
quod ouis perdita scilicet genus humanum per Christum ad ouile cœleste est reportata,12.q.1.quia tua , ante fi.16.q.7.pœnitentem.
quod vulnerato pastore,idest,prælato, & oues infirmantur,1.q.1. fertur, §. vulnerato.
quod oues contra pastorem,nisi in fide errauerit,insurgere non debent 2. q. 7.oues,6.q 1.oues .
quod scabiosa ouis ne pecora & etiam ne tota domus inficiatur, est repellēda,24.q 3 resecandæ.
quod sicut ab vna oue morbida vniuersus grex inficitur;sic ab vno peccatore populus inficitur,45,dis sed illud in fi.

De hac materia habes vbi agitur de Grege.

PABVLVM. quod pabulum à fure quandoque auertendis pecoribus spargitur , vt abigantur,6.quæstio 5.nen omnis, in fine.

PATIENTIA. quod patientia est suas & suorum iniurias æquanimiter tolerare, 23. q. 1. circa medium.
quod non reddere mala pro bonis, sed reddere bona pro malis, signa sunt perfectæ patientiæ, 13. q. 3. sex differentiæ.
quod iniuria propriæ personæ cum patientia & gaudio est sustinenda: sed iniuria Dei vlciscenda 23. q. 4. quod Christus, §. proxi.
quod vbi hostis non personam, sed sedem ecclesiæ quærit, si sibi non resistitur, non patientia, sed negligentia iudicatur, 23. q. 3. Maximianus, & ca. pro membris.
quod laudabilior est fraudis passio quam vindictæ actio. 23. q. 1. nisi, circa med. & c. seq.
quod præcepta patientiæ non tam in ostentatione corporis quàm in præparatione cordis sunt seruanda, 23. q. 1. nisi, §. his.
quod in aduersitate in secreto seruanda est in animo patientia: in manifesta exhibenda sunt persecutorum saluti expedientia, 23. q. 1. paratus.
quod prælatorum est pestifera patientia per quam nutriuntur in subditis vitia 23. q. 5. iustum.
quod vbi non timetur maius periculum multitudo delinquentium per patientiam ad pœnitentiam est expectanda, 23. q. 4. quid facit, post medium, & c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Tolerantia, & vbi agitur de Persecutione.

PACTA. quod pacta contra bonos mores, vel leges contra honestas consuetudines, nullius sunt momenti, 8. dist. quæ contra.
quæ pacta licita sunt, 10. q. vlt. relatum.
quod ardua pacta in scriptis sunt redigenda propter formam pacti & temporis, 10. q. 2. casell. s, §. vltimo.
quod generale pactum est societatis humanæ, regibus suis obtemperare, 8. dist. quæ contra.
quod pacta cum dœmonibus per magicarum artium molimina fœderata, sunt ab omni Christiano fugienda. 26. q. 3. igitur.
quod mandatum Dei dicitur super omne pactum: nec contra ipsum potest fieri pactum 8. dist. quæ contra, 10. q. 1. puella, in fi.
quod in spiritualibus videtur posse fieri pactio sine peccato, 18. q. 1. Eleutherius, & 18. q. vlt. c. nec numerus, in fine, & c. seq.
quod in spiritualibus nulla potest fieri pactio inhonesta, sed si postmodum aliqua subsidij gratia conferuntur, licite recipiuntur, 1. quæst. 2. quàm pio in fi. & 100. dist. in ea syno d.
PALLIVM. quod pallium quod datur archiepiscopis repræsentat specialem dignitatem & honorem, 100. distinctione prisca, & c. contra, ante fi.
Quod petens pallium, antequam accipiat, debet profiteri articulos fidei: & debet promittere se seruare statuta conciliorum, & pontificum Romanorum, 100. distinctio. nouit, §. causarum, & cap. optatum.
Quod confirmatus in archiepiscopum intra tres menses debet à sede apostolica pallium quærere, 100. dist. quoniam.
Quod antequam habeat pallium, licet episcopus, non potest episcopos consecrare, 100. dist. quoniam.
Quod pro pallio nihil dari vel accipi debet, 100. dist. nouit.
Quod pallium non debet negari, vbi est petentis, meritorum exigentia, & feruens instantia, 100. dist. prisca.
Quod cum pallio semper conceditur aliquod speciale priuilegium, & renouatur antiquum, 100. distin. rationis.
Quod in pupillo significatur, quod archiepiscopus cum augmento honoris debet excrescere in ornamento actionis, 100. dist. rationis.
Quod archiepiscopus non debet vti pallio nisi intra suam prouinciam & hoc non in processionibus, sed tantum in missarum solemnijs, 100. dist. pallium tibi, & c. contra.
Quod quia pallium sigillàtim traditur, innuitur quod est personale, & ideo alteri commodari non potest, nec in morte relinqui, sed cum habente sepeliri, 100. distin. scriptorum.
PALMA. Quod palma, quæ in imo est strictior, & quanto plus ascendit est grossior, designat perfectionem bonorum, qui inferius sunt parui, sed sursum se erigendo in cœlestibus desiderijs sunt ampli. 47. dis. omnes.
PANIS. Quod est panis eleemosynę, 86. distinctio. pasce. & 5. q. 5. non omnis.
Item Eucharistiæ, de conse. dist. 2. fere per totum.
Item panis tribulationis siue pœnitentiæ, 23. q. 4. Guilisarus.
Item panis doctrinæ, 8. q. 1. audacter. in fine.
PAPA. Quod Papa aut sanctus eligitur aut ex promotione clarus efficitur, 40. dist. non nos.
Quod in cultu Dei maiorem zelum debet habere quàm alij Christiani, 23. q. 1. officij.
quod propensius est pro ipso orandũ, quia ex ipso dependet salus omniũ, 40. dist. si Papa.
Quod aliorum causas Deus commisit hominibus terminandas, Papam vero suo iudicio reseruauit. 9. q. 3. aliorum.
quod non necessitate, sed propria voluntate de obiectis sibi criminibus purgat, 2. quæstio. 4. mandastis. Exemplum ibi de Sixto Papa, & cap. auditum. Exemplum de Leone Papa, q. 7. nos si, in fi. Exemplum ibi de Damaso Papa.
quod Papa nisi à fide errauerit, à nemine est iudicandus, 40. distinct. si Papa.
quod quia Papa est vicarius Petri, non de facili debet de eo haberi præsumptio mali, 40. distinctione non nos.
quod non omnis Papa est sanctus, sed quandoque à Deo tamquam reprobatus punitur, 19. dist. Anastasius. Vide quod ibi notatur.
quod bonitas ipsius salus est omniũ, & peruersitas eius cedit in damnationem innumerabilium personarum, 40. dist. si Papa.
quod Papa est iudex omnium etiam si non appellatur ad ipsum, 9. q. 3. conquestus.
quod auctoritate eius conciliorum statuta roborantur, 17. distinct. concilia.
quod Papa potest absoluere quos concilium male damnauit, 9. q. 3. cuncta, & quatuor c. seq.
quod potest vbique iudices delegare, 2. q. 6 ideo.
quod sententiæ ipsius ab omnibus debent seruari, 93. si inimicus.
quod sic debet reputari statutum Papæ, ac si de ore Dei vel beati Petri esset prolatum, 19. distinctio sic omnes.
quod non licet alicui de ipsius iudicio disputare, 17. quæst. 4. si quis suadente.
quod adimplendum est eius mandatũ, etiam si viderit vix ferendum, 19. di. in memoriam.
quod omnis noua religio per ipsum debet confirmari, 12. dist. præceptis.
quod sententia quæ per se non tenet, per confirmationem Papæ efficitur valida, 3. q. 6. hæc quippe, ante finem.
quod potest restituere famæ infamatũ. 3. q. 3. Euphemium, §. prox.
quod Papa licet de iure non sit ligatus ad ea quæ statuit, tamen honestum est vt ea præ cæteris seruet, 25. q. 1. cõfidimus, & c. ideo.
quod ordo iustitiæ requirit ut Papa antecessorum statuta custodiat, quia sua à successoribus vult custodiri, 25. q. prima, iustitiæ, & q. secunda, in Galliarum, c. fin. ea. & cap. quod vere.
quod non dat priuilegia ecclesiæ in dãnum alterius, 25. q. 2. de ecclesiasticis priuilegijs.
quod olim de sacerdotibus in matrimonio nati licite promouebantur in Papatum, 56. dist. Cœnomanen. §. cum ergo.

De ecclesia habes vbi agitur de ecclesia Romana, & vbi agitur de Electione Papæ, & vbi agitur de Sede apostolica.

PARENS.

PARENS. Quod primos parentes princeps vitiorum gratuitis expo liauit de pœn.d.2.§.Romanos.
Quod parentes carnales sunt ex debito honorandi,30 d.si qui filij, 86.d.in singulis,in fi.
Quod si se à Christo auertũtur, sunt omnino dimittendi,38.q.1.si infidelis.
Quod tempore necessitatis magis succurrẽdum est parentib. quam aliis,86.d.in singulis,in fi.
Quod despiciens parentes necessita tis tempore,meretur mortem tẽporalem,& æternam.
Quod potius debet quis parentib.egenis maxime fidelibus prouidere, quam religionem intrare,30.d.si qui filij.
Quod nec parentes debent deserere filios egentes,30.d.si quis reliquerit.
Quod illi qui aduersus parentes armantur,vbi quæ notã infamiæ incurrunt,6.q.1.infames.
Quod ex malis parentibus vt plurimum mala proles generatur,56.d.si genus.
Quod meretrice natus,si propria decoratur virtute,non debet parentum decorari opprobrijs.51.d.nũquam &c seq.
Quod non parentum,sed propria culpa quemq; condemnat,56.d.vndecumque,& 3.c.seq.
Quod frequenter leguntur filiis pro peccatis parentũ puniri,etiam in quartam generationẽ,24.q.3.§.1.
Quod parentes suos pueros ante ętatem legitimã religionẽ intrantes possunt reuocare,20.q.2.puella.
Quod si a parentib religionis habitũ susceperint,nisi consenserint, eũ deserere possunt,20.q.1.puellæ.

De hac materia habes ubi agitur de Filijs,& vbi agitur de Patre & Filijs.

PARENTELA. De materia habes vbi agitur de aliis.
PASCHA. Quod pascha die Dominico semper debet celebrari. de cons.d.3.nosse,& c seq.
Quoto mẽse, & quota luna debet celebrari,habes de cons.d.3.celebritatem.
Quod in hoc qđ quadraginta dies ante pascha cũ labore peragimus, & post pascha quinquaginta dies cum lætitia:præsens labor,& futura lętitia designatur,de cons d 5. ieiunium.
Quod pascha intra 14.lunam,& 21. diem mensis Aprilis inclusiue est celebrandum,de cons.d.3.celebritatem.
PASSIO. Quod passio Christi fuit multiplex,& grauis,7.q.1.suggestum,
Quod Christi passio fuit profigurata & prenuntiata in veteri testamento,de cons.d.2.in calice.
Quod ipsius passionis fuit multa efficacia,7.q.1 suggestum,de cons.d.4 proprie,in fi.
PASTOR. Quod pastor dicit Christus,7.q 2.in scripturis, 2.q. 7 testes,§.Christus.
Quod pastor dicitur cuiuslibet ecclesiæ prælatus,§.1.sciscitaris.
Quod pastor ecclesiæ nisi diligenter pascat oues, Christum pastorẽ eorum videtur amare,8,q.1.in scripturis.
Quod pastor debet oues pascere instructionis verbo.43.d.Ephesus, q.8.1 aduaster in fi.
Item conuersationis exemplo.11.q.3.præc.pue.
Item Eucharistiæ sacramento.de cõse.d.2.non prohibeat.
Item temporali subsidio,16.q.1.nulli episcoporum.
Quod exemplo Christi opportuno tempore debet animam suã pro ouibus exponere.7.q.1 sugge stũ,&c.sciscitatis,&c.aduersitas.
Quod languente pastore grex insidiatoris dentibus laniandus exponitur,7.q.1.quamuis.
Quod pastoris suia gregi semp est timẽda,11.q.3.non solum,&c.seq.

De presbytero habes ubi agitur de de Grege.

PATER. Quod pater dr̃ Deus creatione,12.q.2.qui abstulerit.24.q.1.omnibus.
Quod dicitur diabolus propter criminis imitatione,1.q.1. cum ordinaretur.
Item dicitur pater auctoritate,sicut episcopi & prælati patres sunt 17.d.synodum,& quatuor c.seq.
Item dicitur pater temporis antiquitate:sicut veteris testamenti dicũtur patres 23.q.4.cum in lege.
Item dicitur pater spiritualis sacramenti collatione,sicut baptismi, vel confirmationis, vel pœnitentię,30 q.1 de his,&c omnes.
Item dicitur pater carnalis generis propagatione,47.d.sicut hi,§.necesse
Quod filius carnalis à patre non est semper osculandus,sed quandoque castigandus,5.q.5.non osculur.
Quod illi dicuntur filii abominationum,ad quos carnalium patrum flagitia descendunt,56 d. Cænomanensem,§.cum ergo.
Quod plus videtur peccare patrem spiritualem contemnens quam carnalem,2.q.7. qualis.
PATRIARCHA. Quod Patriarcha Græca lingua summus, patrũ interpretatur.21.d.clericos.
Quod Patriarcha est post Papam primus in dignitate,& auctoritate.80.d.vrbes,&c.seq.
Quod Patriarchæ,& primates licet sint diuersa nomina; idẽ tñ sunt quatũ ad officiũ,99.d.prouinciæ,
Quod Patriarchæ primo ab apostolis præcipue beato Petro vbi Gentiles conuersi ad fidem Protoflamines habuerant,sunt instituti, 80.d.vrbes,& c.seq.
Quod postquam quatuor sunt patriarche principales,videlicet Cõstãtinopolitanus, Alexãdrinus, Hierosolymitanus,& Antiochenus, 22.d.renouantes,§.prox. &c seq.
Quod patriarchis subsunt archiepiscopi & causas ab ipsius ad eos p appellationes deuolutas possunt diffinire,9.q.3.conquestus.
Quod archiepiscopus inconsulto patriarcha debet aliquem in episcopum ordinare,& propter necessitatem ordinatum,debet post consecrationem patriarchæ pñtare, 65.d.placet,&c.& quoniam,§.seq.

De hac materia habes vbi agitur de Sedibus.

PATROCINIVM. Quod patrocinium viduis, & orphanis episcopi in necessitate non debent negare,& 87.distin.§.1.& duobus c. seq.
Quod qui in malo patrocinium dat malis,socius est criminis,14.q.1. circa med.
PATRONATVS. Quod patronatus ius attenditur per fundationẽ & ædificationem, vel possessionẽ ecclesiæ,16.q.6. piæ mentis.& c. seq.& 18.q.2.abbatem.
Item in rebus ecclesiæ conferendis, & manumittendis,16.q.7.filiis,& quatuor c.seq.
Item in personis quæ præesse debẽt ecclesiis episcopo offerendis,16. quæstio.7.decernimus,& duobus cap seq.& quæstio si quis episcoporum.
Item tempore necessitatis à sua ecclesia in subsidiis recipiendis,16.q.7.quicumque.
Item patroni habent ius in monasteriis suis in electione abbatis,18.q.2.abbatem.
Item in monasteriis habent ius aduocationis, 17.q.secunda, Gonsaldus.
Quod patroni ecclesia vel monasteria sine consensu episcopi de loco ad locum mutare nõ possunt, 16.q.vlt.considerandum.
Item ab eis ecclesiæ(nisi de consensu episcopi)non sunt recipiendę, 16.quæst.7.si plures, & duobus c. seq.
Item patronus ecclesias nec auferre nec conferre possunt sine consensu episcopi.16.quæstio 7. inuentum.
Item renunciatio beneficii ecclesiastici in manu patroni nõ tenet sine consensu episcopi,17.q.2. Gonsaldus.
Quod patronus , sed episcopus debet

Quod cum originali peccato patris polluitur filius& nō actuali, quia in originali vnum cum patre fuit sed in actuali alter; effectus non polluitur si non consentit, 1 q 4. iam itaque, 24.q.3 §.1. ante fi.

Quod actuale est duplex, videlicet mortale, & veniale, de pœ.d.1. medicina, §. res sunt.

Quod peccatum mortale est voluntas retinendi vel consequendi quod iustitia vetat, 15.q 1. ante fi.

Quod nemo peccatum mortale cōmittere appetit propter ipsum peccatum sed propter illud quod ex eo consequitur, 15.q.1. me to.

Quod inter duo peccata vbi utrūq; vitari non potest, minus est eligēdum 13.d duo.

Quod mortalia peccata dicuntur criminal a & capitalia, & q̄ sūt illa habes, 25.d. vnū orariū, § alias.

De criminali peccato habes ubi agitur de Crimine.

Quod tribus modis impletur omne peccatū mortale, videlicet suggestione, delectatione, & consensu, 6.d. testamentum, post med. ū

Quod aggrauatur ex circunstantiis, 40.d homo 50 d. quia tua, de pę. d 5.§ in princ.

Quod quandoque alleuiatur ex cirstantiis, 15.q.1. inebriauerunt. Exemplum, ibi de Loth.

Quod habet gradns inequalitatis, quia adulteriū, uincit fornicationem, incestus adulteriū, vitiū cōt. naturam incestum, & sic de similibus, 32.q.7 quemadmodum, & quattuor c. seq.

Quod quantitas ipsius pensatur secundum qualitatem peccātium, 24 q.1. qui contra, 26.q.5. contra idolorum.

Item considerata qualitate pænæ, 24 q. non offeramur, vbi dicitur sceleratius commissum quod grauius est punitum.

Item considerato exemplo quod inde sumitur, 11.q.3. præcipue, ubi dicitur quo prælati grauius peccant, quia subditos prauo exemplo occidunt.

Item considerata qualitate peccati, 3.32 q.7. quemadmodum, vbi dicitur, quod grauius peccat adulter adulter quā fornicator, & vincitur, ab in cestu

Item considerata diuturnitate & frequenti iteratione, de pœ.d.5. a 1. vbi multa aggrauātia ponūt.

Item in eodem genere peccati grauius peccat Christianus quam paganus, 33.q.4. in eo.

Item aggrauatur ratione personæ, vel re in qua peccatur, 12.q.2. gloria, 22.q.1. mouet, 27.q 1. nuptiarum.

Item ex temporib. diuturnitate augetur 24.q.1 schisma, de pę.d.5. § 1.

Item voluntarium grauius est inuoluntario quod procedit ex infirmitate, vel ignorātia, vel coactione, 15.q 1.§ 1.c se. vlq; adc. mulier

Quod si non est voluntarium, non est peccatum, 20, q.1.§, 1.32.q.5. sicut enim

Quod peccata scientium peccatis ignorantium præponuntur, 6.q. 1. quarto.

Quod quæ ex ignorantia vel infirmitate committuntur, facile dimittuntur 25.d. vnum orarium, § criminis.

Quod aliena peccata nemini præiudicant, 23.q.4. si quis.

An minus malum committendū sit, ne alter grauius peccet 14.di. quod ait. Exemplum ibi de Loth.

Quod peccata suos auctores tenere debēt, 24.q 1. nō turbatur de pœ. d.1. qui puero.

Quod indecens videtur crimen suū alienis criminibus impendere, 46.d. sicut non

Item videtur, qđ nec venialiter q̄s dēt peccare, vt alter vitet mortale 23 q.5. cū homo, īfi.22.q.2. faciat

Quod peccatū vnius frequenter multi luunt 24.q.1. non turbatur, 45 d. sed illud.

Quod alterius peccatū non imputatur illi qui fecit quod debet, 47. d. quod ad nos, 7.q.1 aduersitas, post medium.

Quod nullus debet gaudere de multa soci etate peccantium, quia nō minus ardebit qui cum multis ardebit, 2.q.1. multi, in fi.

Quod o cculta peccata non sunt publice condēnanda, 2 q.1. si peccauerit 23.q 4. si quis potestatem, exemplum ibi de Christo, & de Iuda 15.q.5.c vlt.

Quod occultum peccatum dicitur quod nec confessione, nec probatione publicatur, 15.q 5.c ult.

Quod publicum peccatum coram omnibus puniendum est, 2 q 2. si peccauerit

Quod prælatorum peccatum vel religiosorū propter maius scandalū est celandum, 95.d. in scripturis.

Quod peccata incorrigibilium licet non possit probari, sunt prælatis denuncianda, 5.q.5. non uos, 22. q 5. hoc videtur

Quod peccatum in spiritum sanctū committit qui ex proposito bonum deserit, & malum usq; ad mortem facit, de pœ.d.1. §. Deus quis similis, & d.3. inter hæc.

De peccato in spiritū sanctum habes ubi agitur de Spiritu sancto

Quod in peccatis perseuerantes nec a Deo, nec ab homine absoluuntur, 24.q.2. legatur, &c. damnationis de pę d.5. fallas

Quod qui numquā peccare desinūt dum uiuunt, ostendunt q̄ a in peccato semper viuere cupiunt, de pę.d 1. voluissent, §. siue autem

Quod assidue peccātiū n̄ miseretur Deus, 93.d. diaconi sunt, la fi.

Quod qui uno peccato mortali offēdit, sic uita æterna priuatur, ac si omnium esset reus, de pœ d.5. fratres

Quod pluribus modis peccata remittuntur, 23.b.5. remittūtur, de cō sec.d 4. ecclesiæ charitas, de pę.d. 1 medicina, §. tres sunt.

Quod sine pœna non dimittuntur quia aut Deus punit, aut homo, de pœn.d.1 medicina, § prox.

Quod dimissum vltra non punitur de pæ.d 3. sunt plures. §. auctoritas, 23.q 5. quid ergo

Quod dimissa quandoq; redire dicuntur de pœ.d.4. fere per totum

Quod dimissa non sunt recog tanda ad dilectionem, sed ad pænitētiæ amaritudinem, de pæ.d.3. Iudas pęnituit

Quod in pluribus peccatis manens de vno peccato pęnitentiam uerā agere nō pōt, quia Deus pārtē condemnare non nouit de pæ: d.3 sceleratior, §. hic auctoritatib. Vnde versus

Summa Dei pietas veniam non dimidiabit.

Aut totum, aut nihil pro certo propitiabit.

Quod peccatoribus tamen consulēdū est, vt in statu peccati bonū facere non omittant, de pæ.d.5. fal sas, in fi. Nam propter hoc Deus aut coripsorum ad pænitentiam illustrat, de pæ d.5. falsas, aut ipsos temporaliter in præsenti remunerat, de pę.d 3. pium est credere, § ex hoc sensu. Aut ipsis æternum supplicium tolerabilius fiet, de pę.d.3 quid ergo, §. potest etiam referri, Vnde versus

Quæ cum mortali bona fiunt, dāt bona terra.

Cor faciunt habile, minuunt tormenta.

Quod Deus non obliuiscitur pauco corum bonorum fa :orū in multitudinē peccatorū de cons.d.3. pium est credere, §. ex hoc sensu:

De mortali peccato habes ubi agitur de Culpa.

Venialia peccata quæ sint, habetur 25. distinctione, unum orarium, § alias

Quod nemo mundus est a peccato veniali, de pœ. dist 2. vt cognouerunt,

runt,§.opponitur, circa medium

Quod venialia peccata non sunt cõtẽptibilitercommitenda, quia nõ refert siue naues per fluctus, siue per guttas paulatim subintrantes submergantur, de pœ.d.1. medicina, post in ed.

Quod nullum peccatũ est adeo veniale quod non fiat mortale dũ placet, 25.d.vnum orarium, §.criminis, & vide quod ibi notatur.

Quod quia venialia ex fragilitate humana committuntur, nullus homo ea vitare potest de pę d.1. medicina, §. tres, sunt, & d.2.in cassum, §.sed verba

Quod excepto Deo omnes peccare possunt de pœ.d.2. sic enim inquit, in fi.

Quod posse peccare non est posse, de pœ.d.ante fi.45.d.sed illud.

Quod venialia delentur per dominicam orationem, per eleemosynæ largitionẽ, & pectoris tunsionem, & per ieiunij castigationẽ, de pœ.d.1 medicina, §.prox.

Item delentur per aquæ benedictæ aspersionem, de conse.d 3. aquã sale.

Item per Eucharistiæ dignam sumptionem de pœ.d.2. ante fi.& c. panem, de altari.

Item per episcopi vel presbyteri benedictionem, 28.d.presbyterum.

PECVNIA. quod pecunia dicitur a pecoribus, quia antiqui hoc qđ habebant, ex pecoribus habebãt, 1.p.3.per totum.

Quod largo nomine quidquid homines, interra possident, pecunia vocatur, 1.q 3.per totum

Quod amor pecuniæ, contrariatur iustitiæ, 11.q 3. qui recte, & c. pauper.

Quod simonia non debet committi pro pecunia, 1.q.5.per totum.

De hac materia habes ubi agitur de Diuitiis.

PEDAGIVM. Quod pedagiuum nouum imponentes sunt excommunicãdi, 24.q.3.si qs Rõipetas.

Quod maxime a peregrinis & a fidelibus mercatoribus non sunt pedagia accipienda 24. q.3.si qs Romipetas.

POENA. Quod pœna est duplex videlicet temporalis, & æterna, đ pœ.d.3.sunt plures, §. auctoritas.

Quod pœna temporalis est duplex vna in hac vita, alia post hanc vitam, 25.d.qui in aliud.

Item in hac vita temporali, aut infligitur a Deo, aut ab homine, 45. d.sed illud.

Quod pœna in hac uita temporaliter a Deo inflicta pro peccato, sicut ægritudo, paupertas, mors, non est mala dicenda, 15.q.1.illa

Quod pœna Aegyptiorũ fuit a Deo in correctionem eorum, 15.q. 1. necis qui.

Quod Deus temporaliter punit quẽque vt in æternum non cruciet, 23.q.5 quid ergo, de pę d.3. sunt plures, § auctoritas

Quod Deus qñque in præsenti grauiter, & subito punit propter criminis detestationem, 19.d. Anastasius Vide quod ibi notatur.

Quod quandoque pæna temporalis trãsfertur in posteros, de pœ.d:3. illud vero, §.ecce. Exemplum, ibi de Achab

Quod puniuntur quandoque multi propter vnum, 45.d.sed illud, 47 d.si gens 23.q.4.si ea, 24. q.1. non turbatur

Quod nemo debet mutari de afflictione bonorum, & de prosperitate malorum in præsenti: quia afflictio est bonis in iudicium salutis, & prosperitas malis in iudicium reprobationis, de pœ. d 3.si quando.

Quod frequenter qui non meruerũt sunt a Deo propter alios puniti, 42.d.§ 1.

Quod punitur quis pro alio a Deo temporaliter, æternaliter nullus: Anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur, 24.q. 3.§.1. post medium.

Item punitur quis a Deo pro alio temporaliter, iustus pro iniusto, vt Petrus pro Luda, 24.q.1. non turbatur.

Item punitur a Deo iniustus propter iustum, sicut Maria murmurans pro Moyse lepra percussa est 2, q.plerunque, §. hoc etiam.

Quod punitur quis ab homine pro alia corporaliter, vt in crimine læsæ maiestatis uel hæresis, 6.qõ.2. quæro ergo, § uerum, & §.seq.

Item punitur quis spiritualiter pro alio, vt in excommunicatione, 17 q.4.miror.

Quod punitur quis pro alio spiritualiter, vt in priuatione diuinorum officiorum, familia propter dominum priuatur, 11.q.3. si quis episcopus damnantur, &c.seq.

Quod illi non puniuntur a Deo bis in id ipsum, qui in flagellis pęnitentiam egerunt, de pœ. d.3. sunt plures, §. auctoritas.

Quod pluribus de causis Deus flagellat homines temporaliter, de pœ d.1.sunt plures, §. auctoritas.

Quod qui in pœnis duriores efficiũtur, temporalem supplicium fit eis ad æternæ damnationis supplicium de pœ distinct.3.sunt plures, § auctoritas

Quod Deus quandoque punit pauperes vt ex hoc multitudo ad pœnitentiã prouocetur, 23.q.4 Guilisarius.

Quod pena temporalis meritorie infligitur ab homine, quia nisi sic fieret multiplicarent malefactores, 23.q.4 est iniusta.

Quod pęna criminis ex tẽpore legis est quæ crimine inhibuit, 32.q.4. dixit Sara.

Quod culpa est non punire culpam 28.d quia sunt.

Quod ad innocentis spectat officiũ non solum culpam cauere, sed ẽt punire peccatum 33.q.5. non est innocentię.

Quod maxime prælatus grauiter offendit qui culpam impunitam dimittit, 23.q.4.is qui.

Quod in quo quis peccat, est puniẽdus 94.d.si quis.

Quod pœna quando par debet esse in uno peccato delinquentium sicut in simonia, vbi accipiens, & dans æqualiter punitur 1.q.7.per illicitam, §.sancimus, in fi.

Quod par pęna agentes, & consentientes debet comprehendere, 17 q 4.omnes.

Quod quandoque in eodem peccato varietes personarum consequitur varietatem pænarum 11.q.2. ternitas, 14.q 6. c.1 in fi.

Quod pænæ non sunt exasperandæ de pœ.d.2.hæc autem uerba, §.pænę.

Quod pœna non est vltarius prothẽda quam delictum fuit in excedẽte repertum.

Quod pænæ aggrauantur secundũ qualitem delicti, 24.q 1 non affemus.

Quod quandoque aggrauantur, ut cæteris metus incutiatur, 77. q.4. frater, in fi.27.q.2.qua propter

Quod ex causa variatur pęna, 29. d. necesse.

Quod aliquis punitur sine culpa, non sine causa, si quis contrahẽs cum corrupta, quam credit esse virginem, & bigamus efficitur, 51.dis.qui aliquo.

De tribus generibus hominum, quorum pęne sunt dissimulandæ, & dj iudicio reseruandæ 24. q.4. num in lege, §.his ita.

Quod stultus in culpa, sapiens fit in pæna, 38.d.quia ea.27.q 1.si custos circa fi.

Quod puniuntur animalia cum quibus homines peccauerunt, ne refricetur facti memoria, 15.q.1.mulier.

Quod rigor pænarum canonicorũ temperatur propter necessitatem temporis & utilitatem, 1.q.7. requiritis

Quod vna pęna est maior altera diuersimode, videlicet ratione effectus, vt excommunicatio quæ maior est omnibus, 24.q.3. corripiantur, occidit enim animã, q. 3 si habes, 11.q.3.nemo episcoporum.

Item ratione durationis, vt degradatio quæ est maior est propter durationem quam excommunicatio 40.d.episcopus presbyter.

Item ratione asperitatis, ut pæna corporalis, quæ maior dicitur quia actualiter sentitur, 24 q.4.si habet.

Item ratione opprobriositatis, ut pęna suspensionis inpatibuis, verberationis per ciuitatem, 23 q. 5. ca. 1.
Quod in inferenda pæna multa sũt consideranda, videlicet dignitas, quia talis punitur per dignitatis subtractionem, 50. d. cõtumaces, 2. q. 8. quisquis.
Item diuitię siue nobilitas, quia talis plus punitur pęna pecuniaria quã corporali, 24. 1. qui contra.
Item paupertas, quia talis plus punitũr pæna corporali quam pecuniaria, 24 q. 1. qui contra
Item ordo, quia in ordine constituti sunt moderate flagellãdi, alias excommunicatio incurritur, 45. d. cum beatus
Item religio, quia regulares aliter sunt puniendi, quam alii, 18. q. 2. quidam monachorum.
Item mentis insania talium excessus non imputatur ad pœnam, 15 q. 1. si quis insaniens
Quod pæna ecclesiastica est dignitatibus priuare, 16 q. 6. si episcopus.
Item in monasteriis pro penitentia recludere, 16. q. 6 de lapsis, & c. episcopo.
Item carceri vel exilio deputare, 17. q. 4. attendendum
Item in pecunia, & ẽt in aliis rebus condemnare, 17. q. 4. si quis contumax, &c. si quis deinceps, 21. q. 5. si quis cuiuslibet.
Item corporaliter flagellare, 23. q. 5 c. 1. post medium, 32. q. 1. de bene dicto.
Itẽ excõicare, 5. q. 4. nullus, c. si quis deinceps, &c. diffiniuit
Item contumacibus pœnam augere, 74. d. honoratus in fi. 23. q. 5. de Liguribus, 31. d. quoniam, in fi. 34. d. quorundam
Quod pœna purgatorii, & si non sit æterna, tamen grauius est, excecedens omnem pœnam præsentis, vitæ, 25 d. qui in aliud

De Officiis ecclesiæ, habes ubi agitur de Purgatorio.

Quod pœna æterna in peccato perseuerantibus & fidei transgressoribus, 12. q. 1. scimus
Quod iuste punit Deus malos æternaliter, vt qui in hac vita numquã uoluerunt peccato carere, numquam careant supplicio, de pœ. d. 1. si sacerdos, § potest etiam
Quod grauius ibi puniuntur Christiani quam pagani, 12. 1 scimus
Quod in pœna æterna non minus ardebit qui cum pluribus ardebit 2. q. 1. multi, in fi.
Quod quidquid est contra consciẽtiam, s. præcepti vel prohibitionis, ædificat ad gehẽnam, 28 q. 1. omnes, §. ex his
POENITENTIA. Quod pęnitẽtia est duplex, videlicet Dei, & hominis, 22 q. 4. incommutabilis
Quod pęnitentia Dei est a seipso ordinata, cum voluerit immutare, 22. q. 4. incommutabilis
Quod pœnitentia hominis est quædã dolentis vindicta, semper puniens se quod doletadmisisse, de pę. d. quamuis caute, §. hac auctoritate.
Quod pęnitentia, est perpetrata mala plangere, & plangenda non ꝑpetrare, de pę d. 2. §. 1. circa principio.
Quod pœnitere est quasi semper pęnam tenere, de pœ. d. 3. circa prin.
Quod pęnitentia, est secunda tabula post naufragium, de pæ. d. 1. § 1. ante c. medicina
Quod penitentia alia est priuata, alia solennis siue publica, 5. d. si quis post, 6 seq.
Quod priuata diuersas habet species de pę. d. 1. medicina
Quod alia est incipientium, alia proficientium, alia perfectorum, de pę. d. 3 quamuis, caute, §. hac auctoritate
Quod ante ipsam peccatori non datur a Deo misericordia, 50. d. quia sanctitas
Quod vera pœnitentia veniam promeretur, ita falsa Deum irritat, de pen. d. 3. c. intantum, §. siue in fi. c. 1. inter hæc, 2. circa finem
Quod falsa pænitentia est cui numq̃ venia promittitur, de pœ. d. 3. intantum, §. siue
Item falsa pnĩa est cum res aliena ꝑ quam contractum est peccatũ, non restituitur, 14. q. 6. si res
Item falsa pænitentia est, qñ de pœnitentia agitur pęnitẽtia, 17. q. 4. sunt qui
Item falsa dicitur quæ non secundum auctoritatem patrum iuxta qualitatem criminum imponitur de pę. d 5. falsas
Item falsa est cum spretis aliis peccatis, de vno solo penitentia agitur de pę. d. 5. fratres, & dist. 3. sceleratior, §. his auctoritatibus
Nam de vno pnĩam & non de aliis agere, est quasi crudum laterẽ lauare de pñ. d 2. ille pœnitentiam
Quod vera pnĩa est cui numquã venia denegatur, de pę. d. 3. in tantum, §. siue, 5. d. §. 1. in fi.
Quod per ipsam omne peccatum d̃letur, de pœ. d. 3. § siue, c. inter hæc, 2.
Item opera per peccatum sordidata facit Deo accepta, 50. d. & purgabit, in fi.
Item facit surgere ad opera fortiora, 30 d. quid est, in fi. & trib. c. se.
Item restituit dignitatis officia, 50. d. quia sanctitas tua, in fin. Exemplum ibi de Petro Apostolo, 2. q. 5. quanto
Quod Deus peccatores ad pœnitentiam inuitat 93. d. diaconi sunt
Quod Deus numquã spernit pænitẽtiam, etiam si ad summũ quis malorum perueniat, de pæ. d. 3. illud, §. ecce
Quod quantumcumq; paruam pœnitentiam, & quanto cumque paruo tempore factam Deus non respuit, de pænitentia, d. 3. illud, §. ecce
Item sæpius iteratam Deus non cõtemnit, de pę. d. 3 §. hac, & §. quod autem, & c. septies.
Quod pœnitentia in ultimo momẽto vitæ potest esse vtilis a salutem 26 q 6. si presbyter, &c. seq. Exẽplum ibi de latrone
Quod dubia est pęnitentia ad vltimam necessitatem dilata, de pœ. d. 7. §. 1. d. 3 § siue
Quod facilius est inuenire qui recte seruauerit innocentiam, quã qui congrue egerit pęnitẽtiam, de pę. distinctio, 3. reperiuntur, §. at ego
Qui sunt digni fructus pœnitentię, 50. d. quia tua, de pænit. d 5. §. 1. in fin.
Quod vere pœnitens semper dolet, & de dolore gaudet, de pæ. d. 3. circa prin. c. si apostolus
Quod qui pænitet, non est dicendus peccator, 32. q. 1. quod autem
Quod discretum debet quærere confessorem, de pę d. 1. quem pęnitet
Quod pœnitens debet considerare multa de quibus debet pænitere, & quæ aggrauant peccata, de pæn. d. 5. §. 1. quæ in his verbibus continentur

Aggrauat ordo, locus, peccata, sciẽtia, tempus.
Aetas, conditio, mora, motus, copia status.

Quod pœnitens dẽt promittere vlterius se tal a non factum, 12. q. 2. d̃ viro, 23. q. vlt. pessimam.
Quod vere pęnitens omnia quæ ei imponuntur sustinere debet libẽter, de pæ. d. 2 circa prin.
Quod pęnitenti prosunt. orõnes, eleemosynæ, & alia bona ecclesiæ, de pę. d. 6 § 1.
Quod pęnitentia Nabuchodonosori dicitur fructuosa, 23. q. 4. Nabuchodonosor
Quod nullus debet pœnitentiam alteri imponere, vel absolutionem facere: sine episcopali licẽtia, nisi priuilegiatus auctoritate apostolica, 16. q. 1. peruenit
Quod confessor cum gaudio & pio affectu debet suscipere pœnitentes exemplo Christi, 26. q. 7. pœnitentem.
Quod per pęnitentiam contrahitur filiatio spiritualis sicut per baptismum, 30 q. 1. omnes
Quod nulli pęnitẽti venia debet denegari, 2. q. 5. quanto

Quod

Quod pœnitentia ne homines despe rent quandoque est mitiganda, quia melius est reddere rationē de misericordia quam de crudelitatē, 26. q 7. de his, &c. alligant.
Quod indiscrete imposita nocet, qa ex hoc præcedens contemnitur, & futura fugitur, 26. quæstio. alligant.
Quod in extremis nulli est denegāda, 26. q. 6. si quis de corpore, & septem c seq.
Quod in articulo mortis pœnitens loqui non valens per signa petit pœnitentiam, debet absolui, 26. q recedunt, & tribus c. seq.
Quod clericis petentibus pœnitentiam non est neganda, 26. q. 6 q recedunt.
Quod clerici quidam peius agunt pœnitentiam quam laici, de poe. d. mensuram.
Quod clerici quidam prōpti sunt alijs pondus pœnitentiæ imponere, sed suo digito non curant tangere, 39 q. 7. alligant.
Quod imponenda est pœnitentia secundum qualitatem delicti, 15 q. 1. si quis, 23. q. 5. circa fi.
Item secundum qualitatem delinquentis, 26. q. 7. tempora pœnitudinis, & quinque c. seq. de conse. d 4 de pœnitentibus, de poe d. 1. in actione.
Quod imponitur pœnitentia ad cautelam, 15. q. 1. si quis insaniens, 23 q. 5. excommunicatorum.
Quod criminosi sunt compellendi ad pœnitentiam agendam, 23. q. 4. displicet.
Quod pœnitentia est arbitraria iuxta discretionē imponentis, 26. q. 7 hoc sit, de pœ distinct. 1. mensuram.
Item est arbitraria secundum exigētiam ætatis, ægritudinis, & necessitatis, 2. d q. 7. tempora pœnitudinis, &c. hoc sit.
Quod licet pœnitentia sit arbitraria, pro quibusdam tamen culpis modi pœnitentiæ, a canone sunt impositi, de poe. d. 1. mensuram.
Quod episcopo siue presbytero fornicāti cum filia spirituali est q ndecim annorum pœnitentia imponenda, 30. q. 1 si quis sacerdos
Quod decennis pro matricidio, 33. q 2. latorem.
Item pro fornicatione religiosi, vel religiosæ, 27. q. 1 deuotam.
Quod septēnis imponitur pro ecclesiæ inuasione, 12. q 2 de viro.
Item pro incestu, 30 q. 4. si pater.
Itē p uxoricidio, 33. q 2. admonere
Item pro homicidio, adulterio, & periurio, sed differenter, 22. q. 1. prædicandum.
Quod quandoque periurantis pœnitentiā sunt septem anni, quandoque tres, quandoque vnus quandoque minus, secundum iuramēti differentiam, 22. q 5 qui compulsus, & tribus c. seq.
Quod ecclesia cōsueuit p quolibet peccato mortali septennem pœnitentiam iniungere, sed magis & minus agrauare, 33 q 2. hoc ipsū.
Quod ab hæreticis sacramenta recipientes diuersimode puniuntur 34. q 1. si quis dederit.
Quod pnia rebaptizatorum diuersificatur, de consecr. d. 4. qui bis, & c eos quos
Quod pœnitentia incendiariorum est, quod post damni restitutionem in terra sancta per unum annūdemorent, 23 q vlt. pessimā
Qualiter pœnitentia solennis, & publica est imponenda, & assumenda est, 50. dist. pœnitentes, & c p. seq.
Quod imponitur pro magnis crimibus de pœ. d. 1. in actione
Quod iuuenibus nō est facile imponenda, 50. d pœnitentes.
Item nec clericis nisi prius suis ordinibus degradatis, 50. d. confirmādum, & duobus c. seq.
Quod non debet iterari, 50. d. si qs post remissionem, §. prox.
Quod facientes eam non debent interim communicare, nisi in articulo mortis, 25. q 9. si quis, & tribus c. seq.
Quod non debent malitiam sæcularem vel pompam exercere, de pœ. d. 5. contrarium, 50. d. c. vlt.
Quod tales non possunt ad sacros ordines promoueri, 50. dist. ex pœnitētibus, & quatuor c seq. & c. illud, &c. placuit.
Quod quamdiu sunt in pœnitentia actu non possunt in curia sæculari aliquem accusare, 11. quæst. 1. aliud.
Quod post pœnitentiam matrimonio possunt uti, de licentia contrahere, 33. q. 2. audiuimus, usq; ad finem quæstionis.

De pœnitentia habes ubi agitur de Contritione, & ubi agitur de Confessione, & ubi agitur de Satisfactione.

PENTECOSTE. Quod Pentecoste in eadem letitia, & reuerentia est sicut festum Paschæ, 76. d. post e.
Quod in vigilia Pentecostes diaconi propter aduentū spiritus sancti dalmaticis debent vti, & flectamus genua non debet dici 76. d de ieiunio.
Quod a Pascha usq; ad pentecostē si qui ieiunare voluerint, n sunt prohibendi, 76. distin. post pascha.
PERCVSSIO Quod percussio est duplex, videlicet spiritualis, & corporalis. Spiritualis quæ fit uerbo, Corporalis quæ fit facto, 45. d. cum beatus.
Quod spiritualis percussio fit qn doctor inutili sermone conscientiam percutit infirmorum, 45. d. c. ult.
Quod corporalis percussio fit aut a Deo, aut ab homine, 6. q. 1. cum percussio.
Quod percutitur quis corporaliter diuino iudicio, 19 d. Anastasius, 15 q. 1 nec hic, &c. seq.
Quod diuinæ percussioni percussio hominum non debet superaddi, 7. q. 1. cum percussio.
Quod percussio corporalis ab hoīe qui præest ad correctionē, est meritoria, 45. d. cum beatus, §. Salomon, &c seq.
Nam qui emendat verbere in quē ei potestas datur, misericordiam facit, 45. d & qui emendat.
Quod beatus Benedictus percutiendo corporaliter quendam monachum sanauit spiritualiter, 45. d. cum beatus, § Salomon.
Quod pcussio ex odio vel ira, mala est, 45. d quid autem.
Quod prælati debent esse pastores non percussores gregis, 45. d. c. 1.
Quod prælati qui percussione non vitia corrigunt, sed timeri quærunt, culpantur, 46 d. dnæ, § pro.
Quod episcopus nullum suis manibus, sed per alium debet percutere, 86 d. non liceat, & 5. q. 5.
Quod episcopus vel presbyter percussor debet deponi, 1. q. 7. si quis omnem, in fi. 45. d. duæ, §. ex his.
Quod minores clerici ab his qui p sunt, pro ipsorum excessibus possunt percuti, 45. d. cum beatus, §. Salomon.
Quod illud, qui te percusserit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram, non ad litteram intelligitur, quia nec Christus, nec Paulus apostolus hæc ad litteram impleuerunt, 23. q. 1, paratus.

De hac materia habes vbi agitur de Disciplina, & vbi agitur de Correctione, & ubi agitur de Flagellatione.

PEREGRINATIO. Quod peregrinatio ad loca sanctorum non est contemnenda, quia a sanctis patribus est approbata, 30 d. si qs per superbiam
Qd nulli religioso, vel clerico licet vouere peregrinationē, vel assumere sine licentia sui prælati, 20. q. 4. c. ult & 5. seq. de conse. d. 5. non oportet.
Quod peregrini sanctorum, & præcipue Apostolorum vbicumque sine pedagiis, & sine aliis nocumentis debent transire, 23. quæst. quarta si quis Romipetas, & c. illi qui.

Quod

Quod non est laudabile peregrinũ fuisse Hierosolymis, sed ibi bene vixisse, 12 q.2.§.Crates.

Quod peregrini clerici absq; formata in alia diœcesi non debent recipi, 71.d.c vlt.

Quod transmarini vel alij clerici peregrini non debẽt nisi cum quinque sigillis episcoporum ad ordines recipi, 98 d.per totum.

Quod peregrini episcopi vel presbyteri in via peregrinationũ possunt occulte celebrare, 7.q. 1. episcopi vel presbyteri, 9.q.2.per totum.

Quod possunt tabernas ingredi, 44. d.clerici.

Item licet eis mutare habitum, 21. q 4.episcopi.

Item licet ei excommunicatis in cibis communicare, 11.quæ.3. qm̃.

PERFECTIO. Quod perfectio nõ admittit personalem rerum, repetitionem, 13.q.1.per totum, 11.q. 1 te quidem.

Quod omnes episcopi debent esse in statu perfectorum, 14.q 1.episcopus, & § se.12.q.1.expedit.

Quod perfecti debent temporalia contemnere, 12.q.1.clericus.

Item nil debent extra Christum q̃rere, 12.q.1.cui portio Deus est.

Item totaliter contemplationi intẽdere, 12.q.i.duo sunt.

Item iniurias patienter tolerare, 14. q.1.quod debetur.

Quod perfectis nec mentiri, nec dicere falsum est permissum, 22.q.2. ne quis.

Quod illi ꝑfecti dicunt̃ in charitate qui pro fratrib. parati sunt mortẽ subire, de poe.d 2.§.hæc quæ.in fi.

Quod perfecta non videntur quæ ꝑfectionis ordine non complẽtur, 7.q.1.nihil. Exemplum ibi de Missa per alium complenda.

PERIVRIVM. Quod periurium est nequiter decipere credentem, 22. q 2.c 1.

Item periuriũ est falsa iuratio ignorãter facta, hoc nõ est peccatũ vbi nõ temere iuratur, 22.q 2.beatus.

Itẽ primi periurium est falsa iuratio sciẽter facta, i.actus firmandi mẽdacium iuramẽto, hoc semper est mortale, 22.q.2.homines.

Item periuriũ est indiscretum iur̃m licet non sit mortale, 22. q.4. sacro, 25.d. vnum orariũ, § alias.

Item periurium est transgressio iuramenti: hoc quandoque est peccatum, quandoque nullum, 22.q.4. inter certa, &c.se.

Quod ubi tres comites, videlicet veritas, iustitia & iudicium desunt, non est iuramentum, sed periuriũ 22.q.2 animaduertendum.

Quod etiam si non iuretur super sacra, & iuratur in cõi locutione, incurrĩt periuriũ, 22.q.1.habemus.

Quod minus malum est incurrere ꝑiuriũ quàm noxia promissa adimplere, 13.dist duo, 22.quæ.4.vnusquisque.

Quod periurium sine deliberatione vel iocose cõmissum reputatur veniale p ccatum, 25.dist.vnum orarium, §.quæ, autem.

Quod pœna periurij est sicut homicidæ, 22.q 4.inter cætera, circa med.

Quod periurus ẽ infamis, nec admittitur ad ordines sacros, 6.q.2 infames.

Item non admittitur ad testimoniũ ferendum, 6.q.1.quicumque, 22. q.5. si quis conuictus

De Periurio habes ubi agitur de Iuramento, & de pœna periurij vbi agitur de Pœna.

PERMISSIO. Quod est permissio prouidæ cõcessionis, vt matrimonii contractus, causa vitandę fornicationis, 13. d.nerui, & hæc ex toto facta excusat.

Item est permissio indifferentis actionis, quę non præcipitur, nec prohibetur, ut dum vir fortis petit præmium, 3.d.omnis.

Item est permissio rationis, ut cum permittitur minus malum & illi citum, nec committatur grauius, 13.q.d.nerui.

Item vt permissio obligationis, vt cum vir permittit vxorem aliquo voto se adstringere quod post de necessitate est implendum. 33. q. 5.manifestum.

PERMVTATIO. Quod permutatio ecclesiarum vel monasteriorũ potest fieri, sed non per sęculares, 16.q.6.nemini.

Quod talis permutatio non debet fieri causa leuitatis, sed causa meliorandi, 16.q 7 si quis vult.

Quod permutatio ecclesiarum nõ debet fieri sine consensu episcopi, 16.q 7.si quis vult.

De hac materia habes vbi agitur de Mutatione.

PERSECVTIO. Quod persecutio est duplex, videlicet carnalis qua malus persequitur bonum: & spiritualis, qua bonus malũ propter bonum persequitur, 23.q 4.qui secundum 6.q.1 quiescite.

Quod semꝑ mali bonos q persequũtur, 3 q.1 nulli dubium.

Quod persecutio fit inuidia cordis, detractione oris, & inflictione operis, 6.q.1 sunt plurimi, §.verum, & 3.q.4 detractores.

Quod Deus permittit persequi bonos, vt excessus eorum ex hoc sufocẽtur, 6.q.1.sunt plurimi.

Quod diabolus præcipue ꝑlatis persecutionẽ à subditis procurat, vt capite lãguescente facilius mẽbra ruant, 6.q.1.sunt plurimi, §.verũ.

Quod persequi prælatum est persequi Christum, quia vicarius suus est, 7.q 1 omnis.

Quo prælati exemplo Christi debẽt persecutores patienter tolerare, 7.q 1 suggestũ.& 1 sub is cap. seq.

Quod præ… duplex p… cat…, vna exterior, quæ respicit pa…, al a interior quæ respicit com…, 7.q.1.aduersitas, ante med.

Quod exterior persecutio cum prælato infertur ratione personæ, est exemplo fugienda, sed cum ratione gregis vel fidei est constanter subeunda, 7 q.1.aduersitas.

Quod prælato … persequentes sunt infames … o relegantur, 3 q.4 clericus, … seq.

Quod malos persequi propter correctiones eorum nõ est malum, 23. q.4 ille porro, vsque ad c.si nõ, §. breuiter.

Quod boni laudabiliter persequuntur malos, & mali damnabiliter bonos, 23.q 4.si non, § breuiter.

Quod Christus non est iniuste persecutus flagellando, quos expulit de templo, 23.q.4 ille, §.porro.

Quod non est iniquitas, sed potius pietas, criminis esse persecutorũ 13.q 5 non est iniquitas, &c. si ꝓpterea, &c. non vos.

Quod hæreticos & alios infideles ꝑsequi non ratione zeli, sed ratione vindictæ vel rapinæ, non est sine crimine, 23.q 4.remittuntur, & q.7.quicumque.

De hac materia habes ubi agitur de Aduersitate, & ubi agitur de Patientia.

PERSEVERANTIA. Quod perseuerantia bona est ex virtute patientiæ, 7 q.1 suggestum.

Quod perseuerantia habenda est in bono proposito conseruando, 16. q 1.nos autem.

Item mala preterita ne redeant soliciteᵉ cauendo, de poen d.2.c. quærendum, post med.

Item tribulationem vsq; ad finem sustinendo, 7.q.1.suggestum.

Quod qui perseuerauerit vsque in finem, hic salus erit, 7.p.1.suggestũ, de pœn d 2 non reuertebantur.

Quod illud quod voluntate fit perseuerat: quod necessitate, cito soluitur, de cons.d.5.quidquid.

Quod retro post aratrum respicit, qui incæpto bono nõ perseuerat, de pœnit.d.2.pennata animalia.

Quod perseuerantia in bono est donum Dei pœn.dis.3.si quis, circa fin.

Quod multis Deus dat dilectionem sui quibus non dat perseuerantiam, de pœnit.distinct 2.c. quærendum, in fi.& §.non autem, ante fi.

Quod in cassum bonum agitur si ante vitæ terminum deseratur, quia & frustra velociter currit qui prius quam ueniat ad metas deficit, de pœn.dis.3.§.primo, in fin.c.incassum.

PER-

PERSONA. Quod persona tantũ est in Christo licet diuersæ naturę, 15. d. canones, ante med.
Quod Arius damnatus est quia pe- nebat inæqualitatẽ in diuinis personis, 15 d canones, ante med.
Quod personarum accep io non est apud Deum, 32. q. 4. sicut, de cõs. d. 4. nec quemquam.
Item nec debet esse apud homines videlicet in prælatorum electione, 63. d. sacrorum.
Quod personarũ trinitas semper est exprimenda in baptismo, de con se. d. 4. de trina, & quinque c. seq.
Item in sententiæ executione. 2. q. 2. si quis presbyter, 11. q 3. summo pere.
Item in pęnitentiæ impositione, 26. q. 7. sacerdos.

De hac materia habes vbi ponitur Acceptio.

Vtrum plures personatus unus possit tenere, 21. q. 1. & 2. per totum.
PETITIO. Quod petitio ẽ duplex, videlicet iusta, & iniusta, 23. q. 3. sex differentiæ ante fi.
Quod iuste petitur a Deo, & ab homine auxilium, tribulatio remoueantur, sed iniuste petitur, vt uoluptuosus status conseruetur, ibi.
Quod Paulus ut conseruaretur, non ad uoluptatẽ, sed aliorum vtilitatẽ iuste petiuit auxiliũ armatorũ.

De hac materia habes infra vbi ponitur Plus petitio.

PETRVS. Quod Petrus a petra Christo nomen accepit, 21. d. §. decretis, ante fi.
Item dictus est cephas, idest, caput: quia principium tenebat apostolatus, 22. d. sacrosancta, 21. d. §. decretis.
Quod a Domino princeps apostolorum constituitur, ut ab ipso uelut a capite in membra, uelut a fonte in riuos omnis uigor spiritualis descẽderet 19. d. ita Dominus, 21. d. in nouo, 80. d. in illis, 24. q. 1. loquitur, c. manet ergo. & tribus c. seq.
Quod super ipsum Dominus velut supra firmam petram totam ecclesiam omnino inseparabiliter collauit, 19. d. ita Dominus. 22. d. omnes, 24. q. 1. non turbatur.
Quod in eo quod aurem Malchi p̃scidit, innuitur, quod sua professione fidei, auditum infidelitatis amputauit 24. q. 1. si Petrus.
Quod ipsum Dominus cadere permisit, ut & fortior post casum resurgeret, & ex culpa sua discerct qualiter cadentibus misereri deberet, 50 d. considerandum, & c. seq.
Quod ter negauit, & ter confessus ẽ a mare, innuitur quod satisfactio debet fieri iuxta quantitatem delicti, 5. q. 1. imitare,
Quod in hoc, quod dictum est Petro, Conuerte gladium tuum in vaginam, prælatis & clericis ultro inhibetur, 13. q. 8. §. 1.
Quod Tabitham suscitauit & Ananiam cum Sapphira morti tradidit, 13. q 8 Petrus.
Quod in hoc non repulit reprehensionem subditorum, exemplum dedit prælatis idem faciendi, 2 q. 7. Petrus, & c. seq.
Quod in hoc, quod Dominus Petrum post trinam negationẽ non statim iudicauit, exemplum dat, quod prælati non statim sunt iudicandi, sed potius corrigendi, 35. d. licet plerumque.
Quod Christus respiciens Petrum fecit eum suum deflere peccatũ. 23. q 4. sicut non est.
Quod Petrus Linum & Cletum in administrationem exteriorem assumpsit. Ipse vero Petrus orationi, & prædicationi uacauit, 8. q. 1. n Petrus.
Quod Petrus & Paulus fuerunt pares quo ad meritum, non quo ad dignitatẽ, in qua præcessit Petrus, 2. q 7. Paulus Petrum.
Quod ambo simul in uno die in vrbe Romana sunt occisi a Nerone 11. d. quamuis, 22. d. sacrosancta. 2. q. 7. beati.
PHILOSOPHIA. Quod philosophia liberalium artium non reprobatur, salubrior tamẽ est sacra scriptura, 37. d. si quis artem.
Quod sciẽtia Philosophiæ sicut Astrologia, & huiusmodi non dicit ad salutem, sed mittit in errorem, 37 d. legimus, §. sed & contra.
Quod non Dialectica placuit Deo saluare, populum suum, quia regnũ Dei in simplicitate fidei est, 26. d. omnem.
Quod garrulitas Philosophia gar rulitati ranarum comparatur, 27. d. legimus, § hinc etiam.
Quod in illis præcipue Philosophia uituperatur, qui ipsa utuntur ad delectationem, non ad fidei utilitatem, 37. d. turbat, §. cum ergo.
Quod sancti quandoq; usi sunt Philosophia 37. d. turbat, & c qui de mensa, & c. 1. q. 1. Dũs declarauit.
Quod dicta Sibillæ, & aliorum Philosophorum ualent ad conuincẽdum paganorum uanitatem, 37. d. si quid.
Quod sacra scriptura, nec sub uenustate nec suo Philosophicis terminis est p̃ferẽda, 38. d. ecclesiastica
PIETAS. quod pietas est mater boni operis, 22. q 2. si qualibet.
Quod culpa purgatur pietate, 22. q. 2. si qualibet.
Item meretur temporaliter, & æternaliter remunerari.
Quod scientia est pietatis ueteris, & noui testamenti intelligentia, 37. si quis artem.
Quod non est mentiendum in doctrina pietatis, 22. q. 2. primum.
Quod sub specie pietatis peccatũ mortale non est committendum, 22. q. 2. ne quis.
Quod crimina punire non est crudelitas, sed pietas, 23. q. 6. l egi.

De hac materia habes vbi agitur de Eleemosyna, & vbi agitur de Misericordia.

PISCES. Quod pisces ad manducandum a carne abstinentib. conceduntur, 4. d. denique.
Quod pœnitentes, non piscibus, sed pisciculis uti debet, 82. d. presbyter.
Quod cum a carnibus abstinetur a carioribus cibis piscium est abstinendum, 4. d. denique.
Quod propter pisces malos retia prędicationis non rumpuntur, 23. q. 7. c. 1. in fi.
PLACENTIA. Quod placẽtia malorum a prælatis non est appetenda 83. d. nihil.
Quod placendi causa hominib. veritas non est annuncianda, 22. q. 1. primum.
Quod pastor quęrens lupis placere, pernicies est ouium. 86. d. nihil.
Quod si ut Abraham placuit in coniugio, sic nunc placens virgines in castitate, de pœn. d. 2. si enim inquit. ultra medium.
Quod secundum carnem viuentes Deo placere non possunt, 82. di. proposuisti circa fin.
PLANCTVS. Quod planctus conuenit pœnitentibus, qui debet mala perpetrata plangere.
Item cõuenit bene monachis, quia monachus non habet Doctoris officium sed plangentis, 16. q. 1 monachus.
Item conuenit compatientibus, sed discrete: sicut quando mortui plãguntur, 13. q. 2. quam præposterũ, & c. seq. § hoc autem.

De hac materia habes vbi agitur de Fletu, & de Lacrimis.

PLVS PETITIO. Quod plus petitur multipliciter, videlicet re, ut quando pro decem uiginti petũtur, 14. q. 1. quod debetur.
Item plus petitur tempore quando ante tempus petitur, 76. dis. c. 1. 2. & 3.
Item loco plus petitur quando non ubi soluere conuenit petitur, sed alibi, 33. q. 2. siue 7. q. 1. si quis episcopus.
Item causa, ut ubi duo promittunẽ sub alternatione, & alterum petitur quod fieri non potest, uel non debet 15. d. nerui. 22. q. 4 unusquisque. Exemplum ibi de Herode & saltatrice.
POLLVTIO. Quod pollutio carnalis lasciuię, plus inquinat homines inter septem peccata mortalia 32. q. 7. non solum.

Quod

Quod dupliciter contingit pollutio carnalis, videlicet dormiendo, & vigilando, 6. dist. testamentum.
Quod dormienti quatuor de causis contingit, aut ex crapula: aut ex naturæ superfluitate, aut ex infirmitate, aut ex cogitatione, 6. distinct. testamentum.
quod pollutio contingens ex crapula vel cogitatione mala, peccatum generat, sed differenter, 6. dist. testamentum.
An taliter pollutus debeat celebrare vel communicare, habes vbi agitur de Eucharistia.
quod vigilando contingit pollutio ordinarie sicut cum vxore propria propter quam olim aqua lauabantur, nunc autem per aquam benedictam mundantur 33. quæst. 4. vir cum propria.
Item extraordinarie, & hoc multipliciter, videlicet per concubinatum 36. q. 1. lex illa, §. cum ergo.
Item per adulterium, 32. q. 5. puto.
Item per incestum 35. q. 2. & 3. de incestis, & duobus c. seq.
quod extraordinaria dicitur pollutio quando fit extra vas debitum mulieris, quæ tamen non impedit matrimonium, 35. quæst. 3. extraordinaria.
Item extraordinaria pollutio dicitur quando peccatur in eadem specie cōtra naturam, 32. q. 7. flagitiia, & cap. vsus.
Item extraordinaria est quando peccatur contra naturam in alia specie: sicut cum brutis, 16. q. 1. mulier.
quod caro quandoque polluitur fine mentis pollutione, sicut contingit in oppressione. 32. q. 5. §. ille.
quod mens quandoque polluitur si nec corporis inquinatione, 32. q. 5. nec solo.
POPVLVS. quod decem faciunt populum, 10. q. 3. vnio, in fi.
quod propter peccatum populi quandoque Deus dat malum prælatum 8. q. 1. audacter.
POSSESSIO. quod possessio rerum multiplex reperitur, quia vel est de iure humano, 23. q. 7. c. 1.
quod possessio terrena non lege diuina quæ vult omnia esse communia, distincta est; sed lege humana quæ statuit meum, & tuum, 7. dist. quo iure.
quod hæretici, & infideles nec iure humano res possident, 23. q. 7. c. 1.
quod laici licite possident temporalia, dummodo licite vtantur, 12. q. 1. duo in fi.
quod labores suos bene possidet, qui non dominandi cupiditate, sed bene vtendi pietate possidet, 23. q. 7. quemadmodum.
quod iniuste possidentur male acquisita, & male detenta, 14. q. 4. quid dicam.
quod qui conquisitis vti nesciunt, aliena possidere conuincuntur, 24. q. 4. quid dicam.
quod bonæ fidei possessor dicitur quādiu quis ignoranter possidet alienū, 34. q. 2. si virgo.
quod bona fides non ad tractum medij temporis, sed ad initium possessionis refertur, 17. q. 3. placuit, §. potest.
quod possessor deficiente actore titulū suæ possessionis probare non cogitur, 2. q. 5. §. 1.
quod non possident aliena fideles qui bona hæreticorum, & infidelium exceptis Iudæis tenent, 23. q. 7. si de rebus, & duobus c. seq.
DE POSSESSIONE PERFECTORVM. quod perfectorum nō est possessio, aurum, & huiusmodi, sed ipse Deus, 12. q. 1. clericus, & duobus c. seq.
quod in communi possidere non est cōtra statum perfectionis, 12. q. 1 expedit, & c. videntes, & c. habebat. Exemplum ibi de Christo, qui loculos habuit.
Quod cum Iuda cadit damnabiliter à statu perfectionis qui vsurpat possessionem proprietatis, 12. q. prima, ex ē plum, & cap. certe, & capitu. si priuatum.
Quod res in communi possessæ fideliter sunt dispensandæ, 12. q. 2. res, & duobus c. seq.
Quod possessio ecclesiæ communi præscriptione non potest alienari, 16. quæst 4. possessiones, & §. se. & cap. seq.
Quod ecclesiæ non est danda sterilis possessio. 19. q. secunda, casellas, §. hoc ius.
POSSE. Quod posse peccare non est posse. de pœn. dist. 2. ante fi.
Quod excepto Deo omnes peccare possunt, de pœn. distinct. 2. si enim inquit, distinctio. 3. siue capitu. inter hæc 1.
Quod Deus vocatur omnipotens, quia omnia potest quæ posse est aliquid posse, de pœn. distinct. secunda, circa fin.
Quod lex non statuit aliquid contra posse humanum, 4. dist. erit, 14. q. 6. si res.
Quod est posse iuris quando istud possumus quod de iure possumus, 2. q. 3. nos in quemquam, 50 distin. si quis, præpostera.
Item dicitur posse naturæ, vltra quod natura non potest de consec. dist. 4. numquam.
Item dicitur posse facultatis, vbi illa deest, repetitio non competit, 14. q. 6. c. 1.
Item dicitur posse officij, vbi quantum committitur tantum potest, 2. q. 6. decreto.
Item est posse pietatis, quod pro salute aliorum impēditur, 22. q. secunda, faciat.
Item est posse diuinæ voluntatis, quod sanctorum patrum, & omnium hominum statuta transcendit, 25. q. 1. contra. Vnde versus.

Posse quidem rebus dant ius, natura, facultas.
Officium, pietas, sextum diuina voluntas.

De hac materia habes vbi agitur de Potestate.

POSTVLATIO. Quod postulatio dupliciter accipitur, vel pro aduocatione, vel pro petitione 3. q. 7. infames 61. dis. Osius, §. sed alius.
Quod postulatio primo modo est desiderium suum vel amici sui in iure apud eum qui iurisdictioni præest, exponere, 3. q. 7. infames.
Quod quidam prohibentur omnino postulare, vel propter ætatem, vt minores, 17. annis vel propter causam, vt surdus, vel propter sexum, vt fœmine, vel propter notam turpitudinis, vt hermaphroditi, vel cæci qui sunt vtroque lumine priuati, 3. q. 7. infames.
Item nulli criminosi, & infames nisi prius restituti, non possunt postulare.
quod in alieno negotio numquam postulare siue aduocare debet episcopus 14. q. 1. c 1.
Quod episcopus pro pœnæ remissione miserorum postulare potest. 14. q. 6. hi qui in furtis, & 13. q. 5. c. 1.
Item pro se, & ecclesia sua, & miserabilibus personis postulare potest, & hoc nō sæpe, ne vilescat dignitas, 88. dist. perlatum.
Quod alij clerici in causa criminali forensi postulare non debent nisi intercedendo pro reis, 23. q. 5. c. 1.
Quod in causa ciuili sæculari diaconus & superiores postulantes repelluntur, 11. q. 1. se quidem.
Quod in ciuili ecclesiastica diaconus, & superiores admittuntur, sed salarium nequeunt petere, 15. q. 2. obseruandum, 11. q. 1. experientiæ, & c. seq.
Quod monachi vel claustrales non nisi pro domo sua, & hoc de licentia abbatis sui possunt postulare, 16. q. 1. monachi à monasterio, & c. placuit communi.

De hoc habes vbi ponitur, Aduocatus.

Quod postulatio siue petitio fit de laico, vel alterius ecclesiæ clerico propter probitatem personæ, 71. distin. Osius, & §. sequen. & c. nullus inuitus 71. dist. primatus.
Quod aliud est postulari, aliud eligi 61. dist. Osius.
Quod postulatur laicus vel alterius diœcesis clericus, sed eligitur clericus nulum habens impedimentum, 61. dist. Osius §. sed aliud est.
Quod postulatio fit simpliciter petitione vel electione cum solemnitate decreti omnium, subsc. iptione roborati. 61. dist. Osius, §. sed aliud est, & c. seq.
Quod laicus primo est postulandus, demum.

demum eligēdus: sed clericus primo eligendus, demum postulandus, 61. dist. Osius. §. sed aliud est.
Quod in postulatione omnium eligentiū requiritur consensus, 61. d. episcopus dum, 63. dist. litteras, 76. dist. dilectionis.
Quod postulatus per suum prælatum debet concedi, 76 dist. dilectionis, 7. q. 1. episcopus de loco.
Quod vacante ecclesia capitulum non potest concedere postulatum, 71. dis. fraternitatem, 24. dist. c. 3. & 4.
Quod episcopus non potest compelli ad dandum clericum postulatum, 85. dist. archidiaconum Florentinum, in fine, 76. dist. dilectionis, 63 dist. litteras.
Quod episcopus videtur posse compelli ad dandum clericum postulatum per superiorem, 12. q. 1. omnis, in fi.
Quod postulatio non iuri, sed gratiæ innititur 63. dist. litteras.
Quod postulatio vitiatur, si postulantes diffidunt de iure suo nisi sit iam superiori præsentata, 28. dist. de Syracusanæ.
POTESTAS. Quod potestas Dei præcedit omnium hominum potestatē, 8. dist. quæ contra.
Quod potestas non est nisi à Deo siue iubente siue sinente 23. q. 1. quid culpatur in bello.
Quod potestati Dei resistit qui ordinationi Dei resistit, 1ū. q. 3. qui resistit.
Quod illud quis potest quod de iure potest, 2. q. 1. nos in quemquam 22. q. 2. faciat.
Quod aliud est iniusta potestate iuste vti, & aliud iusta iniuste vti 14. q. 5. neque, in fi.
Quod meretur potestam amittere qui sibi concessa abutitur potestate, 11. q. 3. priuilegium.
Quod potestas est duplex, videlicet pontificalis, & regalis, 96. dist. duo. 23. q. 5. principes.
Quod Christus actibus suis officia potestatis tam pontificum quam Imperatorum discreuit, 96. dis. cum ad verū.
Quod vtraque potestas se debet iuuare mutuo, 23. q. 5. principes, & quattuor c. seq.
Quod sicut antecedunt diuina humana & cælestia terrena, & spiritus carnem, sic antecedit pontificalis potestas regalem, 10. dist. suscipitis.
Quod Imperator debet subesse potestati Papæ, 96. dist. si imperator, & c. sicut vsque ad finem.
Quod potestas Papæ in concilijs excipitur, & statuta conciliorum sua potestate confirmantur, 17. dist. per totū.
Quod potestas Imperialis siue regia nō est vituperanda 14. q. 5. neque.
Quod personæ ecclesiasticæ ratione prædiorum tenentur potestatibus sæcularibus obedire, 23. q. 8. conuenior. & c. tributum Exemplū ibi de Christo.
Quod potestas sæcularis non habet ius in spiritualibus, 23. q. 8 tributum.
Quod cum præcipitur, quod non licet, ibi potestas est contemnenda, 11. q. 3. qui resistit.

Quod alia est potestas officij, alia executionis 24. q. 1. miramur. §. prox.
Quod suspensi habent potestatem, sed non executionem potestatis, 1. q. 1. quod quidam, §. ex his, circa prin. 24. q. 1. miramur. §. prox.

De Potestate Imperatoris habes vbi agitur de Imperatoribus, & principibus, & de Potestate episcopi, vbi agitur de episcopis, & sic de alijs vbi agitur de singulis.

PRAEBENDA. Quod præbendæ in duabus ecclesijs vni non sunt dandæ, 70. dist. sanctorum 89. dist. singula.

De hac materia habes vbi agitur de Beneficijs, & vbi agitur de officijs.

PRECARIAE. Quod precariæ dicūtur quædam precationes vsus fructus in recompensatione proprietatis, 10. q. 2. precariæ. 12. q. 2. præcariæ.
quod precarium vtendum conceditur quamdiu patitur qui concessit, 12. q. 2. sæpe.
quod precariæ cum fiunt, sunt in scriptis redigendæ: ne per rentention em diutinam præiudicium generetur, 12. q. 2. sæpe.
quod precariæ de quinquennio in quinquennium debent renouari, 10. q. 2. precariæ.
quod precariæ irrationabiliter factæ præcipue ecclesiarum successori non præiudicant, 10. q. 2. de precarijs.
quod præcario possidentes præscribere non possunt, 16 q. 3. clerici, & c. seq.
PRAECAVERE. quod præcauendū est futuris periculis, 13. dist. in nomine, circa princ. 51. dist. designata, 28. dist. de Syracusanæ 82. dist. proposuisti, circa med.

De hac materia habes vbi agitur de Cautela.

PRAECEPTVM. quod præceptum Dei omnibus præceptis antefertur 8. di. quæ contra. 11. q. 3. si is qui, & c. se.
quod decem generalia sunt præcepta Dei, quæ decalogus dicuntur, 32. q. 4. meretrices. Vnde versus.

Idola sperne, Dei tibi non sit nomen inane.
Sabbata sanctifices, habeas in honore parentes.
Non occisor eris, fur, mœchus, testis iniquus.
Non alij nuptam, nec res cupies alienā.

quod præceptum Dei facit licitum vbi aliàs esset illicitum, 14. q. 5. dixit.
An Deus non vult vt semper fiat id quod præcipit, 22. q. 1. non est.
quod præcepta patientiæ non tam exhibitione corporis quam præparatione cordis sunt retinenda, 23. q. 1. nisi, §. his ita, & c. paratus.
Item quod præcipitur imperatur: & quod imperatur, necesse est fieri, 14. q. 2. c. vlt.
quod præceptum papæ propter obediētiam beati Petri cuius successor est, diligenter est obseruandum 19. di st. in memoriam.
quod iniustum præceptum superiorum non est implendum, 11. q. 3 si episcopus forte, & c. seq.
quod præcepta etiam sanctorum prælatorum antequam imoleantur sunt discutienda, videlicet si sunt iusta, & licita, si non sunt contra Deum, 59. dis. si quis præpostera.
quod nec papa vult vt impleatur quod per surreptionem præcipit, 16. q. 3. licet.
quod qui iustis præceptis non obtemperat, debitor est pœnæ, 14. q. 1. quisquis, 50. dist. si quis præpostera.
PRECES. quod preces hominum Deus non semper exaudit, 50. dist. si quis præpostera.

De hac materia habes vbi agitur de Oratione.

quod preces canonicæ disciplinæ contrariæ non sunt exaudiendæ, 50. dist. minor, 14. q. 6. c. 1.
quod rescripta expressam debent habere conditionem hanc, si preces veritate nitantur, 26. q. 1. rescripta.
quod iudices sunt puniendi qui præcū mendacia non arguunt, 25. q. 2. rescripta, vsque ad cap. vniuersa.
Vtrum per preces suas vel aliorum possit quis sine simonia promoueri, habes vbi agitur de simonia.

Quod pro rebus Deo consecratis, licet fuerint alienatæ, nō illæ sed aliæ redduntur. 14. q 6. cōpetimus.

Quod ecclesiæ ablata reddi debent, & ipsa sine augumento debet recipere 12. q 2. fraternitas.

Quod quandoque simpliciter, quandoq; in quadruplum, quandoque amplius ablata redduntur 12. q. 2. in antiquis, & tribus c. seq.

Quod res ecclesię propter delictū episcopi, ablatæ, reddendæ sunt. 16. q. 6 si episcopum.

Quod ecclesia potissime debet reddere aliena, qui nihil perire credimus ecclesiasticis vtilitatis, sibi ea, quæ sunt aliena, reddatur 94. dist. generalis.

Quod non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.

Quod fingitur pœnitentia ubi, cum possit, non redditur alienum. 14. q. 6. si res.

Quod qui rem ecclesiæ precarie possidet, si non reddit eam, repetitur & anathema incurrit. 12. q. 2 apostolos.

Quod qui inuentam rem nō reddit fur, & raptor existit. 14 q. 5. si quid

Quod cōmune ciuitatis tenetur cogere ciuem ad reddendum aliena 23. q. 2. dominus noster.

Quod non habens vnde reddat, nō tenetur 14. q. 6. si res.

Quod qui non est reddendo, maior pro culpa imponenda est ei corporalis afflictio. 14. q 6 c. 1.

Quod particeps est criminis q fouet aliena non reddentem. 14. q. 6 c 1.

De hac materia habes ubi agitur de Prælatis.

REDIRE. Quod pęnitens non debet redire ad peccatum, sicut, & canis ad uomitum, & sus ad lutu volutabrum, de pœ d. 3. irrisor est.

An peccata dimissa redeant propter peccatum aut non. de pę. d. 3. fere per totum.

REGENERATIO Quod regeneratio est duplex, videlicet carnalis p quam peccatum originale contrahitur: spiritualis, per quam non solum originale verum etiam volūtarium peccatum deletur. de cōs. d. 4. regenerante.

De hac materia habes ubi agitur de Generatione.

REGIMEN. Quod in creaturis siue regimine recta non potest consistere administratio 89. d. ad hoc.

Quod cælestis militia, in qua angelis archangelis præsunt, nobis etiam exemplificat, q nulla alia vniuersitas sine regimine pôt consistere.

Quod etiam bruta animalia sub regimine viuunt 7. q. 1 in apibus.

Quod etiam omnis ordo ecclesiasticus suis innititur rectorib. sicut apibus, & gruibus. unus rector est. 7 q. 1. in apibus.

Quod qui non sunt alicuius regiminis, sunt acephali 93. d, nulla. 18. q. abbatibus.

Quod non solum necessarium est regimen episcopo regenti plebem suā vel ēt pauperi regenti domū suā, sed diuiti regenti familiā suā, & regi regenti gētē suā 23. q. 4, duo.

Quod episcopi maiores sunt presbyteris tamen vtrique in communi regimine ecclesiæ debent intendere. 95. d olim in fi.

Quod talis ponendus est in regimine, qui non solum de salute animarum, verum etiam de exterioribus sit solicitus. 39. d Petrus.

Item talis qui valetudinem habeat corporis ad exequendū quod dēt. 89. d. archidiaconum. Florentinū.

Quod regimini derogatur, cum plati ad subditos, nimia humilitas monstratur. 86. d. quando.

De hac materia habes vbi agitur de Restitutione.

REGULA. Quod regula dicitur eo quod recte agat vel normam recte viuendi præbeat, 3. d regula.

Quod omnis ecclesia est regulanda secundum romanam ecclesiam, ex qua habet principium, 11. d cō sequens &c. seq.

Quod iustum est unusquisq; formet regulas magistri vnde honoris cō secrationem accepit. 12. distinctio. de ijs.

Quod ad regulam seruandam cogēdi sunt subditi. 12 distin. de ijs, in fin.

Quod regula apostoli quæ debet in ordinandis seruari, incipit 25 d. unum orarium, § nunc autem.

REX. Quod prauus rex non dicitur veraciter rex. 2. q 1. scelus.

Quod regis officium est iusta præcipere: illicita prohibere, 23. q. 4. si ecclesia, in fi.

Quod rex aliter seruit q a homo, aliter q a rex est. nam ut hō seruit fideliter uiuendo, ut rex seruit leges iustas exequendo. 23. q. 4. si ecclesia in fi.

Quod regia potestas est instituta ut mali a malo coerceantur, & boni quiete inter malos uiuant 23. q. 5. non frustra, &c. regum, & q. 4. qui peccat. ante fin.

Quod Nabuchodonosor, qui prius ad idololatriam compulit, & post idololatras puniuit, duplicem statum, videlicet ecclesiæ primitiuæ, & modernæ repræsentat, 23. q. 4. non inuenitur, &c. quando.

Quod regum est proprie facere iudicium, & iustitiam. 24. q. 5. regum officium est.

Item debet ecclesiam defendere 23. q. 3. Maximianus, & duobus c se.

Item personas ecclesiasticas. 11. q. 1. Christianis.

Item debet hæreses repellere. 23. q. 4. quando, &c. si ecclesia, in fin.

Item debet oppressos releuare. 23. q. 5 regum.

Quod generale pactum est societatis humanæ suis regibus obtemperare 8. d. quæ contra.

Item regib. debetur fidelitas. 23 q. 5. si apud.

Item debetur eis subiectio, & tributi solutio 11 q 1. si tributum. & c. magnum, & q. 3 si dominus. & c. seq. 28. q. 8. tributum.

Quod debent præcipue Deū blasphemantes punire, 23. q. 4. non inuenitur.

Quod salubre est eis epis & presbyteris sua colla subdere. 10. d. certū est. 63. d. Valentinianus.

Quod reges dicuntur clerici, se, & alios bene regentes 12. q 2. duo.

Quod peccatum dicitur regnare in homine 32 q. 7. non solum.

RELIGIO. Quod intrantes religione diligenter sunt examininandi. super cōditione generis, & super statu pręterito. 55 d. priscis.

Quod pro ingressus religionis non licet pecuniam exigere sed potest recipi uoluntariè oblata. 1. q. 1. § ho. &c.

&c placuit vt nullus &c. seq.&c. placuit vt de conse.d.4.

Quod intrans religionē vel monasteriū,si habet hæredes,& est illectus totum suum datur hæredib. 20.q.3.constituit.

Item si habet hæredes, & non est illectus,hæredes legitimam habebunt partem, & monasterio det tantum quantum vni ex filiis,19. q.3.si qua.

Item si non habet hæredes & non est illectus,totum cedit monasterio,19.q.2.perlatum.

Quod non sufficit parentum oblatio ad religionem, si in adulta ætate pueri consenserint,20.q.1.§. 1.& q.2.in qualibet.

Quod non licet pueris resilire ab oblatione parentum ad religionē postquam in ætate legitima mutuum adhibuerunt consensum, 20 q.1 firma, & quatuor c.seq.

Quod quilibet intrans religionem absolute intra annum& diem potest exire,20.q.2.puella.

Quod coactus quandocunque vult potest recedere, si postea suus nō accesserit consensus,20.q.1.sicut

Quod adolescentes eam intrantes non possunt a parentibus extrahi,20.q.2.puella.

Quod promissionibus ad religionis ingressum illecti, religiosi esse tenentur,licet res propinquis sint restituendæ,20.q.3 præsens, in fine.

Quod ante annos xiiij. masculus, vel ante xii puella, eā intrans pōt a parentibus reuocari, 20.q.2.in i qualibet,&c.seq.

Quod nullus tenetur ad religionē ad cuius introitum numquam cōsenserit,20 q.3.præsens.

Quod vt non sequatur contradictio ipsam intrantes non iurent, sed sub presbyterorum testimonio sunt recipiendi 20.q. 2.oportet.

Quod seruus sine consensu domini sui ad religionem non debet recipi,16.q.1 qui vere

Quod coniuges ad religionem intrare volentes sunt coram episcopo separandi, & in diuersis monasteriis ponendi 27.q.2.si uir, 18.q.2. diffinimus.

Quod religio non liberat a iugo seruitutis inuito domino.54.d.generalis &c si seruus sciente, 17.q.2. si quis incognitus.

Quod nulli licet aliam religionem, vel aliud monasterium, nisi petita licentia sui prælati intrare,20 q.4. monachum.

Quod sine licentia sui prælati canonicus regularis monachus effectus redire compellitur, & grauiter punitur,19 q.3.nullus, & cap. seq

Quod ideo de religione ad religionem transeuntes licentiam debent petere,ne leuitas animi vel euagationis aulu,eis imponatur, 20.q.4 § vlt.

Quod religiosi ad arctiorem uitā primo petita a prælato licentia ēt non obtenta, possunt transire, 20.q.4.monachum,&19.q.2.duę in fin.

Quod canonici siue clerici ēt episco contradicente possunt religionē intrare:quia vbi spiritus Dei,ibi libertas,19 q.2.duæ.

Quod religiosi pręaliis diuinis officiis debent inuigilare, 12.quæst.6. quia tua.

Quod propter pecuniā receptus ad religionem,tenetur quidem in ipsa remanere, res vero hæredibus sunt restituendæ, 20 q.3.constituit.

Quod intra tempus probationis pōt quis probari in habitu laudabili, 54.d.multos,17.q 2.si quis.

Quod post ingressum religionis,& tēpus probationis potest quis liberis suis,& propinquis bona diuidere, 19.q. vlt si qua mulier.

Quod recedens a religione intra tēps probationis,omnia quæ ecclesiæ tradidit potest deportare, 17 q.2. si quis.

Quod clericus religionem intrans, & intra annum exiens potest suum repetere beneficium, 17.q.2. Gonsaldus.

Quod religio tollit proprietatem,& propriam voluntatem.12.q 1.nō dicatis,&c.expedit,&c.cui portio.

Item astringit ad castitatem, 27.q. 1 impudicas

Quod communem vitā debent habere,nec denarium,nec aliquam rem priuatam debent possidere,si cum Anania nolunt interire, 12.q.1 dilectissimis,& c.scimus, &c.nolo,in fin.

Item non debent assumi ad officia ecclesiastica:vel ad sacros ordines promoueri sine licentia prælati, 58 d.per totum,& 16.q.1. si quis monachus & tribus c. seq.

Item non licet eis sine prælato uouere,& vota talia per prælatos eorum franguntur,20 q.4.monacho.

Item religioso sine licentia sui prælati non licet aliquid accipere,12. q.1.non dicans

Quod religiosi testamentum facere non possunt, 12.q 2.nolo,in fi. 19.q.3.quia.

Quod fœmina in religione caput & faciē debet velare,7. q.1.omnis.

Quod officia clamosa& litigiosa nō conuenit eis exercere,16.q.1.de præsentium.

Quod quantumcumq; religiosa sit congregatio,in ea mali 47.d.quantumlibet.

Quod qui in religione sæculariter uiuit,non sæculum fugit sed mutatur,53.dist legm.

Quod detestabile est pauperem in sæculo delicatum esse in religione,& ibi mella fastidire, 12.q.2. glo.ia.

Quod mali religiosi quia nomen sāctitatis habēt,peruerte ag... amplius nocent in ecclesia,q̄ alii,83. d.nemo,19.q.3.monaste.iis.

Quod deficientes in religione sunt, pessimi, & proficientes optimi,47 d.quantumlibet.

Quod quandoq; mutatio loci prodest religiosis: quia plerumque dū mutatur locus, mutatur & mens & affectus 81.d.valet.

Quod excessus religiosorum propter maius scandalum sunt occultandi,96 d.in scripturis.

Quod religiosi vere præ aliis sunt honorandi,16.q.1 qui vere.

Quod facilius dispensatur cum religiosa persona,quam cum alia,66. d.monachus.

Quod in fauorem religionis potest q.s sine interstitio ad ordines promoueri,ibid.

An alias ad ordinem indigni,propter religionē admittuntur, 56.d. presbyterorum,77.d.c.ult.

Quod religiosi nisi per Papam fuerint exēpti,tenentur episcopo subesse,16.q.1.qui vere

Quod locus religiosorum sine consensu episcopi non debet mutari, 19.q 7 si quis vult.

Quod episcopi & alii prælati religiosos consilio & auxilio debent souere,12.q.2 religiosam.

De hac materia habes vbi agitur de Monachis & de Monasterio.

REMISSIO. Q̄d remissio peccati nō fit nō tantum in præsenti, sed etiam in futuro,25.d.qualis hinc, & c seq.

Quod remissio peccati fit per auctoritatem,& sic fit a solo Deo,1.q.1. ita fit &c.euidenter,de pœ.d. 2.§. opponitur.

Item fit per officium,sic fit ab omni prælato tam bono quam malo,23.q.5.remittuntur

Item fit per ministri meritum,sicfit tantum per bonum, 1 q.1.remissionem,de conse.d 4. quomodo.

De remissione iniuriarum habes vbi agitur de Iniuria.

REMOTIO.Quod episcopus,vel superior prælatus non remouetur de episco,atu,nisi per solum Papam,7.q.1.mutationes.

Item remouetur p̄ crimen,50.d.si episcopus,& c.seq 7.q 1.remoto.

Item remouetur propter vtilitatem 7.q.1 mutationes.

Itē propter senectute,7 q.1.petisti

Item propter necessitatem,7.q 1.pastoralis.

Item p̄p simplicitatē,74.d.eporum

Quod remouetur se quis de loco ad locū propter leuitate, 7.q.1.non oportet & pluribus c. seq.

Item propter ambitionem, 7.q.1 si quis de pluribus c seq.

REMVNERATIO Quod quilibet remuneratur a Deo secundum merita,15.q.1.firmissime,&ex.eo in fi.23.q.5.displicet,ante fin.em.

Quod Deus temporaliter & æternaliter remunerat 22,q.2.si qlibet.
Quod nemo debet quærere pro bono qđ agit, tēporalem remunerationem,de pœ.d.4.§ quamquam.
Quod qui pro bono quod agit temporaliter remunerari non quærit, illius Deus merces erit,31.q.4.dicat. Exemplum ibi de Abraham, de consf.d.5.ieiunium.
Quod indignus æterna remuneratione pro bono quod agit,temporaliter remuneratur, de pœ. dist. 3.§.hoc,& §.seq.
Quod mali qui pro paucis bonis q̃ faciunt,in præsenti remunerātur in futuro plenius punientur,de pę.d 3.§ quamquam.
RENVNCIATIO. Quod quilibet potest suoiuri renuntiare, 7.q.1. quam periculosum.
Quod furiosus nisi habeat lucida interualla, renuntiare nō potest, 7. q.2 quamuis sit triste.
Quod non tenet renuntiatio nisi illi fiat cuius est institutio, 17 q.2. Gonsaldus.
Quod præla inon possant renunciare, nisi de licentia superioris, 7.q: 1.si quis presbyter.
Quod renuntiatio episcopatuū tm̄ debet fieri domino Papæ, 7.q.1. quam periculosum,&c.qualiter.
Quod renunciatio prælaturæ non debet admitti de facili, 7.q.1 quā periculosum,&c.quamuis.
Quod quando renuntiatio admittitur,debet fieri pro magna vtilitate vel infirmitate,7.q 1. qualiter, & c.seq.
Quod renuntiatio prælationis fienda ē ī scriptis,7.q 1.sicut,§.ecce.
Quod renuntians vlterius non pōt repetere illud quod renunciauit, 7.q.1 quā periculosum , & c.hoc nequaquam, 21.q.2.si quis.
Quod renuncians videtur posse repetere,22.q 4.magnæ.
Quod ecclesia vel superior potest repetere renunciantem , 7.q.1 non oportet, &c.si qui uero,& c.seq.
REPETITIO. quod debitum benigne remissum non inique repetitur,14.q.1.quod debetur.
Quod cum dominus dixit, si quis abstulerit tibi tunicam, non repetas non præcipiendo,sed exhortando dixit,14.q.1.episcopus,§.is ita,i si.
Quod episcopus vel alius prælatus res transitorias tumultuose & litigiose non debet repetere,14 q. 1.c.1.& c.seq.88.d. inutile.
Quod prælati quantumcumque perfecti tenentur res ablatas modeste repetere,quia res pauperū sunt dispensatores,14.q.1.episcopus,§. his,ita.
Quod vbi non pōt esse redditio, supersedenda est repetitio,14.q 6 c.1.
Quod pro iudicio vel pro alio quod venale esse non debent pecunia iniuste repetitur,14.quæst 5. non sane.

Qđ res ecclesiæ pro captiuis,& pauperibus erogatæ nō debent ab erogatore repeti,12.q.2 sacrorum.
REPREHENSIO.Quod reprehēsio tunc est iusta quādo primo fit in se,& postea exercetur in aliū, 3.q.6 qui fine,&c.iudicet,& c.postulatus.
Quod est reprehensio auctoritatis, quæ solum maioribus conuenit, & hæc debet fieri cum beneuolētia 44.d licet 86 d quando.
Item est reprehēsio zeli,quę minoribus conceditur in minores, & hæc dēt fieri cū reuerentia, 21.d. nolite.2.q.7 si quis sup his,§.px.
Item est reprehensio temeraria,quę vergit ad infamiam,& hæc,nec p̄lato ad subditum,nec subdito ad prælatum conceditur, 21.d. nolite,2.q 7.plerumq;,&c.quętitur.

De hac materia habes ubi agitur de Accusatione,& Correptione

REPVLSIO. An repellere vim sit peccatum, 23 q.1.§ 1.
Quod perfectus debetpatienter iniuriam sustinere ab his, quos optat bonos esse,22.q.1.paratus, 11.q. 3.ita sepe.
Quod perfectis licet iniuriam uerbis & non verberibus repellere, 23.q. 1.paratus. Exemplum ibi de Cro
Qualiter cuilibet licet iniuriam repellere,& qualiter non habes 23. q.3.lex.differentiæ,sed.

De hac materia hēs ubi agit̄ď Patiētia et de Tolerātia,& de iniuria.

RESCRIPTVM. Quod rescriptū principis quamuis præcipiat reprehensibile, dummodo nō fiat contra fidem,est recipiendū, 100. d.contra morem, 19.d.in memoriam.
Quod rescriptum apostolicum contra euangelium & contra Apostolos non admittitur , 25.q.1.sunt quidam,& c seq.
Quod rescriptum contra ius commune factum, ab omnibus est refutandum,25.q.2.rescripta.
Quod rescriptum posterius arctat eos ad dirigitur, 19.d.in memoria.
Quod in arduis non scripta,sed ipsa originalia , manu principis subscripta debent monstrari,23.q.2. §.sancimus,
Quod rescripta personalia fine die, consule facta carent auctoritate, 24 q.2.si qua.
Quod rescriptum cassatur si a curia non emanauit,19.d. in memorā.
Item cassatur si tacita veritate fuit impetratum,25.q.2.dicenti.
Item cassatur si non fuerit honestū iustum,possibile, tēpori & loco conueniens,4.d erit autem lex.

Item cassatur si non hēt subscriptionem petitionis,81.d. Maximian.
Item si expresse non continet in se si preces veritate nitantur, 25.q. 2.§ vniuersa.
Item si non expresse continet nomen eius,qui vult continere,2.q. 8.quisquis,& § ult.
Item si obsturū fuerit,ita ut plene intelligi,non possit,4.d. erit autē.

De hac materia habes ubi agitur do Scriptura.

RESIDENTIA. Quod episcopi q. curam gregis debent gerere, precipue debent residere,7.q.1.pontifices.
Quod non licet beneficiato vltra tres hebdomadas a esse, 7.q.1.si qu is in clero.
Quod propter negotia ecclesiæ, uel p̄ ęgritudinem de residentia q̄ l bet excusatur,7.q 1.præsentium.
Quod in ecclesia sine legitima causa non residenti,iuste alter substituitur,7.q 1.præsentium.
RESISTENTIA.Quod posse resistere peruersis & non facere,est ipsis consentire,23.q.3.qui potest
Quod rusticitas sancta quantum ex vitæ merito ecclesiam Dei ædificat,tantum nocet si destruentibus non resistit,2 q 7 sancta quippe.
Quod resistere malis manu armatā maxime perfectis sit peccatum , 23.q.3.per totum.
Quod prælatorum prouisione principes sæculi persecutoribus pauperum debent resistere,23 quæst. 3.ab Imperatoribus,&c. Maximianus.
Quod cum dicitur resistere malo,nō mali coercitio,sed propriæ uindictæ executio prohibetur, 23 q.5. de occidendis.

De hac materia habes ubi agitur de Patientia,& ubi agitur de Iniuria & ubi agitur ď Tolerātia.

RESPONDERE Quod bonum ē quandocūque respondera auditoribus,ne æstiment nos responsionis penuria declinare certamen , 43 d in mandatis, & tribus capit. seq.
Quod propter hoc nemo debet uidere, vt plus videatur scire quam sciat quia esset iactantia,44 d.dispensatio,§.pariter.
Quod garrulos,& procuratores prudentiæ est responsionib claudere,43 d in mandatis.
RESTITVTIO.Quod restitutio in integrum est,quando quis honoribus & ordinibus & cœteris restituitur,2.q.3.c.vlt.in fi.
Quod cum princeps in integrum restituitur,infamiam tollit,2.q.3.c. vlt.in fi.

Quod

Quod ante litis ingressum spoliatus est in integrum restituendus, 2.2.q.2.per totum.
Quod etiam prædo est ante iudiciū restituendus,3.q.1 Deus.
Quod antequam in causa iudicii procedatur,mulier est primo restituēda,33.q.2.siue de coniugii.
Quod sex mensium dantur induciæ restitutis antequam respondeāt, 3.q.2.electis.
Quod restitutio rerum quandoque fit in simplum,14 q.5.non sane
Item quandoque in duplum, 89.d. center,12.q.2.in legibus
Item quandoque in quadruplum, 12.q.2.cum deuotissimam.
Item quandoque in nouem partibus,17.q.4.quisquis
Item quandoque in decuplum, 12. q.2.in legibus
Quod non dimititur peccatum,nisi restituatur ablatū, 14.q.6 si res
Quod non vere pœnitet qui ablata non restituit cum potest,14.q 6 si res,25.q.8.pessimam.
Quod non est super restitutione molestandus,cui nō est vnde soluat,14.q 6 si res.
Qui qui rem alienam Deo consecrat non rem,sed æstimationem restituat 14.q.vlt.comperimus.
De restitutione lapsorum habes 50. d.fere per totum. Et in hoc opere vbi agitur de Lapsis
In restitutione lapsorum considerāda est quantitas criminis vtrū sit enorme,vel mediocre,quia quātominus tanto facilius restituitur 50.d.quia sanctitas
Item qualitas criminis, vtrum scilicet sit publicum, vel occultum : nam publicatio multis impedit restitutionem,50.d.sacerdos si & c seq.
Item modus deundi,scilicet vtrum, fit conuictus,vel spōte confessus: nam mitius agitur cum sponte confessus est,50.d.si quis præpostera
Item modus satisfactionis, an scilicet sit, verus,vel fictus, nam vere contritis facilius parcitur , 50.d. bene.
Quod restituitur quis possit ad omnia promoueri d 50.considerandum,vbi agitur quomodo Petrus apostolus post negationem restitutus fuit
Item restituitur quis,vt maneat tantum in susceptis,vt reuertentes ab hæreticorum errore, 2.q.7.saluberrimum.
Item restituitur quis vt tantum ministret in minoribus,vt scienter simoniaci,15.q.5.c.1.
Item restituitur vt laicam tantum habeat communionē, vt doctor, & auctor hereticorum, 1.q 7.c.1.
RESVRRECTIO. Quod ecclesia vt gaudium resurrectnis insinuet a Pascha vsque ad Pentecostem non ieiunat,30.d.si quis presbyter,76.d.scire debes

Quod olim baptismus ideo tempore resurrectionis fiebat , vt sicut Christus resurrexit a mortuis, sic nos in nouitate vitæ ambulemus de conse.d.4.proprie
REVERENTIA. Quod reuerentia alicui exhibetur ratione dignitatis vel superioris potestatis 16 q. 2 uisis
Quod inutili pralato quamdiu sustinetur reuerentia est exhibenda , 16.q.6.si fortasis
Quod subditi debent prælatos reuereri cum affectu dilectionis, 97 d. esto,2 q.5.habet
Item ipsis obediendo 93.d §.1.&c. c.seq.2.q.7 sacerdotes
Item ipsis subsequendo 95. di. non oportet
Item eorū officium temerarie non vsurpando 95.d.presbyter
Item eorum statuta seruando, 7.q. 1.quia
Item eos temerarie non arguendo, vel iudicando, 21.d. nolite
Item defectus eorum non reuelando sed potius cooperiendo 96.d. in scripturis.
REVELATIO.Quod reuelatio diuina instruitio ī agēdis,8.q.1 si ego
Item reuelatio diuina dirigit in scripturis,92.d.noli
Quod confessio peccati occulti nulli penitus est reuelāda,2.q 1.si peccauerit
Quod fraudulentus esse qui reuelat arcana,5.q.5.qui ambulat

De reuelatione diuina habes ubi agitur de inspiratione.

RIGOR. Quod ex consideratione temporum & ætatum rigor canonum quandoque temperatur 14. d. sicut quędam
Item vbi strages multorum timetur detrahendum est rigori, 50. d.vt constitueretur,1.q.7.quotıes a populis
Quod multi canones constituti sunt in rigorem disciplinæ,50.d.cōstitueretur
ROGATIO . Quod rogationum tres dies ieiunandi sunt, & feriandi,de conse.d.3. Pronunciandū, &c.rogationes
Quod tribus diebus rogationū serui & ancillę ab opere seruili dēnt esse liberi de cons.d.3 rogationes
Quod in triduo rogationum, quadragesimal cibo est vtendum
ROMA.Quod Roma caput,& principatum obtinet nationum, 2.q. 7 beati
Quod iura Romanorum aliis gentibus non conueniunt,1.d.ius quiritum
In quibus iura Romanorum consistunt habes.1.distictione ius quiritum
Quod qui Romanam ecclesiam annihilat,ipse se hæreticum insinuat 22.d.omnes

Quod Romana ecclesia est principiū omnium ecclesiarū , 21.d.quamuis.

De ecclesia Romana hēs ubi agitẽ de Papa,&ubi agitur de Sedib.

SABBATVM. Quod die sabbati non est festinandum,ne Iudaizare videamur,de conse. d.3 peruenit
Quod antichristus ideo faciet sabbatum & diem dominicum obseruari,vt propter obseruationē sabbati Iudæos,& propter obseruationem dominicæ Christianos sibi attrahat,de conse.distin.3.peruenit
Quod sabbatum non vbique,sed secūdum aliqua loca ieiunatur, 12. d.illa Exemplum ibi de matre Augustini
Quod die sabbati nisi propter festiuitatem , aut propter infirmitatem a carnibus est abstinendum de cō se.d 5.quia
SACERDOS. Quod sacerdos nomen habet compositum ex Græco & Latino,quasi sacrum dans, 21.d cleros,ante med.
Quod sacerdotalis ordo incępi a sācto Petro,21.d.in nouo
Quod maiores sacerdotes in Apostolis,minores in septuaginta duob. discipulis sunt designati, 21.d.§ 1. post med.
Quod sacerdotes angeli & dii nuncupantur, 11 q.1.sacerdotalibus.
Quod ordo sacerdotalis præeminet dignitati regali,96.d.duo,in prin. & in fi.
Quod ipse Christus ei reuerentiam exhibuit, dum ad eos leprosos remisit,1.q.1.nonne
Quod etiam exempla gentilium inducunt Christianos ad reuerentiā sacerdotū,11.q.1.sacerdotibus
Quod ministerio sacerdotis & non alterius Christi corpus consecratur,95.d.ecce ego,circa med.
Item benedictio populis, & gratia diuina datur,1.q.1.dictum est, 6. q.1.sacerdotes
Item peccata delentur,1.q.1.ipsi sacerdotes.
Item merito officii eorum futura reuelantur,1.q dictū est a Domino Exemplum ibi de Caipha
Item sacerdotes sunt lumen mūdi, 92.d.sacerdos
Item sunt omnium patres & magistri,86 d.quis dubitet
Quod debent esse corpore & mente mundi,quia diuino officio & sacrificio debent esse intenti, 1.q 1. necesse,3.q 7.in grauibus,& duobus c.seq.
Item sobrii,35.d.vinolentum
Item discreti & docti 37.dist.per totum,38.d.in pluribus capitulis
Item debent se in officio suo cauti, 14.q.6 c.3.in fi.
Item in vestibus & gestu debent eē

maturi

maturi,41.d. clericus.

Quod sacerdotes instituuntur ad laudandum Deum,& ad exemplū bonæ actionis,5.q 3.quia episcopus

Quod sacerdotes ratione oblationū tenētur orare pro populo, 1.q 1. sacerdotes.

Quod sacerdotes dicuntur comedere peccata populi pluribus modis videlicet precibus,& orationibus peccata consumendo,1.q.1.si ipsi sacerdotes.

Item oblatis pro peccatis vtendo,1. q 2. pastor.

Item aliena peccata per consensū in corporando,in fi.

Quod sacerdotes horas canonicas hospitalitatem & visitationes infirmorum solicite exercere debēt 91,d.presbyter.

Quod non facili est suspicandū malum de sacerdotibus ex quo corpus Christi conficiunt, 11.q.3.ab sit.

Quod ordo sacerdotalis non datur propter ordinatum tantum, sed etiam propter alios quorum minister esse debet: & ideo mundiº est suscipiendus quam alij ordines, 1.q.1. si qui episcopi talem, §.prox.

Quod sacerdos membrorum deformitatem notabilem habere non debet,49.d.§.1.

Quod sacerdotes propter multitudinem sunt contemptibiles, 39.di. legimus in fin.

Quod multi sunt sacerdotes noīe, pauci opere,40.d,multi.

Quod non cathedra facit sacerdotē sed sacerdos cathedram.

Quod nemo in ecclesia Dei nocet plus,quam qui peruerse agens nomen sacerdotis habet, 83 distin. nemo.

Quod malus sacerdos de ordine suo crimen & iudicium acquirit.

Quod multi sacerdotes nomen Dei inquantū in eis est,despiciunt: & panem pollutum efficiunt,49 d.sacerdotes.

Quod magnum inconueniens est sacerdotem corpus Christi conficientem immundum esse, 1.q.1. sacrosancta. &c.seq.

Quod ignominiosus est sacerdos q studet diuitiis,12.q.2 gloria.

Quod sacerdos qui aliorum debet audire cōfessiones dēt esse in sciētia discretus,& in vita bonus de pœ.d.6.§.1.

Quod malus sacerdos comparatur simiæ,1.q 1.si quis inquit.

Quod mali sacerdotes sunt audiendi,non imitandi,1 q,1.significastis, &c.seq.

An promotus in sacerdotem in mortali peccato, possit exequi officiū suum 15.q.vlt.per totum.

Quod peccatum est detrahere sacerdotibus,6 q 1.sacerdotes

Quod graue peccatum est inuidere sacerdotibus,6. q.1.sunt plurimi, §.prox.

Quod nemo debet audire Missam a sacerdote,quem scit in dubitā ter habere concubinam.32.d.nullus,vbi exponit glosa. Io. quòd hoc est indubitanter scire, quod scitur sciētia iuris, & non facti,& ad hoc expresse faciunt multa iura,vt 15.q.8.sciscitantibus,83.nihil.§.quamquam.1.q 1.multi,30 q.5.c.nec illud,§.is ita,& c.nullū, Nam ante scientiam a nullo est recedendum 8 q.4.nonne.

Quod autem sacramenta a malis sacerdotibus tradita quamdiu tolerantur non sunt contemnenda, plura docent capitula, quia ipsi non suis sed Christi verbis sacramenta conficiunt de consecra d. 2.panis est, 1.quæst 1 significastis &c. Christus &c.seq.

Quod sacramenta a Iuda proditore tradita non fuerunt reprobata 1.q.1 dedit.

Quod ibi iudicium tantū manducant & bibant,1.q.1.per Esaiam.

quia sacramenta,sicut nec sol,a locis immundis,per quæ transit,ab ipsis non inquinantur,29 d.secū ecclesiæ

Quia ipsi sicut fax accensa: aliis lucent,quamuis sibi noceant,15 q. vlt c.vlt.

Quod ipsi veluti lixiuium lauant,& nō lauantur,83.d.nihil §.seq.

Quod sacerdos licite potest operas suas aliis locare,10.q.2 precariæ,1.

Quod sacerdos non debet aliis irrogare supplicium, 22.quæst.5. hoc videtur.

Quod promotus in sacerdotem tenetur uxori necessariis prouidere non tamen tenetur debitum reddere,31.d.omnino.

De Sacerdotibus habes ubi agitur de Clericis,& ubi agitur de Ordine.

SACRAMENTVM. Quod sacramētū inuisibilis gratiæ est visibilis forma, de conse.d.2.sacrificium.

Quod sacramenta dicūtur quia sub tegmento corporalium rerum diuina virtus eorumdem sacramentorum salutem operatur; vnde à secretis virtutibus, vel sacris sacramenta dicuntur, 1 q 1.multi, circa med.

Quod inter septem sacramenta ecclesiæ quædam dicuntur necessitatis,vt baptismus de conse. d.4. nulla præter.

Item confirmatio,de cons.d.4.nullus ministrorum.

Item Eucharistia de conse.d.1.omnis Christianus

Item extrema vnctio,26.q.7.c.1.

Itē pœnitētia,de pœ.d. 1.non pōt.

Quod alia duo sacramenta sunt voluntatis,videlicet ordo, 74.d vbi ista.

Item matrimonium,30.q.8. vbi nō est.

Quod baptismus est sacramentum intrantium de consecr.d.4.nulla prater, §.porro ante fi.

Quod confirmatio est sacramentū pugnantium de consec. di.5.spiritus sanctus.

Quod Eucharistia sacramentum progredientium,propter quod & uiaticum dicitur,26.q.6.qui recedūt & c.de his.

Quod pœnitentia est sacramentum redeuntium,26.q.7.his qui, de pœ.d.3.c.2.

Quod extrema vnctio est sacramentum redeuntium,26.q.7.c.ab infirmis.

Item subiecto,vt Eucharistia, 95.d. ecce.

Item significatione,vt matrimoniū 27.q.2.cum societas.

Item ministri dignitate,vt confirmatio de conse.d.5.de his & duobus c.seq.68.distin. quamuis. Vnde versus.

Maior in effectu baptismus, corpus in esse.

Coniugium signo, maiori chrisma ministro.

Quod sacramēta a suis parochianis sunt recipienda,16.q 1.interdicimus.

Quod per presbyterum non per minorem clericum debent sacramēto exhiberi,de conse d.4.presbytesi,qui.

Quod spiritus sanctus dat sacramētis efficaciam per quoscumque ministrentur,1.q 2.multæ,&c ita fit,& quattuor c.seq.& c.ñ nocet

Quod sacramenta ab immundis ministris coinquinari non possunt, 1.q 1.remissionem.

Quod hominum malitia sacramenta non profanat, 1.q 1 nonne

Quod sacramenta a malis ministris sunt recipienda quamdiu tolerantur,1.q.1.neque,&c.omnia,& ca. multi,& c.per Esaiam,15.q.vlt.c. vlt.

Quod sacramenta ab hæretico sciēter non sunt recipienda,23.q.1.c. vlt.

Quod ab ipsis in forma eccclesiæ data sacramenta virtutem habeant, 19.d.secundo,1.q.1.si autem, & trib.c.seq.& c.sicut,&c.quod pro.

Quod sacramenta ab ipsis in forma ecclesiæ non data virtute careant,1.q.1.siqui,§.sed notandū

Quod virtutem amittunt si per malum ministrum in forma ecclesiæ exhibentur,32.d.præter hoc §.uerum

Quod sacramenta collata in forma ecclesiæ ab hæreticis, & schismaticis,simoniacis,& depositis,interdictis,excommunicatis,rata sunt quo ad charactrem, sed non quo ad executionem, 32.d.ca præter hoc,§ porro,1.q.1.si qui a simoniacis.

Quod

Quod sacramentatum datum ab hæretecis non est iteranenim, sed virtus sacramenti dabitur per manus impositionem, 32.d §ad hoc vero, & §.porro, 24.q.1.miramur, §. his auctoritatibus.

Quod Deus in administratione sacramẽtorũ non pensat merita ad ministrantiũ, 1.q.1.cum scriptura.

Quod sacramenta affectum suscipiẽtium, & mentis deuotionem exigunt, 8.q.1.licet post med.

Quod sacramenta contra interdictũ prælatorum suorum accepta, damnosa sunt, 32.d.ad hoc vero, §.porro.

Quod non sunt danda impęnitentibus 26 q 7: fere per totum.

Item non sunt danda a grauib. peccata subito reuertentibus, de pę.d. 1.in actionem.

Item non sunt danda illis qui non subsunt alicui, 18.q.2 abbatibus.

Quod non est vera cõuersio ad Deũ vbi sacramenta ecclesię contemnitur de cons.d.4.baptismi vicem

Quod sacramentnm quod in se bonum est, cedit malo in malũ, 1.q. 1.quod quidam, § opponitur, ante medium, vbi exemplum Iuda.

Quod sacramẽta Christi prætiosum extrinsecum ornatum non requirunt, 12.q.2.aurum, ante me.

De sacramentis habes supra vbi agitur de Sacerdotibus, & de quolibet Sacramento habes specialiter positum secundum ordinem alphabeti.

SACRIFICIVM. Quod sacrificiũ altaris orationum, & eleemosynarum est, 13 q.2.non æstimemus.

Item est sacrificium cordis contribulati, de pœn.d.2.in actionem, post medium.

Quod magnum Deo sacrificium offertur cum mali, qui in sua & aliorum pernicie dilatantur.cõpescuntur 23.q.5.quali.

Quod omnia sacrificia præcellit corpus & sanguis Christi, de cons.d. 2 nihil.

Quod non sacrificiorum magnitudinem, sed merita offerẽtium, Deus diiudicat, 24.q.1 odi.

Quod istud sacrificium solum Deus acceptat, quod intra ecclesiam catholicam sibi offertur, 24 q.1.quia ex sola.

Quod mortui multiplici sacrificio iuuari possunt videlicet altaris, orationum, & eleemosinarũ 13.q.2. non æstimemus, &c.pro obeuntibus, &c.animæ.

De hac materia habes ubi ponitur Oblatio.

SACRILEGIVM. Quod sacrilegium cõmittitur auferendo sacrũ de sacro, vel non sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, 17 q 4. quisquis.

Quod sacrilegiũ est inuadere aut auferre res ecclesiæ, 12.q.2.prædia, & c.indigne, & c.hæc, 13.quæ.prima qui oblationes, 16.q.1.in canonibus, 17.q.4.qui rapit, & capit.quisquis.

Quod sacrilegium committit qui in clericum manus violentas mittit 17.q.6.si quis contumax.

Quod sacrilegium est si quis quod venerabilius locis datur, sibi studuit retinere, 17.q.4.sacrilegium.

SACRILEGVS. Quod sacrilegus dicitur qui res ecclesiæ indebite vendit, 50.d si quis presbyter.

Item qui habens sufficiens patrimonium ecclesiæ ad superfluitatem recipit, 16 q.1.quoniam.in fi.

Item sacrilegus dicitur qui personã ecclesiasticam lædit, 17.q 4.sicut, &c quisquis.

Item qui fugientem violentet de ecclesia trahit, 17.q.4.nullus, &c.si quis contumax.

Item qui constitutiones sanctorum patrum infringit, 17.q.4.si quis suadente, § si quis autem.

Item qui arti magicæ intendit, 26.q. 2.illud, in fi.

Item qui alios temerarie rebaptizat 23.q 5.si uos.

Item qui infringit ecclesiam, 16.q.4. quisquis.

Quod vendere & cõparare spiritualia sacrilegiũ est, 1.q. 3.audiuimus.

Quod dubitare de illo quẽ princeps elegit, an dignus sit, sacrilegiũ est, 17 q.4 si quis suadente, §. proximo.

Quod sacrilegium Christiani committunt, cum Iudæorum cibis vtuntur, 28 q 1 omnes.

Quod sacrilegium committit qui Iudæis publica officia committit, 17. q.4.constituit.

Quod sacerdos sacrilegium cõmittit qui pro matrimonio adulterium benedicit, 27.q.vlti. de coniugali.

Quod qui cum ea quæ castitatem vouit, contrahit, vel coitum facit, sacrilegium incurrit, 27.1.impudicas.

Quod sacrilegus in rebus ecclesię, Iudæ proditori comparatur, 23.q 4. quid ergo.

Quod sacrilegi pœna est infamia, 6. q.3.infames.

Item excommunicatio, 17.q.4. quisquis.

Item anathematizatio, 12.q.2.indigne.

Item depositio, 17.q.4. si quis deinceps 12.q.2.indigne.

Item publica pœnitentia, 17.q.4. si quis cotumax.

Quod imponitur sacrilegio pœna legalis, scilicet decapitatio, 17.q.4.si. quis, §. qui autem.

Quod aliquando imponitur sacrilego pœna legalis & canonica, scilicet pœna pecuniaria & infamia, 17.q.4.attendendum, &c.si quis.

SACRISTA. Quod sacrista idem est quod thesaurarius cuius officium exprimitur, 25.d.perlectis.

SAL Quod Christus dicens, Salem habete in vobis, sapientiam verbi designauit, 44 d.si rector.post medium.

Quod prælati, & sacerdotes dicuntur sal terræ, 93.d.sacerdotes.

Quod malus prælaus dicitur sal infatuatum, 3.c.7.sacerdos, §. item in euangelio, 1.q.7.non omne.

Quod sal infatuatum à porcis conculcatur, 2.q.7.secuti, §.quia.

Quod sal sapientiæ in cunctis nostris sacrificiis offerri debet, de cons.d. 4.sal.

Quod aqua sale aspersa. & per sacertem consecrata sanctificat populum, de cons d.3 æqualem.

SALOMON. Quod Salomon Rex templum domino construxit & illud consecrando magnum festũ fecit, & de cons.d.1.§.1.

Quod salomon diuitias, non longa tẽpora vitæ, sed sapientiam à Deo petiit, 36.d qui, § ecce.

Quod regina venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, 8 q.1.vereor.

Quod Salamon ad expellendum dęmones de corporibus, quosdam exorcismos inuenit 21.d.§.1.

Quod Salomon amore mulierum Deos gentilium coluit, & idolis templa construxit, 3.q.7.§.vlt.32. q.4 Salomon.

SAMVEL. Quod Samuel qui sanctę vixit, & sanctus de hac vita exiuit non sic potuit esse sub diaboli potestat vt arte diabolica per pythonissam scitaretur, 26. q.5. nec mirum post medium.

SANCTITAS Quo est sanctitas innocentiæ quæ tantum bonis conuenit: & sanctitas sacramentalis quæ quandoque malis conuenit, 1.q 1 dominus post med. Exemplum ibi de Saul.

Quod non ex generis nobilitate vel dignitate sanctitas innotescit, sed ex fidei puritate, & morum honestate, 40.d.nos qui.

Quod vbi Christus per boni operationem infunditur, & abominatio peccati aboletur sanctitas consecratur, 14 q 1 nec is qui.

Quod sanctum illum credere qui nõ est sanctus perniciosum est, 11.q.3. 3.quis hominem.

Quod sanctus non debet dubitari, quem apex papalis dignitatis attollit, 40 d non nos.

Quod omnis sanctificatio est in spiritu sancto, 75.distinct.ordinationes.

SANCTITAS.quod sanitatẽ corporis efficit moderata refectio, de cons.d.5.nihil.

Quod excessus ciborum putrescere faciunt corpus ibid.

Quod impossibile est illos sanos esse, & diu viuere, q carniũ adipibus

conti-

continue inuoluuntur, de conf. d. 5 ne tales.

Quod abstinentia sanat morbos, quos superfluitas ciborum contraxit, de conf. d 5 legimus.

SAPIENTIA. Quod si sine vera sapientia, quis æstimat se prudentē posse fieri, non prudens, sed stultus est, 3 q 7 qui sine.

Quod sapientia cum sobrietate est habenda: quia non oportet, plus sapere quā oportet, sed sapere ad sobrietatem, 53. dist. sit rector, post med.

Quod tunc iustificatur sapientia a filiis hominum, quando ostendit, nec in manducando, nec in abstinendo esse iustitiam: sed in æquanimitate tolerandi in opiam, 41. d. quod dicit.

Quod sapiens nulli nocere intendit, 6. q. 1. sapiens.

Quod sapiens sine peccato pretiosis vti cognouit 41. d. quisquis.

Quod sapiens prælationi & gubernationi competit, 84. d. porro.

Quod stultus in culpa sapiens erit in pœna, 38. d. qui eas

SATISFACTIO. Quod satisfactio pœnitentiæ est peccatorū causas excīdere, nec earum suggestionib. aditum indulgere, de pęn. d. 3. uirca princ.

Quod satisfactio est: vade, & amplius noli peccare, de pœ. d. 3. quamuis caute, §. hac auctoritate.

Quod peccator tunc satisfacit dum pęnam iudicio ecclesiæ impositā factis exquat, de pę. d. 1. c. facilius, § hoc idem.

Quod tres sunt partes satisfactionis eleemosyna, ieiunium, & oratio, de pę. d. 6. §. de quibus tribus habes in suis locis.

Quod secundum quantitatem delicti satisfactio debet imponi, 12. q. 2. fraternitas, de pœ. d 5. falsas.

Quod publice peccātes publice satisfacere debent, 11. q. vlt. canonica.

An quis possit satisfacere de vno peccato sine satisfactione aliorum, de pę. d. 3. sceleratior, § his auctoritatibus.

An sola contritione sine cōfessione quis possit Deo satisfacere, de pę. d 1. si cuit etiam, & multis, § seq.

De hac materia habes vbi agitur de Pœnitentia.

SAVL Quod Saul licet fuerit a domino reprobatus, tamen Dauid sanctus reuerebatur eū, 2 q 7. plerumque. §. de his.

Quod per Saulem intelliguntur prę lati: & per Dauid subditi, 2. q. 7. ca. plerumque, §. item per Saulem.

Quod in hoc quod Saul reprobatus populū iudicabat, innuitur quod prælatus malus non est contēnendus quādiu toleratur, 3. q. 7. c. vlt.

SCANDALVM. Quod propter scā dalum consuetudines terrarum [dummodo non sint contra animæ salum] sicut seruandæ, 12. d. illa. Exemplum ibi de matre Augustini.

Quod Christus soluit tributum pp scandalum, 11. q. 3 inter verba.

Quod aliquid aliquando conceditur propter scandalum quod alias nō concederetur, 95. dist. in. presbyteros.

Quod propter scandalum quandoque aliquid omittitur, quod de iure esset faciendum, 51. d. aliquantos.

Quod scandalum quandoque surgit ex doctrina sana, 11. q. 3. inter verba.

Quod potius est a qualibet esca abstinendum, quam cum aliorum scā dalo edendum 23. q. 3. § fi. ante.

Quod quandoque propter scandalū in consueta tolerantur. 95. d. peruenit.

Quod grauiter peccat qui proximū indebite scandalizat, 10 q. 3 cauēdum.

Quod qui prælatum suum scandalizat, Deum cuius vicarius est scandalizat 93. d. ille procoldubio.

Quod dantes occasionem scandali sunt rei eorum qui pereunt scandalo, 1 q. 1. hi quoscumque.

Quod mystice loquendo membrū scandalizans sicut uxor, vel propinquus est amputandum, 24. q. 3 illud. 28. q. 1. uxor.

Quod peruersus prædicator & doctor in Deum scandalizatur, 93. d. ille procnldubio.

Quod infames prælati sunt propter populi scandalū remouendi, 50. d. de his vero.

An perfectis licet repetere sua propter scandalum, 25. q. 3 §. 1. ante finem.

SCIENTIA. Quod vera sciētia est, per quam Christus inuenitur & noscitur, 37. d legimus

Quod omnis ratio supernæ scientię, vel terrenæ creaturæ in Deo est, qui est earum caput & auctor, qui hunc inuenit, nihil vltra quęrat: quia quidquid alibi quęritur, in ipso perfecte inuenitur, 37. d legimus post med.

Quod scientia pietatis est scire & intelligere nouum & vetus testamētum 37. d. si quis artem.

Quod quia sacerdotes sunt duces aliorum, eis scientia summe necessaria est: & quę sunt, quæ precipue scire dēnt, habes 38. d quæ ipsis.

Quod scientiæ quæ curam animæ non habent, mittunt in errorem, & non valent ad salutem, 37. d. legimus, in fi.

Quod licet scientia triuii & quadriuij habeat in se veritatem, non tamen est scientia pietatis, 37. dist. si quis artem.

Quod in uanitate sensus ambulant qui scientiis sæcularibus tantum intendunt, 37. dist. c. nonne, circa medium.

Quod scientia liberalium artium valet ad sacrā scripturā intelligendā, 37 d. de quibusdam, &c turbat.

Quod scientia philosophorū, & poetarum non est legendi propter delectationem vel ornatum verborum, 37. d. turbat, §. cur ergo.

Quod illud dicitur quis verescire quod audiuit, vel vidit, vel alias cōscius fuit, & talis potest ferre testimoniū, 21. q. 5. hoc videtur.

De hac materia habes vbi agitur de Scriptura.

SCHISMA. Quod schisma nomen Græcum est, & scissurā sonat, 24. q. 1. schisma.

Quod si quis ab apostolica sede diuisus est, schismaticus est, 23. q. 5. nō vos ante med.

Quod schismatici ecclesiam Dei lacerant 23. q 5 de Liguribus, 24. q. 1. aduocauit, &c. vbi.

Quod schismaticus indiscissam domini tunicam in frustra dirūpit, 23. q 1. quoniam.

Quod hæc est differentia inter schisma & hæresim, quia schisma ab ecclesia recedit, sed hęresis peruersum dogma defendit 24. q. 3. inter hæresim.

Quod schismatici sunt æquales paganis & etiam peiores, 7. q. 1. deniq; post med. 24 q. 1. non afferamus.

Item sunt in statu perditionis, 25. q. 1. quicumque.

Item sunt extra ecclesiam & corpus Christi, 7 q. 1. scire.

Quod schismatici non habent sui officii executionem, quia nō hñt ecclesiæ vnitatem, 7. q 1. factus, & duobus c. seq. 24. q. 1. didicimus.

Quod schismatici infructuose sibi corpus Christi conficiunt 24. q. 1. schisma, & c. pudenda.

Quod schismatici quia spiritum sanctū non habent, remissionē peccatorum dare non possunt, 24. q. 1. dicimus.

Quod schismatici sunt damnandi & excōicandi, 23. q 5. de Liguribus.

Item per principes sæculares coerceri debent, 23 q. 5. non uos

Item vt ad vnitatem ecclesię reuertātur sunt cogendi 23. quę 4. ipsa, in fin.

Quod de schismate reuertentes non sunt ad ordines promouendi, sed in susceptis tolerādi, 1. q 1. omnis

Quod schismatici dignitate & officio priuantur, 11. q. 3. si quis presbyter, 23. q 5. non vos circa med.

Item temporalibus spoliantur, 23 q 1. qui contra, 23. q. 5. de Liguribus.

Item pęnis corporalibus puniuntur, 7. q. 1 denique, circa fi. 23. q. 5. de Liguribus.

Item

Item in exilium relegantur,2.q.5 de Ligatibus
Item non est eis communicandum 24,q 1.omnis,&c seq.7 q. 1.denique,1.q 1. si quis inquit.
Quod vnitati non communicat q schismaticis communicat, 24.q. 1.schisma.
Quod fautores schismaticorum eadẽ pœna,qua & ipsi sunt plectendi, 24.q.1. didicimus.
SCRIPTVRA. Quod scriptura sacra est nouum,& vetus testamentum,9.d.quis nesciat.
Quod in ea nil est improbandum vel respuendum, 4.d.denique.
Quod non est trahenda ad eum sensum ad quem sibi quisque præsumit,sed ex ipsa scriptura sensum oportet capere veritatis,37 d.relatum,& c.vino.
Quod scripturam sacram debet q̃s intelligere ex causa,ex persona,ex loco,& ex tempore,si non vult in labyrinthum impingere, 29.dist. sciendum,&c.seq.
Quod distinguenda sunt tempora, vt concordetur scriptura,2.q. 1.si peccauerit.
Quod scriptura,qua quis scribitur in libro vitæ,fit secundum præsentẽ iustitiam vel præscientiam,de pę. d.4.§ finis.
Quod secundum præscientiam scribi est ad vitam æternam præordinari,ibid.
Quod secũdum iustitiam merito fit ea operari,quorum merito fit dignus æterna salute, de pœ d.4 §. porro.
Quod scriptura sacra accipienda est, & exponenda secundum proprietatem linguarum,in qua est edita 38.d.locutio.
Quod non arctatur sub regulis grãmaticæ artis,38 d.locutio
Quod non semper ad litteram , sed quandoque est mystice intelligẽda,23.q nisi.
Quod scripturæ sensus est quadruplex,videlicet hosticus, quando scriptura intelligitur sicut littera sonat,sicut sunt Iudæorum historiæ 24.q.1.nisi.
Item allegoricus, quando id quod dicitur,significatur quod iam factum est,vel futurum est, ibid.
Item tropologicus vel moralis q̃n scriptura ad mores conuertuntur 37,d.vino.
Item anagogicus,quando scriptura ad superiora,& ad cœlestia reducitur,79.d.ieiunium,circa finem.
Quod scriptura conciliorum,& Romanorum Pontificum pro authẽtica est habenda,15.d. sancta, 19.d.per totum
Quod multa seruat vsus ecclesiæ licet in scriptura non inueniantur, 11.d.ecclesiasticarum.
Quod Deus qnandoque reuelat aliter quam scriptura sanctorum tradidit,9. d.noli,in fi.
Quod amans scripturas sacras, carnis vitia non amabit, de conse.d. numquam.
Quod omnis splendor theoricæ eloquentiæ,omnes modi poeticæ elocutionis, qualibet varietas decoræ pronunciationis ornata a diuinis scripturis sumpsit exordium 37 d.legimus,§ 2.
An liceat clericis studere in scripturis philosophorum,& poetarum, 37 d.per totum.
Quod qui aliter sacram scripturam intelligit,q̃ spiritus sanctus flagitat,hæreticus est,24 q.3.hæresis.
Item ipsam male exponentes dicũtur falsi prophetæ 37 d.uino
Quod secundum eam grauia vel leuia pensãtur,quia est statera,2.q. 1.non afferamus.
Quod scriptura requiritur in multis videlicet in hęresis abiuratione de conse.d 2.ego Berengarius, 3. q 1.legum.
Itẽ in legatione, vbi requiritur scriptura missionis, 97. d.nobilissimus,
Item in electione quæ debet fieri in scriptis,& proferri, 63.d. quanto 2.q.1 legum.
Item in excommunicatione,quæ d̃ bet fieri in scriptis,11.q.3.curæ,c. q.1.legum
Item sniæ prolatione , quia aliter sententia non habet vigorem 2. q.1.in primis,§.si quis,in fi. & ca. statutis,& c.legum.
Item in publici criminis accusatione,2.q.8.quisquis,& q.1. legum.
Item in ciuili conuentione,2.q 3.§. offeratur
Item in appellatione,2.q.6.post appellationem
Item in extraneorum clericorũ susceptione,98.d.nullus,&c. transmarinos.
Item in rerum ecclesiasticarum venditione, 12.q.2. sine exceptione, 10.q.2.casellas.
Item in baptizãdorum susceptione vbi nomen in scriptis dari debet, 2.q.1.legum,de cons d.4.baptizãdi.
item in regularis voti professione , 27 q.1.oẽs fœminæ,20.q.1.uidua
item in expositorum puerorum collectione 87.d.si expositus.
item in pœnitentiæ datione,30.q.5. qualis,in fi.
item in prælatorum ad synodum nõ venientium excusatione,18 d.placuit.
item in illorum qui impetuntur citatione,5.q.2.§.1.&c.1.
Item in prælaturæ renunciatione,7. q.1.sicut vir,§.ecce
item in seruorum ordinatione, 54. d.nulli
item in reconciliatione,2.q.1 legũ.
item in ordinatione , quia ordinati debent scripturam quæ formata dicitur, ab ordinatore accipere , 73.d.per totum.
Item in constitutionis promulgatione,35.q.9.quod quis, 96.d bene quidem,circa medium.
Item in seruorum ab episcopo manumissione,12.q 2. episcopus qui mancipium.

De scriptura habes vbi agitur Sententia,& de Subscriptione.

SCRVTINIVM. De scrutinio habes vbi agitur de examinatione.
SECVRITAS.Quod vbi est perfecta dilectio, ibi est securitas,24.q. 1.non turbatur.
Quod securitas conscientię in tribulationib: releuat,24.q.1 ñ turbat
Quod in vltimo fine pœnitentibus, de consecutione æternę fęlicitatis securitatem dare non possumus,de pœ.d.7.circa prin.
SEDES.Quod sedes apostolica est prima auctoritate,& dignitate,licet Antiochena sit prior tempore,21.d,hunc autem,24.q.1 rogamus,9.q.2.nemo,&c.seq.
Quod ipsa est maior in iudiciis auctoritate,9.q.3.pater,&c ipsis sũt
Quod constitutiones huius sedis ab omnibus sunt seruandæ,11.d.cõsequens.
Quod nulli permittitur de eius iudicio iudicare,17.q 4.nemini,21.d. nunc autem.
Quod Christianus peccatum infidelitatis incurrit,qui sedi Apostolicæ obedire contemnit,81.d.si q, in si 93.d.qui cathedram
Quod in dubiis & arduis ad sedẽ apostolicam est recurendum, 17. d. nec licuit,& duobus c.seq.16.q.1. frater,post med.24.q.1.rogamus
Quod in libris & opusculis quidq̃d approbauit sedes apostolica,est tenendum,19.d.si Romanorum,vsque ad cita.
Quod sine auctoritate sedis ipsius generale non celebratur conciliũ 17.d.per totum
Quod immediate sedi apostolicę subiecti[maxime qui propinqui sũt] annuatim se debent præsentare, 93.d.iuxta,& §.præced.
Quod sine sedis huiusmodi iudicio episcopi non possunt condemnari,3 q.6 accusatus,& c.seq.9. q.3. antiquis.
Quod male damnati per ipsam restituuntur,9.q 3.sũt &c.fratres.
Quod sine sedis Apostolicæ auctoritate nullus episcopus sedem suã audet mutare,7.q.1.mutationes.

De hac materia habes vbi agitur de Ecclesia Romana,de Papa, & Apostolica sede.

item hæc sunt quæ referuãtur ecclesiæ Romanę,& apostolicæ sedi.
Iudicium episcoporum,3.q.6.dudũ.
item restitutio depositorum, 2.q.6. ideo huic
item congregatio conciliorum,3.q. dudum.
item restitio clericorum, 1.q.7.conuenientibus
item exemptio episcoporum, 16.q. 1.frater,18.q.3.luminoso

item

Item quæstio fidei, 24. quæst. 1. quoties.
Item abrenunciatio episcopus, 6. q 3 denique.
Item mutatio episcoporum, 7. q. 1. mutationes.
Item episcopatuum diuisio & vnio, 16. q. 1. & temporis.
Item pallij datio 100 d. quoniam.
Item absolutio excommunicationis factę ex sede, 21. d. inferior, 16. q 1. fratres.
Item antiquorum canonum, & scripturarum interpretatio, 17. d. nec licuit.
Item factæ restitutio, 2 q. 3. paulũ, §. hinc autem colligitur.
Item cum simoniacis dispensatio 2. q. 3. Paulum.
Item maiorum, & difficilium quæstionum discussio, 17. d. multis.

De hac materia habes ubi agitur de Ecclesia Romana, & de Papa, & de Dispensatione.

Qđ sedes quatuor patriarchaliũ ecclesiarũ sunt istæ, Constantinopolitana, Alexandrina, Antiochena Hierosolomitana, 22. d. renouãtes
Quod Cõstantipolitana sedes licet vltima fuerit tempore, tamẽpropter dignitatem translati imperii ex statuto concilij post Romanã sedẽ primum obtinet locum, 22. d sacrosanctam, §. hac, & c. seq. §. hinc, & §. diffinimus.
Quod Alexandrina sedes, quã beatus Marcus euangelista ad honorem sancti Petri instituit olim post Romanã prior fuit, & post illam secũda fuit Antiochena, in qua residerat beatus Petrus antequam Romam veniret, 22 d. sacrosancta
Quod sedes episcopales non in uillis vel castellis, sed in maioribus locis debent constitui 80 d. per totũ, qđ B petrus apostolus & vbi pagani habebant archiflamines fecit istum archiepos, 80. d. ĩ illis.
Quod sedes episcoporũ non longo interuallo debent distare, ut ad consecrationem archiepiscopi citius possint venire 80. d. non debere, § sedes, & c. seq.
Quod vbi non fuit sedes episcopalis de nouo non debet institui, nisi fideliũ excreuerit multitudo 16. q. 1. præcipimus, & c. salx.
Item nisi gens noua ad fidem conuertatur, 99. d nulli.
Quod episcopales sedes ex causa auctoritate apostolica mutantur de loco ad locum, videlicet propter Barbaricam incursionem, 7. q. 1. temporis.
Item ex causa vniantur videlicet ꝓpter alterius loci desolationem, 16 q 1. & temporis, & c seq.
Item ex culpa auferuntur videlicet propter episcopi occasionem, 25. q. 2 c. vlt.

SENES. Quod senes in scriptura sacra dicuntur sapientes, 84. d. nec porro.
Quod primitus Abraham dictus est presbyter, idest, senior.
Quod non propter senectutem vel derepitam ætatem, sed propter sapientiam presbyteri dicũtur senes
Quod gloria senum est canities: & canities sapientiam designat.
Quod quadruplex est senium, videlicet naturæ, & hoc tendit ad defectum, 86. d. tanta, 13. q 2. illud.
Item senium gratiæ, 84 d, porro vbi dicitur, qꝛca nities senum prudentia est, & hoc senium ad profectũ ducit, 20. d de quibus, 42. q. 2. ancillam.
Item est senium culpæ, & hoc ducit ad interitum 2 q 7. Paulus dicit.
Item est seniũ æternæ gloriæ, & hoc ducit ad æternumpræmium, de quo dicit, Cogitaui dies antiquos & annos æternos ĩ mẽte habui.
Quod senes quanto morti viciniores tãto debent esse puriores, 86. d. tanta nequitia.
Quod mali senes a suis prælatis sunt durius arguendi, 86. d tanta.
Quod præsumendum est de sene bono, bonum, 18. q. 2. diffinimus.
Quod senectus aufert incontinẽtiæ suspicionẽ, 34 d. fraternitatis.
Quod senectus decrepita reddit ad episcopatum inhabilem, 85. d. archidianum Florentinum.

De Senio, & Senectute habes ubi agitur de Antiquitate

SENTENTIA. Quod sententiam papa cum magna deliberatione debet proferre, 35. q 9. apostolicæ
Quod sñia aut pro consideratione temporum vel ætatum, vel ꝓ subreptitionem, vel grauẽ necessitatem potest in melius cõmutari, 34. q 9. sñiam, & ca veniam.
Item Papa sententiam suorum prædecessorum potest in melius commutare, 35. q. 9 loci, §. his ita, in fi.
Quod sententia quæ in se non ualet confirmata per superiorem ualet, 16. q. 6. si episcopum.
Quod sñia dẽt dari in scriptis, 2. q. 1. in primis, in fi. & c. legum.
Quod ad sententiam dandam pro modicis causis non requitur scriptura, 11. si quis cum.
Quod non secundum propriam uoluntatem, sed secundum leges est proferenda, 11. q. 3. summopere.
Quod etiam præsentibus partibus ante plenam negotii discussionẽ non est sententia ferenda, 39. q. vlt. iudicantem
Quod re dubia non debet dari certa sentia, 11. q. 3. graue.
Quod non est danda sententia nisi post plenam inuestigationem ueritatis, 11. quæstione 3. summopere, & capitulo graue, & quatuor c. seq.

Quod sñia rite data ab omnibus est tenenda, 6. q. 4 si Metropolitanus §. sed & c si quis episcopas, 35 quęstione, 9 c. 1. 11. q. 3. nemo contẽnat.
Quod iudex debet eam ferre cũ mẽtis tranquillitate, non in furore, 11, q. 3. illa, & tribus c. seq.
Quod sententia sub conditione nõ est proferenda, 2. q. 6. biduum.
Quod sententia diffinitiua obtinet auctoritatem rei iudicatæ, 2. q 6 biduum, ante fi.
Quod sententia plurium debet prævalere, 79. d. si transitus.
Quod sñia quandoque est iniusta ex animo proferentis, sed iusta est ordine, & causa, & aliqñ iusta ex animo, sed non ordine vel causa: & aliquando est iusta ex animo, & ordine, sed non ex causa, 11. q. 3. episcopus presbyter, §. seq.
Quod sententia lata quandoque nõ tenet, videlicet quãdo per appellationem intra certum tempus releuatur 35. q. 9. loci, §. req.
Item quãdo in arduis causis in scriptis non datur, 2. q. 1. in primis, in in fi.
Item quando a nõ suo iudice ferẽ 3. q. 8. accusatores 9. q. 2. c. 1. & c. episcopum. 11. q. 1. in clericorum.
Item quando ab vno sole iudicum, dum duo fuerint delegati fertur, 2. q. 6. si quando, § diffinitiua.
Item si contra ius fertur.
Item si iudices fines statuti uel mandati excedunt.
Item si contra prius iudicata lata fuerit.
Item si iudex pretio corruptus eam tulerit.
Item si parte non contumaciter ab sente lata fuerit, 3. q. 9. per totum
Quod non debet sustinere pœnam canonicã in quem non est prolata canonica sententia, 11 q. 3. nõ debet.
Quod iniqua sententia est reuocanda, 24. q 2. sane profertur.
Item si per falsas probationes, & ꝓ surreptionem lata est, est retrahẽda, 35. q. 9 veniam, & tribus c. seq
Quod sententia excommunicationis siue iusta siue iniusta, timẽda est 11 q. 3. quibus, & cap. episcopus, & §. si ergo.
Quod iniusta nocet potius ferenti quã parenti, 11. q. 3. illud 24. q. ul. si quis non, & quatuor c. seq.
Quod nõ est ferenda sententia qñdo multitudo est in causa, 23. q. 4. capitulo si quis potestatem, §. si mulier.
Quod est sẽtẽtia suspensionis quãtum ad officium & beneficium, 7 q 1. si qus in.

De qua materia habes ubi agitur de Suspensione.

Quod differtur, sententia, & executio ꝑ triginta dies, cũ princeps uel aliqs alter aliquem ad mortem condem-

condemnant.11.q.3.cum apud.
Item differtur per decem dies quoties appellationis admittitur,2.q.q.6 anteriorum.
Item quousque grauida ad mortem condemnata pariat, quia aliter committeretur homicidium,2.q.4.consuluisti,in fi.32.q.2 quod vero non formatum.
Item quousq; princeps assignauerit insulam illi,qui in exilium dēt relegari,2.q.6.biduum,post mediū.
Item quousque cōdemnatus seruus reddat Domino suo de peculio rationum 54 d.generalis.
Quod Deus nouit mutare sententiā 22 q.4.vnusquisque.
Quod Deus non mutat sententiam in homines,sed in opera,quia hominibus non irascitur, sed vitiis, de pœn.d.1.si agamus.

De hac materia habes ubi agitur de Excommunicatione, & de Iudicio.

SEPARATIO. Quod hæretici & schismatici,ab ecclesia sunt separati,& ideo non habent spiritū sanctum 24 q.3 de illis.
Quod mali Christiani corporaliter sunt in ecclesia,sed per pessimam vitam separantur.
Quod tunc peccatores à Christi corpore separantur cum per excommunicationem traduntur Satanę in interitum carnis,ut spiritus saluus fiat,11.q.3.audi.
Item aliqui separantur ab ecclesia ꝑ sententiam,qui sunt extra, 24. q. vlt cum aliquis.
Quod nil sic debent formidare Christiani quā separari a corpore Christi,quia hoc non est membrum eius,11.q.3.nihil.
Quod separati a corpore Christi sicut membrū præcisum virtuté spiritualē non hñt,1.q.2.corporalia, Notent hoc obstinati in militia.
Quod nos debemus separari à malis præcepto Domini,qui dicit.Sit tibi sicut ethnicus & publicanus, q.1.si peccauerit.
Item mandato apostoli qui dixit,hęticum post primam & secūdam correctionem deuita,24.q.3.dixit
Item consilio Moysi qui dixit:Separamini a tabernaculis impiorum, pereatis,1.q.1.si quis in quit,ante fin.
Item statuto concilii quod separat Iudæos à Christianis,28.q.1.Iudęi
Item exemplo Cypriani,qui separatus fuit a lucif.ro hæretico,24. q. 1.aduocauit.
Item exemplo Polycarpi martyris, qui a Cerintho,& Marchione separatus fuit 24.q.1.omnes qui.

De hac materia habes ubi agitur de Excommunicatione.

SEPVLTVRA. Quod nomine sepulturę aliquando sign ficatur terra ꝓ ampliatione cœmeterii& sepulturę,& licet pro ea accipere,12. q.2.aurum,24 q.8.secundum canonicam.
Item nomine sepulturæ quandoq; significatur officium sepeliendi, & non licet aliquid accipere,13. q.3.præcipiendum.
Item nomine sepulturæ quandoq; gnificatur terra cœmeterii, & pro illo non licet aliquid accipere,13. q.2.questa,& tribus c.seq.1.q.1.dictum est solere in quibusdam.
Quod ius sepulturæ est ius competens ecclesięad sepeliendum in cęmeterio suo,& prouenit ex episcopi assignatione,13. quæst.1. ecclesias.
Item hoc spectat ad parochiales ecclesias,uel quibus iure uel priuilegio est cōcessum,13.q.1 ecclesias.
Quod vbicumq; sepeliātur,domini est terra,& plenitudo eius, 13 q. vlt.vbicumque.
Quod officium deuotæ sepulturæ, bonæ fidei est test monium,13.q. 2.non æstimemus,ante fi.
Quod in sepulturis Christianorū requies est defunctorum,23.q.1. ante fi.
Quod prodest mortuis habere signa sepulturæ suæ quæ inspicientes amici pro eis preces effundant domino,13.q.2.cum gratiæ.
Quod intra ecclesiam & maximæ iuxta altare ubi corpus Christi conditur,nullus est sepeliendus,13.q.2. præcipiendum.
Quod possunt in ecclesia episcopi sepeliri,uel abbates, uel eminentis vitæ presbyteri vel laic.12.q.2.nullus.
Quod prodest homini inter bonos, & iustos defunctos sepeliri 13.q.2. cum grauia,& c.animæ, &c. non æstimemus,in fi.
Quod peccatoribus plus obest sepeliri in sacris locis quam prodest,13. q.2.quibus,& c.cum grauia.
Quod quocunque modo seipsos occidentes non solom carent ecclesiastica sepultura.sed etiam nec in psalmis,nec in aliis debet eis aliqua solennitas exhiberi, 13 q.2. placuit.
Item similiter debet pro illis fieri q sine pœnitentia pro suis scelerib. occiduntur,c.fatendum.
Item usurarius excommunicatus ēt minori excommunicatione,si ab solutionē uiuens non petiuit. 24. q 2.sane.
Item prædones manifesteetiam si pęnitentes moriantur,si habent un de satisfacere possunt,nec ipsi nec hæredes satisfacere pro eis uolunt 24 q.2.sane.
Quod quilibet in peccato mortali moriens,in cæmeterio non est sepel endus,13.q.2.quibus.
Quod in articulo mortis, si pænitue rint,non est negāda sepultura,13. q.vl c.vlt.
Quod sepultura potest eligi,12.q.2, bonæ.
Quod ad eligendum sepulturam locus debet inducere solennior, sicut est episcopatus,uel religiosorū monasteriam,13.q.2.ubicumque temporum.
Quod episcopus etiam in minori,& minus religiosa ecclesia potest eligere sepulturam.12.q.2.bonæ.
Quod nullus debet sepulturam parentum superbia,uel odio desere re,13.q.2.placuit.
Quod filii emancipati a patribus,libere eligunt sepulturam.13.q.2.§. econtra.
An ecclesia in qua parentes sepulti sunt,possent vendicare corpora filiorum,13,q.2.Ebron.& capit.sequen.
Quod coniugati(vt videtur)in vno sepulchro debent sepeliri,13.q.2. c.1.§.nube,&c.Ebron.
Quod uxor mortua si non elegerit sepult ram,cum maritx debet sæpeliri,13 q.2.c.1 §.nunc autem q̄ritur,& capit.Ebron.& c.vnaquæque.
Quod mulier si plures viros habuit, & sepulturam non elegerit,uidetur quod cum ultimo uiro debeat sepeliri,13.q.3.vnaquæque.
Quod extraneus quilibet ubi elegerit,ibi sepelietur,13.q 2.ubicumq; §.quia.
Quod extraneus si non elegerit, in episcopatu, uel parochia sepelietur 13 q.2.ubicumque.
Quod indigena si elegit locum magis religiosum,ibi sepelietur,13.q. 2.illud,§.quia,& capitulo,vbicumque.
Item si elegit minus religiosum q a videtur hoc facere ex odio ver su perbia,non habebit, 13.q.2.placuit.
Quod indigena fide corpore non disposuit, sepelietur cū propinquis uel ubi decimas persoluebat, 13. q.1.Ebron.& c.ubicumque.
Quod uiolans sepulturam, infamis efficitur,6.q.1.infames
Quod qui sepelit corpus alienum, solum sepultum, sed omnia quæ consequenter habuit,tenetur restituere,2.q.2.omnes
Quod ecclesia parochialis ubi sacramenta paticipauit de mortuo alibi sepulto debet ius suum habere, idest canonicam portionem,13.q. 1.ecclesias,per totum.
Quod canonica portio est danda secundum consuetudinem terrarū, ut vitetur scādalum,erg.12.d.illa, 76 d.vtinam.
SEQVESTRATIO Quod lite pendente fructus sequestrantur, 2.q. 6.quoties post.11.q.1.quia res
Quod sequestrantur res cum appellatur ab executione,2 q.6.quoties post.
Item cum aduersarius fructus dilapidat,3.q.2.qui ea.

Item

Item legitime appellanti,2.q. 6.biduum.
Item de adulterio accusanti,4.q.4 §. § aliquando.
SERVITVS. Quod duplex est seruitus,videlicet corporalis & spiritualis,12.q.2 cum redemptor.
Quod seruitus inducta est ex iure gētium,1.d.ius gentium.
Item de iure diuino 35. d vinolentum.
Item iure constitutionis,7.dist.§. de seruo empto agitur de quo statutū fuit quod sex annis seruire debuit,& in septimo anno liber exite.
Item iure canonico est approbata, 17.q.4.constituimus.
Quod ante diluuiū inconcussa fuit libertas,nec obsequia seruitutis,à consortibus exigebantur,35.di.6. post med.
Quod seruitus non esset si ebrietas non fuisset,ibid.
Quod clericus episcopo suo insidias vel iniurias inferēs, in seruitutem perpetuam curiæ est traden.11.q.1. statuimus,3.q.4.clericus.
Quod concubina diaconi vel sacerdotis a principe in seruitutem redigenda,35.d.eos qui
Quod meritorium est libertatem dare seruis,12.q.2.cum redemptor.
Quod serui ecclesiæ angariis sæcularum iudicum molestari non debent,12.q.2.ecclesiarum.
Quod ecclesiæ serui etiam benemeriti sine compensatione non debent dari liberati,12.q.2.si quis, & c.episcopus qui.
Qui serui ministris eiusdem ecclesiæ gratis possunt dari,12.q.2.ecclesiasticis.
Quod libertati dati si nō fuerint grati in seruitutem redigantur, 12.q. 2.episcopus qui.
Quod frequentius fugitiui possunt vendi,12.q.2.fugitiui.
Quod si seruus promouetur sciente domino & non contradicente,remanebit in ordine promotus,sed episcopus,vel qui eum præsentauit,duplum restituet,54.dist.si seruus absente.
Item si præsens est Dominus & consentit,eo ipso seruus liber efficitꝰ, 4 d si seruus sciente.
Item si dominus est absens siue p̄sens,& scit & tacet,videtur consentire.ibid.
Quod si dominus nescit promotionem serui intra annum potest reclamare & reuocare.ibid.
Quod seruus indebite promotus si infr.diaconatum fuerit degradatus,ad pristinum statum reducit. 54.d.nullus,& c.seq.& c.si quis obligatus & c.de rebus.§ cæterum.
Quod seruus monachus factus inscio Domino,intra triennium nō debet profiteri. Intra quod tempus,si non requiritur, libere monachus remanebit,54.dis.si fac in seruos sciente.

De hac materia habes vbi agitur de Ordine, & de Clericis.

De seruitute habes vbi agitur de Libertate, & de Liberis, & de Manumissione.

Quod spiritualis seruitus peccati relaxata est per incarnationē Christi,12.q.2.cum redemptor.
Quod clericus qui altari seruit,de altari viuere debet,12.q.1. clericus qui,& c seq.
Quod principes & prælati Deo seruiunt,bene viuendo, & fideliter subditos regendo 23.q.4. si ecclesia,in fi.
SEVERITAS. Quod seueritas non animo sæuiendi est exercenda,sed animo medendi,86.odio, & capi. seq.
Quod in delinquentes seueritas cū benignitate est temperanda,45 d. disciplina,& c sunt,& c.seq 23. q. 4.quid faciet,& c.quod Christus.
Quod sicut cōtumacibus seueritas ostendenda,sic humilibus, & pœnitentibus locus venię non debet denegari,2.q.5.quanto.
Quod melius est cum seueritate diligere,quam cum lenitate decipere,5.q.5.non omnis.
Quod prælatus officium seueritatis diligentissime implet,qui non ex odio sed dilectione subditum corrigit,23.q.4.ita plane.
Quod propter multitudinē & plurimam stragem detrahendum est seueritati,50 d.vt constitueretur,14. q.4.cum quisque,& c.ipsa pietas ante fi.
Quod vbi schisma non timetur, nō debet dormire seueritas disciplinæ.23.q.4.cum quisque,& c.quidam,in fi.
Quod vbi fidei subuersio & ruina fratrum timetur,nerui seueritatis non debent dissolui,50.d.absit.
Quod dignum est,ut seueritatem ecclesiasticæ disciplinæ sentiat qui sanctorum patrum instituta seruare contemnit,55.d.nullus.in fi.
Quod qui Dei, & sanctorum patrū contemnit mandata iustum est, vt seuioribus corrigatur vindictis, vt cæteri sumant seueritatis & honestatis exemplum 23 q.3 iustū.
Quod prælati quandoque verentes peccantium linguas,seueritatis in corrigendo efficiuntur immemores,45 d.sed illud.
Quod quanto maius est peccatū,tanto maiori seueritate est corrigendum,1.q.3.ex multis,circa med.

De hac materia habes vbi agitur de Auctoritate, & de Correctione.

SIGILLVM. Quod quęlibet ecclesia cathedralis vel collegiata dēt habere sigillum,& hoc dicit sigillum capituli,73.dis.in nomine,in fi.19.q.3.statuimus.
SIGNVM. Quod per facta & verba notificatur aliis o spositio cordis de pœn.d.2.queren um.
Quod quamuis sint vera quædam, non tamen sunt credenda iudici, nisi certis signis demōstrentur,11. q.5.quamuis.
Quod speciale signum filii Dei fuit, quod spiritus sanctus descendens mansit super eum,de pœn.dist.2. querendum.
Quod tunc signum est spiritum sanctum ad tempus in sanctos venisse,cum signa miraculorum per ipsos facta patefacta sunt.
Quod aliqui dæmones videntur signa facere,& non sunt,26.quæ.6. nec mirum.circa med.

De hac materia habes vbi agitur de Dæmonibus.

SILENTIVM Quod cultus iustitię est silentium,5 q 4.in loco.
Quod indiscretum silentium prælati, est dum eos qui eruditi poterant,timore derelinquit,43.d.si rector.
Quod simplex conuersatio absq; sermone quātum exemplo prodest, tantum silentio nocet.43.d.§.1.

De hac materia habes vbi agitur de Taciturnitate.

SIMILITVDO. Quod homo ad similitudinem Dei creatus est, Angelo uero plus homine attribuitur,quia non dicitur ad similitudinem Dei conditus,sed signaculum similitudinis,de pœn.dist. 2. quod vero reprobi.post med.
Quod similes fuerūt Petrus & Paulus deuotione & merito, 2.q.7. beati.
SIMON. Quod Simon magus fuit ex Iudæa natus,32.q 4.recurrat, circa med.
Quod Simoni baptismū simulatione acceptum non profuit, quia post nō pęnituit, 27.d.quod inter rogasti.
SIMONIA. Quod simonia est studiosa voluntas emēdi,vel vēdendi aliquid spirituale,50.d.studeat.
Quod simonia committitur præce, vel pretio,uel obsequio,1.q.1.ordinationes,& c.sunt nonnulli.
Quod nullum vitium sic respicit iniuriam Dei,& ideo inter alia illud grauius corripuit, 1.q.1. quibusdam.
Quod simoniaca hæresis ante omnes alias hęreses pullulauit,1.q.1. cum liqueat.
Quod Giezi in veteri testamento,& Simon magus in nouo principiū fuerunt simonię,1.q.1.qui studet.
Quod in cōmissione simoniæ,quantitas

litas est attendēda.1.q.1. iudices. post med.

Quod paruæ res, sicut esculenta, nō videntur inducere simoniam.

Quod vt omnis suspicio simoniæ vitetur, non pastillum pro aliquo spirituali detur. 1. quæst. 3. si quis obiecerit.

Quod sine pacto datum munus potest accipi.1.q.1.quidquid.

Quod tam dans quam accipiens aliquid pro spirituali, committit simoniam,1.q.1.quos constiterit.

Quod per carnales preces committitur simonia.1.q.1. sunt nonnulli. & tribus c.seq.8.q.2.c.1.

Quod pro digno preces fundere nō est simoniam committere.1.q.1.latorem.

Quod ille prælatus simoniam committit,qui non nummo pretii,sed nummo fauoris ordinem vel beficium tribuit.1.q.1.sunt nonnulli.

Quod ille simoniam fugit qui manus suas ab omni munere excutit. 1.q.1.sunt nonnulli.& c seq.

Quod simonia licet sit execrabile vitium, tamen heu nimis est vsitatum.1.q.1. reperiuntur.

Quod simoniacus sicut non habet spirituale quod pro temporali emit, si nec temporale potest retinere quod pro spirituali dedit,vel accepit.1.q.1. qui studet.

Quod simoniaci si non renunciant, & pœnitent,in ęternum peribunt. 1.q.1.si quis neque.

Item adeptis priuantur, 1.q.1. presbyter si.

Item excommunicantur.1.q.1. quicumque sacros & c.qui studet.

Item deponuntur,1.q.1.si quis episcopus. & quinque c. seq. & q.3. ea quæ & cap.ex multis & q.7. si quis omnem.

Item hęretici reputantur 1.q.1. qui cumque & duobus c.seq.

Item à quibuscumque personis tanquam hæretici accusantur. 6.q.1. quæro ergo.& §.porro,& §.sed cū omnes.

Quod simoniacus ipso iure videtur excommunicatus, & à participatione sacramentorum segregandus.1.q.1.reperiuntur.

Item quandoque corporaliter puniuntur.1.q.1. qui studet. Exemplum ibi de Giezi qui lepra percussus fuit.

Item officium suum non iuste exequitur.1.q.1. quicumque sacros. & c.qui perfectionem.

Item sacramenta indigne largitur,1 q.1 quicumque sacros.

Item sacerdos nō merito,sed nomine tantum dicitur.1.q.1.c.2.

Quod aliquod munus dare pro præbenda vel dignitate,est graue peccatum 1.q.6 per totum.

Quod emens vel vendens prælaturam,prauitatem incurrit simoniacam,& ęternam damnationem.1. q.1.presbyter si.

Item tam ea quam ordine suo priuatur.cap.reperiuntur.& cap.sanctorum.

Item præbenda simoniaca cum salute animę non potest retineri.13.distin.nerui §.alius.

Quod prælatura per simoniam, vel multam ambitionem adepta, etiam si moribus non offendat, malo exitu terminatur, quia difficile est,vt bono peragantur exitu, q̄ malo sunt inchoata principio.1. q.1.principatus.

Quod vbi prę latus per simoniam, vel ambitionem intrat, ibi populi plus timenda est calamitas quā salus 1.quæstio.1. fertur,§. vulnerato.

Quod simonaice scienter beneficiū habens,de rigore iuris priuandus est eo,1.q.1.presbyter si. & q.4. ea quę. & cap. ex multis. in principio.& in fine. & c. si quis episcopus prębendas. & cap. si quis dator.1.q.3.

Quod pro omni spirituali dare temporale,simoniacum est.1.q.1.quidquid.in prin.

Quod pro habendo regimine quarū cumque domorum rel.gio.arum, vel hospitalium dare aliquid simonia est,1.q.3.si quis præbendas

Item pro œconomatu, vel vicaria dare vel recipere,1.q.1. si quis episcopus.

Item pro quocumque officio ecclesiæ,vel pro administratione rerū ecclesiasticarum 1.q.3. Saluator. post med.

Item pro iure percipiendi oblationes vel decimas.1. q.3, quæsitum. & c.seq & c. si quis obiecerit. & c.Saluator.post med.

Item pro ecclesiis dedicādis,1.q.3.si quis præbendas.& q.4.ecclesia.

Item pro ecclesiarum primorum lapidum fundatione.1. q.1. nullus episcopus.

Item pro baptismo & consignatione 1.q.1. baptizandis. & c. quid quid,& c seq.

Item pro chrismate vel confirmatione.1 q 1.placuit vt nullus.& c.dictum est & c.seq.

Item pro Eucharistię datione.1.q.1. dictum est.

Item pro sepulturę exhibitione.

Itē ꝓ qbuscumq; ecclesiæ sacramētis collatione 1.q.1.quidquid.

Item pro interdicti officii restitutione.1.q.1.nullus episcopus.

Item pro debiti officii executione. 1 q.3.non solum.

Item pro scriptura vel auxilio in alicuius ordinatione.1.q.1.sicut.

Item pro sententię iustæ [maxime à prælato] prolatione.1.q.3. vendentes.

Quod simonia etiam committitur, cum prælati accusatio ex pacto suspenditur.2.q.3.Euphemium.

Quod collator beneficii simoniace ab officio suspenditur.1.q.3. si quis prębendas.

Item conferens prælaturam simoniace,si non pœnitet pergit ad gehennam,1.q.1 cito.

Item à dignitate deponitur.1.q.1.reperiuntur.& q.3.si qs prębendas.

Item sacrilegus est excommunicatus.1.q.3.audiuimus.

Quod simoniaci in ordine acrius quam alii simoniaci damnantur. 1.q,1.quisquis, & c.quos constiterit 1.q.3.vendentes.

Quod quandoque simoniaci simoniace ordinantur,& cum illis non dispensatur, seu potius a proprio gradu cadunt.1.q.1. statuimus.

Item quandoque simoniaci simoniace a non simoniacis ordinantur,& hi etiam cadunt ab ordine 1.q.1 statuimus.

Item qnque simoniaci non simoniace a simoniacis ordinantur, & hi misericorditer,in ordinibus tolerantur,1.q 1.statuimus,& c seq.

Quod in ordine simoniaci, hæretici reputantur 1.q.1.presbyter.

Item excommunicantur 1.q.1. qui cumque sacros.

Item deponuntur.1. q 1. si quis episcopus per pecuniam,& quattuor cap.seq.

Item executionem officii non recipiunt neque habent.1.q.1. quicumque sacros,& c.gratia.& c.ordinationes, & c.quibusdam.

Item si celebrant, pollutum sacrificium offerunt.49.dist. sacerdotes.

Quod simoniaci ordinationes(etiā si fideles videantur) infideles sūt. 1.q.1.cum omnis.

Quod ipsi tamquam seruum suum spiritum sanctum vendunt, & iō proditori Iudæ,qui Christum Iudæis vendidit, assimilantur.2.q. 1 eos qui.

Item anathematizantur.1. quæst.1. placuit vt.

Item deponuntur.1.q.1. si quis episcopus per pecuniam, & duobus c.seq.& cap.quicumque sacros.

Quod mediator simonię infamis efficitur,1.q 3.si quis præbendas.

Item si clericus est,deponitur.1.q.1. reperiuntur.

Item si laicus est,excommunicatur. 1.q.1.reperiuntur.

Quod varia dispensatio est circa simoniacos:nam dispensantur cum eis,vt tantum laicam habeant cōmunionem, quando scilicet à simoniacis scienter in contemptū ecclesię promoti celebrauerunt. 1.q 7.c.1.

Item dispensatur ,vt tantum in minoribus ministrent,quando,scilicet ad alias ecclesias transferri nō possunt,sed in ea quam emerunt canonice viuere promittunt. 1.q. 5 cap 1.

Item dispensantur,vt remaneant in susceptis quando non in ea quam emerunt,sed in alia ministrare volunt 1.q.5.c.1.

Item dispensatur, vt ascendant ad superiores, quando inscijs ipsis,

aliis pro ipsis simoniam commiserunt, 1. q. 5. c. 1.

SIMVLATIO. Quod vbi est periculum animæ, licet quandoque vtilitatis causa simulationem prętendere, 22 q. 2. vtilem, Exemplum ibi de Iehu rege Israel.

Quod ipse Deus simulauit se voluisse immolationem Isaac quam pręceperat, & postea prohibuit, 22 q. 2. quælibet, §. quandoque.

Item Abraham in Ægipto Saram vxorem simulauit sororem suam esse, nec tamen peccauit, 22. q. 2. quæritur, & §. prox.

Item Iacob simulauit esse Esau primogenitum Isaac.

Itē iustū bellum habentibus quandoque contra hostes expedit simulatio, 23 q 2. Dominus noster.

Quod nulli pręiudicat dolosa simulatio, 23. q 5. quacumque.

Quod baptismus simulatorius non cassatur, 1 q 1. spiritus, §. ecce, de consecra. dist 4. solet etiam.

Quod ad oues Christi non pertinēt qui illis ficto corde miscentur, 24 q. vlt de illis.

Quod malum est religioso cadere à proposito, & postea simulare propositum, 12 q 1. certe.

Quod non solum in falsis, sed etiam in simulatis operibus filii diaboli sunt, 22. q 5. cauere.

SIMPLICITAS. Quod simplicitas columbina dicitur quæ dolo caret, & hęc suadetur, 6 q. 1. ex merito, 16. q. 1. si cupis.

Item simplicitas innata, & hęc excusat tantum in commissis, 86. dist. tanta nequitia, circa fi: & 47. dist. de Petro.

Quod tali parcitur simplicitati, & venia conceditur, de consecra. distin. 2. scriptura, 86. distin. tanta nequitia.

Quod simplicitas impedit promouendum, 39 distin. Petrus.

Quod pręlato promoto si hanc habuerit datur ei coadiutor, 74. dist. episcoporum, 7 q. 1. quia frater.

Item abbatibus propter simplicitatem non dantur coadiutores, sed deponuntur, 18 q. 2 si quis. Abbas.

Quod sancta rusticitas, & simplicitas solum sibi prodest, & quantum ex vitæ merito ædificat, tantum nocet si destruentibus non resistat, 2 q 7. sancta quippe.

Item vbi simplicitati tantū studet, disciplina negligit, 11 q. 1. fratris.

Quod in sacramentorum collatione debet esse simplex, & sine venalitate consensus, 1. q. 6. sicut is.

SYNDICVS. Quod per syndicū absentis intimatur voluntas, arg. 63. dist c 1. 65 dist non debet.

SINGVLARITAS. Quod singularitas in monachis, & contemplatiuis approbatur, 16. quæst. 1. si cupis.

Quod singularitas nisi sit Deo contraria communem consuetudinē non debet violare. turpis ē. enim. omnis pars vniuerso suo non congruens, 8. distinctione quę contra mores.

Quod singularitas morum etiam bonorum inconsuetos scandalizat. 12 dist. illa.

Quod qui strictius viuit quā habet mores eorum cum quibus viuit, singularis, & superstitiosus videtur, 41 dist quisquis.

Quod singularitas inter consuetos flagitium reputatur, 8. distin. quæ contra.

Quod non interest quidquid alimē to um sumat, dummodo non sit singularis, sed congruat in omnibus generibus alimentorum his, cum quibus viuendum est, 41 dist. quod dicit.

Quod exceptis religiosis nullus in decantando diuina officia aliter quam in episcopi ecclesia cantantur, debet esse singularis, 12 dist. de ijs.

SYNODVS. Quod synodus ex Græco interpretatur comitatus vel cœtus, concilii vero nomen tractum est à Romanis, eo quod ad tractandum communi intentione cō ueniebant, 15. dist. § synodus.

De hac materia habes vbi agitur de Concilijs.

SOBRIETAS. De sobrietate episcoporum habes. 35. dist. per totum, & 41. dist. per totum.

De sobrietate habes supra vbi agitur de Abstinentia, & de Cibo, & de Ieiunio.

SOCIETAS. Quod societas requirit concordiam morum, 41. dist. quod dicit, & c clericus.

Quod socius tenetur socium defendere ab iniuria. 23. q 3. non in inferenda.

Quod bonus qui in bonitate permanet, non polluitur, si malo societ 32. q 1. non est. Exemplum ibi de Osee, & de meretrice.

Quod boni quandoque luunt societatem malorum, 24. quæst 1. nō turbatur.

Quod bonum est malum socium declinare, ne sicut morbida ouis inficiat congeriem societatis. 45. distin. sed illud. 24. q. 3. resecandæ, & cap ecce autem, & c. illud sane.

Quod difficile est incorruptum permanere, qui corrupto sociatur. 23. quęst 4. quisquis, vel. quod potest. in fi.

Quod tripliciter associatur quis malis, aut committando, aut fauendo, aut in non corripiendo, 23 quęst. 4. ita plane.

Quod non caret scrupulo societatis occulto qui manifesto facinori desinit obuiare. 83. dist. error 23. q 3, qui potest. 86. dist. facientis culpā.

Quod societas malorum est quando que tolleranda, & quandoque fugienda 7. quæstio. 1. suggestum & duobus cap. seq.

Quod incantationes, & artes magicæ fiunt ex quadam pestifera societate hominum, & dæmonum, 26. q 2 illud. in fin.

SODOMA. Quod peccatum sodomiæ exercetur in masculis, & in fœminis. 32. q. 7. vsus.

Quod in peccato sodomiæ deordinatur ordinatio Dei, & naturæ. 32. q. 7. adulterii.

Quod societas quæ cum Deo esse nobis dēt violatur, cum natura cuius ipse auctor est, libidinis peruersitate polluitur, 32. q. 7 flagitia.

Quod peccatum sodomiæ etiam apud Gentiles est detestabile. 32. q 7 flagitia.

Quod sodomiæ peccatum grauius est adulterio, 32. quæstione septima, vsus.

Quod peccatum sodomiæ peius est quam cum propria matre peccare. 32 q. 7. adulterii

Quod Loth obtulit suas stuprari filias, vt detestandum peccatum sodomiæ in aliis impediret. 32 q. 7. offerebat.

SOLLICITVDO. Quod sollicitudo temporalium suffocat spiritualia 4) di. hinc etenim, ante me.

Quod hoc non debet esse in clericis. & religiosis, 12. q 1. cui portio.

Quod pia sollicitudo est egenorum cōmodis intendere. 87 dist diuinæ.

Quod cum honoris augmento cura quoque sollicitudinis debet excrescere. 100 dist. rationis.

Quod episcopus sollicitus debet esse circa defensionem pauperum, redemptionem oppressorum, & munitionem monasteriorum, 84. distin. c. 1.

Item debet esse sollicitus tamquam Pastor circa gregem suum. 81 distin. oportet.

De hac materia habes vbi agitur de Negligentia.

SOMNVS. Quod negligens prælatus dormienti comparatur. 86. dist. fratrem.

Quod aliquando somnum vanum, & deceptorium dormientibus immittunt dæmones, 26 q 4. sciendum. circa medium.

Quod dæmones maxime in somnis infideles deludunt diuersas eis species, & similitudines offerentes, & per deuia quæque ducendo: & hoc. cum solus patiatur spiritus in corpore euenire opinatur. 26. q 5. episcopi, post med.

Quod somniando illusiones contingunt hominibus multipliciter. 6. dist testamentum, & cap. seq.

SORS. Quod sors non est aliquid mali, sed res in humana dubietate diuinam indicans voluntatem. 26 q 2. sors.

Quod licet sortibus nihil mali insit. tamen prohibo nibi homines: ne sub hac specie ad antiquos idololatriæ cultus redeant, ibidem, §. proximo.

Quod qui sortibus utuntur ad negotia sæcularia, & ad uanitatem diuina oracula uidentur conuertere, 26 q.2. hi qui.
Quod sortes quæ dicuntur apostolorum vel aliorum sanctorum, sunt damnatæ, & exercentes sunt excommunicati 26 q 5. si quis clericus, & q.7. non obseruetis, & cap. sequen.
Quod omne genus sortiũ sub anathemate prohibetur 26 q.5. sortes. & cap. seq.
Quod tempore necessitatis in libris diuinis præmissa oratione dominica vel alia, sortes videntur concedi 26. q.2. hi qui & c. seq.
SORTILEGIVM Quod sortilegi sunt, qui per quasdam inspectiones sortium uel figurarum futura promittunt 22 quæstio. 1 sortilegi.
Quod qui obseruant constellationes, sortilegi dicuntur 26. q.5. non liceat.
Quod in calendis Ianuarij mensam cum epulis ratione diuinationis parare, sortilegium est committere 26. q.7 si quis.
Quod ligaturę characterũ vel aliarum rerum quas medicina non requirit, uel obseruatio sternutationis, aut liminis conculcatio, aut dierum Ægyptiorum obseruatio, & plura alia, nomine sortilegij dãnantur 26. q 2 illud.
Quod portare super se lapides pretiosos, vel herbas non est sortilegium, 26 q vlt. c. vlt.
Quod infirmantibus carmina sortilega nil proficiunt 26. q.7. admoneant.
Quod qui seruant sortilegia, sunt Christianæ fidei & baptismi violatores 26 q.7 non obseruetis.
Quod sortilegi a diabolo cui deseruiunt, sunt captiuati 26 q.5. episcopi eorumque.
Quod episcopis de parochijs sunt expellendi.
Item sortilegi sunt excommunicandi 26. q 5 § 1.
Quod sortilegi & eis assentientes ad accusationem non sunt admittendi 11. q.8 quisquis.
Quod serui si sint sortilegi, verberibus: si liberi, carceribus sunt castigandi 26 q.5 contra.
Quod qui credit sortilegis, quinque annis debet poenitere 26. q. 5 non liceat.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinatione, & de incantatione.

SPECTACVLVM. Quod die solenni ecclesiã contemnentes, & spectacula custodientes sunt excommunicandi, de consecr. dist. 1. qui die.
Quod præcipue cleri 1 curiosis spectaculis non debent interesse, de consec. dist. 5, non oportet 23. dist. hic igitur.
Quod clerici spectacula saltantium debent vitare 34. dist. presbyteri.
Quod poenitens si perfecte vult pęnitere, debet se a spectaculis sęculi cohibere, de pęn. dist 5. § 1. ante fi. ver. cohibere.
SPIRITVS SANCTVS. Quod spiritus sanctus æqualis est patri, & filio. de consecr. distin. 5. de spiritu sancto.
Quod a patre & filio procedit. de cõsecr. dist. 5. saluator.
Quod spiritui sancto attribuitur potentia miraculorum. de consec. distin. 5. de spiritu.
Quod spiritus sanctus extra ecclesiã nihil operatur. 24 quæstio 1. audiuimus.
Quod non scissuras, sed vnitatem amãtes, spiritum sanctũ accipiunt.
Quod peccata tenere, vel dimittere, vel excommunicare, opus est spiritus sancti. ibid.
Quod in domino semper mansit spiritus sanctus, in alijs vero sanctis qñque manet, quandoque recedit. de poen dist. 2 quarendum.
Quod nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. ibid. post med.
Quod nemo accipit spiritum sanctum nisi intra ecclesiam 14. q. 1. audiuimus.
Quod blasphemare spiritum sanctũ, est contra sacros canones proterue agere 25. q 1. violatores.
Quod Apostolus absens corpore pręsens spiritu Corinthium tradidit Satanæ 24. quæstio. 1. audiuimus. circa med.
Quod simoniaci non habent spiritum sanctum veritatis, sed spiritum mendaci, & illum alijs dant. 1. q 1 gratiam.
Quod septem modis in spiritum sanctum quis peccat, videlicet cum quis male sentit de persona spiritus sancti. de conse. dist. 4. hi vero.
Item cum quis obstinatur, & dicit omnia mala impunita, & bona non remuneranda. de poen. dist. 3. ad huc in fi.
Item qui pęnitus desperat, ut Cain qui dixit: Maior est iniquitas mea quàm vt veniam merear. de poe. dist. 1. voluissent, §. ex his.
Item cum quis veritatem cognitam impugnat, sicut illi qui Christum dixe unt in belzebub Dęmonia eijcere. 1. q. 1. eos qui.
Item cum quis quocunque modo mortaliter peccat, nam ex hoc spiritum sanctum a se fugat. de pęn. dist. 3 inter hæc hircum 2.
Item cum quis scienter in quocumque mortali peccato perseuerat. de poen. dist. 3. ante fi.
Item cum quis existens in peccato habet propositum numquam pęnitere. de poen. dist 1. potest fieri.
SPOLIATO. Quod cum spoliatur quis rebus, vel beneficio ab aduersario, tunc ante litis ingressum restituitur 2. q.2. per totum. 3. q. 1. episcopi. 5. q. 2. si primates. 33. q. 2. historia.
Quod si obijciatur spoliato exceptio rei iudicatæ, a qua non fuit appellatum, tunc non restituitur. 2 q. 6. ei qui appellat, § diffinitiua.
Quod cum spoliatur quis a iudice non suo, hic statim restituitur, nisi propter graue scandalum dissimuletur. 3 q.6 hæc quippe.
Quod si spoliatur quis a iudice suo, qui propter iustam causam absens inuenitur, hic statim restituitur. 7. q. 1. præsentium, sed absens ex contumacia si intra annum purgare voluerit innocentiam, est audiendus 11. q 3 rursus.
Quod si spoliatur quis pręsens a suo iudice post appellationem, nihil agitur & spoliatus ad omnia restituitur 2 q.6. c. vlt. §. appellatore.
Quod si spoliatur quis a iudice suo ante appellationem ordine iudiciario, non restituitur 2. q.6. c. vlti. §. quandoque vnam.
Quod si a iudice suo ante appellationem ordine iuris prætermisso quis spoliatur, statim restituitur. 2 q. 1 notum sit.
Quod spoliatus etiam absens per procuratorem potest restitui. 3. q 1. episcopi, §. sed notandum.
SPONSÆ. Quod sponsæ promissæ non statim debent dari, ne vilescant 27. q 2. institutum.
Quod vno viuente, alteri alter non debet coniungi. 27. quæstio. 2. desponsatam.
Quod vterque ipsorum altero inuito potest religionem approbatam intrare 27 q 2. desponsatam.
Quod dos sponsæ scripto debet confirmari 30 q.5. nostrates.
Quod propter publicam honestatẽ neuter alterius consanguineam, nec in vita, nec post mortem potest accipere 27. q.2 si quis desponsauerit, & cap. si quis vxorem, & cap. seq.
Quod fornicatio uolũtaria videtur tollere desponsationis vinculum de futuro 27. q. 2. raptor.
Quod sponsa iubetur lugere mortẽ sponsi sui, quasi viri sui. 27. q. 2. omne, in fi.
Quod opprimens sponsam alterius, morte punitur. 27. q. 2. omne.
Quod sponsa qñque dicitur vxor, & sponsi quandoque uiri. 27 q. 2 qua propter, & pluribus c. seq
Quod sponsus cum sponsa ob reuerentiam benedictionis prima nocte debent in virginitate permanere 23. dist. c. sponsus.
SPONSALIA. Quod sposala sunt futurarum nuptiarum foedera. 30. q. 5 nostrates.
Quod ante septenniũ nequeũt contrahi sponsalia. 30. q. 1 § 1. & c. seq.
Quod sponsalia in cunabulis per parentes contracta non tenent, nisi pueri postquam ad annos discretionis peruenerint, consentiant. 30. q. 2. cap. vbi.

Quod sponsalia quandoque contrahuntur per verba de præsenti, & hæc quia faciunt matrimonium, non soluuntur nisi per religionis ingressum 27.q.2.scripsit.
Item per frigiditatis perpetuum maleficium 2.q.4. consuluisti. § hoc autem.
Item verbi de futuro hæc impediūt cum alio contrahendum, sed non dirimunt iam contractum. 27. q. vlt.& §. seq.
Quod parentibus non licet puerorū sponsalia frangere, quæ vtrorumque consensu contrahunt 31.q.3. c.si qui parentes.
Quod euidens signum sponsalium, est annuli subharratio. 30.q. 5. nostrates.

De hoc habes vbi agitur de Annulo.

Quod sponsalia per parentes tantū tractari debent:non est enim virginalis pudoris eligere maritum. 32.q 2.non omnis, §.seq.
Quod viuente auo pater puellæ de sponsalibus tractandis non debet se intromittere,sed auus: quia ipse pater est in potestate aui. 32. q. 3.cap.1.
De desponsatione Mariæ cum Ioseph, habes 27.q 2.§.1.

De hac materia, & de Conditionibus turpibus,& honestis, quæ fiunt in sponsalibus, habes vbi agitur de Matrimonio.

STABILITAS. Quod stabilitas prælatis, & clericis in suis ecclesijs,;& locis præcipitur, & contrarium inhibetur.7 q.1. nō oportet, per omnia cap. vsque ad cap. sanctum.

De stabilitate habes vbi agitur de Constantia.

STATERA. Quod statera dolosa quę grauius pro se, leuius pro alio ponderat est vitanda.24.q. 1. non afferamus.
Quod omnis iudex Stateram gestare debet, vt in vtroque pendo iustitiam,& misericordiam habere. 45.dist.omnis.
Quod quilibet quasi in Statera sermones suos debet pondere 50.distin.ponderet.
STATVTA Quod statuta sanctorum patrum inuiolabiliter sunt seruanda 11. dist.nolite.
Quod ecclesiasticorū statutorū quædā Apostolica traditione, quædā auctoritate scripturæ,quę iā consuetudine confirmantur.11.distin. ecclesiasticarum.
Quod Apostolica statuta non debēt negligi,nec variari, nec per cōcertationem disturbari 25.q 2. ampu tato.
Quod fit statutum propter honestatem tenendam 35.q 3.porro.

De hac materia habes vbi agitur de publica honestate.

Item fit propter inhonestatem delendam de conse dist. 4. nec quem quam vbi agitur de immunditijs corporalibus.
Item fit propter vtilitatem habendam.1 q.7.tali. vbi constituitur ꝓpter ecclesiæ vtilitatem, ut cum il legitime natis dispensetur.
Item fit propter inutilitatem euadēdam.12.q.2 terrulas. vbi statuitur quòd inutiles res ecclesiæ alienari possunt.
Item fit statutum causa diligentiæ habendæ.18,dist.peruenit. vbi statuitur quod synodi certis temporibus habeantur.
Item fit causa negligentiæ remouendę 89. distin. volumus. vbi statuitur quòd episcopus vicarium habeat
Item fit causa necessitatis, quæ cessante debet statutum cessare 1.q. 1.quod pro necessitate.
Item fit causa facilitatis.80. q.di.fraternitatem vbi statuitur ꝙ episcopales sedes debēt esse propinquę vt facilius ad electionem archiepiscopi conueniant.
Item fit causa maioris mali vitandi 13 dist.c.1 & c.2.
Item fit causa maioris boni adipiscēdi. 19 q.2.duæ. vbi dicitur, quod clericus contradicente episcopo religionem potest intrare.
Item fit causa oppressionis vitandæ. 16.q.prima, prædicator. vbi dicitur quod maior minorem opprimere non debet.
Item fit causa subiectionis seruādæ. 95 dist esto. vbi dicitur qualiter episcopi ad presbyteros, & presbyteri ad episcopos se debēt habere.
Quod legitime statutum potest dissolui propter peccantis abusum. 63 dist.quia sancta,§ prox.
Item propter auctoris detestationē. 16.distinct.canones vbi dicitur, ꝙ licet bona sint, quæ statuerunt hæretici, tamen sunt detestanda.
Item propter securiorem prouisionem.de consecr. distin. 1 vasa.vbi dicitur,quod pro ministerio diuino meliora sunt uasa aurea, & argentea quam vitrea & lignea.
Item propter statuti nimium rigorem.34.dist.fraternitatis.
Item ne prębeat malignādi occasionem.12 dist. nos consuetudinem. vbi contra primum ita utū de hæreticis statuitur de Domesticis nō promouendis.
Item propter maiorem honestatem. 31.dist aliter.vbi statuitur de Græcorum sacerdotū vxoribus, quod apud Latinos dissoluitur.
Item propter exempli perniciē 96 distin.bene.vbi statutum Basilij,licet fuerit pro ecclesia cassatur.
Quod statutum antecessoris cassatur,si oppressionem infert.31 dist. ante triennium
Item si iniuriam continet 19 dist. secundum,& 10.quæstione. secunda, de precarijs. 100.distinctione nouit.
Item si casus inopinatus emergit. 12 q 1. certe.
Item si exemplum mali inducit. 63. dist.quia sancta,§ verum.
Item si melius alteri fuerit reuelatum.9. dist noli.
Item si causa uel persona,uel aliqd simile causam dederit statuto. 29. dist.regulæ.

De hac materia habes vbi agitur de Constitutione.

STERILITAS. Quod in lege Moysi male dicta erat sterilis. 32. q.4 recurrat,§. his ita.
Quod nulli licet vxorem dimittere propter sterilitatem, & aliam ducere propter fæcunditatem.32.q 7. tantum.
Quod non videtur vere esse vxor quæ procurat contra bona matrimonij uenena sterilitatis.32.q.2.aliquando.
Quod sancti patres propter sterilitatem vxorum ex ancillis puerorū procreauerunt 32.q. 4 §.1.
STOLA. Quod Stola dicitur orarium 23. dist ecclesiastica.
Quod stola episcopus,& sacerdos utrumque humerum debet ambire pectus in modum Crucis stringendo, ad designandum qd Christum crucifixum in pectore portans securus stet inter prospera, & aduersa 23. distinctio. ecclesiastica.
Quod qui sine stola celebrat, vel Euangelium legit,grauiter excedit, vnde, & excommunicari præcipitur 33.dist.ecclesiastica.in fi.
Quod diaconus in sinistro humero stolam gestare debet,vt expedite presbytero ministrare ualeat.25.distin.unum orarium.
Quod sacerdos nunquam debet corpus Christi sumere, vel pro alijs portare nisi stolam in pectore ad modum Crucis circumseptu. 22. dist.ecclesiastica.
STVDIVM. Quod Studium apostolici debet esse circa profectum imperij 97 dist. victor.
Quod studium Episcopi debet esse, ut diuersarum scientiarum Studiū procuret in Ecclesijs baptismalibus 37.dist. de quibusdam.
Quod studium debet esse clericis diuinis officijs intendere. 23. distin. his igitur,in fi.
Quod clerici Studium auaritiæ debent declinare.ibid.
Item detestabile Studium simoniæ debent fugere 1 q 2 qui studet.
Quod studium liberalium artiū ad vtilitatem ecclesiæ exercendum approbatur 37. dist nct.de quibusdam.
Quod studium liberis poetarum ratione curiositatis clericis inhibetur 37 dist.si quis vult.
Itē clericis inhibetur ne filios suos in Ecclesiarum sumptibus studijs

diis sæcularium scientiarum occupent. 37. dist. legant, & c. vino. & c. omnem.

STVLTVM. Quod Stultum est nolle à quocumque bona discere. 22. dist. de Constantinop.

Item peccati periculum, & pœnæ correspondentis non pensare. 38. dist. qui ea vbi dicitur. Qui stultus est in culpa, sapiens erit in pœna.

STVPRVM. Quod Stuprum est illicita virginum defloratio. 36. q. 1. lex. §. cum ergo.

SVBDIACONVS. Quod Subdiaconi appellantur qui subiacēt officiis, & pręceptis Leuitarū. 21. dist. cleros.

Item Subdiaconi officium est calicem, & patenam ad altare Christi deferre, & Leuitis tradere. 25. distin. perlectis.

Quod nullus debet ordinari in Subdiaconum, nisi promissa castitate. 28 dist. de Syracusanę. §. ecce, & duobus c. seq.

Quod tempore apostolorum Subdiaconatus non reputabatur sacer ordo. 60. dist. nullus in episcopatum.

Quod Subdiaconus potest elegi in episcopum, & non in archidiaconum. 70 di. in inuocamus. & cap. nullus in episcopatum.

SVBSCRIPTIO Quod subscriptio tabellionarii, vel si non habetur tabellio, trium testium Subscriptio scripturam facit authēticam 16 q 3 placuit, §. potest.

Quod subscriptio requiritur in electione 63 dist quanto.

Item requiritur in constitutionis promulgatione 96 dist bene quidem 35. quæstio 9 quod quis.

Item requiritur in sententiæ prolatione. 17 dist. concilia, §. hinc etiā.

Item requiritur in rerum ecclesiasticarum alienatione. 12. q 2 sine exceptione.

Item requiritur in libertatis datione 12. quæst. 2 episcopus qui mancipium.

De simili materia habes vbi agitur de Scriptura.

SVCCESSIO Quod in ecclesiis non debet esse successio. 8 quæst 1. apostolica.

Quod episcopus non potest sibi substituere successorem. 8. quęstio. 1. per totum.

Quod filius sacerdotis vel clerici nō potest immediate in ecclesia succedere patri. 1. q. 1. cito turpem.

Quod varietate multiplicis successionis abolet vitiū prædecessoris.

Quod bona defuncti episcopi seruā da sunt diligenter Successori 12 q 2. hæc huius placiti, & c. non liceat, & cap. charitatem.

SVCCESSOR. Quod successor factum prædecessoris mutat propter subditorum oppressionem. 31. dist, ante triennium.

Item propter manifestam iniquitatem 100. dist. nouit.

Item propter exempli perniciē. 63. dist. quia sancta. §. verum.

Item ob iudicis circumuentionem. 35 quæstione. 9. apostolicæ, & duobus cap. seq.

Item ob gratiæ dispensationem. 35. q 9 sententiam.

Item ob originis intercitudinem 68. dist. chorepiscop.

De hac materia habes vbi agitur de statuto, & de Constitutione.

SVFFRAGIVM. Quod suffragia ecclesię facta pro mortuis prosunt. 13. q. 2. non existimemus

Quod quattuor modis fiunt suffragia pro mortuis, aut missis, aut eleemosynis, aut ieiuniis, precibus 13. q. 2. animæ.

Quod cum pro centum animabus psalterium vel missa dicitur, non minus quam si pro qualibet earum diceretur, accipitur. de conse. dist. 5. non mediocriter.

Quod pro suffragiis mortuorum. alii diem tertium, alii diem septimum, alii trigesimum, alii quadragesimum obseruare consueuerunt. 13. q. 2 quia alii.

Quod debita suffragia mortuorum non reddentes fures sunt & sacrilegi, & sunt excommunicandi. 22. q. 2. qui oblationes.

De hac materia habes vbi agitur de Mortuis, & de eleemosynis.

SVPERBIA. Quod superbia est bona, quę non habet quid, simulare 11. q. 3. si quis vero.

Item superbia est alios se præferre. 22. distinctio. de Constantinopolitana.

Item superbia est vanas opiniones ex scripturis sacris confingere. 30. dist hæc autem.

Item superbia est subditos non cū beneuolentia, sed cum aspertate corrigere 45 distin. licet nonnumquam

Item superbia est arroganter alios instruere, 46 dist hoc habet 45. di. recedite.

Item superbia est occasione habitus vel religionis simpliciores quosque despicere. 30 distin si quis per superbiam. 45 dist. vera iustitia.

Item superbia est sine meritis præfici vel ordinari velle 59. distin. officia.

Item superbia est peccatum suum in confessione non manifestare. de pœn. di 1. §. item taciturnitas.

Item superbia est officia aliis conuenientia sibi vsurpare. 10. dist. quoniam 93 dist. diaconi ecclesię.

Quod Nabuchodonosor propter superbiam in bestiam est mutatus. 18. q. 4. miror.

SVPERFLVITAS. Quod superfluitas cibi, & potus nocet animæ, & corpori. de consec. dist. vlt. nihil enim sic, & duobus c. seq.

Quod superfluita temporalium (maxime in clericis) arguatur. 47. dist. sicut. 12. q. 2. aurum.

Item arguitur in vsu ciborum, & potuum 44. distinctione. §. 1. & cap. sequen.

Item arguitur in excessu deliciarū & lasciuiarum. 35. distin. ecclesiæ. 41 dis quisquis.

Item arguitur in immoderata fusione verborum 43. dist. sit rector. ante med.

Item in constructione ædificiorum 86. dist. non satis, & cap. pulchra. 12 q 2. gloria.

SVPERSTITIO. Quod superstitio est quidquid institutum est per homines ad facienda, & colēda idola, vel ad colendā sicut Deū creaturam. 26. q 2. illud quod.

Item superstitio est seruare tempora in agendis, in ędificiis inchoandis in diebus Ægyptiacis custodiendis 26. q. vlt quis existimaret

Item supestitio est pacta quædam, & fœdera cum dæmonibus subire, qualia fiunt per magicas artes. 26. q 2 illud quod.

Item superstitia est strictius viuere quam mores eorum cum quibus quis habitat, se extendunt. 41. dist. quisquis.

SVSPENSIO. Quod suspensio est duplex videlicet corporalis, & spiritualis.

Quod suspensio Iudæ corporalis nō deleuit peccatum, sed auxit supplicium 23. q. si non licet.

Quotquot seipsos suspendunt, vel aliter occidunt cum Iuda perpetuæ damnationis, exitium incurrunt. 23. q 5. si non licet.

De suspensione Iudæ habes vbi agitur de Iuda.

Quod suspensio in patibulo (si digne pœnituerit) non est neganda eucharistia, neque sepultura, quia talibus supplicium cedit ad peccati remedium. 13 q. vlt c. vlt.

Quod suspensio spiritualis est canonica vel ecclesiastica, quæ contingit in officio, & beneficio, vel in vtroque 32. dis. eos qui.

Quod à canone suspensi sunt ipso facto clerici publici fornicatores 32 distin. nullus, & c. seq. 15 q 8 suscitantibus.

Item hęretici. 24. q. 1. si quis dederit, & cap seq.

Item schismatici 1. q 1. quicumque, & cap. reperiuntur.

Quod suspenduntur clerici turpibus quęstibus, & lucris incumbentes. 88. di. consequens.

Item suspenduntur ab officio dęmoniaci, & epileptici, vel consimilibus vexationibus laborantes 33. distinct. communiter, & duobus cap seq.

Item suspenduntur episcopi vel clerici insolentiis se non corrigentes 34. dis quorumdam.

Item suspenduntur clerici prælatis suis inobedientes, & contumaces. 11. q. 3. si quis vero, & cap. absit.

Item quando quis suspenditur ab officio, intelligitur tantum de officio in ecclesia exequendo, quia in priuato tenetur omnes horas dicere 11 q 2 si quis episcopus in concilio
Item in officiis eis participantes excommunicantur. 11. q.3. si quis presbyter.
Item deponitur ab honore.11.q.3.si quis episcopus.
SVSPICIO. Quod omnis suspicio potius repellenda est, quam recipienda,6 q 1 oues
Quod fidelis homo non de facili debet venire in suspicionem, 11. q. 3. absit nota glossam.
Quod est suspicio temeraria & hęc est repellenda. quia non vult Deus hominem ab humano iudicari arbitrio 2. q. 1 multi. post medium
Item suspicio probabilis, & hæc recipit probationem in contrarium 7.q 1.præsentium.
Quod suspicio surgit ex presumptione, vel ex testium productione.2. q 7.accusatio quoque.
Item suspicio violenta, & hæc sufficit ad sententiam, vt si vxor cum adultero in vno lecto inuenitur, 32 q.1 dixit,
Item ex signis verisimilibus, & ex infamia, & hæc inducit purgationem 2 quæstio.1. Deus. & quęst. 5 presbyter.
Item surgit ex aduersariorum confictione, & hæc est contemnenda. 11 q.3.in cunctis.

De hac materia habes vbi agitur de Præsumptione.

TABELLIO. Quod quælibet ciuitas debet habere tabellionem 16.quæstio 3.placuit. §.his autem.
Quod vbi tabellio ad instrumentum scribendum non habetur, sufficit trium testium subscriptio.
TABERNA. Quod tabernas clerici pro aliis non debent tenere. 44.dist.nullus.
Item nisi in necessitate peregrinationis tabernas ad comedendum, vel bibendum non debent intrare 44 di.clerici.
Quod clericus tabernam frequētās, si admonitus non cessat, debet deponi,44 dist.nulli
TACITVRNITAS. Quod est taciturnitas bona & mala.43. distin.sit rector per totum.
Quod in concilio vel in capitulo bona est taciturnitas, & mala tumultuosa verbositas 5.q.4 in loco.
Quod tacenda sunt coram indignis fidei sacramenta. 43. dist.in mandatis.
Quod qui in obligatione tacet, ipsa taciturnitas sibi præiudicat.28. distinct. diaconi
Quod taciturnitas mala est in peccati confessione.de pœnit.distinct.o.2 §. item taciturnitas.
Item in veritatis defensione.11.quęstione tertia quisquis &c. nolite timere.
Item in subditorum correctione: propter quod prelatus canis mutus dicitur,43. distinctione sit rector.
Quod taciturnitas siue bona, siue mala quandoque trahitur ad consensum, videlicet propter fauorē ordinis 54 dist.si seruus sciente. vbi dicitur quod si scit seruum ordinari & tacet, videtur consentire.
Item propter fauorē religionis.26. quæstio secunda, cap primo & secundo. vbi dicitur, quod qui anno & die vno in religione steterit, etiam si voce professus non sit, videtur ex taciturnitate in professio nem consensisse.
Item propter fauorem matrimonii. 29.q.2 si quis ingenuus. vbi dicitur, quod ducens ancillam in vxorem scienter, non potest eam dimittere quia tacendo videtur in eam consensisse.
Item propter fauorem castitatis 27. dist diaconus, vbi dicitur, quod sacrum ordinem recipiens etiam tacendo de tenenda castitate, in eam consensit.

De hac materia habes vbi agitur de Silentio.

TANGERE. Quod qui iustos tangit, vel ut pupillam oculi Domini tangit, 2. quæst.7. accusatio quoque.
Quod tangere immundum est peccatis aliorum consentire. dist. 45. recedite.
Quod cui peccatum displicet, & illud redarguit, immundum non tangit ibidem.& c.toleranda.
Quod etiam sine coitu lasciuus tactus graue est peccatum.27.quęst. 1.nec aliqua,32 q.5. nec solo.
TEMERITAS. Quod temeritas est maiorum statuta ausu proprio contemnere,2 q 1.notum.q. 7.nihil.10.q 1. hanc consuetudinem. in fi 21.q 4 episcopi.
Quod temeritas incurritur, cum à subditis vita & facta superiorum diiudicantur vel reprehenduntur 21 dist.nolite, 13.q.4. placuit, &. cap seq.
Quod temeritas facilitatis veniam continet, & inconsultus calor calumniæ vitio caret.2 q 3. si quem. § notandum.
Quod temeritas accusatorum tribus modis detegitur: aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuersantur,2.quęst.3. si quem. §.proximo.

De Temerario iudicio, & de Suspicione habes in suis locis.

TEMPERANTIA. Quod temperantia cibi est, cum non plus quam necesse est seruitur corpori, sed sola eius infirmitas reficitur, vt ad vsus exercendæ virtutis aptum habeatur.44 dist.cõuiuia.de consec.dist 5.non dico.
Quod temperantia prodest animæ & corpori, quia nihil sic homini prodest sicut moderata refectio. de conse.dist.5. nihil enim sic.
Quod nec in manducando, nec in abstinendo consistit iustitia, sed in vtriusque secundum naturæ capacitatem temperantia,41 dist. qđ dicit, & tribus cap præced.
Quod tempore ieiuniorum, maxime est seruanda, de consec.distinct. 5. sint tibi.
Quod teperantia attenditur in moribus,23 dist.qui episcopus.
Item est habenda in dandis eleemosynis,86.dist.non satis, §, item perfecta.
Item in infligendis pœnis. 45. dist. disciplina. vbi dicitur, quod de lenitate & de seueritate debet fieri quoddam temperamentum.
TEMPORALIS. Quod Deus largitur temporalia propter eleemosynæ largitionem, 16.quæst 1. reuertimini.
Item propter pietatem factam. 22. q 2.si qualibet. Exemplum ibi de obstetricibus.
Item propter decimarum solutionem.16.q.1.decimę.
Quod subtrahuntur temporalia cū ex ipsis non fiunt eleemosynæ, 16. q.1 reuertimini.
Item cum non soluuntur decimæ. 16 q 1.decimę.
Quod contemplatiui ab omni strepitu temporalium quiescere debēt. 12.q. 1.duo.
Quod tpalia dēnt possideri, sed non nisi ad vsum. ibidem, post med.
Quod de omnibus tēporalibus Deo ab hominibus reddenda est ratio. 15.q 1.firmissime.§.ex eo.

De hac materia habes vbi agitur de Diuitijs.

TEMPVS. Quod tempora propter diuinationem non sunt seruanda,26 q 5.non licet.
Quod tempus metendi non est, nisi in præsenti 13 q 2 in præsenti.
Quod tempo is qualitate res mutātur 10.q 3.priscis & c. seq.35.dist. ab exordio.
Quod Christus veniens in fine temporum vt ad finem ad principiū, 35 di ab exordio.

De quattuor Temporibus habes vbi agitur de Ieiunio.

Quod temporibus nostris non solū corpora sed et merita in hominibus defecerunt 34 distin. fraternitas.
Quod multi tolerantur propter temporum necessitatem vel vtilitatē, vel scandalum 1 q 6.requiritis. & c.seq 4.q 1.pudenda, in fi.

De Tēporibus habes vbi agitur de præscriptione, & in multis locis vbi agitur cū tēporis ad actione.

TENTA-

TENTATIO. Quod tentatio est multiplex, videlicet Dei, hominis, & diaboli. de pœniten distinct. 2. §. opponitur, & §. econtrario.
Quod tentat Deus ad instruendum. 1. q. 1. prophetauit. §. quinque.
Item ad pugnandum 6. q. 1. sunt plurimi. de pœn distin. 2 §. opponitur post med. vbi agitur de Tentatione tribulationis.
Quod tentatio est vita hominis sup terram. de pœn dist. 2. §. opponitur.
Quod humana tentatio est cum in animo de illicitis tentamur etiam nolentes: sed diabolica, cum quod caro suggerit, animus cõsentit. de pœn dist 2. §. econtrario.
Quod sunt quidam qui non expectant tentationem, sed præueniũt voluntate de pœn. distinct. 5. §. 1. circa prin.
Quod cum tentatio in corde non reprimitur etiam in actione dominatur 59. distin. hinc etenim.
Quod nemo debet tentare Deum dum habet, quod consilio rationabili faciat 22. q. 2. quæritur.
Quod iudicium per duellum, & per ferrum calidum, siue per aliquam aliam probationem prohibetur, quia Deus tentari videtur. 2. q. 4. monomachiam, & c. consuluisti.
Quod Deum tentat qui habet quod faciat vnde suam, & aliorum salutem præcauere queat, & non procurat. 23. q. 8. si nulla.
Quod tentat hominem diabolus de pœn. dist 2. §. opponitur, ante fi.
Item tentat bonos, ut laceret, & deuoret. 3. q. 1. nulli.
Item tentat dormientes. 6. dist. testamentum.
Quod mille modos habet tentandi. 6. quæst. 2. c 1.
Item tentat sub specie boni mala suggerendo 14. q. 5. forte.
Quod præcipue sancti a peccato mũdi sustinent tentationes diaboli de pœn. dist. 2. §. opponitur.
Quod maxime illos tentat qui Deo sunt familiariores, & in eius seruitio feruentiores 3. q. 1. nulli.
TERGIVERSATIO. Quod tergiuersatio est verborum cauta prolatione peccata sua leuigare. de pœ dist. 1. § econtra. 2. in fine.
Quod tergiuersari est ab accusatione desistere 2. q 3 si quẽ, § notãdũ.
TESTAMENTVM. Quod testamẽtum vetus differt a nouo in pluribus: quia in veteri pœna, & in nouo venia peccati promittitur 23 q. 4 c hæc autem §. prox.
Quod illud terrorem, istud mansuetudinem inducit. ibid.
Item in veteri pro culpa morte moriebantur, in nouo pœnitenti misericordia promittitur. ibidem.
Item differt in matrimonij coniunctione 35. q. 1 § 1.
Item plurium vxorum, & concubinarum permissione 32 q. 4. recurrat, §. his ita.
Item differt in multorum cęremonialium obseruatione 5. distin. § 1. sexta distinctio. non est peccatum, §. his ita.
Item differt, quia vetus requirit opera, nouum autem non tantum opera, sed voluntatem 15. quæst. 1. si quis non.
Item testamentum vetus virginitatem non approbat, quam nouum commendat 32. quæst. 4. recurrat, §. his ita.
Quod concordat nouum testamentum cum veteri in moralium obseruatione, quia obseruat decalogum. 32. quæstione quarta meretrices.
Quod in testamentis decedentium vltima uoluntas testatoris est seruanda 13. quæstione 2. vltima. 16. quæstione 1. admonere & c. consideratio.
Quod eremitæ, quia proprium habent, possunt testari 19 q. 3. perlatum, §. prox.
Quod religiosis proprium non habentibus non licet testari. 19 quæstione 3. quia, & cap. seq.
Item seruus (quia omnia sunt Domini) testamentum condere non potest 13 q 2. illud.
Quod vtrum liceat episcopis, & clericis condere testamentum, habes 12 q 1 episcopi.
Quod nõ liceteis de rebus ecclesiæ, sicut agris, & frugibus, siue oblationibus, siue de quibuscumque alijs testari 12. quæstione 1. episcopi. ibidem, & quæstione 2. per totum, & quæstione 4 nulli, & cap. sequen.
Item bona propria decedentium ab intestato si non habent filios, vel nepotes, sunt ecclesiarum in quibus ministrant 12 q. 3. quicunque & quæst 5. cap vlt. & q. 2. episcopus qui filios.
Quod in testamento Christus semper pro vno filio um reputandus est 23 q 2. si quis i. ascitur.
Quod testamentorum non executores sunt sacrilegi fores 13 q. 2 qui oblationes 17. q. 4. sacrilegium.
Item sunt egenorum homicidæ 13. q. 2. clerici.
Item sunt excommunicandi. ibid.
Quod successor non seruans defuncti testamentum est exheredãdus. 11 q 1. Silue. ter.
TESTIS. Quod triplex est testis, videlicet superior, scilicet Deus. 11 quæst. 3. inter verba, vbi dicitur. Ecce in cœlo testis meus, & 21. q. 1 si peccatum.
Item est testis interior, videlicet conscientia 11. q. 3 inter verba, vbi dicitur: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, & c. custodi.
Item est testis exterior, scilicet proximus de consec. distin. 1. iubemus. 11. quæst. 3. non sunt 12. quæst. 1. nolo ut.
Quod est testimonium non solum verbale, sed etiã reale, scilicet facti euidentia 28. dist. priusquam. 82 dist. propasuisti 33. quæst. 2. de his vero.
Quod Apostoli, verbo, & opere sunt testes Christi in Hierusalem, & in omni Iudea 11. quæst. 3. existimant. in fi.
Quod voluntas morientis etiam sine instrumento probari potest ex circumstantium testimoniis. 29. questione sexta, his qui tempore.
Quod in testimonio est attendenda diuersitas locorum, & temporum 35. quæstio 6. de parentela.
Quod ad probationem ingenuitatis soli testes non sufficiunt nisi instrumentis, & argumentis adiuuẽtur 4 q 3. placuit, §. item in criminali post med.
Quod nullus potest esse iudex, & testis 4 q 4. nullus vmquam.
Quod testibus non testimonijs per scripturam delatis credẽdum est. 3. q. 9 testes. §. proximo & c. hortamur.
Quod de illo est uerum testimoniũ quod in presentia testificantium contigisse perhibetur 3. quæst. 9. testes, § de his.
Quod etiam non rogati, dummodo interfuerint, testes esse possunt. 4. q. 3. placuit, §. item in criminali.
Quod testes super uno facto in tempore & loco discrepantes repellũtur 3 q. 9 testes. §. seq.
Quod illi testes sunt grauiter puniẽdi quos temporum diuersitas simul facto non interfuisse ostendit 3 q. 8. nihilominus.
Quod in causa criminali testimonium debet esse de visis, notis, & auditis 3 q 9 testes.
Quod in testibus attendenda est status dignitas, fidei puritas, & morũ grauitas 4. q. 3. testes. §. seq.
Quod illi præcipue recipiendi sunt in testes, de quibus præsumitur, quod veritatem facti magis sciant. 35. q. 6. cap 1.
Quod licet simplici verbo iudicis credendum sit, tamen si ab ipso appellant, non potest esse testis in causa appellationis. 16. q 1. statuendum.
Quod ad vnius testimonium nemo condemnatur nisi forte fama publica contra eum laboret 3. q. 3. testes, § seq. 35 q 6 § vlt. 33 q. 2. admonere, 2. q. 5. si mala.
Item nec ad testimonium vnius, ẽt si sit episcopus. 6. q 2. per totum 4. quæstio. 3. testes, §. sequen. versicu. unius.
Quod ex hoc episcopo, uel alteri prelato iniuria non infertur, cum sibi soli in testimonium non creditur. 6. q 2 c. vlt.
Quod ad probandum duo testes sufficiunt, uel tres, nisi in aliquibus casibus singularibus ubi plures requiruntur 4. q. 3. testes. §. seq. post med. 2. q. 4 § 1.
Quod præsul non damnatur nisi 72. testi-

testibus presbyter autem nisi. 44. diaconus vero Cardinalis nisi viginti tribus inferioris autem gradus clerici nisi septem te tibus cõuicti, nõ debent condemnari. 2. q. 5. præsul.

Quod nullus est idoneus testis in causa propria 15. q. 3. sane, in fine.

Quod nec in re nec in causa propria quis ad testicandum admittitur. 4. quæstio. 3. testes. §. sequen. post med.

Quod contra se quisque testari põt, pro se vero minime 14. q. 2. §. 1.

Quod propter inimicitias põt quis repellere testes contra se, quos ad misit pro se: aliàs non 4. q. 3. testes. § seq. ver si quis.

Quod qui agit, non potest à reo petere testimonium 4. q. 3. testes. ver. item qui intendit.

Quod testes non videntur idonei, quibus potest imperari 4 q. 3. testes. §. seq. ante med.

Quod testis videtur suspectus si sit de domo iudicis 4. q 4. contra.

Quod nullus debet cogi, ut ferat testimonium contra consanguineũ, affinem 4. q. 3. testes. §. seq. versicu. item lege Iulia.

Quod nec parentes, nec liberi inuicem aduersus se testificari possunt 4 quæstio. 3. testes. versi. item codicem.

Quod pater & filius, & duo fratres in eadem causa testes esse possunt. 4. q. 3 testes §. sequen.

Quod in alieno negotio plures testes produci possunt ex eadem domo 4 quæst. 3. testes, §. sequen. circa med.

Item testis domesticus admittitur in causa ecclesiastica 14. quæstio. 2. super.

Item in causa matrimoniali. 35. q 6. de parenteia.

Item admittitur in causa ciuili, sed non in criminali 4 q. 3. testes, §. sequen. ver. quos accusator 14 q. 2. per totum.

Quod hæreticus pro Christiano potest testificari contra hæreticum, sed non contra Christianum 24. q. 1. miramur. § seq.

Quod inhabitis ad sacerdotium, cõtra sacerdotem non potest testificari in causa criminali 2. q. 7 ipsi Apostoli.

An clericus ad testificandum possit compelli 2. q 6. statutum.

Quod episcopus, vel presbyter nisi in causa quæ aliter fieri non possit adducatur in testem: quia ex hoc sacerdotium dehonestatur. 11. q 1. testimonium.

Quod episcopus, vel presbyter in necessitate testimonium perhibens non debet iurare sicut alij super librum, sed tantum videre librũ, in fi.

Quod episcopus, uel presbyter potest loco iuramenti per sanctam consecrationem dicere 2 q. 4. si quis presbyter.

Quod omnes alij testes debent primo iurare de veritate dicenda tactis sacrosanctis Euangelijs. 3. q. 9. hortamur 4 q 3. testes. §. prox.

Quod iudex debet testibus prouidere de loci securitate 3. quæstio. 9. hortamur.

Quod testibus expensæ sunt ministrandæ 4. q 3 testes § seq.

Quod episcopus siue presbyter pro ecclesiæ suæ negotio potest ferre testimonium 14 q. 2. super.

Quod clericus non debet esse testis contra laicum in criminali causa, sed in ciuili 11. q. 1. testimonium. 14. q 2 super.

Quod in conficiendis instrumentis secularium, presbyteri non debent ferre testimonium nisi de mandato episcopi 14. q. 2 super in fi. ibid.

Quod testi honestiori maior fides est adhibenda 4. q 3. testes. versic. item iuraturandi.

Quod utrum hermaphroditus possit fieri testis, qualitas incalescentis sexus declarabit 4. q. 3. testes. versi. item hermaphroditus.

Quod mulier potest esse testis pro parentibus, & amicis, & consanguineis, & pro crimine læsæ maiestatis, & contra hæreticum & simoniam 15 q. 3. de crimine.

Quod de vnoquoque minus est dubitandum ubi prior ubi qualis fuerit testimonium reddit. 61. distin. miramur.

Quod testes debent esse bonæ opinionis 2 q 1. in primis circa med. 3. q. 5. suspectos q. quæstio. 3. testes, §. primo.

Quod ad testificandum non admittuntur aliàs inimici 2. q 1. in primis circa med.

Item nec serui pro domino suo, nec minor viginti annis 4. q 3. testes.

Item nec infideles 2 q. 7. non potest. 3. q. 5. suspectos.

Item nec à fide apostatantes. 2. q. 7. non potest.

Item nec infames 2. q 7. testes 3. q. 5. similiter. & c. seq. 6. quæstio. 1. qui crimen.

Item criminosi 2. q. 7 testes 3. q 5. constituimus.

Item nec complices in crimine quã do ill. d ue se co. fitentur 15. q. 3. c vlt. 4. q 3 testes, §. sequen.

Item nec nimia paupertate laborantes 4. q 3. testes, §. seq.

Item nec consanguinei, uel propinqui nisi cum contra seipsos mutuo testificari voluerint. 3. quæs 5. cap. 1.

Item nec familiares scilicet de propria domo prodeuntes 3 q. 5. ca. 1. & c. accusatores.

Item nec affines 3 quæst. 9 absens & q. 5. similiter.

Item nec litigiosi 3. q. 5. suspectos, & cap. seq.

Item nec impuberes qui intra quartumdecimum annum consistunt. 4 q. 3. testes, & § seq.

Item nec liberi contra ecclesiã, vel contra dominum, cuius fuerunt serui 12 quæstio. 2. episcopus qui mancipium, §. vlt. 4. quæst 3 testes, § seq ver. item patroni. & versicu. item liberi.

Itẽ nec serui, nisi dũ aliqui testes deficiũt 4 q. 3 testes, § seq. ante fi.

Item nec ille qui iudex, uel assessor vel aduocatus fuerit in eadem causa 16 q. 1 statuendum.

Item quicunque ad accusandum nõ admittitur, nec ad testificandum. 4. q. 4 c 1.

Quod testimonium numquam est vendendum 14. q. 5. non sane.

Quod non testificans ueritatem grauiter peccat 11 q. 3. vnicuique. §. sic quoque.

Quod falsus testis est, qui etiam cõtra seipsum falsum dicit, & per hoc Deum, qui est veritas vẽdit. 11 q. 2. abijt.

Quod presbyteri, uel diaconi in falso testimonio inuenti, per tres annos ab officio suspensi in monasterio debent pœnitere 5. quæst. 6. quia in fi.

Quod quilibet falsus testis septem annorum pœnitentia punitur. 22. q. 5. si quis periurauerit.

Quod infamis fit, & a testimonio repellitur 12. q. 5. si quis cõuictus.

Quod inducens ad falsum testimonium grauiter peccat, & consimili pœna punitur 22. quæstio. 5. si quis peierauerit, & capitu. si quis conuictus.

TIMOR. Quod timor est multiplex, videlicet seruilis, quando quis timore pœnæ facit quod facit 23. q 4 hæc autem, § seq. in fi.

Item est timor initialis, si qui sicut seta introducit filium, ita & ipse charitatem, de pœniten. d ist. 2. sicut seta.

Item est timor filialis, qui etiam timor sanctus, vel castus dicitur, & hic est perfectorum 23 q. 6. schismatici, & § vlt. in fi.

Item est timor naturalis, quem ẽt ipse Christus habuit, & alij perfecti 7. q. 1. c. vlt circa fi.

Item est timor mundanus, quando peccatur timore temporalium 47. dist. sicut 11. q 3. quisquis.

Item est timor mundanus quo quis peccat timore pellis propriæ 11. q. 3 nolite.

Quod humanum est timere cũ qui pot si opprimere, uel eripere. 16 q. 2. c. 1 post med.

Quod timendum est de sero pœnitente de pœn dist. 7 post med.

Quod amor carnalis & timor atque auaritia sensum hominis hebetãt. 3. q. 5 accusatores, uel testes. 11. q. 4 quatuor.

Item ubi ... est vbi timoratus periit a terra. 16 q. 7. & hoc diximus. post med.

TITVLVS. Quod titulus dicitur principium possessionis, sine quo nemo vere possidet 16. q. 3. dilectio

dilectio.§.potest,ante med.& 17 q. 4.questi.
Item dicitur titulus vexillum vel signum pro re vendicanda positũ 16 q 6.consuedo 12. q 2. non habenti.
Item dicitur titulus breuis adnotatio sequentis operis. 15. dist. sancta & c.in primis ante med.
Item titulus dicitur beneficium ecclesiæ sub quo quis ordinatur, & vbi tenetur seruire quamdiu viuit 70 dist.sanctorum.
Quod nemo sine titulo ordinari debet. ibid.
TOLERANTIA. Quod tolerantur a bonis infirmi ipsis consueta non denegando quarta distinctio. denique.
Item debilitati quantum ad labores condescendendo. 47. dist.omnes in fi.
Item ipsorum defectus ad infamiã non detegendo. 95. distinctio. in scripturis.
Item commissa eorum propter spẽ correctionis patienter supportando 45 di t.li cet.
Exemplum ibi de Petro quem dominus post negationem non dam nauit & c.recedite.& 50.dist.considerandũ. vbi dicitur ꝙ ideo dominus Petrum tolerauit,vt postea aliorum defectus toleraret.
Item tolerantur a bonis mali ipsorum detractiones, & falsa iudicia æquanimiter tolerando 6. q.1. deteriores & c.seq.& c. ex merito.
Item tolerantur a bonis ipsorũ verba, & alias persecutiones patienter sustinendo. 6.q 1 quiescite.
Item tolerantur de omnibus ipsorum iniuriis, se non vlciscendo. 23.q.3.sex differentiæ. & quæst 8. conuenior.
Quod qui malos non tolerat ipse sibi per hoc testis est, quia bonus non est 23 q 4 hæc autem.
Quod mali a bonis quandoque tolerantur, quia corrigi non possunt. 23 q 7 c 1.in fi.

De Tolerantia malorum habes vbi agitur de Malis.

TONSVRA Quod tonsura clericalis in circuitu & in sũmitate capitis in modum sphæræ debet radi. 23.dist prohibete
Quod tonsura designat in clericis contemptum temporalium. 12. q.1.duo.
Quod hæc tonsura prius debet fieri per episcopum, nisi sint regulares, quibus per abbatem suum, si est presbyter,potest dari.69 dist. quoniam.
Quod prima tonsura facit clericum. 23.dist.clerici. & est ordo, qui dicitur psalmistatus. 23 distinctio. psalmista.
Quod non habentes tonsuram clericalem lectiones in ecclesia publice in pulpito non debent legere.69.dist.quoniam.
Quod tonsura clericalis sic dẽr tonderi vt sit super aures. 23 dist non liceat cuilibet.
Quod ad eam deferendam clerici per archidiaconum sunt compellendi 23.dist.si quis.
Quod etiam vxorati clerici contrahentes cum virgine debent tonsuram portare,si clericali priuilegio volunt gaudere. 84.dist. quisquis.
Quod clericus contrahens cum corrupta,quia videtur renũciare priuilegio clericali , communem cũ laicis tonsuram deportabit. ibid.
TORMENTVM Quod tormentum quandoque verberibus infertur. 12.q 2.fraternitas.
Quod quilibet iudex etiam ecclesiasticus potest torquere suspectos,vt veritatem facti possit exquirere. 5 q 5.illi qui.
Quod quilibet superior malefactorem sibi subditum , secundum magis & minus excedentem potest tormentare. 23. q. 5 cap. 1.in fine.
Quod prælatus non debet per se, sed per alios delinquentem tormentare 86.dist non liceat.
TRANSACTIO Quod transactio est cum aliquo dato vel retento, vel promisso ab actione litigij recedere.54 distinct. generalis,circa fi.
Quod transactio debet fieri de scire iudicis vel superioris 23. quæst.4. si illic.
Quod proprie loquendo transactio, non potest fieri in spiritualibus. 1.q.2 quam pio. 14.quæst 5. denique 16.q 7.decimas 13. q 2. in ecclesia...
Quod quando seruus diaconus effectus aliam personam pro se restituat,in tali transactione nõ committitur simonia:non pro ordine, sed pro seruitio fit restitutio. 54. distinct antiquis.in fi.& capit.generalis.
TRANSITVS. Quod in successores res transit cum onere suo 11. q 1.Siluester.
Quod spiritualis transitus est de peccato ad vitam,de culpa ad gratia, de terrenis ad cælestia.de consecr. dist.4.per aquam.

De Transitu religiosorum ad aliam religionem habes vbi agitur de Religione.

TRANSLATIO Quod transferri possunt prælati de ecclesia ad ecclesiam propter necessitatem, vel vtilitatem 7.q.1.mutationes.& tribus c.seq.
Quod sicut vir ducens alteram præter suam vxorem,dicitur adulter: sic prælatus qui ꝓpria temeritate se transfert ad aliam ecclesiam 7. q. 1.sicut.
Quod translatio fit de minori ecclesia ad maiorem,& non econuerso.93 dist.legimus.circa med. 7.q. 1.mutationes.
Quod petrus de Antiochia Romam tamquam ad maiorem ecclesiam est translatus,7. quæstio. 1. mutationes.
Quod ambitio præsumitur vbi de minori ecclesia ad maiorem sua temeritate quis transfertur 7. q.1. si quis episcopus & c seq.
Quod translatio vtilitatis plurimorum , vnius vtilitati præferenda est.8.q.1.scias.
Quod translatus nihil iuris in priori ecclesia retinet 21 q.2. si quis.
Quod translatus non priuatur prima ecclesia nisi possessionem habeat in secunda 92.dist. si quis episcopus & cap.si qui episcopi.
Quod translatus causa necessitatis, cessante necessitate debet ad primum locum redire 7.q.1 pastoralis 1.q.1 quod pro necessitate.
Quod solius papæ est transferre episcopos. 7. q 1.mutationes. & c.sicut alterius in fi.
Quod presbyteri siue inferiores prælati de ecclesia ad ecclesiam non debent transferri nisi auctoritate episcopi.7.quæstio.1 episcopus de loco.
Quod ad aliam ecclesiam sua temeritate se transferentes frustrantur habita & non habita 7. q 1. si quis episcopus.& c.seq.
Quod in trãslatione clericorum,vel rerum ecclesiasticarum episcopus debet requirere consilium capituli:quia fit quędam alienatio. 12 q.2 sine exceptione.

De Translatione habes vbi agitur de Mutatione , & de Permutatione.

TREVGA. Quod treuga est securitas præstita rebus & personis discordia nondũ finita.24.q vlt.illi.
Quod archiepiscopi & alij prælati ad faciendũ treugam debent intendere.24.q.vlt illi.90.distin.per totum.
Quod frangentes treugas sunt excommunicandi.24 q. vlt.
TRIBVTVM. Quod licite datur tributum etiam ab ecclesia , videlicet intuitu pacis.23 quæstio. prima.quid.
Item datur intuitu subiectionis. 11. q 1 magnum Nota exemplum de Christo,qui dedit tributum.
Item intuitu solius quod quis possidet.23.q 8 tributum. & c. seq.
Item datur intuitu impensi officii, vel impendendi. 18.q. 2. Eleutherius.
Item datur intuitu cathedratici.x. q 3.per totum.
Item datur obtentu longæ consuetudinis.1 quæstio.3.quæsitum.ante finem.
Quod nulla ecclesia construenda est sub tributaria conditione de consec.dist 1.si quis basilicam.
TRIBVLATIO. Quod tribulatio patienter est toleranda , ne per impatientiam meritũ mutetur in culpam.

culpam 7.q.1. cum percussio.

Quod Deus sæpe suis mordacissimū genus tribulationis immittit ad animæ medicamentum.5.q 5.non omnis. Exemplum ibi de stimulo carnis pauli.

Item mittit ad virtutis augmentum 7.q.1. aduersitas. Exemplum ibi de naufragio petri 11. quæst.3. in cunctis.

Item mittit ad puniendum crimen commissum 6.q.1. sunt plurimi. 7 q.1.cum percussio.

Item mittit ad consequendum æternum præmium. 7. quæstio. 1. suggestum.

Quod facit mundi honorem contēnere.13 q.4.d.s.licet, ante med.

Item facit ad bonum festinare. 23. q 4 c.vlt.in fi.

Item tribulatio facit peccata deserere 23.q 5 qui peccat.in fi.

Quod quando non grex,nec fides, sed pastor quæritur,tribulatio est declinanda,7.q.1. sciscitatis.

De hac materia habes vbi agitur de Aduersitate.

TRISTITIA. Quod nullus pro sua nec suorum morte tristari debet.13.q.2 quam præposterum.

Quod illi qui de morte contristantur, videntur de spe resurrectionis dubitare.13.q. 2. vbicumque, § seq.& c.seq.

TVTOR. Quod tutor proprie dicitur pupilli vel orphani: vel a parentibus emancipati.87.distin.defensionis.

Quod triplex est tutela,videlicet testamentaria,quæ testamento constituitur: & legitima, quæ propter propinquitatē assumitur, & datiua,quę cu cunque confertur. 16 q 1.generaliter.

Quod tutela pupillorum in duobus consistit, videlicet ut vita a criminibus,& res ab iniuria impiorum seruetur 12 q.1.c 1.

Quod ipse Deus iussit pupillis & egenis tuitionem impendi.87.dist. defensionis.

Quod episcopus tamquam iudex tuitionem testamentariā non debet suscipere, & susceptā propter necessitatem, nō per se sed per archipresbyterum debet agere 88. dist. episcopus. & duobus c seq.

Quod licet clerici & etiam monachi non teneantur ad tutelam testamentariam vel legitimam vel datiuam,ad cautelam tamen miserabilium personarum omnes teneantur 86.dist.peruenit.87. dist.licet 16.q.1.generaliter.

Quod clerici per episcopum possunt cogi, ad egenorum tutelæ susceptionem.88.dist. decreuit.

VOCATIO. quod ecclesia cathedralis vltra tres menses non debet vacare pastore. 50. distinct. postquam. 14. distinctio. obeuntibus.

Quod propter gregis periculū post tres menses electionis alii tres mēses dantur pro petenda consecratione 50.dist.postquam.

Quod percipiendę atque intuendæ veritati vacandum est. 8. q. 1.qui episcopatum.

Quod clerici qui diuinis officijs debent esse obligati, non debēt terrenis actibus vacare. 21. quæst 3. malitijs.

Quod vocatio contemplationis cor de appetenda est, sed aliquando pro multorum salute postponenda est.8.q.1.in scripturis.

Quod diabolus per incuriam vacātes facilius opprimit,& in ima vitiorum prosternit. de pœn. dist.4. quæcumque.

VAGARI. quod episcopus vagabundus nisi resipiscat, primo excommunicatur, postea in monasterium retruditur. 7. q. 1. peruenit.& c.seq.

Quod clerici ab ecclesia nō sunt habendi qui vagando sub nullius episcopi diligentia consistunt. 93. dist.nulla.

quod monachi vagari prohibentur 16.q.1.iuxta & c.seq.

Quod religiosi vagantes, vt ad monasteria sua redeant, sunt compellendi.16.q.1.quidam.18 q secunda abbates.

Quod vaganti religioso sine sui superioris licentia non licet ordines recipere, nec diuina officia celebrare 16.q 1 monachi.& c.seq.

Quod si quid religiosus vagando acquisierit, totum monasterij ubi professus fuerit, erit.18. quæst.2. abbates.

Quod vagabundi religiosi post contemptum admonitionis, auxilio episcopi sunt carceribus tradendi,18 q 2. abbates.

VANITAS. quod nomen Dei non est in vanum assumendum. 22. q. 1.animaduertendum.

Quod vanitas gentilium poetarū, vel philosophorum, ipsorum auctoritatibus redarguitur, 37. dist. si quid.

Quod in prædicatione postponere auctoritatem prophetarum, & adducere auctoritatem philosophorum, vanitas est & curiositas sacrilega,37. distin. si quis artem & cap seq.

Quod omnis scientia quæ ad tropologiam, idest mores non conuertit,in vanitatē & in sensus obscuritatem deducit,37 dist.nonne.

VAS. Quod in ecclesia ad baptizādum & ad corporalia & pallas lauādum specialia vasa debent haberi,de consec.distin.4.omnis,& quattuor c.seq.

quod vasa sacrata non debent haberi de conse.dist.4.omnis presbyter,& distin.1. nemo per ignorantiam,& quattuor c. seq.

Quod vasa sacrata non debent moniales nec inferioris gradus clerici tractare,23 dist.sacratas, & cap. non oportet.

Quod vasa sacra & ecclesiastica inueterata debent cōburi: & cineres vbi conculcari non possint, reponi,de consec.dist.1 altaris.

Quod vasa ecclesiæ pro liberatione captiuorum & egestate miserorū sunt exponenda: quia melius est vasa uiuentium seruare, quam metallorum,12 q 2.aurum.

Quod Paulus dicitur vas electionis. 22 q 5.si Paulus.

Quod vasi iræ Deus nunquam reddet interitum si non inuenitur homo spontaneum habere peccatum,23 q 4.Nabuchodonosor.

VATES Quod vates a vi mentis appellatur: qui modo sacerdotē: modo prophetam: modo poetam significat, 21 dist. cleros.

quod illud quod vates gentilium de Christo prædixerunt, valet ad conuincendā paganorum vanitatem: sed non dat auctoritatem. 37 dist.si quid.

VELVM quod est velum professionis, quod datur fœminis anno duodecimo 20.q 2. puella.

Item est velum cōsecrationis quod datur anno vicesimoquinto.20 q. 1. placuit.

Item est velum prælationis, quod datur anno sexagesimo, 20. q 1. iuuenculas.

Item est velum ordinationis: & qđ datur anno quadragesimo.27.q.1. diaconissam

Item est velum continentię obseruationis: & hoc est viduarum. 27.q. 1.viduas.

Quod ad episcopos spectat uirgines velare 20.q 1.deuotis.

Quod excepta ægritudine episcopus virgini velum non debet imponere,nisi in festo Epiphaniæ, & per totas octauas Paschæ: & in festis Apostolorum.

Quod nec abbatissæ nec alteri moniali aliquam velare licet,20.q 2. statuimus.

Quod viduam nullus pontifex velare debet 20.q 1.deuotis.

Quod vidua ab altari velamen continentiæ potest suscipere, 27. q. 1. viduas.

Quod velatę voto professionis siue virgines siue viduæ matrimoniū non possunt contrahere,& contractum dirimitur 27.q 1.si quis sacro & c.hæc vero.

VENATIO. Quod aliqua venatio prohibetur, & aliqua permittitur & aliqua conceditur.

Quod venatio arenaria,qua quis pugnat cum bestia detenta in arena, prohibetur non solum facientibus, sed etiam aspicientibus 86. dist qui venatoribus,& c.seq.

Item hanc venationem exercens nō solum infamis efficitur,sed etiam ab actione in iudicio repellitur. 3.q.7 c 1.§.tria.post princ.

Quod venatio saltuosa, quæ fit in salti-

saltibus, vel syluis: si fit tempore debito, non prohibetur: si fit propter vtilitatem nõ delectationem laicis non clericis permittitur, 86. dist. quid prodest, 24. distin. quorũdam.

Quod maxime Germaniæ atq; Galliæ prælati venationi saltuosæ implicantur, ibi.

Quod uenatio, quæ fit sine strepitu, sicut ponere rete vel laqueum, nõ solum laicis sed etiam clericis cõceditur, quod similis est piscationi, 76 dist. Esau. de consecr. numquam.

Quod venator, inquantum venator non legitur sanctus 34 dist. quorũdam, 86. dist. Esau.

Quod qui videt venationem ad delectationem, videbit Christum ad contristandum, 86 distinctio, vident.

Quod parum prodest ieiunare in cibis, & delectari in uenationibus, 86 dist. quid prodest.

Quod fouere venatorem, propter artem suam, est peccatum, 86. distin. qui venatoribus.

VENDITIO. Quod emendi vilius & vendendi carius studium maxime clericis prohibetur, 14. q. 4 canonum.

Quod clericis permittitur ut pro mutuatis ab ipsis denariis res alias statuto tempore prout venduntur, recipiant, 14 q 4 si quis clericus.

Quod turpe lucrum sequitur, qui ex cupiditate tempore messis vilius emit vt carius vendat, 14. q. 4 quicumque tempore.

Quod qui falsum iurando pro pecunia ueritatem vendit, Christum, qui veritas est, sicut Iudas vendit, 11 q 3 abiit.

Quod sicut iudex non debet vendere verum iudicium, sic nec testis uerum testimonium, 14 q 5. non sane, 11 q. 3. non licet.

Quod sicut iurisperitus potest uendere iustum consilium, sic aduocatus iustum patrocinium, ibid.

Quod nullum diabolus tamquam seruum possidet, nisi qui se sibi peccatorum are vendiderit, 15. q. 1. non est.

De uenditione spiritualium habes. ubi agitur de Simonia.

Quod Christus eiecit de templo uẽdentes & ementes, 16. q. 7. & hoc diximus

VENIA. Quod apud Deum nulla patitur moras, veniæ conuersio, de pœ ni dist 1 serpens, in fi.

Quod Deus non dat ueniam in errore durantibus, sed se corrigentib, 24. q 2 legatur.

Quod cum in cõfessione peccati erubescentiam vincit timor Dei, fit uenia criminis, de pœ dist 1, quẽ pœnitet.

Quod fit dignius uenia ex desiderio sacerdotis, quem habere non ualens socio confitetur turpitudinẽ criminis, de pæn. dist. 6. § 1.

Quod facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi, 23. q. 4 est in iusta in fi. & cap si ea & capit sequen. 36. q. 6 loci, 36. distin. inferiorum.

Quod non oportet prælatum, si excidit in correctione a subdito ueniam quærere, 86 dist. quando.

VENIALE. Quod uenialia peccata dicuntur quotidiana, quia quotidie subrepunt, de pœnit. distin. 1. medicina, §. tres sunt actiones.

Quod fit veniale in cõfessione quod fuit criminale in operatione, de pœn. dist 1 quem pænitet.

Quod quę sunt venialia peccata habes 25. dist unum orarium, § alias autem.

VERBERA. Quod fides verberibus non est exigenda, 45. dist. c. 1.

Quod ecclesia quosdam dãnis, quosdam verberibus castigat, 12. q. 2. fraternitas.

Quod ad correctionem subditorum virgarum verbera meritorie infliguntur, 23. q 5. c 1. in fi.

Quod siue monachi, siue alii clerici de suis excessibus possunt uerberibus coerceri, 20. quæst. ult. monachum.

Quod episcopus nullum suis manibus debet uerberare, 86. distin. non liceat.

Quod miseri sunt prælati, qui uerberibus tantum volunt timeri, 45 distin. c. 1.

De hac materia habes ubi agitur de Tormentis, & de Correctione.

VERBA. Quod omnium rerum creatio & hominũ recreatio fuit in verbo 1. quæst 1. intra catholicam.

Quod in uerbis sacramenta Christi conficiuntur. ibi & c. detrahe.

Quod accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum, 1. q. 1. detrahe.

Quod non minus est reus qui negligenter uerbum Dei audit, quam qui corpus Christi in terram cadere permittit 1 q. 1. interrogo.

Quod qui exit dum uerbum Dei proponitur, excommunicetur, de consec. dist. 1. sacerdote.

Quod uerba ideo sunt instituta ut homines cogitatione in notitiam aliorum proferant, 22 quæstio. 2. his autem.

Quod uerba non semper sunt accipienda sicut sonant, 13. q. 1. paratus, ante med.

Quod Deus uerba secundum proferentium intentionem accipit, 22. q. 5. humanæ.

VERECVNDIA. Quod est uerecundia uirginalis, quæ est naturaliter in uirginibus, 30 q 5. nec illud. Exemplum ibi de Rebecca.

Item est uerecundia uidualis, quæ uerecundiam promittunt antequam iterato nubant 33. q. 2. non omnis.

Item est uerecundia semiconfitentis dum quis erubescit aliqua peccata confiteri, de pæn. dist. 3. § sine autem uer. inter hæc 1.

Item est uerecundia plene confitentis, & hæc est magna pars satisfactionis, quia de mortali facit ueniale de pœn. dist 1. quem pænitet, & c. quamuis.

Quod propter uerecundiam bonum non est dimittendum, de pœ. dist. 1. in actionem, in fi.

VERITAS. Quod ueritas est, cum illud asseritur, quod est, 22. q 2 cum humilitatis.

Quod tunc exit aliquis a ueritate Dei, cum a fide, & charitate exit, 25 q. 3. cum aliquis.

Quod ueritas sacramentorum in sola ecclesia habetur catholica, 14. q 1. quia.

Quod in quibus nil interest ad habendum regnum Dei, utrum uera putentur uel falsa, non refert, 22 q. 2. in quibus.

Quod ueritas præfertur etiam consuetudini: quia Christus non dixit, Ego sum consuetudo, sed ueritas, 58. dist. ueritate, & quattuor c. seq.

Quod ille non solum proditor est ueritatis qui mendacium dicit sed etiam qui ueritatem libere non pronunciat, 11. quæst. 3. nolite timere.

Quod ueritatem pro pecunia negantes Deum negant, 11. q. 3. nolite timere.

Quod ueritatem pro pecunia negãtes Deum negant, 11 q 3. abiit

Quod qui ueritatem non defendit quam defendere conuenit proditor est ueritatis, 11. quæst 3. nolite timere

Quod ueritas non est in homine cũ quis dicit se peccatorem esse cum non est, 22. q 3. cum humilitatis, & duob. c seq

Quod non est sic uitanda arrogantia, ut ueritas relinquatur, 22. q 2. non ita.

Quod non potest ueritas occultari, 22 q. 2. si quis

Quod sub. de fide uel salute agitur. q ueritatem occultat, iram Dei sup se prouocat, 11. q 3. quisquis, & c. nolite timere.

Quod melius est pro ueritate pati supplicium, quam pro adulatione consequi beneficium, 11. q. 3. nemo peritorum.

Quod ueritas cum non defenditur, opprimitur, 84 dist. error.

Quod tria solent impedire ueritatẽ: uidelicet carnalis amor, timor, atque auaritia, 3. q. 6. episcopus.

Quod a sacerdotibus & a prædicatoribus ueritas libere est prædicanda, 11. q. 3. nolite timere circa med.

Quodl

Quod veritas bonæ uitę propter nullum est dirimenda, 32. q. 5. ita ne & c. seq.

VESTIS Quod vestes sunt multiplices, videlicet episcoporũ, quæ tam in veteri lege quam in noua variæ sunt, & ex multis virtutibus debet resplendere vita pontificis 40. disti. § 1 43. distin. sit rector, post medium.

Item sunt vestes ministrorum ecclesiasticorum & hæ sunt variæ, designantes varias virtutes quas debent habere 40. dist. § 1.

Quod cultui vestium ministrorum ecclesiæ primo ornatus actionis debet conuenire 100. dist. rationis.

Item sunt vestes clericorũ, quæ nec sordidæ nec fulgidæ debent esse 41. dist. § 1. & c. parsimoniam & c. clericus & § seq. 21. quæst. 4. per totum.

Quod clerici siue intra siue extra nõ laicalibus, sed clericalibus debent vti, & non seruantes grauiter debent puniri 21. q 4. nullus eorum, & tribus c. seq.

Item sunt uestes religiosorum, quæ debent esse humiles & despectæ, non diuersi & nobilis coloris, 20. q. 1. c. vlt. 41. q. 4. c. 1.

Quod religiosi uestem professionis suæ numquam debent deponere, 21 q. 1. vidua.

Item nec existens in scholis uestem debent mutare religionis, 21. q 4. nullus eorum.

Item sunt vestes laicorum, quæ cum secundum consuetudinem terræ deferunt, a superstitiosis non sunt iudicandi, 30. distinct. si quis virorum.

Item sunt uestes pœnitentium, sicut cilicium & similia, dist. 50. pœnitẽtes.

Item sunt uestes sacræ ecclesiarum, quæ debent honeste seruari, & alteri usui non sunt applicandæ, de conse. dist. 1. uestimenta.

Quod uestibus sacris non debẽt alii homines uti quam sacrati ibid.

Quod nullus prętextu pietatis inuoluat mortuum uestibus sacris, de consecra. distin. 1. nemos ignorantiam.

Quod uetera uestimenta ecclesiæ debent cõburi, & cineres in pariete uel alibi ubi conculcari non possunt, debent poni, de consec. dis. 1. altaris.

VIA. Quod uia excellentior est charitas, quia sine ea ambulare nõ possunt homines, sed errare, de pæn. dist. c si quis semel, §. hæc est charitas.

Quod uiam absque ductore non ingrediaris, quam numquã ingressus es, 16. q 1 si clericatus.

Quod Deus docet mansuetos uias suas, 16. q. 1. uos autem.

VIATICVM. Quod uiaticum dicitur eucharistia, 50. distin. de his uero.

Quod uiaticum nulli pœnitenti in morte est denegandum, 50. distinctio. pænitentes, 27 quæst 1. uirginibus.

De hac materia habes ubi agitur de Eucharistia.

VICARIVS. Quod uicarius cuiuscũque prælati in loco capituli tamq̃ eius uices gerens debet honorari, 94 dist. c. ult.

Quod subdiacono uices prælati possunt committi, 94. dist. c. 1.

Quod nõ debet esse laicus uicarius, quia indecorum est laicos uiros ecclesiasticos iudicare, 16 quæst. 7. in nona.

Quod omnes episcopi sunt uicarii Apostolorum, 73. distin. quorum vices.

Quod qui contemnit uicarium, contemnit & illum qui posuit eum, 21. dist in nouo.

VICEDOMINVS. Quod in quolibet episcopatu debet esse uicedominus, qui & hospitibus & casibus superuenientibus loco casibus loco episcopi possit satisfacere, 89 dist. uolumus.

Quod episcopi interest uicedominũ constituere, ibid.

Quod officium uicedomini debet esse de episcopatu disponere, 89. distin. diaconum.

VITIVM. Quod multiplex est uitium, uidelicet morum, uerborũ, & corporum

Quod vitia morum, quia obsunt animæ, sunt euitanda, 38 distin. quam uis errare, § sed licet & capit. sedulo.

Quod uitia non morum dependent a uoluntate, 56. distinctio. nasci, in fine.

Quod uitia sæpe se uirtutes esse mentiuntur 41. dist. sæpe.

Quod uitia uerborum sunt toleranda, sicut in sanctis hominibus corruptio grammaticalis, quia non sunt uoces ad aures Dei, sed animi affectus, 38. distin. sedulo, & ca. seq.

Quod uitia corporum sunt discutienda, nec debent esse in sacerdote, & maxime in prælato, 49 disti. hinc.

Quod quidam uitiati corpore non debent promoueri ad sacros, 55. dist. per totum.

Item uitiati corpore qui remouentur ab ordine, intelliguntur proprie abscissi, non casu sed propria voluntate 55. distinct. si quis absciderit.

Item uitiati corpore propria abscissione hom c dæ sui iudicantur, & suæ conditionis inimici ibid.

Quod seipsos in corpore uitiantes, non promouentur, sed etiam promoti dicuntur, 55. dist. si quis pro ægritudine, & c. seq.

Quod carens quocunque casu oculo, quia est membrum notabile, non debet promoueri, 55. distin. si Euangelica.

Quod eunuchus per insidias factus, uel ita natus, potest promoueri uitio corporis non obstante, 55. di. eunuchus.

Quod cum propter ægritudinem, uel uiolentiam, vel casu, quis corpore uitiatur, dummodo non sit cum magna deformitate, non priuatur ordine habito, uel habendo 55 dist. qui partem, & c. si quis pro ægritudine & c seq.

De hac materia habes ubi agitur de Mutilatione.

VICTVS. quod utiliter uincitur cui licentia peccandi tollitur, 23 q. 1. paratus in fi.

Quod uicto debetur misericordia, dummodo non timeatur turbatio futura. 23 q. 1 noli.

De hac materia habes ubi agitur de Bello, de Patientia, & Hoste.

VIDVA. Quod uidua est quæ post solenne fœdus nuptiarum morte interueniente à uiro suo diuisa fuerit, 34 dist. presbyteri.

Quod debent uiduæ assidue ecclesiã Dei bonis operibus & orationib. adiuuare 81 dist c. ult

Item debent stipendiis ecclesiæ sustentari, 81 dist uiduæ.

Quod clericis & religiosis non debent esse multum familiares, 88. dist clericus, & c. seq.

Quod episcopi & aliarum ecclesiarum prælati, præcipue uiduarum sustentationi, & protectioni debent intendere, 87. distinct. per totum.

Item debent uiduis Imperatores, & reges idem facere, 23 q 3. ab Imperatoribus, & q. 5. regum.

De uiduis habes ubi agitur de Bigamia, & in multis aliis locis.

VIGILIA. Quod uespera sanctorum uigilia dicitur, quia olim pro reuerentia solennitatis in orationib. pernoctabant, 76 dist nosse

Quod in seruitio etiam diuino uigiliæ immoderatæ quæ sensus integritatem diminuunt, non laudantur, de consecr. dist. 4 non mediocriter.

Quod uigilia natalis domini cum ieiunio quattuor temporum ante celebrari debent, 76. d. st. de ieiunio, in fi.

Quod uigilia Pentecostes sicut uigilia paschæ in ieiunio est obseruãda 77 dist. nosse.

VINCVLVM Quod est uinculum curæ pastoralis, quod non soluitur nisi per superiorem, 7. q. 1. sicut alterius ibid

Item est uinculum status matrimonialis, quod non soluitur nisi per mortem alterius

Item est uinculum sententiæ excommunicationis, quod soluitur ab alligante, 11. q 3. nemo contemnat uincula, & pluribus c. seq & capit. cępisti.

VIN.

VINDICTA. Quod triplex est vindicta, videlicet spiritualis, vt est excommunicatio, degradatio, suspensio, depositio, in monasterium & in carcerē detrusio, & a publicis actibus repulsio: hęc locum habent in ecclesia. 23 q 4. forte.

De hac vindicta habes vbi agitur de Pœna.

Item est vindicta pecuniariæ actionis: hæc etiam habet in ecclesia locum vbi bannum præcessit. 16. q. 1. statuimus vbi secundum ęstimationem iniurię pecunia recipitur, 17 q. 4. quisquis. &c. si quis contumax.

Item est corporalis vindicta punitionis: hęc conuenit iudicibus ecclesiæ & sæculi: sed non æqualiter: 23. q 5. c 1 q 5 illi.

Quod vindicta corporalis detruncationis & occisionis est tantum sæcularium. 23. q. 5. reos. & c. seq. & quęst. 8. præterea. & duobus cap. seq.

Quod vindicta non est inferenda. 23 q 4 § 1.

Quod omnis militia, vel propter ꝓpulsandam iniuriam, vel propter vindictam inferendam, instituta est, 23 q. 1 § 1.

Quod vindicta aut fertur animo corrigendi, aut animo vlciscendi: si animo corrigendi, licite infertur malis, nisi sociam habeant multitudinem; quia tunc non potest salubris esse vindicta. 23 q. 4. non potest. 50 dist. vt constitueretur. in fine.

Item si timeatur obstinatio. 7. q. 1. aduersitas. §. cum autem.

Item si timeatur schismaticum periculum. 23. q 4 quisquis, vel quod.

Item si timeatur maius malū ex vindicta 50. dist. vt constitueretur.

Item si reatus occultus non est manifestatus per iudicium, 23. q. 4. forte.

Item si crimen soli iudici sit notū, quia tunc ex vindicta fit proditor. 2 q 1 si peccauerit.

Quod vindicta animo vlciscendi omnib. prohibetur. 23. q 4. ita plane. 45 dist. seditionarios. 24 q. 1. quod debetur.

Quod vindicta priuata Deo est seruanda, qui dicit, Mihi vindicta, & ego retribuam. 23. q. 1. § 1. post medium

Quod vindicta propria prohibetur, quæ est ad vltionem 23. q 1. nisi. & c. paratus. & q. 4 hęc autem §. ex his.

Quod illa quæ est ad correctionem, iudicibus exequenda præcipitur. 23 q 4 est iniusta & c. seq. vsque ad c. ea vindicta.

Item exequenda est ab eis vindicta non zelo propriæ iniuriæ, sed zelo iustitiæ. 23. q. 4. & ita plane. & q 5. prodest.

Item non exequentes vindictā correctionis grauiter offendunt. 23. q 4. si is qui & c. si ecclesia. & c. est iniusta.

Item non vindicando dant aliis incentiuum delinquendi. 23. q. 4. est iniusta, in fi.

Item prouocant non solum contra se, sed cōtra populum flagellum. 45. dist. sed illud. 23. q 4 si quos & c. si ea.

Quod quandoque in paucos vindicta exercet, vt multitudo timeat 23. q. 4 quid faciet. in fi. & c. seq.

Quod episcopi & prælati non de facili debent ad uindictam accēdi. 76 dist. si quid.

Quod non debet nos delectare uindicta quæ animum pascit alieno malo. 23. q 5 de occidendis.

Quod in eo quod Christus compescuit discipulos a uindicta Samaritanorum: innuitur quod nō semper procedendum est ad uindictam peccatorum. 23. quæst 4. c. Christus.

De hac materia habes vbi agitur de pœna, & de punitione.

VINVM. Quod uinum est luxuriæ incentiuum. 35. dist. luxuriosa. & per totam dist.

De vino habes vbi agitur de Ebrietate.

VIOLENTIA. Quod uiolentia est legibus inimica. 11. q. 1. Christianis. in fi.

Quod clerici a laicis per uiolentiā opprimi non debent ibid.

Quod ecclesiæ res non uiolentia, sed ratione debent exquiri. 16. q 6 c. 1. & c. placuit.

Quod uiolenta confessio uel ꝓmissio non obligat. 16 q 1. c. 1. & 2.

Quod uiolentias præcipue personales in eodem instanti licet repellere & clerico non euadendo, sed defendendo 23. q. 1. quid.

Quod uiolentia absoluta excusat a toto. 34 q. 2. non satis 32. q 5. § 1. & c seq.

Quod violentia conditionalis excusat a tanto, sed non a toto. 2. q 1. in primis. ante medium. uer. gloriosus.

De hac materia habes vbi agitur de Coactione & de Repulsione.

VIR. Quod uir aliquando ponitur pro sexu. 32. q. 7 uxor.

Item uir aliquando ponitur pro uirtute 30. dist. si quis uirorum.

Item aliquando ponitur pro ætate. 76 dist. episcopus Vnde uersus.

Vir notat ætatem, vir sexum, vir probitatem.

Quod quia caput mulieris est uir, melius debet uiuere uir, & præcedere in omnibus bonis uxorem, 32. q 6. c. vlt

VIRGA. Quod Christus sine pecunia & sine uirga misit apostolos ut incentiua litis, & ut instrumenta eriperet ultionis. 11. q. 3. ira. in fine.

Quod ideo dominus uirgam nō ferendam apostolis in uia præcepit, ut nulli uiolentia inferatur. 20. q. 3. pręsens, post med.

Quod disciplina patris uel magistri non debet esse in aliis tormentis, quam in uirgarum uerberibus 23. q. 5. c. 1. ante fi. & q 4. displicet circa med.

Quod Assur fuit Virga furoris domini: quia per eum innumerans gentes diuina iustitia flagellauit. 13. q. 5. remittuntur. §. proximo. circa princip.

VIRGINITAS. Quod est uirginitas corporis & non mentis, quando casti corpore fornicantur uel adulterantur mente. 32. q. 5. sicut enim. & c. si Paulus.

Item uirginitas mentis. & non corporis, quando sine consensu quis tolerat quod alius operatur, 32. q. 5. magis. & c seq. & c. tolerabilius.

Item est uirginitas corporis & mentis quam complectitur uoluntas. & hæc dicitur gloriosa uirginitas 32. q. 5. sicut enim.

Quod uirginitas non est in præcepto, sed in consilio suaderi potest, non imperari 32 q 1. integritas.

Quod uirginitas cū humilitate est admirabilis, & Deo acceptabilis. 30. dis. hæc autem scripsimus.

Quod uirginitas antefertur nuptiis, 32 q. 1. nuptiæ.

Quod uirginitas non debet noreri matrimonium detestando. 30. distinctio. si quis propter Deum, & cap. seq.

Quod sicut nuptiæ terram, sic uirginitas implet paradisum. 32. q. 1. nuptiæ.

Quod prodest parentibus ad salutem si eorum proles in uirginitate perseueret. 33 quæst. 5 tunc saluabitur.

Quod uirginitas sine bonis operibus non saluat. ibi.

Quod cum uirginitas sine consensu corrumpitur, merita castitatis duplicantur 32 q 5 § 1

Quod uirgo sic corrupta inter alias uirgines non consecratur. 15 q. 1. cap. vlt.

Quod cum Deus omnia possit, uirginem corruptam non potest facere incorruptam 32 q. 5. si Paulus.

De hac materia habes vbi agitur de Castitate, & Continentia.

VIRTVS. Quod Deus est uirtus & sapientia quæ in utero uirginis ædificauit sibi domum. 65. distin. nasci.

Quod tres sunt uirtutes theologicæ: fides, spes, & charitas, de consecr. dist. 2. quia passus.

Quod de uirtute in uirtutē sunt gradus quia unaquæque uirtus quasi quibusdam gradibus augetur de pæn. dist. 2 §. cum sanctam. usque ad §. seq.

Quod

Quod virtutes sunt animæ ornamẽtum de pœn.distin.2 §.Romanos, in fine.
Quod hoc ornamento virtutum maxime clerici & prælati debent vti 40.distin.§.1.
Quod sunt quasi picturæ ad animæ ornamentum: quia illa anima a Deo depingitur quę habet in se vitutum gratiam renitentem. de pæn.dist.2.Romanos.post med. & cap.illa anima.
Quod non ex parentibus,sed ex voluntate tua nascentis causa est vitiorum,atque virtutum 56. distin. nasci.
Quod ille est virtute Dei mirabilis, qui ex parentibus prorsus a virtute alienis natus virtute resplẽdet. 56.dist.numquam.in fi.
Quod qui propria virtute decorat, parentum suorum non decoratur opprobrijs 56.dist.numquam.
Quod non vitia,sed virtutes parentum debent filij amplecti.
Quod virtute non generis nobilatate gratia comparatur.40. distinct. illud.
Quod nec ad virtutem, nec ad vilia necessitate quis trahitur, sed libero arbitrio.de pæn. dist. 2. §. item opponitur.post med.
Item non est virtus quod fit ex necessitate.
Quod virtus simul cum vitijs haberi non potest.de pæn. dist 2. §. ex præmissis.
Quod virtus per vitia & peccata priuatur.de pæn.dist.2. consideret.§. dolendum.
Quod õitus adipiscitur cum vitio renunciatur: egressus enim malitię, virtutis operatur ingressum 32 q 1.cum renunciatur.
Quod virtus in aduersitate probatur 7 q.1 aduersitas,& c.seq.
Quod virtutes negantur esse vere apud infideles,quia non ꝓmerentur gratiam. 28. q. 1.omnes, §. ex his,circa fi.
Quod vbi deest agnitio ęternæ, & incommutabilis veritatis, falsa virtus est etiam in optimis moribus ibidem §. proximo.
VISIO. Quod visio est duplex, videlicet spiritualis, qua per fidem Deus aspicitur. 24.q 1.quia.
Quod visio spiritualis obscuratur per malam,& maxime per carnalem operationem,49.dist hinc.circa med.versi lippus
Item per arrogantia & scientię præsumptionem,quia talis a charitate veræ visionis se excludit.49.dist. hinc.versi. albuginem.
Quod exacuitur tamquam collyrio per bonam operationem ibid.ver collyrio.
Item exacuitur per sui despectionẽ, & humilitatem.ibi.ver.albuginẽ.
Item exacuitur per temporaliũ postpositionem 7.q. 1. in scripturis. & 7 q 1.aduersitas.post med.
Item exacuitur per superiorum ingem contemplationem. 88. distin. decreuit. exemplum ibi de scala Iacob.
Quod est visio corporalis, qua vidẽtur temporalia 47 dist.sicut 2.
Quod visione corporali ꝓhibemur videre lasciua. 32. q. 5. nec solo.
Item prohibemur videre iocos & ludos indebitos 86.dist.cap.vident homines.
Quod peccatores in futuro uidebũt Christum corporaliter, & contristabuntur.86.dist.vident.
Quod boni videbunt gloriam magni Dei,& beatificabuntur.de cõsecr.dist.5 ieiunium.
VISITATIO. Quod episcopus per se vel per alios honestos si sit impeditus debet diœcesim suam visitare 10. quæst. 1. decernimus,& c.seq.
Quod visitando inquirere debet de vita clericorum & ornatu ecclesiarum, & de reparationibus, si fractæ sunt.x.q.1 episcopum.
Item debet visitando statũ laicorũ videre si in fide sint stabiles, si diuersa crimina,sicut homicidium, adulterium, periurium, & consimile fugiant, & Resurrectionem credant.10.q.1. placuit. & q.3. cauendum.
Item visitando non debet expensas cum grauamine,sed cum moderatione exquirere.17 quęst 3.cauendum.& c.relatum.
Quod episcopus visitando quinquagenarium numerum equorũ non debet excedere, nec plus quam vna die in parochia stare. x. q. 3. inter cætera.
Quod omni anno tenetur semel episcopus diœcesim suam visitare 10. q 1.relata,& c decernimus.
Quod visitando temporale pro suo obsequio potest recipere stipendium 12. q.2 charitatem.
Quod episcopus si non visitat, loco visitationis procurationes non exigat,x.q.1 relata.
Quod episcopi visitandi, & hortandi,& exhortãdi gratia, vel quoties necessitas exigit,possunt monasteria religiosorum non exempta visitare.18 q 2.visitandi,& cap. non semel.
Quod in visitatione lucrum animarum non temporalium rerum debet quærere x. q. 3. cauendum.
Item visitando non debet in visitãdos crudeliter desęuire. 10.q.3.cauendum.
Item in visitatione in dubijs coram senioribus canonicus veritatem debet perquirere.86 dist.si quis.
Quod per superiorem prouidetur de visitatione ecclesiæ viduatæ. 61. dist.obitum & tribus c. seq.
Quod ecclesiæ vacãti de anno in annũ visitatio variat.7.q.1.cõstitutũ.
Quod vni visitatori plures ecclesiæ visitandæ committi possunt.12 q. 1.quoniam.
Quod episcopi Italici immediate ad curiam Romanam spectantes, de anno in annum limina Apostolorum & Romanã curiam visitare tenentur per se vel per litteras,& se de impotentia debent excusare 93 dist.iuxta sanctorum.
Quod vltramontanis, quia de longinquo sunt,conceditur, vt de visitatione litteris se excusent.93.distinct iuxta.

De visitation: habes vbi agitur de Inquisitione.

VITA. Quod vita præsens quę inter cœlum, & infernum sita est, virorumq; ciues recipit. 23. q. 4. hæc autem.32 quæst one quarta, recurrat.
Quod in hac vita non est retributio malitiæ vel virtutis: & si aliqua sit non fit secundum condignum, sed est quidã gestus de pæn. dist.3. si quando.§ quamquam.
Item in hac vita boni [vt frequentius] affliguntur, & mali prosperantur.ibid.
Quod sancti quando commoda vel auxilia temporalia quærunt,non transitoriæ uitæ, sed ecclesiæ cuius vtilitati intendunt,consulunt. 23 q 3 Maximianus. Exemplum ibi de Paulo.
Quod vita cõmunis debet esse clericis,[& maxime religiosis] qui vitam apostolorum imitari volunt.12.q.1.dilectissimis.
Quod vita apostolorum erat vna, quia erat multitudinis credentiũ cor vnum, & anima vna in Deo.
Quod vita animæ est Deus, anima vero vita est corporis, quia sicut corpus sine anima viuere non potest,ita nec anima sine Deo. de pęnit dist 3 resuscitatur.
Quod corpus Christi vita est mũdi. de consecra.dist.2 Christus,& c.in Christo.
Quod vita actiua,& contemplatiua commendatur. 8.q 1.olim, & c in scripturis.
VNCTIO.quod vnctio interior [videlicet inuisibilis, quæ est per Spiritum sanctum] numquam arescit.de pæn.dist 2.quærendum circa prin.ver vnctio.
Quod est vnctio exterior muliplex videlicet baptismalis.11. dist. ecclesiasticarum.
Item est unctio baptizandorum,quę fit in pectore,& in scapulis 11.distinctio. ecclesiasticarum. ibi. de consecratio.distinct. 4. deinde a sacerdote.
Item est vnctio baptizatorum, quæ fit per sacerdotem cum chrismate in sumitate capitis de conse. dist. quarta.postquam ascendit, & cap. sequen.
Item est vnctio confirmationis quæ fit in frante, ministerio tantum pontificis, 95. distinctione presbyteros.
Item est vnctio extremæ vnctionis, quã potest episcopus, & sacerdos cui-

cuilibet conferre per oleum infirmorum ibi & c.illud superfluum.
Item est unctio regalis, quæ fit in brachio, 2.q.7.plerúque,§ item in libro.
Item est unctio sacerdotalis cuius manus tantum oleo cum chisma te inunguntur,23 dist.præterea,16. q 1. generaliter, §. ecce sufficienter.
Item est unctio pōtificalis super manus & caput,23. dist episcopus.
Quod episcopus & sacerdos semper in corde debet cogitare & aduertere quid sua unctio repræsentet, 8 q.1.licet,in fine.
VNITAS Quod nihil contrarium inferr diuersitas, ubi est fidei unitas,7.q.1.nihil.
Quod unitas repræsentat in nobis Dei similitudinem,ut sicut a Deo uno omnes per creationem,sic ab homine uno per propagationem, 33 q vl.hæc imago.
Item repræsentat naturæ nostræ imaginem & originem, quia omnes ab uno ibid.
Item repræsentat nascentis ecclesiæ institutionem: quia licet Christus omnibus apostolis dedit auctoritatem, tamen uni Petro commisit ecclesiam, ad manifestandum ecclesiæ unitatem, 24 q. 1.loquitur, circa prin
Quod consistit unitas ecclesiæ in sacramentorum Christi communione de con ec dist. 2 quia passus.
Item consistit unitas ecclesię in multorum filiorum suorum per dilectionem connexione,24 q 1.loquitur,pro quo dicitur ibi, una columba,unum corpus, &c.
Item consistit in membrorum ad caput coniunctione:quia non se unitati capitis communicat qui se patrem faciens, a capite se separat, 24 q.1.schisma.
Quod extra unitatem ecclesiæ non possumus habere gratiā Dei, quæ proprie donum est catholicæ unitatis,3.q 1. multæ.
Item nec peccatorum remissionem, 1.q.1 remissionem.
Item nec uitam spiritualem, 11 q 3. nihil,24 q.1.loquitur.
Quod extra unitatē ecclesiæ non ualet spiritualis iurisdictio 7 q 1.factus c.Nouatianus,in fi.
Item non prodest sacramentorū perceptio 7.q.1.scire,24 q 1.pudenda.
Item nihil est miraculorum operatio,1.q 1.teneamus.
Item inutilis est pro fide martyrii susceptio 50.dist. neque ad Cain.
Item non est peccatorum remissio, 24.q 1.quicumque.
Quod conuiuium est Christi unitas fidelium in vinculo pacis, 23.q.4. ipsa pietas.
Quod nō possunt duo vel tres in nomine Christi in unum colligi,qui a Christo sunt separati,24.q.1. alienus,in fine.
Quod non multitudinem deprecantium, sed vnitatem audit Deus, 24.q. 1.alienus.
Quod profanus & hostis est qui Ecclesiæ non tenet vnitatem, 7.q.1. Nouatianus,24 q 1. alienus.
Quod Christiani scindentes vnitatem ecclesiæ,infideles reputantur, 7.q 1.denique,24.q 1.quoniam,in fin.ubi antichristus dicitur quisquis est talis.
Item temporaliter & æternaliter puniuntur,24 q 1.non afferamus.
VOLVNTAS.Quod voluntas est animi motus ad aliquid imitandum,vel non imitandum, vel adipiscendum,15.q 1 §. 1.
Quod voluntas hominis est causa uitii vel virtutis,56 dist.nasci.7 q 1. sciendum, quæst.1. §.ex uoluntate,in principio quæstionis.
Quod usque adeo peccatum uoluntarium malum est,quod nullo modo sit peccatum, nisi sit uoluntarium 15.q 1.§ 3.ibidem, & cap.merito,& c.illa.
Quod nemo tenetur ad culpam nisi propria voluntate deflexerit, 15. q.1.non est.
Quod Deus non ea quæ offeruntur, sed voluntatem respicit offerentium,24.q.1 odio, in fi.
Quod sicut voluntarium seruitium elegit sibi Christus, sic & diabolus,15 q 1 non est.
Quod voluntatem alteri subiicere propter Deum, præcipuum sacrificium est 8.q 1.sciendum.
Quod bonum opus non ualet nisi ex bona voluntate proficiscatur, 86.dist.non satis 20.quæstio 1.per totum.
Quod lex humana opus non volūtatem requirit,15.q. 1.si quis non.
Quod uoluntas pro opere reputatur cum deest facultas, de pęn.distin. §.si mulier.
Quod iustitia ex opere non consumatur,nisi affuerit & voluntas,32. q 5.sicut enim.
Quod mala voluntas pro facto reputatur,22.q.5.qui peierare, 27.q.1. nuptiarum,32.q.5.si Paulus, ubi dicitur: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eā,iam mœchatus est in corde suo.
Quod quę inferuntur reluctantibus, crimen non habent, 15 quæstio 1. non est.
Quod quando ea quæ propter bonum & licitum fiunt, si præter voluntatem in eis malum contigerit,non imputatur,23 q 5 de occidendis.
Quod licet voluntas sit liberi arbitrii, tamen mala voluntas non est libertati dimittenda,23 q 4.displicet.
Quod malorum voluntas meritorie impeditur, ibidem , ante medium.
Quod mala voluntas meritorie ad bonum cogitur, ibid.per totum,&: q.5.ad finem.
Quod nemo damnatur nisi merito malæ voluntatis, nec liberatur nisi bonam habuerit volūtatem, 23. q.4.displicet, ante med.
Quod homo debet seipsum propria voluntate iudicare dum potest,ne cum iam non possit,præter voluntatem a domino iudicetur,de pœ. dist 1.in actione.
VOTVM. Quod duplex est uotum videlicet de malo, & illud est rescindendum,22.q.5.in malis,33.q. 5 una sola.
Item est uotum de bono,& illud est generale sine quo non est salus,sicut illud quod vouemus in baptismo, scilicet renunciare diabolo, 17.q 1 sunt quædam de conse.dist. 4 prima.
Item est uotum speciale, sine quo habetur salus Dei, ad quod nullus tenetur nisi uolendo se obligare, sicut est votum de castitate, de abstinentia,de peregrinatione, & huiusmodi, 17.q. 1. sunt quædam.
Quod uotum speciale per verbū de præsenti emissum pręcise obligat, nisi minor ętas impediat, 20.q.2. puella 22.quæstio. 5.pueri.34 q.5. mulier.
Item nisi impediat publica utilitas, sicut contingit in translationibus religiosorum per superiores ad ecclesias regendas, 7 quæstione prima,qualiter.
Item nisi impediat matrimonium: quia unus sine altero castitatem uouere non potest,27.quæst 2. Agathosa.
Item nisi impediat maioris uoti susceptio,19 q 2.duæ.
Item nisi impediat seruilis conditio. 54.dist. generalis.
Item nisi impediat superioris contraria inhibitio,33. quæst quinta, manifestum.ubi dicitur, Mulier sine consensu uiri uouere non potest, nec monachus sine consensu abbatis,20 quæst.quarta monacho.
Item nisi impediat feruens infirmitatis passio,17.quæst.secunda Gōsaldus.
Quod uotum licitum Deo promissum semper est implendum, 33.q. 5 quod Deo.
Quod uotum debet fieri cum deliberatione,27.q 1.de uiduis.
Quod uotum cum deliberatione factum, siue uoce exprimatur siue non,apud Deum obligat, 17.q.1. qui bona.
Quod incautum uotum non est seruandum,22 q 4 per totum.
Quod quæ in facie ecclesiæ in manu episcopi castitatem vouerunt, & uestem decentem castitatis assumpserunt, si spontanea uoluntate postea dimiserunt, damnationem perpetuam incurrunt, 27. q. 1. capit. 1.
Quod uidetur si in occulto fiat professio religionis uel castitatis in manu episcopi, quasi uotum non potest

potest violari, 27. quæstio. 1. vidui tatis.

Quod vouentibus non solum nubere, sed etiam velle nubere damnabile est, 17 q. 1. vouentibus.

Quod simplex votū impedit matrimonium contrahendū, sed nō solet uitiam contractum, 27 dist. qui dam, & c si vir. ibid. 17. q 2. nos.

Quod fęminæ propria voluntate castitatem vouentes si nupserint, sunt in matrimonio permittendę, 27. q. 1. de viduis.

Quod post solenne votum soluitur matrimonium cōtractum, 27 dist. uouentibus, & tribus cap. seq. 27. q 1. viduas.

Quod uotum religionis solennizatur quando persona ad votū apta per professionem se obligat, 27 q. 1. vidua quidem.

Quod clericus sine consensu episcopi potest religionem vouere, 19. q. 2. duæ.

Quod simulatio siue fictio uoti ex inhonesta causa sicut spes prælaturæ uel consimile semper obligat ad religionem, siue castitatem, 27. dist. quod interrogasti, 27. q. 1. uiduas à proposito.

Quod vtroque coniugum consentiē te uotum castitatis emissum est seruandum, 33. quæstio. 5. quod Deo.

Quod coniuges castitatem uouere non debent, nec se separare sine conscientia episcopi, 27. quæst. 2. si vir.

Quod beata virgo vouerat se virginem perseueraturam nisi Deus ei aliter reuelaret, 37. distinctio. sed quæritur.

Quod melius est nubere quam periculose vri. 32 q. 5. si Paulus.

Quod causa aliquem conuertendi, non licet votum castitatis infringere, 32. q 8. non solum.

Quod votum castitatis impediens grauiter peccat & est excommunicatus, 32. q 2 hoc sanctum.

Quod melius est non uouere quam uotum non perficere, 12 quæst. 1. scimus.

Quod uotum uelle retractare damnabile est, 27. dist. uouentibus. 17. q. 1. uouentibus & c. seq. ubi dicitur quòd Ananias post uotum pecunias defraudauit.

VSVRA. quod usura est ubi amplius requiritur quam datur, 14 q 3. usura.

Quod non solum in pecunia, sed in acceptione cuiuslibet rei ultra sortem committitur usura, 14 q. 3 putant.

Quod accipere aliquod emolumentum de mercibus mercatorum ratione mutui, usura est 14. q. 3 plerique.

Quod qui emit uilius ut uendat carius, maxime clericus, usurarius est 14. q. 3. canonum.

Quod mutuum siue in grano, siue in uino, uel in simili, cum repetitur secundum commune forum est, etiam si plus accipit, usura non committitur 14. quæstio. 3. si quis clericus.

Quod uidetur quod ab hoste quem licet impugnare, liceat usuram accipere, sicut & licet animalia sua tollere, 14 q 4. ab illo.

Quod clericus, nec suo, nec alieno nomine usuras debet accipere, 46. dist. sicut non.

Quod publice conuictus de usura, alterius ad ordines non est promouendus, 33. distin. maritum & 46 dist. seditionarios, 47 distin. per totum.

Quod clericus de usura publice conuictus, est de ordine & dignitate deponendus, 47. dist. episcopus, & quattuor c. seq.

Quod monasterium recipiens usuras tenetur ad usuras persoluendas, 54. distin. generalis, 14. quæst. 4. q d dicam.

Quod nulli licet accipere vsuras, 14. q. 4. per totum.

Quod uidetur quòd ad usuram accipere sit peccatum, 83. distin. error, 24. q. 3. non inferenda.

Quod tempore necessitatis ad usuram potest accipi, 26. q. 1. qui.

Quod de Vsura non potest fieri eleemosyna, 14. q. 5. immolans.

Quod fœlix est Vsura, ubi pro paruo denario pauperi dato, centuplum accipimus a domino 46. distin. sicut non.

Qđ Vsurarius nō uere pænitet, nisi usuras restituit, 15. q. 5. quid dicā, & q. 7 si res.

VSVCAPIO. Quod usucapio est acquisitio dominii per continuationem temporis 16. quæst. 2. placuit, §. potest, in fine, & §. quas actiones.

Quod plura exiguntur in usucapione, uidelicet bona fides circa initium: iustus titulus qui uaria nomina sortitur, sicut titulus emptionis, titulus donationis, titulus dotis, titulus pro legato, & consimilis.

Item exigitur continua possessio, & quòd sit res mobilis de quibus oībus habes 16. q. 2. placuit, § potest, per totum.

VSVS. Quod illud quod in communi usu est, consuetudo uocatur, 1. dist. consuetudo.

Quod usum paruū lex & ratio uincere debet, 11 dist. c. 1.

Quod usus auctoritati cedere dēt, 11. dist. usus.

Quod male possidet, qui male utitur 14 q quid dicam, in fi.

Quod utendum est temporalibus secundum usum eorum cum quib. conuersamur, 41. dist. delitiæ, & c. 1 quod dicit.

De vsu habes vbi agitur, de Consuetudine.

VSVRPATIO. Quod usurpatio est ordo illegitimus, 2. q 1. quod pro necessitate.

Quod usurpatio est non cōcessa præsumere, 83. dist. illud.

Quod usurpatiuæ dicuntur ordines recepisse uel dignitates, qui non iuxta sanctorum statuta suscipiūt, 63 dist. non sancta.

Quod usurpatio furtiua præiudiciū non generat, 93. dist illud.

VTILITAS. Quod plurimorum utilitas præponenda est utilitati paucorum, 7. q 1. scias.

Quod mutationes prælatorum non debent fieri nisi causa utilitatis, uel necessitatis, 7 q. 1 mutationes, ubi punitur exemplū, quomodo Petrus dimissa ecclesia Antiochena iuit ad Romanam propter maiorem utilitatem.

Quod nec nobis, nec aliis utiles esse debemus cum damno alterius, 7. q. 1. mutationes. in fi. & quatuor cap. seq. 13 q. 5. denique.

VXOR. Quod uxor subdita esse debet uiro, 30 q. 5. fœminæ, 30. q. 5. est ordo. & c seq.

Quod uxor non est dimittenda, nec propter sterilitatem, nec propter deformitatem, nec propter cæcitatem, nec propter lepram, nec propter aliquid simile, nisi excepta causa fornicationis, 32. q 5. si uxorem.

Quod maritus debet habere uxorē suam in dilectione, & debita disciplina, §. Salomon, 33. quæst 5. cap. ult.

Quod qualiter quisque uxorem suā uult inuenire, talis debet inueniri ab illa, 32. quæstio. 7. si ducturi estis.

Quod ubi melius uiuit uxor quam uir qui caput est, capite deorsum pendet domus, 32. quæst. quarta, ca. ult.

Quod uxorem solus maritus habet iudicare, idest, corrigere, 7. q. 1 sicut alterius.

Quod sunt tamquam uxores non habentes, ubi salua est charitas connubiorum, & cessant opera nuptiarum, 31. dist. lex continentiæ.

Quod uxoris & uiri in matrimonialibus eadem conditio censetur 32. q 5. præcipit.

Quod eadem castimonia debetur a uiro, quæ ab uxore, 32. q. 4. nemo.

Quod uxori reddere debitum quando exigitur a uiro, uel econuerso, est meritorium, 32. quæstio. 6. capitu 1.

Quod uxorem cognoscere debito, & moderato affectu, siue causa reddendi debitum, siue causa prolis, non est peccatum, 33 q. 6. cap. 1. 14. dist. c. 2.

Quod cognoscere moderate causa uitandæ fornicationis hoc secundum ueniam concedit apostolus, & creditur esse ueniale, 32. q. 2. quidquid.

Quod cognoscere immoderato affectu causa satiandæ libidinis, est mortale peccatum, 32. quæstio. 4. origo.

origo,&c.liberorum.
Quod cognoscere contra naturam, hoc grauius est quam cum matre propria.32.q 7.adulterii.
Quod vxor non debet cognosci tẽpore menstrui, uel ante purificationem primum pueri, quæ est quando mater nimis abundat lacte 5.d.ad eius.
Quod iniquus est qui castam, & bonam dimittit uxorem 34. q.1.c 1.
Quod fatuus est qui in adulterio per seuerantem retinet uxorem.
Quod meritum est adulteram pœnitentem recipere uxorẽ 32. q 1. quod autem,& cap non erit, & c. apud.
VXORICIDA. Vtrum in adulterio deprehensam liceat occidere uxorem. habes,33 quæstione 2.interfectores, & sequen.&c. inter hæc.
Quod uxoricida per sententiam debet compelli publicam agere pœnitentiam 33.q. 2. quicumque, & cap.seq.
Quod uxoricidis coniugium denegatur, nisi propter periculum incontinentiæ cum adolescentibus dispensetur, 33. q.2. interfectores &c.in adolescentia.
Quod innocentem uxorem occidẽs grauissima pœna exemplo Astulphi est puniendus,33 .quæst.2 admonere.

CHristus. Quod Iesus Christus Dei filius natus est de uirgine Maria.de consecrat. distinctio. 3. cap.ult.
Quod Christus ueniens in fine temporum retractio, quæ est Græcorum ultima littera, ad a, quæ est Latinorum prima, quia primum statum hominis quantũ ad escas renouando extremitatem traxit ad principium 35.distinctio.ab ex odio.
Quod Christus qui uerus pontifex fuit, ideo de adulterinis comminitionibus nasci noluit, ut sic naris careret fiduciapromotionis.61 d. dominus.
Quod Christus dicitur pastor pastorum,2.q.7.testes,§. Christus.
Quod Christus bonus hospes dicitur 24.q.4.quæ dignior.
Quod Christus uenditur cum ueritas uenditur.11.q,3 abiit.
Quod Christus est panis, de quo qui manducat uiuet in æternum.de conse distinct. 2.Christus, & tribus c seq.
Quod Christus una passione saluauit mundum de consec distin.1. iteratur.

YConomus. Quod œconomus,& uicedominus, pro eo,accipitur,89.distinct. volumus, & duobus c.seq.
Quod quælibet ecclesia cathedralis debet œconomum habere qui cum arbitrio episcopi debet res ecclesiæ gubernare,89 dist. diaconum,& cap.seq.9. q. cum simus, 12.q.2.vobis.
Quod ecclesiarum œconomus clericus debet esse. 89. dist. indicatum 16.q.7.quoniam, & capitul. in nona.
Quod plures œconomos una ecclesia potest habere, 12.q 2. charitatem.
Quod œconomus episcopatus per episcopum debet institui. 89. dist. nolumus,&c indicatum.
Quod œconomus episcopatus præcipue debet intendere, qualiter episcopo mortuo uel amoto res ecclesiæ in scripturis pro futuro episcopo debet conseruare75.dist. quoniam,in fi 12 q.2. charitatem &c.illud,&c.non liceat.
YMAGO. Quod imago Dei dicitur homo, quia sicut Deus principium est omnium per creationem sic homo primus aliorum est principium per propagationem, 33.q. vlt.hæc.imago.
Quod dicitur factus ad imaginem, & similitudinem Dei,quia anima eius pudicitia, & aliis uirtutibus fuit picta,de pœn.d.2 §. Romanos,&c.illaanima.
Quod imago uirtutum dedit, & dat animæ pulchritudinem& pretiositatem.
Quod tunc homo ab imagine cecidit quando uirtutes amisit.
Quòd imagines sanctorum non sũt contemnendæ,sed uenerandæ de conse d.3.uenerabiles.
Quod imagines,& picturæ sanctorum sunt libri, & scripturæ laicocorum,de conse.distinctione,3.prolatum.
Quod non imaginum pictura est adoranda uel ueneranda, sed res per ipsam repræsentatæ de conse. distinct.3.perlatum & capit.uenerabiles.
Quod Christus sub imagine crucifixi cum imaginatur uel depingitur,gratia nobis præteriti beneficii repræsentatur deconsec.dist.3. sextam.
YMNVS. Quod Saluator,& Apostoli nobis dederunt exemplum Hymno dec ntandi.deconse.d.1. de Hymnis.
Quod Maria soror Aron post transitum maris rubri Hynum Deo cantauit secunda quæstione.7.plerumque,§.item obiicitur.
Quod hi duo hymni Alleluia, & Gloria in excelsis Deo,ab angelis decantati sunt de consecratio, distinctio 1 hi duo.
YPOCRESIS. Quod hypocrisis prouenit ex imperitia, dum quis simulat habere quod non habet.11. quæstione, 3. si quis uero.
Quod religiosus qui cadit a proposito,& simulat propositum,est hypocrita,& peior apostata 12. quæstio.2.certe.
Quod ad hypocrisim tendit qui plu ribus confitendo peccata diuidit confessionem.de pœnitentia,distinctio. quia,§. dolendum ante fin.
Quod hypocrita licet viuat corporaliter:mortuus est tamen spiritualiter.1 2.quæst.1.nolo ante finem.
Quod nemo amplius ecclesiæ nocet quam qui peruersè agens nomen vel ordinem sanctitatis gerit 83.dist.nemo.
Quod hypocritæ in ecclesia bonis corporaliter sunt misti, sed per pessimam vitam separantur. 24. q.3.de illis.
Quod hypocrita dicitur qui festucam in oculo fratris videt,& trabem in suo non considerat.32 q. 6.§.1.
Quod vbi hypocrisis regnat, humilitas locum non habet.de pœni. distin.1 item taciturnitas.

De hac materia habes vbi agitur de Simulatione.

YSAAC. Quod Isaac fuit filius. Liberę,& hæres.32.quęsti.2. non omnis:
Quod Isaac fuit vnus ex tribus quibus pepererunt liberæ. & ancillæ 32.q.4.recurrat.
Quod domus Isaac non fuit ex omni parte beata,quia domum Iacob dilexi. Esau autem odio habui.47.distinctione quantumlibet.
Quod Isaac benedixit filio suo Iacob.24.quæstio.3 cum ergo, §.si qui.
Quod Isaac cum Rebecca sepulti sunt in Ebron.12.q.3. Ebron.
ZACHARIAS. Quod Zacharias Papa deposito rege Fracorum,quia inutilis, & vilis vitę erat,Pipino patri Caroli regnum tradidit & omnes nobiles a iuramento fidelitatis absoluit 15.q.6 alius.
Quod Zachariæ patri Ioannis,angelus in templo apparauit, & super oratione exauditus fuit 1.q.1.non ne.
ZACHAEVS. Quod Zachęus de fraudator.1 quæstio.2.cum denotissima.
Quod Zachæus male acquisita potius reddenda quam donanda docuit.14.q.5.c ult in fine.
Quod Zachæus est exemplum quòd de multis male acquisitis multa pauperibus dari debent,& plurima restitui.26.q.7.affectum.
ZELVS. Quod Zelus proprie dicitur amor viri in uxorem.3.q. 1. si peccauerit.in fine.
Item zelus quandoq; ponitur Pro inuidia.80.dis.neque,exemplum ibi de Cain,qui fratri inuidit.

Item quandoque ponitur pro amore.22.q.4 quid crudele. exemplũ ibi de Moyse, qui idololatras ex amore puniuit.

Item quandoque ponitur pro ira: 23.q 8. legi exemplum ibi de Simone Chananæo qui serpentes in magos retorsit.

Item quandoque ponitur pro suspicione.27.q.1 nec aliqua. Exemplum ibi de sponsa quam zelat sponsus.

Item quandoque ponitur pro seueritate.17.q.1 hi ergo. Exemplum ibi de dæmoniali apostatricæ, & de pœna eius.

Quod zelus indiscretus reprobatur.24.q.2.non in perpetuum.

Quod zelo iustitiæ debet fieri vindicta, non amore vindictæ, nec ex odio.23 q.4.§.vlt.

Quod Deus est zelotes vindicans in tertiam & quartam generationem.1.q.4.homini qui similis, §. econtra.

Quod zeli ardor erga rebelles ecclesiæ exhibitus commendatur. 23. q.5.ex communicatorum.43.dist. sed illud.

Quod zelo apostolicæ vltionis simonia in ortu suo damnata est.1.quęstio,1. fertur.

Quod zelo discipl.næ iusti peccatoribus indignantur.45.dist.vera iustitia.

ZIZANIA. Quod zizania ministratritico, & crescens cum ipso, innuit quod in hac vita bonis mali commisisti sunt, ne congrue separari possunt 11.quæstio. 3. nolite recedere. Exemplum ibi de Iebusæo quem filii Israel euellere nō potuerunt.

Quod cauendum est ne vitando zizaniam, dominica perdamus frumenta.15.quæstio.2 ita nos in fine.

Quod toleranda est zizania, id est, mali, si fides non impeditur, & charitas nostra.23.quæstio.4.quidam.

Quod in hac vita non possit plene discerni à frumento zizania. vige simatertia quæstione quarta quãtus.

Quod sinenda sunt utraque crescere vsque ad messem iudicii, & tunc angeli colligent zizaniam in fasciculos ad combarendũ.23. q.1.ante fin.

FINIS.

Mendas dextra viri lauit huius fida probrosas:
Hæc non credenti lectio nota dabit,
Margarita stylo Decreti pressa fideli,
Innumeros fructus absque labore feret.



